MELCHIORIS LOTTERII DE RE BENEFICIARIA

TOMVS PRIMVS

DVOS PRIORES LIBROS COMPLECTENS

CVM PRIVILEGIO INDICI SVBNEXO.

2





ROMAE,

Ex Typographia Francisci Corbelletti. MDCXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.





VRBANO OCTAVO
P. O. M.



MELCHIOR LOTTERIVS



Ateor, BEATISSIME PATER, quod alij de se negant, me immortalitatis studio, hæc scribere; nec quid criminis agnosco, quandò commune mortalium sit votum, nec alteri, quàm ignauo, probatum quoquè illud: *Plebeius moriar senex*; Quin plectro, sic aures feriat Pindarus.

θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα,
τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας, ἐν σκότῳ
καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων
καλῶν ἄμμορος.

Est aliquid omninò, Herois cuiuspiam nomen, & famam perpetuari; at cum nomine, se ipsum æternitatis conspectui subijci, maius est opus. Nequè verò sera secula, aut in muris collabantibus, aut in Annalibus plerunquè suspectis, sed in *Sacris Poematibus*, viuam effigiem

MAPHOEI BARBERINI suspicient. Eia, PATER SANCTISSIME, quos DE RE BENEFICIARIA priores hos libros posteritati nunc trudo, sic dignare, vt ij præcelso tuo, meum humilem, & qualemcunquè Genium insinuent, quo huic tandem, illud Vrbanum contingat; *Seruus curru portatur eodem.*



AD LECTOREM.

ELENCHVS CENTVM

PRINCIPALIVM QVAESTIONVM,

QVAE IN HIS DVOBVS LIBRIS PERTRACTANTVR, cum subiecta vnicuique (vbi tamen opus fuit) indicatione eorum, quæ dum imprimerentur, vel exciderunt, vel corruptè typis disposita fuere.

Apparatus, ex pag. 1.



IN quo, necessitas, & vtilitas tractationis huius, breuiter insinuata; Maiestas Rotæ Romanæ, vndè ea conflata est, ad vìuum delineata; & totius operis ordo expositus.

Placeat (Lector) *sub nu.* 109. *post ea verba*, incorruptibiliores sunt, *hac addere:* cuius doctrinæ meminit etiam Luc. de Penna, in l. quicunque, sub num. 5. ad med. vers. item quià citius, C. de exequut. & Exactor. lib. 12. *Vbi verò sub num.* 52. *legitur* peruulsus, & *vbi*, eam, *sub num.* 62. *vbi*, iudica, *num.* 63. *vbi* viuo, *num.* 89. *vbi* prodijt, 132. *vbi*, examinare, 137. *vbi* fortuna, & 182. *vbi* polliticis, *reponere*, perculsus, etiam, iudicia, vim, prodierunt, examinari; fuerunt, pollicitis.

Quæstio 1.

Beneficium quid nominis? *ex pag.* 12. *sub num.* 16. *vbi*, peroportuna, & *num.* 22. *vbi*, columi, *reponas* peropportuna; consumi.

Quæstio 2.

An idem sit Titulus beneficialis, quod beneficium? ex *pag.* 16. *In hac, prout in quibusdam alijs huius prioris libri, vocem* Parochiæ, *reperies scriptam duplici rr. alterum vbique reijce.*

Quæstio 3.

Beneficium quid rei? ex *pag.* 20.

Quæstio 4.

Beneficia iurenè diuino, vel potiùs humano introducta? ex *pag.* 22.

Quæstio 5.

Quæ sit causa efficiens Ecclesiastici Beneficij? ex *pag.* 28. *vbi sub num.* 51. subobscurè, *pro* subobscurè, & *nu.* 58. circa, *pro* circa.

Quæstio 6.

Quæ sit causa finalis Beneficij Ecclesiastici? ex *pag.* 32. *vbi sub n.* 51. aicum, *pro* Laicum.

Quæstio 7.

Quænam sit causa materialis, quæque formalis Beneficij Ecclesiastici? ex pag. 36. *sub n.* 23. capiat, *pro* capiant.

Quæstio 8.

An Cardinalatus sit beneficium Ecclesiasticum. & primum post Pontificatum Maximum? pag. 39. *sub num.* 25. quod, *pro*, quàm, & *nu.* 54. eiudem, *pro* eiusdem.

Quæstio 9.

Episcoporum ordo quis? & an Episcopatus sit beneficium? ex pag. 47.

Quæstio 10.

Quæ sit causa efficiens Episcopatus? pag. 53.

Quæstio 11.

Quàm ampla, & absoluta sit potestas Summi Pontificis in constitutione noua Sedis Episcopalis per dismem: rationem aliarum Diœceseon. ex pag. 56.

Quæstio 12.

Maiorum Beneficiorum translatio, quid? qualiter fiat, & cuius effectus? pag. 63.

Quæstio 13.

Ecclesia, quatenus est locus beneficij, quid, & quæ eius prærogatiuæ principales? pag. 68. *sub nu.* 14. exigerat, *pro* exigerent, & *sub num.* 54. Bero. *pro* Boer.

Quæstio 14.

Ecclesia collegiata, quæ? & quomodo constituatur, vel destituatur Collegium? ex pag. 76. *vbi sub nu.* 73. *allegatur* Oldra. cons. 110. *pro* cons. 100. & *nu.* 92. cap. cum essent, *pro* cap. cum omnes.

Quæstio 15.

Collegiata insignis, quæ? & an in eadem Ecclesia possint esse plura collegia, quique sint de Collegio? pag. 84.

Quæstio 16.

Quo ordine incedere, aut præcedere debeant personæ Collegiatæ Ecclesiæ? pag. 89. *vbi sub num.* 90. *loco,* instructo, *lege,* instructior.

Quæstio 17.

Abbas, an præferatur omnibus obtinentibus Dignitates seculares inferiores Episcopo? ex pag 95.

Quæstio 18.

Cathedralis Ecclesia, si regularis sit, quæ in Capitulum sit potestas Episcopo? pag. 97.

Quæstio 19.

Canonicorum receptio, & Præbendarum applicatio, vti fiat? pag. 100. *vbi sub n.* 15. enittunt, *pro*, emittunt.

Quæstio 20.

Cura animarum quid, & quomodò Ecclesiæ contingat? pag. 106. *vbi sub num.* 14. præstari, *pro* præstare, & *sub n.* 133. Cathelis, *pro* Cathedralis, & *sub n.* 52. *vltimis illis verbis ante nu.* 53. vtique erroneum esset istud eius assumptum, *adde ista*; quod subuertitur etiam ex allegat. per Cæned. Cano. quæst. 30. num. 61.

Quæstio 21.

Potestas Episcopi, intra suam Diœcesim, an contineatur duabus legibus Iurisdictionis, & Diœcesana, & quænam illæ sint? pag. 117. *vbi sub num.* 1. *citata est* quæstio 5. *pro* quæstione 9.

Quæstio 22.

Quæ sit potestas Archiepiscopo in Episcopos Prouinciales? vbi sub nu. 13. *pro* Porhireticis, *leges*, porphireticis.

Quæstio 23.

Exemptiones procedentes ab Episcopis, quatenus præiudicent eorum potestati? pag. 131.

Quæstio 24.

Exemptio à potestate Episcopi, quotuplex; & qui vniuscuiusque modus? pag. 144. *quæ sic corruptè emerserunt, videlicet sub n.* 156. ratio est qui, 169. Reuerendissimo, 207. monstur & 272. vincere: *repone*, ratio est quia, Reuerendissimus, monstrum, vincire.

Quæstio 25.

Exemptiones à potestate Episcopi, quomodò elidantur? pag. 162. *in qua sub num.* 16. in aliquis, *pro* in aliquibus.

Quæstio

Quæstio 26.

Monasteria, an inter maiora Beneficia enumerentur, & hac de causa, an, & quatenus sint consistorialia, pag. 169. vbi sub n. 5. per errorem fuit allegatus Paleot. de Norh. & spur. *debuit enim allegari*, de Sacr. Consist. consult. & *sub n. 26. scriptum reperies*, innexa, *pro*, annexum esse.

Quæstio 27.

Quid Electio Electo, & quid iuris confirmatio conferat confirmato? pag. 173.

Quæstio 28.

Quomodò contingat alteratio Ecclesiarum in earum substantia, per sectionem, suppressionem, & Vnionem, pag. 178. vbi sub num. 175. iuncto verbo, *pro*, iuncta verbo, & *sub num. 192.* prato, *pro*, prætio.

Quæstio 29.

Quo pacto eædem Ecclesiæ reducantur in pristinum, pag. 189. vbi sub nu. 5 nam ista duo, *pro*, Nihilominus, ista duo.

Quæstio 30.

Altare, quatenus est proprius locus Beneficij, quomodò erigatur? pag. 195 vbi sub num. 18. reperies, vi corpus *abijce illud*, vi.

Quæstio 31.

Dotis beneficij constituendæ augendæuè quæ ratio, quiue modus? pag. 199. sub num. 23. argumenti, *pro*, augumenti

Quæstio 32.

Quænam leges admittendæ, quæue reijciendæ in fundationis limine, pag. 204.

Quæstio 33.

Manualitas quid? & quando imprimatur, vel impressa alteretur? pag. 208.

Quæstio 34.

Status beneficij, quid; quotuplex; qualitèr imprimatur, & mutetur? pag. 217. vbi sub num. 47. coniugi, *pro*, coniungi.

Quæstio 35.

Pensio, vndè dicta, quid sit, quæ eius causa efficiens, finalis, materialis, & formalis, pag. 223. vbi sub n. 73. procedit, *pro*, prouidet, & *sub n. 83.* retroctatio, *pro* retrotractio.

Quæstio 36.

Quo iure Pensionis Ecclesiasticæ vsus, fuerit introductus, pag. 230. vbi sub num. 5. conferatur, *pro* conferantur, & *n. 34.* conscientiæ, *pro* continentiæ.

Quæstio 37.

An, & quatenus literæ Apostolicæ, sint necessariæ pro gratia reseruationis pensionis, & producì debeant? pag. 239. vbi sub num. 62. fuit allegata decisio Parmen. Pensionis 23. Iun. 1625. corā Reuerendiss. D. Coccino, *quæ est sub* die 20. Iun. coram Remboldo.

Quæstio 38.

Qui sit vsus signaturæ rescribendi in causis pensionis, & qualitèr instruendus processus? pag. 247. vbi sub num. 181. de fideiussionibus, *pro* de fideiussoribus, & *sub n. 183. vbi* apponat, *pro* opponat.

Quæstio 39.

Pensio, super quibus reseruetur, quæ actiones cōpetant Pensionario, & in quos exerceantur, pag. 264 vbi sub nu. 25. citatur decisio facta in Mātuana Pēsionis, de anno 1628. corrige, vt dicat 1627. & sub nu. 41. antè verbum subijcir, *ponè*, eos, *dictionem etiam sub n. 170.* plumum, *integra in*, plurimum, & *sub nu. 220.* curlæ, *repone*, cursæ.

Quæstio 40.

Quæ ratio sit formæ translationis per uiam cassationis

Quæstio

Quæstio 10.

Iuspatronatus, quando reputetur Ecclesiasticũ, laicale, aut mixtum: & quomodò, aut qualitèr his derogetur? pag. 386. vbi sub n. 91. citatur decisio. 211. *pro,* 240.

Quæstio 11.

Quotuplex sit Iuspatronatus in articulo successionis, quæquè sit cuiusquè speciei diductio? pag. 398.

Quæstio 12.

Ius præsentandi, uel instituendi, quatenus competat Regularibus, ad secularia Beneficia? *pag. 408.*

Quæstio 13.

Institutio Præsentandi ad beneficium Iurispatronatus, vti necessaria sit, & quo ordine promoueatur? pag. 412. vbi sub num. 10. adducitur quædam Rotæ Obseruatio, in vna Regien. Capellæ, de anno 1603, repone annum 1623.

Quæstio 14.

Supposito Patronatu, si prouideatur beneficium non adhibito consensu Patroni, an, & quando prouisio sit nulla ipso iure? pag. 423.

Quæstio 15.

Eligere quid? & quatenus Nominationem significat, qualitèr hæc constituatur, pag. 430. vbi sub n. 7. ad finem, allegatur text. in l. seueriter 14. de excus. Tutor. *omisso libro, ergò reponas* C. de excus. Tutor.

Quæstio 16.

Electo Canonica, quæ & qualitèr dicatur, pag. 436.

Quæstio 17.

Electio, vt Canonica dicatur respectu Eligentium, quid potissimum obseruandum sit? pag. 438.

Quæstio 18.

Electio, qualitèr reddatur nulla, ex persona electi, & quandò Electus vrgeatur probare suam habilitatem? pag. 440.

Quæstio 19.

Electionis forma, an sit vna, vel multiplex? pag. 444. vbi sub n. 70. in extremis verbis sic scriptum reperies, omnes de canonicæ electionis tractatus, *ita corrige*, omnes, de canonica electione tractatus.

Quæstio 20.

Lis, quatenus impediat dari nouum collitigantem superstiti, vel subrogationem in vim Regulæ promoueat? pag. 453.

Quæstio 21.

Simultanea collatio, vbi, & quando locum habeat? pag. 469.

Quæstio 22.

Quo iure Romanus Pontifex conferat beneficia dissita in Diœcesibus Episcoporum? pag. 480. vbi sub n. 3. illud, & Abbatia, *sic corrige*, & Abbatem, *& sub n. 54. illud*, cuius Magistratui, *sic restitues*, cuiuis Magistratui.

Quæstio 23.

Qui se habeat vsus Papæ, in concurrendo cum alijs inferioribus collatoribus? pag. 484.

Quæstio 24.

Deuolutio, vti fiat? & qualitèr Sedes Apostolica, iure deuoluto prouideat? pag. 488.

Quæstio 25.

Quæ dicatur gratia præuentiua, & qualitèr se habeat eius, aut ratio, aut vsus? pag. 493.

Quæstio 26.

Reseruatio, quid, & quotuplex? pag. 498. vbi sub num. 14. citatur quæstio 23. *cum debuisset citari* quæstio 22. *& sub num. 38.*

pro,

Quæ-

Quæstio 44.

Impetrantes, qui dicantur, & quotuplex eorum ordo? pag.605. vbi sub n.8. allegatur Bero. consl. 14. *omisso volumine, adde ergò* vol. 1.

Quæstio 45.

Obiectus contra possessorem ex defectu potestatis in conferente, qualitèr ex possessione Collatoris repellatur? pag.607.

Quæstio 46.

Obiectus contra defectum Tituli, qualitèr repellatur ex præsumptione melioris tituli? pag. 611.

Quæstio 47.

Ordinis defectus, qualitèr constituatur in prouiso, vt indè efformetur, vel euitetur obiectus, pag. 617.

Quæstio 48.

Legitimitatis defectus, qualitèr constituatur in prouiso, ut indè efformetur, vel euitetur obiectus? pag.629. vbi sub n 82. per errorem citatur l. acutissimi, *pro*, l. cùm acutissimi.

Quæstio 49.

Obiectus, qualiter circa ætatem formetur, vel repellatur? pag.650. vbi sub n. 11. allegatur Marsil. Col. de redit. Eccl. par. 2. *pro*, par. 1

Quæstio 50.

Obiectus ex defectu literaturæ, uel morum, qualiter possit efformari, vel efformatus repelli? pag. 654.

Quæstio 51.

Impetrantibus, quatenus obstet Regula de non tollendo ius quæsitum; & clausula dummodò de tempore data. 662. vbi sub num. 10. *scriptum est* vndè detur, *pro*, vndè vix detur, *& sub n.23.* cupiam, *pro*, cuipiam.

Quæstio 52.

Regula de annali, quatenus impetrantibus obstet, vel per eos euitetur? pag.668.

Quæstio 53.

Regula de Triennali, in quibus diuersa sit à Regula de Annali, & qualitèr per eam elidatur obiectus? pag.674.

Quæstio 54.

Obiectus inualiditatis tituli, qualitèr euitetur subsidio, aut nouæ prouisionis, *aut Rescripti*, Perindè valere, *aut deniquè Gratiæ* si neutri? *pag. 679. vbi sub num. 114. scriptum est* triennium, vel quadriennium, *pro* tricennium, vel quadricennium, *sub num. 144.* adeptam, *pro*, adeptum, *& num. 156.* expressas, *pro*, expressus.

Et hos quidem errores, LECTOR, Opus, vtcunquè præcipiti oculo, relegendo, deprehendi; si qui huiusmodi occurrent alij, tuo iudicio castiges. Cæterùm si me quoquè in sententia labi, aut hallucinari animaduerteris; scias, nil gratius, abs te mihi contingere posse, quàm si apertè, & ingenuè argueris; propriæ enim imbecillitatis conscius, vel à puero edoceri, nusquàm erubescam.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Sac. Palatij Apost. Magistro.
A. Episc. Hieracen. Vicesger.



Ego Augustinus Barbosa, I. V. D. Lusitanus, de mandato Reuerendissimi P. Fr. Nicolai Rodulphij S. A. Palatij Magistri, perlegi, atquè recensui diligenter Librum Primum, & Secundum, De Re Beneficiaria, Eximij I. C. D. Melchioris Lotterij, nihilquè in eo reperij, quod bonis moribus, Religioni, vel Sacrorum Canonum decretis aduersetur; sed omnia, cùm præclarè, & eruditè, tùm doctè, atquè vtilitèr ad omnimodam materiam beneficialem accommodata, digna sanè iudico, vt in lucem edantur, omniumq; manibus terantur, in cuius rei fidem, hæc propria manu subscripsi; Romæ 21. Maij 1627.

Augustinus Barbosa qui suprà manu propria.



Imprimatur,

Fr. Paulus Palumbara, Soc. Reuerendiss. P. Fr. Nicolai Rodulphij, Sac. Palatij Apost. Magistri, Ord. Prædic.



MELCHIORIS LOTTERII DE RE BENEFICIARIA

LIBER PRIMVS.



SVMMARIVM.

1 *Beneficiaria materia omni alia humano vsui frequentior.*
2 *Ecclesia inuitis non conferenda.*
3 *Electio successoris prohibita ante sepulturam defuncti.*
4 *Successores dari viuis sacerdotibus prohibitum.*
5 *Auaritia in Clericis condemnata.*
6 *Impetratores beneficiorum viuentium coerciti.*
7 *Beneficium vnicum duos non admittit possessores.*
8 *Lites inter Dei seruos improbata, & vnde oriãtur.*
9 *Beneficiorum fructus panes pauperum sunt.*
10 *Fiscus, vox, quid significet.*
11 *Aduocati nomen latissimè acceptum Vlpiano.*
12 *Studium circa materiam beneficialem vtilius, & lucrosius omni alio legali.*
13 *Raritas callentium beneficialem materiam ex illius difficultate, & subtilitate.*
14 *Expectatiuæ cum primùm inuecta.*
15 *Expectatiuarum formulæ, quo tempore compositæ.*
16 *Expectatiua per Concilium Tridentinum sublata.*
17 *Beneficialis materia quibus legibus constricta.*
18 *Beneficiales controuersiæ qua ratione difficiles.*
19 *Ratio ducta ab vniuersalibus præceptis succedit loco legis.*
20 *Similia per similia resoluuntur.*
21 *Similia quæ dicantur.*
22 *Legis vis non nisi viro sublimis ingenij apprehenditur.*
23 *Cognitio, quæ necessaria Iurisconsulto.*
24 *Subtiles quæstiones ratione discutere, eminentis est scientiæ.*
25 *Libri vnicuiq; quantumcuuque docto euoluendi.*
26 *Beneficiales causæ cur per Signaturam in Rota committantur.*
27 *Beneficiales causæ minimè tractandæ per Aduocatum grossi ingenij.*
28 *Causæ eadem nec cõmittendæ iudici grossi ingenij.*
29 *Iudex grossi ingenij potest recusari.*
30 *Causa quod maioribus Iudicibus demandetur, est priuilegium ipsius causæ, non iudicis.*
31 *Iudicium simile duello.*
32 *Patronum ignarum si nacta est causa, quæ mala indè sequantur.*
33 *Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti.*
34 *Patronus causa si ignarus sit, vti peccet.*
35 *Trita, & cuiq; manifesta declamare, nugari est.*
36 *Auctoris scopus in componendo hoc libro.*
37 *Docilis qui est, ex paucis multa intelligit.*
38 *Ars omnis habilitatem exigit in operante.*
39 *Mores animi plerunque sequuntur temperamentum corporis.*
40 *Claritate nihil magis proprium legum.*
41 *Alienorum, & extraneorum à suscepta materia scribenti euitanda inuectio.*
42 *Allegationum strues superuacua improbata.*
43 *Verbis legalibus legum Doctori vtendum.*
44 *Populariter loquendum.*
45 *Verborum ornatum cùm de rebus grandioribus dicendum est, mittere oportet, sed plenè & perspicuè, quæ tradenda sunt, expedire.*
46 *Artifex summus esse debet, qui in se suscipit disciplinæ alicuius tractationem.*
47 *Arrogantia omnis Odiosa, ingenij verò molestissima.*
48 *Scripta sua euulgans in Vrbe, quam maximum subeat discrimen.*
49 *Auctor vndè motus ad hoc opus promouendum.*
50 *Vestalium institutum.*
51 *Auctoris togata militia in Romano foro qualis.*
52 *Arrogantia humilem nescit magistrum.*
53 *Iurisconsultus est vir bonus.*
54 *Ennij pulcherrima sententia.*
55 *Liuore in scriptores æstuare, superbi, & inuidi est animi.*
56 *Critici sapientes meliora conscribunt.*

57 Critici insipientes scriptoribus spernendi.
58 Auctor primus, qui ex ipso Romano foro beneficiariam materiam per orainem euulgauerit.
59 Vsus, siuè practica sola exercitatione comparatur.
60 Phormionis peripatetici de re militari Annibali meritò irrisa declamatio.
61 Calliditas mentis humanæ vndè contingat.
62 Exteris quãtùm vtilitatis afferre possit opus istud.
63 Stilus Sacri palatij vim legis obtinet.
64 Stilo huic tamen præfertur particularis consuetudo, aut lex loci.
65 Stilus Rom. Curiæ perpetuò innititur iuri cõmuni.
66 Opinio ea præualet in Rota, quam semel Curia approbauit.
67 Stili vox in vsitatiori significatione sumitur pro ordine iudiciario.
68 Stilus idest ordo iudiciarius in Rom. Curia mutabilis.
69 Stilus idem nullam necessitatem imponit alijs Iudicibus.
70 Stilus idem eatenus necessitatem imponit alijs iudicibus, quatenus sit per Papam approbatus.
71 Stilo huic regulariter præferendum ius scriptum.
72 Stilus idem dicitur ius prætorium à Curia sua non digrediens.
73 Stilum delegantis tenetur sequi delegans.
74 Stili vox in alia significatione pro certa interpretatione iuris.
75 Exemplis non iudicandum.
76 Exemplis solis qui vtitur, ostendit se Iuris imperitum.
77 Allegantes ità fuisse dictum ità decisum absque iure, vel ratione, notati.
78 Rotalia responsa quam vim obtineant.
79 Rotam rotare vulgarium dicterium.
80 Rotæ cõtra sentẽtiã iudicare perfracta temeritas.
81 Textus in l. nemo iudex C. de sent. & interloq. omn. iud. intellectus.
82 Sententia lata contra casum legis nulla ipso iure.
83 Exemplis quando sit iudicandum.
84 Exempla petita à decisionibus Rotalibus quanti sint facienda cuiuis Iudici.
85 Exempla, vbi concurrit cum auctoritate similitudo rerum, præiudicium faciunt.
86 Rotales decisiones nusquam Iudex declinare debet.
87 Rotæ iudicio Romanus Pontifex causas, quæ ad Sedem Apostolicam deuoluuntur grauiores, & difficillimas decidit.
88 Romanus Pontifex antiquitùs ipsemet iudicabat causas ad relationem Rotæ.
89 Decretalium volumen ex responsis Rotalibus compactum.
90 Rotam rotare quorsum iactetur, idq; quomodo contingat.
91 Facti modica immutatio totum ius commutat.
92 Facti interpretatio etiam prudentissimos fallit.
93 Iurisperitissimos quandoque errasse, & suis erroribus cognitis variasse.
94 Rarò contingentia minùs æstimanda.
95 Rota nusquam leuitèr à suis opinionibus recedit.
96 Rotales opiniones quæ verè censendæ.
97 Regulæ ex iure non è conuerso ius ex regulis constituendum est.
98 Rotalium decisionum qui captant verba, notati per ipsam met Rotam.
99 Aristonymi Chij sententia de his, qui philosophia neglecta circulares scientias sectabantur.
100 Rotales decisiones insceys Patribus impressæ quomodo in lucem prodierint.
101 Rotæ Auditorio non est magistratus alius in toto terrarum orbe sanctior, & vndè hæc illa prærogatiua parta.
102 Iudicium est firmius, quod plurimorum sententia confirmatur.
103 Collegij alicuius sententia præualet cuiusuis singularis opinioni.
104 Bononiensis Rotæ auctoritas.
105 Opinio communis cedit sententiæ Rotali.
106 Opinio Iurisconsulti singularis quando sit præferenda communi.
107 Deus quandoque reuelat paruulis, quæ abscondit sapientibus, & nu. 113.
108 Opinio communis quando negligenda.
109 Opinio vnius collegij cùr tanti æstimetur ex mente Aristotelis.
110 Iudicis imprudentia, & corruptela pari passu ambulant.
111 Iudex duos habere debet sales, scientia, ne sit insipidus, & conscientia, nè sit diabolicus.
112 Papiniani, & aliorum Iurisconsultorum responsa supplemento aliquo eguisse.
113 Errantium in multitudine aliquis potest errorem auertere.
114 Paridis infame iudicium quid protendat.
115 Iudiciorum venalitas condemnata.
116 Collegium nullum adeò desperatum, in quo nemo è decem sana mente sit.
117 Clausula appellatione remota per solum Principem rescripto adijcitur.
118 Clausula eadem quandò demùm adijciatur.
119 Clausula eadem passim adijcitur, vbi partes consentiunt.
120 Clausula eadem non attenditur, vbi rescribitur extra Rotam.
121 Clausula parito iudicato non datur, si prætendatur iudicatum ex vna tantum sententia vnius singularis iudicis virtute clausulæ appellatione remota.
122 Magistratuũ, scit officiorum venalitas improbata.
123 Iudices per pecuniam præpositi cum præponentibus grauiter peccare.
124 Iudices aliqui per pecuniam iuridicundo præponuntur, quibus nemo rẽ suã familiarẽ crederet.
125 Rotæ Auditorum delectus ex quibus habeatur.
126 Doctoratus gradus non concludit ad doctrinam.
127 Doctoratus gradus idem quibus etiam personis conferri consueuerit: remissiuè.
128 Doctor omnis non est doctus, sed è conuerso omnis doctus est doctor, re, & opere.
129 Sacerdotes multi nomine, pauci re, & opere.
130 Doctoratus dignitas in Italia quarè contẽptibilis.
131 Episcopus Capuanus quidam nouos Doctores subijciebat suo examini, & si quos minus doctos reperiebat, eis lacerabat priuilegium; Nicolao de Neapoli, Bartolo, & Felyno plurimum commendatus.

APPARATVS,



REM beneficiariam, tametsi ad literas Apostolicas fermè contractam, prout eam tractandam suscipimus, cō-
1 stat † potissimam esse iuris Canonici partem, & qua nulla alia humano vsui frequentius occurrat. Etenim cum cætera spiritualia, non sine ratione appetantur, in ecclesiastica tamen beneficia eo impetu aliquis irrumpit, vt neque currentem se, nec cognoscat euntem: Quandoqui-
2 dem olim statuere † necesse fuit, ecclesias inuitis non conferri *in can. vbi ista cum seq. dist. 74.* At
3 mox vetare oportuit, ante † sepulturam defuncti de Successoris electione tractari, *can. nullus, qui in ordine est 7. dist. 79. cap. bonæ 36. extra de elect.*
4 Et mucrone Ecclesiæ eos† ferire, qui paterentur se viuis Sacerdotibus Successores adhiberi, *cap. 1. de conceß. præben.*

Vtcumque etiam Sanctissimi Pontifices, rabidæ
5 illi cupiditati, quam † perstrinxit B. Hieronymus *in cap. 1 ad finem, de decim.* & in quam declamarunt *gloss. in cap. si pluribus in verb. maioris, de præben. in 6. & Soc. Sen. conf. 15. num. 18. lib. 1.*
6 circa beneficiorum impetrationes † omnibus Seculis occurrere studuerint, multis editis constitutionibus, & Regulis Cancellariæ, iugiter tamen contra eas vndique techinas instrui videmus per hos candidatos, quorum in hac parte mores

describit *Anna. Re. indicata*, *lib. 1. cap. 7.*

7 Factumq; hinc, vt cùm vnicum † beneficium duos non admittat possessores, *cap. maioribus, vbi gloss. in verb. diuisionem, de præben.* ij se ad inui-
8 cem protrudant, emergantq; † inter eos iurgia, & lites (quales videmus) pertinaces, & æternæ, & quas Dei Seruos minimè subire licet, *can. sicut Sacerdotes 2. quæst. 7. cap. 1. & ibi gloss. in verb. generaliter extra de Syndico, & in cap. ad conditorem, §. rursus in verb. continuè de verb. signif. inter extrauag. Ioann. 22.*

Qua ratione, fructus, quos non capit Christus,
9 idest manus Pauperum, quorum † panes sunt, *Gomez. de expecta. nu. 75. ad finem vers. & pro ista opinione, Hieron. Gonzal. ad regulam de mensibus, glos. 2. num. 14.* Rapiat (vt est in prouerbio)
10 Fiscus, † idest illorum Cophini, & Sportæ, (vt interpretatur *Cuiac. in rubr. vers. cætera Fisci*
11 *Iura, C. de Iur Fisc. lib. 10.*) † qui causis ipsis agendis quoquo studio operantur, vt ita loquar cum *Vlpiano in l. 1. §. Aduocatos, ff. de var. & ex-*
12 *traord. cognit.* Vnde nullum † aliud in tota legali Philosophia studium, magis hoc vtile creditur, & lucrosum, vt rectè monuit *Prob. ad Ioan. Monach. in rubr. sub num. 1. vers. ideircò de præben. in 6.*
13 At mirum † quam rari nantes in gurgite vasto: causæ beneficiales ab omnibus ferè Prouinciis ad Romanam Curiam deuoluuntur; Palatium Apostolicum nullis alijs magis feruet; Materia (vt dixi) lucrosa est; si Aduocatorum, si Patronorum exigas numerum, qui molem sustineant, in paucitate obstupesces: Id verò efficit ipsius materiæ difficultas, & subtilitas, nàm cum super ea pauci
14 admodum prius essent promulgati Canones, † circa tempora Innocentij Tertij, qui auspicatus fuit Pontificatum anno Domini 1198. inuectus fuit Expectatiuarum vsus, vt patet ex eius Epistola decretali, relata *in cap. proposuit de concess. præben.* & paulatim inualuit, adeo vt sub Innocentio IV.
15 qui † fuit renunciatus Pontifex anno 1244. fuerint diuersæ expectatiuarũ formulæ cõpositæ, vt refert *Thom. Campeg. in paruo suo tract. de reser. benef. num. 10.* In quem quidem vsum omnes ferè de beneficijs quæstiones terminabantur, vt liquet ex diuersis decretalibus sub titulis de Rescriptis, de Præbendis, & de Concessione Præbendæ, quibus tota ferè beneficiaria materia continebatur.
16 Quapropter cùm † Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 19. de reform.* vsum hunc, & omnem Expectatiuarum fomitem sustulerit, cum eo euanuerunt etiam dictæ decretales, & ingentia Doctorum commentaria super illis, cumq; totis expectatiuarum, & rescriptorum, quæ olim concedebantur formulis, earumque interpretationibus, *prout etiam aduertit Gonzal. ad d. reg. de mensib. in §. 1. procem. num. 59.*
17 Adeò † quod reuocata iàm materiæ beneficialis disciplina, ad paucos illos antiquos Canones, Regulasq; Cancellariæ, & extrauagantes reseruatiuas, quæ & paucissimæ, & temporariæ sunt, factũ
18 est, † vt controuersiæ beneficiales, quæ prius erant facillimæ tamquàm positæ intra angustias formularum prædictarum, quarũ interpretatio in quibusuis partibus erat certa, ex præfatis decretalibus
19 deinceps effectæ fuerint difficillimæ, † cùm aliter nequeant resolui, quàm, vel ratione ducta ab vniuersalibus præceptis iuris, vt aduertit *Philosoph.*
20 *ethico. 5. cap. 10.* † vel per similia *iuxta l. non possunt, ff. de legib* in quo versatur summa subtilitas; cùm, quantum ad hanc rem spectat, similia
21 dicantur † ea dumtaxat, quæ regulantur per eamdem rationem, *Ancbar. cons. 350. num. 3. sequitur Dec. in cap. translato in prima lectur. sub nu. 25.*
22 *vers. & adde, de constit.* † Quod non est opus cuiusuis mediocris ingenij apti dũtaxat tenere verba legis, sed ingenij sublimis, quod vim ipsam, & potestatẽ legis attingat. *l. scire leges, ff. de legib.* idest ra-
23 tionem, † quę frustrà in alio inquiritur, quàm in eo, qui ex cognitione rerum diuinarum, atq; humanarum, artem boni, & æqui sibi comparauit, *iuxta l. 1. ff. de Iust. & Iur.*
24 Subtiles enim † quæstiones discutere, & definire, & responsiones in promptu habere, absque eo quod quid alij circa eas fuerint opinati, exploretur, eminentis est, nõ mediocris scientiæ, inquit *Innoc. in cap. cum in cunctis num. 1. ad finem vers. scientiam autem, & ibi etiam Hostien. num. 15. Io. Andr. sub num. 12. vers. & est eminens, Butr. num. 9. Abb. nu. 4. de elect.* Quod ità tamen mi-
25 nimè est accipiendum, vt non debeant † videri Doctores, & multi reuolui libri, antequam respondeatur, sed vt non debeat hærere in responso, & deliberatione, etiam quod neminem reperiat, qui hoc in specie decidat, possitq; ipse ex se resoluere, aliàs excluderemus qualitatem hanc ab ipsismet Iuris luminibus, vt benè considerat *Dec. in eod. cap. cum in cunctis in princ. num. 32.*
26 Et hinc fortè est, † vt per Signaturam non consueuerint causæ beneficiales (præterquàm si minimæ sint) extra Rotam committi, quia facile est, vt cùm distributio causarum fiat sorte per girum, siue per Turnum, incidat in Iudicem pinguis Mineruæ, cui ideò nefas sit causarum subtilium cognitionem
27 demandari; † Quemadmodum enim à tractatione causarum subtilium mouendus est Aduocatus grossi (vt loquuntur) ingenij, prout monet *Bald. in*
28 *l. vlt. num. 56. C. de hered. instit.* ità æque † ab ea-
29 rumdem notione Iudex, qui ex hac sola causa † potest legitimè recusari, *Ias. in l. apertissimi sub n. 7. vers. & licet Doctores, C. de Iudic. Prob. ad Ioan. Monach. in cap. cum persona num. 12. de priuileg. in 6. Purpur. in l. 1. nu. 456. de off. eius cui mandat. est Iurisd.* quod ideo reputatur priuilegium
30 causæ, † non Iudicis, vt rectè censuit *Purpura. eo. loco num 362.*
31 Si quandò igitur † malo fato suo beneficialis causa incidat in Patronum minus aptum (Iudicia
32 quippe similia sunt duello, † inquit *Bald. in l. vlt. ante num. 1. vers. & sic Iudicium, C. comminat. Epistol. Menoch. de arbitr. cas. 526. num. 1.*) neces-
33 se est, † vt ille disperato, vel corticis Iuris scripti, & commentatorum subsidio, dùm in forensem vsum intuetur, & decisionum Rotalium viuas rationes non attingit, quę ab intimis visceribus Iuris prudẽtiæ sunt desumptę, in infinitos prolabatur errores, causamq; ipsam alioqui, aut ab initio deferendam,

aut

aut viriliter defendendam, vel ridiculè promo-
ueat, vel turpiter perdat; Tandemq; toto ex sibi-
33 lante foro, noscat se culpa † non vacare, qui se im-
miscuerit rei ad se non pertinenti *l. culpa est 37. de*
34 *reg. Iur.* & si perseueret incognita pro cognitis
habendo, vt loquitur *Tullius in primo offic.* se
mortaliter peccare; & ad id quod interest, tene-
ri, vt post *Syluest. Nauarr. & alios tradit Sayr.*
in Claui Regia, lib. 12. cap. 22. sub num. 10. vers.
ratio est euidens.

Cum ergò adeò vtilis æque, ac subtilis, diffici-
lisq; sit materiæ huius doctrina, arbitror me ope-
ræpretiũ facturũ, si circa illius enodationẽ aliquid
35 scribam, † nam quæ trita, & manifesta sunt decla-
mare, nihil est aliud, quàm nugas agere, secundum
Aristotelis scitum in 2. Rhetor. ad Theodect. c. 22.
36 Quamuis enim exterorum† aliqui de eadẽ mul-
ta satis egregie cõposuerint; Doctis tamen ea, non
etiam scripsisse videntur Rudibus, quibus subue-
37 nire præcipuus est scopus meus; si enim erũt† do-
ciles ex perceptione paucorum, quæ ordinatè, ac
methodicè trademus, multa intelligent, iuxta *glos.*
in authen. de consanguin. & vter. frat. in princ. in
verb. opinari, Marsil. cons. 74. n. 40. vers. & etiam
nõ ero, quod si indociles, vt neque hęc capere pos-
sint, saltim intelligẽt se minus ad hanc artem Ido-
38 neos quæ sicut † cæteræ omnes habilitatem exi-
git in operante *l. cuius bonis 9 ff. de curat. Furio.*
l. si militi. ff. de Castren. pecul. vnde & facile conie-
ctabuntur naturam ipsam suis obstare conatibus
ex qualitate proprij corporis temperamẽti, quod
39 plerunque † mores animi sequuntur, *cap. quia di-*
uersitatum, de concess. praben. Nitar autem vbique
cum breuitate, sermonis perspicuitatem coniun-
40 gere; nil enim tàm proprium legum, † quàm cla-
ritas ipsa, inquit *Iustin. in authen. de testam. im-*
perfect. in princ. vers. Nos igitur, Andr. de Iser. in
cap. 1. nu. 2. de noua forma fidelit. nec quicquam
adeo conuenit scribenti in materia Iuris, vt etiam
sit argumentum doctrinæ, vel inscitiæ, vt post alios
notauit *D. Corat. in tract. de Com. op. tit. aucto.*
Docto. maior. & minor. quom. consideret. num. 48.
41 *inspect. 5.* neque enim aliena, † & extranea à susce-
pta materia ab re inueham, cõtra id quod scribit
Plin. lib. 5. epistol. ad Apollinar. & ex nostris Ri-
pa per eum tex. in l. 1. sub nu. 5. vers. ex hoc nota,
ff. si cert. peta. nec strues, prodigiosas illas, & super-
42 uacuas allegationum congeram, † quod Prudentes
semper improbarunt, *Ias. in l. illam num. 7. C. de*
collatio. Præpos. in can. lege Imperatorum in pri-
ma col. ad med. vers. nota quod sufficiunt dist. 10.
43 Neque demum ommisso legum, † & Iuris consul-
torum consueto sermone, orationem contexam
verbis oratorijs, & obsoletis contra ea, quæ mo-
net *Rebuff. ad l. vn. in 8. notab. num. 167. C. de*
sent. quæ pro eo, quod interest; didici enim, vel ex
44 ipso *Tullio in primo de legib.* † cum in populari
ratione nostra omnis versetur oratio, populariter
nos loqui oportere, *& in tertio de finibus*, cùm
45 de rebus grandioribus dicendum, † verba ab ipsis
rebus rapi; istiusq; modi res dicere ornatè velle,
puerile esse; plenè autem, & perspicuè expedire,
docti esse, & intelligentis Viri.

Tom. I.

46 Noui cuiusq; † disciplinæ tractationem ab illo
imprudenter suscipi, qui in ea summus Artifex nõ
sit, *l. magistros, C. de profess. lib. 10.* Noui cum om-
47 nis arrogantia odiosa, † tum illam ingenij ferè mo-
lestissimam, vt pronunciauit *Cic. in prima act. in*
48 *Verrem*; † Et noui denique quam maximum di-
scrimen subeam, qui tot Viris disertissimis conti-
centibus, solus audeam qualiacunque hæc scripta
edere in ea potissimum Vrbe, in qua, & pueri na-
sum Rhinocerontis habẽt: Verùm vbi recolo Nu-
49 mam illum † Romanorum Regem prudentissimũ
(vt in eius Vita Plutarchus habet) Vestalibus tri-
50 cennalem † ab initiatione præscripsisse Virginita-
tem, cuius primo decennio discerent quæ ad cæ-
remonias pertinent, medio fungerentur Sacerdo-
tio; ac tertio denique alias instruerent; Ità me
amet Deus, vt sic mihi videor Iure meo vti, si post
51 totum id † temporis in his Romani fori penetra-
libus emensum, ea, quæ intra tot annos tractando
didici, & didici ita horis succisiuis paulatim con-
gessi, vtcunque potero elimanero, & elimata, Ru-
dibus, Sacris hisce initiari cupidis insinuauero:
Probatum Artificem me non iacto, vt tamen talis
euaderem tota ope contendi, nec multi ex coæ-
uis meis numerabuntur, qui plures causas in Au-
ditorio Sacri Palatij, vbi hæc (vt ità dixerim) be-
neficiaria cuditur materia, siuè orando, siuè scri-
bendo, promouerint; neque dùm cultum, & ope-
ram profiteor, fructum vero, & profectum, alio-
rum Iudicio permitto, iustè quispiam me arguet
52 arrogantiæ, † quæ humilem nescit magistrum
can. hoc habet 46. distinct.

Hinc tametsi, dùm me tanto Theatro commit-
to, insueto perculsus aspectu, non solùm commo-
uear animo, sed etiam corpore perhorrescam, nè
53 prorsus dehiscam, subit generosa ratio, † Qui sum-
mi Iuris Consulti sunt, ij vt boni sint, fas omnino
54 est; *Melius est Virtute Ius, † nàm sæpe Virtutem*
mali nanciscuntur, Ius atque æquum à malis se
spernit procul. Verba sunt Ennij, quorum perpe-
tuo meminisse Iuris studiosos monet *Cuiac. Po-*
stum. 3. in repet. l. 1. in 3. col. vers. bonum, & æquũ,
de Iust. & Iur. hi si opus censebunt non inutile
Rudibus, quorum gratia prodit, nullo in me liuore
55 æstuabunt, † quod proprium est superbi, & inuidi
animi, *Archid. in præalleg. can. hoc habet num. 2.*
56 *dist. 46.* sin secus iudicabunt, † meliora ipsi con-
scribent, ponentq; in lucem scientiam, nec verita-
tem præteribunt, vel cum Inuidia tabescente iter
habebunt, vt scriptum est *Sapient. cap. 7.*
57 Qui verò infimæ sunt Mineruæ, † chartas istas,
vtpote, quæ ad se non pertinent, facilè declina-
bunt, neque si eas rodant, & eorum multitudo
circumstrepat, tanti sunt, vt in re seria, eorum ha-
benda sit ratio aliqua; damnant enim, quæ non
intelligunt, aut capere possunt, vt post Diuum
Hieronymum ait *Felyn. in proœm. decretal. sub*
num. 1. vers. cum verò.

De externis nulla me habet sollicitudo, nàm
cum vel ex Responsis Rotalibus, quæ ad eos fre-
quenter deferuntur, sæpissimè lapsus, & errores
suos agnoscant; nec plerumque tamen ex æquiuo-
catione suppositorum causam lapsus, vel errati at-

tingant, non vereor ipſos toto animo hoſee
58 meos labores amplexuros; † qui primus noſtram
illis Romanam beneficiariam diſciplinam commu-
nicauerim, non ex auditu, aut ſimplici lectione, vt
mihi opus fuerit aliena contexere, quæ ipſe, vt pro.
59 eeſſerint, vt ſteterint ignorem; † ſed ex proprio
vſu, qui vt ſola exercitatione gignitur, teſte *Tul-
lio in 2. de orat.* ità male ab eo truditur, qui mili-
tiam hanc minimè vnquam exercuit: Phormionem
60 Peripateticum † Philoſophum coram ſe de Re mi-
litari differentem, Annibal delirare verius, quàm
61 orare retulit; † & merito, nam qui non callidæ
fluuidæ eſt mentis, mens autem ſolo vſu, vt manus
ſolo opere concalet, inquit idem *Tull. in 2. de
62 Natura Deor.* Auxero etiam (ni fallor) in eoſdem
exteros beneficium, ſi eis mcrificam horum Ca-
ſtrorum ſpeciem ſtylo, quaſi viuis diductam lineis
exhibuero. Vnde & maieſtatem venerentur, &
Virtutem ſuſpiciant, ac pro viribus imitentur, quo
deinceps melius, & ſaniùs inſtructa ſua Iudica ad
nos deuoluantur, ſcituri quantum à conſuetudine
fori huius abierint, tantum ſe à iuris ſemita rece-
63 dere, cùm dudum receptum vbique ſit, Vſum, † ſeu
ſtylum Sacri Apoſtolici Palatij legis obtinere vim;
vt plerique tradidere, id colligentes *ex tex. in cap.
quam graui ad finem de crim. falſ. præcipue Dec.
in cap. 1. num. 15. de conſuetud. Rota deciſ. 2. de
appell. in nou. & deciſ. 16. de conſuet. in antiq.
Mandoſ. ad reg. de annal. quæſt. 65. ſub num. 2. ad
medium, verſ. & licet Rota, & quæſt. 67. ad fin.*
64 niſi aliud habeat particularis conſuetudo, † aut lex
loci, vt declarat *Menoch. conſ. 51. num. 36.*
65 Cuius rei ea eſt ratio, † quod ſtylus huiuſmodi
perpetuo innitatur Iuri communi, vt tradit *Spe-
66 cul. de appellat. §. 3. num. 3.* † & ideo in opinionũ
conflictu, vel ipſa Rota eam partem ſequi conſue-
uit, quam aliàs ſemel Curia fuit amplexa, vt in
recent. deciſ. 656. nu. 2. par. 2.
Pro ſtylo autem non intelligo Iudiciarium ordi-
67 nem, † ad quem videtur hæc vox ſecundum vſita-
tiorem ſignificationem referenda, *Bald. in l. 1. in
prima lect. num. 4. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in
l. de quibus ſub num. 3. de legib. Mareſcot. var.
68 reſol. lib. 2. cap. 1. num. 20.* † qui plerumque etiam
In Romana Curia mutatur, *Felyn. in cap. Rodul-
phus ſub num. 22. verſ. vbi autem de reſcript. Fer-
ret. conſ. 11. num. 9. & 10. & conſ. 48. num. 19. Ad-
den. ad Boer. de author. magn. conſ. ſub nu. 169.
69 verſ. ſed quid dicemus.* † Et qui ideò in alijs Cu-
rijs nullam neceſsitatem Iudicibus imponit in Iu-
dicando ſecundum illum, *Ferret. conſ 48. nu. 19.*
70 niſi ſit † nedum notorius, & apertus, verùm etiam
per Romanum Pontificem approbatus, *Bald. in
cap. 2. num. 1 de fer. Rebuff. ad reg. conſtit. tom. 3.
71 de conſuet. art. 2. gloſ. 13. nu. 54.* † cum aliàs ſit hæ-
rendum Iuri ſcripto, *Caſſad. deciſ. 9. nu. 17. de
cau. poſſ. & propriet. Gratian. in addit. ad deciſ.
Marcb. 128. num. 3. & per tot. Camill. Caut. de
72 penſ. Epiſcopal. n. 14.* † Stylus enim hic dicitur Ius
prætorium, à Curia non digrediens, *Aufrer. ad Ca-
pel. Tholoſ. deciſ. 115. num. 2.* præterquam vi de.
73 legationis, † cùm delegatus debeat procedere ſe-
cundum ſtylum delegantis, *Put. deciſ. 112. num. 1.
lib. 1. Gregor. deciſ. 251. nu. 11. & fuit reſponſum
in vna Piſtorien. beneficij, 22. Aprilis 1616. co-
74 ram R. P. D. Buratto,* † Sed pro ſtylo (inquam)
accipio Iuris interpretationem, quæ alijs negotijs
præiudicium facit, iuxta ſententiam *I. C. in l. mi-
nimè. ff. de legib.*
75 Tametſi enim exemplis † iudicandum non ſit,
76 *l. Nemo, C. de ſent. & interloq. om. iud.* † & qui ſo-
lis exemplis vtitur oſtendat ſe Iuris imperitum,
vt ex *Alber. in l. 1. num. 5. ff. de conſtit. Princ.* qui
77 poſt Iacob. de Rauenna carpit eos, † qui vbi de-
fuerint ſibi Iura, & rationes, nihil aliud ſciunt alle-
gare, quàm quod ità fuit dictum, ità deciſum, tra-
dit *Boer. in addit. ad Ioann. de Montaig. in tract.
de parlam. par. 1. nu. 8. & poſt eum Franc. à Ponte
78 in tract. de poteſt. Proreg. tit. 1. num. 15.* † Et re-
ſponſa Rotalia non excedant vim magiſtralis ſen-
tentiæ citra neceſsitatem illa ſequendi, vt latè per
79 *Ferret. conſ. 52. num. 5. & 6.* † & Rota dicatur,
quandoque rotare, ideſt à ſuis recedere ſententijs,
vt tradidit *Gloſſat. antiq. in proœm. reg. Cancell.
n. 11. verſ. Item per hoc proœmium, & retulit etiã
Menoch. conſ. 393. num. 5. & conſ. 1050. nu. 37.
& 38. Decian. conſ. 63. num. 15. lib. 5.* Nihilomi-
80 nùs vix poſſet † excuſari à maxima arrogantia Iu-
dex, qui in Iudicando deflecteret ab opinione tan-
torum Patrum, ſuæ prudentiæ innixus contra
tex. in cap ne innitaris de conſtit. non ſecus, ac qui
ſolus ſentiret contra plurium opinionem, cui po-
teſt dici, veh ſoli, vt in propoſito ſcribit *Tiraquel.
ad l. ſi vnquã in verb. donatione largitus, nu. 127.
ad finem verſ. nec me tamen, C. de reuoc. donat.*
81 Nàm quod *tex. in d. l. Nemo Iudex, C. de ſent. &
interlocut. om. iud.* negat exemplis, ſed legibus
iudicandum, intelligitur ſi exempla ſint contra le-
ges claras, & perſpicuas, puta, quià latà propona-
82 tur ſententia † contra caſum legis, vt ideò ipſo
Iure ſit nulla, *l. 2. C. quando prouoc. non eſt neceſſe,*
83 at non vbi † ipſa exempla vertuntur circa iuris
dubij interpretationem, vt benè explicat *Gloſſ.
vlt. in d. l. Nemo Iudex, & tradit Menoch. de præ-
84 ſumpt. lib. 1. q. 1. nu. 20. & 29.* † tunc enim non
ſolum rationem, verum etiam grauitatem Iudican-
tium ſuſpicere debet, & ſuum, (vt ità loquar) ca-
ptiuare intellectum, nec ſibi tantum tribuere, vt
ſolus credat melius ſentire, quàm plures ſimul Do-
ctores celeberrimi, qui ſunt ſplendor, & lucerna
totius Iuris, & quaſi radij ſolis, à quibus multa ob-
ſcura iuris loca illuminantur, & illuſtrantur, *Gram-
mat. Vot. 1. ex num. 9. & per tot. Hieronym. Cened.
canon. quæſt. 3. nu. 10. verſ. neque quis ſibi: Et Fa-
85 bius inſtit. lib. 5. cap. 2.* † præiudicia hinc fieri ani-
maduertit, vbi ſcilicèt exempla duobus confirman-
tur, auctoritate videlicet eorum, qui pronuncia-
runt, & ſimilitudine rerum, de quibus quæritur.
86 Et quod ideò Iudices † non debeant declinare à
placitis Rotalibus propter eminentiam tantorum
Patrum, conſuluit *Menoch. conſ. 1196. num. 2. ad
87 fin. verſ. cum ergò tot.* † Cùm enim Romanus
Pontifex in grauioribus, & difficilioribus cauſis,
quæ ad Sedem Apoſtolicam deuoluuntur, eorum
Iudicio vti non dedignetur, *Prępoſ. in can. multis
in prima col. verſ. nota quod nedum maiores, 17.
distinct.*

88 *distinct.* † & ipsemet olim ad eorum relationem iudicabat *Specul.de Audit.num 3. Gomez.ad reg.*
89 *Cancell. in proœm. de Rota immut.* † Vnde mox ex eorum prudentissimis responsis decretales Epistolæ, quibus conflatum est corpus Iuris Canonici, prodijt, *Vestr. in praxi lib.1. cap.17. num. 2.* non nisi temerarij, & effrontis hominis esse potest
90 à Rotalibus abscedere Responsis; † Et quamuis Vulgo iactetur Rotã,(vt prædicti loquuntur,) quãdoq; rotare, & contrarias primis nouas amplecti sententias, (vltra quod id illius auctoritati potius adijcit, quam detrahat) nisi ex facti mutatione
91 aliqua contingat. † quæ tametsi modica totum Ius inuertere potest, iuxta *l. vt responsum, vbi Alciat. nu. 10. C.de transact.* id perquàm raro con-
92 tingit, vt ideo non mereatur attendi, † non solùm quia facti interpretatio, plerumq; etiam prudentissimas fallit, *l. 2. ff. de Iur. & facti ignor.* & ex
93 libris nostris appareat Iuris peritissimos, † plerosq; errasse, eamque ob causam variasse, & præ cæteris Papinianum, Scæuolã, & alios, quos refert *Ant. Faber ad tit. Instit. de Iust.& Iur. Princ.2.in 7.*
94 *illatio.* † Verum etiam, quia id admodum est infrequens, *l.nam ad ea, ff. de legib.*
95 Notus est enim mos sacri Palatij, † non leuiter recedendi ab opinionibus per ipsum semel approbatis, nè quando sub securitate, & fiducia prioris interpretationis, quispiam se deceptum reperiat, vt scriptum reliquit *Cassad. decis. 22. sub num.6.vers. Item quia maiores, super regul. Rota in recent. decis.659.num.3.& 9.par.2.*
96 Et dixi ab opinionibus † per ipsum ordinem approbatis, nam si quæ obiter dicantur, etiamsi aliter in applicatione ad alios casus non videantur subsistere, non ideò tamen sunt statim improbanda, sed perpendendum est quorsum tendãt, & quo-
97 modò applicentur, † neque enim Ius ex Regulis, sed ex Iure Regulæ constituuntur, *l. 1. de reg. iur.*
98 *quem tex.* † si aliqui sibi ob oculos proponerent, nec tàm incautè Rotales sententias damnarent, nec plerumque eis abuterentur, nimis enim stolidi ij sunt, qui verba decisionum captãt, nec qua mente prolata fuerint, animaduertunt, contra officium eius, qui legum scientiam profitetur, *l. scire leges, ff. de legib. l.pen. ff. ad exhiben. cap. intelligentia de verb.sign.* & malum morem aucupandi, & captandi verba decisionum, iure merito perstrinxit Rota *in vna Papien. beneficij, 10. Aprilis 1617. coram bo. me. D. Andrea*; Et quemadmodum Aristo-
99 nymus Chius; † circulares scientias, Philosophia neglecta, sectantes; Ita ego hos qui neglectis fontibus iuris, verbis decisionum quæ nec bene percipiunt suas instruunt acies, comparare soleo Procis Penelopes, qua cum minimè potiri possent, ad Ancillas se conuertebant, vt commemorat *Volaterr. in Philolog. lib. 28. cap. 4.*
100 Doleo † Patrum Modestiam in auertendo à typis decisiones, quas intelligerent, Litigatorum non publicæ causæ euulgari, occasionem cuispiam prorsus ab his Sacris alieno dedisse, nedum inconsultis, sed penitus ipsis inscijs, sine aliquo delectu, quales ad manus incorrectæ deuenerunt, earum multas imprimendi, & impressas æquiuoco Collectoris titulo per orbem spargendi, quas hodie sub quadipartito Recentiorum nomine allegare vsus Curiæ induxit.

Vt autem intelligant ij, qui nunquam Romanam Curiam viderunt, summam auctoritatem tanti Auditorij non purpura, aut supercilioso fastu, sed summa religione subnixam, neuè for-
101 tè ad vaniloquentiam referant, † quod scripsit *Bellam.in decis.37.circa finem, vers. ratio consuetudinis*, propter Peritorum copiam, & disertissimum modum, qui ibi habetur causas audiendi, cõsulendi, & decidendi, alium magistratum ecclesiasticum in toto orbe non reperiri Sanctiorem, cumque id maximè etiam tendat ad nostrum hoc opus promouendum, decreui inclitam eius formã, & maiestatem in qua hodie splendet, ità ad viuum exprimere, vt, nisi qui barbarus est, illam procul etiam non suspiciat, & veneretur.

Peruasit enim etiam apud exteras, & dissitas regiones, Sacri Palatij causarum Auditores esse sciẽtissimos, & vndequaque quęsitos, simulq; per Viros doctissimos causas apud eos mirifico ordine promoueri; At cum facile quis ea omnia (cum paruis magna componens) propriorum locorum conferat Magistratibus, quæ scitu dignissima sunt, subsident, nec mente concipiuntur.

Auditorium itaque istud tria hæc reddunt conspicuum, Numerus duodenarius, ad quem fuit ordo redactus ex constitutione Sixti Quarti, anno 1472. quæ in Bullario nouo est secunda; Personarum delectus ex constitutione Martini Quinti, anno eius primo, quæ est *3 ex §. 14.* & demum ipsa iudicandi ratio.

Quantum ad numeri prærogatiuam, quæ multis cum alijs etiam externis Magistratibus communis
102 est, satis constat non esse mediocrem; † firmius enim est Iudicium, quod plurimorũ sententia confirmatur, ait *tex.in cap. prudentiam, §.illa quippe, de off. deleg.* cum alijs per *Honded. cons.23. n.47. lib.1. Mantica decis.344 num.2.* hincq; magis de-
103 fertur sententiæ vnius Collegij, † quam singulorum Doctorum, *Neuizan. Sil nupt. lib.5. nu.35.*
104 *Aym.cons.532. num. 16.* † *& de Rota Ciuitatis Bononiæ tradit Menoch.cons.32.n.45* etiamsi esset
105 communis opinio, † *Ceual.in præfat.ad com.n.26.*

Quamuis enim contingere possit, vt à plurimorum sententia quis diuersus abeat probabiliori-
106 bus, & melioribus rationibus motus, † tuncque æquissimum sit cum illius Iudicio transire *cap.1.de his, quæ à maior. par. capit. can. Nicæna 31. di-*
107 *stinct.l.1.§.sed neque, C. de vet. Iur. enucl.* † Et aliquando paruulis reuelet Deus, quæ abscondit Sapientibus, *can.esto subiectus 95.distinct.* prout tradit *Iacobat.de concil lib.6.art.2.num.97. vers. restat respondere ad contraria.*
108 Id tamen intelligi debet, † si appareat euidenter aliquid de nouo consideratum, quod multitudo non viderit, nec considerauerit, & quod si vidisset, & considerasset, probabiliter contrarium censuisset, vt ex sententia B. Hieronymi videtur declarare *Barbat.in c.1.sub n.112. vers. facit etiam quod scribit, & num.113. de constit.* quod vti rarum, ità in Iudicijs periculosum.

Atque

Atq; ità ſub hoc prætextu nõ eſt ſingularis cuiuſq; perſonæ ſenſus præferẽdus multitudinis Iudicio, pro quo lex magis præſumit, vt dixi, cuius rei quoad Iudices; Magiſtratuſq; pertinet, viuam
109 rationem,† ponit *Ariſt. in Polit. lib. 3. cap. 11.* in hæc præciſa verba. *Vt enim (inquit) conuiuium ad quod plures conferunt, melius eſt, quã vna, atque ſimplex menſa, ſic iudicia multorum ſæpè meliora ſunt, quàm vniuſcuiuſq. Præterea multitudo minus ſubiacet corruptioni, quemadmodũ aqua magna congeries, ſic etiam plures, quàm pauci, incorruptibiliores ſunt.* His enim verbis viſus eſt Ariſtoteles clarè innuere per numeroſitatem hanc duobus malis occurri, quibus frequenter Iuſtitia ſubuertitur, nimirum imprudentiæ, & corruptelæ,
110 pari enim † paſſu ambulant *l. 2. & l. Venales C. quando prouoc. non eſt neceſſe;* aduerſantur enim
111 illis duobus ſalibus, quos † habere debet in mente is, qui iuri dicundo præeſt, ſcientiæ videlicet ne ſit inſipidus, & conſcientiæ, nè ſit diabolicus, vt inquit *Bald. in l. 2. ſub num. 10. verſ. ſcias tamen, quod in mente Iudicis, C. de ſent. ex breuic. recitan.* quem refert *Iaſ. in l. rem non nouam ſub num. 1. verſ. alibi dicit C. de Iudicijs, Purpur. in l. 1. num. 458. de off. eius cui manda. eſt iuriſd.* plures addit *Boer. deciſ. 153. num. 31.* & ſequitur *Menoch. de arbitr. caſ. 339. num. 1.*

Vtriq; malo, nõ ità occurritur ex perſona vnius quantumcunquè ſingularis & ſcientiæ, & conſciẽtiæ, vt ex multorũ cœtu, quod clarum eſt, & exemplis, quibus Ariſtoteles vtitur, & ipſa rerũ expe-
112 rientia; nam Papinianus † vir ingenij excelſi nuncupatur *in l generaliter 9. cum autem C. de inſtit. & ſubſtit.* & acutiſſimi *in l. cum acutiſſimi C. de fideicomm.* & nihilominus illius labores repletione aliqua eguiſſe ex Vlpiano, Paulo, & Martiano, conteſtatur *Iuſtinianus in l. 1. §. ſed neque ex multi-*
113 *tudine, C. de vet. Iu. enuclean.* redditurq; † ibi ratio rem noſtram attingens, quod in multitudine errantium poſſit vnius tenuioris ſententia alios etiam maiores aliqua in parte ſuperare; plus enim vident oculi, quàm oculus, & quandoque Deus reuelat vni paruulo, quæ multis prudentibus celat, vt in propoſito dicebat *Bellam. in d. Can. eſto ſubiectus num. 4. & 5. 95. diſtinct.*

Pariter quod ad integritatẽ attinet, & huic cõ-
114 trariã Iudicij corruptelã notũ eſt Iudiciũ † Paridis, qui tametſi à Ioue electus, vir ex ſtirpe Regia, ſimplex, & ruſticanus, libidinis gratia ſententiã dixit; ſuper quo exclamans *Apul. metam. lib. 10. Quid ergo (inquit) miramini viliſſima capita, immò forenſia pecora, ſi toti nunc Iudices ſententias ſuas pretio nundinantur?* Criminis enormitatem, ple-
115 namquè † eius tractationem latè ex noſtris proſequitur *Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 342.* quod ſa-
116 nè vix eſt, vt ſuo veneno † integrum Collegium poſſit inficere, quod enim eſt tàm deſperatũ Collegium, in quo nemo è decem ſana mente ſit? (inquit) *Cic. in tertio de leg.* Super quo nõ immoror.
117 Hincq. inoleuit † vſus Signaturæ in non reſcribendo cum clauſula (appellatione remota) in materijs cõcernentibus meram Iuſtitiam, niſi reſcribat alicui ex Rotę Auditoribus; nàm vbi Princeps, qui ſolus ità poteſt reſcribere *l. 1. §. interdum ff. à*
118 *quibus appell. non licet,* ex cauſa † aliqua ad ità reſcribendum mouetur ſumma peritia, & irrefragabilis integritas in ipſo Iudice exigitur, *Couar. pra. ctic. quæſt. cap. 23. ſub num. 6. verſ. quinto probari poteſt;* vndè circumſcripto conſenſu partium
119 ex † doctrina *Gloſſ. 1. in Can. à Iudicibus, verſ. di-*
120 *cas ergò 2. q. 6.* vel nunquam ſic † reſcribitur ſingulari perſonæ, vel ſi reſcribatur, nihilominus poſteà idem Princeps appellationem admittit, propter facilem inductionem grauaminis, quod à Canonum ſententia non exorbitare, docet *Gloſſ. in d. l. 1. §. Interdum, in verb. ab eo prouocare,* nequè
121 hoc caſu † datur clauſula (parito) vt latè fuit deciſum *in Valliſoletana exemptionis 14. Martij 1616. coram R. P. D. Pirouano.*

Perſonarum Delectus non fit ex collatione pe-
122 cuniæ, quod adeò † profusè deplorant *Neuizan. Sil. nupt. lib. 5. n. 100.* & qui mala inde erumpen-
123 tia oſtendit, & tam † præponentes, quàm præpoſitos grauiter peccare demonſtrat *Tholoſ. in repub. lib. 4. cap. 6. num. 4.* minusvè ex alijs animi moti-
124 bus per *Tholoſ. toto d. cap. 6. relatis,* & ſæpius † de perſonis, quibus nemo rem ſuam familiarem crederet, vt dicebat *Socrates* relatus per *Neuizan. vbi ſuprà,* ſed fit iuxta præfatam Conſtitutionem
125 Martini V. ex tribus † principalibus requiſitis, videlicet ex doctrinæ præſtantia, ità vt non ſufficiat aſſumendum eſſe in Iure Doctorem, niſi reſpectu talis gradus ſit illuſtris, & ad minus per triennium in eo profeſſus, atque inſuper publicè coram tota Curia, & mox priuatim coram Cardinali Vice-Cancellario ſuę doctrinæ periculum faciat, ſubijciendo ſe rigoroſiſſimo examini; nam ex Doctora-
126 tu malè † infertur ad doctrinam, vbi eius veritas exigitur, quod latè proſequitur *Mandoſ. ad reg. 16. Cancell. quæſt. 13. ſub nu. 3. verſ. hodie video,*
127 & conferunt, † quæ pudet referre ex *Guillel. de Benedict. in repet. cap. Raynutius in verb. et Vxorem nomine Adelaſiam, in 5. deciſ. ſub num. 586. de teſtamen.*
128 Hincq; dicimus † non omnem Doctorem doctum eſſe, ſed bene è conuerſo omnem doctum eſſe Doctorem; *Lucas de Penn. in l. vn. ſub num. 9. verſ. nec omnis Doctor. C. de Athlet. lib. 10.* Re ſcilicet, & opere; multi enim ſunt Doctores nomine,
129 pauci verò opere, vt de Sacerdotibus † pronunciauit B. Ioannes Chryſoſtomus relatus *in Can. multi Sacerdotes 40. diſtinct.*
130 Satiſq; in aperto eſt, Doctoratus † dignitatẽ in
131 Italia hodie fermè † contemptibilem eſſe, quod ferè omnes paſſim ad illam promoueantur, vt benè aduertit Reuerendiſſimus D. Anaſtaſius Germon. Archiepiſcopus Tarantaſien. *de Indult. Card. §.*
132 *etiam ex eo nu. 72.* & † adhuc benè audit quidam Epiſcopus Capuanus, qui Doctores reuertentes à Scholis iterum curabat examinare, & ſi erant inſufficientes lacerabat eis priuilegium, vt meminit *Nicol. de Neapol. in l. ſed & reprobari ff. de excuſat. tutor.* prout refert *adden. ad Bart. in l. Grammaticos in primis verbis C. de profeſſ. lib. 10.* & hunc Epiſcopum commemorat etiam *Felyn. in cap. ex literis num. 6. de conſtit.*

Huius

131 Huius verò alter discrimen, † nec quidem ipse
Felynus euitare potuit, quamuis tẽpore suæ admis-
sionis ad Auditoratum, Ordinariam Pontificij Iu-
ris annis viginti per publica occupasset Gymnasia,
vt Idemmet refert *in cap. cum Venerabilis sub*
num. 49. circa finem vers. & ideo Doctorati, *de*
133 *except.* † Quemadmodum nec paulo post euita-
uit Io. Antonius de Sancto Georgio, Præpositus
Alexandrinus vulgo nuncupatus, tametsi iàm fama
super æthera notus, contra cuius theses Felynus in
ipso examine publico sexaginta formauit argumẽ-
ta ex textibus, & glossis Ordinarijs dumtaxat de-
sumpta, & quibus ille paribus responsionibus extẽ-
plo satisfecit, vt habet *Apostilla ad eumdem Præ-*
posit. in procem. decreti in princ.
Fitque secundo ex Vitæ, & morum honestate,
summaq; Innocentia, ità quod (vt in dicta Consti-
tutione præscribitur) ab omni munere sint mundæ
manus eius, Doctrinæ enim si accedit morum ho-
nestas, & suauitas, iàm omnis perturbatio animi
cessabit, qua nihil deterius in ferendo Iudicio. Vn-
134 de Samij Pytagoræ † vetus Symbolum, *Iudici, vel*
magistratus cor non edendum, idest nullis animi
perturbationibus subijciendũ, ita vt inimici æquè,
ac amici decurtant partes, vt scitè exponit *Cam-*
pan. in opusc. de regen. magistr. fol. 3.
135 Proindeq; licèt sæpissimè illegitimi † natales
aliquorum virtuti minimè obstiterint, quorum
Catalogum conscripsit *Paleott. de noth. & Spur.*
136 *ad fin. oper.* † tamen quia interim lex de illis ma-
lè suspicatur, præsumitq; *can. si gens Anglorum 56.*
137 *distinct.* † Semper tales fortuna ab hoc Ordine
exclusi, quatumcunque alias summa præditi do-
ctrina, & honestis moribus, vt de Philippo Decio
retulit *Gomez. ad reg. de trien. quæst. 2. col. 2. vers.*
138 *& ob eam causam*, † vbi refert paulo antè, aliud
simile exemplum contingisse sub Paulo 2. neque
vsquam fuit aliquis aliter receptus, quàm præuia
rigorosissima inquisitione super Vita, moribus, &
139 natalibus, & præuio supradicto examine, † adeo
quod nec fuerit obtemperatum mandatis contra-
rijs Sixti IV pro admissione cuiusdam Antonij de
Parma, nam (vt legi in quodam Diario manuscri-
pto illius tẽporis) Auditores vnanimiter eo vsque
restiterunt dicto Pontifici, & fulminanti; & vincula
minitanti, vt deserto Auditorio, clàm se in fugam
proripuerint, qua animorum constantia fracto
Sixti impetu, Antonius suo temerario desiderio
frustratus fuit.
140 Tertio denique in delectu † ea ratio bonórum
fortunæ habetur, vt admittendus tantum habeat,
siuè in beneficijs, siuè in Patrimonio, vt in Romana
Curia pro dignitate Ordinis valeat sustentari, vt in
d. Constit. Martini V. eodem §. 14. vbi taxantur
reditus necessarij ad ducentos florenos auri de Ca-
mera, sed nunc propter auctam cum ipso luxu an-
nonæ charitatem iàm nemo admittitur, nec eligi-
tur per Summum Pontificem, qui in reditu minùs
habeat aureorũ mille, idque sũma ratione, ne scili-
cet propter egestatẽ, ipsius Ordinis splẽdor minua-
tur, Quandoquidem in Indigentia nimia constitu-
141 ti, † deiecto sunt animo, vilesq; existimantur, in-
142 quit *Tholos. in sua Repub. lib. 4. c. 5. n. 18.* † Hinc-
que ipsam paupertatem nostræ leges vilitatem
vocant, *l. 2. in princip. vers. quid enim tàm durum*
143 C. *quando & à quibus quarta pars lib. 10.* † Co-
git ea namque quidvis facere, & pati, virtutisque
arduæ viam deserere, inquit Horatius, quem cum
alijs in hanc sententiam benè congestis retulit
Anna. Rober. rer. Iudicat. lib. 3. cap. 2.
144 Vnde in benè ordinata Republica, † nusquam
munus iudicandi, pauperibus, & indiguis amanda-
tum fuit, vt latè demonstrat *Bobadil. de Polit.*
lib. 1. cap. 12. ex nu. 21. & ex sententia *Boet. tra-*
dit Lucas de Penna in l. vlt. num. 6. C. de his qui
num. liber. vel pauper. se excus. lib. 10. & plenè
etiam *Gars. Mastrill. in tract. de magistr. tit. 2.*
cap. 12. ex num. 9. & plura in hanc rem, & scite, &
doctè *Ioan. Mattienzo in libro, cui titulum fecit*
145 *Dialogus Relator. par. 4. cap. 8. ex num. 1.* † Et
quamuis non ignorem aliter in hac re æstimari di-
uitias, & paupertatem, totumque referri ad ani-
mum, vt latè per eumdem *Mattienzo eodem c. 8. ex*
146 *num. 7.* † nihilominus semper exigitur mensura
redituum ad victum sufficientium, vt patet ex
eisdem met Auctoribus, quos allegat præcipuè *n. 18.*
ad finem.
147 Modus denique † seù ratio iudicandi omnem
mentem superat, quod vt penitùs innotescat, ali-
qua edisserenda sunt circa personas, quæ causas
148 in eodem Auditorio promouent. † Illudque pri-
mum omnium satis constat huc commeare ex to-
to Orbe Viros, quos ob animi magnitudinem na-
tale solũ non capit, quosq; omnes gloriæ vnus ardor
habet; Qui horum optimi sunt, & Iuris pruden-
tiam colunt, se vt plurimum foro applicant, Magi-
stratus, eorumque ritus discunt, primorum Aduo-
catorum, seù Patronorum sub Vexillo tyrocinium
emensi, & qui plus sapiunt, priuatis interim pro-
curationibus viriliter incũbunt, non vt in eo exer-
149 citio perseuerent, † quod fortè eorum ingenui-
tati præiudicium inferret, ex his, quæ tradit *Tira-*
150 *quel. de nobilit. cap. 30. nu. 1. & 8.* † & facile ani-
mos ad fraudes, & mendacia conciliaret, *Bald. in*
l. ab Anastasio, sub num. 8. vers. item hæc lex, C.
mandat. sed vt ne Iudiciorum forenses tramites
ignorent. Vnde cessat periculum præiudicij hu-
151 iusmodi, † cum in hac materia magis attendatur
causa, propter quam suscipitur, quàm natura artis
susceptæ, iuxta doctrinam *Bart. in l. vnica sub*
num. 15. vers. & potest esse, C. de mulier. lib. 10.
Mox, quasi tremulis, causarum patrocinijs, vel
consultationibus admouent manus, donec sensim
auctoritate, eloquentia, ingenij acumine, & deni-
que Viri officiosi, & vsu exercitatissimi fama
comparatis, aut causis ipsis ex facto, secundum
Ius tamen, instruendis, & orandis incumbunt, Aut
152 Iuris consultationibus tantum vacant: † Vndè
non ineptè, sed diuersa ratione, vtrosque Aduoca-
tos dixeris, quasi illos patrocinij, hos consilij gra-
tia ad causam vocatos, *ex Ioanne Kal. in eius lexi-*
co Iudicio, in verb. Aduocati, vel patrocinij, vt mi-
153 nus hæreas, † deinceps eum in Iure reperieris pro
eodem Patronum, & Aduocatum poni, *vt in l. 1.*
§. ait Prætor. ff. de postulan. in l. 1. & ferè tot. tit.
C. de Aduoc. diuers. Iudic. in l. vlt. C. de Assessor. &
in

154 in l. 2. & l. quisquis C. de postulan. omnis † enim
Patronus Aduocatus est, at non è conuerso omnis
Aduocatus, Patronus, quia Aduocatus, Cōsilij gra-
tia, Aduocatus est, quasi vocatus ad Consilium ex
Ioann. Kal. vbi supra, & tradit Cuiac. in paratit.
C. de Aduoc. diuers. Iudic. tamen Patronus mini-
155 mè est; Atque ideò hic solus in † Romana Curia,
peculiari nomine Aduocatus dicitur ad distinctio-
nem Patroni, quāmuis me nō lateat, plures voluisse
156 hunc † potius dici Consultorem, quàm Aduocatū,
& nomen istud Aduocati Patrono dumtaxat con-
uenire, qui causam tamquàm alumnam suam pro-
mouet, vt opinatus fuit Decian. in Apolog. aduers.
Alciat. impress. in fin. tom. 3. eius Responsorum
cap. 19. num. 21. Quod non prosequor, vis enim
est in re, non in simplici nomine, in quo si tenacius
157 hæreas secundum Iuris † intentionem in l. 1. §. po-
stulare ff. de postulan. & in l. 1. §. Aduocatos de
var. & extraord. cognit. vtrumque Oratorē, neu-
trum dices Aduocatum, cum neuter vsquàm in
Iudicio apud acta compareat, neque subscribat
positionibus, aut exceptionibus Iudicialibus, vt
alibi fit, sed priuatim, & extra omnem formam,
& figuram Iudicij apud Patres in eorum priuatis
Aedibus causam oret.

Et hæc est in effectu vera ratio, cur in Rom. Cur.
158 Clerici, † & Sacerdotes ipsi quantumcunq; benefi-
ciati, munus huiusmodi impunè obeant, quamuis
enim existimauerint aliqui ex tolerantia Papæ id
permitti, tamen longè aliter se res habet; id enim
prouenit ex eo, quia cùm munus istud priuatim,
extraiudicialiter, & sine vllo prorsus iudiciali stre-
pitu exerceatur, non est contra Edictum, de quo
in cap. 1. & in ipsa Rubr. ne Clerici, vel Monachi
& in cap. 1. de postulan. vt plenè edisserit Thom.
Sanch. in summa lib. 6. cap. 13. num. 27. cum
quinque sequentibus.

Nec honestati Clericali detrahit, vel consulere,
vel extra Iudiciū patrociniū exhibere; cōstat enim
159 vtrumq; munus esse nobilissimū, de simplici † con-
sultore, si quis dubitat, certè ipsius Iuris prudentiæ
maiestatis reus est: Nec de patrono secùs om-
nium Doctorum consensu æstimare oportet, Paul.
de Cittad. in tract. de Iur. patron. par. 1. num. 11.
nàm præter Iuris scientiam, eum illustrem reddit
160 ipsa dicendi ars; cum enim † nobilitati mixtum sit
onus militiæ, inquit Cuiac. in explicat. tit. C. de
testam. milit. circa finem, vers. nobilitati quidem;
161 constat, militare † Patronos causarum, qui glorio-
sæ vocis confisi munimine laborantium Spem, Vi-
tam, & posteros defendunt, dicit tex. in l. Aduoca-
ti ad fin. C. de Aduoc. diuers. Iudic. Hinc Luciani
carmen in Panegirico ad Pisonem: licet exercere
togata Munera militiæ, licet, & sine sanguinis
haustu, Mitia legitimo sub Iudice bella mouere,
Hinc quoque seruati cōtingit gloria Ciuis: Altaq;
victores intexunt limina palmas: Et Ouid. fast. 1.
de Germanico loquens: Quæ sit enim culti fa-
cundia sensimus oris, Ciuica pro trepidis cùm tulit
arma Reis.

162 Inter Patronos † autē, seu Aduocatos, minimè ij
censendi sunt, qui legum ignari simplex factum
proponunt, ij enim Procuratores vocandi sunt,
inquit, Lanfran. de Oriano in repet. cap. quoniam
contra, num. 427. de probation.

163 Eos autēm, † qui tàm generoso naturæ impulsu
militiæ huic nomina dedere, mirum quantum ea-
dem natura velùti suos agnoscat, foueat, alios
tanquàm degeneres reijciat, despiciat, dum vtrosq;
ad lapidem lydium probat, ad veram scilicet bene-
uolentiam, & comitatem Patrum, qua nihil gratio-
sius experi potest, neque in aliud intensiùs oculos
defigit Populus, cuius iudicio hic circumscribitur,
164 cætus, quem † Seminarium dignitatum non malè
cum Valentiniano dixerimus in nouell. de postu-
lan. vt refert Cuiac. in lib. 3. Paul. ad edictum in
explicat. l. 4. de popul. action. & nouè etiā Anton.
Mornacc. ad l. binos 10. in prin. C. de Aduoc. di-
uers. Iudic.

165 Neque patiūtur Patres † se huic cœtui inferri fo-
renses Rabulas, quos Cic. in lib. de diuinat. mora-
tores vocat, id est nulli alij vsui, quam ad moram
negotijs faciendam adhiberi consuetos, vt explicat
Cuiac. obseruat. lib. 4. cap. vlt. Vt ignaros ita im-
pudentes, natos tantum ad conturbandum nego-
cia hominum, confundendum, & permiscendum
Iura omnia, quo genere nihil in Republica perni-
ciosius, nihil imperitius, sunt verba præcisa eius-
dem Cuiac. in cap. vn. de lit. contest.

166 Et profectò, nec si ipsi Patres eos paterētur, pos-
sēt huiusmodi hominū ingenia in hoc solo radices
agere, & coalescere, vbi sine clamoso strepitu Iudi-
cia decurrunt, conficiuntur, & illorū discussio pri-
uatim, & sine contradictorio, (secundum morem,
quem nunc subijciam) fit, vt ideò impossibile sit
practicare in hoc Auditorio, quod de Rabularum
officio cecinit Prudent. in Hamartigenia: Nodos fraus abdita nectit, Inde canina foro la-
trat facundia toto.

Ergò per supradictos Viros, causæ Sacri Apo-
stolici Palatij hoc mirifico etiam ordine promo-
167 uentur: Porrò † processū Procuratorum opera,
(quos sollicitatores dicimus, seu à sollicitando ne-
cessitate, procurationis officio coniuncta, Felyn.
in cap. tua nos sub num. 1 vers. & idem infero de
Homicid., seu ad differentiam Patronorum, quos
168 vulgò Procuratores vocamus) † instructo: (quām-
uis Auditor ad id formaliter non arctetur, sibiq;
169 satis † sit negocium cum alijs Patribus communi-
care, vt fuit responsum in vna Anconitana Separa-
tionis Thori 12. Iunij 1601. coram Illustrissimo
D. meo Alphonso Manzanedo meritissimo nunc
Patriarcha Hierosolymitano, & in vna Abulen.
Pensionis 15. Decemb. 1610. coram R. P. D. meo
Pirouano, impres. per Marches. tom. 1. pag. 535.
sub num. 8. vers. quia dixerunt Domini, vbi quod
Bulla Pij Quinti non arctat Auditores inire dispu-
170 tationes superfluas) tamen † Patroni facilè con-
ueniunt super puncto à cuius resolutione exor-
diendum esse certamen, causæq; victoriam pende-
re animaduertunt; Huiusmodi enim dubia, siuè
puncta non aliter quàm partium concordia firmā-
tur, ex doctrina Imol. in l. 1. §. quæsitum num. 6. in
extremis verbis de appellat., & nisi incidat præiu-
171 dicialis quæstio, concipiuntur secundum † inten-
tionem Actoris, vt per tex. in l. circa eum 14. de
probat.

probat. & in l. vltim. vbi *Gottofr. ad finem ff. si*
liber. ingen. esse dicatur, notat *Cuiac. obseru.*
172 *lib. 5. c. 17.* Partibus autem dissidentibus, † Audi-
tor causæ (quem Ponentem nuncupamus, suas in-
terponit partes, ac si quę maior emergit difficultas,
eã cum cęteris Patribus communicat, & ex eorum
sententia punctum, seù dubium disputandum effor-
173 mat, atque subsignat: † Patroni hinc inde factum
clarè, & quàm fieri potest, quatenus ad controuer-
si puncti discussionem pertinet, succinctè, ac dilu-
cidè, sineq; vlla prorsus diuagatione scribũt, ex eoq;
Iuridicas diducunt rationes, quibus in partes suas
Iudices trahant: Vtque submoueatur omnis occa-
sio veritatis cauillandæ, nil in facto ponitur, quod
non eodem contextu iustificetur ex alia scriptura,
quam Iurium Summarium vocitamus, in qua In-
strumenta, Testes, aliaque huiusmodi, prout iacent
in processu, distinctim per suos numeros recitan-
174 tur: † Mòx super eodem facto sua edunt Aduoca-
ti Iuris responsa, in quibus easdem rationes, & ar-
gumentationes Patronorũ pressius quoad fieri po-
test, simul expendunt, Iuraque & doctrinas, ex qui-
bus credunt illas subsistere, & suggerunt, & con-
175 gerunt: † Decreto propositionis die, biduo an-
te, tàm Patroni, quàm Aduocati singulos intra eo-
rum ædes adeunt Patres, causas ipsas, & disertissi-
mè, & ornatissimè orant. Vesperi eiusdem diei
omnium vtrinq; seu in Iure, seu in facto scripta, at-
que in Summario disposita, bona fide, opera, ac
industria Sollicitatorum communicantur, nè quid
in facto minùs verè proponi suspicio sit, minusvè
fidelitèr in summario conscriptum, aut etiam in
Iure erroneum, aut æquiuocum aliquid sugge-
176 stum. † Ponens omnia confert, & explorat, at alij
nedum singula ruminant, verum etiam resolutioni
suis occurrunt suffragijs, quibus non modo Votum
suum, sed rationes, & fundamenta ex Iuris fonti-
bus deprompta, scripto insinuãt, & contraria refu-
tant: Altero die Patres in ipso Sacro Auditorio
conueniunt, & Ponente sententias ipsorum sus-i-
tante, nec tamen quicquàm ex concepto mentis
suæ propalante (nè detur, vel minima occasio cor-
ruptelę, cuius etiam moris meminit, *Neuizan. sil.*
nupt. lib. 3. sub nu. 98. in extremis verbis, vers.
melius tamen,) Quisque consiliũ suũ edit, collatisq;
ad inuicem ipsis suffragijs, si concordent, iuxta illa
notatur, mòxque per ipsum Ponentem causæ, eli-
matur Resolutio; quam Decisionem nuncupamus:
Quod si quid emergat, à quo animaduertant Pa-
tres Iustitiam pendere, nec benè sit clarum, vel di-
gestum, resolutionem differunt, si vero in puncto
Iuris sic dissident, vt Vota ęqualiter secta sint: Non
177 liquere aiunt, † formulam Iuris vetustissimã ità in
rebus de Iure dubijs respondendi, retinentes, cuius
Vestigium habemus *in l. Idem Pomponius, 14. §.*
fin. de recept. arbitr. & in l. Pomponius, 36. de re
Iud. & quam latè exornat eruditissimus *Brisson.*
in formul. lib. 5. vers. in consilium vero missis, &
laudat Anton. Thessau in præfat. suar. decisionum,
sub num 32. ad med. vers. sed si dubium sit, & huius
etiam formulæ vsusque illius in Rotæ Auditorio
meminit *Gratian. forens. discept. cap. 72. ex n. 47.*
vsque ad finem, mandantq; iterùm consuli, donec
in sententiam conueniant; Adeò vt si ità æqualia
178 suffragia sint, vt non possit capi resolutio, † iu-
beant Ponentem suffragium ferre, cuius stili me-
minit *Gomez. ad reg. de trienna. quæst. 10. vers.*
nec obstat, quod casus. Decisio vtrique parti pan-
179 ditur, † vt quæ se putat lęsam, grauamen siuè ex
facto, siuè ex Iure exponat & nisi euidens sit queri-
moniæ calumnia, iterùm idem punctum excutitur,
in quo maximè elucet Religio Patrum, & zelus
180 Iustitiæ, † nam vera Iustitia compassionem habet,
falsa enim dedignationem, & superbiam, *can. vera*
181 *Iustitia 45. distinct.* † & pro exemplo imcompa-
rabilis ingenuitatis, stat *Seraph. decis. 299. nu. 12.*
ad finem vers. Vltimo non obstat.

Hinc ergò comparata est tanta huius Auditorij,
& Maiestas, & auctoritas, vt in illud optimè refer-
182 ri possint, † quæ in Senatum Boni Principis ceci-
nit in emblematibus suis, Alciatus: *Effigies mani-*
bus truncæ ante Altaria Diuum. Hic resident, qua-
rum lumine capta prior, Signa potestatis summæ,
Sanctiq; Senatus, Thebanis fuerant ista reperta
Viris. Cur resident? quia mente graues decet esse
quieta Iuridicos, animo nec variare leui; Cur sinè
sunt manibus? capiant ne Xenia, nec se Pollicitis
flecti, muneribusvè sinant; Cæcus at est Princeps,
quod solis auribus, absque Affectu constans iussa
Senatus agit.

183 Cæterùm in huius mei operis decursu, † ea quæ
ab alijs scitè, & doctè tradita sunt, minimè rescri-
bam, tantum si quæ paulò obscuriùs exposita, ex
fulgentissimis radijs Romanæ Rotæ in perspicuam
lucem efferam: Primòq; libro simplicem cogni-
tionem, & doctrinam ipsius Rei beneficialis com-
plectar, eoque viam sequioribus substernã: Altero
mòx Potestatem Summi Romani Pontificis de be-
neficijs prouidendi: diuersosq; modos, & singulo-
rum causas, & formas, aperiam. Tertio quæ nam
requirantur, vt eędem prouisiones ex parte eo-
rum, quibus fiunt, efficaces sint, ac subsistant, ex-
ponam: Postremò denique ipsarum prouisionum,
seù literarum Apostolicarum, quæ desuper expe-
diuntur, formas, & exequutionem, (quod est to-
tius operis finis) per expositionum capita ità in-
ter se cohęrentia, vt nullo modo continuus propo-
sitæ tractationis ordo dissoluatur; Deo benefa-
uente, tradam.

SVMMARIVM.

1 *Nominis quæstio in rebus ad liquidum notis vana, & sophistica.*
2 *Dialecticare in verbis haud conuenit Iurisconsulto, sed rerum exitus ponderare.*
3 *Verba ad placitum & moribus, vsuq; mutabilia.*
4 *Verba deseruire naturæ rei, non è conuerso.*
5 *Nominis significatio quando præmittenda.*
6 *Nomina rebus conuenire debere.*
7 *Vocabulorum à cognitione omnem scientiam inchoari.*
8 *Nominum consideratio initium doctrinæ.*
9 *Nominis rectitudo qualis res sit, ostendit.*
10 *Nominum discussio Iurisconsultis frequens ex Stoicis.*

11 *Stoi-*

11 *Stoicorum praeceptis Iuriscõsulti apprimè imbuti.*
12 *Obscura esse, quæ multipliciter exponuntur.*
13 *Ignorari vt plurimum multipliciter exposita.*
14 *Proprietatem vocis ignorare, loquenti reprehensibile.*
15 *Beneficij vox vnde deriuet.*
16 *Beneficij vocis æquiuocatio excitauit maximum dissidium inter Hadrianum Quartum, & Fœdericum Tertium Imperatorem.*
17 *Beneficij vocis duplex significatio.*
18 *Beneficij, vox lata significatione, quid cõprehendat*
19 *Beneficio homini hominì affici reipublicæ interest.*
20 *Beneficij definitio ex Seneca.*
21 *Beneficij definitio eadem ex Seneca, à glo. & Doctoribus perturbata.*
22 *Beneficium in dantis, aut facientis animo, ac voluntate consumitur.*
23 *Beneficentia est actus amicitiæ, & charitatis.*
24 *Aristoteles in explicando, quid sit beneficium, declaratus.*
25 *Beneuolentia quid.*
Amor verus qui sit.
26 *Beneficium quid sit.*
27 *Beneficium non dari sine effectu, falsum esse.*
28 *Beneficium stricta significatione quid.*
29 *Beneficij vox traducta ex more armatæ militiæ.*
30 *Milites beneficiarij qui olim.*
31 *Feuda vnde beneficia dicta.*
32 *Beneficium accipitur pro iure concesso beneficiario ex ipso affectu, & beneuola actione.*
33 *Beneficium Ecclesiasticum de sui natura inæstimabile.*
34 *Laudemium soluitur Domino in alienatione emphyteusis.*
35 *Laudemium non soluitur in alienatione feudi.*
36 *Feudum non pecuniæ prætextu, sed amore, & honore Domini est acquirendum.*
37 *Beneficij definitio ex Seneca, an sit extranea à feudo, vel beneficio Ecclesiastico, & diuersæ Doctorum opiniones excussæ.*
38 *Beneuolam actionem ipsius beneficij substantiæ attribuendam.*
39 *Beneuola actio quomodo cadat in beneficio Ecclesiastico.*
40 *Ioannis de Silua lapsus, in definiendo beneficio Ecclesiastico.*
41 *Definitio malè ducitur ab effectu.*
42 *Ecclesiastica persona ad sollicitudinem, non ad gaudia temporalia vocantur.*
43 *Liberalitas in eo consideratur, qui habet arbitriũ.*
44 *Collatoris actus qua ratione possit dici beneficium.*
45 *Potentia actui proxima, cessante impedimento æquiparatur actui.*
46 *Iucundum quomodo incidat in creatione beneficij Ecclesiastici.*
47 *Lucrum est sua voluntati satisfacere.*
48 *Lucrum est pietatis nomine sumptum facere.*
49 *Iucundum quid.*
50 *Gaudium vnde eueniat.*
51 *Beneficia Ecclesiastica quando sic cœperint nuncupari in Ecclesia.*
52 *Benemeriti digni sunt beneficio affici.*
53 *Beneficium Ecclesiasticum longè aliud à beneficio de reditibus, seù possessionibus Ecclesiæ.*
54 *Beneficij vox in hac materia refertur ad ius percipiendi reditus, & emolumenta beneficij illius, quod aliter quam per Canonicam institutionem Clerico non attribuitur.*

QVAESTIO I.

Beneficium quid nominis.



1 QVEMADMODVM † in rebus ad liquidum notis, de nominum, seù vocum proprierate quæstiones inferre, non minùs vanum est, quàm sophisticum, vt latè demonstrat *Tiraquell. in tract. de Iure primogen. q. 1. num. 1. & Cuiac. in rubr. paulò ante finem, vers. nec iam alia ff. de*
2 *Iur. fisc.* Præcipuè Iuris Consulto, † è cuius dignitate minimè est in verbis dialectizare, sed rerum exitus ponderare, *vt dicebat Bald. in l. 1. sub n. 13. vers. circa ergo propriam materiam C. de furt.* & realitatem considerare, *vt loquitur Idem in l. 1. num. 11. C. si plur. vn. sent.* Quandò nouerint om-
3 nes, Verba † esse ad placitum, eorumq; appellationem, & moribus Ciuitatis, & rerum vsu frequenter mutari, *l. labeo in princ. vers. nec mirum est, de*
4 *suppell. legat.* proindeq; † ea deseruire naturæ rei, cui applicita sunt, nõ è cõuerso, *c. ea, quæ de simon. l. si vno ff. locat. Bald. in l. 2. num. 2. ad fin. vers. respondeo quod verba C. commoda. Abb. cons. 47. num. 2. par. 2. Seraph. decis. 794. num. 6.*
5 Ita è cõuerso in rebus † non satis exploratis pretiũ operæ fit, quãdò nominis significatio præmitti-
6 tur. Cum enim nomina † debeant rebus conuenire *§. est, & aliud genus, vers. sed nos plenissimo fini instit. de donat.* cognitio nominis ad rei cognitio-
7 nem plurimum conducit, ac ideò omnem † scientiam incipere à cognitione Vocabulorum, rectè pronunciauit *Bald. in l. liberti num. 9. C. de oper. libert.* quod Vir sapiens à sapientissimo fortè Epi-
8 cteto didicerat, cuius illud, *initium † doctrinæ nominum consideratio*, vt refert Lips. *in manud. ad*
9 *Stoic. lib. 3. dissert. 2.* nominis † enim rectitudo illa est, vt qualis res sit, ostẽdat, inquit *Plato in Craty-*
10 *lo:* Nec † soli Dialectici hoc seruant, sed etiã ipsi Iuris Consulti, *vt patet ex l. 1. in princ. ff. de Iustit. & Iur.* diligentissimè enim perquirere vim, & proprietatem verborum, mos fuit Stoicorum, quo-
11 rum † Præceptis nedùm Vlpianus, cuius est responsum illud, sed cæteri quoque Iuris Consulti imbuti fuerunt, *vt in repet. d. l. 1. in princ. aduertit Cuiac. & censuit etiam Decian. in Apolog. contra Alciat. impressa ad finem 3. vol. suorum responsorum, cap. 5 num. 6.*
12 Postea quàm igitur in definiendo, † quid rei sit Beneficium, Doctores adeò inter se dissident, vt satis hinc constet, nos non versari circa terminum planè notum, sed potiùs obscurum, *l. ità Fidei de Iur. Fisc.* per quem text. arguitur multipliciter
13 exposita prorsus ignorari, † vt scribit *Castren. in cons.*

conf.195. nu.2. lib. 1. & ex subiectis patebit; Nõ
erit inutile Indaginem hanc de nomine *beneficij*
præmittere, nè (quod plurimis iám accidisse vi-
deo) ex ignoratione termini in infinitos prolaba-
14 mur errores: † Reprehensibile enim est loquenti;
si vocis proprietatem ignoret, priusq; determinet,
quàm terminos intelligat quæstionis, vt per *tex. in
l. Domitius, ff. de testam. & in l. vt responsum, C.
de transact. scripsit Angel. conf. 110. sub num. 1.
vers. & antequam veniam, & post cum Mant. de
coniect. vlt. volun. lib. 1. tit. 1. num. 1.*
15 Nihilominus si ex latinis scriptoribus, † vel ex
nostris etiam Doctoribus nimis anxiè deriuatio-
nem huius vocis inquiram; an scilicet ducatur à be-
nè, vel à beneuolè faciendo, vel à beando, vt existi-
mauit *Ias. in princ. lib. feud. num. 31.* facilè est, vt
vel in ipso limine nugari videar: Totum hoc igitur
transmittam, quod etiam ex his, quæ statim dicen-
16 tur, percipietur, † Tantum moneo; olim vocem
hanc *beneficium* in sensu æquiuoco prolatam,
maximos in Ecclesia Dei excitasse fluctus; qui ta-
mèn Summi tunc Pontificis prudentia compositi
fuerunt, vt quisq; intelligat, neque ex toto Indagi-
nem hanc otiosàm videri: Nàm cum Hadrianus
Quartus anno Domini 1157. literis suis increparet
Fœdericum Tertium, quod remissus esset in vindi-
canda Iniuria Londonen. Archiepiscopo irrogata,
illique exprobraret inter alia *Sanctam Romanam
Ecclesiam Imperialis insigne Coronæ libentissimè
contulisse*, adiecissetq; hæc verba, *neque tamen pœ-
nitet nos desideria tuæ voluntatis in omnibus im-
pleuisse. sed si maiora beneficia Excellentia tua de
manu nostra suscepisset, si fieri posset; (conside-
rantis quanta Ecclesia Dei, & nobis per te incre-
menta possint, & commoda peruenire) non im-
merito gauderemus* Fœdericus hæc verba detor-
quens ad feudalem concessionem, quod vox ista
strictè accepta significare videbatur, suæ super hac
re indignationis publicauit Edictum, Vnde prudẽn-
tissimus Pontifex anno sequenti *1158.* alias literas
eidẽ Fœderico dedit, per quas explicata ei vi ter-
mini in hæc præcisa Verba. *licet enim hoc nomen,
quòd est beneficiũ, apud quosdã in alia significatio-
ne, quàm ex impositione habeat, assumatur tunc ta-
men in ea significatione accipiẽdũ fuerat, quã nos
ipsi posuimus, & quã ex institutione sua noscitur
retinere. Hoc enim nomen, ex bono, & facto, est edi-
tum, & dicitur beneficium apud nos, non feudum,
sed bonum factum: in qua significatione in vni-
uerso Sacræ Scripturæ corpore inuenitur, vbi ex
beneficio Dei, non tamquam ex feudo, sed veluti ex
benedictione, & bono facto ipsius, & gubernari
dicimur, & nutriri: & tua quidem Magnificentia
liquido recognoscit, quod nos ita benè, & mirificè
Imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposui-
mus, vt bonum factum valeat ab omnibus iudica-
ri.* Adeo benigna, & pro statu ChristianæReipu-
blicæ, peropportuna interpretatione accepta,
Fœderici ira deferbuit, & cum ea Romanæ Eccle-
siæ tũc instans procella, euanuit, quod latius prose-
quitur *Baron. in annis supradictis 1157. & 1158.*
17 Patet igitur Vocem hanc, vndequaque † deri-
uetur, in duplici significatione vsurpari, laxa vi-
18 delicet, & stricta: † Et priori quidem animi affe-
ctum exprimimus, in quo sensu accipitur, quod vul-
19 gò quidem, † sed verissimè dicitur, Reipublicæ
interesse, hominem homini beneficio affici, *l. se-
20 ruus, vers. sed nec videtur, ff. de seru. exportan.* † &
de hoc beneficio tractans *Seneca de benef. lib. 1.
c. 6. Quid est ergò inquit beneficium, beneuola
actio tribuens gaudium, capiensq; tribuendo, in
21 id, quod facit, prona, & sponte sua parata.* † Quæ
verba, cùm Obertus de Horto consuetudinum
feudalium compilator, pro explicatione eius ter-
mini nuncupatim ex ipsius Senecę textu transcri-
psisset *lib. 2. tit. 23. in quib. cau. feu. amitt.* aliquis
imperitus, post vocem illam *gaudium* adiecit
capientibus, vt aduertit gloss. *in eodem verb. ca-
pientibus.* Deterius tamen alij, qui beneficium in
hac lata significatione acceptum, perturbatis peni-
tus Senecę verbis, ex eo pronunciarunt, beneficiũ
non esse aliud, quàm beneuolam actionem tribuen
tem gaudium capienti, inter quos *Abb. in c. 1. sub
num. 6. vers. nota ibi beneficio de commoda, vbi
etiam Imol. num. 5. Idem Abb. in cap. Ad audien-
tiam, sub num. 7. vers. vltimo collige de præscript.
traduntque in Rubr. Barbat. num. 30. & Bero.
num. 4. de rescript. Alex. conf. 55. nu. 2. vol. 2.*
22 Neque verò his satis obuium fuit, † beneficium
in ipso dantis, aut facientis animo, & voluntate co-
sumi, nec aliam esse illius causam materialem, quæ
ideo nec manu tangi, nec oculis cerni potest, vt di-
sputat eodẽ loco Seneca, & *in cap. 5. eiusdem libri,*
& ex nostris benè aduertit *Petrus de Bellapertica
in repet. l. beneficiũ, n. 7. de Constit. Princ.* Quæque
23 ideò dicitur beneuolentia, † seu beneficẽtia, prout
est actus amicitię, & charitatis secũdum communẽ
24 rationẽ, vt docet *D. Tho. 2. 2. q. 31. art. 1.* † Neque
ab his diuersus est *Philosoph. Rethor. 1. cap. 11.* cùm
dixit, *beneficium, tàm conferre, quàm accipere ex
iucundis esse, quod qui recipit, quod cupit, adipi-
scatur, qui autem confert, habeat, abundetq; ijs,
quæ vterque appetit;* Quod licèt magis secun-
dum vulgus pronunciatum sit, quàm secundum rei
veritatem, cùm huius reciprocæ Iucunditatis ni-
mis disformis sit, & inæqualis ratio, vt ipsemet do-
cet *Ethico. 9. cap. 7.* tamen pro subiecto beneficij
nihil aliud habet, quam cum affectum beneuolen-
tiæ, & beneficientiæ: Procedit enim ex actu dile-
25 ctionis, idest actu amoris cum beneuolentia, † qui
solus dicitur verus Amor, nempè rationem habens
Amicitiæ, quandò scilicèt sic amamus aliquem, vt
ei bonum velimus: si enim sic amamus, vt illud ip-
sum, quod videtur in subiecto amato bonum, nobis
ipsis velimus, non est beneuolentia, nec in conse-
quens Amor, sed mera concupiscentia, ac potiùs
inimicitia, vt latè disputat Philosoph. *vbi supra, &
D. Thom. ea. 2. 2. quæst. 23. art. 1. & ex nostris
Ludouicus Carbon. in tract. de repacificatione,
c. 17. vers. postrema distinctio.*
26 Possumus igitur hinc, † more nostro iam defini-
re beneficium in hac lata significatione, vt sit, ani-
mi affectus ad bonum procedens alterius, ex offi-
cio, non ex necessitate aliqua, *l. vnum ex fami-
lia 69. §. si de falcidia, vers. non enim facultas de
27 legat. 2.* † Quod enim aliquibus visum est addi, &

cum effectu, quasi quod aliàs non posit dici beneficium, *Io. Monach. in cap. si tibi concesso, num. 9. de preben.* pugnat cum his, quæ nunc demonstrauimus.

28 Stricta autem huius vocis significatio est, † cùm peculiariter sumitur pro ipso Iuris effectu, qui ex persona benefici in personam beneficiarij deriuat,
29 ducta ab vsu armatæ militię, quo dùm Imperatores varijs commodis benemerentes milites afficiebant, commoda illa beneficia dici cęperunt, quod missis Profanorum auctoritatibus, quæ passim occurrent, constat ex primæ generalis Nicenæ Synodi *canone 12.* in hæc verba *Quicunque vocati per gratiam, primũ quidem impetum monstrauerunt, deponentes militia cingulum; postmodum verò ad proprium Vomitum sunt relapsi: ità vt quidam pecunias tribuerent, & beneficijs militiam repete-*
30 *rent*. Hisq; beneficijs affecti Milites, † beneficiarij dicti sunt, vt loquitur *Cæsar. in Comment. de bello ciuili, lib. 3. Euocatorum circiter duo millia, qua ex beneficiarijs superiorum exercituum ad eum conuenerant* & etiam nunc feuda milita-
31 ria, † ęquè beneficia dicuntur, *lib. 2. feud. tit. 23. & 24.* in quem sensum verba Hadriani acceperat Fœdericus, vt supra dixi.

32 Vt nil mirum † si ab armata militia, desumpta etiam hæc ratio, qua non ipsum affectum, seu beneuolam actionem benefici secundum laxiorem acceptionem significamus, sed Ius, & facultatem concessam Beneficiario, ex illo ipso affectu, & beneuola actione, vt prudenter etiam aduertit *Cutac. in explicat. d. tit. qui secundum eius ordinem est 1. lib. 3. quib. cau. feud. amitt.*

Inest tamen vtrique beneficio, idest tàm armatæ, quàm Clericalis militiæ eadem natura circa effectum beneuolentiæ, & amoris, ità vt quemad-
33 modum non est, † qui dissentiat, ecclesiasticum beneficium de sui natura esse inæstimabile, ac finè pretio pretiosum, de quo inferius suo loco agetur, sic Idem statui oporteat de feudo, quæ est ratio, vt
34 licet † in alienatione emphyteusis, soluatur Domino laudemium *ex dispositione, l. vlt. C. de Iur. em-*
35 *phyt.* contrariũ † nihilominus seruetur in alienatione feudi, *vt post alios considerat Franc. Becc. con-*
36 *sil. 2. sub num. 7. vers. tùm quia & num. 10.* † feudum enim non sub prætextu pecuniæ, sed amore, & honore Domini acquirendum est, inquit tex. *in cap. vn. ad finem princ. de feud. dato in vim legis commisso:* quam sententiam, vbi non adest particularis consuetudo in contrarium, nec versamur in feudo censuali, vnanimi Voto amplexi fuerunt Sapientissimi iuxta, ac integerrimi DD. mei Clerici Cameræ Apostolicæ *in vna Caualliecen. feudi, siuè laudemiorum, 15. Septembris 1625. coram Reuerendiss. D. Duratio.*

37 Has † autem beneficij significationes non discreuisse, causa fuit, vt quia supradicta definitio beneficij sumpta ex Seneca, visa est aliquibus, nõ satis congruere Ecclesiastico beneficio, quemadmodùm nec feudo, Ioan. Quintin. *in repet. cap. de multa num. 2. de preben.* inuectus præcæteris fuerit in præfatum Obertum, quatenus *in præallegat. tit. 23. in quibus caus. feud. amit.* eam ad feudum transtulit. Quemadmodum, & alij; qui ad Ecclesiastica beneficia, & hæc eadem æquiuocatio causa fuit maximi inter nostros dissidij, dùm beneficij Ecclesiastici diffinitionem perquirunt: sunt enim qui nullo modo videantur agnoscere eam beneuolam actionem, dùm vel pro alio non sumunt beneficium, quam pro facultate ipsa, & Iure percipiendi reditus, sicut *Gimont. in Enchirid. de benef. cap. 1. num. 7. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 1. in 1. quæst. vers. tertio ibidem,* quasi quod beneficium in genere sit omne id, quod bonum facit, *vt ait Imol. in clem. si plures nu. 5. de preben. Tholosan. de benef. cap. 6. num. 1.* Vel simpliciter pro reditibus, seu fundis, atque ita pro ipsa beneficiali materia, quales fuerunt, *Tholosan. syntag. Iur. lib. 17. cap. 2. nu. 2. quod repetit in tract. de benef. d. cap. 6. num. 1. Paris. de resignat. lib. 3. q. 2. num. 4.*

38 Sunt † verò ex opposito, qui etiam hanc beneuolam actionem substantiæ ipsius beneficij inserant, tamquàm genus in sua specie agnoscentes, *vt agnouit Abb. cons. 47. num. 3. par. 2. Bellam. cons. 20. num. 17. Ancher. in cap. 1. sub num. 2. vers. venio ad quæstionem de reg. Iur. in 6. Ioan. Monach. in d. cap. si tibi concesso num. 9. de preben. in 6. Ioan. Delphin. de Iur. patron. lib. 1, num. 25. Gonzal. ad regul. de mens. glos. 5. n. 3. & Garz. de benef. par. 1. cap. 1. num. 1.*

39 Quorum sententia plenior, si etiam, qua † actione beneuolentia constituatur, firmius attigissent. Videntur enim omnes quidem in ipso actu Collationis illam ponere, sed alij facta relatione ad Ius percipiendi emolumentum, vt per *Io. Andr. in cap. olim num. 9. in vers. secundum, de verb. signif.* alij verò ad simplex factum ipsum perceptionis, vt
40 Ioannes Silua, † qui ideò *in tract. de benef. q. 1* post relatas *ex nu. 1.* aliorum sententias, ipse *sub nu. 14.* habuit diffinitionem hanc Ecclesiastici beneficij pro absolutissima, Vt, videlicet, sit, *beneuola actio prouenient ex prouentibus Ecclesiasticis Deo dicatis per habentem potestatem, & auctoritatem, gaudium tribuens capienti,* in quo cum suis asseclis palàm lapsus videtur; nam actionem illam beneuolam attribuit Ecclesiasticis reditibus, & sic rebus inanimis, in quibus non cadit actus beneuolentiæ, & quatentis constituit gaudium in perceptione eorumdem redituum, non solùm diffinitio
41 peccat † in forma, quia sic ducitur ab effectu contra ea, quæ docet *Bart. in l. 1. nu. 2. de appellat.*
42 Verum etiam in materia, quia personæ † Ecclesiasticæ vocantur ad sollicitudinem, & curam, non autem ad gaudia temporalia, quæ ex redditibus procedunt, vt considerat *Gomes. in Rubr. nu. 2. & 3. de rescript. & Gimont. in d. Enchir. de benef. tit. 1. cap. 1. sub num. 7. vers. prædicta verò duo.*

43 Rectiùs ergò priores, quia cum † etiam in ipso Collatore consideretur liberalitas, dùm magis vni, quàm alteri pro suo arbitrio confert, *Abb. in cap. relatum num. 4. de preben. post glos. ibi in verb. liberaliter, optimè Cassador. decis. 3. sub num. 6. vers. & quàmuis necessitetur, de pension.* hoc respectu potest actio illius, dici beneficium, cum Collator
44 dicatur † beneficus in eum, cui confert, vt rectè infert

infert Nauar. *in comment. super extrauag. de dat. & promiss. notab. 32. sub num. 52. vers. & Principes Ecclesiatici.*

Et quàmuis non sit confundenda actio ista, cum illius subiecto, circa quod versatur, quod æquè vocamus beneficium, etiam si non conferatur, vel nusquàm fuerit collatum, vt puta si à primæua erectione vacet, tamen hinc non sequitur, quin semper consideretur actus hic beneuolentiæ col-
45 latoris in potentia, † quæ cum sit actui proxima, cessante impedimento æquiparatur actui, *l. penult. de milit. testamen. cum similibus allegatis, per Mandos. ad reg. 31. Cancellar. quæst. 9. num. 4. & per Costam de fact. scient. inspect. 25. num. 3.*

46 Quinimò † beneuola illa actio, quàm præfati Doctores ex sententia Senecæ beneficium nuncupant, etiam explicata secundum Philosophi doctrinam, vt sit ex Iucundis, eo quòd accipiens obtinet, quod appetit, neque tamen eo priuetur conferens, in ipsa etiam creatione beneficij Ecclesiastici considerari potest; dùm expletur tàm dantis, quàm accipientis commune Votum & desiderium; nam offerens bona sua Deo ad hunc ipsum effectum, vt ex dedicatione illorum creetur Ecclesiasticum beneficium, vtiq; nihil aliud concupiscit, quàm vt is, qui eam facultatem habet, voluntati suæ morem gerat, cui voluntati si satisfiat per huiusmodi habentem auctoritarem, iàm indè efformatur beneficiũ secundum nominis diffinitionem, vtrique enim
47 actus iucundus efficitur, nàm qui † recipit, tunc quod cupit, adipiscitur, & sic satis lucri, compendijq; facit, *l. si pignore 56. ibi Species enim lucri est, ff. de furt. Rota decis. 33. sub num. 17. vers. maximè, quia ex naturali, de praben. in antiq. Neuizan. cons. 74. sub num. 13. vers. & satis lucratur, cum alijs per Tiraquel. de retract. consanguin. in præfation. num. 25.* Neque iucunditatem minuit, quod patrimonium suum in parte, vel etiam in totum exhauriat, nam id verius lu-
48 crum duplicat, lucrum † enim est pietatis nomine sumptum facere, vt ex Tertulliano commemorat *Cuiac. ad Nouellam Iustin. 3. de Cler. Constantinop. circa finem:* Qui autem confert, exercetq; eam beneuolam actionem, habet, abundatq; ijs, quæ vterq; appetit, & sic vtriq; enascitur iucundi-
49 tas: Iucunda † enim sunt, quæ gaudio afficiunt, inquit Philosoph. *Rethor. ad Alex. cap. 1. de gen. de-*
50 *lib.* afficitur † verò perfectò gaudio, qui accipit, quod appetebat, veluti recepta specie boni per phantasiam, & intellectum, vt benè explicat *Hieronym. Fracastor. in lib. de sympat. & antipat. cap. 17.* Itidemq; eodem gaudio afficitur qui contulit, cum & actum hunc conferendi in alium ipse appetijsse videatur, ex quo nulla vi adactus, sed volens, & libens contulit, vt docet *Idem Philosoph. in Rethor. ad Theodect. lib. 1. cap. 11.*

Et sic videtur in ipsam quoque (vt ità dixerim) progignitionem beneficij Ecclesiastici, incidere illam reciprocam iucunditatem, ex qua nomen istud Iure optimo appositum est stipendijs Cleri-
51 corum, quæ † eo quod benemerentibus conferrentur, sic nuncupari cœpisse sub Symmacho anno quingentesimo secundo, in eo anno refert *Baron. num. 36. & Spondan. in epitom. num. 6.* quod mirabar præterijsse, *Marsil. de Eccles. red. par. 1. cap. 8. num. 4.* qui arbitratus fuit id non contigisse ante Concilium Maguntiacum celebratum anno octingentesimo decimo tertio, *relatum in cap. 1. de Eccles. ædifican.* nisi aduertissem Baronium, cuius hæc sunt Verba. *Etenim cum solerent Cleries ab Ecclesia per Episcopum mensibus singulis victus causa meritam stipem accipere, &c. postea verò factum, vt aliquibus ex his Ecclesiæ possessiones quoad viuerent, ab Episcopo concederentur, quæ beneficia diei cæperunt, eo quod vt habet Symmachus in ea Epistola, benemeritis tantummodò concedi liceat*, mera, nec satis probabili coniectura ductum, ea scilicet, quod Symmachus tantummodo benemeritis possessiones Ecclesiæ concedi decre-
52 uerit, nàm tametsi benemeriti † digni sint, vt beneficio afficiantur, *l. seruos legauit 20. ff. de manumiss. testamen.* tamen Symmachus, nõ loquitur de benemeritis simpliciter, sed de honorum meritis, & quando etiam de benemeritis loquutus fuisset, tamen hinc non sequitur, possessiones illas assignãdas, tunc vocari cœpisse beneficia, neque hoc prorsus dicit Symmachus, cuius ad Cæsarij super alienandis bonis Ecclesiasticis consultationem, Verba sunt hæc *Possessiones igitur, quas vnusquisque Ecclesiæ proprio dedit, aùt reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis, atque distractionibus, vel sub quocunque argumento non patimur, nisi forsitan, aùt Clericis honorum meritis, aùt Monasterijs religionis intuitu, aut certè Peregrinis si necessitas largiri suaserit; sic tamen vt hæc ipsa non perpetuò, sed temporalitèr perfruantur*, ità legitur *in 3. Epistola decretal. Summ. Pontif. chart. mihi 425.*

Quinimò ex his patet, nec ibi agi de beneficijs Ecclesiasticis, idest canonicè institutis, sed de possessionibus, seu Prædijs extra hunc vsum, vel alium particularem simpliciter, & pro ipsius Ecclesiæ arbitrio legatis, & ad certum tempus non autem, ad vitam, vt loquitur Baron. vel in perpetuum assignandis, contra naturam beneficiorum Ecclesiasticorum, ac proinde eos Clericos potuisse quidem dici honoris ergò, assecutos beneficium de reditibus, seu possessionibus Ecclesiæ, at beneficium Ecclesiasticum minimè; longè enim
53 hæc inter se dissident, vt optimè aduertit *Marsil. vbi supra num. 2. & 3. & benè etiam declarat gloss. in cap. 1. in verb. obtineri de regul.*
54 *Iur. in 6.* & nos † in toto hoc opere appellatione beneficij, haud quaquàm, vel cum Stoicis beneuolentiam cuiuspiam, vel cum vulgo fundos vel alia beneficialia accipiemus, sed ius illud percipiendi reditus, & emolumenta beneficij, quod aliter quàm per Canonicam Institutionem, neque alteri, quàm Clerico attribuitur *iuxta text. in cap. 1. de regul. Iur. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Aequiuoca, eadem & obscura.*
2 *Aequiuoca prius explicanda; quam definienda.*
3 *Beneficium spirituale aliud, & aliud temporale.*
4 *Beneficij nuncupationes quadam vsu proscripta.*
5 *Titulus beneficialis pro beneficio passim vsurpatur.*
6 *Titulus quid.*
7 *Titulo sine, olim neminem potnisse ordinari, & qua ratione.*
8 *Mendicatio Clericorum Ordini opprobriosa.*
9 *Altari deserniens de Altari participare debet.*
10 *Sportula menstrua Clericis constituta, & earum ratio.*
11 *Sportulantes Clerici vndè dicti.*
12 *Sportula quid fuerit, & eius vsus.*
13 *Sportulis quando successerint assignationes prædiorum temporales.*
14 *Titulum ab exordio Ecclesiæ simpliciter locum designasse.*
15 *Titulus pro signo præsidiali acceptus.*
16 *Titulorum præsidialium iniussu Magistratuum interdicta inscriptio.*
17 *Tituli Fiscales qui.*
18 *Crucis signum consueuisse pro titulo erigi ante Ecclesias loco velorum, seu titulo Principis, & quando.*
19 *Titulum distinxisse Ecclesiam ab Ecclesia.*
20 *Tituli loco pro Ordinatione Clerici quomodo inuecta fuerit Ordinatio ad Titulum, quem vocant Patrimonij, & expositus textus in can. 1. 70. distinct.*
21 *Possessionis vox aliquando fundum significat.*
22 *Clericus simplex, quando gaudeat priuilegio fori.*
23 *Patrimonij statuendi ratio, ad quod Clericus ordinatur.*
24 *Patrimonium huiusmodi non esse aut Titulum beneficialem, vel beneficium, aut quidpiam Ecclesiasticum, sed esse loco tituli, & ad tempus.*
25 *Patrimonium idem transmissibile ad hæredes.*
26 *Patrimonium idem non esse, immune à solutione decimarum Parochialium.*
27 *Patrimonium idem subijci foro Ecclesiastico, & sequi naturam personæ Clerici.*
28 *Patrimonium idem in fauorabilibus æquiparari beneficio Ecclesiastico.*
29 *Patrimonij ad titulum ordinationem pendere ab arbitrio Episcopi, non absoluto, sed regulato.*
30 *Patrimonij ad titulum ordinatus, non magis vni quàm alteri Ecclesiæ obligatur.*
31 *Patrimonij, aut pensionis mensura arbitrio Episcopi commissa.*
32 *Patrimonij, vel pensionis huiusmodi sufficientia ostendenda per eum qui promouetur.*
33 *Patrimonio ad quod quis ordinatur, deperdito, Episcopus qui ordinauit, tenetur illi subuenire.*
34 *Patrimonij insufficientis ad titulum si quis promoueatur ex condicto cum Episcopo, simonia committitur.*
35 *Patrimonij huiusmodi prohibita distractio, & quatenus.*
36 *Patrimonij particularis non facta assignatione per notoriè diuitem totum illius patrimonium sine aliqua expressione cedit in hanc causam, subijcitur foro, & gaudet priuilegio bonorum Ecclesiæ, & efficitur immune ab oneribus, & collectis laicorum.*
37 *Patrimonialia bona Clericorum quatenùs subijciantur oneribus realibus laicorum.*
38 *Patrimonium ad quod quis fuit ordinatus sine vlla distinctione, immune est perinde, ac bona Ecclesiastica.*
39 *Episcopus ordinans Clericum sine sufficienti, aut patrimonio, aut beneficio, ad quid teneatur, & ad quid itèm sic ordinatus.*
40 *Episcopus, quibus casibus possit aliquem ordinare sine beneficio, siuè Patrimonio.*
41 *Doctor vtrum possit promoueri ad titulum suæ doctrinæ.*
42 *Ordinatus fraudulenter sinè participatione Episcopi, neque ad titulum Patrimonij, neque ad titulum beneficij quas pœnas incurrat.*
43 *Patrimonium pro ordinatione filio per patrem assignatum illi minimè in legitimã imputatur.*
44 *Titulus quid penitus diuersum à beneficio.*
45 *Locus nihil rei est locata.*
46 *Beneficia plura ad vnum Altare possunt erigi.*
47 *Titulus beneficialis per metonymiam, non malè hodie pro beneficio vsurpatur.*

QVAESTIO II.

An idem sit Titulus beneficialis, quod beneficium.

ONSTAT ergò ex præ-
1 missis † vocem hanc *bene-*
ficium, veluti æquiuocam,
& consequenter obscurã,
vt inquit *gloss. in l. quoties*
80. in verb. ambigua de
verb. oblig. prius † expli-
2 candam iusse, & exponen-
dam, in quo sensu sumi de-
beat, quàm definiremus quid rei sit, *Card. in rubr.*
nu. 1. de Iur. patr. Rocch. de Curt. de Iur. patr. in
princ. n. 3. Sebast. Medices in tract. de definitione
part. 1. cap. 5 nu. 7. & par. 2. in vlt. diffinit. nu. 25.
3 Iam verò † cùm duplex sit secundum expositam
significationem beneficium, temporale aliud, &
aliud spirituale, *cap. falsis, §. si qua verò de pœnes*
in 6. nec temporale ad nostrum pertineat institu-
tum, totaquè ideò indago ad spirituale conuerta-
tur, operæpretium est etiam ante ipsam diffinitio-
nem, aliqua de synonimis præferri, quæ sub eadem
4 diffinitione comprehenduntur. Missa facio, † quæ
vsu minus recepta sunt, cuiusmodi est *Sacerdotium*
aboleuit enim appellatio hæc nostrorum Doctorũ
communi consensu, vt etiam aduertit *Garz. de be-*
nefic. part. 1. cap 1. num. 7. & alia nonnulla, veluti
præbenda, quæ à genere in species defluxere, de
quibus idem ibidem.
Vnum persequar frequentissimum, videlicèt
5 Titulum, † seù Titulum beneficialem; nàm passim
Doctores pro eodem habent titulum beneficia-
lem, & beneficium, quod vti constet, videndum
est.

Titu-

6 Titulus † itaquè in hac materia pro alio non sumebatur olim, quàm pro functione, & certo loco in Ecclesię ministerio, cui adscribebatur ordinatus in ipsa ordinatione, singuli enim Presbyteri ad singulas Ecclesias ordinabantur; hæcque dicebatur Intitulatio, *can. Episcopi 80. distinctio*; nec fine ti-
7 tulo, † idest, certa assignatione ministerij in certa Ecclesia licebat Episcopo quemquam ordinare, vt *ex decreto Chalcedonen. Cõcilij celebrati anno quadringentesimo quinquagesimo can. 6. registrato in can. 1. distinct. 70.* quòd fuit posteà innouatum, *vt in ead. distinct. can. Sanctorum.*

Id autem constitutum fuit summa ratione, quia prorsus indignum visum fuit, Clericum ordinari sine deputatione certi loci, in quo diuinum officiũ absolueret, ex quo in recompensam sui muneris stipem haberet ad victum necessariam, nè quando videretur cõditio cœlestis huius militiæ deterior, militia terrestri, contingeretq; exinde, sic ordina-
8 tum mendicare in opprobrium ordinis, *cap. cum secundum Apostolum*, vbi *glos. & Doct. de praeben.*

9 Neque tamen † quamuis ità prouiderit Chalcedonense Cõcilium, id fuit Ius nouum, sed potius antiqui declaratorium, etenim quemadmodum iusserat DEVS in lege Mosayca, vt qui in Sacrario operarentur, de Sacrario ederent, & qui Altari deseruirent, cum Altari participarent. *Deuteronom. cap. 18.* ita Dominus noster IESVS CHRISTVS ordinauit ijs, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere, vt latè attestatur B. Paulus *in 1. ad Corinthios cap. 9. relat. in d. cap. cũ secundũ Apostolũ.*

10 Oblationes fidelium † primum huic necessitati suppetias tulerunt, mox cum fide, Clericorum numero valdè aucto, coagmentatus est pariter oblationum prouentus, cepernntque Episcopi cuique Ecclesiæ Ministro menstruam sportulam exhibere, quod manifestè insinuat *B. Cyprianus epist. 34. ad Clementem* in hæc verba; *Caeterum Presbyteri honorem designasse nos iam illis sciatis. vt & sportulis ijsdem cum Presbyteris honorentur, & diuisiones menstruas aequatis quantitatibus partiantur.*

Constatque eos, qui victus causa stipendia huius-
11 modi ab Ecclesia capiebant, indè dictos † Clericos sportulantes, testimonio eiusdem *Cypriani in Epistola 67.* in hæc verba. *Hac nunc ratio, & forma in Clero tenetur, vt qui in Ecclesia, Domini ordinatione, Clerici promouentur, in nullo ab administratione diuina auocentur, nec molestijs, vel negotijs saecularibus alligentur, sed in honore sportulantium Fratrum tanquàm decimas ex fructibus accipientes ab Altari, & Sacrificijs non recedant, sed die, ac nocte caelestibus rebus, & spiritualibus seruiant.* Hæc Cyprianus, quæ posuit *Baronius in anno 57. sub num. 70. & Spondanus in Epit. n. 22.* atque huius sportulæ ex auctoritate ipsius Cypriani meminit etiam *Cuiac. in rubr. de praebend.*

12 Constat autem † sportulam genus fuisse vasis ab asportando, vt aliqui arbitrati sunt, vel à sporta herba, qua contexebatur, ità dictam, cuius etiam apud nos extat, & vsus, & nomen; sed tamen sæpius eti lm vocem vsurpatam ad significãdum id ipsum, quod in ea contineretur, aut pecuniæ, aut cibi, ijs qui Primoribus Ciuitatis, officij gratia, quoquo die salutationem togati inferrent, vel per Vrbem comitarentur, vt benè per *Io. Kal. in Lexic. Iurid. verb. sportula*, atque centum quadrantibus constitisse ex Budæo colligit *Anton. Pichard. in §. Tripli 24. nu. 9. & 10 Instit. de action.*

13 Cuius sportulæ † vice, mox successere prædioru͂ tẽporales assignationes sub Symmaco anno quingentesimo secundo, vt ex eodem Baronio annotauimus in præcedenti quæstione, & denique circa annum octingentesimum decimum tertium consequuta est assignatio beneficiorum in statu, & forma, in qua nunc sunt. *Marsil. de Ecclesiast. reddit. origine part. 1. cap. 8. ex num. 1.*

14 Patet ergò ex his titulum † à principio nascentis Ecclesiæ aliud non significasse, quàm locum ipsum Ecclesiæ, cui addicebatur ordinatus, vt certũ ibi fungeretur ministerium, quòd optimè aduertetunt *Rober. Ann rerum iudicat. lib. 3. cap. 2. & Ioann. Kal. in suo Lexico iuridico, in verb. Tituli primùm erant certae sedes*, & antè eos *gloss. in cap. dudum*, quod in ordine est *54. §. licet autem, in verb. intitulatam versic. itẽ dicitur titulus ipsa Ecclesia, de election.* appellatione inde deducta,
15 quod Titulus † dictum fuerit signum præsidiale, ità enim habet *Diuus Augustinus super Psalmo 21. in 2. expos. Quid ad defensionem possessionis tua titulos CHRISTI posuisti? Non nè hoc faciunt, nonnulli in domo sua? Nè domum inuadat suam aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces, ipse vult esse possessor, & frontem domus sua de titulo alieno muniri*; itàut esset nominis Principis inscriptio rei cuipiam ad tutelam adie-
16 cta, quod † priuatis sine iussu magistratus postmodum prohibitum fuisse constat per *l. 1. & 2. C. vt nemo priuat. titulos rebus suis, vel alienis imponat.*
17 Hincquè tituli Fiscales, † idest signa Principis, quæ prædijs in fiscũ redactis apponi consueuerunt *l. si quando C. de bon. vacan. lib. 10.*
18 Ad horum igitur † exemplum, vbi domus aliqua DEO dedicabatur, illi signum Crucis præponebatur, vt quisque intelligeret illam esse domum DEI, *vt ex l. decernimus C. de Episc. & Cler. alysq; Iuribus.* Optimè demonstrat *Baron. in anno centesimo duodecimo nu. 6.* cùm prius tamen cõsueuissent præfigi vela, seu tituli Principis, perindè ac rebus fiscalibus, quòd vetuit deinceps fieri *Gregor. lib. 5. Epist. 44.* vt eodem loco refert *Baron sub nu. 5. ad finem*, & aduertit etiam *Cuiac. in pracit. l. si quando C. de bon. vacan. lib. 10.* illudquè Decretũ B. Gregorij habetur hodie *in can. 1. 16. quaest. 5.*

Quod verò diximus de signo Crucis referendũ est ad ea tempora, quibus Ecclesiæ sub Cæsaribus pax fuit; nam ab initio id tentatum fuisse minimè est verisimile, cùm latebræ potiùs perquirerentur, quàm vt ex signo aliquo patescerent Christianorum loca: quamuis non ideò minus etiã tunc ædes, quæ DEO ad rem diuinam peragendam dedica-
19 bantur, nũcuparentur tituli: Titulus † enim (quatenus est signum differens) in verbali nuncupatione conseruabatur, sic enim cum domus Pudentis, qui primum intra proprios lares Apostolorum Principem anno 44. hospitio receperat, in Ecclesiam

veram tuetur D. *Gratianus d. cap. 159. ex num. 31.*

44 Infertur nono, † secundum præmissa, sumpta hac voce titulus, in suo potentiori significatu non idem esse beneficium Ecclesiasticum, & titulum beneficialem, cùm titulus sit locus, cui adiectum est munus à Clerico persoluendum, beneficium verò sit retributio illius muneris per quandam correspectiuitatem, seù correlationem, quæ non po-
45 test cadere, nisi inter diuersa, † locus enim secundum *Philosophum in 4. physic. in princip.* continet id quidem, cuius est locus; sed tamen nihil ipsius rei est; Vnde fit, vt cùm spiritualia locum non oc-
46 cupent, possint plura beneficia † ad vnum Altare institui, vt censuit *Rota in vna Hipporegien. Cappellaniæ Sancti Martini 22. May 1609. coram Penia*, & infra etiam dicetur.

47 Infertur decimo, † & vltimo, per Metonymiam non malè hodiè vsurpari beneficialem titulum pro ipso beneficio, & est textus in vsibus feudorum, *lib. 1. tit. 6. in princ.* & aduertit *Io. Kal. loco suprà citato*, proptereaq; etiam nos in sequentibus communem nostrorum Doctorum sensum sequemur, pro sinonimis hæc habentes.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficij Ecclesiastici definitio.*
2 *Ius pro facultate.*
3 *Ius pro substantia, & forma rei abstracta ab ipsa re.*
4 *Beneficium Ecclesiasticum, diuersum prorsus à fundo Ecclesiastico, & illius redditibus.*
5 *Beneficium, facultas, & potestas circa rem Beneficiariam.*
6 *Et ea quidem secundum Iustitiam ex canonica Institutione.*
7 *Beneficium non constituitur ex simplici assignatione fructuum, sed tantùm ex Canonica Institutione.*
8 *Beneficiarius nõ dicitur Dominus bonorum Beneficij, sed habetur loco Administratoris, & Procuratoris: solus enim Summus Pontifex habet Ius plenæ Administrationis.*
9 *Beneficiario interdicta Alienatio.*
10 *Beneficiarius suspectus de dilapidatione, etiam pendente Iudicio, Administrare prohibetur.*
11 *Beneficiarius facit fructus suos.*
12 *Beneficiarius Administrat fundum Ecclesiasticum, tanquàm suum.*
13 *Beneficiarius, quid ampliùs habet Vsufructuario.*
14 *Beneficij definitionem traditam per Corasium non sustineri.*
15 *Fundus dotalis, qui.*
16 *Fundus dotalis in annuo redditu rectè constituitur.*
17 *Pensio potest imponi super fundo vnius Beneficij pro dote alterius.*
18 *Et quæ huius rei sit ratio.*
19 *Congrua, qua ratione possit pro Vicario perpetuo assignari super fructibus Beneficij.*
20 *Assigno, vox, quam habeat vim.*
21 *Eadem, quando stet demonstratiuè.*
22 *Assignatio, quo casu importet hypothecam.*
23 *Administrationes, & Officia, vt distinguantur à Beneficijs.*
24 *Beneficia solis Clericis, non itidèm alijs personis Ecclesiasticis conferuntur.*
25 *Officium, propter quod datur Beneficium, quodnam sit.*
26 *Causarum concursus in singulis artibus, & actibus, qui.*
27 *Signa pleraque consueta proponi ad indicandam essentiam Beneficij esse æquiuoca.*
28 *Definitio, & Descriptio inter se, quid differant.*

Q V AE S T I O III.

Beneficium quid rei.


X præmissis ità ob oculos posita Ecclesiastici benefici
cij nuda substantia, illud sic
1 iam definimus, † vt nihil sit aliud, quàm Ius quoddam spirituale administrãdi certum fundum Ecclesiasticũ Clerico concessum in spiritualis officij retributionẽ.

2 Dixi esse Ius quoddam, † prout Ius sumitur pro legitima facultate, atquè ità pro genere incorporalium generalissimo, vt apud *Iustinianum inst. de*
3 *reb. corporal. & in corp. in princ.* Ius † enim istud substantia, & forma rei est abstracta, ac penitus distincta ab ipsa re, quæ sibi subijcitur, prout exemplo vsusfructus declarat *gloss. 1. in princ. instit. de*
4 *vsufruct.* † Vt ideo aliud egisse videantur *Tholosa. in Syntag. Iur. lib. 17. cap. 2. num. 2 & de benef. cap. 6 num. 5. Rebuff. in praxi in princ. nu. 9. Azor. inst. moral. tom. 2. par. 2 lib. 6 cap. 1. in prima quæst.* & alij, qui pro beneficio Ecclesiastico fundum Ecclesiasticum, seù reditus ipsos in deffinitione beneficij acceperunt.

5 Est ergò beneficium, † non res ipsa beneficij, sed Ius illud, seù facultas, ac potestas, vt loquitur *Nauar. cons. 63. num. 7. de Simon.* & ea quidem spiritualis, vt post alios latè *Garz. par. 1. cap. 2. ex*
6 *num. 7.* & nos latius agemus, *lib. seq.* † & secundum Iustitiam, vt ait *Card. Tolet. in sua summa lib. 5. cap. 76. sub num. 1.* deriuans ex canonica institutione, citrà quam Beneficium Ecclesiasticum obtineri posse negat *text. in cap. 1. de reg. Iur. in 6.*

Si enim fieret simplex assignatio fructuum ab eo, qui potest instituere, alicui, ex quauis alia causa quantumcumquè legitima, id non esset Beneficium, nec percipiens fructus, haberetur pro beneficia-
7 rio, † cùm in eo deficiat institutio *iuxta glos. in eodem cap. 1. in verb. obtineri*, quam explicat *Gratian. forens. discept. cap. 397. num. 69*

Dixi administrandi, vt constituatur differentia
8 inter Ius istud, & Ius liberè disponendi; † beneficiarius enim non dicitur dominus bonorum beneficij; sed in illis habetur loco Administratoris, & Procuratoris, idem *Gratian. cap. 238. nu. 5.* & illa administratio non est sibi à lege; sed à Summo Põtifice,

tifice, qui solus habet Ius plenæ administrationis, illorum dominio semper remanēte penes DEVM, vt alibi explicamus.

9 Vndè interdicta † est ipsi beneficiario quæuis alienatio, *can. statuimus, & can. Diaconi cum duob.*
10 *seqq. 12. quæst. 2.* † & si suspectus sit de dilapidatione, administratio illi aufertur etiam pendente Iudicio, *can. vltimo 3. quæst. 2. cap. final. ad fin. de accusat. glos. in cap. 1. in verb. deferre Crucem, vers. nisi alias suspectus esset de dilapidatione, vt lite pendente,* cum alijs congestis per *Lanellot. de attent. lit. pend. in 4. declaratione ex num. 20. Rot. de rest. spoliat. decis. 6. in antiq.*

11 Non nego tamen hunc Beneficiarium, † tametsi subalternatam, talem habere administrationē, per quam non solum facit fructus suos, secundum veriorem sententiam (pro qua latissime disputat *Marf. Colum. de redit. Ecclesiast. Orig. par. 1. ex cap. 21.* quod tamen vti se habeat *lib. seq. expone-*
12 *mus*) verum etiam fundum ipsum † Ecclesiasticum tamquam suum, more tamen boni patrisfamilias curat, & administrat, vt potè qui terram prædialem, vineatoriam facere potest, *cap. vlt. de pecul. Cleric. cap. commissum de decim.* vt propterea minus aptè per Doctores aliquos vsufructuario com-
13 paretur, † cum vsufructuario minimè id permittatur, etiam si res pretiosior inde reddatur, *l. si vsusfructus, §. sed si inter, vers. & si forte, & l. vsufructuarius nouum, ff. de vsufruct. Marf. vbi suprà cap. 22. num. 7. & 8.*

Et hinc etiam intelligimus longè maius & pinguius fore ius istud, quam vt debeat restringi ad
14 simplicem perceptionem fructuum, † proindèque non satis tutam in hac parte esse definitionem beneficij, quam posuit *Coraf. in tract. de Benef. c. 2. num. 1. & 9.* & eum qua transiuit *Garz. eod. tract. part. 1. cap. 2. num. 2.*

Dixi certum fundum Ecclesiasticum, idest assignatum pro dote Beneficij Ecclesiastici, quemad-
15 modum dicitur dotalis fundus, seu dotale prædiū, quod in dotem datum est mulieri, *l. dotale prædium, & tot. tit. ff. de fund. dotal.* Neque tamen
16 minus dicetur fundus Ecclesiasticus, † annuus reditus in dotem beneficij assignatus, si ex certo fundo debeatur, fundales enim ij dicuntur fructus, seu reditus veluti, qui cohærent fundo, & propterea illius naturam sortiuntur, vt optimè declarat *Tiraquel. de Iur. primog. quæst. 49. sub num. 9. versic. ego autem, quem sequuta fuit Rota in Auenionen. Collectarum 16. Maij 1583. coram Lancellotto, impressa per Cencium post eius tract. de censib. decis. 3. num. 18.*

17 Quo fit, † vt definitionem nostram minimè perturbet, posse super fundo vnius beneficij imponi annuam perpetuam pensionem pro dote alterius, vt *not. Abb. in cap. conquerente, sub num. 1. in 1. notab. de Cleric. non resid. Gigas. de pension. quæst. 28. sub num. 20. versic. quarto limita,* cum alijs per *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 5. num. 42.* id
18 enim † efficit perpetuitas oneris realis non extinguibilis cum persona; sed cum ipsa re ad quemcumque successorem transmissibilis, vt optimè explicat *Rota decis. 39. de rescript. in antiq.*

19 Idemquè prorsus accidit † in assignatione congruæ pro Vicaria perpetua, quæ debet fieri super re certa, vt determinat Concilium *sess. 7. cap. 7. de reformat.* & tamen illa ipsa res non abdicatur, ne-
20 què transfertur, etiam si fiat eius assignatio, † cum ista vox (assigno) reguletur à Iuris ratione, vt in-
21 quit *Alex. cons. 40. num. 6. lib. 4.* † & sic intelligatur facta causa demonstrationis, super quibus bonis sit habenda congrua, non autem quòd bona ipsa stent pro congrua, *l. quidam testamento 99. in princ. de*
22 *lega. 1.* † licèt remaneant affecta, & hypothecata pro tali onere, *Felyn. in cap. ad audientiam il 2. num. 6. de rescript. Bart. in l. lucius num. 2. de alim. & cibar. leg. & fuit decisum in Placentina Vicariæ 17. Decembris 1621. coram Reuerendissimo Domino Coccino.* Sat enim est congruam hanc deberi ex fundo illo assignato, seu demonstrato, vt neque hic casus aduersetur supradictæ definitioni.

Dixi, *concessum Clerico*, vt constituatur differentia inter Beneficia Ecclesiastica, & officia,
23 seu administrationes, † quæ consueuerunt concedi alijs personis etiam Religiosis, quæ nullatenus possunt dici beneficia Ecclesiastica, quæ solis Clericis debentur, *cap. ex literis, de transact. gloss. in cap. cum adeo, in verb. nec Clericis, & ibi omnes*
24 *de rescript.* † patetq; ex præmissis, vt ideo loco illius vocis, *Clerico*, minimè sit reponendum, personæ Ecclesiasticæ, vt post *Nauarr. de redit. Ecclesiast. in prima quæst. monito. 55. num. 4.* perperam existimauit *Garz. par. 1. cap. 4. num. 2.*

Et deniquè dixi *in spiritualis officij temporalem retributionem*, vt hinc excludatur concessio omnis
25 ex alia causa facta, † nam ecclesiastica beneficia propter diuinum officium dumtaxat conceduntur, *cap. vlt. de rescript. in 6.* idest officium legationis, vt suo loco docebitur.

Quæ omnia iam vti se habeant, fusius mox explicabuntur ex quatuor illis causis, quibus omnia omnino quantumcumquè perplexa, & obscura, possunt extricari, & enucleari scilicet efficiēti, fina-
26 li, materiali, & formali, † quæ non solum in singulis artibus, verum etiam in singulis actibus repe-riuntur, vt docet *Bald. in rubr. num. 22. de Iust. & Iur.* præstantiorquè hic erit docendi mo-
27 dus, † quam qui ex quibusdam signis (vt vocant) consueuit deduci, & quæ latè prosequitur *Gonzal. ad reg. de mensib. d. gloss. 5. in princ. ex num. 2.* cum pleraque ex illis sint æquiuoca, vt inferius suo loco patebit.

Nemo itaquè prius hanc definitionem damnet,
28 quam ipsam rem explicatam habeat; † Definitio enim substantiam rei dumtaxat complectitur, at descriptio, quam subiecturi sumus, ipsam eiusdem rei explicationem latius concludit, vt docuit *Bald. in rubr. num. 3. C. qui admit.*

Verum quia magna est inter Doctores controuersia, an beneficia Ecclesiastica sint de Iure Diuino, vel potius humano, prius quam ad alia transeam, id ipsum est explicandum, sic enim, quæ posterius dicenda sunt, facilius intelligentur.

SVMMA.

154 *in l.2. & l.quisquis C.de postulan.* omnis † enim
Patronus Aduocatus est, at non è conuerso omnis
Aduocatus, Patronus, quia Aduocatus, Cōsilij gra-
tia, Aduocatus est, quasi vocatus ad Consilium ex
Ioann. Kal. vbi supra, & tradit *Cuiac. in paratit.
C. de Aduoc. diuers. Iudic.* tamen Patronus mini-
155 mè est; Atque ideò hic solus in † Romana Curia,
peculiari nomine Aduocatus dicitur ad distinctio-
nem Patroni, quàmuis me nō lateat, plures voluisse
156 hunc † potius dici Consultorem, quàm Aduocatū,
& nomen istud Aduocati Patrono dumtaxat con-
uenire, qui causam tamquàm alumnam suam pro-
mouet, vt opinatus fuit *Decian. in Apolog. aduers.
Aleiat. impress. in fin. tom. 3. eius Responsorum
cap. 19. num. 21.* Quod non prosequor, vis enim
est in re, non in simplici nomine, in quo si tenacius
157 hæreas secundum Iuris † intentionem *in l. 1. §. po-
stulare ff. de postulan. & in l. 1. §. Aduocatos de
var. & extraord. cognit.* vtrumque Oratorē, neu-
trum dices Aduocatum, cum neuter vsquàm in
Iudicio apud acta compareat, neque subscribat
positionibus, aut exceptionibus Iudicialibus, vt
alibi fit, sed priuatim, & extra omnem formam,
& figuram Iudicij apud Patres in eorum priuatis
Aedibus causam oret.

Et hæc est in effectu vera ratio, cur in Rom. Cur.
158 Clerici, † & Sacerdotes ipsi quantumcuuq; benefi-
ciati, munus huiusmodi impunè obeant, quamuis
enim existimauerint aliqui ex tolerantia Papæ id
permitti, tamen longè aliter se res habet; id enim
prouenit ex eo, quia cùm munus istud priuatim,
extraiudicialiter, & sine vllo prorsus iudiciali stre-
pitu exerceatur, non est contra Edictum, de quo
*in cap. 1. & in ipsa Rubr. ne Clerici, vel Monachi
& in cap. 1. de postulan.* vt plenè edisserit *Thom.
Sanch. in summa lib. 6. cap. 13. num. 27. cum
quinque sequentibus.*

Nec honestati Clericali detrahit, vel consulere,
vel extra Iudiciū patrociniū exhibere; cōstat enim
159 vtrumq; munus esse nobilissimū, de simplici † con-
sultore, si quis dubitat, certè ipsius Iuris prudentiæ
maiestatis reus est: Nec de patrono secùs om-
nium Doctorum consensu æstimare oportet, *Paul.
de Cittad. in tract. de Iur. patron. par. 1. num. 11.*
nàm præter Iuris scientiam, eum illustrem reddit
160 ipsa dicendi ars; cum enim † nobilitati mixtum sit
onus militiæ, inquit *Cuiac. in explicat. tit. C. de
testam. milit. circa finem, vers. nobilitati quidem;*
161 constat, militare † Patronos causarum, qui glorio-
sæ vocis confisi munimine laborantium Spem, Vi-
tam, & posteros defendunt, *dicit tex. in l. Aduoca-
ti ad fin. C. de Aduoc. diuers. Iudic.* Hinc Luciani
carmen in Panegirico ad Pisonem: *licet exercere
togatæ Munera militiæ, licet, & sine sanguinis
haustu, Mitia legitimo sub Iudice bella mouere,
Hinc quoque seruati cōtingit gloria Ciuis: Altaq;
victores intexunt limina palmas:* Ex *Ouid. fast. 1.*
de Germanico loquens: *Qua sit enim culti fa-
cundia sensimus oris, Ciuica pro trepidis cùm tulit
arma Reis.*
162 Inter Patronos † autē, seu Aduocatos, minimè ij
censendi sunt, qui legum ignari simplex factum
proponunt, ij enim Procuratores vocandi sunt,
inquit, *Lanfran. de Oriano in repet. cap. quoniam
contra, num. 427. de probation.*
163 Eos autèm, † qui tàm generoso naturæ impulsu
militiæ huic nomina dedere, mirum quantum ea-
dem natura veluti suos agnoscat, foueat, alios
tanquàm degeneres reijciat, despiciat, dum vtrosq;
ad lapidem lydium probat, ad veram scilicet bene-
uolentiam, & comitatem Patrum, qua nihil gratio-
sius expeti potest, neque in aliud intensius oculos
defigit Populus, cuius iudicio hic circumscribitur,
164 cætus, quem † Seminarium dignitatum non malè
cum Valentiniano dixerimus *in nouell. de postu-
lan.* vt refert *Cuiac. in lib. 3. Paul. ad edictum in
explicat. l. 4. de popul. action.* & nouè etiā *Anton.
Mornace. ad l. binos 10. in prin. C. de Aduoc. di-
uers. Iudic.*
165 Neque patiūtur Patres † se huic cœtui inferri fo-
renses Rabulas, *quos Cic. in lib. de diuinat.* mora-
tores vocat, idest nulli alij vsui, quam ad moram
negotijs faciendam adhiberi consuetos, vt explicat
Cuiac. obseruat. lib. 4. cap. vlt. Vt ignaros ita im-
pudentes, natos tantum ad conturbandum nego-
cia hominum, confundendum, & permiscendum
Iura omnia, quo genere nihil in Republica perni-
ciosius, nihil imperitius, sunt verba præcisa eius-
dem *Cuiac. in cap. vn. de lit. contest.*
166 Et profectò, nec si ipsi Patres eos paterētur, pos-
sēt huiusmodi hominū ingenia in hoc solo radices
agere, & coalescere, vbi sine clamoso strepitu Indi-
cia decurrunt, conficiuntur, & illorū discussio pri-
uatim, & sine contradictorio, (secundum morem,
quem nunc subijciam) fit, vt ideò impossibile sit
practicare in hoc Auditorio, quod de Rabularum
officio cecinit *Prudent. in Hamartigenia:
Nodos fraus abdita nectit, Inde canina foro la-
trat facundia toto.*

Ergò per supradictos Viros, causæ Sacri Apo-
stolici Palatij hoc mirifico etiam ordine promo-
167 uentur: Porrò † processu Procuratorum opera,
(quos sollicitatores dicimus, seu à sollicitandi ne-
cessitate, procurationis officio coniuncta, *Felyn.
in cap. tua nos sub num. 1 vers. & idem infero de
Homicid.*, seu ad differentiam Patronorum, quos
168 vulgò Procuratores vocamus) † instructo: (quàm-
uis Auditor ad id formaliter non arctetur, sibiq;
169 satis † sit negocium cum alijs Patribus communi-
care, vt fuit responsum in vna *Anconitana Separa-
tionis Thori 12. Iunij 1601. coram Illustrissimo
D. meo Alphonso Manzanedo meritissimo nunc
Patriarcha Hierosolymitano*, & in vna *Abulen.
Pensionis 15. Decemb. 1610. coram R. P. D. meo
Pirouano, impres. per Marches. tom. 1. pag. 535.
sub num. 8. vers. quia dixerunt* Domini, vbi quod
Bulla Pij Quinti non arctat Auditores inire dispu-
170 tationes superfluas) tamen † Patroni facilè con-
ueniunt super puncto à cuius resolutione exor-
diendum esse certamen, causæq; victoriam pende-
re animaduertunt.; Huiusmodi enim dubia, siuè
puncta non aliter quàm partium concordia firmā-
tur, ex doctrina *Imol. in l. 1. §. quæsitum num. 6. in
extremis verbis de appellat.*, & nisi incidat præiu-
171 dicialis quæstio, concipiuntur secundum † inten-
tionem Actoris, vt per *tex. in l. circa eum 14. de
probat.*

probat. & *in l. vltim.* vbi *Gottofr. ad finem ff. si*
liber. ingen. esse dicatur, notat *Cuiac. obseru.*
172 *lib. 5. c. 17.* Partibus autem dissidentibus, † Audi-
tor causæ (quem Ponentem nuncupamus, suas in-
terponit partes, ac si quę maior emergit difficultas,
eã cum cęteris Patribus communicat, & ex eorum
sententia punctum, seu dubium disputandum effor-
173 mat, atque subsignat: † Patroni hinc inde factum
clarè, & quàm fieri potest, quatenus ad controuer-
si puncti discussionem pertinet, succinctè, ac dilu-
cidè, sineq; vlla prorsus diuagatione scribũt, ex eoq;
Iuridicas diducunt rationes, quibus in partes suas
Iudices trahant: Vtque submoueatur omnis occa-
sio veritatis cauillandæ, nil in facto ponitur, quod
non eodem contextu iustificetur ex alia scriptura,
quam Iurium Summarium vocitamus, in qua In-
strumenta, Testes, aliaque huiusmodi, prout iacent
in processu, distinctim per suos numeros recitan-
174 tur: † Mòx super eodem facto sua edunt Aduoca-
ti Iuris responsa, in quibus easdem rationes, & ar-
gumentationes Patronorũ pressius quoad fieri po-
test, simul expendunt, Iuraque & doctrinas, ex qui-
bus credunt illas subsistere, & suggerunt, & con-
175 gerunt: † Decreto propositionis die, biduo an-
te, tàm Patroni, quàm Aduocati singulos intra eo-
rum ædes adeunt Patres, causas ipsas, & disertissi-
mè, & ornatissimè orant. Vesperi einsdem diei
omnium vtrinq; seu in Iure, seu in facto scripta, at-
que in Summario disposita, bona fide, opera, ac
industria Sollicitatorum communicantur, nè quid
in facto minùs verè proponi suspicio sit, minusvè
fidelitèr in summario conscriptum, aut etiam in
Iure erroneum, aut æquiuocum aliquid sugge-
176 stum. † Ponens omnia confert, & explorat, at alij
nedum singula ruminant, verum etiam resolutioni
suis occurrunt suffragijs, quibus non modo Votum
suum, sed rationes, & fundamenta ex Iuris fonti-
bus deprompta, scripto insinuãt, & contraria refu-
tant: Altero die Patres in ipso Sacro Auditorio
conueniunt, & Ponente sententias ipsorum susci-
tante, nec tamen quicquàm ex concepto mentis
suæ propalante (nè detur, vel minima occasio cor-
ruptelę, cuius etiam moris meminit, *Neuzan. sil.*
nupt. lib. 3. sub nu. 98. in extremis verbis, vers.
melius tamen,) Quisque consiliũ suũ edit, collatisq;
ad inuicem ipsis suffragijs, si concordent, iuxta illa
notatur, mòxque per ipsum Ponentem causæ, eli-
matur Resolutio; quam Decisionem nuncupamus:
Quod si quid emergat, à quo animaduertant Pa-
tres Iustitiam pendere, nec benè sit clarum, vel di-
gestum, resolutionem differunt, siverò in puncto
Iuris sic dissident, vt Vota ęqualiter secta sint: Non
177 liquere aiunt, † formulam Iuris vetustissimã ità in
rebus de Iure dubijs respondendi, retinentes, cuius
Vestigium habemus *in l. Idem Pomponius, 14. §.*
fin. de recept. arbitr. & *in l. Pomponius, 36. de re*
Iud. & quam latè exornat eruditissimus *Brisson.*
in formul. lib. 5. vers. in consilium vero missi, &
Laudat Anton. Thessau in præfat. suar. decisionum,
sub num 32. ad med. vers. sed si dubium sit, & huius
etiam formulæ vsusque illius in Rotæ Auditorio
meminit *Gratian. forens. discept. cap. 72. ex n. 47.*
vsque ad finem, mandantq; iterùm consuli, donec
in sententiam conueniant; Adeò vt si ità æqualia
178 suffragia sint, vt non possit capi resolutio, † iu-
beant Ponentem suffragium ferre, cuius stili me-
minit *Gomez. ad reg. de trienna. quæst. 10. vers.*
nec obstat, quod eajus. Decisio vtrique parti pan-
179 ditur, † vt quæ se putat lęsam, grauamen siuè ex
facto, siuè ex Iure exponat & nisi euidens sit queri-
moniæ calumnia, iterùm idem punctum excutitur,
in quo maximè elucet Religio Patrum, & zelus
180 Iustitiæ, † nam vera Iustitia compassionem habet,
falsa enim dedignationem, & superbiam, *can. vera*
181 *Iustitia 45. distinct.* † & pro exemplo incompa-
tabilis ingenuitatis, stat *Seraph. decis. 299. nu. 12.*
ad finem vers. Vltimo non obstat.

Hinc ergò comparata est tanta huius Auditorij,
& Maiestas, & auctoritas, vt in illud optimè refer-
182 ri possint, † quæ in Senatum Boni Principis ceci-
nit in emblematibus suis, Alciatus: *Effigies mani-*
bus truncæ ante Altaria Diuum, Hic residẽt, qua-
rum lumine capta prior, Signa potestatis summa,
Sanctiq; Senatus, Thebanis fuerant ista reperta
Viris. Cur resident? quia mente graues decet esse
quieta Iuridicos, animo nec variare leui; Cur sinè
sunt manibus? capiant ne Xenia, nec se Polliciti
flecti, muneribusve sinant; Cæcus at est Princeps,
quod solis auribus, absque Affectu constans iussa
Senatus agit.

183 Cæterùm in huius mei operis decursu, † ea quæ
ab alijs scitè, & doctè tradita sunt, minimè rescri-
bam, tantum si quæ paulò obscuriùs exposita, ex
fulgentissimis radijs Romanæ Rotæ in perspicuam
lucem efferam: Primòq; libro simplicem cogni-
tionem, & doctrinam ipsius Rei beneficialis com-
plectar, eoque viam sequioribus substernã: Altero
mòx Potestatem Summi Romani Pontificis de be-
neficijs prouidendi: diuersosq; modos, & singulo-
rum causas, & formas, aperiam. Tertio quæ nàm
requirantur, vt eędem prouisiones ex parte eo-
rum, quibus fiunt, efficaces sint, ac subsistant, ex-
ponam: Postremò denique ipsarum prouisionum,
seù literarum Apostolicarum, quæ desuper expe-
diuntur, formas, & exequutionem, (quod est to-
tius operis finis) per expositionum capita ità in-
ter se cohęrentia, vt nullo modo continuus propo-
sitæ tractationis ordo dissoluatur; Deo benefa-
uente, tradam.

SVMMARIVM.

1 *Nominis quæstio in rebus ad liquidum notis vana, & sophistica.*
2 *Dialecticare in verbis haud conuenit Iurisconsulto, sed rerum exitus ponderare.*
3 *Verba ad placitum & moribus, vsuq; mutabilia.*
4 *Verba deseruire naturæ rei, non è conuerso.*
5 *Nominis significatio quando præmittenda.*
6 *Nomina rebus conuenire debere.*
7 *Vocabulorum à cognitione omnem scientiam inchoari.*
8 *Nominum consideratio initium doctrinæ.*
9 *Nominis rectitudo qualis res sit, ostendit.*
10 *Nominum discussio Iurisconsultis frequens ex Stoicis.*

11 Stoi-

11 *Stoicorum praeceptis Iuriscōsulti apprimè imbuti.*
12 *Obscura esse, quæ multipliciter exponuntur.*
13 *Ignorari vt plurimum multipliciter exposita.*
14 *Proprietatem vocis ignorare, loquenti reprehensibile.*
15 *Beneficij vox vnde deriuet.*
16 *Beneficij vocis æquiuocatio excitauit maximum dissidium inter Hadrianum Quartum, & Fœdericum Tertium Imperatorem.*
17 *Beneficij vocis duplex significatio.*
18 *Beneficij, vox lata significatione, quid cōprehendat*
19 *Beneficio hominē homini affici reipublicæ interest.*
20 *Beneficij definitio ex Seneca.*
21 *Beneficij definitio eadem ex Seneca, à glo. & Doctoribus perturbata.*
22 *Beneficium in dantis, aut facientis animo, ac voluntate consumitur.*
23 *Beneficentia est actus amicitiæ, & charitatis.*
24 *Aristoteles in explicando, quid sit beneficium, declaratus.*
25 *Beneuolentia quid.*
Amor verus qui sit.
26 *Beneficium quid sit.*
27 *Beneficium non dari sine effectu, falsum esse.*
28 *Beneficium stricta significatione quid.*
29 *Beneficij vox traducta ex more armatæ militiæ.*
30 *Milites beneficiarij qui olim.*
31 *Feuda vnde beneficia dicta.*
32 *Beneficium accipitur pro iure concesso beneficiario ex ipso affectu, & beneuola actione.*
33 *Beneficium Ecclesiasticum de sui natura inæstimabile.*
34 *Laudemium soluitur Domino in alienatione emphyteusis.*
35 *Laudemium non soluitur in alienatione feudi.*
36 *Feudum non pecuniæ prætextu, sed amore, & honore Domini est acquirendum.*
37 *Beneficij definitio ex Seneca, an sit extranea à feudo, vel beneficio Ecclesiastico, & diuersæ Doctorum opiniones excussæ.*
38 *Beneuolam actionem ipsius beneficij substantiæ attribuendam.*
39 *Beneuola actio quomodo cadat in beneficio Ecclesiastico.*
40 *Ioannis de Silua lapsus, in definiendo beneficio Ecclesiastico.*
41 *Definitio malè ducitur ab effectu.*
42 *Ecclesiasticæ personæ ad sollicitudinem, non ad gaudia temporalia vocantur.*
43 *Liberalitas in eo consideratur, qui habet arbitriū.*
44 *Collatoris actus qua ratione possit dici beneficium.*
45 *Potentia actui proxima, cessante impedimento æquiparatur actui*
46 *Iucundum quomodo incidat in creatione beneficij Ecclesiastici.*
47 *Lucrum est sua voluntati satisfacere.*
48 *Lucrum est pietatis nomine sumptum facere.*
49 *Iucundum quid.*
50 *Gaudium vnde eueniat.*
51 *Beneficia Ecclesiastica quando sic cœperint nuncupari in Ecclesia.*
52 *Benemeriti digni sunt beneficio affici.*
53 *Beneficium Ecclesiasticum longè aliud à beneficio de reditibus, seù possessionibus Ecclesiæ.*
54 *Beneficij vox in hac materia refertur ad ius percipiendi reditus, & emolumenta beneficij illius, quod aliter quam per Canonicam institutionem Clerico non attribuitur.*

QVAESTIO I.

Beneficium quid nominis.



1 VEMADMODVM † in rebus ad liquidum notis, de nominum, seù vocum proprietate quæstiones inferre, non minùs vanum est, quàm sophisticum, vt latè demonstrat *Tiraquell. in tract. de Iure primogen. q. 1. num. 1. & Cuiac. in rubr. paulò ante finem, vers. nec iam alia ff. de*
2 *Iur. fisc.* Præcipuè Iuris Consulto, † è cuius dignitate minimè est in verbis dialectizare, sed rerum exitus ponderare, *vt dicebat Bald. in l. e. sub n. 13. vers. circa ergo propriam materiam C. de furt.* & realitatem considerare, *vt loquitur Idem in l. e. num. 11. C. si plur. vn. sent.* Quandò nouerint om-
3 nes, Verba † esse ad placitum, eorumq; appellationem, & moribus Ciuitatis, & rerum vsu frequenter mutari, *l. labeo in princ. vers. nec mirum est, de*
4 *suppell. legat.* proindeq; † ea deseruire naturæ rei, cui applicita sunt, nō è cōuerso, *c. ea, quæ de simon. l. si vno ff. locat. Bald. in l. 2. num. 2. ad fin. vers. respondeo quod verba C. commoda. Abb. cons. 47. num. 2. par. 2. Seraph. decis. 794. num. 6.*
5 Ita è cōuerso in rebus † non satis exploratis pretiū operæ fit, quādò nominis significatio præmitti-
6 tur. Cum enim nomina † debeant rebus conuenire *§. est, & aliud genus, vers. sed nos plenissimo fini instit. de donat.* cognitio nominis ad rei cognitio-
7 nem plurimum conducit, ac ideò omnem † scientiam incipere à cognitione Vocabulorum, rectè pronunciauit *Bald. in l. liberti num. 9. C. de oper. libert.* quod Vir sapiens à sapientissimo fortè Epi-
8 cteto didicerat, cuius illud, *initium † doctrina nominum consideratio*, vt refert Lips. *in manud. ad*
9 *Stoic. lib. 3. dissert. 2.* nominis † enim rectitudo illa est, vt qualis res sit, ostēdat, inquit *Plato in Craty-*
10 *lo:* Nec † soli Dialectici hoc seruant, sed etiā ipsi Iuris Consulti, *vt patet ex l. 1. in princ. ff. de Iustit. & Iur.* diligentissimè enim perquirere vim, & proprietatem verborum, mos fuit Stoicorum, quo-
11 rum † Præceptis nedùm Vlpianus, cuius est responsum illud, sed cæteri quoque Iuris Consulti imbuti fuerunt, *vt in repet. à l. 1. in princ. aduertit Cuiac. & censuit etiam Decian. in Apolog. contra Alciat. impressa ad finem 3. vol. suorum responsorum, cap. 5 num. 6.*
12 Postea quàm igitur in definiendo, † quid rei sit Beneficium, Doctores adeò inter se dissident, vt satis hinc constet, nos non versari circa terminum planè notum, sed potiùs obscurum, *l. ità Fidei de Iur. Fisc.* per quem text. arguitur multipliciter
13 exposita prorsus ignorari, † vt scribit *Castren. in cons.*

conf.195. nu.2. lib. 1. & ex subiectis patebit; Nō erit inutile Indaginem hanc de nomine *beneficij* præmittere, nè (quod plurimis iàm accidisse video) ex ignoratione termini in infinitos prolaba-
14 mur errores: † Reprehensibile enim est loqui; si vocis proprietatem ignoret, priusq; determinet, quàm terminos intelligat quæstionis, vt per *tex. in l. Domitius, ff. de testam. & in l. vt responsum, C. de transact. scripsit Angel. conf. 110. sub num. 1. vers. & antequam veniam, & post eum Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 1. tit. 1. num. 1.*

15 Nihilominus si ex latinis scriptoribus, † vel ex nostris etiam Doctoribus nimis anxiè deriuationem huius vocis inquiram; an scilicet dicatur à benè, vel à beneuolè faciendo, vel à beando, vt existimauit *Iaf. in princ. lib. feud. num. 31.* facilè est, vt vel in ipso limine nugari videar: Totum hoc igitur transmittam, quod etiam ex his, quæ statim dicen-
16 tur, percipietur, † Tantum moneo, olim vocem hanc *beneficium* in sensu æquiuoco prolatam, maximos in Ecclesia Dei excitasse fluctus; qui tamen Summi tunc Pontificis prudentia compositi fuerunt, vt quisq; intelligat, neque ex toto Indaginem hanc otiosam videri: Nàm cum Hadrianus Quartus anno Domini 1157. literis suis increparet Fœdericum Tertium, quod remissus esset in vindicanda Iniuria Londonen. Archiepiscopo irrogata, illique exprobraret inter alia *Sanctam Romanam Ecclesiam Imperialis insigne Coronæ libentissimè contulisse*, adiecissetq; hæc verba, *neque tamen pœnitet nos desideria tuæ voluntatis in omnibus impleuisse. sed si maiora beneficia Excellentia tua de manu nostra suscepisset, si fieri posset; (considerantes quanta Ecclesia Dei, & nobis per te incrementa possint, & commoda peruenire) non immeritò gauderemus* Fœdericus hæc verba detorquens ad feudalem concessionem, quod vox ista strictè accepta significare videbatur, suæ super hac re indignationis publicauit Edictum, Vnde prudentissimus Pontifex anno sequenti 1158. altas literas eidē Fœderico dedit, per quas explicata ei vi termini in hæc præcisa Verba, *licet enim hoc nomen, quod est beneficiū apud quosdā in alia significatione, quàm ex impositione habeat, assumatur tunc tamen in ea significatione accipiēdū fuerat, quā nos ipsi posuimus, & quā ex institutione sua noscitur retinere. Hoc enim nomen, ex bono, & facto, est editum, & dicitur beneficium apud nos, non feudum, sed bonum factum: in qua significatione in vniuerso Sacræ Scripturæ corpore inuenitur, vbi ex beneficio Dei, non tamquam ex feudo, sed veluti ex benedictione, & bono facto ipsius, & gubernari dicimur, & nutriri: & tua quidem Magnificentia liquidò recognoscit, quod nos ità benè, & mirificè Imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, vt bonum factum valeat ab omnibus iudicari.* Adeo benigna, & pro statu Christianæ Reipublicæ, peropportuna interpretatione accepta, Fœderici ira deferbuit, & cum ea Romanæ Ecclesiæ tūc instans procella, euanuit, quod latius prosequitur *Baron. in ann. supradictis 1157. & 1158.*

17 Patet igitur Vocem hanc, vndequaque † deriuetur, in duplici significatione vsurpari, laxa videlicet, & stricta: † Et priori quidem animi af-
18 fectum exprimimus, in quo sensu accipitur, quod vul-
19 gò quidem, † sed verissimè dicitur, Reipublicæ interesse, hominem homini beneficio affici, *l. se-*
20 *ruus, vers. sed nec vidētur, ff. de seru. exportan.* † & de hoc beneficio tractans *Seneca de benef. lib. 1. c. 6. Quid est ergò inquit beneficium, beneuola actio tribuens gaudium, capiensq; tribuendo, in-*
21 *id, quod facit, prona, & sponte sua parata.* † Quæ verba, cùm Obertus de Horto consuetudinum feudalium compilator, pro explicatione eius termini nuncupatim ex ipsius Senecę textu transcripsisset *lib. 2. tit. 23. in quib. cau. feu. amitt.* aliquis imperitus, post vocem illam *gaudium* adiecit *capientibus*, vt aduertit gloss. *in eodem verb. capientibus.* Deterius tamen alij, qui beneficium in hac lata significatione acceptum, perturbatis penitus Senecę verbis, ex eo pronunciarunt, beneficiū non esse aliud, quàm beneuolam actionem tribuentem gaudium capienti, inter quos *Abb. in c. 1. sub num. 6. vers. nota ibi beneficio de commoda, vbi etiam Imol. num. 5. Idem Abb. in cap. Ad audientiam, sub num. 7. vers. vltimo collige de præscript. traduntque in Rubr. Barbat. num. 30. & Bero. num. 4. de rescript. Alex. conf. 55. nu. 2. vol. 2.*

22 Neque verò his satis obuium fuit, † beneficium in ipso dantis, aut facientis animo, & voluntate consumi, nec aliam esse illius causam materialem, quæ ideo nec manu tangi, nec oculis cerni potest, vt disputat eodē loco Seneca, & *in cap. 5. eiusdem libri*, & ex nostris benè aduertit *Petrus de Bellapertica in repet. l. beneficiū, n. 7. de Constit. Princ.* Quæque
23 ideò dicitur beneuolentia, † seu beneficētia, prout est actus amicitię, & charitatis secūdum communē
24 rationē, vt docet *D. Tho. 2. 2. q. 31. art. 1.* † Neque ab his diuersus est *Philosoph. Rethor. 1. cap. 11.* cùm dixit, *beneficium, tàm conferre, quàm accipere ex iucundis esse, quod qui recipit, quod cupit, adipiscatur, qui autem confert, habeat, abundetq; ijs, quæ vterque appetit*; Quod licèt magis secundum vulgus pronunciatum sit, quàm secundum rei veritatem, cùm huius reciprocæ Iucunditatis nimis diformis sit, & inæqualis ratio, vt ipsemet docet *Ethico. 9. cap. 7.* tamen pro subiecto beneficij nihil aliud habet, quam eum affectum beneuolentiæ, & beneficientiæ: Procedit enim ex actu dile-
25 ctionis, idest actu amoris cum beneuolentia, † qui solus dicitur verus Amor, nempè rationem habens Amicitiæ, quandò scilicèt sic amamus aliquem, vt ei bonum velimus: si enim sic amamus, vt illud ipsum, quod videtur in subiecto amato bonum, nobis ipsis velimus, non est beneuolentia, nec in consequens Amor, sed mera concupiscentia, ac potiùs inimicitia, vt latè disputat Philosoph. *vbi supra, & D. Thom. ea. 2. 2. quæst. 23. art. 1. & ex nostris Ludouicus Carbon. in tract. de repacificatione, c. 17. vers. postrema distinctio.*

26 Possumus igitur hinc † more nostro iam definire beneficium in hac lata significatione, vt sit, animi affectus ad bonum procedens alterius, ex officio, non ex necessitate aliqua, *l. vnum ex familia 69. §. si de falcidia, vers. non enim facultas de*
27 *legat. 2.* † Quod enim aliquibus visum est addi, *& cum*

eum effectu, quasi quod aliàs non posſit dici bene-
ficium, *Io. Monach. in cap. ſi tibi conceſſo, num. 9.
de præben.* pugnat cum his, quæ nunc demonſtra-
uimus.
28 Stricta autem huius vocis ſignificatio eſt, † cùm
peculiariter ſumitur pro ipſo Iuris effectu, qui ex
perſona benefici in perſonam beneficiarij deriuat,
29 ducta ab vſu armatæ militię, quo dùm Imperatores
varijs commodis benemerentes milites afficie-
bant, commoda illa beneficia dici cęperunt, quod
miſsis Profanorum auctoritatibus, quæ paſsim oc-
current, conſtat ex primæ generalis Nicenæ Syno-
di *canone 12.* in hæc verba *Quicunque vocati per
gratiam, primũ quidem impetum monſtrauerunt,
deponentes militiæ cingulum; poſtmodum verò ad
proprium Vomitum ſunt relapſi: ità vt quidam
pecunias tribuerent, & beneficijs militiam repete-*
30 *rent.* Hiſq; beneficijs affecti Milites, † benefi-
ciarij dicti ſunt, vt loquitur *Cæſar. in Comment. de
bello ciuili, lib. 3. Euocatorum circiter duo mil-
lia, quæ ex beneficiarijs ſuperiorum exercituum
ad eum conuenerant* & etiam nunc feuda milita-
31 ria, † ęquè beneficia dicuntur, *lib. 2. feud. tit. 23.
& 24.* in quem ſenſum verba Hadriani acceperat
Fœdericus, vt ſupra dixi.
32 Vt nil mirum † ſi ab armata militia, deſumpta
etiam hæc ratio, qua non ipſum affectum, ſeu bene-
uolam actionem benefici ſecundum laxiorem ac-
ceptionem ſignificamus, ſed Ius, & facultatem
conceſſam Beneficiario, ex illo ipſo affectu, & bene-
uola actione, vt prudenter etiam aduertit *Cuiac. in
explicat. d. tit. qui ſecundum eius ordinem eſt 1.
lib. 3. quib. cau. feud. amitt.*
Ineſt tamen vtrique beneficio, ideſt tàm arma-
tæ, quàm Clericalis militiæ eadem natura circa
effectum beneuolentiæ, & amoris, ità vt quemad-
33 modum non eſt, † qui diſſentiat, eccleſiaſticum
beneficium de ſui natura eſſe inæſtimabile, ac ſinè
pretio pretioſum, de quo inferius ſuo loco agetur,
ſic Idem ſtatui oporteat de feudo, quæ eſt ratio, vt
34 licet † in alienatione emphyteuſis, ſoluatur Domi-
no laudemium *ex diſpoſitione, l. vlt. C. de Iur. em-*
35 *phyt.* contrariũ † nihilominus ſeruetur in alienatio-
ne feudi, *vt poſt alios conſiderat Franc. Becc. con-*
36 *ſil. 2. ſub num. 7. verſ. tùm quia & num. 10.* † feu-
dum enim non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore,
& honore Domini acquirendum eſt, inquit tex. *in
cap. vn. ad finem princ. de feud. dato in vim legis
commiſſo:* quam ſententiam, vbi non adeſt parti-
cularis conſuetudo in contrarium, nec verſamur in
feudo cenſuali, vnanimi Voto amplexi fuerunt Sa-
pientiſsimi iuxta, ac integerrimi DD. mei Cle-
rici Cameræ Apoſtolicæ *in vna Caualliccn. feudi,
ſiuè laudemiorum, 15. Septembris 1625. coram
Reuerendiſs. D. Duratio.*
37 Has † autem beneficij ſignificationes non di-
ſcreuiſſe, cauſa fuit, vt quia ſupradicta definitio
beneficij ſumpta ex Seneca, viſa eſt aliquibus,
nõ ſatis congruere Eccleſiaſtico beneficio, quem-
admodùm nec feudo, Ioan. Quintin. *in repet.
cap. de multa num. 2. de præben.* inuectus præ-
cæteris fuerit in præfatum Obertum, quatenus *in
præallegat. tit. 23. in quibus cauſ. feud. amit.* eam
ad feudum tranſtulit. Quemadmodum, & alij; qui
ad Eccleſiaſtica beneficia, & hæc eadem æquiuo-
catio cauſa fuit maximi inter noſtros diſſidij, dùm
beneficij Eccleſiaſtici diffinitionem perquirunt:
ſunt enim qui nullo modo videantur agnoſcere
eam beneuolam actionem, dùm vel pro alio non
ſumunt beneficium, quam pro facultate ipſa, &
Iure percipiendi reditus, ſicut *Gimont. in Enchi-
rid. de benef. cap. 1. num. 7. Azor. inſtit. moral.
par. 2. lib. 6. cap. 1. in 1. quæſt. verſ. tertio itidem,*
quaſi quod beneficium in genere ſit omne id, quod
bonum facit, *vt ait Imol. in clem. ſi plures nu. 5.
de præben. Tholoſan. de benef. cap. 6. num. 1.* Vel
ſimpliciter pro reditibus, ſeù fundis, atque ita pro
ipſa beneficiali materia, quales fuerunt, *Tholoſan.
ſyntag. Iur. lib. 17. cap. 2. nu. 2. quod repetit in
tract. de benef. d. cap. 6. num. 1. Pariſ. de reſignat.
lib. 3. q. 2. num. 4.*
38 Sunt † verò ex oppoſito, qui etiam hanc bene-
uolam actionem ſubſtantiæ ipſius beneficij inſe-
rant, tamquàm genus in ſua ſpecie agnoſcentes,
*vt agnouit Abb. conſ. 47. num. 3. par. 2. Bellam.
conſ. 20. num. 17. Ancher. in cap. 1. ſub num. 2.
verſ. venio ad quæſtionem de reg. Iur. in 6. Ioan.
Monach. in d. cap. ſi tibi conceſſo num. 9. de præ-
ben. in 6. Ioan. Delphin. de Iur. patron. lib. 1,
num. 25. Gonzal. ad regul. de menſ. gloſ. 5. n. 3. &
Garz. de benef. par. 1. cap. 1. num. 1.*
39 Quorum ſententia plenior, ſi etiam, qua † actio-
ne beneuolentia conſtituatur, firmius attigiſſent.
Videntur enim omnes quidem in ipſo actu Colla-
tionis illam ponere, ſed alij facta relatione ad Ius
percipiendi emolumentum, vt per *Io. Andr. in
cap. olim num. 9. in verſ. ſecundum, de verb. ſignif.*
alij verò ad ſimplex factum ipſum perceptionis, vt
40 Ioannes Silua, † qui ideò *in tract. de benef. q. 1.* poſt
relatas *ex nu. 1.* aliorum ſententias, ipſe *ſub nu. 14.*
habuit diffinitionem hanc Eccleſiaſtici beneficij
pro abſolutiſſima, Vt, videlicèt, ſit, *beneuola actio
prouenien s ex prouentibus Eccleſiaſticis Deo di-
catis per habentem poteſtatem, & auctoritatem,
gaudium tribuens capienti,* in quo cum ſuis aſſeclis
palàm lapſus videtur; nam actionem illam bene-
uolam attribuit Eccleſiaſticis reditibus, & ſic re-
bus inanimis, in quibus non cadit actus beneuo-
lentiæ, & quatenus conſtituit gaudium in perce-
ptione eorumdem redituum, non ſolùm diffinitio
41 peccat † in forma, quia ſic ducitur ab effectu con-
tra ea, quæ docet *Bart. in l. 1. nu. 2. de appellat.*
42 Verum etiam in materia, quia perſonæ † Eccleſia-
ſticæ vocantur ad ſollicitudinem, & curam, non
autem ad gaudia temporalia, quæ ex redditibus
procedunt, vt conſiderat *Gomeſ. in Rubr. nu. 2.
& 3. de reſcript. & Gimont. in d. Enchir. de be-
nef. tit. 1. cap. 1. ſub num. 7. verſ. prædicta verò dua.*
43 Rectiùs ergò priores, quia cum † etiam in ipſo
Collatore conſideretur liberalitas, dùm magis vni
quàm alteri pro ſuo arbitrio confert, *Abb. in cap.
relatum num. 4. de præben. poſt gloſ. ibi in verb. li-
beraliter, optimè Caſſador. deciſ. 3. ſub num. 6. verſ.
& quàmuis neceſſitetur, de penſion.* hoc reſpectu
poteſt actio illius, dici beneficium, cum Collator
44 dicatur † beneficus in eum, cui confert, vt rectè
infert

infert Nauar. *in comment. super extrauag. de dat. & promiss. notab. 32. sub num. 52. vers. & Principes Ecclesiastici*.

Et quamuis non sit confundenda actio ista, cum illius subiecto, circa quod versatur, quod æquè vocamus beneficium, etiam si nou conferatur, vel nusquam fuerit collatum, vt puta si à primæua erectione vacet, tamen hinc non sequitur, quin semper consideretur actus hic beneuolentiæ col-
45 latoris in potentia, † quæ cum sit actui proxima, cessante impedimento æquiparatur actui, *l. penult. de milit. testamen. cum similibus allegatis, per Mandos. ad reg. 31. Cancellar. quæst. 9. num. 4. & per Costam de fact. scient. inspect. 25. num. 3.*

46 Quinimò † beneuola illa actio, quam præfati Doctores ex sententia Senecæ beneficium nuncupant, etiam explicata secundum Philosophi doctrinam, vt sit ex Iucundis, eo quòd accipiens obtinet, quod appetit, neque tamen eo priuetur conferens, in ipsa etiam creatione beneficij Ecclesiastici considerari potest; dùm expletur tàm dantis, quàm accipientis commune Votum & desiderium; nam offerens bona sua Deo ad hunc ipsum effectum, vt ex dedicatione illorum creetur Ecclesiasticum beneficium, vtiq; nihil aliud concupiscit, quàm vt is, qui eam facultatem habet, voluntati suæ morem gerat, cui voluntati si satisfiat per huiusmodi habentem auctoritatem, iam indè efformatur beneficiũ secundum nominis diffinitionem, vtrique enim
47 actus iucundus efficitur, nàm qui † recipit, tunc quod cupit, adipiscitur, & sic satis lucri, compendijq; facit, *l. si pignore 56. ibi Species enim lucri est, ff. de furt. Rota decis. 33. sub num. 17. vers. maximè, quia ex naturali, de preben. in antiq. Neuizan. cons. 74. sub num. 13. vers. & satis lucratur, cum alijs per Tiraquel. de retract. consanguin. in præfation. num. 25.* Neque iucunditatem minuit, quod patrimonium suum in parte, vel etiam in totum exhauriat, nam id verius lu-
48 crum duplicat, lucrum † enim est pietatis nomine sumptum facere, vt ex Tertulliano commemorat *Cuiac. ad Nouellam Iustin. 3. de Cler. Constantinop. circa finem*: Qui autem confert, exercetq; eam beneuolam actionem, habet, abundatq; ijs, quæ vterq; appetit, & sic vtriq; enascitur iucundi-
49 tas: Iucunda † enim sunt, quæ gaudio afficiunt, inquit Philosoph. *Rethor. ad Alex. cap. 1. de gen. de-*
50 *lib.* afficitur † verò perfecto gaudio, qui accipit, quod appetebat, veluti recepta specie boni per phantasiam, & intellectum, vt benè explicat *Hieronym. Fracastor. in lib. de sympat. & antipat. cap. 17.* Itidemq; eodem gaudio afficitur qui contulit, cum & actum hunc conferendi in alium ipse appetijsse videatur, ex quo nulla vi adactus, sed volens, & libens contulit, vt docet *Idem Philosoph. in Rethor. ad Theodoct. lib. 1. cap. 11.*

Et sic videtur in ipsam quoque (vt ità dixerim) progignitionem beneficij Ecclesiastici, incidere illam reciprocam iucunditatem, ex qua nomen istud Iure optimo appositum; est stipendijs Cleri-
51 corum, quæ † eo quod benemerentibus conferrentur, sic nuncupari cœpisse sub Symmacho anno quingentesimo secundo, in eo anno refert *Baron. num. 36. & Spondan. in epitom. num. 6.* quod mirabar præterijsse, *Marsil. de Eccles. red. par. 1. cap. 8. num. 4.* qui arbitratus fuit id non contigisse ante Concilium Maguntiacum celebratum anno octingentesimo decimo tertio, *relatum in cap. 1. de Eccles. ædifican.* nisi aduertissem Baronium, cuius hæc sunt Verba. *Etenim cum solerent Clerici ab Ecclesia per Episcopum mensibus singulis victus causa meritam stipem accipere, &c. posteà verò factum, vt aliquibus ex bis Ecclesiæ possessiones quoad viuerent, ab Episcopo concederentur, quæ beneficia dici cœperunt, eo quod vt habet Symmachus in ea Epistola, benemeritis tantummodò concedi liceat*, mera, nec satis probabili coniectura ductum, ea scilicet, quod Symmachus tantummodo benemeritis possessiones Ecclesiæ concedi decre-
52 uerit, nàm tametsi benemeriti † digni sint, vt beneficio afficiantur, *l. seruos legauit 20. ff. de manumiss. testamen.* tamen Symmachus, nõ loquitur de benemeritis simpliciter, sed de honorum meritis, & quando etiam de benemeritis loquutus fuisset, tamen hinc non sequitur, possessiones illas assignãdas, tunc vocari cœpisse beneficia, neque hoc prorsus dicit Symmachus, cuius ad Cæsarij super alienandis bonis Ecclesiasticis consultationem, Verba sunt hæc *Possessiones igitur, quas vnusquisque Ecclesiæ proprio dedit, aut reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis, atque distractionibus, vel sub quocunque argumento non patimur, nisi forsitan, aut Clericis bonorum meritis, aut Monasterijs religionis intuitu, aut certè Peregrinis si necessitas largiri suaserit; sic tamen vt hæc ipsa non perpetuò, sed temporalitèr perfruantur*, ità legitur *in 3. Epistola decretal. Summ. Pontif. chart. mihi 425.*


Quinimò ex his patet, nec ibi agi de beneficijs Ecclesiasticis, idest canonicè institutis, sed de possessionibus, seu Prædijs extra hunc vsum, vel alium particularem simpliciter, & pro ipsius Ecclesiæ arbitrio legatis, & ad certum tempus non autem, ad vitam, vt loquitur Baron. vel in perpetuum assignandis, contra naturam beneficiorum Ecclesiasticorum, ac proinde eos Clericos potuisse quidem dici honoris ergò, assecutos beneficium de reditibus, seu possessionibus Ecclesiæ, at beneficium Ecclesiasticum minimè; longè enim
53 hæc inter se dissident, vt optimè aduertit *Marsil. vbi supra num. 2. & 3. & benè etiam declarat gloss. in cap. 1. in verb. obtineri de regul.*
54 *Iur. in 6.* & nos † in toto hoc opere appellatione beneficij, haud quaquàm, vel cum Stoicis beneuolentiam cuiuspiam, vel cum vulgo fundos vel alia beneficialia accipiemus, sed Ius illud percipiendi reditus, & emolumenta beneficij, quod alitèr quàm per Canonicam Institutionem, neque alteri, quàm Clerico attribuitur *iuxta text. in cap. 1. de regul. Iur. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Aequiuoca, eadem & obscura.*
2 *Aequiuoca prius explicanda; quam definienda.*
3 *Beneficium spirituale aliud, & aliud temporale.*
4 *Beneficij nuncupationes quadam vsu proscripta.*
5 *Titulus beneficialis pro beneficio passim vsurpatur.*
6 *Titulus quid.*
7 *Titulo sine, olim neminem potuisse ordinari, & qua ratione.*
8 *Mendicatio Clericorum Ordini opprobriosa.*
9 *Altari deseruiens de Altari participare debet.*
10 *Sportula menstrua Clericis constituta, & earum ratio.*
11 *Sportulantes Clerici vndè dicti.*
12 *Sportula quid fuerit, & eius vsus.*
13 *Sportulis quando successerint assignationes prædiorum temporales.*
14 *Titulum ab exordio Ecclesiæ simpliciter locum designasse.*
15 *Titulus pro signo præsidiali acceptus.*
16 *Titulorum præsidialium iniussu Magistratuum interdicta inscriptio.*
17 *Tituli Fiscales qui.*
18 *Crucis signum consueuisse pro titulo erigi ante Ecclesias loco velorum, seu titulo Principis, & quando.*
19 *Titulum distinxisse Ecclesiam ab Ecclesia.*
20 *Tituli loco pro Ordinatione Clerici quomodo inuecta fuerit Ordinatio ad Titulum, quem vocant Patrimonij, & expositus textus in can. 1. 70. distinct.*
21 *Possessionis voce aliquando fundum significat.*
22 *Clericus simplex, quando gaudeat priuilegio fori.*
23 *Patrimonij statuendi ratio, ad quod Clericus ordinatur.*
24 *Patrimonium huiusmodi non esse aut Titulum beneficialem, vel beneficium, aut quidpiam Ecclesiasticum, sed esse loco tituli, & ad tempus.*
25 *Patrimonium idem transmissibile ad heredes.*
26 *Patrimonium idem non esse, immune à solutione decimarum Parochialium.*
27 *Patrimonium idem subijci foro Ecclesiastico, & sequi naturam personæ Clerici.*
28 *Patrimonium idem in fauorabilibus æquiparari beneficio Ecclesiastico.*
29 *Patrimonij ad titulum ordinationem pendere ab arbitrio Episcopi, non absoluto, sed regulato.*
30 *Patrimonij ad titulum ordinatus, non magis vni quam alteri Ecclesiæ obligatur.*
31 *Patrimonij, aut pensionis mensura arbitrio Episcopi commissa.*
32 *Patrimonij, vel pensionis huiusmodi sufficientia ostendenda per eum qui promouetur.*
33 *Patrimonio ad quod quis ordinatur, deperdito, Episcopus qui ordinauit, tenetur illi subuenire.*
34 *Patrimonij insufficientis ad titulum si quis promoueatur ex condicto cum Episcopo, simonia committitur.*
35 *Patrimonij huiusmodi prohibita distractio, & quatenus.*
36 *Patrimonij particularis non facta assignatione per notoriè diuitem totum illius patrimonium sine aliqua expressione cedit in hanc causam, subijcitur foro, & gaudet priuilegio bonorum Ecclesiæ, & efficitur immune ab oneribus, & collectis laicorum.*
37 *Patrimonialia bona Clericorum quatenus subijciantur oneribus realibus laicorum.*
38 *Patrimonium ad quod quis fuit ordinatus sine vlla distinctione, immune est perinde, ac bona Ecclesiastica.*
39 *Episcopus ordinans Clericum sine sufficienti, aut patrimonio, aut beneficio, ad quid teneatur, & ad quid item sic ordinatus.*
40 *Episcopus, quibus casibus possit aliquem ordinare sine beneficio, siue Patrimonio.*
41 *Doctor vtrum possit promoueri ad titulum suæ doctrinæ.*
42 *Ordinatus fraudulenter sinè participatione Episcopi, neque ad titulum Patrimonij, neque ad titulum beneficij quas pœnas incurrat.*
43 *Patrimonium pro ordinatione filio per patrem assignatum illi minimè in legitimã imputatur.*
44 *Titulus quid penitus diuersum à beneficio.*
45 *Locus nihil res est locata.*
46 *Beneficia plura ad vnum Altare possunt erigi.*
47 *Titulus beneficialis per metonymiam, non malè hodie pro beneficio vsurpatur.*

QVAESTIO II.

An idem sit Titulus beneficialis, quod beneficium.



1 CONSTAT ergò ex præmissis † vocem hanc *beneficium*, veluti æquiuocam, & consequenter obscurã, vt inquit *gloss. in l. quoties 80. in verb. ambigua de verb. oblig.* prius † expli-
2 candam iusse, & exponendam, in quo sensu sumi debeat, quàm definiremus quid rei sit, *Card. in rubr. nu. 1. de Iur. patr. Rocch. de Curt. de Iur. patr. in princ. n. 3. Sebast. Medices in tract. de definitione part. 1. cap. 5 nu. 7. & par. 2. in vlt. diffinit. nu. 25.*

3 Iam verò † cùm duplex sit secundum expositam significationem beneficium, temporale aliud, & aliud spirituale, *cap. fælicis, §. si qua verò de pœnis in 6.* nec temporale ad nostrum pertineat institutum, totaquè ideò indago ad spirituale conuertatur, operepretium est etiam ante ipsam diffinitionem, aliqua de synonimis præferri, quæ sub eadem
4 diffinitione comprehenduntur. Missa facio, † quæ vsu minus recepta sunt, cuiusmodi est *Sacerdotium* aboleuit enim appellatio hæc nostrorum Doctorũ communi consensu, vt etiam aduertit *Garz. de benefic. part. 1. cap 1. num. 7.* & alia nonnulla, veluti *prabenda*, quæ à genere in species defluxere, de quibus idem ibidem.

5 Vnum persequar frequentissimum, videlicèt Titulum, † seu Titulum beneficialem; nàm passim Doctores pro eodem habent titulum beneficialem, & beneficium, quod vti constet, videndum est.

Titu-

6 Titulus † itaque in hac materia pro alio non sumebatur olim, quàm pro functione, & certo loco in Ecclesiæ ministerio, cui adscribebatur ordinatus in ipsa ordinatione, singuli enim Presbyteri ad singulas Ecclesias ordinabantur; hæcque dicebatur Intitulatio, *can. Episcopi 80. distinctio*; nec sine ti-
7 tulo, † idest, certa assignatione ministerij in certa Ecclesia licebat Episcopo quemquam ordinare, vt *ex decreto Chalcedonen. Cõcilij celebrati anno quadringentesimo quinquagesimo can. 6. registrato in can. 1. distinct. 79.* quòd fuit posteà innouatum, *vt in ead. distinct. can. Sanctorum.*

Id autem constitutum fuit summa ratione, quia prorsus indignum visum fuit, Clericum ordinari sine deputatione certi loci, in quo diuinum officiũ absolueret, ex quo in recompensam sui muneris stipem haberet ad victum necessariam, nè quando videretur cõditio cœlestis huius militiæ deterior, militia terrestri, contingeretq; exinde, sic ordina-
8 tum mendicare in opprobrium ordinis, *cap. cum secundum Apostolum*, vbi *glos. & Doct. de praeben.*

9 Neque tamen † quamuis ità prouiderit Chalcedonense Cõcilium, id fuit Ius nouum, sed potius antiqui declaratorium, etenim quemadmodum iusserat DEVS in lege Mosayca, vt qui in Sacrario operarentur, de Sacrario ederent, & qui Altari deseruirent, cum Altari participarent. *Deuteronom. cap. 18.* ita Dominus noster IESVS CHRISTVS ordinauit Ijs, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere, vt latè attestatur B. Paulus *in 1. ad Corinthios cap. 9. relat. in d. cap. cũ secundũ Apostolũ.*

10 Oblationes fidelium † primum huic necessitati suppetias tulerunt, mox cum fide, Clericorum numero valdè aucto, coagmentatus est pariter oblationum prouentus, ceperuntque Episcopi cuique Ecclesiæ Ministro menstruam sportulam exhibere, quod manifestè insinuat *B. Cyprianus epist. 34. ad Clementem* in hæc verba; *Caterum Presbyteri honorem designasse nos iam illis sciatis. vt & sportulis ijsdem cum Presbyteris honorentur, & diuisiones menstruas æquatis quantitatibus partiantur.*

Constatque eos, qui victus causa stipendia huius-
11 modi ab Ecclesia capiebant, indè dictos † Clericos sportulantes, testimonio eiusdem *Cypriani in Epistola 67.* in hæc verba. *Hæc nunc ratio, & forma in Clero tenetur, vt qui in Ecclesia, Domini ordinatione, Clerici promouentur, in nullo ab administratione diuina auocentur, nec molestijs, vel negotijs sæcularibus alligentur, sed in honore sportulantium Fratrum tanquàm decimas ex fructibus accipientes ab Altari, & Sacrificijs non recedant, sed die, ac nocte cælestibus rebus, & spiritualibus seruiant.* Hæc Cyprianus, quæ posuit *Baronius in anno 57. sub num. 70. & Spondanus in Epit. n. 22.* atque huius sportulæ ex auctoritate ipsius Cypriani meminit etiam *Cuiac. in rubr. de præbend.*

12 Constat autem † sportulam genus fuisse vasis ab asportando, vt aliqui arbitrati sunt, vel à sporta herba, qua contexebatur, ità dictam, cuius etiàm apud nos extat, & vsus, & nomen; sed tamen sæpius etiam vocem vsurpatam ad significãdum id ipsum, quod in ea continebatur; aut pecuniæ, aut cibi, ijs qui Primoribus Ciuitatis, officij gratia, quoquo die salutationem togati inferrent, vel per Vrbem comitarentur, vt benè per *Io. Kal. in Lexic. Iurid. verb. sportula*, atque centum quadrantibus constitisse ex Budæo colligit *Anton. Pichard. in §. Tripli 24. nu. 9. & 10 Instit. de actio.*

13 Cuius sportulæ † vice, mox successere prædiorũ tẽporales assignationes sub Symmaco anno quingentesimo secundo, vt ex eodem Baronio annotauimus in præcedenti quæstione, & denique circa annum octingentesimum decimum tertium consequuta est assignatio beneficiorum in statu, & forma, in qua nunc sunt. *Marsil. de Ecclesiast. reddit. origine part. 1. cap. 8. ex num. 1.*

14 Patet ergò ex his titulum † à principio nascentis Ecclesiæ aliud non significasse, quàm locum ipsum Ecclesiæ, cui addicebatur ordinatus, vt certũ ibi fungeretur ministerium, quòd optimè aduertetunt *Rober. Ann. rerum iudicat. lib. 3. cap. 2. & Ioann. Kal. in suo Lexico iuridico, in verb. Tituli primum erant certæ sedes*, & antè eos *gloss. in cap. dudum*, quod in ordine est 54. *§. licèt autem, in verb. intitulatum versic. itē dicitur titulus ipsa Ecclesia, de electione.* appellatione inde deducta,
15 quod Titulus † dictum fuerit signum præsidiale, ità enim habet *Diuus Augustinus super Psalmo 21. in 2. expos. Quid ad defensionem possessionis tuæ titulos CHRISTI posuisti? Non nè hoc faciunt, nonnulli in domo sua? Nè domum inuadat suam aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces, ipse vult esse possessor, & frontem domus suæ de titulo alieno muniri*; itàut esset nominis Principis inscriptio rei cuipiam ad tutelam adie-
16 cta, quod † priuatis sine iussu magistratus postmodum prohibitum fuisse constat per *l. 1. & 2. C. vt nemo priuat. titulos rebus suis, vel alienis imponat.*

17 Hincque tituli Fiscales, † idest signa Principis, quæ prædijs in fiscũ redactis apponi consueuerunt *l. si quando C. de bon. vacan. lib. 10.*

18 Ad horum igitur † exemplum, vbi domus aliqua DEO dedicabatur, illi signum Crucis præponebatur, vt quisque intelligeret illam esse domum DEI, *vt ex l. decernimus C. de Episc. & Cler. aliisq; Iuribus.* Optimè demonstrat *Baron. in anno centesimo duodecimo nu. 6.* cùm prius tamen cõsueuissent præfigi vela, seù tituli Principis, perindè ac rebus fiscalibus, quòd vetuit deinceps fieri *Gregor. lib. 5. Epist. 44.* vt eodem loco refert *Baron sub nu. 5. ad finem*, & aduertit etiam *Cuiac. in pracit. l. si quando C. de bon. vacan. lib. 10.* illudquè Decretũ B. Gregorij habetur hodie *in can. 1. 16. quæst. 5.*

Quod verò diximus de signo Crucis referendũ est ad ea tempora, quibus Ecclesiæ sub Cæsaribus pax fuit; nam ab initio id tentatum fuisse minimè est verisimile, cùm latebræ potiùs perquirerentur, quàm vt ex signo aliquo patefcerent Christianorum loca; quamuis non ideò minus etiã tunc ædes, quæ DEO ad rem diuinam peragendam dica-
19 bantur, nuncuparentur tituli: Titulus † enim (quatenus est signum differens) in verbali nuncupatione conseruabatur, sic enim cum domus Pudentis, qui primum intra proprios lares Apostolorum Principem anno 44. hospitio receperat, in

Ecclesiam à Pio Pontifice de anno 162. dedicaretur, nuncupata fuit titulus Romanus, licet postea à Pastore Presbytero, qui id curanerat, dicta fuerit Pastoris titulus, quod nomen adhuc manet, factumquè inde, vt tituli, sicuti supradictum est, pro ipsis Ecclesijs, idest locis Sacro misterio destinatis, quibus tituli à principio proponebantur, vsurparentur, vt in hac etiam significatione sumitur *in can. non habentis, 12. quæst. 2.*

Deseruiebant ergò tituli huiusmodi Sacro ministerio, nequè, vt dixi, quispiam ordinabatur aliter, quàm ad certum titulum, idest Ecclesiam, seu lo-
20 cum, cui adscriberetur. † Verùm siuè quia decretum, Calcedon. Concilij relatum *in d. can. 1. 70. distinct.* perperàm fuit primùm de græco in latinum traductum, & pro illis verbis, *nisi propriè in Ecclesia Ciuitatis, vel Pagi, aut martyrio, qui ordinatur, pronuncietur*, repositis istis *in Ecclesia Ciuitatis, siuè possessionis*, prout hodiè tandem ex animaduersione Gregoriana constat, irrepserit erro-
21 neus intellectus ex termino illo *possessionis*, † quo fundum proprium, siuè prædium significari patet *ex textu in l. interdum, 78. de verb. signific.* facilèq; error hic in legem transierit, quod plerumque contigisse animaduertit *Cuiac. postum. tom. 2. ad lib. 11. Pauli ad edictum in interpret. l. eum mandato 23. de minor. in 2. col. vers. facessat etiam error*, siue (quod verisimilius) irrumpentibus in aliena stipêdia, alienis, & plerumquè insignis, opus fuerit prouidere deuotioni propriorum vnius cuiusquè Ecclesiæ filiorum, relaxata fuit necessitas hæc ordinandi ad titulum, dum tamen ordinatus haberet, vel ex proprio patrimonio, vel aliter, vnde posset commode sustentari, *cap. Episcopus & cap. tuis de præbend.*

Quam tamen indulgentiam Sacrum Concilium Tridentinum videtur, quam fieri potuit, ad antiquã canonum obseruantiam reuocasse; nàm, & in ipsa
22 initiatione iussit Clericum † minorum ordinum, vel prima tonsura initiatum fori priuilegio non gaudere, nisi vel beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, & Tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi deseruiat, vt cauetur *sess. 23. cap. 6. de reformat.* & vbi contingat Clericum ordinari ad Sacros ordines sine beneficio sufficienti ad illius commodam sustentationem; sed obtentu patrimonij, *sess. 21. cap. 2. de re-*
23 *format.* ita statuit, *Patrimonium vero, † vel pensionem obtinentes ordinari post hac non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarũ, eo quoquè prius perspecto patrimonium illud, vel pẽsionem verè ab eis obtineri, taliaquè esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, atquè illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, vnde viuere possint, antiquorum Canonum pœnas super his innouando.*
24 Ex quo decreto iunctis alijs prænotatis. † Primum desumitur, patrimonium, vel quid aliud, ad quod quis ordinatur, non esse titulum beneficialem, vel beneficium, aut quidpiam Ecclesiasticum, *Gig. de pens. quæst. 28. sub num. 4. vers. nam patrimonium.* vbi attestatur, id ab omnibus approbari, hancq; opinionem etiam communem dixit *Sylu. de benef. par. 1. quæst. 3. sub num. 30. vers. ad istud respondetur, Spino. de testam. glos. princ. 18. num. 72. ad medium*; sed simpliciter fungi vice ipsius tituli in ea parte, vt inde submoueatur periculum mendicitatis in Clerico, stetq; loco tituli, donec ordinatus beneficium Ecclesiasticum, & sic verum titulum obtineat, vt probat *tex. in præcitato cap. tuis de praben. vbi glos. 1. in princ. & Abb. sub*
25 *num. 4. vers nec obstat*, † nèc ideo impeditur illius transmissio ad hæredes, vt ibi per eundem *sub*
26 *nu. 8. vers. fatentur tamen*, nequè † interim efficitur immune à solutione decimarum Parrochialiũ, vt concludit *glos. vlt. in eodem cap. tuis vers. credo, quod propter Clericatum, & ibi etiam Abb. num. 6. Azor. instit. moral. tom. 2 lib. 3. cap. 4. in 2. quæst. Aloys. Ricc. in prax. for. Eccles. decis. 605. in 1. edit. aliàs resol. 529. in 2. edit. D. Barbos. in tract. de offic. & potest. Episc. par. 2. alleg. 19. ad fin. & in collect. in. super d. cap. tuis, num. 6.*
27 Infertur secundo; interim tamen tale patrimonium veluti accessorium personæ ipsius Clerici, prorsus sequi illius naturam, proindeque subijci fori Ecclesiastici potestati, quamuis enim vbi bona principaliter sunt in consideratione, non gaudeant priuilegio Clericorum, secus est si persona ipsa principaliter consideretur, *Spino sub dicto nu. 72.*
28 in fauorabilibus enim penitus æquiparatur † beneficio Ecclesiastico, quamuis in odiosis secus, *Dec. in præalleg. cap. Ecclesia S. Mariæ, sub num. 71. vers. & hoc intelligitur de constit. Hieronym. Cenall. quæst. 527 nu. 1. part. 1.*
29 Infertur tertio Episcopũ † ordinãtẽ nõ habere in hoc absolutã potestatẽ, sed dũtaxat arbitriũ regulatũ, ex necessitate, & vtilitate suarũ Ecclesiarũ, vt animaduertit *Nauarr. cons. 14. sub n. 3. vers. tum*
30 *quia Conciliũ de tẽp. ordin.* tametsi ita † ordinatus non obligetur magis vni, quàm alteri Ecclesiæ de-
31 seruire, vt notat Abb *in d. c. tuis nu. 7.* cui etiã † arbitrio censetur commissa æstimatio illius sufficiẽtiæ patrimonij, vel Pensionis, *Azor. d. cap. 4. in 8. quæst. Paris. de resignat. lib. 2. quæst 6. ex n. 13.* quemadmodum, & beneficij, vt monet *Nauarr. lo-*
32 *co præallegato*, de qua † sufficientia tenetur docere is, qui prætendit promoueri. *Spino d. glos. 18.*
33 *num. 73* Si enim † in constitutione patrimonij huius cespitaret Episcopus, vtique in proprium caput ipsius verteretur, cùm etiàm vel chasmate, vel alluuione eo perdito, teneatur mendicitati huic de suo occurrere iuxta sententiam *glo. in d. cap. tuis in verb. de patrimonialibus vers. sed quid si patrimonium de præb. vbi Henr. Boich. num. 1. Imol. num. 7. & alij passim, D. Barbos. de offic & potest. Episc. par. 2. alleg. 20. nu. 13. & in collectan. ad d. cap. tuis num. 5.*
34 Infertur quarto † Episcopum eundem maximè in hac re inuigilare debere, præcipuè explorando, nè constitutio patrimonij, aut reseruatio pensionis sit composita ad fraudandam legem, intercedente pacto aliquo de retrocedendo, aut extinguendo, quod esset Simoniacũ, vt concludit *Spino. d. gl. 18. num. 73.*

35 *num.73.* & huc respexit Concilium † in illis verbis
atque illa deinceps, sine licentia Episcopi alienari
aut extingui, vel remitti nullatenus possint, nè
videlicet tale patrimonium distrahatur sine licen-
tia Episcopi, *Paris. d. quaest. 6. num. 16. Hieronym.*
Ceual. d. quaest. 527. num. 7. D. Gratian. disceptat.
forens. cap. 159. n. 1. & 2. Nam si ordinatus tẽpore
alienationis habeat commodã sustẽtationem, etiã
sine tali licẽtia potest, vt latè probat idem *Ceual.*
vbi supra ex num. 8. neque hoc casu vllam incur-
reret pœnam, aut ex verbis, aut ex ratione supra-
dicti decreti, nisi fieret ex pacto præcedenti de re-
trocedendo, tunc enim incurreret sic retrocedens
pœnam suspensionis, *Graff. decis. 97. num. 67.*

36 Infertur quintò, si quis notoriè diues, seù suffi-
ciens habens patrimonium, ordinaretur nulla facta
speciali assignatione certi fundi pro patrimonio,
censeri debere ad totum patrimonium suum or-
dinatum, eo quod ea expressio non sit necessaria,
vt de mente *Abbatis in d. cap. tuis num. 3.* voluit
Gamb. de offic. legat. lib. 6. sub num. 137. versic. nec
est necesse, quod plurimum refert, propterea, quòd
interim tale patrimonium subijcitur foro Eccle-
siastico, *Spino. saepè citata glos. 18. sub nu. 22.* gau-
detq; priuilegio bonorum Ecclesiæ, vt concludit
Hieronym. Ceual. d. quaest. 527. num. 4. & docent
omnes *in cap. Ecclesia Sancta Mariæ*, vbi *Felyn.*
nu. 10. Dec. n. 70. de constit. idem Dec. in cap. Epi-
scopus num. 20. de praebend. nedum respectu fori,
vt supra dictum est, sed etiam, vt non teneatur ad
aliqua onera, seù collectas laycorum, *Dec. loco mox*
allegato, & plenè *Nauar. cons. 5. sub num. 1. ver-*
sic. secundo quod haec conclusio, de immunit. Ec-
cles. vbi ait, hodie in hanc rem plurimum vrgere
dispositionem Concilij Tridentini, prout etiam
perpendit *Germon. de Sacror. immun. lib. 3. c. 15.*
sub num. 107. versic. restat in hoc axiomate, Mart.
de Iurisd. par. 4. cas. 11. nu. 45. Leonard. Duard.
in comment. Bullae Coenae Domini lib. 2. in can. 17.
quaest. 5. num. 17.

37 Et quamuis † respectu aliorum bonorum fiat
distinctio inter onera realia antiqua, & onera ex
post super inducta, iuxtà opinionem *Innoc. in cap.*
non minus nu. 5. de immunit. Eccles. Calder. cõs. 7.
per tot. de constit. Archid. in cap. 1. paulò ante n. 1.
versic. acquisierunt, & ibi etiam Ioann. Andr.
num. 1. & Gemin. num. 9. eod. tit. de immunit. Ec-
cles. in 6. cum alys relatis per Rotam in vna
Brundusina Gabellae 13. Febru. 1604. corã Penia.
Tamen respectu huiusmodi patrimonij ad quod
quis fuit ordinatus, non videtur admittenda talis
38 distinctio, † quia illud nedum efficitur immune à
superinductis; sed prorsus soluitur ab antiquis
oneribus realibus, vt videtur desumi ex eadem
doctrina *Innocent in d. cap. non minus paulò ante*
num. 6. ibi, sed nec tunc si sunt decimae, vel oblatio-
nes, vel alia spiritualia, vel mansus Ecclesia, Ne-
gari enim nequit, quin tale patrimonium ratione
causæ, cui deseruit, non sit quid spirituale tãquàm
surrogatum mercedi, & præmio debito pro spiri-
tuali seruitio exhibendo in Altari, vt dicit *Felyn.*
in d. cap. Ecclesia Sancta Mariae sub num. 10. ver-
sic. & licet à Doctoribus, & ità indistinctè in hoc
articulo tenendum, tradit etiam *Garz. de Gironda*
in tract. de priuileg. & exempt. explicat. quaest. 76.
num 376. ad finem, vers. sed indistinctè.

39 Infertur sextò Episcopum ordinantẽ † Clericum
sine sufficienti, aut patrimonio, aut beneficio, seù
pensione, incurrere pœnas antiquorum Canonum,
vt disponit Concilium, quæ in id resoluuntur, vt in-
terim teneatur ipsi ordinato de necessarijs ad vi-
ctum prouidere de proprio, iuxta *tex. in praecitato*
cap. Episcopus de praebend. nec tamen ad aliud,
vt latè consuluit *Nauar. d. cons. 14. sub num. 3.*
vers. tertio quod postea, de tempor. ordin. quod in-
telligitur, nisi dolosè hoc egisset, & sibi præcauis-
set, ne à se exigatur huiusmodi victus, hoc enim
casu pactum esset etiam simoniacum, vt concludit
Maiol. de irreg. lib. 4. cap. 15. sub num 2. vers. in
qua re cauendum est; hoc enim modo, vterque
idest, tàm ordinans, quàm ordinatus mortaliter
peccaret, veluti præuaricator legis, præcipuè in re
tam graui, vt ait *Spino. in saepe citata, glos. 18.*
num. 74.

40 Quamuis ob summam penuriam † Sacerdotum
posit Episcopus ordinare non habentem patrimo-
nium, vel beneficium, dum tamen spondeat se mi-
nistraturum necessaria victui, atquè ità per æqui-
pollens satisfaciat intentioni Concilij, & aliorum
Canonum, *Paris. in praecitata quaest. 7. num. 11.*
cum quo temperamento crederem procedere id,
41 quod multi astruunt, Doctorem † posse promoueri
sine tali patrimonio, aut beneficio, quos refert, &
sequitur *Gonzal ad reg. de mensib. glos. 4. n. 36. &*
Gratian. cap. 57. nu. 30. nàm aliàs non posset susti-
neri, vt audiui etiam respondisse Sacram Congre-
gationem super Concilio, cùm admodum pauci
sint Doctores, qui ex sola doctrina sibi necessaria
comparent.

42 Infertur septimo, † si ordinati tanta esset mali-
tia, siuè astutia, vt contra decretum prædictum
extorqueret ab Episcopo promoueri per aliquam
imposturam, ità ordinatum, non solùm esse desti-
tutum omni actione pro consequendo victu ab
Episcopo, vt de eo qui mentitus fuit se diuitem,
dixit *Dec. in d. cap. Episcopus sub num. 24. vers.*
quod tamẽ limitarem, quem sequutus fuit *Nauar.*
loco supra proximè citato, paulò ante num. 4. vers.
pro quo facit; verum etiam remanere suspensum,
iuxta textum *in cap. per tuas de Simonia*, semoto
autem dolo, & fraude non incurreret talem pœ-
nam, quemadmodum nec eam incurreret per sim-
plicem alienationem, quæ dumtaxat remaneret
nulla, *Ceuall. d. quaest. 527. ex num. 9.* & latissimè
trad. *Garz. de benef. par. 2. cap. 5. ex num. 27.*

43 Infertur octauo, ex his intelligi † tale patrimo-
nium si constituatur filio à patre viuente, vsquè
adeò effici ipsius filij, & separari à re Patris mera
eius voluntate, vt ipsi filio nequeat imputari in le-
gitimam, vt contra *Couarr. in relectio. cap. Ray-*
nal lus §. 2. num. 21. de testamen. & variar. resol.
lib. 1. cap. 4. num. 4. & alios quos refert, & quibus
addi potest *Graff. lib. 2. decis. 97. num. 68.* latè di-
sputat *Spino. d. glos. 18. ex num. 66. vsque num. 71.*
vbi Respondet fundamentis contrariæ opinio-
nis, & hanc eandem sententiam tanquàm magis
veram

veram tuetur D. *Gratianus d. cap. 159. ex num.* 31.

44 Infertur nono, † secundum præmissa, sumpta hac voce titulus, in suo potentiori significatu non idem esse beneficium Ecclesiasticum, & titulum beneficialem, cùm titulus sit locus, cui adiectum est munus à Clerico persoluendum, beneficium verò sit retributio illius muneris per quandam correspectiuitatem, seù correlationem, quæ non po-

45 test cadere, nisi inter diuersa, † locus enim secundum *Philosophum in 4. physic. in princip.* continet id quidem, cuius est locus; sed tamen nihil ipsius rei est; Vnde fit, vt cùm spiritualia locum non oc-

46 cupent, possint plura beneficia † ad vnum Altare institui, vt censuit *Rota in vna Hipporegien. Cappellanie Sancti Martini 22. May 1609. coram Penia*, & infra etiam dicetur.

47 Infertur decimo, † & vltimo, per Metonymiam non malè hodiè vsurpari beneficialem titulum pro ipso beneficio, & est textus in vsibus feudorum, *lib. 1. tit. 6. in princ.* & aduertit *Io. Kal loco suprà citato*, proptereaq; etiam nos in sequentibus communem nostrorum Doctorum sensum sequemur, pro sinonimis hæc habentes.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij Ecclesiastici definitio.*
2 *Ius pro facultate.*
3 *Ius pro substantia, & forma rei abstracta ab ipsa re.*
4 *Beneficium Ecclesiasticum, diuersum prorsus à fundo Ecclesiastico, & illius redditibus.*
5 *Beneficium, facultas, & potestas circa rem Beneficiariam.*
6 *Et ea quidem secundum Iustitiam ex canonica Institutione.*
7 *Beneficium non constituitur ex simplici assignatione fructuum, sed tantùm ex Canonica Institutione.*
8 *Beneficiarius nō dicitur Dominus bonorum Beneficij, sed habetur loco Administratoris, & Procuratoris: solus enim Summus Pontifex habet Ius plenæ Administrationis.*
9 *Beneficiario interdicta Alienatio.*
10 *Beneficiarius suspectus de dilapidatione, etiàm pendente Iudicio, Administrare prohibetur.*
11 *Beneficiarius facit fructus suos.*
12 *Beneficiarius Administrat fundum Ecclesiasticum, tanquàm suum.*
13 *Beneficiarius, quid ampliùs habet Vsufructuario.*
14 *Beneficij definitionem traditam per Corasium non sustineri.*
15 *Fundus dotalis, qui.*
16 *Fundus dotalis in annuo redditu rectè constituitur.*
17 *Pensio potest imponi super fundo vnius Beneficij pro dote alterius.*
18 *Et quæ huius rei sit ratio.*
19 *Congrua, qua ratione possit pro Vicario perpetuo assignari super fructibus Beneficij.*
20 *Assigno, vox, quam habeat vim.*
21 *Eadem, quando sit demonstratiuè.*
22 *Assignatio, quo casu importet hypothecam.*
23 *Administrationes, & Officia, vt distinguantur à Beneficijs.*
24 *Beneficia solis Clericis, non itidèm alijs personis Ecclesiasticis conferuntur.*
25 *Officium, propter quod datur Beneficium, quod nam sit.*
26 *Causarum concursus in singulis artibus, & actibus, qui.*
27 *Signa pleraque consueta proponi ad indicandam essentiam Beneficij esse æquiuoca.*
28 *Definitio, & Descriptio inter se, quid differant.*

QVAESTIO III.

Beneficium quid rei.



X præmissis ità ob oculos posita Ecclesiastici beneficij nuda substantia, illud sic

1 iam definimus, † vt nihil sit aliud, quàm Ius quoddam spirituale administrādi certum fundum Ecclesiasticū Clerico concessum in spiritualis officij retributionē.

2 Dixi esse Ius quoddam, † prout Ius sumitur pro legitima facultate, atquè ità pro genere incorporalium generalissimo, vt apud *Iustinianum insti. de*

3 *reb corporal. & in corp. in princ.* Ius † enim istud substantia, & forma rei est abstracta, ac penitus distincta ab ipsa re, quæ sibi subijcitur, prout exemplo vsusfructus declarat *gloss. 1. in princ. instit. de*

4 *vsufruct.* † Vt ideo aliud egisse videantur *Tholosa in Syntag. Iur. lib 17. cap. 1. num. 2 & de benef. cap 6 num 5. Rebuff. in praxi in princ. nu. 9. Azor. inst. moral. tom 2. par 2 lib 6. cap. 1. in prima quæst.* & alij, qui pro beneficio Ecclesiastico fundum Ecclesiasticum, seù reditus ipsos in definitione beneficij acceperunt.

5 Est ergò beneficium, † non res ipsa beneficij, sed Ius illud, seù facultas, ac potestas, vt loquitur *Nauar. cons. 6. num. 7. de Simon.* & ea quidem spiritualis, vt post alios latè *Garz. par. 1. cap. 2 ex*

6 *num. 7.* & nos latius agemus, *lib. seq.* † & secundum Iustitiam, vt ait *Card. Tolet in sua summa lib 5. cap. 76. sub num. 1.* deriuans ex canonica institutione, citrà quam Beneficium Ecclesiasticum obtineri posse negat *text. in cap. 1. de reg. Iur. in 6.*

Si enim fieret simplex assignatio fructuum ab eo, qui potest instituere, alicui, ex quauis alia causa quantumcumquè legitima, id non esset Beneficium, nec percipiens fructus, haberetur pro beneficia-

7 rio, † cùm in eo deficiat institutio *iuxta glos. in eodem cap. 1. in verb. obtineri*, quam explicat *Gratian. forens. discept cap 397. num. 69.*

Dixi administrandi, vt constituatur differentia

8 inter Ius istud, & Ius liberè disponendi; † beneficiarius enim non dicitur dominus bonorum beneficij; sed in illis habetur loco Administratoris, & Procuratoris, idem *Gratian. cap. 238. nu. 5.* & illa administratio non est sibi à lege; sed à Summo Pō-

tifice,

tifice, qui solus habet Ius plenæ administrationis, illorum dominio semper remanête penes DEVM, vt alibi explicamus.

9 Vndè interdicta † est ipsi beneficiario quæuis alienatio, *can. statuimus, & can. Diaconi cum duob.*
10 *seqq. 12. quæst. 2.* † & si suspectus sit de dilapidatione, administratio illi aufertur etiam pendente Iudicio, *can. vltimo 3. quæst. 2. cap. final. ad fin. de accusat. glos. in cap. 1. in verb. deferre Crucem, vers. nisi alias suspectus esset de dilapidatione, vt lite pendente*, cum alijs congestis per *Lancellot. de attent. lit. pend. in 4. declaratione ex num. 20. Rot. de rest. spoliat. decis. 6. in antiq.*

11 Non nego tamen hunc Beneficiarium, † tametsi subalternatam, talem habere administrationē, per quam non solum facit fructus suos, secundum veriorem sententiam (pro qua latissime disputat *Mars. Colum. de redit. Ecclesiast. Orig. par. 1. ex cap. 21.* quod tamen vti se habeat *lib. seq. expone-*
12 *mus*) verum etiam fundum ipsum † Ecclesiasticum tamquam suum, more tamen boni patrisfamilias curat, & administrat, vt potè qui terram prædialem, vineatoriam facere potest, *cap. vlt. de pecul. Cleric. cap. commissum de decim.* vt propterea minus aptè per Doctores aliquos vsufructuario com-
13 paretur, † cum vsufructuario minimè id permittatur, etiam si res pretiosior inde reddatur, *l. si vsufructus, §. sed si inter, vers. & si forte, & l. vsufructuarius nouum, ff. de vsufruct. Marsi. vbi suprà cap. 22. num. 7. & 8.*

Et hinc etiam intelligimus longè maius & pinguius fore ius istud, quam vt debeat restringi ad
14 simplicem perceptionem fructuum, † proindèque non satis tutam in hac parte esse definitionem beneficij, quam posuit *Coras. in tract. de Benef. c. 2. num. 1. & 9.* & cum qua transiuit *Garz. eod. tract. part. 1. cap. 2. num. 2.*

Dixi certum fundum Ecclesiasticum, idest assignatum pro dote Beneficij Ecclesiastici, quemad-
15 modum dicitur dotalis fundus, seu dotale prædiū, quod in dotem datum est mulieri, *l. dotale prædium, & tot. tit. ff. de fund. dotal.* Neque tamen
16 minus dicetur fundus Ecclesiasticus, † annuus reditus in dotem beneficij assignatus, si ex certo fundo debeatur, fundales enim ij dicuntur fructus, seu reditus veluti, qui cohærent fundo, & propterea illius naturam sortiuntur, vt optimè declarat *Tiraquel. de Iur. primog. quæst. 49. sub num. 9. versic. ego autem, quem sequuta fuit Rota in Auenionen. Collectarum 16. Maij 1583. coram Lancellotto, impressa per Cencium post eius tract. de censib. decis. 3. num. 18.*

17 Quo fit, † vt definitionem nostram minimè perturbet, posse super fundo vnius beneficij imponi annuam perpetuam pensionem pro dote alterius, vt *not. Abb. in cap. conquerente, sub num. 1. in 1. notab. de Cleric. non resid. Gigas. de pension. quæst. 28. sub num. 20. versic. quarto limita*, cum alijs per *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 5. num. 42.* id
18 enim † efficit perpetuitas oneris realis non extinguibilis cum persona; sed cum ipsa re ad quemcumque successorem transmissibilis, vt optimè explicat *Rota decis. 39. de rescript. in antiq.*

19 Idemquè prorsus accidit † in assignatione congruæ pro Vicaria perpetua, quæ debet fieri super re certa, vt determinat Concilium *sess. 7. cap. 7. de reformat.* & tamen illa ipsa res non abdicatur, ne-
20 què transfertur, etiam si fiat eius assignatio, † cum ista vox (assigno) reguletur à Iuris ratione, vt in-
21 quit *Alex. cons. 40. num. 6. lib. 4.* † & sic intelligatur facta causa demonstrationis, super quibus bonis sit habenda congrua, non autem quòd bona ipsa stent pro congrua, *l. quidam testamento 99. in princ. de*
22 *lega. 1.* † licèt remaneant affecta, & hypothecata pro tali onere, *Felyn. in cap. ad audientiam il 2. num. 6. de rescript. Bart. in l. lucius num. 2. de alim. & cibar. leg. & fuit decisum in Placentina Vicariæ 17. Decembris 1621. coram Reuerendissimo Domino Coccino.* Sat enim est congruam hanc deberi ex fundo illo assignato, seu demonstrato, vt neque hic casus aduersetur supradictæ definitioni.

Dixi, *concessum Clerico*, vt constituatur differentia inter Beneficia Ecclesiastica, & officia,
23 seu administrationes, † quæ consueuerunt concedi alijs personis etiam Religiosis, quæ nullatenus possunt dici beneficia Ecclesiastica, quæ solis Clericis debentur, *cap. ex literis, de transact. gloss. in cap. cum adeo, in verb. nec Clericis, & ibi omnes*
24 *de rescript.* † patetq; ex præmissis, vt ideo loco illius vocis, *Clerico*, minimè sit reponendum, personæ Ecclesiasticæ, vt post *Nauarr. de redit. Ecclesiast. in prima quæst. monito. 55. num. 4.* perperam existimauit *Garz. par. 1. cap. 4. num. 2.*

Et deniquè dixi *in spiritualis officij temporalem retributionem*, vt hinc excludatur concessio omnis
25 ex alia causa facta, † nam ecclesiastica beneficia propter diuinum officium dumtaxat conceduntur, *cap. vlt. de rescript. in 6.* idest officium legationis, vt suo loco docebitur.

Quæ omnia iam vti se habeant, fusius mox explicabuntur ex quatuor illis causis, quibus omnia omnino quantumcumquè perplexa, & obscura, possunt extricari, & enucleari scilicet efficiēti, fina-
26 li, materiali, & formali, † quæ non solum in singulis artibus, verum etiam in singulis actibus repe-riuntur, vt docet *Bald. in rubr. num. 22. de Iust. & Iur.* præstantiorquè hic erit docendi mo-
27 dus, † quam qui ex quibusdam signis (vt vocant) consueuit deduci, & quæ latè prosequitur *Gonzal. ad reg. de mensib. d. gloss. 5. in princ. ex num. 2.* cum pleraque ex illis sint æquiuoca, vt inferius suo loco patebit.

Nemo itaquè prius hanc definitionem damnet,
28 quam ipsam rem explicatam habeat; † Definitio enim substantiam rei dumtaxat complectitur, at descriptio, quam subiecturi sumus, ipsam eiusdem rei explicationem latius concludit, vt docuit *Bald. in rubr. num. 3. C. qui admit.*

Verum quia magna est inter Doctores controuersia, an beneficia Ecclesiastica sint de Iure Diuino, vel potius humano, prius quam ad alia transeam, id ipsum est explicandum, sic enim, quæ posterius dicenda sunt, facilius intelligentur.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Ius humanum, & ius Diuinum quid.*
2 *Ius non à materia subiecta, sed ab auctore denominationem sumit.*
3 *Ius diuinum naturale, & positiuum secundum Theologos quid.*
4 *Ius diuinum quare dicatur naturale.*
5 *Stoicis idem est Deus, quod natura.*
6 *Ius Diuinum naturale est immutabile.*
7 *Opinio eorum, qui pro iure Diuino naturali simplicitèr intelligunt intellectum humanum, reprobatur.*
8 *Ius quodlibet à iure naturali profluit, aliàs non dicitur ius.*
9 *Ius secundum Philosophum in naturale, & positiuum diuiditur.*
10 *Ius non dicitur, nisi sit à natura profectum, sed iniuria.*
11 *Leges humanæ à diuinis in quo differant.*
12 *Lumen rationis, quo humanus intellectus illustratur, est diuinum; non autem operatio hominis secundum illud.*
13 *Pietas erga Deum, & obedientia erga parentes sunt nobis connata.*
14 *Et naturalia à Theologis, & Iurisconsultis dicuntur.*
15 *Et an dicantur iurisgentium.*
16 *Vlpianus quando definiuit ius gentium, quid voluerit exprimere.*
17 *Ius gentium quare ab aliquibus diuinum appellatur.*
18 *Ius gentium quando dicatur purum, & simplex.*
19 *Ius gentium relato termino ad constitutorem quid sit.*
20 *Ius ciuile quid.*
21 *Ius naturale non est appetitio coeundi, & procreatio, vel educatio liberorum, sed effecta ipsius Iuris.*
22 *Iuris naturalis ex Vlpiano definitio cùr ab aliquibus irrisa.*
23 *Ius ad ea tantum quæ constant ex bono, & æquo, refertur.*
24 *Vlpianum in iuris naturalis definitione accepisse ius naturale pro instinctu animalium, aliqui fuere opinati.*
25 *Species est de genere, & dum diffinitur; in genere repræsentatur.*
26 *Ius naturale distinguitur inter sumptum materialiter, & sumptum formaliter secundum aliquos.*
27 *Finalis causa non reciprocat cum materiali, vel formali, sed cum causa efficiente.*
28 *Iuris naturalis efficiens causa quæ sit, & quæ finalis.*
29 *Ratio legis, vt sit manifesta, non est necesse.*
30 *Bruta quando agant propter finem.*
31 *Iuris naturalis, quod nam sit obiectum.*
32 *Anima nostra in æstimatione boni, & mali decipitur.*
33 *Passiones animi vndè fiant.*
34 *Ius naturale, quantum ad prima principia est immutabile.*
35 *Coniunctio maris & fœminæ, & procreatio, & educatio filiorum, vndè deriuent, & quomodò ipsum animal operetur.*
36 *Ius naturale ex Vlpiano definitum cum iure diuino conuertitur, Ius Gentium verò, & ciuile nihil cum eo commune habent.*
37 *Iuris diuini positiui diuersa definitiones.*
38 *Concilia quatuor principaliora sunt recipienda, & venerāda tanquam quatuor S. Euangelij libri.*
39 *Ius Diuinum positiuum, quod vere sit, & num. 41.*
40 *Ius naturæ, & Diuinum sunt Synonyma.*
42 *Sapientia Christiana, quæ dicitur Theologia, pendet ex principijs reuelatis.*
43 *Ius diuinum an id omne dicatur; quod Apostoli decreuerunt, explicatur.*
44 *Apostoli non tantum Apostoli, sed etiam Rectores, & Pastores Ecclesiarum fuere.*
45 *Ius diuinum positiuum definiendo, I. C. à Theologis discordant.*
46 *Legislatoris est ab exemplis, vel testimonijs per similitudinem aliquid deducere.*
47 *Forma est duplex, substantialis scilicet, & accidentaria.*
48 *Forma accidentaria deseruit substantiali.*
49 *Beneficium quantum attinet ad eius introductionē secundū eius formam, est de iure diuino positiuo, videlicet ex lege Mosayca, & Euāgelica. Et an lex ista fuerit in nouo Sacerdotio Euangelico antiquata, nu. 50. & 52.*
51 *Ecclesiastica pecunia forma, quando primum instituta.*
53 *Beneficium quantum attinet ad introductionem formæ retributionis, est de iure humano, seu positiuo. Et quomodo hoc intelligatur, num. 54.*
55 *Beneficium non erigitur, nisi ad Altare, & cum dote congrua.*
56 *De forma substantifica id videtur esse, quod contemporaneè cum ipso actu debet concurrere.*
57 *Papa est absolutus beneficiorum administrator, licet dominium eorum sit penes Christum.*
58 *Forma accidentaria est introducta ad bene esse, & reddit actum magis ornatum.*
59 *Beneficium in qua significatione hic accipiatur.*

QVÆSTIO IV.

Beneficia iure nè Diuino, vel potius humano introducta.



IX credi potest, quęstionis huius excussio, quàm vtilis sit his, qui in hoc studio proficere intendunt, & quā tamen leuiter transmitti cōsueta: Operæ igitur pretium me facturum existimo, si antequam ad alia properemus, hoc ipsum præstem. Cæterum in primis, nobis constituendum est, in qua acceptione Ius Diuinum vsurpemus. Quandoquidem, quatenus Ius Diuinum humano opponitur, satis constat. vt quemadmodum
1 Ius humanum † dicitur Ius ordinatum per homines in legibus humanis, ità diuinum, quod per ipsum Deum in legibus diuinis, *can. 1. distinct. 8.* & hoc

2 hoc,vel ipsa nominis ratio satis concludit, † neque
enim à materia subiecta; sed ab auctore Ius, vt à
Iure differat,denominationem sumit, §. sed ius qui-
dem ciuile,instit.de Iur. nat.gent.& ciuil.& de
Iure diuino censuit Bart. in l. vlt. num. 4. C.de
Sacrosanct. Eccles.
3 Consentiunt verò omnes, tàm Canonistę, †quàm
Theologi illud esse duplex, naturale, & positiuum;
Aiunt verò diuinum naturale,,quod lumini huma-
ni intellectus naturaliter subijcitur,Positiuũ, quod
in nouo, & veteri testamento ex diuinis præceptis
constat, prout ex nostris tradunt scribentes, ferè
omnes in can. 1.& ibi præcæteris Præpos.in 3. col.
vers.aduertè quod Ius diuinum, 1.distinct.& ex
Theologis B. Thom.2.2.quæst.57.art.2.Molin.de
Iust. & Iur. tract. 1. disput.4.
Est autem aduertendum, quoad primam spe-
4 ciem, † Ius diuinum,(circumscriptis diuinis prę-
ceptis reuelatis) non alia ratione dici naturale,
quàm quià natura ipsa, idest Deus, homini inser-
uit principia quædam, quibus illud constat, nec vl-
lo modo differre ab eo Iure naturali, quod Vlpian.
in l. 1. §. Ius naturale, ff. de Iust. & Iur. de-
finiuit esse, quod natura omnia animalia docuit,
idest Deus,vt explicat ibi gloss. in verb.quod natu-
5 ra,& satis, † superq. notus est Stoicorum loquen-
di vsus,dùm naturam pro ipso Deo optimo Maxi-
mo accipiunt, vt differit Senec. de benef. lib.4.c.7.
& quæstionum naturalium,lib.2.c.45. Plin. lib.ti-
dem 2. cap.7.cum alijs quos refert,& probat Lip-
sius in Phisiolog. Stoico.lib.1.dissert.5.per tot. no-
tatque etiã Cuiac.in explicat.d.legis 1.§.huius stu-
dy in 2. col. vers. Nunc tractemus de Iure natu-
rali, & instit.in princ.tit.de Iu.nat. gent.& ciu.
6 Si ergò ius istud, qualecunque sit,Deus ipse im-
mediatè promouet,& cõmune efficit, nedùm ho-
mini,sed cæteris quoquè animãtibus,vtique pror-
sus est diuinũ,neque alia ratione dicitur incõcussũ,
& immutabile,§. sed naturalia,eo. tit. insti.de iur.
7 natur.gent. & ciuil. † Quocirca dùm aliqui pro
Iure diuino naturali simpliciter expendunt intel-
lectum humanum, illiusq; potentias,& effecta,ad-
uertendum est, hunc quidem intellectum deseruire
homini pro Instrumento, vt principia naturæ, ex
quibus Deus sibi Ius constituit, & finem etiam il-
lorum intelligat, & ex illis inferat, arguat, & ad
alia concludat; Verum hunc intellectum, & lumen
etiam ipsum diuinum; quo illustratur, non magis
dici posse Ius naturale, vel diuinum, quàm Sol, vel
Lucerna possit dici obiectum visus aliò intensi; ne-
que etiam, quæ ex illis principijs deriuant, & se-
cundum idem lumen deducuntur, & concluduntur
ad Ius naturæ simpliciter, sed eatenus pertinent,
quatenus fundantur super ratione ipsa naturali, ni-
si ex toto soluatur supradicta Iuris naturalis diffi-
nitio, quæ illud æqualiter in omnia animantia
quantumuis rationis expertia, diffundit; Eæ enim
omnes deductiones,& conclusiones, quæ indè fiũt,
radicem quidem ex eo Iure ducunt, at diuersa no-
mina ab eorum auctoribus sortiuntur; Etenim si
populus, aut Ciuitas quidpiam constituerit, Ius
ciuile,si gentes omnes, Iusgentium, etsi denique
ipse Deus,Ius Diuinum dicetur.

8 Neque enim solum Ius diuinum, † verum etiam
Iusgentium, & ipsum Ius ciuile ab illo Iure natu-
rali profluit, & nisi cum illo consentiat, Iuris no-
men non meretur,& ideò rectè Philosoph. Ethic.5.
9 cap.7.in princip. † Positiuum Ius, siuè Iustum di-
uidit in naturale, & Positiuum,idest lege positum,
quem sequitur B. Thom.2. 2. q. 57. a art. 2. in
conclus. & latius in 1. 2. quæst. 95. art. 2. per tot.
10 Quale enim cumque sit Ius, † nisi à natura profe-
ctum, non dicitur Ius, sed iniuria,vt disputat Cice-
ro in primo de leg. & sequitur etiam Turrecrem.
in supraalleg.can.1.sub num. 19.vers.ad tertiam
respondetur.
Idem itaque Ius diuinum illud tantùm adstrui-
mus, quòd ipse Deus immediatè constituit, nàm
quod homo lumine intellectus illustratus posuit,
11 prorsus humanum est, † & ideò leges humanas à
diuinis nullo alio discrimine separamus, quàm hoc
ipso, an causa illarum efficiens humana sit, vel po-
tiùs diuina,vel supernaturalis, & quidem immedia-
ta, cùm aliter omnes leges humanæ possint videri
à Deo processisse mediante lumine naturali homi-
num mentibus per ipsum impresso.& sic cum diui-
nis confundi, vt benè aduertit Bellarmin. contro-
uers.tom.1.lib. 3. de verb. Dei interpretat. cap.9.
vers. neque obstat.
12 Vt enim dixi lumen illud rationis, † quo huma-
nus illustratur intellectus, diuinum quidem est, sed
operatio hominis secundum illud non est diuina,
incipit enim habere causam immediatam humanã,
cùm possit etiam homo abstinere à recto vsu il-
lius luminis, vel abuti ratione cognita: Et propte-
reà quatenùs secundum illud,& inditum sibi ratio-
nis vsum, aliquid in commune constituit, conside-
randa est ratio; si enim petita sit à principijs na-
turalibus immediatè, & per simplicem applicatio-
nem, retinebit nomen naturæ, nèc malè nuncupa-
13 bitur Ius diuinum, † vt est pietas ergà Deum,obe-
dientia ergà Parentes, & similia,sunt enim hæc no-
bis connata,inquit Cuiac ad l. 2. in princ. ff. de
Iust. & Iur. & quamuis lumine intellectus solis
hominibus perspecta; nihilominus eodem hærent
naturali principio appetitionis boni,de quo statim
14 dicetur, † proptereaq; naturalia dicuntur, non
solum Theologis,vt censet Molina de Iust.& Iur.
tract.1.disput. 6. Sed etiam ipsis Iureconsultis, &
legislatoribus, qui Iura hæc, & naturalia,& diuina
appellant,neque secùs ac principia ipsa naturalia,
diuina prouidentia constituta,& æterna agnoscunt,
§. sed naturalia Instit. de Iur. nat. gent. & ciuil.
& §. singulorum de re. diuis.
15 Quod autem Iurisgentiũ,† & ex eo deriuari di-
cantur in d. l. 2. cum seqq. super quo videtur Mo-
lina vbi supra,ratus Iuris Consultos in æstimatio-
ne Iuris naturæ diuersos à Theologis abire, aliter
ac ipse existimauerit,se habet: Dum enim Vlpian.
in l.1.ad finem de Iust. & Iur. In eo separat Ius-
gentium à Iure naturali,quod priori gentes huma-
næ solummodo vtantur,illud verò posterius omni-
bus animalibus commune sit; sub appellatione Iu-
risgentium non solùm complectitur,quod pro cõ-
muni vtilitate gentes sibi posuerunt, vt sunt bella,
captiuitates, seruitutes, & similia, quæ enume-
rantur,

rantur *in l. manumissiones, cum seq. eod. tit.* Sed ea etiam, quæ ità natura impellente per solam applicationem naturalis principij sibi ab ipso Deo posita, lumine intellectus cognouerunt, veluti erga ipsum Deum Religio, vtq; patriæ, & parentibus pareamus, vt vim & iniuriam propulsemus, & quæ ideò priori loco relata sunt *in d. l. 2. & in l. 3. eod. tit.*

Cur autem hæc attributa fuerint Iurigentium, cùm immediate à natura proficiscantur, non euenit
16 ex eo, † quod I. C. non intelligeret vocis proprietatem, & secundum eam referenda esse ad Ius naturæ, sed quia voluit describere, quid veniret sub appellatione Iurisgentium secundum communem loquendi vsum, qui complectitur, & quod est proprium, & quod est secundum allusionem vocis, quià gentes omnes eo vtantur, quod adeò efficitur clarum ex *tex. in l. omnes populi, §. quod verò ad finem eodem tit. de Iust. & Iur.* in illis verbis, *quasi quo Iure omnes gentes vtantur*, improprietatis, & allusionis expressiuis, vt non sit opus alia in-
17 terpretatione, idque est, † quod aliqui Ius istud gentium diuinum meritò appellant, seu naturale, vt loquitur *Gratia. in can. 1. & B. Isidorus in can Ius naturale distinct. 1.*
18 Quod si ratio petita sit à communi † omnium gentium vtilitate, licèt deducta per communes conclusiones ab ipso naturali Iure, cuiusmodi sunt manumissiones, bella, & huiusmodi supra relata, erit purum, & simplex Iusgentium, non ex allusione dumtaxat, sed ex proprietate, quia gentes illud sibi constituerunt, illa enim naturalis ratio, non statim ad ipsum concludit, sed ex ea longè per argumenta, & conclusiones communes fit deductio, quod totum est humanum, & humanitati tribuitur, vt benè per *D. Thom. in præcitat. 1. 2. quæst. 95.*
19 *art. 2.* † & istud est propriè Iusgentium, relato termino ad constitutorem, etiamsi illum naturalis ratio mouerit, & impulerit, *d. l. omnes populi*, & aduertit etiam declarando eum textum *Raynaldus Corsus Iu. indagat. lib. 1. cap. 10.*
20 Vnde si eadẽ naturali ratione dictante, † populus, vel Princeps legem tulerit, aliquid adijciendo, vel detrahendo ipsi Iuri gentium, non ideò dicetur Ius naturale, quia eadem naturalis ratio impellat, nec dicetur Iusgentium, quasi eadem ratione inter gẽtes promulgatum, sed dicetur Ius ciuile, quià positum ab ipso populo, quo efformatur Ciuitas, vel à Principe, in quem Ius populi est translatum *l. Ius ciuile cum seq. eod. tit.* itaut semper Iuris denominatio, atque discretio, fiat secundum auctorem immediatum, non autem, secundum causam mediatam, & supernaturalem, vt supradixi. Aliàs etiam consequeretur nostros Iurisconsultos in separandis, & diffiniendis his terminis allucinatos esse, quod non nisi effrontis, & insipidi foret homi-
21 nis, cuiusmodi fuit Valla, † qui *lib. 4. elegant. c. 48. d.* diffinitionem Iuris naturæ impudentissime risit, quod appetitionem coeundi, procreationem quoque & liberorum educationem Ius esse insinuet, confundens effecta Iuris, & Ius ipsum; Quapropter melius hac in re philosophatus est *Accursius noster in d. l. 1. §. Ius naturale, in verbo coniugatio vers. Item nunquid ipse actus*, vbi dùm quærit, An actus matrimonij, vel naturalis copulæ sit Ius naturale, id negat agnoscens diuersum esse motum, ad actum, in quo Ius naturale consistit, & ipsum actum.
22 Fateor tamen † contra definitionem prædictam consueuisse argumentum intorqueri primo aspectu
23 indissolubile; † aiunt enim Ius ad ea dumtaxat referri, quæ constant ex æquo, & bono, *l. 1. in princ. ff. de Iust. & Iur. can. Ius generale, distinct. 2.* sed in animantibus ratione carentibus, non est æquum, & bonum, cùm careant intellectu, ergò nec Ius: Cui dùm nostri minus satisfaciunt, forsitan hinc data est ansa alijs, vel irridendi diffinitionem supradictam, vel certè ab ea declinandi, aliasq; diffinitiones Iuris naturalis excogitandi: Etenim
24 sunt, † qui respondent Iurisconsultum Iusnaturale pro instinctu naturali quorumuis animalium accepisse, ità *Accurs. in d. l. 1. §. Ius naturale in verb. quod natura, vers. secundo instinctus, & in princip. instit. de iur. nat. gent. & ciuil. in prima gloss. vers. quandoque pro instinctu, & post Accurs.* omnes vtrobique scribentes, *Felic. de Solis in tract. de censib. par. 1. lib. 1. cap. 1. num. 9. vers. quamobrem magis, nouissimè Ant. Fab. in Instit. d. tit. de iur. nat. gent. & ciuil. in 1. princip.*

Verùm nusquam mihi, persuadere potui, Iurisconsultum in definiendo Iure naturali, terminum pro termino supposuisse, præcipuè, cum definiret Ius naturale, tanquàm speciem Iuris in vniuersum,
25 species † enim prorsus est de genere, & dùm diffinitur, in genere ipso repræsentatur *l. 1. ff. si cert. pet. Bald. consil. 239. sub num. 1. vers. Genus autem ponitur, lib. 1.*
26 Aliter respondit † *Turrecrem. in supraalleg. can. 1. num. 10. distinct. 1.* distinguendo inter Ius formaliter sumptum, & sumptum materialiter, & hæc responsio placuit *Couar. in reg. peccatum in 2. part. §. 11. sub num. 4. vers. quibus pranotatis*, & aliquando etiam placuit *Felic. de Solis*.

Cæterum neque hanc probare valeo, cum (*vt dicebat d. Felic.*) quod non est formaliter tale, non sit propriè tale, & propterea dum tota ea diffinitio refertur ad homines, est de directo contra verba Iurisconsulti, vt etiam aduertit *Felic. de Solis, vbi supra, num. 9.*

Vt autem hac in re meam qualemcunque interponam sententiam, arbitror, quod dicitur, Ius ad ea referri, quæ constant ex æquo, & bono, respice-
27 re causam finalem, † quæ non reciprocat cum materiali, vel formali; sed cum ipsa causa efficiente
28 *Bald. in proœm. decret. Rex pacificus, nu. 49.* † Ex quo igitur Iuris huius naturalis non hominem, sed naturam ipsam, seu DEVM, causam efficientem constituimus, & finem etiam ex æquo, & bono admittimus, patet argumentationem non procedere, nãm ratio illa æstimatiua æqui, & boni, non cadit in animali, cui est Ius illud præscriptum, sed in solo DEO, Solaque natura, neque enim de ratione
29 legis est, † vt legislator causam, vel formalem, vel impulsiuam ità insinuet, vt ratio legis manifesta sit subdito, *l. non omnium, ff. de legib.* & *l. prospexit, ff. qui, & à quibus*.

Nec

Nec dicas, imò Iurisconsultum aliud in definitione supponere ex termino *docet*; ac in eius subiecta explicatione in illis verbis, *videmus etenim cætera quoque animalia, etiam feras istius Iuris peritia censeri*, vt propterea sic videatur manifestâ huius Iuris rationē in ipsis irrationalibus posuisse.

30 Nàm verum quidem est, bruta † quatenus particulares naturæ sunt secundum se, quædam quidem facere ex solo instinctu, non cognoscendo fines, & quodammodo per accidens. Quatenus verò sunt partes vniuersalis naturæ ordinatæ à DEO Maximo primo agente, plurima per se facere, & simul intendere, non quidem cognoscendo fines, DEO tantum cognitos; sed fines proprios cuiusq; operationis, vt ex Catholicis Philosophis distinguit. & præclarè docet *Hieronymus Fracast. de intellect. lib. 2. & Azor. moral. instit. lib. 1 cap. 1. in 4 quæst. tom. 1.*

Ius igitur istud naturale, idest à DEO brutis æquè, ac hominibus præscriptum, æquè ab vtrisq; est cognitum circumscripto lumine intellectus, quo amplius homo illustratur, nàm lumen istud deseruit homini ad cognoscendum causas, & finē, sed vt simpliciter cognoscat Ius istud sibi cōstitutum, non est necessarium, quia etiam hi, qui per accidens (vtputa qui mente exciderunt) lumine eo destituti sunt, illud cognoscūt, sicut etiam cognoscūt Bruta; adeòq; est his perfecta cognitio, vt nullo casu possit ea vtrisvè perturbari; Etenim (vt tan-

31 dem rem hanc absoluam) istius † Iuris obiectū non est aliud, quàm appetitio boni, & auuersio mali, nō prout bonum est, & prout malum est, sed prout aliquid sub specie boni, aut mali recipitur in anima,

32 quam † nil prohibet in æstimatione boni, & mali decipi, vt ex nostris nuperrimè philosophatur *Ant. Merenda controuers. Iur. lib. 2. cap. 23. nu. 4. cum*

33 *seq.* vndè † fiunt passiones animi, quas simpathiam, & antipathiam vocamus, earumq; naturalia consequutiua Amor, & odium, de quibus latè disputat *Fracast. vbi supra, & lib. de simpat. & antipat.*

Et hoc quidem est fundamentum immutabilitatis Iuris eius, nā nullum prorsus reperitur animal, quod vel modicū inclinetur ad malum illud, quòd recipit tanquàm malum, vel effugiat bonum, quod recipit in anima tanquàm bonum, & cùm inditum hoc sit à natura, immutabile est. Cætera verò, quæ ex hoc diffluunt, possunt aliter, atque aliter constitui, & immutari. Quatenùs ergò Iurisconsultus cē-

34 suit, Ius † istud esse immutabile, ad principiū illud prorsus est referendum, vt optimè explicat *Philosoph. 5. ethic. cap. 7. Turrecr. in can. singula nu. 11. distinct. 89. Fortun. Garz. in repet. l. veluti nu. 25. de Iust. & Iur.*

35 Et † hoc quidem ex principio deriuant maris, & fœminæ coniunctio, filiorum procreatio, & educatio, quæ animal ipsum immediatè operatur ex boni æstimatione, & eius naturali appetitu, diuerso tamen fine, à fine quo appetitum hunc in ipso Natura collocauit, quod non est de ratione Iuris, vt supra dixi. Sat enim est id notum esse causæ efficienti: Quod verò id quadamtenus perspectum sit homini tanquàm lumine rationis illustrato, in aliud vergit, ex quo Ius gētium etiam politicum componitur, cuius ipse homo est causa immediata, & quod ideò humanum est, secundùm

36 tamen ea quæ supra exposita sunt. Stet ergo † ius naturale definitum, per Vlpianum conuerti cùm Iure Diuino: Gentium verò (præterquàm si immediatè fundatum sit super ratione naturali) & ciuile, nihil cum Iure Diuino commune habere, sed prorsus reponi in opposita specie Iuris humani; & hæc quoad primam speciem Iuris Diuini.

37 Quoad aliam, † quam vocant Ius Diuinum positiuum; Doctores sinè ex nostris, siuè ex Theologis inter se dissident, nàm scilicet *Molina lib. 1. de Iustit. & Iur. disput. 3.* videtur constituere Ius istud ex omnibus præceptis noui, & veteris Testamenti: *Dominicus Soto de Iustit. & Iur. lib. 4. quæst. 2. artic. 1. versic. in hac quæstione*; Diuinum ius positiuum illud esse, quod homini diuinitus super additum est; Alij Ius Diuinum constituunt in omnibus præceptis legis Hebraicę, & Christianæ, & traditis per Apostolos, Euangelistas, & Discipulos, & *Præpos. in d. canon. 1. distinct. 1. vers. appellatione Iuris Diuini*; docet appellatione Iuris Diuini positiui strictà significatione comprehendi tantum legem Mosaycam, & Euangelicam, largè autem Ius legale, & politicum quemadmodum, & Ius Euangelicum, & Apostolicum, atque ità quicquid continetur in veteri, & nouo Testamento, addens idem posse

38 dici de quatuor † principalioribus Concilijs Niceno, Constantinopolitano, Ephesino, & Chalcedonensi, quæ debemus recipere, & venerari, sicut quatuor Sancti Euangelij libros, *in canon. sicut 15. distinct.* & largius, & impropriè idem statuendum de Iure ipso Canonico ex *canon. 1.* vbi *gloss. in verb. diuino, & in canon 4 23 quæst. 7. in cap. nimis, cum ibi not. de Iur. Iuran.* sic limitans doctrinam *Vgonis, & Boer.* dicentium, appellatione Iuris Diuini, Ius Canonicum comprehendi, vt non intelligatur id secundum propriam, & strictam significationem.

39 At nos † ex Iuris ipsius principijs, dicendum existimamus, illud esse Ius Diuinum positiuum, quod immediatè à DEO positum est, ita vt non illius sanctio, sed eius sola promulgatio attribuatur ipsius Dei ministris, quibus reuelatum fuit, vt benè etiam docuit *Bellamer. in d. can. 1. num. 8. distinct. 1.* & secundum hanc doctrinam erit Ius Diuinum positiuum, nedùm quicquid continetur in Decalogo, sed quicquid ex reuelationibus sibi factis tanquam ex ore ipsius DEI, enunciarunt, Moyses, & Prophetæ in Lege veteri, & Dominus noster IESVS CHRISTVS, & eius Apostoli, ac Ministri in noua; neque impropriè loquutus est *Gratian. in d. canon. 1.* re-

40 ferens hæc ad Ius naturale, nàm cùm † horum omnium auctorem DEVM immediatè constituamus, conuerrantur; DEVS, & Natura, synonymia hæc prorsus sunt Ius naturale, & Diuinum, licèt aliud sit homini positum ex lege, & aliud ipsius particulari naturæ concreatum, vt supra vidimus, & in quo procedit dictum *Hugo. in d. can. 1.* dicētis, *si verbis audacia cōcedatur, se tutò pronun.*

 tiatu-

ciaturũ, Ius de quo in d. can. 1. impropriè dici na-
turale, quia ad ea, quæ in eo continentur, naturale
I unon impellat, prout eum retulit Arebidiac. sub
num.6.ad finem, & rectè quidem, nisi Gratia in d.
can. 1. accepisset Ius naturale pro Diuino positiuo,
& de hoc iure naturali intelligenda est doctrina
Parisij in cap. cum inter num.17.& 18. de except.
dum Ius naturale remonet à Brutis, & illud in ho-
mine tantum constituit.
41 Stet † ergo quicquid Sancta Mater Ecclesia
credit, ab ipsomet Deo iussum homini ex reue-
lationibus per eam approbatis, siuè in veteri
lege, siuè in noua, qualitercunque nobis oc-
currat, esse Ius Diuinum positiuum; Sapientia
42 enim Christiana, quàm Theologiam vocant, pen-
det ab ipsis principijs, reuelatis, vt disputat D. Tho-
mas in sua Summa 1. par. in 1. quæst. art. 1. cum
sex seqq.
Vt hinc percipiatur, quomodò intelligi oporteat,
43 quod † aliqui simpliciter pronunciarunt, Ius diui-
num positinum id omne dici, quod Apostoli decre-
uerũt, refert enim causam doctrinæ excutere, quã-
doquidẽ in illis duæ concurrebant qualitates, alte-
ra, qua eranr Apostoli, & Renelatores verbi Dei;
altera qua erant Rectores, & Pastores, cuiusmodi
sunt nunc Summus Pontifex, & reliqui Episcopi,
Quatenùs ergò aliquid reuelarunt tanquàm Apo-
stoli, spiritu Prophetico, quo sacram Scripturam
condebant, vtiq; illud secundum ea, quæ iam dicta
44 sunt, prorsus est Ius Diuinum; At quatenus † Pasto-
res, & Ecclesiarũ Prælati statuebant leges aliquas,
vt in Act. Apostol. cap. 15. dabantq; consilia, vt in
1. Epist. ad Corinth. & alia quæ circa Ministros Dei
& Ecclesiæ statuebant, veluti nè Bigamus ordine-
tur, prout refertur in cap. 2. extra de Bigam. & si-
milia, omnia hæc ad Ius humanum pertinẽt. vt post
Sotum in 4. dist. in 27. q. 3. art. 1. pulchrè explicat
Gregor. Sayr. in Thes. cas. conscien. lib. 6. cap. 3.
num. 21.
45 Fateor † tamen in determinando Ius istud diui-
num positiuũ ex præceptis reuelatis, Iuris Consul-
tos à Theologis hinc diuersos abire: quòd Theolo-
gi pro Iure Diuino aliud nõ intelligunt, quàm præ-
ceptum Dei expressum in sacris literis, Iurisconsulti
antẽ non solùm id, verùm etiã quicquid ab exem-
plis, vel testimonijs Testamenti veteris, vel noui
per quandam similitudinem deduci potest, vt benè
aduertit Bellarm. controuer. tom. 2. tit. de clerie.
46 cap. 28. in 5. proposit. quòd † non est, nisi ex fa-
cultate Iurisprudentiæ, l. neq; leges cum trib. seqq.
ff. de legib.
Atque his ità constitutis, accedimus iàm ad re-
solutionem propositi articuli, pro qua supponimus
47 cuiuscumq; rei duplicem esse formam, substantialẽ
nimirum, & accidentariam; substantialem dicimus,
quæ dat esse ipsi rei, accidentariam, quæ dat esse
materiæ, circa quàm res ipsa versatur; Vnde ista
48 forma † intelligitur deseruire rei, cui subijcitur tã-
quàm materia, ità docuit Angel. Aret. in rubr. sub
num. 1. ad med. vers. item nota, quod vna forma
Instit. de Iust. & Iur.
49 Itaque adhibenda est distinctio, Aut † quærimus
de introductione beneficij secundum eius formã,
quæ dat illi esse actum beneuolentiæ in assumendo
Clericum ad Diuinum officium cum deputatione
temporalis retributionis, vndè enascitur Ius illud
administrandi fundum Ecclesiasticum, quod supe-
riùs in definitione explicauimus, & est dicendum
hanc introductionem esse à Iure Diuino, non natu-
rali, vt dicebat Azor. instit. moral. lib. 6. cap. 1. in
1. q. tom. 2. Sed diuino positiuo, nimirum ex præ-
cepto Dei reuelato in lege Mosayca, & etiam in
lege Euangelica: siquidem in lege Mosayca sic le-
gitur per os Dei ad Aaronem summum Sacerdo-
tem mandatum, Numeri cap. 18. omnia quæ san-
ctificantur à filijs Israel, tradidi tibi, & filijs tuis
pro officio Sacerdotali legitima sempiterna, hæc
ergò accipies de his, quæ sanctificantur, & oblata
sunt Domino, omnis oblatio, & sacrificium, &
quicquid pro peccato, & delicto redditur mihi, &
cedit in Sancta Sanctorum, tuum erit, & filio-
rum tuorum.
50 Quod verò ista † lex in nouo Sacerdotio Euan-
gelico non fuerit antiquata, sed præseruata, con-
stat & facto, & expressa doctrina Domini Nostri
IESV CHRISTI; facto quidẽ, nàm vt legitur Ioan.
cap. 13. Iudas loculos habens, ea, quę mittebantur,
51 portabat, & tunc primùm Ecclesiasticæ † pecuniæ
forma est instituta, inquit B. August. in can. habe-
bat 12. q. 1. & notauit etiam in proposito Mars. de
Eccles. redit. orig. & Iur. par. 1. cap. 1. n. 12. & 13.
52 Doctrina † autem, expressa, videlicet (vt supra etiã
vidimus) de qua tã amplè attestatus est B. Paulus
1. ad Corinth. cap. 9. ibi, Quis militat suis stipendijs
vnquam? quis plantat Vineam, & de eius fructu
non edit? quis pascit Gregem, & de lacte Gregis
non manducat? nunquid secundum hominem hoc
dico, an & lex hoc non dicit? Scriptum est enim in
lege Moysi, non alligabis os bouis trituranti, &c.
in quo manifestè asserit Apostolus retentum fuisse
in nouo Testamento illud veteris legis Mosaycæ
institutum, sed expressius hoc à Domino præce-
ptũ paulò inferius insinuat, ibi, nescitis, quod qui in
Sacrario operantur, quæ de Sacrario sunt, edunt,
& qui Altari deseruiunt, cum Altari participant,
ità & Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium
enunciant, de Euangelio viuere.
53 Aut † quærimus de introductione formæ istius
retributionis, quæ deseruit pro materia ipsius be-
neficij, & est dicendum, eam esse de Iure humano,
nusquàm enim legitur, D E V M talem formam
ordinasse, quæ nunc in menstruis sportulis, nùnc
in fundis pro arbitrio Pontificum fuit, vt supra
vidimus, & ideò beneficiales titulos esse de Iure
humano, seù (vt vocant) positiuo, & sub abso-
luta Papæ dispositione prorsus est fatendum cum
Abb. in cap. constitutus num. 14. de religios. do-
mib. & alijs, quos cumulat Bursat. consil. 126.
num. 34. Caual. quæst. 260. num. 2. atque
54 ità sunt intelligendi hi, qui pronunciarunt † bene-
ficia Ecclesiastica non esse de Iure diuino, sed me-
rè positiuo, vt dixit Duena reg. 72. in princip. vt
scilicet censeantur loqui de ipsis titulis, & sic de
forma materiæ beneficialis, non autem de ipsius
beneficij substantia.
Et hæc sanè considerando has formas in abstra-
cto,

ćto, at illas conſiderando in concreto, prout vide-
licèt in creatione ſingulorum beneficiorum Eccle-
55 ſiaſticorum, ſtatutum eſt, nullum † prorſus benefi-
cium erigi, niſi ad Altare, & cum Dote congrua,
56 *can. nemo de conſecrat. diſtinct. 1.* iàm † totum id
videtur de forma ſubſtantifica, *Iaſ. in l. vniuer-
ſa num. 11. C. de precib. Imper. offeren.* & vt
eſſet de tali forma, benè potuit per Papam
57 induci, licèt † enim beneficiorum dominium
penes Chriſtum ſit, ipſe tamen illorum eſt abſolu-
tus adminiſtrator, vt conſentiunt omnes tàm Theo-
logi, quàm Canoniſtæ, *D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. in
reſp. ad 7. Soto de Iuſt. & Iur. lib. 3. q. 6. art. 2.
Abb. in d. c. conſtitutus num. 13 de relig. domib.* &
propterea forma hæc in inferioribus beneficijs, ab
ipſo Papatu, prorſùs eſt de Iure humano, quàmuis
lateat ſub illa alia forma de Iure Diuino, quemad-
modum in habitu ſemper latet potentia; hæc enim
58 forma † illam non extinguit, ſed potiùs conſeruat,
& reſpectu illius eſt accidentaria, veluti introducta
ad bene, & firmius eſſe, reddendo actum magis or-
natum, & ſpecioſum, vt ait *Humbert. de Bonenco in
repet. authent. Sacramenta puberum num. 90. C. ſi
59 aduerſ. vendit.* & in † hac acceptione, cum qua be-
neficium ſupra definiuimus, ſecundum hanc for-
mam in qua nunc eſt, illud etiam accipimus, & in
ſequentibus accipiemus.

SVMMARIVM.

1 *Cauſarum plurium efficientium concurſus an, & quomodò detur.*
2 *Cauſa efficiens vniuerſalis eſt Deus.*
3 *Cauſa efficiens quæ ſit.*
4 *Cauſa efficiens vniuerſalis omnium eſt Deus, reſpectu verò particularium eſt cauſa auxiliaris.*
5 *Cauſæ efficientes nõ dicuntur media inter eũ, in quo motus originatur, & ſubiectũ, ſed ſubalternata.*
6 *Cauſis ſubalternatis nulla ipſius actus virtus adſcribitur, ſi tamen ſint inſtrumentales, non naturales num. 7.*
8 *Pontificatus maximus dicitur beneficium.*
9 *Pontificatus maximi cauſa efficiens quæ ſit.*
10 *Romanam Eccleſiã Chriſtus Dominus fundauit.*
11 *Primatum Petri in Eccleſia pro eo, eiuſq; ſucceſſoribus Chriſtus inſtituit.*
12 *Beneficiorum maiorum cauſa efficiens quæ ſit.*
13 *Romana Eccleſia ab ipſomet Chriſto Domino Primatum obtinuit.*
14 *Dignitates nouæ per ſolum Papam erigi poſſunt.*
15 *Dignitates nouæ per Epiſcopum erigi nequeunt.*
16 *Dignitas poteſt reſtaurari per Epiſcopum cum conſenſu Capituli.*
17 *Dignitas propriè quæ dicatur, & num. 18.*
19 *Ordo in Iure ſumitur pro Collegio.*
20 *Dignitatem ſecundum Canones habere dicuntur, qui habent iuriſdictionem in illos de Collegio.*
21 *Decanus nullam habet Iuriſdictionem & quare?*
22 *Decanus dicitur habere dignitatem, quando eſt ſurrogatus in locum Archipresbyteri, tunc enim poteſt ea, quæ Archipresbyter.*
23 *Prælati electi à Collegio, velut Archipresbyteri iuriſdictio in quo conſiſtat, & num. 24.*
25 *Collegio qui præeſt, habet iuriſdictionem contentioſam in illos de Collegio.*
26 *Non tamen poteſt cognoſcere ardua.*
27 *Ardua quæ dicantur.*
28 *Prælatus habens Iuriſdictionem à Collegio, non habet facultatem excommunicandi, cum ea deriuet ab Epiſcopo.*
29 *Prælati inferioris ab Epiſcopo excommunicandi facultas parum æſtimatur.*
30 *Prælato inferiori non competit ſolemnis excommunicatio.*
31 *Prælati inferioris excommunicationem Epiſcopus poteſt præuenire*
32 *Et etiam relaxare de facto.*
33 *Cleri ſæcularis ordo.*
34 *Regularis ſtatus ordo.*
35 *Prælatis Regularibus æquè ac ſæcularibus eſt iuriſdictio ab Vniuerſitate.*
36 *Prælatorum Regularium Iuriſdictio non extenditur, vltra concernentia obedientiam, correctionem, & forum pœnitentiale.*
37 *Iuriſdictio fori pœnitentialis non eſt propriè Iuriſdictio.*
38 *Dignitatis argumentum ex nomine.*
39 *Beneficiorum minorum cauſa efficiens quæ ſit.*
40 *Beneficium Eccleſiaſticum, non poteſt aliter quàm Epiſcopi auctoritate conſtitui.*
41 *Beneficium conſequitur ſuum eſſe ab auctoritate Epiſcopi.*
42 *Beneficium non dicitur conſtitui ex deſignatione prædiorum, & Altari, etiam ſi fundator dicat ſe ita creare, & inſtituere beneficium, niſi concurrat Epiſcopi auctoritas.*
43 *Beneficiũ eſſe Ius ſpirituale, quomodo intelligatur.*
44 *Beneficium eſt ius ſpirituale purum, & indiuiduum.*
45 *Beneficio non permiſcentur temporalia.*
46 *Spiritualis Iuris creatio ad Epiſcopum pertinet.*
47 *Epiſcopale Ius efformatur ex Iuriſdictione & ordine.*
48 *Exemptus non poteſt auctorizare in erigendo beneficio, niſi illi ſuffragetur Epiſcopus, vel priuilegium Sedis Apoſtolicæ, vel Iuriſdictio quaſi Epiſcopalis num. 49.*
50 *Epiſcopalis Iuriſdictio non poteſt alteri, quàm Epiſcopo competere, ſecus autem quaſi Epiſcopalis.*
51 *Abbatis Iuriſdictio ab Epiſcopali diſcernitur, & vtraque explicatur.*
52 *Abbates habentes Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſſunt dedicare temporalia pro beneficio Eccleſiaſtico, & quare?*
53 *Pontificalia inſignia conceduntur in ſignum poteſtatis dedicandi oblata Deo.*
54 *Beneficium eo ipſo conſtituitur, quando accedit Epiſcopalis auctoritas in erectione.*
55 *Beneficium ante approbationem Epiſcopi non eſt beneficium.*
56 *Dicitur tamẽ interim pia donatio, vel piũ legatũ.*
57 *Beneficium ante approbationem Epiſcopi poteſt concedi per laicum, per modum tamen ſimplicis deputationis Sacerdotis. Et talis deputatus non dicitur Rector, ſed ſimplex Officiator ad nutum amouibilis, num. 58.*

59 *Cappellaniæ cum onere celebrationis Missarũ constitutæ sine auctoritate Episcopi, essentur Laicales. Possuntq; ad eas merè laici præsentari, n. 60.*

61 *Episcopi auctoritatis expressa in erigẽdo beneficio an sit necessaria iustificatio, vel sufficiat tacita.*

62 *Cappellam fundatam ad seruiendum Deo, si non apparet de approbatione Episcopi, in dubio præsumi beneficium, quomodò intelligatur.*

63 *Cappella iam ordinata per fundatorem, collata per Episcopum, censetur instituta in beneficium Ecclesiasticum.*

64 *Conferendi actus in titulum perpetuum, non potest cadere, nisi in beneficio Ecclesiastico.*

65 *In Oratorijs, nisi de licentia Episcopi nequit celebrari.*

66 *Oratorium non est, si accesserit consecratio.*

67 *Consecratio non potest cadere, nisi in Ecclesia dotata.*

68 *Ecclesia dotata ideò conferibilis, quia consecrata.*

QVAESTIO V.

Quæ sit causa efficiens Ecclesiastici beneficij.



1 QVAMVIS † *Bald. in rubr. nu. 18. de Iust. & iur.*
videatur voluisse posse dari
concursum plurium causarum efficientium eiusdem
subiecti, tamen illius doctrina est intelligenda de
concursu causæ vniuersalis
cũ particulari, prout cau-
2 sa † vniuersalis est DEVS, vt declarat *Petrus Crisp. in repetitione rubricæ num. 70. de leg. 1.* vel de
causis particularibus, aut mediatis, aut Instrumen-
3 talibus, non autem de causis, † in quibus origina-
tur motus agentis ex certo fine, secundum *Philosoph. in 2. de generat. anim. cap. 4.* quemadmodum
in hac disputatione sumi etiam debet; nam DEVS
4 vtiquè † causa est efficiens vniuersalis omnium;
sed respectu particularium, dicitur causa auxilia-
ris, vt loqui videtur *Bart. in l. Iurisgentiũ §. quin-*
5 *imò nu. 17. ff. de pact.* ita etiam quæcunque † ca-
dunt media inter eum, in quo originatur motus, &
subiectum, quod mouetur, considerantur tanquàm
causæ subalternatæ, non tanquàm efficientes, vt
6 docet *Arist. loco præcitato,* † hisq; causis subalter-
natis, nulla actionis virtus adscribitur, *Bald. in l. ex placito num. 5. C. de rer. permut.* si tamen merè
7 Instrumentales † sint, non autem naturales, vt de-
clarat *Nic. Moron. in tract. de treug. & pace, in 1. quæst. nu. 15. & in 5 quæst. num. 7.*

Itaquè accepto termino, prout debet propriè
accipi; pro resolutione propositæ quæstionis præ-
mittenda est summa beneficiorum diuisio: nam
alia minora sunt, alia maiora, & demum vnum sin-
gulare maximum, idest Summus Pontificatus, à
8 quo res ipsa est exordienda, nã Pontificatus † ma-
ximus etiam in Iure vocatur beneficium, *cap. 1. de maledic. Azor. Moral. instit. tom. 2. lib. 3. cap. 1. in q. 5. Marsil. Colum. de Ecclesiast. redit. par. 2. c. 11. n. 20.* & verè est, cum illi non secus; ac alijs conue-
niat definitio in præcedenti quæstione posita,
9 vt fusius suo loco dicetur. Causa † ergo efficiens
Pontificatus maximi fuit CHRISTVS Dominus, &
non alius, clara enim sunt verba Sacri Euangelij
Matthæi cap. 16. quibus Dominus Petro profitenti
eum esse CHRISTVM filium DEI viui, dixit:
Beatus es Simon Barjona, quia caro, & Sanguis nõ reuelauit tibi; sed Pater meus, qui in Cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc
10 *petram ædificabo Ecclesiam meam:* Vnde *in can. 1. distin. 22.* scribitur, *illam verò (scilicet Romanam Ecclesiam) solus ille fundauit, & supra Petrã fidei mox nascentis erexit, qui Beato æternæ vitæ clauigero, terreni simul, & cœlestis Imperij iura commisit,* siuè hæc fuerint verba Epistolæ (vt illi est prænotatum) Nicolai Secundi ad Mediolanenses, con-
tra Sedis Romanæ primatum tunc se extollentes,
seù verius Petri Damiani eius Pontificis ad eosdem
Oratoris, vt videtur voluisse *Baron. in anno 1059.*
11 nec fuit vnquã Catholicus † aliquis, qui dubitauer-
rit, quominus CHRISTVS illis verbis primatum
Petri in Ecclesia pro eo, & eius successoribus Ro-
manis Pontificibus constituerit, vt latè ostendit
Suarez in libro, cui titulum fecit defensio fidei Catholicæ lib. 3. cap. 10. ex nu. 3 cum seq. & quinque integris libris de Romano Pontifice disputat. Bellarm. controuers tom. 1.

12 Summus † verò Pontifex est causa efficiens
beneficiorum maiorum, idest Cathedralium, &
aliarum Dignitatum, quas ipse solus & non
alius instituere potest, vt explicitè refertur *in*
13 *præallegato can. 1* idquè propter primatum † ex
eminentia potestatis, quam super vniuersas Eccle-
sias, ac totum Christiani populi gregem assequuta
est ipsa Sacrosancta Romana, & Apostolica Eccle-
sia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salua-
tore nostro, vt refertur *in Epist. Anacleti, registrata in can. 2. 22. distinctio,* ac proindè non solùm si
14 agatur de noua † erectione Sedis Episcopalis, ve-
rùm etiam cuiusuis Dignitatis Ecclesiasticæ, solus
Summus Pontifex talem erectionem facere potest,
vti per eum text *notat gloss. in dicto can. 1. in verb. omnes,* quæ ibi est communiter recepta, *Mandos. de signat. gra. tit. erectiones in 1. colum. versic. pro*
15 *noua erectione;* Ita quòd in hoc Episcopi † pote-
stas, penitus deficiat, *Ioann. de Imol in c. olim n. 1. de consuet* quòd semper intelligendũ est de Digni-
tate noua, *Roman. in l. Imperium sub num. 2. versic. item potestatem interponendi auctoritatem, ff. de iurisd. omn. Iudic.* non de restauratione anti-
quæ, quæ fortè defecisset, cùm facilis sit reditus ad
16 statum pristinum; nam † tunc id potest Episcopus,
si accedat Capituli consensus, & congrua dos re-
assignetur, vt latè disputat, & concludit *Felyn. in cap. cùm accessissent num. 14. cum duob. seqq. de constit.* & explicat etiam *Præposit. in d. canon. 1. col. 2. versic. si quæritur quis possit.*

17 In proposito verò, licèt Dignitas † propriè etiã
dicatur, quæ habet administrationem, cui vel co-
hæreat iurisdictio, quales sunt Archipresbytera-
tus, & Archidiaconatus. *Abb. in cap. de multa*
18 *nu. 21. de præbend.* vel saltem præeminentia, † id-
est gradus connexus administrationi, *l. honor ff. de muner.*

muner. & bonor. Abb. vbi supra nu. 23. ad finem,
verſ. puto quod ſi officium, *Oldrad. conſ. 150. ſub*
num. 3. verſ. ſecundo eſt attendendum, tamen ſu-
pradictus Canon loquitur non de qualibet digni-
tate; ſed de Dignitate ordinis, ideſt Collegij Eccle-
19 ſiaſtici; pront ordo † ſumitur in Iure pro Collegio
in l. 1. 3. penult. & vlt. ff. de decret. ab ord. facien.
& ſic de Dignitate in Collegio, cui à Iure annexa
ſit aliqua iuriſdictio in illos de Collegio, quales in
Cathedralibus ſecularibus, ſunt Archidiaconus, &
& Archipresbyter, & in Collegiatis Præpoſitus,
20 hos enim tantum, † Canones agnoſcunt pro digni-
tatem obtinentibus, cum ſoli habeant Iuriſdictio-
nem in illos de Collegio, *Rota deciſ. 9. de praben.*
in nou.

Quamuis in hoc magis attendatur exercitium,
quàm nomen, dummodò nomen ſonet in dignita-
21 tem, vnde Decanus, † qui aliàs nullam habet Iuriſ-
dictionem, cùm careat Iure Prælaturæ in Capitu-
lum, cuius ipſe eſt pars, *Abb. in cap. Poſt electionem*
ſub num. 9. circa finem verſic. item puto, de conceſſ.
22 *prabend* dum † locum Archipresbyteri in Eccle-
ſia obtinet, tanquàm ſurrogatus, eadem poteſt,
quæ Archipresbyter, & hac ratione dicitur Digni-
tas, *Rota de conceſſ. præbend. in nouis deciſ. 17.*
ſub nu. 1. verſic. ſed caue, Tholoſ ſyntag. iur. lib. 15.
cap. 21. num. 12. & in tract. de benef. cap. 10. n. 24.
& in partit. can. lib. 2. tit. 9. cap. 5. nu. 4. ſicquè eſt
intelligenda *Put. deciſ. 209. num. 2. lib. 3. in nou.*
quatenus vult, Decanum reſpectu Capituli non
reputari perſonam priuatam; ſed habere Prælatu-
ram cum Iuriſdictione in Capitulo, cui præeſt.

23 Hæc verò Iuriſdictio † dicitur ordinaria, & ne-
dum conſiſtit in cognoſcendo, verum etiam in
coercendo, & excommunicando, *gloſ. in cap. cum*
ab Eccleſiarum in verb. Eccleſiaſtica ſententia,
verſ. & illud generaliter, de offic. ordin. vbi *Abb.*
num. 4. & 5. & latiùs *Bellam. num. 11. Bald. con-*
24 *ſil. 124. in princ. lib. 1.* atque ità nedum † concer-
nit forum pœnitentiale, Verùm etiam contentio
ſum in his, quæ ſpectant ad correctionem culparũ,
Butr. in eo. cap. cum ab Eccleſiarum ſub num. 23.
ad finem verſic. ſi eſt Pralatus, & regulare eſt,
25 omnem, † qui præeſt Collegio licito, habere Iu-
riſdictionem etiam fori contentioſi in eos de
Collegio, adeò quòd ſinguli poſſint coram eo con-
26 ueniri; *Card. conſ. 62. num. 4.* licèt † reſpectu co-
gnitionis ſublata ſit facultas quoad ardua, *cap. ad*
hoc §. item de offic. Archidiac.

27 Reputantur † autem ardua, ſi agatur de cri-
minibus grauibus, vel de his, quæ ſunt Epiſcopalis
ordinis, vt ibi per *Anchar. ſub nu. 3. & Abb. n. 1.*
verſ. quaro qua dicantur ardua.

Reſpectu verò facultatis excommunicandi ea
intelligitur, ſalua ſemper maiori auctoritate Epi-
ſcopi; licèt enim ſimplex Iuriſdictio in Capitulares
poſſit haberi ab ipſo Collegio, in quo illa videtur
28 moueri, facultas † tamen excommunicandi à ſolo
Epiſcopo deriuat, ſiuè Capitulum auctoritate Epi-
ſcopi eligat, ſiuè electio ab Epiſcopo confirmetur,
vt tradunt omnes in c. Archidiaconus, & ibi præ-
cæteris, *Anchar. ad med. in verb. ſententiam pro-*
mulgare, & Abb. circa finem verſ. Pralati vero eod.
29 *tit. de offic. Archid.* Vndè † in tali inferiori hæc fa-
cultas nec multum æſtimatur, vt ibi quoque ani-
maduertit *Bellam ſub num. 1. in 2. col. verſ. ſecun-*
30 *dum fundamentum*: Nam nequè † ſe extendit ad
ſolemnem excommunicationem, ſinè anathema-
tizationem, quæ ſemper reſidet penes Epiſcopum,
Abb. in d. cap. cum ab Eccleſiarum nu. 5. verſic. ſe-
31 *cunda regula eſt*, neque † adeò adhæret inferiori,
vt Epiſcopus nedùm non poſſit prænenire, *vt ibi-*
dem per Abbatem num. 11. ad med. verſic. nota ſin-
32 *gulariter.* † Verùm etiam ſi fuerit præuentus, va-
leat ipſam excommunicationem relaxare, vt ibidẽ
per eum num. 3. & quamuis de facto talis relaxatio
fiat, interim tamen tenet, *vt poſt gloſ. ibidem tradit*
Butr. num. 23.

In Regularibus verò dignitates reputantur
eæ, quæ cum ſecularibus ſymbolizant circa præ-
lationem, & Iuriſdictionem, nam ſicuti totus
33 Clerus † ſecularis diuiditur in ſimplices Sacerdo-
tes, vel Clericos in via ad Sacerdotium, & Sacer-
dotes habentes Dignitatem ex prælatione, & Iu-
riſdictione, quorum poſt Summum Pontificem, &
Cardinales (vt poſtmodum dicetur) retinent pri-
mum locum Patriarchæ, ſecundum Archiepiſcopi,
tertium Epiſcopi, & quartum denique ij, de quibus
nũc diximus, qui prælationis nomine, inſigniti cer-
to corpori, ſeù Collegio, cũ Iuriſdictione præſunt;
de quibus, & cuiuſque nomine, ac officio latè agit
34 *B. Iſidorus in can. Cleros 21. diſt.* Ita † totus Hie-
rarchiæ Regularis ſtatus diuiditur in ſimplices Re-
gulares, & Regulares habentes dignitatem ex præ-
latione, & Iuriſdictione, quorum primum locum
obtinent Generales ordinum ad inſtar Patriarcha-
rum; Prouinciales ſecundum ad inſtar Archiepiſco-
porum; Tertium Abbates ad inſtar Epiſcoporum,
& quartum denique Priores Conuentuales, qui
ſubordinati à Superioribus poteſtatibus cum ea-
dem prærogatiua Iuriſdictionis Conuentui præſi-
dent, vt pulchrè deducit *Roderic. de Regular.*
tom. 1. q. 12. in 5. art. qui agit de ſingulorum Iuriſ-
dictione *in quaſt. 17. art. 1. cum multis ſequen.* In
35 hos † enim Prælatos Regulares eodem modo re-
fuſa eſt Iuriſdictio, quæ eſt refuſa in ſeculares, ideſt
vi electionis ab Vniuerſitate, & confirmationis à
ſuperiore, *vt explicant in praallegato cap. Cum ab*
Eccleſiarum, Abb ſub nu. 5. verſic. circa materiam
huius gloſſ. & Butr. nu. 15. & 16. cum multis ſeqq.
36 *vbi benè de omnibus ad id neceſſarijs*; † Non tamen
ſe extẽdit Iuriſdictio hæc (circumſcripto Priuilegio
Apoſtolico, de qua materia ſuo loco agetur) vltra
obedientiam, & correctionem pro obſeruatione
Regulæ, forumque ipſum pœnitentiale, vt pleniſſi-
ma manu reſponſum fuit *deciſ. 15. & 17. par. 1. in*
recentior. & infra cum de exemptione, & eius effe-
ctu agetur, fuſius explicabimus.

Cætera ergò beneficia, cùm dicantur minora,
ideſt omni Iuriſdictione deſtituta, quãtumcunque
37 curata ſint, ex quo iuriſdictio † fori pœnitentialis,
non eſt propriè Iuriſdictio, *Butr. in d. c. cum ab Ec-*
cleſiarũ ſub n. 23. ad fin. verſ. quoad Iuriſdictionẽ
38 *fori pœnitẽtialis*, nec nomen † ſonat in Dignitatẽ, ex
quo nõ ſignificat aliquã præſidẽtiã in perſonas cer-
ti corporis, ſeù Vniuerſitatis, *Ioan. de Imol. in cap.*

cum olim nu. 3. de consuet. consequens est eorum
39 omnium † causam efficientem esse Episcopalem
40 auctoritatem, *can. Episcopi 80. distinct.* Itaut † im-
possibile sit aliter constitui beneficium Ecclesia-
sticum, quam si interueniat Episcopi auctoritas,
*glos. 1. in clement. 2. ad finem ver. tu dic contra de
decim. Dec. cons. 210. sub nu 4. Felyn. cons. 41.
num. 5. & cons. 45. num. 3. Guid. Pap. decis. 187.
num. 1. cum alys adductis in causa Monopolitan.
hebdomada 1. Iuly 1613. coram Reuerendissimo
Patriarcha Hierosolymitano.*
41 Ab illa † namquè Episcopali auctoritate suum
esse consequitur, *Felyn. in c. ex parte il 2. num. 2.
de rescript. Rebuff in praxi tit. quare instituta*
42 *sint beneficia num 10.* † nec attenderetur ad hunc
effectum, si simpliciter appareat aliquem collatis,
ac designatis prædiis, necnon altari (quæ sunt ma-
terialia beneficij) addidisse, *se ità creare, atque
beneficium Ecclesiasticum instituere, Felyn.*
43 *cons 45. num. 3.* Etenim cum beneficium † sit Ius
spirituale non simplicitèr ex correspectiuitate Di-
uini officij, vt arbitratus fuit, cum his, quos allegat
Garz. de benefic. part. 1. cap. 2. ex num. 7. sed ex eo
quod emergat ex legitima temporalium dedica-
tione DEO facta, per quam effectum est quid sa-
crum, *§. sacra res instit. de rer. diuis* & in conse-
quens spirituale, vt optimè considerat *Nauarr. in
manual. cap. 23. sub num. 108. versic. septimo.*
44 *quod ex his*, & quidem purum, † & indiuiduum,
vt nuncupatim dicit *text. in cap. dilecto filio 25. §.*
45 *praeterea de praeben.* † cui proptereà nō permiscen-
tur temporalia, quæ illi deseruiunt. *Nauarr. vbi
supra versic. nono, quod quamuis,* consequitur,
46 vt † creatio huiusmodi Iuris spiritualis, non possit
spectare ad alium quàm ad habentem Ius Pontifi-
cale, *Bellam. in cap. super hoc num 17. ad med.
versic. modus autem cum seqq. de renuiciat & pro-
bat. text. in cap. ad hac, vbi glos. in verb. auctori-
tate Pontificis de religios. domib.* agnoueruntque
semper etiam leges Ciuiles necessitatem hanc, *vt
in auth. vt null. Fabr. Orat. Dom. per totam, &
alys pluribus locis allegatis per Bellam. vbi supra.*
Vndè quia impossibile est; vt cōstituatur benefi-
cium per eum, qui non habet ius istud Pontifica-
47 le, † quod efformatur ex duobus, videlicet Iurisdi-
ctione, & ordine, *cap Is cui 42. vbi Gemin. num. 4.
& caters de elect. in 6* vix dari potest casus, quò in-
48 ferior † ab Episcopo quantumcunq; sit exemptus,
vel prætendat se esse in statu nullius diœcesis, pos-
sit auctorizare in erigendo beneficio, nisi habeat
suffragium Episcopi Diœcesani, vel priuilegium
speciale à Sede Apostolica, vt est text. *in cap. au-*
49 *ctoritate de priuileg in 6.* vel † nisi Iurisdictionem
habeat quasi Episcopalem, prout exemplificat in
Generali ordinis, *Panorm. cons. 69. sub nu. 3. in 2.
col. vers tertio principaliter considero 2. part.* vbi
enim datur talis Iurisdictio, res transit de plano,
*vt sentit Abb. vbi supra cum alys, quos sequutus
fuit Lambert. de Iurepatr. lib. 1. part. 1. quaest. 9.
art. 4. num. 1.* & *per tot.*
50 Quamuis enim ordo, † qui est principalior præ-
rogatiua muneris Episcopalis, non possit applicari
alteri, quàm Episcopo, & sic nō possit dari apud a-
liū vera, & propria Episcopalis iurisdictio, potest ta-
mē dari quasi Episcopalis, *cap. Abbates, vbi glos. in
verb. quasi Episcopalē de priuilez. in 6.* quæ digno-
scitur in quibusvis Abbatibus (solēnitèr tamen be-
nedictis simulq; insignitis ornamētis Pōtificalibus)
51 Porrò his † in eorū ordinatione confertur primum
Iurisdictio, tàm in spiritualibus, quàm in tēporali-
bus circa regimen, cùm interius, tùm exterius cum
traditione baculi, impositione Mitræ, & assigna-
tione Sedis, *vt in Rituali Romano fol. 154. &
seq.*; ac ideò licèt alias non sit Episcopus, videtur
tamen insignitus Iuribus Episcopalibus, de quibus
inferius suo agetur loco. Verùm ex his solis non
videtur adhuc consequutus Iurisdictionem quasi
Episcopalem, cum illa potestas sibi collata restri-
cta sit ad suam Congregationem, seù Collegium,
nec proptereà simbolizet cum Iurisdictione Epi-
scopi; quæ est iurisdictio formata ex territorio, siuè
diœcesi in Parochos, & Parrochianos: Tunc ergò
intelligitur iste inferior sic insignitus habere quasi
Episcopalem, cum illa sua Iurisdictio est difusa
extra Collegium per totum aliquod Territorium
certis limitibus finitum, ita quod ea vigeat in
Parrochos, & Parrochianos ad exemplum Iurisdi-
ctionis Episcopi, quatenus enim continetur Iuris-
dictio in eos de Collegio, non dicitur Iurisdictio
Episcopalis, vt (tametsi aliquantulum subobscure)
censuit *Cardin. cons. 47 sub num. 1. circa finem,*
quod vt contingat ex constitutione talis Territo-
rij, inferiùs videbitur.
Hęc autem quasi Episcopalis Iurisdictio procul-
52 dubio sufficit ad illam dedicationem † tempora-
lium pro beneficio Ecclesiastico, cùm non perti-
neat ad ordinem, quatenus eius subiectum est
consecratio per definitionem Chrismatis, vt in
cap. 1. de sacr. vnction. sed quasi ad ordinem, cum
sufficiat verbalis dedicatio, siuè etiam dixeris cō-
secratio, quæ magis ad Dignitatem Episcopalem,
quam ad Ordinem spectat, vt declarat præ cæteris
Franch. in d. cap. Abbates num. 3. de Priuileg. &
proptereà licèt negari nequeat dedicationem hu-
iusmodi habere implicitam benedictionem, quæ
licet non sit ordinis, dependet tamen ab ordine,
53 nihilominus † facultas hæc videtur, transfusa per
concessionem insignium Pontificalium, quæ si
deficerent, vtiquè nec tale Ius dedicandi compe-
teret, *ex §. sacra quoque res instit de rer. diuis.* sic
enim desideraretur nedum Ordo; sed etiam Digni-
tas, & Maiestas illa Pontificia, cui hæc facultas at-
tribuitur, vt etiā videtur attigisse *Franch. vbi sup.
vers. Ideò Abbatibus, & Butr. consil. 19. num. 12.*
54 Sit ergò † firma conclusio eo ipso, quòd accedit
auctoritas Episcopalis in erectione, effici benefi-
cium Ecclesiasticum, *vt post Guid. Pap.* optimè
tradit *Ripa in cap. decernimus num. 69. versic. in*
55 *isto puncto de iudic.* Interim verò dum talis † au-
ctoritas desideratur, non esse beneficium, sed rem
stare in pendenti, nec aliquod Iuspatronatus quæ-
ri fundatori, *Felyn. in cap. ex parte il 2. num. 2. de
rescript. cum alijs per Rotam decis. 361. num. 3.*
56 *par. 2. in recentior.* dicique simpliciter piam † do-
nationem, aut pium legatum, si fortè pro Missis ce-
lebrandis, vel pro Anniuersario, vel etiam in per-

petuum

petuum quidpiam relictum sit, de his enim omni-
bus idem dicimus quod de alijs operibus pijs *Re-
buff. in pracit.tit. quare sint intit.benef. nu.10.*
Quòd procedit etiam si sub titulo Capellæ, vel
Altaris relictum sit; nam nisi accesserit auctoritas
57 Episcopi vsquè adeo erit extraneum † à natura be-
neficij Ecclesiastici, vt posit concedi per lay-
cũ, *Ripa vbi supra*, non quidem in titulum bene-
ficij, sed per modum simplicis deputationis Sacer-
58 dotis ad offerẽdum, vt ibi per eum, † Attamen per
deputationem illã nõ dicetur talis, Rector, sed sim-
plex Officiator ad nutũ ammouibilis *Bald.cons.18.
circa fin.vers. & etiam sesendum, lib. 5.* & huius
naturæ sunt Capellæ illæ, de quibus latè agit *Gon-
zal ad reg. de mens. d.glos.5.ex num.21.*
59 De Iure enim tales Cappellaniæ † cũ onere ce-
lebrari faciendi certas Missas simpliciter constitutæ
de bonis tẽporalibus, & sinè auctoritate Episcopi,
cẽsentur laycales, & tẽporales *Guid. Pap.decis.187
Sarnen.in reg.de anna.q.20. Nauarr.cons.5.nu.1.
& cons.7.nu.1.de praben. Spin. de testam. glos. 4.
principali, num. 40.* & possunt ad eam præsentari
60 etiam merè † layci *Abb.in cap.2.nu.4. de instit.&
fuit dictum in vna Vlixbonen. administrationis
Cappella, 16. Ianuarij 1591. coram Penia, & in
Monopolitana hebdomada, 28. Ianuary 1613.co-
ram Reuerendissimo D. Manzanedo.*
Verum circa causam hanc efficientem occurrit
61 difficultas, † an sit necessaria iustificatio auctori-
tatis expressæ, vel sufficiat tacitæ, & sanè *Aegid.in
pracit.cap.super hoc ex nu. 18. de renunciat.* con-
cludit sufficere iustificationem tacitæ, quæ videli-
cet eliciatur ex actibus, qui non possint cadere in
alijs, quàm in beneficijs Ecclesiasticis, & scienter,
non autem ignorantèr gestis, secundum quam do-
ctrinam regulandum est *dictum Rebuff. in praxi,
quatenus sub tit. Quid sit beneficium, sub num. 8.*
62 pronunciauit in dubio Cappellam † fundatam ad
seruiendum DEO, licet non appareat de appro-
batione Episcopi præsumi beneficium Ecclesiasti-
cum, nequè enim ita laxe loquitur *Bailamer. vbi
supra*, quem ipse allegat, prout etiam ante *Mare-
scott. lib.2.variar. resolut. cap.2.n.4.* animaduer-
tit *Rota apud Casar.de Graff.decis.124. alias 13.
de prab. sub n.9.* sed cùm prædicto temperamento.
Ex his igitur infertur, quod si Episcopus
63 sciens † statum rei conferat aliquod Altare, vel
Cappellam iam fundatam, vel ordinatam per ali-
quem fundatorem, satis dicetur illud, aut illam
in Ecclesiasticum beneficium collatiuum instituis-
se, vt post longam disputationem, Rotam, decidis-
se scribit *Aegid.in dicto cap. super hoc num. 19.
64 vers. hanc opinionem de renunciat.* † actus enim
conferendi in titulum perpetuum *non potest cade-
re*, nisi in beneficio Ecclesiastico. *Dec. cons. 248.
sub num. 2.*
At si concesserit dumtaxat facultatem celebrã-
di Missam ad tale Altare, vel talem cappellam, non
censebitur illud, vel illam in beneficium instituisse,
65 cum, actus hic cadat etiã in priuatis oratorijs, † in
quibus non potest celebrari; nisi de ipsius licentia.
*Canon. si quis etiã ad finem de consecrat distinct.1.
glos.ult. in can.unicuique ead.distinct. Abb. in
cap. vlt. sub num. 3. versic. Oratorium verò de
censib.*
Pariter si consecrauerit Ecclesiam, censetur il-
lam in Ecclesiasticum beneficium erexisse, nam
66 consecrationis † actus repugnat statui priuati ora-
torij, *Can.nemo 9.de consecrat distinct.1. Abb.in
cap. auctoritate, num.3.de censib.* nec potest cade-
67 re, † nisi in Ecclesia dotata. *Dec.cons.135.sub n.2.
68 versic.ex tali consecratione*, † ac consequenter cõ-
feribili, vt arguit *Rota apud Casar.de Graff.d.de-
cis. 124. n. 9.versic. & quãuis, & decis.127. n.4.*
Et hæc quidem, vbi agitur de elijcienda au-
ctoritate Episcopi, ex actu aliquo positiuo eam
implicante. Quia si agatur de illius præsumptio-
ne in præteritum, res tota iudicatur ex præsenta-
neo statu, qui si in reliquis conformet se statui be-
neficij collatiui, puta, quia Ecclesia ædificata repe-
riatur in forma debita, habeat dotem, & Recto-
rem, ipsa licentia ab initio præsumetur, iuxta cele-
bre *Barbat.cons.33.nu.1. lib.1. per Rotam Cano-
nizatum in Hipporegien. Capella 3. Iunij 1613.
coram R.P.D.Pirouano*, quibus addè *Cardina.in
cons. 11. sub n.6. vers. item caueant, post Archid.
in dicto can.nemo, num.3. de consecrat. dist. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Causa alia fiendi, alia essendi; Et qua.*
2 *Finis primum mouet agentem.*
3 *Causa finalis dicitur causa causarum.*
4 *Causa efficiens mota ab obiecto fine materiam praparat, & disponit.*
5 *Actus Actiuorum non possunt esse, nisi in patiente bene disposito.*
6 *Finis ex forma resultat, & pracedentia omnia ratificat, & rectificat.*
7 *Finis rapit in se omnia pracedentia, & in suam naturam conuertit.*
8 *Causa Efficiens, & finalis in omnibus attente considerandæ.*
9 *Finis a principio regulatur, & è conuersò.*
10 *Aequiuoca omnia remouentur ex cognitione causarum efficientis, & Finalis.*
11 *Finis duplex, Proprius, & communis, qui dicitur finis perfectior.*
12 *Finalis causa difficillimè constituitur, & quomodò separetur ab Impulsiua, & Occasionali, dum concurrunt.*
13 *Causa Occasionalis, siuè impulsiua, si nequeat sortiri effectum, remanet nihilominus Actus validus.*
14 *Causa finalis, si non possit sortiri effectum, Actus remanet imperfectus.*
15 *Causa, aut Efficientis, aut finalis defectu, Actus semel perfectus non interit, sed tantum ex resolutione materiæ, vel formæ; quod respectu causæ finalis vti procedat explicatur.*
16 *Finis proprius Actus cõstitutiui Beneficij est, vt sit conferibile propter Diuinum Officium, communis verò est Diuini cultus augumentum.*
17 *Finis communis magis expetibilis, excollitquè actum, ad quem ordinatur.*
18 *Causa finis cõmunis respectu proprij semper reputatur*

tatur impulsiua, & occasionalis, unde eius defectus non perimit Actum, sicuti eum perimit defectus causae finis proprij, & curi

19 *Potentia simplex minus aestimabilis.*

20 *Cultus Diuini augumentum prae caeteris Summo Pontifici cordi est.*

21 *Cultus Diuinus duplex; Internus, & Externus, & Internus qui fit.*

22 *Cultus Diuinus Externus in quibus consistat.*

23 *Cultus Diuinus Internus spiritualis, Externus corporalis dicitur, & quomodò ad inuicem adaequetur.*

24 *Cultus Diuinus Externus, certũ signum Interni est.*

25 *Cultus diuini nullum certius signum, inter Catholicos Missae Sacrificio, & post illud psalmodia.*

26 *Symphonia, Harmonia, & alia huiusmodi, quomodò dicantur pertinere ad cultum Diuinum.*

27 *Cultus Diuinus multiplicatis Ministris Ecclesiae augetur, & è conuerso minuitur illis diminutis.*

28 *Beneficium confertur Clerico in recompensam Officij Legationis apud Deum.*

29 *Beneficij collatio fit ad normam commutatiuae Iustitiae.*

30 *Beneficiarius non recitans Officium ultrà peccatum mortale tenetur ad restitutionem fructuum pro rata, idemque, si recitet sine aliqua attentione actuali, aut virtuali.*

31 *Diuini Officij recitatio omissa uno die, non potest suppleri in alio die.*

32 *Missae celebrationis ratio uno die omissa, potest alio suppleri.*

33 *Causa finalis propria actus erectionis, est, vt sit conferibile; aliàs diceretur beneficium aequiuocè.*

34 *Beneficium Ecclesiasticum non potest aliquod dari, quod non sit conferibile; sed bene administratio, qua longè differt à beneficio.*

35 *Ecclesia aliud, & aliud beneficium.*

36 *Collationis actus exigit capacitatem in persona exercentis, vt sit Ecclesiastica cum libera administratione.*

37 *Laici sunt incapaces Iuris conferendi.*

38 *Laici possunt deputare Clericum, siue Sacerdotem, qui altari deseruiat, & quare.*

39 *Reges conferunt beneficia Ecclesiastica, ex priuilegio tantum, nec aliàs suffragatur eisdem consuetudo, quantumcunque praescripta, vel etiam immemorabilis cum tolerantia Papae, & nu 41.*

40 *Tolerantia, siuè dissimulatio criminum respectu prohibitionis nusquam consideratur in Ecclesia, sed tantùmodo respectu punitionis propter difficultatem correctionis.*

41 *Principes immiscentes se prouisionibus beneficiorum Ecclesiasticorum (extra priuilegium Apostolicum) inexcusabiles à peccato, etiam praetextu Iurispatronatus.*

42 *Regis Christianissimi Ius regaliarum non fundari simpliciter super Iurepatronatus, sed super concursu auctoritatis Apostolicae.*

43 *Conferendi Ius non potest oriri ex quocunque Patronatu.*

44 *Regum Christianissimorũ munificentia ferè omnia beneficia Regni fundata, & dotata.*

45 *Regaliarum Ius Regis Christianissimi ex priuilegio Apostolico.*

46 *Laicus, quãdò confert in vim priuilegij Apostolici, non censetur ipse conferre, sed Papa, nec dicitur collatio Regia, sed Apostolica.*

47 *Primariae preces, quid conferant Caesari.*

48 *Primariae preces reputantur fauorabiles, licet per eas unus collator non grauetur, nisi semel.*

49 *Primariae preces plures conceduntur eidem personae respectu diuersorum beneficiorum, & diuersarum Ecclesiarum adhùc non grauatarum.*

50 *Primariarum precum tractatus nuper editus.*

51 *Beneficij Ecclesiastici negatiua eo ipso deprehenditur, quod administratur per laicum, vel per foeminam.*

52 *Praeceptoriae Militares, an sint beneficia Ecclesiastica, Et concluditur negatiuè contra Barbatiam, & alios.*

53 *Clericus omnis est persona Ecclesiastica, sed non è conuersò omnis persona Ecclesiastica est Clericus.*

54 *Praeceptoriae Militares largo modo dici beneficia, & qua ratione in his cadat simonia.*

55 *Praeceptoriae Militares nihil aliud sunt, quàm dispensationes quaedam bonorum ad Hospitalitatem.*

56 *Beneficium iudicatur Ecclesiasticum, & collatiuum ex simplici potentia, licèt actu non appareat collatiuum, modò nihil ostendatur contrà naturam beneficij.*

57 *Beneficij qualitas, vbi controuertitur, si agatur de beneficio noviter erecto, nihil aliud attenditur, quàm ipsius erectionis tenor.*

QVAESTIO VI.

Quae sit causa finalis Beneficij Ecclesiastici.



VM causa efficienti, de qua diximus, prorsus reciprocat causa finalis constitutionis beneficij Ecclesiastici, † dicuntur enim istae duę, causae fiendi, ad differentiam materialis, & formalis, quae dicuntur causae essendi, *ità Io. Monach. in* 1 *procem. sexti num. 1. Bellam. in procem. decretal. super glo. rubr. num 9.*

Proindeque ex antecedentibus actum, si quidem cùm omne agens agat propter finem, consequitur, pri- 2 mum † motum in agente fieri ab obiecto fini, nec enim fecus finis actus, obijcitur intellectui agentis, quàm obijciatur sensui visus dirigentis sagittam, scopus, aut recipientis se à nauigatione, statio, siuè portus, vt benè ex nostris philosophatur *Bald. in l. 1. num. 17. C de fal. cau adie. lega.*

3 Hinc causam ipsam finalem passim † omnes vocant causam causarum, prout in specie *Io. Monach. & Bellam. locis proximè allegatis, Prob. ad eundem Io. Monach. in cap. cum aliquibus sub nu. 4. ad fin. vers. quià causa finalis, & num. 5. de rescript. Barbat. in cap. Quoniam in princip. nu. 2. de*

de off. deleg. Bal. in l. eam quam num. 1. C. de fideicom. Alexan. Raudens. de Analog. cap. 20. num. 2.

4 Enimverò, vt causa efficiens mota † est ab obie-
cto fine, materiam præparat, in quam agat, eamq;
5 priùs benè disponit, actus † enim actiuorum non
possunt esse, nisi in patiente bene dispósito, *l. 2. de
stat homin. cap. venerabilem, de elect. Bald. in cap.
vlt. sub num. 3. vers. in contrarium videtur de
vit. & honest. cleric. Alexan. cons. 52. sub nu. 33.
ad med. vol. 4. Troil. Maluet. in tract. de canoni-*
6 *zat. Sanctor. in 3. notab. nu. 7.* Mox † in eam sic
bene dispositam agendo, formam inducit, indeque
demùm resultat finis, *vt ait Prob. vbi supra*, qui
ideo omnia præcedentia ratificat secundum eum,
seù veriùs rectificat, *vt loquitur Prapos. in c. Cum
ad verum in prima col. vers. nam secundum*
7 *dist. 96.* † rapitque omnia in suã naturam, *Tiraq.*
8 *de retract. lignag. §. 1. glo. 7. num. 45.* † vt ideo in
quibusvis rebus nihil attentiùs considerandum
sit, quàm principium, & finis, idest causa efficiens,
& causa finalis, *Molin. de primog. hispan lib. 1. c. 5.*
9 *num. 15.* † cùm enim vnum ab altero reguletur,
10 *l. non omnis ff. si cert. pet.* † nedùm ex hac cogni-
tione consequetur cognitio cuiusuis actus, sed fa-
cilè dimouebitur omne æquiuocum, *Rauden. d.
cap. 20. sub num. 2. vers. sic ergo à vi.*

Difficultas consistit in discernendo, quæ sit causa
11 finalis cuiuscunq; actus, † nam secundum *Philoso-
phum in primo Ethicorum ad Nicomachum, c. 1.
& 2.* cùm duplex sit finis, proprius videlicet cu-
iuscunque actus, & communis ad alium, qui dicitur
finis perfectior; quod etiam notauit *Tholos. sintag.
iur. lib. 47. cap. 1. num. 1.* simulq; possint concur-
rere plures causæ, quibus moueatur agens ad agen-
12 dum, † non est facile iudicium ferre, quo fini mo-
tus fuerit agens radicitùs, & funditùs, in quo dun-
taxat omnes constituunt causam finalem, cæteras
verò quomodocunque cohærentes, aùt impulsiuas
vocant, aùt occasionales, prout inter cæteros ani-
maduertit *Abb. in cap. post translationem, n. 19.
de renunciat.* cum alijs, quos retulit *Bece. cons. 20.
num. 10.*

Quod ideo diligentissimè est obseruandum,
13 quia † sicuti dato huiusmodi concursu, si non pos-
sint sortiri effectum causæ huiusmodi occasiona-
les, vel impulsiuæ, nihilo tamen seciùs actus rema-
net validus, & in se perfectus, *Barbat. in cap. Super
literis num. 173. de rescript. Imol. in l. si cum
filius, §. Titio decem sub num. 10. ad finem vers.*
14 *nèc obstat, ff. de donat.* † tamen si non possit sortiri
effectum causa finalis, actus ipse remanet imperfe-
ctus, quod patet ex supra deductis, & benè expli-
cat *Soc. Sen. cons. 59. nu. 23. lib. 2.*

15 Quamuis enim post actum perfectũ, † & absolu-
tum non possit defectu causæ efficientis, vel causæ
finalis, sed dumtaxat ex resolutione materiæ, vel
formæ, quod actum est interire, *Bald. in proœm.
decret. num. 51.* tamen quod dicitur de defectu
causæ finalis, referendum est ad illius defectum
actu, & potentia simul, non ad defectum actu solo,
integra potentia, & habilitate, cùm, vt dixi, in illa
perficiatur actus, in tantùm, vt si postmodùm de-
ficiat, seù intercisa sit, remaneant tamen, tam il-
lius, quàm causæ efficientis reliquiæ, & memoria
in ipsa materia, & forma, atque ità semper detur
nexus iste in quacunque re, vt subtiliter considerat
*Io. de Imola in d. l. si cum filius, §. Titio decem
num. 10. de donat.*

Itaque cum finis in hoc articulo pro alio non
16 sumatur, quam pro † termino quodam intentio-
nis agentis, quæ alioqui posset procedere in infini-
tum, vt colligitur *ex doctrina Aristotel.* loco
proximè allegato; dicimus, finem proprium actus
constitutiui beneficij alium non posse esse, quàm
vt sit conferibile secundum naturam illi inditam,
videlicet propter Diuinum officium iuxta *tex. in
cap. fin. ex. de rescript.* causam verò finalem com-
munem aliam non esse, quàm Diuini cultus augu-
mentum, vt probatur *in extrauag. Piæ sollicitudi-
nis de præbend. inter commun.*

Verùm est aduertendum inter has causas maxi-
17 mam esse differentiam, † quia licet causa finalis
communis, magis moueat, veluti magis perfecta, &
consequenter magis expetibilis, *vt ait Arist. d. c. 1.*
ità quod semper excellat actum ad illum finem
ordinatum, *D. Thom. 2. 2. quæst. 152. art. 5. in
corpore*, & probat etiã *tex. in §. In pecudum, vers.
Partus vero Instit. de rer. diuis.*

18 Nihilominùs causa † hæc communis, respectu
propriæ prorsus reputatur impulsiua, & occasio-
nalis, vnde illius defectus neque actum aut perfici
impedit, aut perfectum destruit, virtus enim hæc
alteri fini non adscribitur, quàm fini proprio, qui
necessariò ex ipso actu, & illius natura consequitur,
& omnis alius motus in agente reputatur simplex
occasio, & impulsus, quod omnium melius docet
*Bartol. in l. 1. nu. 4. C. de fal. cau. adie. leg. & cla-
riùs in l. Demonstratio 16. §. quod autem nu. 13.
vers. solutio quædam est causa, ff. de cond. & de-
monstr.*

Et ratio est manifesta, quia vnaquæque res, vt
singulariter consideratur, dum in se habet esse per-
fectum, non potest habere nisi vnum finem; si au-
tem consideretur, vt quid ordinatum ad aliud, iam
exigitur nouus actus in applicatione, qui & habet
suum finem proprium, & distinctum, vnde de vno
19 ad alium non procedit illatio, nisi ex simplici † po-
tentia, quæ in iure minus est æstimabilis *l. Multum
interest. C. si quis alt. vel sib. cum alijs per Surd.
decis. 92. nu. 9.*

De vtraque tamen dicendum est, & vtriusque
etiam explicanda ratio, atque incipiendo à com-
muni, quam excellentiorem, & digniorem esse di-
ximus, non est qui ambigat, illam esse cultum Diui-
20 num, cuius augumento † cùm omnes fideles stu-
dere debeant, tùm maximè Summus Pontifex, nèc
non Episcopi, quibus est potestas noua beneficia
erigendi, & constituendi, prout Sanctum, & pium
istud omnium fideliũ, & potissimum Vicarij Chri-
sti ardens & commune votum notauit *glo. in cap. 1.
§. sanè in verb. augumentum de conceß. præbend.
inter extrauag. Ioan. 22.*

21 Est autem diuinus cultus duplex; † internus vi-
delicet, quo per intellectum, & affectum anima
nostra mentis deuotione se ipsam totam Deo pro-
sternit,

fternit, & in ea proſternatione, ſubiectioneque per quandam vnionem perficitur, vt optimè ratiocinatur *D. Thom. 2. 2. quæſt. 81. art. 7. in corpore.*
22 Et externus,† qui in ſacrificiis,& oblationibus,huiuſmodiq; aliis cæremoniis ordinatis ad excitandum,fouendumq; internum conſiſtit,vt pariter docet *Idem in 1. 2. quæſt. 99. art. 3. in corpore, &*
23 *quæſt. 109. art. 2. in reſp. ad 3.* † Vnde prior dictus eſt etiā cultus ſpiritualis, poſterior verò corporalis, vt docet idem *ead. 1. 2. quæſt. 102. art. 5. ad 4.* Sic autem adæquantur cultus iſti ad inuicem, vt quemadmodū prior conſiſtit in fide, ſpe, & charitate, ſecundum *B. Auguſt. in Enchirid. cap. 3. in princip. tom. 3. Nauarr. de orat. & hor. canon. c. 17. num. 36.* ſic illi debeat ſe in omnibus conformare hic poſterior, Idem *D. Thom. ea. 1. 2. quæſt. 103. art. 3.* qui rationem huius conformationis exponit *2. 2. quæſt. 84. art. 2. in corpore.*
24 Adeò quod in effectu † cultus diuinus externus ſit certum ſignum interni, vt ait *Io. Royas in tract.*
25 *de hæret. par. 1. nu. 308.* † quo inter Catholicos nullū certius eſt miſſæ ſacrificio, vt docet *Bellarm. controuerſ. tom. 3. de miſſa lib. 1. cap. 2. in vlt. col. verſ. tertio diximus, & cap. 20. pariter in vlt. col. verſ. probatur tertio* Poſt iſtud verò diuinarū laudū cantatio, ſiuè pſallmodia iuxta inſtituta Eccleſiæ, quemadmodum explicatur *in extrauag. vn. Io. 22. de vit. & honeſt. cler. inter commun.* & notauit *Petr. de Vbald de can. Epiſc. & parrocch. cap. 7.*
26 *nu. 6.* His enim,† quæ accedunt, Symphoniæ,harmoniæ, & alia huiuſcemodi, vix eſt, vt ad cultum hunc externum pertineant, ſunt enim indifferentia, poſſuntque eſſe bona, ſi interiorem illum cultum prouocent, mala,ſi præfocent, vt latè docet *Nauarr. d. cap. 17. nu. 35. & 36.*

Dùm igitur beneficium erigitur,& erectum cōfertur, conſequitur neceſſariò augeri numerum miniſtrorum in Eccleſia, per quos & ſacrificia fiunt,& Diuinæ laudes decantantur,ſeu recitantur,
27 nec eſt,qui non agnoſcat † per miniſtrorum huiuſmodi multiplicationem, Diuinum quoque ipſum cultum augeri, *Signorol. conſ. 148. num. 3.* prout è conuerſo diminui cum illorum diminutione; *Gregor. deciſ. 483. num. 1.* & nos infrà opportuniori loco explicabimus.

Neque ideò per Ordinariū, vel alium Collatorem beneficium Eccleſiaſticum confertur Clerico
28 ex alia cauſa, † quàm vt is illud ſibi habeat in recompenſam officii,quod iugiter impendit, *cap. vlt. de reſcript.* ideſt officij legationis apud Deum pro depræcandis culpis hominū, vt benè explicat *Nauarr. in relect. cap. ſi quando in 7. except. num. 2. de reſcript. Marſ. de reddit. Eccleſiaſt. par. 2. c. 10. ſub num. 6. verſ. cūm itaque beneficia.*
29 Vnde actus † hic collationis intelligitur fieri ad normam commutatiuæ Iuſtitiæ, vt latè oſtendit *Soto de Iuſt. & Iu. lib. 3. quæſt. 3. art. 2. in 2. con-*
30 *cluſ.* Quapropter ni † Beneficiarius abſoluat penſum ſuum recitationis horarum diuinarum citrà legitimam excuſationem, nihil eſt, quin vltra peccatum mortale teneatur ad reſtitutionem fructuū pro rata omiſsionis,vt ex decreto Lateranen. Concilij, & Conſtitut. Pij V. tradit *Nauarr. in manual. cap. 25. nu. 122. Graff. aur. deciſ. par. 1. lib. 2. cap. 50. num. 13.* Quod aliqui extendunt ad recitantem quidem ore, ſed vagantem corde,ideſt ſine aliqua attentione actuali, aut virtuali, *Sayr. in*
31 *theſ. lib. 2. cap. 4. num. 23. & 24.* † Neque officium vnius diei poteſt ſuppleri alio die propter deſtinationem ſingularis operæ ſingulis diebus adſcriptæ, *vt ex doctr. Bart. in l. ſi vſusfructus, nu. 4. ad fin. de vſufr. leg. docuit Anchar. in cap. 1. num. 19. de celebr. Miſſ. & in cap. 1. num. 3. de cler. non reſid. Nauarr. in d. tract. de hor. canon cap. 10. num. 53.*
32 quamuis ſecùs in celebratione miſſæ,† vt poſt eundem *Nauarr. & Palud. cenſuit Rota apud Mantic. deciſ. 262. ex num. 1. vſque ad 6.*

Hæcque de cauſa finali erectionis beneficij communi,propria autē ipſius actus collationis, Quan-
33 tū † enim ad propriam ipſius actus erectionis, ipſa eſt perfectio operationis, videlicèt vt beneficium ſit conferibile, aliàs enim æquiuoce diceretur, nèc verè eſſet beneficium,vt aduertit *D. Germon. de Indult. Card. v. Regularia, num. 62.*
34 Vt meritò ſit cauendum à *Marſ. cit.* † *var. reſol. lib. 2. cap. 3. num. 11.* qui ſcripſit,poſſe eſſe beneficium Eccleſiaſticum, quamuis non ſit conferibile,idque fuiſſe reſolutum *in vna Peruſina S. Mariæ de Nìue, 30. Aprilis 1599. coram Card. Pamphilio.* Nàm iſtud prorſus eſt erroneum, cùm excluſa collatione non dicatur propriè beneficium, ſed adminiſtratio, quæ longè diſtat à beneficio, *Abb. in conſ. 47. nu. 1. lib. 2. Sarnen. ad reg. de annu. quæſt. 20. Rota deciſ. 159. ſub num. 3. verſ. excluſa autem, par. 2. in recent.* & contrarium directo fuit reſponſum *in d. Peruſina S. Mariæ de Nìue* (quæ forte ad eum deuenit minus correctè ſcripta) videlicet, cam Eccleſiam eſſe quidem, ac verè, proprieque Eccleſiam, ſed non beneficium Eccleſiaſticum, cum ex lege fundatoris non poſſet conferri in Titulum, nec benè inferri de Eccleſia
35 ad beneficium, † cùm iſta ad inuicem ſe compatiantur, quod ſit Eccleſia, & non ſit beneficium, *vt per eum tex. docuit Barbat. in clem. cauſam, §. forſan. nu. 24. de elect.* & aduertit *D. Germon. vbi ſupra num. 60. quæ deciſio fuit confirmata 1. Iunij 1609. coram Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Lugdunen. vt legitur in recent. deciſ. 254. par. 2.*

Cæterum actus hic collationis, prout eſt actus diuerſus,qui in ipſum Beneficiarium exercetur,exigit capacitatem,tàm in agente, quàm in patiente,
36 vt videlicet conferens † ſit perſona Eccleſiaſtica liberam conſequuta adminiſtrationem, ſecundum multiplicem declarationem, quam facit *Sylua de beneſ. par. 2. quæſt. 15. per tot.* † Sunt enim laici ta-
37 lis iuris conferendi Eccleſiaſtica beneficia incapaces, *can. ſi quis deinceps can. per laicos, & can. lai-*
38 *cis 16. quæſt. 7.* præterquam † ſi ſimpliciter velint deputare Clericum,ſeu Sacerdotem,qui Altari ſeruiat, ex qua deputatione nullum ſpiritualitatis ius reſultat,nèc talis dicitur nanciſci titulum, aut beneficium Eccleſiaſticum, *Bald. conſ. 38. ſub num. 1. lib. 4.*
39 Et quamuis Reges † aliquandò talia beneficia cōferant, *can. Hadrianus il 2. 63. diſt. cap. dilectus, il 3.*

il 3. de præb. cap. cum inter de consuetud. tamen
ad hoc requiritur priuilegium d. c. si quis dein-
ceps, nec suffragatur vlla consuetudo, aut præscri-
ptio, Seraph. decis. 1382. per tot. Surd. qui alios al-
legat cons. 301. num. 19. etiamsi esset immemora-
bilis cum perpetua tolerantia Papæ, cùm enim
versemur in his, quæ non sunt quæsibilia sine Prin-
cipis concessione, tolerantia de nihilo inseruit, hæc
40 enim non † est tolerantia, sed simplex conniuen-
tia, seu patientia, quæ nusquam inducit dispensa-
tionem in his, quæ sunt contra iuris dispositionem,
vt est text. in cap. cum iam dudũ, vbi glo. in verb.
per patientiam extra de præb. ea si quidem conni-
uentia incidit ad euitanda dumtaxat scandala, quæ
possent committi in auferendo huiusmodi abusus,
vt tradunt scribentes omnes in cap. 2. de prabend.
in 6. Quippè crimen publicum dissimulare duplici-
ter contingit; vno modo ipsum actum criminosum
non prohibendo, cum prohiberi possit, & hoc Ec-
clesia Romana non sustinet, nec dissimulat, immò
prohibet in canonibus supra citatis, Altero tran-
sgressorem talis prohibitionis non puniendo, &
hoc modo Ecclesia dissimulat aliqua propter diffi-
cultatem correctionis; vt benè aduertit Turre-
crem. in can. singula, num. 8. distinctio. 89. multa
enim tolerantur, quæ si in iudicium deducerentur,
exigente Iustitia, non tolerarentur, vt dicit tex. in
supraalleg. cap. cum iam dudum de præben. Na-
uarr. de reddit. Eccles. q. 1. monit. 54. nu. 2. San-
chez. de matrim. lib. 2. disput. 38. num. 12.
41 Et propterea quod † hoc casu nulla prætẽdi pos-
sit iusta excusatio ex tolerantia Summi Pontificis,
in hac ipsa re censuerunt in præalleg. cap. 2. de præ-
ben. in 6. Ioan. Andr. ex num. 5. vsque ad finem,
Anchar. sub num. 1. vers. quinto quærit, Gemin.
sub num. 12. vers. nec obstat, si dicatur Io. Monach.
num. 5. & ibi Prob. latissimè itidem ex num. 5.
vsque ad nu. 11. & omnium fusius docet post Ge-
min. Præpos. in can. Imperium, vers. sed an præ-
scriptione cum seq. distinct. 10. vbi grauiter inuehit,
tàm in conferentes, quàm in collatarios, Card. Za-
bar. cons. 57. sub num. 2. vers. & si dicatur, & n. 3.
plures alios refert, & sequitur Silua de benef. par. 2.
quæst. 23. sub num. 16. vers. & in isto casu non
habet locum. Quinimò Principes laici, quale-
scunque sint, non possunt se ingerere in his, præser-
tim respectu Cathedralium sub prætextu cuiuscun-
que patronatus, nisi de illo legitimè constet, &
tunc cùm modificationibus, de quibus latè per
Siluam d. quæst 23. ex num. 19.
42 Credo tamen † super vero patronatu ex dota-
tione, & fundatione radicatum esse ius illud Rega-
liæ, quo Christianissimi Franciæ Reges in multis
Ecclesijs conferunt beneficia, dùm vacat Sedes
Episcopalis, quod latè promouet Anne. rerum
iudicat. lib. 3. in princip. non virtute solius pa-
43 tronatus, † cum inde nequeat oriri ius conferen-
di, vel eligendi, Io. Monach. in d. cap. 2. sub nu. 4.
vers. laici tamen, & num. 5. quem ibi omnes se-
quuntur de præbend. sed virtute concurrentis con-
44 sensus Apostolici, † ideò quod non solum cùm
ipsæ Cathedrales, verùm etiam fere omnia bene-
ficia illius Regni ex liberalitate, & munificentia
Regali fuerint fundata, & dotata, vt in eo cap. 2.
aduertit Butr. num. 14. & proindè ex iure Rega-
liorum huiusmodi nihil proponitur, quod præmis-
45 sis aduersetur, nàm illud † ex toto pendet à pri-
uilegio Sedis Apostolicæ, prout etiàm benè, &
latè demonstrat Sylua d. quæst. 23. sub num. 1.
vers. quinto facit, & sub num. 3. vers. quartum
priuilegium, & num. 16. Quandoquidem vbicun-
46 que † exstat tale priuilegium, laicus non dicitur ip-
se conferre, sed confert Papa mediante ministerio
laici, atquè ita collatio non reputatur Regia, aut
alterius Principis, sed merè Apostolica, l. etsi Præ-
tor. de off. eius cui mand. est Iurisd. l. solet, ff. de
Iurisd. om. Iud. Rota de præbend. decis. 15. in
antiquior. Bisignett.
Sic etiam priuilegium, quod habet Imperator à
Papa, vt in qualibet Ecclesia Alemaniæ faciat vnũ
47 recipi, † (quod priuilegium primarias preces vul-
gò nuncupamus) ei non dat potestatem conferen-
di, sed recipi faciendi, Neque Recepto oritur ti-
tulus ex facto Imperatoris, sed ex facto Capituli,
aut Prælati Ecclesiastici recipientis mandato Papę,
vt declarat Io. Andr. ad specul. tit. de præbend. n. 7.
in verb. fuit, & sequitur Præpos. in præcit. cap. Im-
48 perium ad finem vers. Imperator tamen; † Vn-
de etiam reputatur fauorabile, Ac proinde licet
huiusmodi priuilegium habeat hanc moderatio-
nem, quod per has primarias preces Imperiales,
vnus collator non possit grauari nisi semel, nec etiã
vna Ecclesia grauetur vltra semel, vt inquit Præ-
pos. vbi supra, & ponit etiam Gratian. discept. fo-
rens. cap. 478. num. 15. neque porrigat effectum
suum in Italiam, Crescent. decis. 3. de præbend.
49 Nihilominùs possunt † preces huiusmodi eidem
personæ pluriès concedi respectu diuersorum be-
neficiorum, & diuersarum Ecclesiarum adhùc non
grauatarum, vt recedendo à decisis sub die 19.
Decembris 1583. coram Decano de Rubeis, re dili-
gentiùs examinata, responsum fuit in vna Meten.
Canonicatus apud Seraph. decis. 728. per tot. cuius
etiàm meminit Gratian. vbi supra ex nu. 21. vbi
ex num. 1. tractat articulum, an ante præsentatio-
nem, & insinuationem primariarum precum, sint
50 ligatæ manus Collatoris, & de his † primariis pre-
cibus nuper tractatum edidit Ioann. a Chock. im-
pressum post eius Glossemata ad Glossat. antiq. sup.
Reg. Cancell.
Pariter in patiente, siue collatario, exigitur, vt sit
51 clericus, prout superius exposuimus, † atque ideò
dato statu, secundũ quem ius percipiendi redditus
aliquos, vel administrandi locum pium sit penes ai-
cum, & multo magis si penes fœminam, inde dede-
cetur signum euidens, & ineuitabile, quod non sit
beneficium Ecclesiasticum, Dec. cons. 148. sub n. 1.
vers. & præsertim hoc casu, Sarnen. in reg. de
anna. quæst. 20. Rota decis. 265. num. 1. par. 2. di-
uers. & firmauit etiã in vna Monopolitana Hebdo-
madæ, 1. Iuly 1613. coram Reuerendiss. D. Man-
zanedo Patriarcha Hierosolymitano meritissimo.
52 Idemque dici potest de Præceptorijs † milita-
ribus, nàm quamuis Baldus. in clem. causam. ex
num. 27. de elect. & in cap. In nostra, num. 80 de
rescript. tenuerit, esse beneficia Ecclesiastica, atquè
ità

ità se consuluisse, quem simpliciter visus est sequi *Rebuff. de nominat. quæst. 15. num. 17.* cum alijs addnctis per *Garz. de benef. par. 1. cap. 2. nu. 1.*

Nihilominùs cùm non conferantur Clericis, sed militibus, atquè ità deficiat causa finalis, nec dentur in titulum beneficij, atquè ita propter officium illud legationis, sed in simplicem administrationem propter operas militares, & quasi in stipendium, atquè ita deficiat quoque causa materialis, propterea non possunt dici beneficia Ecclesiastica, iuxta prædicta, & ità quoque concludit *Mandos. ad reg. 16. quæst. 51. n. 3. & 4.*

Neque toleranda est confusio, quam faciunt prędicti de personis Ecclesiasticis, & de clericis, nàm est arguere de genere ad speciem affirmatiuè, quà-
53 uis † enim omnis Clericus sit persona Ecclesiastica, non tamen omnis persona Ecclesiastica est clericus, cùm sint duo genera Ecclesiasticorum, videlicet Clericorum, & Religiosorum, vt opportuniori loco declarabitur, & distinguuntur à Clericis etiam eiusdem Religionis, adeo quod alij sint Milites, & alij Clerici Religiosi eiusdem Ordinis, *glo. in cap. vlt. in verb. persoluatur, de verb. signif.*

54 Negari tamen nequit, hæc quoque venire † sub lata beneficij significatione, & in his quoque contrahi simoniam, non quia sint beneficia Ecclesiastica, sed quia Deo oblata dona ad certum institutum, *can. Salutator. 1. quæst. 3.* per quem tex.
55 ita resoluit *Flam. Parif. de confid. quæst. 14.* † sunt enim ex Præceptoriæ dispensationes quædam bonorum ad hospitalitatem, *Card. Parif. cons. 125. num. 17. lib. 4.*

Et hæc sanè procedunt, quando constat de statu
56 his circumstantijs manifestè aduersante; † Ceterùm si de eo non appareat, & ex alijs causis ostendatur, beneficium esse Ecclesiasticum, & collatiuū, sufficiet potentia causæ huius, licet ea non constet actu, *Cas. de Grass. praalleg. decis. 124. num. 9. &*
57 *per tot. & decis. 127 num. 4.* nisi fortè † ageretur de probāda qualitate beneficij nouiter erecti, quia tunc tenor erectionis exhibendus esset, iuxta vulgata, & ità distinxit *Rota in vna Hipporregien. Cappellania 3. Iunij 1613. coram R. P. D. Pirouano.*

SVMMARIVM.

1 Materia dicitur, sine qua non potest esse aliqua species.
2 Materia deficiente, deficit, & materiatum.
3 Forma est ratio compositi.
4 Forma, alia naturalis, alia artificialis.
5 Forma alia legis, alia rei, & quæ.
6 Forma dat esse rei.
7 Forma nobilior est materia.
8 Materialia Beneficy.
9 Forma Ecclesiastici Beneficij, quæ.
10 Beneficium datur ob solum Diuinum Officium.
11 Beneficium aliquando permittitur interdicto officio, sed indè non soluitur annexio officy.
12 Beneficij existentia iustificanda per Impetrantem, vbicunque in dubium reuocatur.
13 Beneficij existentia, quomodo probetur.
14 Beneficia manualia, an sint verè beneficia Ecclesiastica collatiua, & resoluitur pro affirmatiua.
15 Manualia beneficia habent annexum onus Diuini officy.
16 Manualia beneficia sunt vacabilia, & resignabilia.
17 Manualitas non est contrà substantiam beneficij.
18 Beneficia ità conferenda, vt perpetuò remanere debeant penès prouisum.
19 Remotio a beneficio temeraria est contra naturam beneficy.
20 Perpetuitas quomodo consideretur in beneficio.
21 Beneficium amouibile ad nutum laici, & sine vlla legitima causa, æquiuocè dicitur beneficium.
22 Manualia non cadunt sub reseruationibus, neque sub regulis de Annali, vel de Triennali.
23 Manualia cur non cadant sub reseruationibus.
24 Manualia etiam per obitum dicuntur vacare.
25 Manualia cur non cadant sub regulis de Annali, & de Triennali.

QVÆSTIO VII.

Quæ nam sit causa materialis; quæque formalis beneficy Ecclesiastici.



1 QVEMADMODVM duæ causæ fiēdi, de quibus iàm actum est, inter se reciprocant, ità ex duæ essendi, ex quo sine materia, & forma quicquam constare nequeat; Cùm † autem materiam dicimus, eam propriè intelligimus, sine qua nulla potest esse species, *l. Adeo, §. Cum quis*
2 *ex aliena de acquir. rer. dom.* & qua deficiente † deficit etiam materiatum, *Bald. in auth. offeratur sub num. 6. vers. præterea ista, C. de lit. contest.*
3 Cùm verò dicimus formam, intelligimus † rationem ipsius compositi, iuxtà *Philosoph. Physicor. 2.*
4 *cap. 3.* † quæ quatenùs conuertitur cum ipsius rei essentia, dicitur forma naturalis, quatenùs verò in his perficitur, quæ ordine constant, dicitur forma artificialis, vt benè docet *Bald. in cap. Quia pro-*
5 *pter, num. 13. de elect.* Hincq; nostri dixere † formam legis esse quandam ordinatam dispositionem certos fines habentem, formam autem rei fore quendam gradum, siuè perfectionem à natura, vel arte, ante cuius introductionem præiacens materia quid prorsus rude dicitur, vt censet *Tiraq. de retract. lignag. § 39. glos. 2. sub num. 26. vers. est au-*
6 *tem forma.* Vndè & quia ipsa hæc forma † dat esse rei, *l. Iulianus, §. si quis ff. ad exhibend.* præ-
7 stantior † & nobilior reputatur forma, quàm materia, vt arguit *Menoch. cons. 124. num. 102.*
8 Itaque materia, † seu causa materialis Ecclesiastici beneficij partim est temporalis, & profana, partim vero est spiritualis: profana enim sunt prædia, & redditus, quæ pro dote applicantur, fundus, ipsiusq; Ecclesię, vel altaris rude ædificium, & similia; Est autem omnino spirituale officium

Officium Diuinum, quod beneficio annectitur;
Ecclesiæ, vel Altaris consecratio, ipsaq; erectio ti-
tuli; Hæc igitur sunt materialia ipsius beneficij, de
quibus singulis suis locis inferiùs dicetur.
9 Causa formalis Ecclesiastici beneficij † est redu-
ctio profanæ materiæ ad ius spirituale, vt benè per
*Aegid. in cap. super hoc sub num. 20. vers. modo li-
cet per fundatorem, de renunciat.* mediante scili-
cet annexione officij illius spiritualis, de quo su-
pra, cui perpetuò, & inseparabiliter deseruiat, cùm
10 propter † illud, & nonpropter aliud beneficium
detur, *cap. vlt. de rescript. in Sexto, c. si quis Sa-
cerdotum 81. distinct. cap. Cum secundum, de præ-
bend. Anchar. in cap. Beneficium num. 4. de reg.
iur. in Sexto, Felyn. in cap. in nostra sub num. 9.
vers. de tertio de rescrip. Abb. cons. 47. sub num. 1.
vers. tertium consideratur, par. 2.* cum alijs, per
Gonzal. ad reg. de mensib. glos. 5. in princip. nu. 8.
11 Nam licet quàdoque † alicui interdicto officio,
eidem permittatur beneficium, vt notat *glos. in
d. cap. si quis Sacerdotum*, tamen hinc non solui-
tur illa connexio, sed ex magna causa dispensatur,
vt in c. studeat. vbi *glos. in verb. vt tale beneficium
50. distinct.*
12 Et hinc est, quod † cum impetrans beneficium,
si id in dubium reuocetur, teneatur probare illius
existentiam, & sic esse collatiuum, *Seraphin. de-
cis. 1095. num. 2. Rota in recent. par. 1. decis. 489.*
13 *num. 2.* non † sufficiat sibi iustificare, aliquando de
eo fuisse prouisum alicui personæ Ecclesiasticæ, nisi
concurrant alia præmissa, *vt in Maioricen. Eremi-
torij 22. Aprilis 1602. coram bo. mem. Cardinali
Sacrato*, vel aliter constet de vltimo statu, quia
fuerit prouisum, tanquàm vacans per obitum in
titulum perpetuum, & prouisio habuerit effectum,
Rota ead par. 1. decis. 489. num. 2.
Ex hac autèm formalitate, statim consequitur
14 resolutio illius articuli, An beneficia † manualia
sint verè beneficia Ecclesiastica collatiua, nàm
cùm perpetuitas respiciat non connexionem ali-
quam inter Beneficiatum & beneficium, quod per-
peram aliqui considerarunt, scilicèt *Staphil. in 9.
form. expectatiu. num. 29. Gambar. de offic. legat.
lib. 4. num. 10.* & *Gonzal. ad reg. de mensib. glo. 5.
§. 6. num 21.* sed connexionem oneris, & illius (vt
ita dixerim) recompensatiui emolumenti, manua-
litas non tangit causam hanc formalem Institutio-
nis beneficij, neque alias causas substantificas, de
15 quibus supra; Vnde est, vt † Manualia, non secùs
ac perpetua obligent pro tempore obtinentes ad
officium illud persoluendum, vt concludit *Azor.
instit. moral. par. 1. lib 10. cap. 4. in 2. quæst.* & (vt
ipse ait) idem prorsus iuris, & oneris pro tempore
obtinentes habeant, quod cætera beneficia, exce-
pta qualitate illa, quod reuocabilia sunt ad nutum
16 & voluntatem conferentis, vnde † & vacare dicun-
tur, & possunt resignari, vt post *glos. Rotam*, &
alios, quos allegat, tradit *Gonzal. vbi suprà nu. 14.*
Neque obstat id, quod plurimum præmissorum
17 intellectum turbauit, quod Manualitas † sit con-
tra substantiam beneficij. quia hoc negatur, & ca-
nones ponderati pro assumpto isto benè possunt
18 retorqueri, fatemur enim † beneficia ità conferri
vt perpetuò esse debeant penes Prouisum, vt est
expressum *in can. Inuentum, qui in ordine est 36.
16 quæst. 7. & in can. Satis peruersum 56. distin.*
19 sed etiàm fateri † oportet, ex dispositione eorun-
dem canonum adhuc prouisum remoueri posse
ex causa legitima, dummodo remotio fiat auctori-
tate Ecclesiastici Iudicis, & non alicuius laici, ergò
non est contra naturam beneficij ipsa simplex re-
motio, & manualitas, sed remotio temeraria, &
quæ procedit à laicis, & eorum puro arbitrio, ac
voluntate, vt dicunt dicti Canones.
Nèc quod beneficium sit manuale, atque reuo-
cabile ad nutum, efficit, quo minùs dicatur colla-
20 tum in perpetuum †, perpetuitas enim hæc con-
sideratur in potentia tantùm, ità vt non prouidea-
tur ad tempus certum, & præfinitum, vt benè de-
clarat *Federic. de Sen. cons. 35. sub num. 1. versic.
præterea ista sunt paria, Vitalin. in clem. vn. §. in
quibus num. 3. de supplen. neglig. Prælat. Sylua de
benef. par. 3. quæst. 68. n. 2. & 3. vers. Et ita præmis-
sa iura*, & optimè deducit *Azor. moral. instit. lib. 3.
cap. 26. in 12. quæst. par. 2.* & secundum hos ter-
minos loquitur *Nauar.* super quo se fundat *Gon-
zal. in cons. 5. num. 1. & cons. 7. de præbend.* dùm
21 respondit † Cappellaniam ex dispositione Testa-
toris conferibilem, & amouibilem ad nutum Pa-
troni laici, etiam sine vlla legitima causa, non esse
beneficium Ecclesiasticum, æquiuocè enim bene-
ficium dicitur.
22 Nequè mouent † argumenta deducta à reserua-
tionibus generalibus, quæ non comprehendunt
manualia ista, sicut nequè in manualibus locum
habent Regulæ de annali, & triennali, vt latè per
eundem *Gonzal.* qui alios refert *vbi supra nu. 9.
15. & 16.*
Hæc enim habent particularem rationem di-
stinctam, & penitùs separatam à substantia benefi-
cij Ecclesiastici; etenim quoad reseruationes ge-
23 nerales, † ratio vt eæ nõ capiat manualia, est, quia
illæ fiunt ad effectum, vt ipse Papa prouideat effi-
cacitèr, adeò vt gratia eius nõ frustretur, sed duret.
Vndè ex præsumpta mente Papæ, qui vult beneficiũ
à se profectũ, mansurũ, *cap. decet de reg. Iur. in 6.*
tales reseruationes nõ videntur extendi ad manua-
lia, ne quando is ad quem pertinet ius reuocandi,
reuocet, & sic reddat prouisionem Apostolicam
inutilem, cùm Papa non intendat mutare naturam
beneficij, prout rationem hanc optimè tandem
agnouit *Calder. consil. 26. vers præterea, de præ-
ben.* quem retulit etiam idem *Gonzal. vbi supra
num. 9. & 10.*
Atque ità fit hæc interpretatio exclusiua manua-
liũ à reseruationibus, pro euitando hoc absurdo-
quod prouisus à Papa possit ab inferiori remoueri,
*Calder. dict. cons. 26. Felyn. in cap. per tuas nu. 4.
circa fin. vers. & adde de maior. & obedien. Aene.
de Falcon. in tract. de reseruat. in 3. reg. princip.
nu. 25. Aebill. decis. 9. de præbend. Mandos. super
regul. 3. quæst. 11. num. 3. & quæst. 12. per tot.* Vn-
24 de non minus † quàm alia dicũtur vacare per obi-
tum, *glos. in clem. vn. §. præmiũ in verb. Reuocari*,
vbi etiam *Card. n. 8. & Vital. num. 9. de supplen.
neglig. Prælat.* & fuit ponderatum *in vna Celso-*

nen. Praeceptoria 12. Iunij 1606. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino, quæ est in eius libro impressa *decis. 296. num. 8. & in una Pampilonen. Abbatia 14. Aprilis 1617. coram eodem*.

25 Quo verò ad Regulas † de annali, & triênali subest alia itidem ratio particularis nihil commune habens circa substantiã beneficij Ecclesiastici, videlicet quia superiori, ad quem spectat reuocatio, nullum currit tempus, ex quo illa in eius arbitrio, & facultate posita est, vt benè declarat *Mandos. ad regul. de annali quæst. 3. 4. & 5.* & ex hispercipi iam poterit, quo tendant scripta per *Garz. de benef. par. 1. cap. 2. §. 1. per tot.*

At hæc obiter de manualibus, prout ingesta est, ex formalitate beneficij; inferius enim exactiùs de ipsa, eiusq; natura, ac substantia dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Assessores Summo Sacerdoti dati alij Sacerdotes Leuitici generis ex instituto legis Mosaycæ.*
2 *Iudicij soliditas comparatur ex consilio adhibito.*
3 *Consilium adhibitum Iudicantis illius Maiestatem auget.*
4 *Christo assidebant Apostoli.*
5 *Scriptura vnius pars per alteram declaratur.*
6 *Apostoli fuerunt à consilio Petro tanquàm eorum Principi.*
7 *Pauli erga Petrum increpatio quorsum.*
8 *Episcopi Vrbi proximi fuerunt à Consilijs Petro post translationem Sedis.*
9 *Status præsens, quando concludat ad statum de præterito.*
10 *Verisimilia quæ dicantur.*
11 *Episcopi loco Apostolorum.*
12 *Cardinales loco Apostolorum in singulari munere Consilij Papæ exhibendi.*
13 *Cardinalium institutionem fuisse ab initio nascentis Ecclesiæ.*
14 *Presbyteri & Diaconi, quando fuerint recepti in Consilium Summi Pontificis, sub vno eodemque Cardinalium nomine.*
15 *Euaristus anno 112. instituit septem præcipuos Diaconos, qui Pontifici assisterent Sacra facienti.*
16 *Diaconis septem per Euaristum creatis pauperum cura demandata anno 239. pro numero Regionum, dictique inde Deaconi Regionarij.*
17 *Diaconia quæ.*
18 *Parrochia Vrbis per Dionysiũ distincta anno 270.*
19 *Parrochiarum distinctio extra Vrbem serius, nequè vbique facta.*
20 *Presbyteri, & Diaconi Regionarij non fuerunt à Consilijs Pontifici, & in vniuersalibus Concilijs, cum interuenirent, non considebant, sed stabant à tergo Episcoporum.*
21 *Diaconi, & Presbyteri Romani, quando cœperint nuncupari Cardinales.*
22 *Cardinalis vox vnde deducta in titulũ Dignitatis.*
23 *Cardinales Diaconi, & Presbyteri, quando admissi in Concilio cum Episcopis, & omnibus idem nomen communicatum.*
24 *Nominis Officij, & communicatio facultatum argumentum est consortij.*
25 *Cardinalis vox substantiuè prolata significat per Antonomasiam Sãctæ Rom. Eccles. Card.*
26 *Antonomasia vis in eo consistit, vt appellatiuum transmutet in proprium,*
27 *Cardinalis vox, ad alios relata, quàm Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ stat semper adiectiuè pro termino differents.*
28 *Cardinales nuncupati, qui Canonici sunt, ità dicti ad exemplum Regis sebaceorum, dicunturq: Cardinales sine pileo rubro, & succo.*
29 *Cardinalis officium, vt nunc est, seiunctum à nomine semper fuisse in Ecclesia.*
30 *Verba debent deseruire naturæ rei, & nõ è cõuerso.*
31 *Cardinalis denominatio in Ecclesia recepta ante annum 329.*
32 *Cardinalatum esse titulum beneficialem, cum summa Dignitate, Patriciatus inseparabiliter.*
33 *Cardinalitia Dignitate nulla maior in Ecclesia post Pontificatum Maximum.*
34 *Cardinalatus est Beneficium quocunque alio maius, & in quo consistat hæc Maioria.*
35 *Prælatio, siuè Maioria non æstimatur aliunde, quàm à gradu, & Administratione.*
36 *Cardinalis tanquàm Cardinalis nũquàm efficitur sponsus alicuius Ecclesiæ.*
37 *Cardinalis dicitur filius specialis Eccles. Catholicæ*
38 *Cardinales qua ratione cum ipso Summo Pontifice dicantur constituere vnum corpus mysticum.*
39 *Cardinales quod nam iuramentum præstẽt Papæ.*
40 *Cardinales inter, & Papam non simplex vnitas, verum etiam quædam identitas consistit.*
41 *Cardinalibus singulis nocet, quod nocet Sedi Apostolicæ, & è conuerso.*
42 *Cardinales veri Senatores, & Consiliarij Summi Pontificis, habentquè Senatoria insignia.*
43 *Senatum habet Ecclesia, id est Collegiũ Cardinaliũ*
44 *Senator est pars corporis Principis, & qui eum offendit, Principem offendit, ac efficitur Reus læsæ Maiestatis.*
45 *Cardinalẽ offendẽs nõ gaudet immunit. Ecclesiast.*
46 *Textus in cap. Fœlicis de pœn. qua ratione fundetur, & quatenus extendatur.*
47 *Senatorum crimina sine iussu Principis nedùm vlcisci, sed nec audire licet.*
48 *Cardinalium causæ per ipsum Summum Pontificem, priuatiuè quoad alios terminandæ sunt.*
49 *Cardinales dicuntur inuiscerati Papæ, nec ideò licet eis à Curia recedere sine eius licentia.*
50 *Cardinales in suis titulis habẽt iurisdict. Episcop.*
51 *Cardinales in suis titulis non conferunt præbẽdas.*
52 *Papa potestas in spiritualibus diffunditur quà latè patet Orbis terrarum etiam in terris Hæreticorum, & Schismaticorum.*
53 *Cardinalatum potestas administrandi vti cohæreat potestati Papæ.*
54 *Connexa dicuntur, quæ ad inuicem se coadiuuant gratia eiusdem finis.*
55 *Consiliarij Principis præferuntur etiam Senatoribus.*
56 *Cardinalis denominatio, quam apposite deducta.*
57 *Cardinalitia dignitas dicitur cum Sede Apostolica regere vniuersas Ecclesias.*
58 *Cardinalis prælatio ad Patriarchas, canonizata per*

per sententiam Eugenij Quarti cum nota contraria prætensionis.

59 *Dignus est, quem talem decernit Princeps.*

60 *Patriciatus dignitas, quibusuis alys de iure prælata*

61 *Cardinalatus Officium vnde aliqui malè existimauerint, esse simplex, & sine Dignitate.*

62 *Dignitas potest esse sine Iurisdictione ex Principis decreto.*

63 *Cardinalitia Dignitas, & eminentia vindicata contra Gomesium, Marsilium Columnam, & alios quosdam.*

64 *Cardinalatum an aliquando renuntrint nonnulli Episcopi, & cur id contigerit.*

65 *Episcopales Tituli an vacent per promotionem ad Cardinalatum.*

66 *Personis ex diuersis, diuersis Ecclesijs consulendū.*

67 *Philippus Nerius in Sanctorum Cathalogum relatus, Cardinalatum refutauit.*

68 *Cardinales Episcopi in subscribendo se literis Apostolicis, simpliciter se Episcopos antiquitus scribebant.*

69 *Marsily Columnæ Argumenta contra antiquam prælationem Cardinaliū adducta, & cōfutata.*

70 *Cardinalium qua de institutione sub Marcello scripserunt Archidiaconus, & Barbatia, reiecta.*

71 *Textus in c. per venerabilem §. rationibus, qui filij sint legitimi, malè expēsus per Barbatiā, qui vult eum intelligi de Episcopis, & non de Cardinalib.*

72 *Fratrum nomine, tantum Episcopali ordine fulgentes, honorat Papa, alios verò vocat filios.*

73 *Textus in dict. cap. per venerabilem §. rationibus, qui fil. sint legit. explicatur.*

74 *Papa cum in literis suis nominat Cardinalem non Episcopum, vocat illum filium, sed quando nominat Cardinales tanquam vniuersos, nuncupat fratres.*

75 *Cardinalium Collegio, Reges loco cedunt.*

76 *Textus in cap. cū Apostolus de censibus explicatus.*

77 *Cardinalis a solo Papa, non etiam a solo Collegio potest creari.*

78 *Cardinalis, intrà limites sui tituli, habet Iurisdictionem quasi Episcopalem.*

79 *Titulorum Cardinalium numerus diuersis temporibus mutatus.*

80 *Dotes eorundem titulorum, & leges*

81 *Episcopatus non est culmen Dignitatum in comparatione ad Cardinalatum.*

82 *Episcopi persona nō venit sub generali dispositione.*

83 *Cardinalis persona non censetur comprehensa sub generali dispositione.*

84 *Cardinales, non censentur comprehensi sub Regulis Cancellariæ in futurum edendis.*

85 *Cardinales, comprehenduntur sub dispositione concepta per verba vniuersalia, modò illius ratio eis proportionata sit.*

86 *Quod procedit etiā si materia possit videri odiosa.*

87 *Reiecta contraria sententia.*

88 *Regula penultima Cancellariæ explicata.*

89 *Cardinales comprehenduntur etiam in gratijs particularibus vniuersaliter conc ptis.*

90 *Cardinales nusquam comprehēduntur sub aliqua dispositione generali, si tractetur de auferendo iure quæsito intuitu Cardinalitiæ Dignitatis.*

91 *Etiā quod agatur de cōcessione facta alteri Card.*

92 *Sicuti nec comprehēduntur, si ratio minus adaptabilis Cardinali sit.*

93 *Ioanni de Lignario quid contigerit, quo minùs fuerit promotus ad Cardinalatum et destinatum per Vrbanum Quintum.*

QVÆSTIO VIII.

An Cardinalatus sit Beneficium Ecclesiasticum, & primum post Pontificatum Maximum.



1 VMMO † Sacerdoti ambigua dirimenti assidebāt ex instituto legis Mosaycę, ali, Sacerdotes Leuitici generis, *vt legitur in cap. 17. Deuteronom.* Quod nemo inficias eat pertinuisse
2 cùm † ad soliditatem iudicij, *l. dubium non est C. de repud.* tùm ad maiestatem iudicantis, *l. huma-*
3 *num C. de legib.* Summus †Sacerdos, & Rex no-
4 ster CHRISTVS, institutum istud † in lege Euangelica ex persona sua seruari voluit, curauit enim id officiu n sibi præstari ab Apostolis, non quod eorum egeret consilio; sed vt figuram Maiestatis conseruaret, ac transmitteret in Vicarium suum; Vnde in postrema, quam cum ipsis cœnam habuit, huius impensi operis, se & memorem, & liberalissimum retributorem professus est apud *Lucam cap. 22.* cum ait, *Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater Regnum,* illud enim, *tentationibus,* referendum videtur ad munus istud, sic enim explicatur ex Euangelio *Ioannis cap. 7.* cùm Dominus visa e maxima multitudine in deserto, interrogaret Philippum. *Vnde ememus panes vt manducent hi? hoc autem dicebat* (ait Euangelista) *tentans eum.*
5 Nihil enim certius est, vocem æquiuocam † in parte scripturæ positam, explicari per aliam eiusdem scripturæ partem, in qua eadem vox sit repetita, *l. vnum 26. in pr. ne. ff. de petit hered. cū alijs similibus adductis per Surd. cōs. 383. n. 10.*
CHRISTO ad cœlos euocato, non est du-
6 bitandum, eosdem † Apostolos Petro eorum Principi, à consilijs fuisse, quatenus eis licuit esse apud eius personam, antequàm scilicèt distribuerentur ad prædicandum per vniuersum, vt benè considerat *Prepos. in can. Quamquam num. 9. 2. quæst. 7.* demonstraturquè ex electione Matthiæ in locum Iudæ, quæ legitur facta proponente, & disquirente Petro *in actibus Apostol. cap. 1.* hucq; referri potest illa resistentia Pauli, quam ipse commemorat *ad Galat. cap. 2.* vt perperam inde videantur arguere Nouatores contra primatum Petri; nihil
7 enim est, quin illa † increpatio fieri potuerit per modum consilij, scilicet Petro Consilii per Paulum per modum increpationis, quòd fuisse vitium coruersationis, non autem prædicati nis testatur *Tertullianus,* & post eum demōstrat *Suarez in defensio. fid. Cathol. lib. 3. cap. 11. num 10* nec amarè accipienda est in Paulo, ob singularē illius charita-

tem, & accensum zelum, vt sensit *gloss. in can. Paulus, qui in ordine est 33.2. quaest. 7.*

Translata mox Sede de Antiochia ad Vrbem, & constitutis prius Episcopis per Ciuitates, & dioeceses, vt videbimus in sequentibus, verisimilli-
8 mũ est, Petrum † & post eum illius successores habuisse à Cõsilijs Episcopos, et si omnes enim successerunt in locum Apostolorum, *ean in nouo 21. dist.* nõ tamen omnes ad exercendum, præstandumquè munus istud assumi potuerunt, sed duntaxat Vrbi propinquiores cum alios à sibi commissis Prouincijs euocare, nec deceret, nec factu facile esset. licetque positiuè id non probetur, videtur tamen satis probabile, quia Romani Pontifices postmodum in eo ministerio habuerunt Episcopos Ciuitatum Vrbis circumstantium, habentq; etiam, nunc Ostiensem videlicet, Sabinẽsem, Portuensem Tusculanum, Prænestinum, & Albanum, prout etiam inferiùs dicemus.

9 Quamuis enim non semper ex statu † de præsenti inferatur ad statum de præterito, tamen vbi nil proponitur, quominus possit concurrere status præsens cum naturali veritate status antecedentis, admittitur hæc illatio, etiam si status præsens non sit finis status præcedentis, vt post alios latè scribit *Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsump. 24. ex n. 41. versic. secundus est casus.* Præsertim concurrente maxima rei verisimilitudine: Quod enim deberet habere apud se, qui in arduis sibi essent à Consilijs, vrgebat institutum legis antiquæ, & exemplum Domini; Quod verò officium istud deberet esse penes Episcopos, id suadebat, quia ij successerant Apostolis, in quibus per Dominum fuerat collocatum; Quòd deniquè ad paucos Vrbi circumstantes esset illius exercitium referendum, neque aliter expetendum ab omnibus præterquam in Concilijs generalibus, vrgebat natura rei, cum nõ possent omnes euocari à partibus longè dissitis pro singulis casibus, qui singulis diebus, ac momentis
10 occurrebant: verisimilia † enim dicuntur, quæ vel Iuri, vel naturę rei cõformia sunt, vt post alios scripserunt *Gozad. cons. 13. num. 26. Aym. cons. 75. num. 24 & Menoch. cons. 191. num. 85.*

11 Licet ergò omnes † Episcopi sint loco Apostolorum, *d. can. in nouo*, tamen Cardinales sunt loco
12 Apostolorum † in singulari munere adsistentiæ, & consilij, vt aduertit *Praepos. in can. 1. in 1. col. vers. & ratio est, nam licet omnes, distinct. 23.*

Atque ex his tenendum est, vsquè ab initio na-
13 scentis Ecclesiæ hanc Cardinalium † institutionem extitisse ex omnimoda verisimilitudine, prout etiã benè aduertit Reuerendissimus Dominus Germonius *de Sacr. immun. lib. 3. cap. 6. num. 31.*

14 Quando verò † in hoc Summi Pontificis particulari consilio fuerint admissi alij inferioris ordinis, Presbyteri videlicet, & Diaconi sub vno communi nomine Cardinalium, repræsentantes, prout ad præsens repræsentant, Sacrosanctum, & amplissimum ordinem Vniuersalis Ecclesiæ, non leuis est dissentio, nam scribentes de hac materia, multa conuoluunt, & circa vocis huius vsum, & circa potestatem, & officium omnia permiscentes, & confundentes.

Est igitur diligenter aduertendum, Euaristum
15 anno 112. † instituisse septem præcipuos Diaconos, qui Pontifici Sacra facienti assisterent, quod etiã seruari in singulis Ciuitatibus præcepit apud singulos Episcopos, vt legitur *in can. Diaconi, qui in ordine est 11. distinct. 93.*

Nec ijs præcipuis Romanæ Ecclesiæ Diaconis vllum aliud legitur adiectum ministerium aut officium vsque ad tempora Fabiani, qui fuit Pontifi-
16 catum auspicatus anno 239. † Ipse enim his septem Diaconis nouum munus adiunxit, vt videlicet repartitis inter se Regionibus Vrbis, illarum administrationem obirent, itaut pauperum fidelium in eis degentium curam gererent, vndè etiam dici cœperunt Diaconi Regionarij. Quòd ex Fabiano adnotauit *Baron in d. anno 112. nu. 9.*

17 Erantquè Diaconiæ † loca Sacra, vbi isti Diaconi Regionarij per singulas Vrbis Regiones residentes stipem ministrabant egentibus, Viduarũq; pupillorum, aliarumquè miserabilium personarum necessitatibus consulebant; erant enim veluti quædam eleemosynarum promptuaria, tenebanturquè huiusmodi Diaconiarum Ministri rationem reddere de sua administratione Summo Pontifici, nisi ab eodem eximerentur, dicebanturquè hi exhibere Diaconiam: sunt hæc verba eiusdem *Baron. ad Martyrolog. Romanum, 8. Augusti*, qui multa adöit ad huius ministerij ampliorem expositionẽ, tradit hæc eadem bo: mem: *Frater Franciscus Coriolanus in Summa Concil. can. 6. Conc. Romani 2.*

18 Anno postmodum 270. † Dionysius distinxit, & per suos certos limites separauit, ac designauit Parrochias Vrbis, quod antea adhuc factum non fuerat, & singulis Presbyteris singulas assignauit Parrochias, in quo sibi vsque adeò complacuit, vt etiam alijs Episcopis dictauerit idem faciendum esse, vt legitur in eius Epistola ad Seuerum Episcopum Corduben. registrata *in 1. tom. Decretal. pag. 145. & in primo tomo Conciliorum*, ac etiam per *Gratianum in can. 1. 13. quaest. 1.* Quòd ta-
19 men extra Vrbem seriùs, † neque vbique exequutum fuit, vt animaduertit *Rota in vna Conchen. Decimarum del Infantado 7. Februarij 1618. coram bo: me: Domino Anarea.*

20 Hi verò, & Presbyteri, & Diaconi præter ministerium cui specialiter fuerant addicti, nullum aliud obiuisse leguntur, neque Romano Pontifici fuerunt vnquam à consilijs in ordine, quo erant Episcopi, & quamuis in Concilio generali admitterentur, non tamen considebant, sed à tergo Episcoporum considentium, stabant, vt apparet *ex 2. Roman. Concilio sub Syluestro celebrato anno 324.* vt in eo anno aduertit *Baron. num. 125.*

Circa tamen hunc annum 324. quo fuit ce-
21 lebratum Concilium istud, hi Diaconi, † & Presbyteri Romani ad differentiam aliorum Diaconorum, & Presbyterorum, qui pacata iam Ecclesia ad Vrbem confluebant, cœperunt nuncupari Diaconi Cardinales, & Presbyteri Cardinales; porrò in eodem Concilio decretum fuit, vt nè Presbyter Cardinalis, nisi cum 44. testibus, Diaconus verò Cardinalis Vrbis Romæ, nisi cum 27. testibus damnaretur; quod decretum

tum habemus registratum *in canon. Præsul.* 2. *quæst.* 4.

22 Ratio autem † vocitandi hos Diaconos, & Presbyteros Romanos, Cardinales, vix est, vt alia possit assignari, quàm quia licet in diuersis locis Vrbis agerent, vnius tamen Ecclesiæ, eiusdemquè primariæ, continerentur cardine, vt considerat *Baron. in d. anno 112. num. 9.* fitque satis verisimile, eos in
23 suo munere, † & officio ab hoc anno 324. diù perseuerasse, antequam vnà cum Episcopis admitterentur à Consilijs Romani Pontificis, itaut munus consulendi anteà in Episcopis positum, etiam in Diaconos, & Presbyteros Romanos, nomen vero Cardinalis, quod ipsorum Diaconorum, & Presbyterorum peculiare fuerat, è conuerso, iure quodam (vt ita dixerim) vniuersitatis diffunderetur in ipsos Episcopos anteà in Consiliarios selectos; antiquius enim, quod habemus, monumẽtum sunt literæ Anastasij Bibliothecarij super actis Concilij Romani celebrati sub Stephano IV. anno 769. in quibus sic legitur: *Prolata est sententia ab eodem Sacerdotali Concilio super Anathematis interdicto, nè vllus vnquàm præsumat laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, Diaconus, vel Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad Sacri Pontificatus honorem possit promoueri,* & rursus, *Vt omni Dominico die à septem Episcopis Cardinalibus hebdomadarijs, qui in Ecclesia Saluatoris obseruant missarum solemnia, super Altare Beati Petri celebraretur, & Gloria in excelsis DEO diceretur,* vt refert *Baron. in d. anno 769. num. 5. & 15.*

24 Ex quibus liquet † iamtunc omnium horum septem videlicet Episcoporum, necnon Presbyterorum, & Diaconorum Vrbis Romæ vnum fuisse ordinem sub vnico termino differenti, qui ab alijs Episcopis, & Diaconis discernebantur: nam non solùm aliquid non repugnat, quin certum corpus, ac collegium constituerent, prout hodie constituunt, vt possit inferri ad statum de præterito, iuxta superius dicta, verùm etiam communio illa nominis, & facultatis electionis id necessariò indicare videtur, quatenus consortium significat, *cap. 1. de elect. cum alijs per Mascard. conclus. 585. num. 10. Acebil. decis. 10. num. 30. de præben.*

Et hinc, vt propius accedamus ad resolutionem propositæ quæstionis, Primum infertur
25 nomen † istud Cardinalis ex sui naturali significatione, & quatenus est denominatum à *Cardo*, secundum Grammaticorum regulas esse nomen adiectiuum, vt ideò substantiam aliquam non significet, sed qualitatem substantiæ, ideoque vsitatum fuisse in DEI Ecclesia, non vt præsignaret dignitatem aliquam, sed vt distingueret personas à personis eiusdem ordinis, videlicet primùm Diaconos à Diaconis, mox Presbyteros à Presbyteris, ac tandem Episcopos ab Episcopis, nec proptereà ex se aliud significare, quod quidpiã ad Cardinem pertinens, & in consequens vocem hanc substantiuè prolatam, non posse alias personas innuere, quàm Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-
26 dinalium, qui sic vocantur per Antonomasiam, † cuius vis in eo maximè consistit, vt appellatiuum transmutet in proprium, *§. sed Ius quidem instit. de Iur. nat. gent. & Ciuil.*

Relatum igitur nomen istud ad alios nil prorsus
27 significat, nisi simul connexum † sit substantiuum, quod qualificet, vt si quæras de Cardinalibus Rauennaten. vel Compostellan. seù Mediolanen. Ecclesiæ, de quibus agit *D. Germon. d. cap. 6. ex num. 6. vsque ad 19* iam hinc intelligas, nullum ibi penitus adesse, at si quæras de earundem Ecclesiarum Cardinalibus Canonicis, scias, ibi tales extare, & sic eam vocem simpliciter deseruire pro termino discretiuo Canonicorum, à Canonicis, nõ pro significanda aliqua substantia, ità *Abb. in cap. bona, il primo, quod in ordine est 3 nu. 3. de postu-*
28 *lat. Prælat.* Non sunt † ergo ij simpliciter Cardinales, sed Canonici Cardinales ad exemplum Regis Scacchorum; vt inquit *glos. in can. pudor. in verb. Principem mũdi 32. q. 2. Gomez. ad reg. de annal. quæst. 47 num. 5. Gonzal. ad reg. de mens. glos. 24. num. 161. cum seq.* Huiusmodi enim Canonici Cardinales nullam ex hoc nomine sibi arrogare possunt prærogatiuam, seù prælationem super alios, quia sunt Cardinales sine pileo rubro, & sine sacco, vt concludit *Iacob. de Concil. lib. 1. art. 1. num. 271.*

29 Infertur secundo, vocem hanc † ex sui primordiali vsu in Ecclesia DEI verè, & propriè significasse beneficium Ecclesiasticum, cui erat annexum officium: singulis enim Diaconis, singulisquè Presbyteris assignati fuerant à principio (vt suprà visum est) tituli Diaconales cum officio assistentiæ, & curæ, vt suprà: ex quo verò Diaconi, & Presbyteri Cardinales fuerunt cooptati in Sacrum Senatum, vt cum selectis Episcopis vnum Collegium constituerent, vocis huius significationem (vt ita dixerim) eleuatam esse, ad præsignandum summam dignitatem Patriciatus, quod nõ potest dici nouũ, vt quibusdam malè visum est; Nam vel nouitatem hanc referunt ad rem ipsam, idest dignitatem, cuius munus obeunt Cardinales, & constat ex superius dictis illam, habuisse originem sub lege Moysis, retentam per CHRISTVM Dominum, à Petro eiusquè successoribus collocatam in Episcopis; vnde hominis valdè imperiti esset negare, tale munus in Episcopis extitisse sub prætextu quod ante annum 769. non fiat mentio de Episcopis Cardinalibus, & dicerentur Cardinales, qui simplices erant vel Diaconi, vel Presbyteri, vel etiã asseuerare, tale munus non prius ortum habuisse, quã Episcopis communicatum nomen dictorum Cardinalium. *Æstimemus enim singula fama remota, & quæramus, quid sint, non quid vocentur, inquit, Senec. epist. 95. post medium*, vnde etiam secundũ
30 regulas, quibus vtimur, verba † debent deseruire naturæ actus, non autem natura debet deseruire verbis, *l. si vno in. princip. vbi gloss. in verb. sed transactio ff. loca. l. Insulam ff. de præscript. verb. Bald. in l. cum cum, num. 2. ad finem C. commodat. Dec. cons. 764. num. 3. Seraph. decis. 794. num. 6.*

31 Vel eandem † nouitatem referunt ad denominationem, quasi quòd recens sit excogitata ista denominatio Cardinalis, & sanè merum est commẽtum, cùm fiat illius mentio in supradicto *can. Præ-*

ful. desumpto ex Concilio Secundo Romano, sub Sylvestro anno 324.& huius denominationis vesti gia in eo significant, in quo vox illa sumebatur à principio, videlicet, vt inde persona di scriminaretur, apparent in supradictis EcclesijsRauennaten. Compostellan. ac etiam Mediolanen. & in pluribus, de quibus habemus decretum *Leonis in cap.2. de offic. Archiepresbyt.*

32 Infertur tertio, Cardinalatum † in statu, in quo de præsenti est, & in quo esse dignoscitur ab anno supradicto 769. esse titulum beneficialem, cùm habeat omnia requisita, eiquè annexam esse Summã Patritiatus dignitatem, vt videlicet stet à Consilijs Summo Pontifici, quod munus qualiter quisque obire debeat, latè explicat *Paleott. de Sacr. Consistor. consultat. in conclus. oper. in 4 memb. per tot.* & sic non posse considerari tanquàm dignitatem simpliciter, sed tanquàm beneficium cum dignita-

33 te inseparabili, & qua † sanè nulla maior est in Ecclesia DEI post Pontificatum Maximum, *Zabarell. in cap. dilectus nu. 6. de preben.* latè *Prob.* ad *Ioan. Monach. in cap. vn. num. 6. de maior. & obed.*

34 Qua ratione † (vt propositam iam quæstionem absoluamus) est maius quouis alio beneficio; Ete-

35 nim † maioria in hac materia non æstimatur ab ordine, seu consecratione aliqua, sed à gradu, & administratione, *l. honor 14. in princ. ff. de muner. & honor. Menoch conf. 902. num. 21.* Frustra igitur in hac controuersia contemplamur ordinem, vel consecrationé: nullũ enim horum est necessarium,

36 neque Cardinalis † efficitur sponsus alicuius Ecclesiæ, inquit *Calder. conf. 1. n. 2. de translat. Prelat.* At si gradum spectes, non datur propinquior ipsi Papæ, cùm sint Cardinales membra, & pars corpo-

37 ris illius, dicitur enim Cardinalis † specialis filius EcclesięCatholicæ, *cap. Fœlicis, §. vlt. de pœn. in 6.*

38 & cum ipso † Sũmo Pontifice vnũ corpus mysticũ Cardinales cõficiunt; quamuis enim Papa quatenus repræsentat CHRISTVM, cuius vices gerit, sit caput vniuersalis Ecclesiæ, & singuli fideles membra in genere, est tamen speciale caput Cardinalium, & ipsi eius membra specialia respectu aliorũ, quod corpus sic adeò est compactum, vt Papa,

39 qui † est caput, nullatenus ab his exigat iuramentum obedientiæ, & fidelitatis, cùm sint sibi inuiscerati, ità *Hostiens. in cap. antiqua sub num. 5. vers. sed qua potest esse ratio, extra de priuileg.* quem sequitur *Prapos. in d. can. quamquam sub num. 13. vers tertio patet, 2. q. 7.* iurant enim dumtaxat sẽ honorem, & auctoritatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ipsiusq; Papæ conseruaturos, aucturos, & promoturos, vt latè *Paleot. vbi supra par. 1. quæst. 5.*

40 *vers quod eo magis*, adeò quod inter † Papam, & Cardinales non simplex vnitas, verùm etiam quædam identitas consistat, vt optimè considerat *Io. Andr. in cap. requisisti num. 12. ad finem versic. immò & quasi de testam. Iacobat. de Cõcil. d. lib. 1. sub num. 172 vers. ad quod est. Roderic. Zamoren. Episc. in Speculo vita humana part. 2. cap. 8.* vbi

41 quòd † propterea quicquid fauet, vel nocet Sedi Apostolicæ, continuò fauere, vel nocere intelligatur singulis Cardinalibus, & è contra, quod etiam sensit *Prapos. in praallegat. canon. Quamquam num. 7.*

42 Sunt enim veri † Senatores, & Consiliarij Summi Pontificis, vt supra visum est, noueruntq; vel ipsi terreni Principes eis insignia Senatoria deberi, *can. Constantinus 96. distinct.* censenturq; suc-

43 cessisse loco Senatorum, & hinc † Ecclesia Romana dicitur habere Senatum, vt post alios tenuit *Iacob. de concil. lib. 1. in 1. artic. sub num. 204. versic. etiam priuilegium.*

44 Vnde etiã secundum Iura Ciuilia pars † corporis sunt Principis, & qui eos offendit, Principem ipsum offendit, eiusq; Maiestatis reus est, *l. quisquis C. ad leg. Iuliam Maiestat. Hostiens. in cap. ex-*

45 *communicatis num. 3. de offic. legat.* Neque † vllo modo si ad Ecclesiam confugiat, eius immunitate gaudere debet, vt post alios tradit *Farinac. in appen. de immun. Ecclesiast. cap. 14. num. 84.*

46 Et super hoc † fundatum est dirum anathema contra offendentes Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinales in supradicto *cap. Fœlicis* quotannis innouari consuetum in Bulla Cœnæ Domini, super quo disserit *Prosper Farinac. tom. 2. par. 2. de crimin. las. Maiest. quæst. 112. inspect. 2. per tot.* & melius *Gambacurt, de immunit. Eccles. lib. 5. cap. 4. sub nu. 5.* vbi ait etiam ipsum Imperatorem incurrere læsæ Maiestatis Pontificiæ crimen, si Cardinalem offendat, post *Gig. in tract. de crim. las. Maiest. lib. 1. rubric. qualiter, & à quibus quæst. 5. nu. 10. & gloss. in cap. ad Apostolica §. perpetrauit, in verb. Cardinales, de sentent. & re iudicat. in Sexto*, & an se extendat ad verbalem iniuriam, quod voluit *Ioann. de Anan. in cap. 1. nu. 5. versic. vltimo considera de maled.* indiscussum reliquit *Iacob. de concil lib. 1. tit de Cardin. & Patriarch. num. 205.* Neque sub alio prætextu, quis posset saluari, quàm Iuris naturæ in propulsanda vi à se ipso, iuxta terminos, *l. vt vim ff. de Iustit. & Iur.* vt notauit *gloss. in eodem cap. fœlicis, in verb. percusserit.*

Etenim quæ prætexunt nonnulli de casu rebellionis etiam antè declarationem factam per ipsum Summum Pontificem, vt comminiscitur *Ferrett. conf. 31. ex num. 3.* vel de casu turbati status, vt commentus etiam est *Aret. in conf. 165.* sunt emplastra Doctorum ad excusandum laicos composita, & ab omni sano Christiano pectore tanquàm

47 pestifera excutienda, cùm etiam à Iure † nostro abhorreat, Senatorum crimina sine iussu Principis nedum vlcisci, sed nec audire, *l. vlt. §. adeò autem, C. vbi Senat, vel Clariss.* vndè etiam mòx consti-

48 tutum est, vt controuersiæ † Cardinalium per Summum Pontificem tantùm, priuatiuè quoad alios, terminentur appellatione remota ex cõstitutione Pauli Quarti 8. sunt namquè, vt dictum est Cardi-

49 nales inuiscerati Papæ; Quo etiam fit, vt nec † possint à Curia sine eius licentia recedere. *Hostiens. in cap. Ecclesia vestra 57. sub num. 5. vers tùm quia habet alas magis ligatas. de election. Mandos. ad regul. 7. quæst. 3. num. 7. Decian. conf. 14. num. 43. lib. 3.*

Quod si administrationem spectes, non est alia, quæ huic comparari possit, neque enim ea restrin-

gi

50 gitur ad suos titulos,in quibus non est † qui ambigat, ipsos habere iurisdictionem Ecclesiasticam, possesq; ideò censuras Ecclesiasticas fulminare, & alia exercere,quæ Episcopalis Iurisdictionis sunt, vt per tex.*in cap.his qui de maiorità. & de obed.* notat ibi *Abb.nu.1.in 2. notab.* Papamq; sibi hoc dixisse testatur *Prob. ad Ioan. Monach. in cap 1. num.2.eod.tit.*& est communis opinio, inquit *Al-*
51 *ban.de Cardin. quæst.46.* præterquam † circa collationem præbendarum, secundum *Prob.* vbi
52 supra, quemadmodum enim Summi † Pontificis Iurisdictio,& potestas,tam in spiritualibus, quàm in quibusuis alijs in ordine ad spiritualia nullis coercetur cancellis; sed quà latè patet terrarum Orbis,diffunditur etiam in terris Hæreticorum, & Schismaticorum, vt contra Nouatores satis apertè demonstrant duo Catholicæ fidei propugnatores acerrimi,videlicet *Cardinalis Bellarm.in Apolog.contra Regem Angliæ cap.3. & Suarez dict.*
53 *lib.3.cap.23.* ita diffunditur † potestas, & administratio Cardinalium, quatenus personæ ipsius Papæ cohærent,& quidem connexione indiuidua, ratione videlicet finis rectæ administrationis vniuersalis Ecclesiæ,ad quem tam eorum, quàm ipsius Papæ ministerium intensum est, dicuntur enim con-
54 nexa; † quæ ad inuicem se coadiuuant gratia eiudem finis,vt benè docet *Menoch. de arbitr. Iud. cas.95.sub nu.5. versic. dicitur etiam connexum,*
55 *& num. 6.* quæ est ratio vt Principis † consiliarij, omnibus omnino præferantur etiam senatoribus, cum inter Principē,& ipsos nō possit dari aliquod medium,*Menoch.cons.902. nu.3*r. vbi quod prærogatiua huiusmodi, vbiq; sint, etiam extra locum consilij eos comitatur, vt ibi per eum *num.39. ex Boer.de auctio. magni cons.num.151.* vt ideò *Roderic. d. cap. 8.* attendens, quantum officio huic congruat nomen ipsum,de quo latè supra differuimus,dixerit, meritò † Cardinales ità nuncupatos,
56 quod illius amplissimi Ostij sint firmissimi Cardines, quibus totus voluitur Orbis,& quemadmodum in materiali Ostio templi, duplex est Cardinum genus, superius, videlicèt, & inferius, sic in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus duplex consistit ministerium, superius, & inferius, videlicet sedula administratio spiritualium, & temporalium.

Vt nihil iam proponatur ex Episcopali, Archiepiscopali,vel Patriarchali,quod huic summæ dignitati non cedat; cùm enim Episcopalis dignitas etiam in Patriarchali posita fastigio, vnius tantum Prouinciæ præsit vtilitati,vnamquè particularem
57 regat Ecclesiam, † dignitas Cardinalatus cum Sede ipsa Apostolica vniuersas Ecclesias, ipsosq;Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas iudicat,vt ideò de ipsis accipiendum sit Diuinum oraculum *Psalm.44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos Principes super omnem terram, Roderic.vbi supra,& Praeposit.in d,can. Quamquam num.12 ad fin. vers. quare conuenientissimè.*

Et nè vlla vnquam super hac re oriretur deinceps
58 controuersia, quæ orta fuit sub Eugenio IV. † inter Henricum Archiepiscopum Cantaurien. Primatem Angliæ,Legatum natum ex vna parte,& ex alia Ioannem tituli Sanctæ Balbinæ Presbyterum Cardinalem, idem Pontifex Eugenius anno 8. sui Pontificatus per suam decretalem Epistolam, declarauit fermè ex rationibus supradictis, dignitatem Cardinalatus præferendam omnis alij etiam Patriarchali, vt patet ex eius lectura, registrata per *Iacob.de Concil.lib. 1. nu. 452.* & hodie legitur in nouo Bullario inter cōstitutiones dicti Eugenij 15. in ordine; itaut impertinens iam videri pos-
59 sit quæuis hæsitatio super hoc, † quod pendet, vel à sola huiusmodi ipsius Supremi Principis voluntate,*l.nemo ad fiacem,C.de dignitat lib 12.*additquè in eisdem literis Pontifex,prætensionem illam Cātaurien. Archiepiscopi, nouam, & insolitam,
60 nec anteà vsquàm attentatam, & meritò † cùm iam à Iure definitum fuisset, Patriciatus dignitatem cæteris omnibus præferendam esse, *l.1. & 3. C.de consul. eodem lib. 12*

61 Quòd minimè aduerterunt ij, † qui Cardinalatum esse officium sine administratione scripserunt, id ab eorum modica Iurisdictione argumentantes, quæ eorum titulos non excedit,quasi quòd
62 non possit esse dignitas † sine iurisdictione ex Principis decreto, contra *tex.in d.l.nemo*.

63 Quo fit, vt meritò † hinc videantur reijcienda ea,quæ parum consideratè scripsit *Gomez ad reg. Cancell. in proœm.* super imminutione dignitatis Episcoporum,nimirum Episcopos vsque ad tempora Clementis V. & Ioannis 22. in Ecclesia DEI, ita in excelso honoris, & æstimationis fastigio positos fuisse, vt dignitate, aut gradu minui arbitrarentur,si ex Episcopis ad Cardinalatus officium assumerentur, nam longè ante tempora Clementis V. vel Ioannis 22. didicerant Episcopi simplicibus Cardinalibus non Episcopis, subsequi, & illorum prælationem agnoscere,& reuereri,vt notauit *Baron.in anno 431. num. 81.* & Calistus II. qui creatus fuit Pontifex anno 1119. & sic præcessit Clementem V. per duo fermè integra secula, prius erat non solùm Archiepiscopus Viennen. sed etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis,*Baron. in d.anno 1119. pag.135.vers. fuit iste Guido*, nec Io.Andr. quem citat *Gomez in cap cum aliquibus sub nu.1. versic.id quod prius dixi de rescrip.in 6.* dicit id, ad quod per eum allegatur; sed simplici-
64 ter ait † multos Episcopos fuisse omissos (vt ipse loquitur) Cardinalari,quia Episcoporum tituli non vacabant,valdeque ideo ipsos moueret religio, ne dùm Curiam Romanam sequerentur, lupi in caulā onium sibi commissarum irrumperent, nec facilè sibi persuaderent abdicationis Ecclesiæ semel sibi commissæ consilium,ex his quæ scribit *Anna. rer. Iud.lib.1.cap. 7.* non autem quia arbitrarentur dignitate minui, id namquè,nec *Io. Andr.* nec quispiam alius ex veteribus prudentibus dixit vnquam.

65 Cùm enim tituli † Episcopales secundùm opinionem aliquorum (tametsi erroneam, vt ostendit *Hoted. de benef. incompatib. part. 1. cap.2. ex num. 2.*) non vacarent, *Calder.d conf.1.num.4.de translat. Epis.* Pontifices tamen ideò omittebant ab Episcopatibus euocare aliquem ad Cardinalatum, ne dum prospiciebatur vtilitati Ecclesiæ vniuersalis

uersalis videretur postponi vtilitas Ecclesiæ parti-
66 cularis, vtrinq; enim æquè † est ex diuersis personis consulendum, vt est *text. in cap. bone memoriæ, il 1. de postulat. Prælat.* non ergò erant Episcopi, qui renuerent promoueri ad Cardinalatum, sed erant Pontifices, qui ex causa prædicta ad eos promouendum retrahebantur, quamuis non negaue-
67 rim, fuisse † aliquando, qui refugerent Cardinalatum, nè dimitterent Ecclesias ex causa supra relata, vt in casu *Calder. vbi supra*, & de alijs pluribus est scriptum, præcipuè de Sancto Philippo Nerio.

Minus etiam verum est, quod ex quibusdam li-
68 teris Vrbani II. appareat, Cardinales † consueuisse post Episcopos se subscribere literis Pontificijs, nam quos existimat ipse fuisse simplices Episcopos, erant etiam Cardinales, nec facienda est vis super eo, quòd in subscriptionibus se nuncuparent tantum Episcopos, per plura enim secula durauit consuetudo hæc, vt Cardinales Episcopi in similibus subscriptionibus se tantum Episcopos nuncuparent, vt patet ex literis Nicolai IV. super institutione Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia Kalend. Iulij 1291. *in nou. Bullar. pag. 134.* vbi habetur subscriptio inter alios, Episcoporū Hostien. & Tusculani, quos proculdubio constat semper fuisse Episcopos Cardinales, & tanquàm tales nuncupantur *in Chron. Cassin. Petri Diaconi lib. 4. cap. 1. de anno 1088.* in electione Vrbani II. apud *Baron. in dicto anno in princ.*

Eiusdem leuitatis sunt, quæ prompsit *Marsil. Columna de Eccles. red. orig. par. 2. cap. 13. ex n. 33.*
69 Nam Synodica † illa sub Gregorio Magno, quæ prius per Episcopos, quam per Cardinales fuit subscripta, in hoc, particulari innititur rationi, etenim cùm ad propositionem Pontificis super exemptione Monachorum à Iurisdictione Episcoporū, Episcopi, de quorum præiudicio specialiter agebatur, acclamassent voce vniformi, *libertati Monachorum congaudemus, & quæ de his nunc statuit B. V. firmamus*, vt habet *Baron. in anno 601. num. 16.* exposcebat ratio, vt ij prius se subscriberent nō tamquam actum simpliciter auctorizātes, sed tamquàm partes formales Ius suum remittentes. Quæ præterea addit *Marsil. ante annum 1190.* neminem Episcoporum fuisse cooptatum in Collegium Cardinaliū, ex supradictis apparet falsum, & quod subijcit, nec alios vnquam ante dictum annum 1190. fuisse adscitos in idem Collegium, quàm Monachos, Abbates, & Priores, confunditur ex statu Romanæ Ecclesiæ delineato ad viuum ex antiquissimo Rituali sub Victorio II. anno 1057. vt latè in eo anno per *Baron.* & per *Spondanum, num. 3.*

70 Ex præmissis etiam apparet † sumpta esse ex Apochryphis ea, quæ de institutione Cardinalium sub Marcello Papa scripsit *Archid. in cap. vbi periculum, num. 4. de election. in 6. &* post eum *Barbat. in cons. 1. sub num. 14. versic. & pro potissimo fundamento formaliter*; & esse erroneum intel-
71 lectum, † quem ibi *Barbat.* affert *ad tex. in supraccitat. cap. per Venerabilem, §. rationibus, qui fil. sint legitim.* vt debeat intelligi de Episcopis, & non de Cardinalibus, & quod Papa ibi nominet
72 fratres suos, nàm licet † solos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos consueuerit honorare fratrum nomine, alios verò appellare filios, vt dicit *glos. in proæm. decretal. in verb. filij*, tamen ibi il-
73 lud *fratres* statim qualificat ex termino † differenti, videlicet *qui nobis iure leuitico in exequutione Sacerdotalis officij coadiutores existunt*, atquè ita præsignat assistentiam, seu assidentiam illam, de qua supra egimus, in iudicando ex Iure lenitico introductam, cuius munus nullatenus ad Episcopos simplices, sed ad Episcopos Cardinales, & cæteros eiusdem Collegij spectat, atquè ità eum textum ibi expendit *Hostien. sub num. 27. Io. Andr. & Abb. vterque numero 19.* & alij passim, quos citat *Iacobat. de concil. lib. 1. art. 1. num. 227.* & ambiguitatem hanc penitus remouit extrauagans Eugen. IV. supra relata, & quamuis cum Pa-
74 pa † scribit Cardinali non Episcopo, eum vocet filium, cum eo tamen sensu, vt sit filius primogenitus, nihilominus quando refert verba ad Ordinem, cætumque ipsum, semper eos vocat fratres, vt benè declarat *Hostiens. in cap. ad liberandum, nu. 3. de Iudæ.* & est *textus in cap. fundamenta, §. de. cet, de elect. in 6.* cui cætui, † Ordiniq; amplis-
75 simo ipsi quoque Reges quantumcunque, tàm in proprijs Regnis, quàm extra quouis Cardinali maiores, non dedignantur loco cedere, *Io. Piccard. int. cons. Menoch. cons. 52. num. 143. & idem Menoch. cons. 902. sub nu. 71. vers. ita quoque Rex.*
76 Nèc contra præmissa vrget textus † *in cap. Cum Apostolus. 6. de censib.* vbi præscribuntur in visitationibus Ecclesiarum Euectiones ipsis Visitantibus, videlicet Archiepiscopis quadraginta, vel quinquaginta, Episcopis viginti, vel triginta, Cardinalibus verò vigintiquinque tantum, quasi hinc videantur Cardinales haberi infra ordinem Episcoporum: Vnde *Gambar. in tract. de off. legat. lib. 7. num. 126.* perperam intulit, ideò id statutum, quia Cardinalium cætus fuisset antiquitus ad opera humiliora institutus, nec ante Bonifacium VIII. vellent Episcopi fieri Cardinales, & ex eo textu prælationem hanc colligit ibi *Abb. num. 1. vers. & nota*: Nàm ista illatio est inepta; constat enim eum textum loqui de Cardinali non Episcopo, vt admittunt ibi *Abb. & Zabarel. nu. 4. vers. quarto oppono*, & propterea non potest tractari de visitatione Prouinciæ, vel Diœcesis alicuius, sed tantum Ecclesiæ cuiuspiam subiectæ titulo ipsius Cardinalis; Euectiones igitur illæ non sumunt Iustitiæ mensuram à qualitate Visitantis, sed à latitudine Territorij respectu locorum, & personarum, quibus est impositum onus procurationis, vt patet ex tota lectura eius textus; proptereaq; non prohibet Papa, quin Cardinalis, aut quin Episcopus, vel Archiepiscopus habeat in comitatu quot velit personas, & equestres, & pedestres iuxta statū, & dignitatem suam, sed prohibet, nè grauentur illi, qui obligantur ad procurationem, maioribus euectionibus, & sic cùm diuersa hæc sint, prohibere grauamen, & prohibere cultum personæ in his, quæ spectant ad tuendam Maiestatem, illatio, vt dixi, est inepta, *vulg. l. Papinianus exuli, ff. de minor. cum simil.*

Ceterum

77 Cæterùm causa † efficiens, tàm maximi benefi-
cij ipse est Pontifex solus, adeò quod totus Cardi.
nalium cætus non possit Cardinales creare, nec
procedat argumentum à facultate eligendi Ponti-
ficem, quod maius est, ad potestatem creandi Car-
dinales, quod videtur minus, vt rectè docuit *Ho-
stien. in cap. Licet, num. 26. de electio.*
Constatq; etiam in eo concurrere tria illa sub-
stantialia, de quibus suprà egimus, videlicet titu-
78 lum, cùm † quisque suum habeat titulum, in Vr-
be, intra cuius limites habet iurisdictionem quasi
Episcopalem, *vt per eum tex. notat Abb. in cap.
His, quæ num. 1. de maior. & obed Io. Monach. in
cap. vn. num. 2. eo. tit. in 6. vbi Prob. in addit.* istud
valdè exornat, inferendo ad potestatem collatio-
nis beneficiorum ex *num. 3.* & superius diximus,
79 Hos vero † titulos, cùm prius essent quinqua-
ginta duo, Leo X. Calend. Iulij 1517. ad sexagin-
ta duos auxit, vt refert *Capyc. decis. 114. num. 13.*
& demùm Sixtus V. ad septuaginta ex sua Consti-
tutione 55. sub Dat. Id. April. 1587.
80 Dotem similiter concurrere patet, † cùm sin-
guli Tituli singulas habeant dotes, quas tamen Pa-
tres aliùde à Summis Pontificibus largissimè pro-
uisi, pro eorum modestia cæteris Ecclesiæ Ministris
condonant; leges denique, quæ præter munus assi-
dendi diuersis temporibus sub diuersis Pontifici-
bus latæ sunt, quas prosequi nostri instituti ratio
non postulat.
Est ergò, vt dixi, Cardinalatus verè, ac propriè
beneficium, & quidem omnium maximum in Ec-
clesia Dei post Summum Pontificatum, quapro-
81 pter Iuris † potius communis rationi referendum
est, quàm sensui, aut stylo Curiæ, comparatiuè ad
Cardinalatum, Episcopatum haud quaquam dici
posse culmen Dignitatum, nisi in quantum reperi-
tur cum persona Cardinalis, prout etiam censuit
*Felyn. in rubr. sub num. 9. vers. & stante isto sti-
lo de maior. & obed.*
Vndè si ratione specialis prærogatiuæ dignita-
tis, sub dispositione generaliter loquente de per-
82 sonis, † non venit persona Episcopi, *cap. Inquisi-
tores de hæret. in 6. vbi glo. in verb. expressè, quæ
allegat concord. & ibi etiam Gemin. num. 1. &
83 alij passim*; † Multò minus veniet persona Car-
dinalis, *Rom. cons. 498. num. 6. Fel. in cap. Cum in
iure. sub num 9. vers. secundo limita, de off. deleg.*
84 vbi † quod ideò Cardinales non comprehenduntur
sub futuris Regulis Cancellariæ, quod habemus ho-
diè expressum in *Reg. penult Gig. de pensio. q. 9.
sub num.* 8. & hanc eandem sententiam probauit
*Anchar. cons. 298 num. 1. & 2. & Io. Monach. in
cap. 1. num. 1. de schismat. in 6.* & ibi quoque *Ge-
min. num. 6. Io. Anar. ante nu. 1. Franch. num. 2.
& 3.*
85 Quamuis enim vbi dispositio est concepta † per
verba vniuersalia, & illius ratio est proportiona-
bilis ad Cardinales, ij sub ea comprehendantur,
Fel. latissimè in cap. Ad aures, num. 11. de rescript.
vbi in hoc refutat *Rom. & alios supra allegatos,*
& hoc idem tenet *Gambar. de off. & pot. leg. lib. 4.
num. 145. Ruin. cons. 4. num. 19. lib. 5. Ferret. con-
sil. 314. num. 11. & cons. 358. num. 9. Cassad. de-*
86 *cis. 1. num. 3. de decret. in reseruat.* † etiamsi ma-
teria possit videri odiosa, *Fel. in d. cap. Ad aures
sub nu. 11. vers. octaua conclusio*, cum pluribus,
quos sequuta est *Rota apud Put. decis. 189. nu. 6.
vers. in contrarium quod comprehenderentur lib. 1.*
87 reiecta sententia contraria † multorum ibi allega-
torum *sub num. 1. Mobed. decis. 23. vers & quia
sub constitutionibus de Renunc. Bellencin. in tract.
de charit. subsid. quæst. 66.* vbi latè disputat, & re-
spondet omnibus motiuis in contrarium adductis
per *Roman. d. cons. 498.* quem *Bellencinum* pro-
bauit *Mandos. in Add. ad d. cons. in litera A.* vnde
88 etiam nè † comprehenderentur sub regulis post
primam editionem promulgandis, opus fuit con-
dere d. Regulam penultimam, prout benè aduertit
89 *Put. d. decis. 189. ex num. 4 & nu. 7.* † quod ob-
tinet nedùm in lege non vniuersali, sed in gratia
particulari, concepta tamen verbis vniuersalibus,
*cap. dudum, de præbend. in 6. Ferret. cons. 38. sub
num. 8. vers. Accedit ad præfata. Cassad. d. decis. 1.
num. 3. de Decret. reseruat. Simonet. decis. 51. lib. 1.*
90 *Mantic. decis. 230. ex nu. 7. & per tot.* † Tamen
si agatur de auferendo à Cardinali ius ei conces-
sum intuitu Cardinalitiæ dignitatis, nusquã com-
prehendetur sub quacunque generali dispositione,
vel etiam particulari vtcunq; generaliter cõcepta,
*Mobed. decis. 10. de priuil. cum alijs per Reue-
rendissimum D. Germonium de Indult. Cardin. in
verb. Alioquin ex num. 33.* etiamsi agatur de con-
91 cessione facta alteri Cardinali, vt in casu *Verall.
decis. 83. par.* 2. quod etiam admisit *Rota in Fir-
mana pensionis, 26. Febr. 1625. & 23. Ian. 1626.
coram bo. me. D. Remboldo.*
92 Quemadmodum † nec comprehendetur, si ratio
ei minus adaptabilis sit, *Seraph. decis. 1144. nu. 3.
& decis. 1148. ibidem num 3.*
93 Tantum beneficium ex Vrbani Quinti clemen-
tia Ioãni de Ligiario destinatum præripuit D. No-
uella eius coniux, quæ etiamsi senio esset confecta,
vt tamen profiteretur Religionem, nulla ratione
potuit adduci, super quo exclamat *Io. de Anania
in cap. Sanè sub num. 2. vers. debebat esse mulier de
conuers. coniug.*

S V M M A R I V M.

1 *Episcoporum Ordo quotuplex, & quomodò acci-
piatur.*
2 *Papa aliquando Episcopus, aliquando Patriar-
cha Romanus dictus.*
3 *Aliquando etiam Archiepiscopus.*
4 *Primatui constituto in Papa nil potuit detrahe-
re Cura vnius, vel alterius Prouinciæ.*
5 *Princeps, siue Rex est quid distinctum à magi-
stratu, quem creat.*
6 *Papæ Principatus est à solo Deo immediate.*
7 *Papæ prælatio super omnes.*
8 *Papæ omnis Dignitas, omnisq. Potestas.*
9 *Papa concurrit cum omnibus Prælatis in Iurisdi-
ctione, & potestate.*
10 *Non tamen per viam accumulationis, sed tan-
quàm Princeps, & omnia continens.*
11 *Papæ subsident aliorum Episcoporum gradus.*
12 *Patriar-*

12 Patriarcha olim tres tantum.
13 Et quando id contigerit.
14 Patriarcharum Prælatio, qua ab initio fuerit, & illius ratio.
15 Patriarcha Constantinopolitanus, quandò fuerit adiectus.
16 Patriarcha Hierosolymitanus, quando fuerit constitutus.
17 Patriarcha Constantinopolitani post Papam prælatio, quando contigerit.
18 Papa dictus Princeps, & Episcopus Patriarcharum.
19 Patriarchalium Sedium prouisio quantumcunque in Ciuitatibus destructis, vel occupatis per Infideles Papæ reseruata.
20 Patriarchæ immediate recipiunt pallium à Papa, & alijs potiuntur prærogatiuis, quæ hic recensentur.
21 Patriarchæ positi ab initio, vbi Principes Ethnici suos habuere primos flamines.
22 Patriarchalibus in Sedibus ponendis etiam locorum habita ratio.
23 Patriarchalium Sedium distributio vnde sumpta.
24 Prætoria olim quatuor.
25 Patriarchis delata negotia, & causæ Episcoporum salua auctoritate Sedis Apostolicæ.
26 Præfecti prætorio, de quibus causis olim cognoscerent.
27 Patriarchalis Iurisdictio super Archiepiscopis eadem, qua Archiepiscopalis in Episcopos suffraganeos.
28 Patriarchalis Iurisdictio non datur in subditos ipsorum Archiepiscoporum, nisi in casu deuolutionis, aut vacantis Archiepiscopalis Sedis.
29 Patriarchæ quatuor principales, nuncupati, Patriarchæ totius orbis terrarum.
30 Patriarcharum numerum augeri posse, decretum ex causa.
31 Patriarchæ alij post quatuor principales, qui.
32 Patriarchæ post quatuor instituti, in quo differant ab illis quatuor.
33 Primates habent Archiepiscopos subiectos.
34 Primates præcedunt Archiepiscopos vbique.
35 Archiepiscopi habent Prouinciam non minorem decem Ciuitatibus, cum vno Rege.
36 Archiepiscopi vnde Regibus comparati.
37 Archiepiscoporum Iurisdictio ad instar Præsidum Prouinciarum.
38 Præsides Prouinciarum, de quibus olim causis cognoscerent.
39 Præsides Prouinciarum, non excedebant in Iudicando Prouinciam.
40 Iidem subijciebantur censuræ Præfecti Prætorio, & quatenus.
41 Archiepiscopi olim eligebantur ab Episcopis Prouincialibus.
42 Archiepiscopi Dignitas ad quid introducta, & de primo, qui illam obtinuit.
43 Metropolitani qui.
44 Archiepiscopus, Iure Metropolitico; indicit Concilia Prouincialia.
45 Archiepiscopo defuncto, & impedito, Ius conuocandi Prouinciales ad Coepiscopos deuoluitur.

46 Nec transit in Capitulum, & quare.
47 Capitulum Sede vacante succedere in omnibus Iurisdictionalibus, quomodo intelligatur.
48 Episcopis singula assignata Ciuitates cum Diœcesibus.
49 Episcopi non sunt præponendi modicis Ciuitatibus.
50 Episcopi paruarū Ciuitatum, vulgo contemnūtur.
51 Ciuitas quid.
52 Et eius vocis significatio ad singulos homines refertur.
53 Ciuitas qualiter definita Ciceroni.
54 Ciuitatem non dicimus collocationem domiciliorum, sed vniuersitatem Ciuium, & Inquilinorum.
55 Ciuitatis partem faciunt Inquilini, seu Incolæ.
56 Ciuitas non est cætus Ciuium, sed hominum Iure Sociatorum.
57 Ciuitatum triplex genus.
58 Ciuitas qualiter definita Baldo.
59 Ciuitatem non facit Episcopus.
60 Ciuitatē Iussus Principis meritis exigentibus facit.
61 Ciuitatem non facit ordinatio Episcopi, sed per hanc Ciuitas conspicua redditur.
62 Ciuitatem an solus populus creare possit.
63 Episcopi non omnes subijciuntur Archiepiscopis.
64 Episcopatus est Beneficium cum summa prælatione, & Dignitate.
65 Episcopi in ordine omnes pares.
66 Episcopalis Dignitas in ordine consistit.
67 Episcopus Nullatenensis est nihilominus Dignitas.
68 Episcopatus culmen Dignitatis.
69 Episcopus pater omnium Clericorum, & superintendens.
70 Episcopalis Ordinis subiectum est Consecratio.
71 Episcopus vim Consecrationis in se impressa in alios transmittit indelebiliter.
72 Episcopalis Ordinis quæ sunt, non possunt præscribi contra Episcopum.
73 Ordo ex impositione manuum.
74 Episcopalis, quæ sunt Ordinis, cùr per Inferiores ab Episcopo nequeant præscribi.
75 Episcopatus an sit Ordo.
76 Episcopus olim, & Presbyter idem.
77 Episcopis permissa facultas consecratiua, Presbyteris verò suspensa, Et cur?
78 Episcopalis Administrationis subiectum est cura animarum.
79 Episcopus principalis Curatus animarum.
80 Episcopalis quarta de legatis pijs, & de decimis, super quo funditur.
81 Parrochialium Rectores in Cura animarum, quales se habeant ad Episcopum.
82 Episcopus dicitur habere Imperium.
83 Imperio perpetuò inest Iurisdictio contentiosa circà negotia Ecclesiastica.
84 Causa dicitur Ecclesiastica ratione personæ.
85 Itèm ratione rei, quæ spiritualis sit.
86 Itèm ratione criminis Ecclesiastici.
87 Vel reductionis peccatoris ad salutem.
88 Episcopus præest vniuerso populo ratione Diuinorum, & peccati.

89 Episco-

89 *Episcopalis Iurisdictio radicatur super Iure publico.*
90 *Episcopus habet Ius immittendi in possessionem.*
91 *Item Ius distringendi, & carcerandi.*
92 *Episcopus retinet familiam armatam.*
93 *Quo tamen Iure, diuersæ sententiæ.*
94 *Episcopus habet territorium.*
95 *Territorium Episcopi est tota illius Diœcesis.*
96 *Territorium, & Diœcesis videntur diuersa.*
97 *Mitra, & Baculus cuius rei sint Symbolum in Episcopo.*
98 *Cathedra quid significet in Episcopo.*
99 *Iurisdictio Episcopalis in eo à Papa.*
100 *Baculus Pastoralis, quid præsignet in Episcopo.*
101 *Magistratus Maiores, quomodo distinguantur à minoribus ex nota extrinseca.*
102 *Episcopatus dicitur Dignitas.*
103 *Episcopus quomodo dicatur habere titulum in Ecclesia.*
104 *Episcopi intitulantur in Ciuitatibus.*
105 *Episcopatus litteræ non expediuntur sub nominatione alicuius Sancti.*
106 *Episcopus vnde dictus.*
107 *Episcopus verus non est, qui Ecclesiæ præesse, non prodesse diligit.*
108 *Episcopale munus olim quodnam fuerit.*
109 *Episcopale meritum est etiam in tranquillitate Ecclesiæ.*
110 *Episcopalis muneris difficultas.*
111 *Episcoporum discrimina circa Regimen.*
112 *Episcopus litigiosus increpatur.*
113 *Episcopus non debet negligere Iura sua Ecclesiæ.*
114 *Episcopus non debet esse simplex chartarum custos.*
115 *Episcopus soli lectioni, & Orationi vacans Diuo Gregorio improbatur.*
116 *Episcopus debet esse vltor gregis sui, & vindex propriæ Dignitatis.*
117 *Iudex non defendens suam potestatem efficitur Maiestatis Reus, idest proprij Magistratus imminuti.*
118 *Episcopus, quatenùs debeat fugere lites.*
119 *Episcopus litigiosus qualiter rusticus comparetur.*
120 *Episcopi debent studere concordiæ inter litigantes.*
121 *Episcopatus non venit sub generali appellatione Beneficiorum.*
122 *Episcopatus nunquam prouidentur ad supplicationem, sed Motuproprio, Et quarè.*
123 *Episcopus indignè promotus meretur decapitari.*
124 *Episcopi præferuntur omnibus Baronibus, & Proceribus, quocunque effulgeant titulo.*
125 *Maximi Augusti memorabile factum respectu Prælationis, & honoris exhibiti Episcopali Dignitati.*

QVÆSTIO IX.

Episcoporum Ordo quis, & an Episcopatus sit Beneficium.

1 ORDO Episcoporum † quadripartitus est, idest in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atquè Episcopis, ità *B. Isidor. in can. 1. §. ordo 21. distinct.* sumitur autem ibi ordo nō pro signaculo; sed pro gradu, vt rectè exponit ibidem *Præpositus in 5. col. vers. Item habetis, quòd gradus Ecclesiastici,* prout ità sumitur *in l. 1. C. de sent. pass. in l. 1. §. quamuis de ventr. inspiciend. in l. 4. ff. de Senator,* & alibi sepissimè, vt refert *Brisson. de verb. Iur. significat. lib. 13. in verb. Ordo etiam gradum.*

His vniuersis igitur, vnus est Ordo, quatenus ordo aliter quam pro signaculo sumitur, cōmuni itaquè nomine, Episcopi vocantur, & sunt, vt ibidem tradit *B. Isidor. §. omnes autem;* sed non eadem ijs est potestas, quæ latiùs, vel minùs patet secundum eorum Iurisdictionem, quæ ex administrationis amplitudine distinguitur.

2 Porrò, quamuis Summus Pontifex † Episcopus sit, & Patriarcha Romanus, vt in eodem *can.* refer-
3 tur (quandoquè enim appellatur † Episcopus, vt in *proœm. Sexti,* quādoque Vrbis Archiepiscopus, *can. vlt. distinct. 21. Menoch. cons. 52. nu. 56.*) nihilominus id illi accidit, tamquam vniuersalis Ecclesiæ Principi, Etenim cùm primum Dominus cō-
4 stituerit † cum Apostolorum Principem, non potuit illi primatui derogare particularis cura vnius, vel alterius Prouinciæ, cum nulla hic detur incompatibilitas cum ipso Primatu, sit exemplum in Dignitatibus vnius Ecclesiæ Cathedralis, quæ licèt præbendatæ sint, æquè, ac Canonicatus, nihilominus in eo separantur à præbendis, quod præcellant, & ijs prædominentur, *cap. maioribus, cap. cum iam dudum, & cap. vlt. & in ipsa etiam rubrica, de præ-*
5 *bend.* sic Rex, † quatenus Rex est, separatur à magistratibus, eo quod ipse in Republica primus sit, & celsior quouis magistratu, quem ipse creat, *l. vn. ff. ad l. Iul. de ambit. l. quid. in consulebat 57. de. re iudic.* Hinc Tiberius apud *Tacitum 8. Annal. Non Aedilis* (inquit) *aut Pratoris, aut Consulis partes sustineo, maius aliquid, & excelsius a Principe postulatur,* ità ille qui iam tùm quartū Consul fuerat, vt etiam tradit *Cuiac. in præcitat. rubr. de preben. in 1. col. versic. porrò à præbendis;* Vnde nullus cum ipso Ecclesiæ Principe eodem consistit gradu, nec posset consistere, cùm omnes
6 ab illo defluant ipse verò à solo DEO † *can. Sacrosancta 22. dist. Iacobat. de Concil. lib. 7. art 5. num. 137. vers. quia eius potestas.*

7 Vt ideò dicatur † primus, & maximus omnium Episcoporum, & Patriarcharum, in totam Ecclesiam Christi prælationem habens, *D. Thom. in tract. contra errores Græcorum, cap. 66. & 67.*
8 fortitusq; omnes † dignitates, & omnem potestatem

ſtatem, quam habuerunt omnes Patriarchæ, vt poſt *S. Bernardum de contemplat. ad Eugen.* ſcripſit *Bal. in l. reſcripta, ſub num. 8. verſ. ſecundò quia*
9 *C. de precib. Imp. offer.* in cuius † prælationis ſignū concurrit cum omnibus Prælatis in omni iuriſdictione, & poteſtate, *Ioan. Monach. in cap. ſi eo tempore, num. 1. de elect. in 6. Iaſ. in d. l. reſcripta, ſub num. 4. verſ. hinc eſt, quod Papa*; Per quem
10 tamen † concurſum non intelligitur par, vel collega, aut eiuſdem gradus, ſed ſemper remanet Superior, & Princeps, eo quod non concurrat per viā accumulationis, vel graduationis, ſed iure Principatus, & tanquam omnia continens, iuxta illud, *omnia Cæſar erat*, ita *Bal. in cap. dilecti, il 2. ſub num. 4. verſ. Vndè Papa, de appellat.*

Hincquè aliorum Epiſcoporum gradus ei ſubſi-
11 dent, † vt ex præmiſſis colligit *Chaſſan. in cathal. glor. mund. in 4. par. conſider. 7. verſ. ſed tamen dic. & ad finem*, quorum primus, vt ſupra diximus, Patriarcharum eſt.

12 Et ij quidem † quatuor Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus, cum tamen à primis naſcentis Chriſtianæ Eccleſiæ, exordijs tres tantum extiterint Sedes Patriarchales, nimirum Romana, Alexandrina, & Antiochena, vt commemorat *Aubertus Miræus in lib. cui titulum fecit Notitia Epiſc. lib. 1. cap. 1.*

13 Quarum † inſtituendarum in hoc trino numero vera, & ſola cauſa fuit, Dignitas Petri, ſolæ enim illæ Eccleſiæ habitæ ſunt Patriarchales propriè, in quibus Petrus tanquam Epiſcopus ſedit, Petrus autem Antiochiæ, & Romæ per ſeipſum ſedit, Alexandriæ verò ſedit, vel per ſe, vt teſtatur *Nicephorus, lib. 13. cap. 3.* vel per Diſcipulum ſuum Marcum, quem eò miſit, vt nomine ſuo fundaret Eccleſiam, vt docet *D. Gregor. lib. 6. Epiſt. 37. ad Eulogiū Alexādrinū*, & hæc fermè ſunt verba *Bellarm. in lib. 1. de Roman. Pontif. cap. 24. in penult. columna, verſ. vera Igitur*, vbi reſcripſit verba Diui
14 Gregorij, *& in verſ. hæc ergo*, adiecit † rationem iſtius ordinis, quia cum omnes tres ſint Sedes Petri, tamen Romanam per ſe vſque ad mortem adminiſtrauit, Alexandrinam per Marcum Euangeliſtam, Antiochenam per Euodium; Sicut ergo maior eſt Petrus Apoſtolus Marco Euangeliſta, & Marcus Euangeliſta Euodio, qui neque Apoſtolus, neque Euangeliſta fuit, ita quoque Romana Eccleſia Alexandrinam, & Alexandrina Antiochenam auctoritate, & dignitate ſuperat, quæ ſimul etiam conſtant auctoritate Gelaſij, cuius hæc verba ſunt. *Eſt ergò prima Petri Apoſtoli Sedes, Romana Eccleſia, non habens maculam, nec rugam, nec aliquid huiuſmodi, ſecunda autem Sedes apud Alexandriam, Beati Petri nomine à Marco eius diſcipulo, & Euangeliſta conſecrata eſt, &c. Tertia vero Sedes apud Antiochiam eiuſdem Beatiſſimi Petri nomine habetur honorabilis, ita quod illic priuſquam Romam veniſſet, habitauit, & illic primū nomen Chriſtianorum nouellæ gentis exortum eſt*, quæ verba reſcripſit *Couarr. var. reſol. lib. 4. cap. 14. ſub num. 9.*

15 Acceſſit poſtmodum Conſtantinopolitana † decreto Cōſtantinopolitani Cōcilij Anno 381. & decreto rurſus Chalcedonēſis Concilij Anno 451. ac
16 tandē Hieroſolymitana † decreto Chalcedonenſis, & Quintæ Synodi Oecumenicę Anno 553. Nec niſi
17 ſub † æuo Iuſtiniani perturbatus ordo, vt poſt Romanum Pontificem primum locum teneret Conſtātinopolitanus, ſecundum Alexandrinus, tertium Antiochenus, & quartum denique Hieroſolymitanus, *can. vlt. & penult. 22. diſtinct.* quorum om-
18 nium Princeps, † Romanus, atque adeo Patriarcharum Epiſcopus à *Caſſiodoro variarum, lib. 9. Epiſt. 15.* dictus eſt, vt per *Miræum* loco ſuperius allegato, *& in cap. 2.* ſtatim à princ. & legitur *in can. 1. cum multis ſeq. ea diſtin. 22.* & latius refertur *in cap. Antiqua de Priuil.* & legitur *in extrauag. Sancta Romana, de Elect. inter commun.*
19 per quam † etiamſi Ciuitates dictarum Sedium dirutæ, vel de facto occupatæ, aut per Infideles, aut per Schiſmaticos, nihilominus ipſarum Sedium prouiſio, Sedi Apoſtolicæ reſeruatur.

20 Hi verò † immediatè ab ipſo Pontifice pallium recipiunt (quod eſt plenitudinis officij Pontificalis inſigne) præſtito ſibi fidelitatis, & obedientiæ iuramento, quod etiam pallium ipſi ſuis ſuffraganeis largiri poſſunt recepta ab eiſdem profeſſione Canonica, & pro R. E. ſponſione obedientiæ, ac Dominicæ Crucis vexillum ante ſe deferri faciunt vbiquè locorum, præterquàm in Vrbe, vel alibi vbi ſit præſens Romanus Pontifex, vel eius Legatus vtens inſignijs Apoſtolicæ dignitatis, vt ſtatutum fuit in Concilio generali relato *in cap. antiqua, de priuileg.* itaut quandocunque ij celebrant, vtantur pallio, & ſi non celebrant, clamydem rubeam induant cum pileo puniceo, vt refert *Iacobat. de Concil. lib. 1. artic. 1. nu. 254.* Non ignoro
21 aliquos exiſtimaſſe, † hos in primitiua Eccleſia conſtitutos fuiſſe ex B. Petri præcepto, vt eſſent in his locis, in quibus olim Ethnici ſuos habuere primos flamines, id colligentes ex duabus Epiſtolis Lucij, & Clementis, quas regiſtrauit *Grattan. in cap. 1. & 2. diſt. 80.* & alia *Anaclet. in can. 1. diſt. 99.* quod tamen referendum ad cauſam (vt ita dicam) ſecundariam, neque enim eſt negan-
22 dum † etiam Petrum in legendis Sedibus iſtis rationem quoque habuiſſe magnitudinis Ciuitatum, vt ex *B. Leonis epiſt. 84. ad Anaſtaſium, circa fin.* admittit *Bellarmin. d. cap. 24. verſ. ſicut ergò.*

23 Nec ab re † fuiſſe in hunc quaternum numerum diſtinctos, videri poteſt, nām cum Eccleſia in hiſce munijs per loca diſtribuendis, ſequeretur normā Ethnicorum, tām reſpectu Ciuitatum Diœceſeōnque, quām Prouinciarū, vt in dictis duobus Ca-
24 nonibus refertur, quemadmodū Cæſares † à principio totum Romanum Orbem in quatuor diſtinxerunt Prætoria, ſub quibus eſſent diuerſæ Prouinciæ, ac diœceſes cum earum Præſidibus, & Rectoribus, videlicèt Prætorium Orientis, Italiæ, Galliæ, & Illyrici, *Surg. de offic. Præfect. Prat. lib. 1. cap. 14.*
25 *num. 18.* † Ita è re viſum fuit quatuor conſtituere Patriarchales Sedes, ad quas negotia, & cauſæ Epiſcoporum deferrētur, ſalua ſcilicet Sedis Apoſtolicæ in omnibus auctoritate, vt refertur *in d. can. 1.*
26 *diſt. 80. & can. 1. diſt. 99.* non ſecus, ac † ad ipſos Prętoriorū Præfectos cōſueuerāt eędem cauſæ maiores,

iotes, ipsiquè Cæsari reseruatæ, deferri, vt liquèt ex
l. Addictos C. de appellat. vbi hac ipsa ratione nun-
cupantur tales Præfecti, potestates supremæ.
27 Hæc verò Patriarchalis † ordinaria Iurisdictio
in Archiepiscopos, quorum Prouincię sibi subiectę
sunt, in eo consistit, vt de ipsorum, non secus ac ipsi
Archiepiscopi de suorum Prouincialiũ, Episcopo-
rum causis cognoscant, non item de causis subdito-
rum eisdem, vt tradit *Abb. in d. cap. Antiqua nu. 3.*
28 *de priuil.* Præterquàm si † per viam appellationis
legitimè ad eos deuoluãtur, vel Sede Archiepisco-
pali vacante moueantur, *can. Conquestus 9. q. 3.*
29 Et hos † Patriarchas in hisce quatuor Ciuitati-
bus constitutos nõ vnius, vel alterius Ciuitatis; sed
totius Orbis terrarum Patriarchas nuncupauit
*Iustin. in Nouell. constit. 109. in princ. §. Hæreticos
autem, vbi optimè notat Gothofred. & in auth de
Sanctiss. Episc. §. si quis autem vers. iubemus igi-
tur, & de his latè agit ex nostris Tholos. syntagm.
Iur. lib. 15. cap. 2. & 5. cum quatuor seqq.* Quamuis
autem quatuor principales eæ Sedes Patriarcha-
les ità constitutæ fuerint, ità tamen prospectum
30 fuit, vt si gens † deinde aliqua ad Fidem conuerte-
retur, cui necesse foret propter multitudinem, Pa-
triarcham, seù Primatem (quòd idem est) constitui,
ex Sedis Apostolicæ arbitrio id fieret, iuxta decre-
tum eiusdem Anacleti *in can. Nulli Archiepiscopi,*
31 *ead. dist. 99.* indequè † processu temporis alij Pri-
mates statuti sunt, videlicet Aquilegien. Gradicen.
(qui postmodũ sub vno nomine Patriarchatus Ve-
neti, per Nicolaum V. vniti fuerunt.) Bituricen.
Viẽnen. Cantuarien. Tholosan. Lugdunen. Strigo-
nien. Magdeburgen. & Pisanus, de quibus latè post
alios agit *Iacobat. d. lib. 1. artic. 1. ex num. 254.*
32 differentes † tamen ab illis quatuor primis,
Tum in prærogatiua nominis (cùm illi hono-
ris ergò propriùs sibi Patriarchæ nomen vindi-
cent, isti verò sola Primatus nuncupatione lætari
debeant.) Tùm in prærogatiua materiæ, & Iurisdi-
ctionis, cùm illi vbiquè ante se deferri faciant cru-
cem, isti verò intra limites suarum Primatiarũ tan-
tum, vt latè prosequitur *Iacobat. loco proximè ci-
33 tato:* Quos tamen Primates † æquè habere Iurisdi-
ctionẽ ordinariam in ipsos Archiepiscopos subie-
ctos constat *ex can. si Clericus §. si verò 11. q. 1.* &
34 tam † in illis, quàm alibi, & vbiquè locorum om-
nes alios Archiepiscopos præcedunt, vt concludit
*Iacobat. vbi supra ad finem vers. de quo etiã, quòd
Primates præferantur Cassan. in catal. glor. mund.
par. 4. cõsid. 19.* Hæcq; de Patriarchis, & Primatib.
Sequitur Secundus ordo Episcoporum, qui Ar-
chiepiscopi, idest Episcoporum Principes sunt, ha-
35 bent † enim sub se Prouinciam, in qua multæ sunt
Ciuitates, nec minus quàm decem, vel vndecim cũ
suis Episcopis, & vnum Regem, *can. scitote 6. q. 3.*
36 vnde, & eos † Regibus æquiparari, latè probat *Ia-
cobat. d. lib. 1. §. post Primates in princ.* & in Iurisdi-
ctione Ecclesiastica retinent formam, & eandẽ au-
ctoritatem quàm olim Præsides Prouinciarum,
37 qui † modò Rectores, modò etiam Iudices Prouin
ciarum dicebantur, *l. 3. C. de offi. Rector. Prouinc.*
38 Iudicabant † enim causas Ciuitatum cuiquè Pro-
uinciæ subiectarum, *l. de Iure omnium Incolarũ ff
39 ad municipalem,* ità tamen, vt quisque † intra Ci-
uitates suæ Prouinciæ continetetur, *l. Relegatorũ
40 ff. de interd. & releg.* simulquè † subijcerentur cẽ-
suræ Præfecti Prætorio, ad cuius administrationem
Prouincia pertinebat, *l. Ne quis officialiũ 38. iun-
cta glos. in verb. admonebis C. de decurionib. lib. 10.*
non solum ad effectũ referendi ad Principẽ, *l. iustis-
simos, §. nã si vere voces C. de offic. Recto. Prouin.*
verũ etiã (si opus esset) ad effectũ mouẽdi de officio
& alios substituendi, *l. 3. & 4. C. de offi. Præf. orient.*
41 Hi vt præsunt † suis Episcopis Prouincialibus, ità
ab illis inspecta dispositione Canonum eliguntur
42 *c. Archiepiscopus 66. dist.* Itaq; in Ecclesia Dei † di-
gnitas hæc inuecta ad extẽdẽdũ formã ordinãdi, &
Ius eligẽdi Episcopos, quæ priùs, ac naturaliter fue-
rat radicata in Petro, primusq; ideò, qui eam obti-
nuit, fuit Iacobus Frater Domini ordinatus Archie-
piscopus Hierosolymorum, *c. porrò ea dist. 66.* &
tradit *ex eo tex. Rodoan. de Simon. cap. 18. nu. 5.*
43 Deniquè sequitur tertius ordo † Metropolita-
norũ, qui qualis olim fuerit, edocere valdè conten-
dunt *Iacoba. d. §. post Primates, & Tholos. d. lib. 15.
cap. 11.* quod parũ refert, cũ hodie cõfusæ sint po-
testates istæ, idèmq; sit Archiepiscopus, qui & Me-
tropolitanus, *vt post Rebuf. notat Tholos. d. cap. 11.
n. 2.* cõstat tamen, Metropolitanũ fuisse Episcopũ,
eiusdemq; Prouinciæ cæteris præcellentem cũ Iu-
risdictione, *vt in Nouell. Iustiniani 6.* ipsi tamen
Archiepiscopo æquè ac alios subiectum, vt clarè
innuit *tex. in præallegat. can. scitote.*
Et olim, quidem quemadmodũ etiam hodiè Ar-
44 chiepiscopis † Ius fuit indicendi Concilia Prouin-
cialia, *can. propter Ecclesiasticas 11. 2. & 15. in ordi-
ne dist. 15. cum alijs can. eiusd. distinctionis.* Quod
singulari ratione fuit inductum, videlicet in honorẽ
personæ ipsius Metropolitani, vt in dictis canoni-
45 bus, proindeque † impedito, vel vita functo Metro-
politano Ius conuocandi Prouinciale Conciliũ ad
ipsos Coepiscopos deuoluitur, vt punctualiter do-
cet *Præpos. in can. de concilys in 3. not. ead. dist. 18.*
& nouè etiam statuit in casu impedimenti *Sacrum
Triden. Concil. sess. 24. de reformat. cap. 2.* nec pro-
pterea transit in Capitulum cum cæteris Iurisdi-
46 ctionalibus, quia istud † non competit Metropoli-
tano tãquàm Episcopo; sed tanquàm obtinẽti Me-
tropolim, vt dicit *tex. d. can. propter Ecclesiasticas
vers. nulli autem.* Assumptum verò, quod in Capi-
47 tulum † sede vacante transeant omnia Iurisdictio-
nalia, habet locum in Iurisdictionalibus cõpetenti-
tibus naturali ratione Episcopatus, secùs verò in
competentibus alio iure accidentali, *Butr. in cap.
verum sub nu. 7. vers. vel tertio incompetentibus de
foro compet.* & facit etiam *Bellam. in c. cum olim,
sub n. 3. ad fin. de maior. & obed.* vbi quod disposi-
tio *clem. 2. de stat. regul.* hac ratione nõ deuoluitur
in Capitulum, in quod nec transeunt, quæ sunt vo-
luntariæ Iurisdictionis concernentia totam diœce-
sim, *Gemin. in can. 1. col. 2. versic. sed in contra-
rium facit glos. eadem distinct. 18.*
Succedunt denique vltimo loco simplices Epi-
48 scopi, quibus † ex eiusdem Petri ordine assigna-
tæ fuerunt singulæ Ciuitates cum earum diœcesi-
bus, seù Administrationibus, *d. Canon. in illis, §.
49 in singulis vero 80. distinct.* Si tamen, † adeo
essent modicæ, vt dignitati Episcopali non respon-

derent, *can. Episcopi, cum duob. seqq. eadem di-*
stinct. cap. 1. extra de priuileg. consueuerunt enim
50 homines † vulgares Episcopum paruæ Ciuitatis
contemnere, inquit *glos. in ca. legimus in Esaia*
in verb eiusdem meritis, 93. distinct.
51 Est autem secundum Iuris regulas, Ciuitas † Po-
pulus simul collectus in Oppido, vel Vrbe, vt ideo
nostri censeant, referri vocem hanc, Ciuitas, ad
homines, non autem ad locum, vt per *Io. Andr. in*
cap. si Ciuitas, n. 1. de sent. excomm. in 6. nequè rur-
52 sus ad singulos, sed † ad vniuersos, *l. 2. ff. de reb. dub.*
53 Oppidum verò, seu Vrbs † constituitur quidem
ex coniunctione ædificiorum, munita Mœnibus,
spatijs, & delubris distincta, iuxta Ciceronis sen-
tentiam *in lib. de Repub.* Verum, eodem Cicerone
54 auctore, Ciuitatē † non dicimus ipsam collocatio-
nem domiciliorum ità compactam; sed vniuersita-
tem Ciuium, & Inquilinorum ijsdem vtentium le-
55 gibus, & moribus, adeo vt Inquilini, † seu Incolæ
faciāt partē Ciuitatis, quod ex *Arrio Didymo* apud
Euseb. lib. 15. de præpar. Euág. & ex ipso Cicerone
56 quatenus definit Ciuitatē, † vt sit cætus, nō Ciuiū;
sed hominū Iure sociatorū, *pulchrè exponit Cuiac.*
in praall. l. 2. ff. de reb. dub. in lib. 9. resp. Papini.
vndè etiā nomen ciuis, dicitur nomen ciuile, & re-
fertur ad omnes ciues etiam ex priuilegio, *Bald.*
in l. si non speciali num. 7. ad finem C. de testamen.
Ruin. cons. 227. sub nu. 2. vers. nec secundum eum,
lib. 1. Caphal. cons. 451. num. 78.
57 Erantquè, prout, & nunc fermè sunt † triplicis
generis, videlicet maximæ, habentes scilicet alias
sub se cum mero, & mixto Imperio; aliç magnæ ha-
bentes itidem Imperium in suos Ciues, & Ciuita-
tem; sed non in alias Ciuitates, & aliæ paruę non
habentes scilicet merum Imperium; sed simplicem
defensionem, *Bart. in l. 1. num. 2. C. de Metropol.*
Beryto, lib. 11. Barbat. in cap. 1. n. 38. de off. ordin.
58 Ex quibus patet, verissimum esse, quòd † scripsit
Bald. in l. ex hoc Iure, num. 35. de Iust. & Iur. Ci-
uitatem eam dici, quæ tametsi sine Episcopo sit,
veterum nihilominus auctoritate muris cincta,
Ciuitas est dicta, secundum cuius leges debent vi-
uere Castra in eius Territorio constituta, nàm
quamuis vulgus eam dumtaxat nuncupet Ciuita-
59 tem, quæ Episcopum habet, † vt innuit *Bald. vbi*
supra, num. 34. tamen ad Ciuitatem constituen-
dam id minimè est necessarium ex prædictis Iuri-
bus, & probat *glos. in cap. si Ciuitas post positionem*
casus, de sent. excomm. in 6. Tholos. in repub. lib. 2.
60 *cap. 1. num. 6.* Principis enim † iussus, meritis exi-
gentibus, Ciuitatem facit, *l. 1. C. de metro. Beryto*
61 *lib. 11.* cùm vero Papa † in illa ordinat Episcopum,
non creat Ciuitatē; sed eā Episcopali dignitate red-
dit conspicuā, *Barbat. in cap. 1. n. 39. de offic. ordin.*
62 An autē † ità sit necessarius consensus Principis,
vt totus Populus sine eo, non possit sibi Ciuitatem
constituere, valdè inter se Doctores agitant, Barto-
lo affirmante *in l. 2. nu. 7. de verb. signif.* cuius opi-
nionē veriorē esse contendit *Abb. in cap. 1. n. 2. de*
priuil. quod nunc non resoluo, cùm sit extra mate-
riam, & supposita subiectione populi, vix est, vt vera
sit Bartoli opinio ex his, quæ tradit *Pomeran. de iu-*
risd. omn. Iud. lib. 2. par. 1. c. 1. in 2. memb. ex n. 114.
63 Non tamen omnes Episcopi † subsunt Archiepi-
scopis; plerique enim sunt, qui immediatè subiecti
sunt Romano Pontifici, illiq; tantum suffraganttur,
qui referuntur in Codice manuscripto Bibliothecæ
Vaticanæ nuncupato liber censuum, & meminit
Baronius in Martyrologio 26. Augusti.
Hisquè pro declaratione prioris partis propositæ
quæstionis expositis, deueniendo ad secundā partē
64 dicendū est † Episcopatū in quouis ordine cōsistat,
siuè Patriarchali, siuè Archiepiscopali, seù Metro-
politico, siuè simplici Episcopali dignitate, esse be-
neficium Ecclesiasticū, cum summa tamen præla-
tione, & dignitate, itaut dicātur Episcopi Pōtifices,
& Sacerdotes sūmi, respectu scilicet ordinis, supra
quē nō datur alius, vt probat tex. *in can. de his verò*
iūcta gl. in verb. à sūmis cū can. seq. de cōsec. dist. 5.
65 Et in hoc † omnes sunt pares, vbicunq; quis fue-
rit Episcopus, siuè Romæ, siuè Eugubij, siuè Cōstā-
tinopoli, siuè Regij, siuè Alexandriæ, siuè Tarsis, cū
potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel
sublimiorē, vel inferiorē non faciat Episcopū, sintq;
æquè omnes Apostolorū successores, sūt verba tex.
in can. legimus in Esaia vers. si auctoritas quæritur
66 *dist. 93.* Vt ideò nō immeritò Episcopalis † digni-
tas nō in administratione dicatur consistere, sed in
ordine, *Abb. in cap. inter corporalia n. 11. de trāsl.*
67 *Episc.* vnde, & nullatenensis, † seù simplex titularis
Episcopus, non ideò minus dicitur dignitatem ob-
tinere, *Menoch. cons. 52. n. 91.* conclamantq; vbiq;
68 nostri, Episcopatum † culmen esse dignitatis, *Ar-*
chidiac. in c. licet num. 1. de prabend. in 6. Et Epi-
69 scopus † dicitur Pater omnium Clericorum, & su-
perintendens, *can. Esto 95. distinct.*
Tantaq; dignitas triplici quodāmodo corona re-
dimita, pulcherrimā sui speciē in Hierarchica Diui-
na constitutione exhibet. Primum enim in ea effful-
70 get ordo, de quo diximus, cuius † subiectū est con-
secratio, tam passiua, *can. 4. 64. dist. & can. vlt. dist.*
65. (de cuius forma habemus decretū Carthaginen.
Concilij relatum *in can. Episcopus dist. 23.* illiusq;
rationem expendit *D. Thom. 2. 2. q. 184. art. 5.* &
de alijs circa illā cōtingentibus multa tradit *Vgo-*
lin. de offi. & potest. Episc. c. 2. in princ.) quàm acti-
71 ua, siquidem † Episcopus vim in se impressæ cōse-
crationis in alia subiecta consecrabilia diffundit,
can. quamuis 68. dist. Et quidem indelebiliter, itaut
72 quæ ordinis sunt † per inferiores Prçlatos nequeāt
vllo tempore præscribi, veluti reseruata solis Pon-
tificibus vsquè à tempore Apostolorū, vt dicit *tex.*
in c. quanto, & ibi glo. in verb. reseruata de cōsuet.
73 *can. quāuis 68. dist.* procedit enim vis † ista ex ma-
nuum impositione, *can. de his, & can. manus de cō-*
74 *secr. dist. 5.* nec ideò † in alijs datur capacitas pos-
sidendi, ac in consequens possibilitas præscribēdi,
vt bęnè per *Hostien. in cap. auditis sub n. 2. in verb.*
præscripsisse vers. hoc ideò dicimus de præscript.
75 Hocquè est, † quòd apertè conciliat dissidentes
sententias Canonistarum, & Theologorū, quatenus
Episcopatū Canonistæ volūt esse ordinē, Theologi
verò negant; nàm cùm antea idem esset Presbyter,
76 quòd † Episcopus, cōmuniq; Presbyterorū cōsilio
gubernarentur Ecclesiæ, vt refertur *in can. olim 85.*
dist. Factū est, vt in cōstitutione Episcoporū fuerit
77 eis † reseruata in signū Prælationis facultas quædā
consecratiua, & eadē in signū subiectionis nō auul-
sa

si quidem à cæteris Presbyteris; sed dumtaxat eis
interdicta, vt scitè aduertit *Abbás in d. cap. quan-
to sub num 2 circa finem vers. nam immediate,*
de consuetud. adeò quod in potentia idem sit ordo
Presbyteratus, qui Episcopatus, secus verò in actu.
Ineadem secundo effulget Administratio, cuius
78 subiectum est † cura animarum, & Ecclesiarum,
ad quam tenetur ex voto in consecratione, vt sin-
gularitèr aduertit *Io. Andr. in cap. cum venerabi-
lis sub num. 7. vers. item in consecratione de censi-
bus*, cui curæ perpetuò cohæret iurisdictio fori pœ-
79 nitentialis; tametsi enim Episcopus † curam hanc
in plures diuidat Presbyteros, singulisque Rectori-
bus singulas mandet plebes regendas, ipse tamen
principaliter, & vniuersalitèr curam agere dici-
tur, *canon. regenda cum sequen. 10. quæst. 1.* & be-
nè docet *Innocen. in cap. requisisti sub num. 3. de*
80 *testamen.* vbi indè † arguit fundamentum inten-
tionis Episcopi super quarta legatorum factorum
Ecclesijs, prout etiam super hoc principio fundari
eiusdem intentionem pro exactione quartæ de-
cimarum scripserunt *Tindar. de decim. num. 77.*
& Moneta eodem tractat. cap. 7. num. 14.
81 Hi namque † Rectores ita se habent ad Epi-
scopum sicut Baiuliui, vel Præpositi ad Regem,
nec curam principaliter habent, sed quandam
dumtaxat Administrationē, neque ad ipsos princi-
paliter pertinet pastorale Officium, vel obligatio
ponendi animam pro ouibus, sed in quantum par-
ticipant de cura, vt pulchrè docet *Diuus Thomas*
2. 2. quæst. 184 artic. 6. in respons. ad 2. & 3.
82 Deniquè in ea † ipsa Episcopali dignitate co-
ruscat Imperium, secundum *Bald. in l. nam salu-*
83 *tem §. ait enim ff. de offic. Præfect. vigil.* cui † ideò
perpetuò inest Iurisdictio contentiosa, *l. 3. ff. de*
iurisd. omn. Iudic. quæ versatur circa omnia ne-
gotia Ecclesiastica, *can. decernimus de Iudic.* siuè
84 talia † reputentur ratione personæ, quia sint Cle-
rici, aut Ecclesiastici, *can. n. Clerici eodem titu.* siuè
85 ex natura † rei, quia spiritualis sit, vel ad quod-
piam spirituale ordinata, *cap. 3. eodem tit.* aut quia
86 concernat † crimen Ecclesiasticum, idest, quòd
Canones puniant, *cap. 1. vbi glos. in verb. secundum*
87 *quod Canones de offic. ordin.* vel cōcernat † reuoca-
tionē publicè peccantis ad salutē, vt latè deducitur
in cap. nouit. §. non igitur cum seq. eod. tit. de Iudic.
88 Præest enim † vniuerso populo sibi commisso ra-
tione diuinorum, & peccati, *Ancbar. consil. 340.*
sub num. 2 vers. sed præsupposito illiusquè adeò Iu-
89 risdictio † radicatur super Iure publico, quòd
æquè ad sacra pertinet, *l. 1. §. publicum Ius ff. de*
Iustit. & Iur. idem Ancbar. cons. 341. num. 1. & in
90 consequens habet † circa negotia Ciuilia Ius im-
mittendi in possessionem, vt probat text. *in eadem*
91 *l. 1.* & circa criminalia Ius † distringendi, & carce-
randi nedùm Clericos, verùm etiam laicos in his,
quæ ad materiam peccati pertinent, *canon. atten-
dendum*, vbi optima glos. *in verbo & carceri 17.*
q. 4. & in can. contra Idolorum 26. quæst. 5. quos
duos textus optimè in hanc sententiam ponderat
Didac. Couarru. pract. quæst. cap. 10. num. 2.
92 Vnde † etiam de Iure retinet familiam arma-
tam, ex sententia *Baldi in d. §. ait enim*, quam con-
tra Abbatem, tanquàm verissimam latè, & neruosè
defendit *Dec. in cap. cum non ab homine num. 29.*
& 30. de Iudic. & latius in cap. significasti ex
93 *nu. 17. & 19. de offic. deleg.* itaut cauendum sit † à
Couarr. vbi supra versic. 3. aliud, quatenus existi-
mauit, facultatem procedendi cōtra laicos ad ca-
pturam, & coercitionem personarum, non alitèr
Episcopo competere, quàm in subsidium, si censu-
ræ spernantur, vt etiam existimauit *Dec. in d. cap.*
cum non ab homine num. 28. de Iudic. & simul esse
modificandam ex inuocatione bracchij secularis,
vt visus est velle *Oldrad. cons. 86. sub num. 1. vers.*
Ad Episcopum ergo, vel etiam totum id referen-
dum ad consuetudinem toleratam ex Regum con-
niuentia, vt visus est idem *Couarru.* sentire ibidem
in vers. primùm vbi de consuetudine: Nam horum
fundamentum est defectus Territorij in Episcopo,
quòd euidenter apparet falsum, verius enim est,
94 imò † Episcopum habere Territorium, *vt per eum*
text. notat Franch. in cap. 2. §. statuto num. 3. de
95 *constitut. in 6.* Stat † enim sibi tota diœcesis pro
territorio, & in ea ius territorij habet, *can. omnes*
Basilicæ 16. quæst. 7. Abb. consil. 82. num. 7. lib. 1.
96 quamuis hæc † inter se diuersa videantur, *Archi-
diacon. in repet. cap. postulasti sub num. 42. versic.*
sed in loco exempto de foro compet. Quod suo loco
fusius explicabo: Et hodiè non longè esset ab er-
rore, qui in hæc impingeret, cum Sacrum Triden-
tinum Concilium supponens Iurisdictionem Epi-
scopi in laicos tamquam principium, eos coerceri
personalitèr, & per suam militiam armatam iusse-
rit, prohibens, neque ad censuras, neque ad inuoca-
tionē bracchij secularis deueniri, nisi in subsidium,
vt legitur *sess. 25. cap. 3. de reform.*
Quemadmodum ergò in signum ordinis, Episco-
97 pus † habet Mitram, & Baculum, quæ eius com-
minationis arma sunt, vt dixit *gloss. client. ad fin. in*
98 *canon. Disciplina 43. distinct.* Et in signum † ad-
ministrationis, subiectæquè curæ habet Cathe-
dram, veluti publicam notam professionis doctri-
næ, prout sumitur *in Psal. 1.* vnde quam primùm
Leo nuncupauerat Administrationem, mox cathe-
dram vocat *in can. Si quis Episcopus, qui est 31.*
99 *in ordine; 7. quæst. 1.* ità † in signum Iurisdictionis
contentiosæ, quæ in eum à Summo Pontifice, tam-
quàm à lege in Iudicem defluit (significata etiam
100 in † ipso baculo Pastorali, vt post alios tradit *Ro-
deric. de Regul. tom. 1. q. 63. art. 7. in 2. conclus.*
paulò ante vers. his acced. t.) habet Tribunal; Hæc
101 enim est in Iure † prærogatiua maiorum Magi-
stratuum, habere Tribunal, cum cæteris ima
sella dumtaxat concedatur, vt docet *Cuiac. lib. 1.*
Pauli ad edictum in interpret. l. 19. de in ius voc.
Hæc verò tanta maiestas nil obstat quominus Epi-
102 scopatus † dicatur beneficium, prout ità nuncupa-
tur *in cap. Fœlicis. §. quod si quis prædictorum de*
103 *pœn. in 6.* habet † enim Titulum non quidem in
Ecclesia (præterquàm tamen respectu consecratio-
nis) vt sic intelligēdus est text. *in can. 1. 18. quæst. 1.*
104 sed in † Ciuitate sibi assignata, nā Episcopi nō de-
signantur in Ecclesijs aliquibus particularibus, aut
ab ijs denominantur, sed à Ciuitatibus in quibus
dicuntur intitulati, vt probat tex. *in sæpè citat can.*

105 *Episcopi 80.dist.* quæ † est ratio, nè in literis, quæ
expediũtur super Episcopatibus, nominetur Sãctus,
sub cuius titulo fundata est Ecclesia, vt aduertit
Mandos. ad Lap. allegat. 16. in verb. nomen Indè
namquè quasi ex specula super totam plebem
sibi commissum Episcopus iouigilat, hincque, &
106 & sortitus est nomen, cum † idem significet Græ-
cè Episcopus, quòd Latinè speculator, vt latè pro-
sequuntur *Marsil. de redditib. Eccles. par. 2. ex
cap. 11. ex num. 9. & Tholosan. syntagma. Iuris
lib. 15. cap. 2. num. 2.*

Vnde D. *Thom. 2.2. quæst. 185. art. 1. in respon.*
107 *ad primum argumentum*, pronunciauit † eum
non esse Episcopum, qui Ecclesiæ præesse dilexit,
108 non prodesse; & quamuis † sedatis persecutioni-
bus infidelium, videatur Episcopis ereptum, seù
defectum potius, illud opus bonum prædicatum
ab Apostolo *in Epistola 1. ad Timotheum cap. 3.*
cuius erat exitus, vt qui plebibus præerat, primus
ad martyriũ duceretur, inquit *Diuus Thomas, vbi
supra*; Nihilominus si recta succedat gubernatio,
109 manet idem opus, idem meritum. Qui † enim
coronam in persecutione purpurea pro passione
donauit, ipse in pace viuentibus, pro Iustitiæ me-
ritis, dabit candidam, vt Sancta recitat Ecclesia
*in Feria Quinta Octaua Festiuitatis Omnium
Sanctorum, ex Venerabili Beda sermon. 18. de
110 Sanctis*, Et sicuti munere isto † nihil difficilius,
nihil laboriosius, periculosiusvè, ità nec aliud est
apud DEVM beatius, si eo modo militetur, quo
noster Imperator iubet, inquit *Diuus Augustinus*
relatus *in canon. Ante omnia 40. distinct.* Quis
autem iste sit modus, idem Augustinus ibidem sub-
dit, se neque à pueritia, nequè ab adolescentia
sua didicisse, sibiquè vim eo tempore factam, quò
discere cœperat.

111 Multa Sacri Canones † Episcopis præscripsere,
ex quibus resultant difficultates, aculei, labores, &
pericula, quæ ad sex capitula reducit *Roderic. Za-
moren. Episc. in suo specul. vita human. par. 2. c. 12.*
quorum nullum magis anceps eo, quod circa lites
112 versatur, nàm *Paulus, vbi supra* Episcopum † liti-
giosum cùm respuat, & *Roderic. d. cap. 12. vers.
inter cætera*, grauiter contra Episcopos, & pro
Episcopatibus suis lites suscipientes insurgat; Ex
113 diuerso † rerum sibi creditarum defensionem de-
serere, iuraq; suæ Ecclesiæ negligere, summum sit
piaculum, *canon. in canonibus, qui in ordine est 75.
§. generaliter versic. iniquum enim esse censemus
16. quæst. 1.* vbi Symmachus damnat hoc præcipuũ
114 in Episcopo, † si efficiatur simplex chartarum
custos, & *gloss. ibi in verbo chartarum* explicat
115 *librorum*; Episcopum † enim soli lectioni libro-
rum, & Orationi intendentem, Diuus Gregorius
vacuum Episcopi nomen tenere, ait, *in can. Fra-
116 trem nostrum 86. distinct.* hincque † gregis vl-
tores, & præcipui adiutores esse iubentur *in can.
scire vos oportet, vbi optima gloss. 23. quæst. 8.*
summa per Episcopum hac in re adhibenda est di-
scretio, vt si in causa versetur diminutio dignita-
tis, vel auctoritatis Episcopalis, illam totis vindi-
cet, defendatq; viribus, cætera verò suauiter com-
ponat.

117 Porrò enim † qui potestatem suam non de-
fendit, imminuti Magistratus veluti Maiestatis reũ
esse scripsit *Ascon. Padian. in pratura Vrbana*
retulitquè *Cuiac. in 1. lib. Pauli ad edictum in
explanatione l. 2. ff. si quis in Ius vocatus non ierit*,
118 vt ideò, quòd † Paulus de litigioso protulit, in-
telligi oporteat secundum illud *Iacobi Epist. c. 4.
Vnde bella, & lites in vobis? nonnè hinc? ex concu-
piscentijs vestris, quæ militant in membris vestris?*
Pauli ergò intentio non fuit, Episcopis prohibere
pro Ecclesia lites suscipere simpliciter, sed ex so-
la arrogantia, & stoliditate quadam, vt rectè inter-
pretatur *Gratian. in summ. distinct. 46.* vbi tales
Prælatos, vocat rusticos, ea ratione (vt ibi inter-
pretatur *Archidiacon. in verb. Rusticorum*)
119 quia tales † in generalitate ex litigijs, comparan-
tur Rusticis, qui in ijs sæpè versantur, Addunt *Ge-
min. & Præpositus*; & præcipuè si perueniant ad
magna, subijcit *Bellam.* sed ex arrogantia.

Et in disquirenda ratione omnes conueniunt,
120 aliam non esse, quàm † quòd officium Episcopi
sit, alios inter se dissidentes ad concordiam reuo-
care, cui impossibile sit responderi per eum, qui
suaptè natura temerè ad lites prorumpat, & iur-
gia.

Vltra verò titulum, habet etiam quisque Epi-
scopatus dotem suam, quæ regularitèr in decimis,
seù decimarum quota consistit, vt superius atti-
gimus, habetquè pariter leges, quibus regatur,
& in summa in eo concurrunt omnia illa, quæ pro-
bauimus ad finitionem beneficij pertinere, itaut
121 concludi possit, Episcopatum † in quocumque
gradu reperiatur, esse Ecclesiasticum beneficium;
ita tamen, vt sub generali beneficiorum appella-
tione minimè veniat, cùm sit speciali nota dignũ,
propterea, quod non simplex sit beneficium, nec
cum simplici dignitate; sed dignitatum culmen,
vt optimè docuit *glos in cap. 2. in verb. Dignita-
122 tum de præben. in 6.* Nec prouideri debeat, † aut
possit per ambitum, prout fit in alijs beneficijs, sed
tantùm Motu proprio; Episcopatum enim appe-
tere, præcipuè illi, qui non est irreprehensibilis, ta-
lemquè se nouit, & qui siuè principaliter, siuè etiã
ad opus ipsum bonum consequutiuè, id affectat, vt
super alios sublimis eat, vel etiam (quod est dete-
rius) abutatur primatu Ecclesiastico, vt scilicet ip-
sum conuertat in secularem, nihil est aliud, quàm
palam profiteri, nullo se Diuini Iudicij timore
concuti, vt latè disputat *D. Thom. 2. 2. d. q. 185. in
1. articulo, & in 3.* Qui locus deberet priùs legi,
& perlegi per eos, qui ad hunc gradum aspirant,
quàm vel patiantur de se loqui, vt ad Ecclesias
promoueantur, vel deteriora moliantur, quæ de-
plorat *Alexander ab Alexand. Genial. dier. lib. 6.
cap. 15.*

123 Nimis enim † grauitèr errant, qui tanta di-
gnitate indigni, ad eam tamen aspirant, & pro-
moueri se faciunt, hos enim dignos esse decapita-
ri, censuit glo. *in l. qui cum vno in verb. tempo-
rarium. ff. de re milit.* quam glossam tanquam stu-
pendam extollit *Felyn. in cap. si quando sub nu. 7.
vers. & dixit stupenda glossa de rescript. Prob. ad
Io. Monach. in cap. statutum num. 11. eod. tit. in 6.*

Neque

124 Neque forte † melioris (vt ita loquar) fortis ij iudicandi sunt, qui illam diminuunt, eiusq; (vt superius dixi) imminutæ efficiuntur Maiestatis Rei, præcipue illis indignissimis submissionibus erga laicos, cùm vsque in Arelaten. Concilio sancitum fuerit, vel ipsos Præfectos Prouinciarum Episcopis subijci, vt habet *Baron. in anno 314. num. 8.* & Episcopos quoscunque Barones, siue Duces, siue Marchiones, siue alio quocunque titulo decoratos præcedere debere, latè ostendit *Marc. Ant. Surg. de offic. præfect. pretor. lib. 1. cap. 27. num. 31. & Ioan. Francis. à Ponte in tractat. de potestat. Proreg. tit. de electio. offic. num. 34.* vbi inserit etiam *Pragmat. glor. memoria Ferdinandi Regis Sicilia*.

125 Et sanè † longè priùs proprio id exemplo patefecerat Maximus Imperatoris enim cũ anno 386. B. Martinum Episcopum conuiuio excepisset, simul discumbentibus Euodio Præfecto, & Consule, eodemq; ipsius Maximi fratre, ac duobus Comitibus summa potestate præditis, & medio inter ipsos presbytero ipsius Martini; iussit Pocillatori, qui sibi aureum pateram, tanquàm omnium, qui aderant longè excelso, obtulerat, eandem ipsi Episcopo, veluti Digniori offerre, gestiens, cùm ille bibisset, ex eius sanctis manibus poculum sumere: Quod neque ex sententia ei successit: nàm vir Sanctissimus suæ non immemor dignitatis, primus bibere non recusauit, mox verò non Maximo, sed Presbytero suo pateram tradidit, nullum scilicèt existimans digniorem, qui post se biberet; neque integrum sibi fore, si aut Cæsarem, aut eos, qui à Cæsare erāt proximi, prætulisset Presbytero, vt recenset in vita B. Martini *Seuerus cap. 23.* cuius verba rescripsit *Baron. in d. anno 386, num. 31.* & ex Sulpitio in eadem vita refert etiàm ad demonstrandum illud Ius Prælationis Episcoporum *Bellarm. controuers. tom. 1. de Roma. Pontif. lib. 1. cap. 7. in 2. col. vers. deniq; Maximus.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopatus, quatenus est ordo, causa efficiens est Christus.*
2 *Claues Ecclesia concessa fuerunt à Christo Apostolis, eorumq; successoribus.*
3 *Ea verò fuerunt claues Ordinis, quatenus eius exequutio in foro pœnitentiali, ipsaq; prædicatione consistit.*
4 *Clauium potestas fuit posita in Petro, tanquàm in capite, in Apostolis verò tanquam in membris.*
5 *Episcopatuum, & Episcoporum vt nunc est, ordinatio ab ipso Petro immediatè processit.*
6 *Episcopi quomodò successerint loco Apostolorum, & quando cœperint designari cum subiectione aliorum Presbyterorum, ex assignatione, & distributione diœceson.*
7 *Episcopatus ordinationis, causa efficiens est Summus Pontifex.*
8 *Diœceseon positio perperam Dionysio attributa.*
9 *Tex. in can. 1. 13. quæst. 1. declaratus.*
10 *Diœceses aliquando innouata.*
11 *Diœceses diuisas fuisse à Principibus laicis, est falsum.*
12 *Hieronymi Ceuallos lapsus.*
13 *Diœceses ab Apostolis, secundum diuisionem ab Ethnicis factam, assignata fuerunt.*
14 *Diœceseon fines semel per Petrum, eiusq; successores assignati, nunquàm alterati fuerunt, licet Ciuitatum, Prouinciarumq; fines pluries distincti fuerint.*
15 *Diœceseon fines non regulantur à finibus territoriorum temporalium.*
16 *Diœcesis vnius protensio intra diuersa territoria temporalia, in quam causam relata per Nouatores.*
17 *Diœcesis non potest per Episcopum alterari.*

QVAESTIO X.

Quæ sit causa efficiens Episcopatus.



VALDE se contorquent Doctores in hac quæstione, quam vt breuitèr, & clarè pertractemus, separandus est ordo Episcopalis, quatenus nil differt à Presbyterali, præterquam in executione, vt adnotauimus in præcedenti quæstione *num. 180.* ab ipsa ordinatione Episcopi secundum statum, in quo hodie conspicitur ex ordine videlicet, administratione, & Iurisdictione. Porrò si de ordine ipso agatur, nulli est dubium, il-
1 lius causam † efficientem fuisse CHRISTVM Dominum, qui primus nè dum Petrum, sed omnes Apostolos ordinauit, consecrauit; æquè enim in omnes insuffiauit, & insufflando omnibus æquè dixit *Accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*, vt habetur *Ioann. cap. 20* Quemadmodum etiam cæteris æquè, ac Petro ab eodem Domino dictum fuit. *Doeete omnes gentes. Matth. cap. vlt. & prædicate Euangelium omni creaturæ. Marc. cap. 16.* etenim quod cla-
2 ues † Ecclesiæ concessas esse dicimus à CHRISTO Apostolis, eorumquè successoribus, idest Episcopis *in cap. 1. §. cæt verò vers. & hoc vtiquè, de summ.*
3 *Trinit. & fid. Cathol.* intelligitur † de clauibus ordinis tantum, quatenus ordinis exequutio consistit in interiori foro pœnitentiali, & in prædicatione, vt declarat *Iacobat. de concilio lib. 10. art. 7. ex num. 104.*

Neque verò hinc sequitur, vt quamuis pote-
4 stas † hæc clauiũ ordinis, fuerit immediatè per ipsum CHRISTVM collata in cæteros Apostolos, æquè ac in Petrum, fuerit nihilominus eadem ratione, & sine vlla differentia in eis, ac ipso Apostolorum Principe constituta, nam potestas hæc in Petro, fuit posita tanquàm in capite, in cæteris verò tanquàm in membris, & sic tanquàm subiectiua est qualificata ex huiusmodi subiectionis circumstantia, *can. ità Dominus 19. distinct. can. in nouo, distinct. 21. Iacobat. vbi supra*, benè Couarr. *in relect.*

relect.cap.peccatum,2.part.§.9.num.6.& 7.de Regulis Iuris in 6.

5 Si autem de ipsa ordinatione † Episcopatuum, & Episcoporum in eis, prout vsque in præsens perseuerat, nulla subest difficultas, quin illa processerit immediate ab ipso Apostolorum Principe, nam licet à principio CHRISTVS ordinasset Apostolos in Episcopos vniuersaliter, ita quod vnicus videretur Episcopatus per totum Orbem diffusus, cuius caput esset Petrus, tamen quia soli Petro dictum fuit, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiã meam*, sola quoque ordinatio Petri fuit perennis, aliorum vero Apostolorum, quatenus fuit vniuersalis, remansit temporaria, & licet illis decedentibus, in eorum locum successerint
6 Episcopi, vt refertur *in d. canon. in nouo*, † tamen non successerunt vniuersaliter, prout illi fuerant constituti, sed singulariter, prout singulis singulæ constituebantur Ciuitates, & diœceses per ipsum Petrum, quòd clarè, & admodum scite enucleat *Suarez. in lib.de defens. fid. Cath. lib. 4. cap.10. num.* 6. cui rei causam dedit conatum fermè Ecclesiæ Schisma. *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autẽ CHRISTI*, in quod insurgit Apostolus *ad Corinth. cap. 1.* indè namquè factum est, vt cum priùs idem esset Presbyter, qui & Episcopus, cœperint Episcopi designari, quibus singulis singularum Ecclesiarum Presbyteri subijcerentur, vt refert Diuus Hieronymus relatus *in can. olim 95. distinct.* quod ex dicta distributione, & assignatione diœceseon cõsequutum mox fuit, prout etiam tradunt *Abb. in cap.vlt.sub num. 10. vers. & maximè hoc videtur de confirmat. vtil. vel inutil. & Tholosa. Syntag. Iuris, lib.15.cap.12.num.1.* & clarè percipitur ex Epistola prima ad Titum, prout explicat *Baron. in anno 58. latissimè ex num.4. & Spondan. in epit. sub num. 2.*

7 Causa † igitur efficiens huius ordinationis est Summus Pontifex, cùm liquidò constet ex decreto ipsius Apostolorũ Principis, eã vsquè ab exordio nascentis Ecclesiæ inductam fuisse per constitutionem locorum, & assignationem diœceseon iuxta antiquam partitionem factam ab ipsis Ethnicis Principibus, *can. 1. cum quatuor seqq. vbi glos. in verb. Petrus 80. distinctio, & can. 1. 99. distinctio. cap. pastoralis de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu capit. Tholosa. de beneficijs, cap.4. sub n.5. & agnouit Rota in vna Concben. decimarum dell'Infantado 7. February 1618. coram R.P.D. Andrea.*

8 Quo fit manifestus error Platinæ † in vita Dionysij scribentis, ipsum Dionysium primum omnium inter Episcopos diœceses diuisisse; Quem fortè errorem imbibit ex Epistola eiusdem Dionysij *in can. 1. 13. quæst.1.* & ante eum imbiberat *gloss. in can. nec numerus in verb. aut in electa 10 quæst.3.* cum quo visa est (obiter tamen) transire *Rota in Theatina Iurisdictionis, 4. Maij 1612. coram Reuerendissimo P.D. meo Coccino*, nam textus il-
9 le loquitur de † distinctione Parrochialiũ, seù Plebium Vrbis Romæ, non autem diœceseon, vt patet ex eius lectura, & etiam agnouit *Rota in præcitata Concben. decimarum dell'Infantado*; & quã-
10 uis in Nicęna † Synodo, & aliàs pluriès fuerit actũ de limitibus diœceseon, vt refertur in Annalibus Ecclesiasticis; id tamen actum fuit per modum renouationis, vel concordiæ inter Episcopos de finibus contendentes, non autem per modum primordialis alicuius diœceson constitutionis: vt expresè declarat Anacletus relatus in præcitato *can. 1. 99. distinct.*

11 Et quamuis etiã † plures Principes laici in suis Prouincijs frequentes Ecclesias Cathedrales construxerint, & fundauerint, absit tamen à Christiana pietate tantum scelus, vt sit, qui existimet, eos quicquam propria auctoritate eiusmodi in re attentasse, sicquè accipienda sunt memorata per *Tholosa. in cap, 12. sub nu.4.* Veniuntquè prorsus reijcienda scripta sub nomine cuiusdam Rasis Arabis hanc ipsam diœceson partitionem, & assignationem attribuentis Magno Constantino, quæ recitat *Ioan. Mariana de rebus Hispaniæ, lib.6.cap. 16*, nam, & palam est, complures Ecclesias per eum nominatas, aut ab Apostolis ipsis, aut ab Apostolorum discipulis, Episcopos fuisse consequutas, merumque est commentum, & somnium hominis, & barbari, & infidelis, vt mirandum sit, ei aliquam fidem à Iurisprudentibus adhibitam, vt his penè verbis post *Baron.* disserit *Sponda. in anno 675. num.* 2.

12 Vt hinc † cuiquè etiam pateat, Quam leui hæreant adminiculo, quæ retulit *Hieronymus Ceuall. in tract. de cognit. per viam violent. glos. 8.*
13 *nu. 13. & 14.* fuerunt enim Prouinciæ, † & diœceses assignatæ ab Apostolis secundum diuisionem factam ab Ethnicis ante aduentum CHRISTI, vt supra dictum est, & verbis disertis scriptum relinquit *Anaclet. in d. cano. 1. distinct. 99.* in cuius rei
14 euidentiam licet † Cæsares, & alij Principes laici diuersis temporibus, Ciuitatum, & Prouinciarum fines alitèr distinxerint, quàm olim essent, inde tamen non fuerunt alterati fines diœceson semel per Petrum, illiusquè successores assignati, quòd expressè vetitum legimus in *can. Imperatorum, 10. distinct. vbi glossa 1. & Geminian. in 4. & Præposit. in 6. notab. & fuit late decisum in Virdunen. electionis Episcopatus 15. Nouembris 1595. coram bo. me. Card. Pamphilio*, vt ideo non proce-
15 dat illatio † à situatione, seù finibus territorij temporalis ad situationem, finesquè territorij Ecclesiastici, in quem sensum accipienda sunt verba Gelasij in *can. licet in Regulis, ad finem 16. quæst.4.* & plenè per exempla demonstrant *Bero. cons. 22. num.10. lib.3. & Menoch. cons. 859. num.3. & 4.*

16 Me tamen non latet, Ecclesiæ † Romanæ aduersarios aliam diuersitatis huius rationem expendisse, effinxisseque, ideò vnam diœcesim Episcopalem exporrectam intra duo, aut plura territoria temporalia diuersorum Principum, vt Episcopi Iurisdictione sua reprimerent Dominos seculares, ne aliquid contra Religionem molirentur, aut hostilia in vicinos mouerent, ita *Matth. Steph. de iurisd. lib. 3. par. 1. cap. 14. num. 12. & 13.* sed sine fundamento, & contra apertam veritatem.

17 Hinc verò fit, quòd cùm † Episcopus non habeat diœce-

diœcesim ex se, aut ab alio inferiori; sed ab ipso Summo Pontifice, non possit auctoritate sua illam minuere, aut dismembrare constituendo territorium distinctum à proprio territorio, nam id solùm pertinet ad Papam ex speciali eius priuilegio, *Hostien. in c. cum contingat num. 1. de foro compet.* vbi eum sequuntur *Ioann. Andr. sub nu. 4. vers. Alij dicunt, Butr. sub num. 11. vers. si quaeritur an habeat territorium, & Abb. sub num. 18.*

Et hæc quidem de Episcopatu, prout est Ordo, & Dignitas; prout autèm sumitur pro ipsa Sede, doleo, Catholicos aliquos (quorum nomina iuuat præterire) conatos fuisse auctoritati Summi Pontificis, quãtum in eis fuit, detrahere, ideò nè quando eorum errores in humanis mentibus aliquam radicem producant, vel productam enutriant, qua maxima potero breuitate totam rem in sequenti excutiam.

SVMMARIVM.

1 *Papæ Potestas in erigendis nouis Episcopalibus Sedibus etiam per dismembrationem aliarum diœceseon, absoluta.*
2 *Papæ eadem potestas, an ordinaria.*
3 *Territorium nihil commune habet, cum his, quæ sunt de proprietate.*
4 *Territorij latitudo, vel angustia nihil detrahit plenitudini Iurisdictionis.*
5 *Territorium inferioris alicuius Ecclesiæ, perpetuò subalternatur territorio Papæ.*
6 *Discretionis vsus circa potestatem Papæ, refertur ad iudicium internum, non ad externum.*
7 *Papa quicquid statuit, præsumitur statuere pro vniuersali bono, Spiritu sancto dictante.*
8 *Causa iusta perpetuò præsumitur in Papa aliquid decernente.*
9 *Alienationis rei Ecclesiasticæ prohibitio, non attenditur, quando res vnius Ecclesiæ transit in aliam Ecclesiam.*
10 *Quod tamen respectu inferiorum à Papa indistinctè non procedit.*
11 *Papa vicem Dei gerit in terris.*
12 *Papa omnia regit, ordinat, & disponit.*
13 *Papa aliquid statuenti non potest dici, cur ita facis.*
14 *Papæ est cœleste arbitrium.*
15 *Papa potest mutare rerum naturam per applicationem substantialium vnius rei ad aliam rem.*
16 *Papæ non potest refricari quæstio potestatis.*
17 *Diœceseon constituendarum modus, & ratio nusquam stabilis.*
18 *Proindeque tota pendet ex arbitrio Papæ.*
19 *Diœceseon dismembrationum, causa excussa.*
20 *Exemplis non limitatur Regula.*
21 *Idiomatis diuersitas an præstet causam constitutioni nouæ Sedis Episcopalis.*
22 *Dismembrationis Iustitia pro noua erectione, pendet à Iustitia ipsius nouæ erectionis.*
23 *Text. in c. præcipimus 16. q. 1. explicatus.*
24 *Episcopalis Sedes non est constituenda in modica aliqua Ciuitate, & cur.*
25 *Pensiones non imponuntur hodiè super Episcopatibus, per quas non remaneant mille pro Episcopo.*
26 *Congrua pro Episcopo in primis deducenda de fructibus, vbicunque Episcopatus grauatur pensione.*
27 *Congrua eadem taxata per Concilium in mille ducatis, intelligitur de ducatis vsualibus Regionis.*
28 *Episcopalis potestas non debet redigi ad humiles, vel pannosos Episcopos, nec debet sui numerositate vilescere.*
29 *Episcopalis noua Sedes debet erigi etiam inuito Populo, vbi Ciuitas non est modica, nec subest timor, vt Dignitas Episcopalis euilescat.*
30 *Glossæ doctrina in c. lege Imperatorum in verb. diuisionis dist. 10. latè excussa.*
31 *Caussa iusta in Papa, dum ponit nouas Sedes Episcopales, semper præsumitur.*
32 *Caussa, dum aliquid decernitur per Principem, quando debeat exprimi.*
33 *Episcopalis Sedis noua erectio per dismembrationem aliarum Diœceseon, non est contra statum Ecclesiæ.*
34 *Argumentum non valet à consecutiuis non omnino necessarijs.*
35 *Potentia, quæ ad actum non perducitur, minimè æstimatur.*
36 *Potentia actui valdè proxima æstimatur.*
37 *Quod procedit, si actus omninò sit consecutiuus, & indubitatus.*
38 *Arbitrij infertur ex duplici termino quãdo, & vbi*
39 *Text. in c. Fœlix 16. q. 1. expositus.*
40 *Textus in cap. sicut in vnaquaque 21. q. 2. declaratus.*
41 *Episcopi non possunt plures præfici vni Ecclesiæ.*
42 *Text. in cap. Non autem 7. q. 1. explicatus.*
43 *Text. in cap. multis 16. q. 1. explicatus.*
44 *Cardinalium consilium an requiratur, quando Papa erigit nouam Sedem Episcopalem.*
45 *Cardinalium consilium in arduis videtur exigi.*
46 *Suntq; Cardinales in hac quasi possessione.*
47 *Cardinalium consilium nusquam est præcisè necessarium, vbi Papa aliquid statuit.*
48 *Secundum tamen distinctionem, quæ hic ponitur.*
49 *Papa non habet Iudicem.*
50 *Cardinalium consilium respectu necessitatis coactiuæ, & extrinsecæ nullo modo requiritur in Constitutionibus Apostolicis.*
51 *Neque potest prætendi aliqua præscriptio, seù quasi possessio in contrarium.*
52 *Imperator non potest condere legem sine Senatu,*
53 *secus verò Papa.*
54 *Text. in l. Humanum, C. de legibus quomodo procedat.*
55 *Cardinalium consilium, nec quidem eo casu requiritur, vbi agitur de tollendo eo, quod est factum cum tali consilio.*
56 *Clausula consueta adijci in literis Apostolicis* de fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, *non adijcitur ex necessitate aliqua, sed ex simplici quadam decentia.*
57 *Cardinalium consilium, quando adhibetur in Decretis Apostolicis, quid præstet.*

58 Papa

58 *Papa non potest iudicari, vel per totum Clerum.*
59 *Principes laici Iure ne sibi vindicent patronatum in Cathedralibus constitutis in eorum dominijs temporalibus.*
60 *Et quid respectu Dignitatum, & Pralaturarum inferiorum.*
61 *Et concluditur negatiuè.*
62 *Patronatus Principum in Episcopatibus, & Pralaturis, non possunt iustificari ex sola tolerantia Papa.*
63 *Text. in can. filijs, vel nepotibus, 16. q. 7. latè explicatus.*
64 *Prouidentia Ius simplex permissum Principibus patronis in rebus Ecclesia.*
65 *Patronus nullum habet Ius in rebus Ecclesia.*
66 *Patroni consensus in alienationibus bonorum adhibetur de honestate, & vrbanitate, non ex necessitate, & illius omissio nihilominus quid operetur.*
67 *Patronus Ecclesiasticus habet se informare de reditibus Beneficij, at minimè exigere rationes minutatim.*
68 *Patronus non habet Ius ponendi Custodem, vel Oeconomum.*
69 *Patronus non habet curam temporalium.*
70 *Text. in c. filijs 16. q. 7. restringitur ad collata per Patronum.*
71 *Aduocatia in Ecclesijs cur prohibita.*
72 *Text. in d. can. filijs, restringitur ad Patronos, qui simul sunt Principes.*
73 *Principis appellatio non includit, aut Barones, aut eos, qui ex aliqua dignitate saculari, qualis est Princeps Achaia, sic vocantur, sed eos dumtaxat, qui propter magnum potentatum comparantur Regibus.*
74 *Text. in eod. can. filijs, vel nepotibus, non habet locum, vbi alienatio fit per Papam.*
75 *Principes laici, eatenùs habent defensionem Ecclesiarum, quatenùs per Ecclesiam imploratur.*
76 *Text. in c. Boni Principis dist. 96 latè explicatus.*
77 *Ecclesiarum reparatio, quomodò apud aliquos Magistratus practicetur.*
78 *Cathedralium reparatio, cui incumbat, statur consuetudini.*
79 *Reparatio Cathedralis Ecclesia ad Episcopum pertinet, qui ideò debet inferre quartam partem redituum non solùm futurorum, sed etiam prateritorum absque aut Capituli, aut alterius grauamine.*
80 *Quod declaratur.*
81 *Laici Magistratus non possunt vrgere Ecclesiasticos ad reparationem Ecclesiarum.*
82 *Papam redargui per Principes laicos, perinde est ac cum filius redarguit patrem, vel discipulus Magistrum.*
83 *Principis optimi est, excusare, non culpare factum aliquod Sacerdotum.*
84 *Protectionis Ius est vacuum ab omni Iurisdictione, & imperio.*
85 *Et est simplex Aduocatia.*
86 *Eiusq; pratextu sapè perniciosè peccatur, & quomodo.*
87 *Protectio Ecclesiarum quatenus laicis permissa.*
88 *Protectionis pratextu non possunt laici, quantumcunq; Religiosi, insurgere contra Ecclesiasticos.*
89 *Aduocatia laicorum, respectu Ecclesiarum exercentur ad voluntatem ipsarum Ecclesiarum.*
90 *Fluctus maris quid.*
91 *Literis siuè rescriptis Apostolicis, qui modus se opponendi.*
92 *Earundem literarum executio, quando, & quatenùs suspendenda.*
93 *Pontificia Decreta in dubium reuocare, quatenùs processerunt ex certa scientia, summa est temeritas.*
94 *Contradictio, qua fit Decreto Apostolico circa Ius positiuum, semper est friuola, & iniusta.*
95 *Papa non potest adscribi Iuris error.*
96 *Text. in l. 3. ad fin. de suppell. legat. lectio immutata per Antonium Fabrum.*
97 *Papa non dicitur errare in Iure.*
98 *Metropolis erectio ex absoluta Potestate Papa.*
99 *Consueuit tamen fieri Consistorialiter.*
100 *Metropolis erectionis causa, non potest in dubium reuocari.*
101 *Metropolis si erigatur ex pluribus causis, sufficit alteram esse veram.*

QVÆSTIO XI.

Quam ampla, & absoluta sit potestas Summi Pontificis in Constitutione noua Sedis Episcopalis per dismembrationem aliarum diœceseon.



1 LICET Canones † potestatem Summi Pontificis in nouis Sedibus Episcopalibus constituendis, etiam per dismembrationē aliarum diœceseon, semper habuerint pro absoluta, *can. pracipimus, qui in ordine est 53. & ibi pra cateris Turrecrem. vers. nam etiam Concilium, 16. q. 1. glo. in cap. sicut vnire in verb. pertinere, vbi etiam Hostien. num. 1. Zabar. num. 3. Anchar. nu. 1. & alij passim de excess. pralat. Silu. de benef. in 2. par. quast. 3. nu. 10.* & in progressu quæst. huius ostendetur: tamen quia aliqui visi sunt, eam certis angustijs cohibere, peropportunum duxi, omnia illorum argumenta huc ad Iustitiæ, & ad veritatis cribrum reuocare: Aiunt autem, Papam non posse erigere nouam Cathedralem, illique constituere nouam Diœcesim per dismembrationem locorum ab alijs Episcopatibus, etiam si velit vti potestatis plenitudine (quicquid fit in terminis potestatis
2 ordinariæ, † in quibus tātum loqui videtur *glos. in can. lege Imperatorum, in verb. diuisis,* & ibi etiam *Gemin. in 4. col. vers. aut vult auferre, & versic. nam quando agitur 10. distinct. Hostien. Zabarell. & Anchar. vbi supra*) Quod relatum ad hanc potestatem supremam, & absolutam, vt ipsi loquuntur, prorsus est falsum, neque vlla ratione fulcitur: Etenim quod astruunt, agi de proprietate rei Ecclesiæ, eamquè non esse sub libera dispositione Papæ,

pæ, prout sunt tituli beneficiales, *iuxta cap. 2. de praeben. in 6.* & in consequens causam requiri, vt videtur sentire *Gemin. vbi supra*, plurimos, ac manifestos continet errores, ac primum quidem, dum supponunt diœcesim esse de proprietate Ecclesiæ.

3 Etenim † Territorium nihil commune habet cum his, quæ sunt de proprietate; suntquè hæc penitus separata, nec ad inuicem permiscentur, vt eleganter deducit *Oldrad. cons. 176. num. 2.* & quamuis Iurisdictio coherens territorio sit de proprietate Ecclesiæ; tamen per dismembrationem
4 territorij ea non minuitur in sui substantia, † quia latitudo, vel angustia territorij, nihil detrahit plenitudini ipsius Iurisdictionis, vt subtiliter aduertit *Lap. in suo cons. impresso post consilia Oldrad. n. 3. ad finem*, cui subscripserunt sex primarij Docto-
5 res. Et quamuis † Ecclesia inferior dicatur habere Territorium, illud tamen habet subalternatè ad Papam, qui illud concessit, & cui totus Orbis stat pro diœcesi, *Socin. Sen. cons. 237. sub num. 1. col. 2. vers. nec Iurisdictio illius, lib. 2. Aym. consil. 128. num. 2.*

Præterea dato quod Territorium, seu diœcesis esset de dominio Ecclesiæ inferioris, non video, quid indè sequatur respectu supremæ potestatis Summi Pontificis volentis ea plenitudine vti, atque
6 ità procedere ad dismembrationem † sine causa; nam quæ proponuntur de discretione in vtendo ea potestate, procedunt respectu interni iudicij Animæ, non autem respectu Iudicij humani, *can. si Papa, distinct. 40. & can. oues 2. quaest. 7.*

Interim verò, quæ à Summis Pontificibus decer-
7 nuntur, † non præsumuntur particulari aliquo affectu statuta, sed pro vniuersali bono, Spiritu Sancto dictante, *can. violatores, & can. quæ ad perpetuam 25. quaest. 1. per quos tex. ita pronunciauit Præpos. in can. lege Imperatorū in 3. col. paulo ante explicationem glo. 2 vers. & ideò cum Chri-*
8 *sto 10. distinct.* & causa † iusta semper in eo præsumitur, vt *ibidem* in his terminis pronunciauit *Gemin. col. 5. in princip. vers. per quod infert ad dubium, & vers. in Papa autem, quem sequitur Fel. in cap. quæ in Ecclesiarum, sub num. 44. ad fin. vers. & in talibus, de constit.*

9 Quinimò, ex quo † id ipsum quod ab vna aufertur, alteri Ecclesiæ applicatur, extra dominium Ecclesiæ vniuersalis nullo modo transit, vix est, vt consideretur alienatio aliqua contra Edictum de Rebus Ecclesiæ non alienandis, *clem. 2. de reb. Eccles. non alien.* quod pariter perpendit *Præpos. in d. can. lege Imperatorum in 3. col. ad fin. vers. & principaliter 10. distinct. & in can. non liceat, n. 6. 12. quaest. 2.*

10 Et quamuis in inferioribus † istud non sine distinctione procedat, vt declarat *Beroi. in c. 1. nu. 35. eo. tit.* tamen respectu Papæ, non recipit modifica-
11 tionem aliquam, quià ipse † est successor Petri, & Vicarius IESV CHRISTI, vicem non puri hominis, sed veri Dei gerens in terris, *cap. Inter corporalia, de translat. Prælat. cap. pro humani, de homi-*
12 *cid. in 6.* vndè omnia regit, † ordinat, & disponit, prout sibi placet, *can. cuncta per mundum, & can. per principalem, 11. quaest. 3.* per quæ iura ita
13 scribit *Anchar consil. 373. nu. 5.* vbi subdit, † ideò non posse ei dici, cur ita facis? non secus ac non potest dici ipsi Deo, *glo. in can. quamuis 23. in*
14 *verb. Deo, de pœnit. dist. 3.* Enimverò † si terreno Principi licet sibi arrogare celeste arbitrium, *l. 1. ad fin. C. de summ. Trin. & Fid. Cathol.* multò quidem magis, & æquius licere debet cœlorum
15 Rectoris Summo Vicario, † & cui ideò facilius est, posse rerum naturam immutare per applicationem substantialium vnius rei ad aliam rem, vt eleganter *docet glo. in cap. quanto in verb. Veri Dei de translat. Episc.* Quapropter in his, quæ sunt
16 Iuris positiui. † nihil vltra in Papa quæritur, quàm an ita voluerit, *Anchar. cons. 310. sub nu. 10. vers. non obstat quod Papa, Felyn. in præcit. cap. quæ in Ecclesiarum, sub eo num. 44. versic. & similiter dixit Petrus, Rota decis. 55. num. 3. par. 2. diuers.*

17 Præterea rursus, † & ratio distribuendi, ac limitandi diœceses; nouasq; Ecclesias Cathedrales constituendi, mutandi, & alterandi, nusquàm stabilis fuit, sed penitus mutabilis, & cum multorum annorum euolutione multoties variata, vt supra exposuimus, & latissimè demonstrat *Tholos. syntag. iur. vniuers. lib. 15. cap. 12 num. 4* proindeque
18 penitùs † ab arbitrio Summi Pontificis pendet, vt benè per *Anchar. d. consil. 373. num. 8.*

19 Cæterum non consueuerunt † Summi Romani Pontifices dismembrationes istas, nouasquè erectiones Cathedralium absquè causa facere, in cuius quidem causę indagatione mirabilitèr hi allucicinati sunt qui existimarunt, eam referendam esse, vel ad excrescentiam populi per conuersionem fidelium, assumentes exemplum positum in *canon. nulli 99. distinct.* pro limitatione regulæ contra
20 præceptum † I. C. *in l. damni infecti 30. §. vltim. ff. de damn. infect.* vel ad latitudinem
21 Prouinciæ, † diuersitatemvè idiomatis, auctoritate gloss. *in cap. cum inferior de maiorit. & obedien.* quæ nihil minus dicit, & vtrumquè est contra textum ad literam *in cap. Quoniam in plerisq; de offic. ordin.* qui his casibus mandat, institui diuersos Vicarios, non autem Episcopos.

Quo igitur ad causam hanc per Canones requisitam, est aduertendum, duplex in hac re cōsiderari factum, alterum principale consistens in erectione nouæ Cathedralis, & alterū consequutiuum in assi-
22 gnatione, constitutioneque diœcesium; Itaut † posita Iustitia primi, consequatur necessario Iustitia secundi; nè videlicèt hæc noua Ecclesia remaneat sinè diœcesi, atque ita sine administratione, quam Iustitiam non minuit dismembratio ab alia, nisi sit excessiua, *Bero. in præallegat. cap. 1. num. 35. versic. si verò concessio fieret, de rebus Eccles. non alienan. cap. 1. eod. tit. in Sexto. & clem. 2. eod. tit. Præposit. vbi supra.* Totaquè difficultas reducitur ad punctum Iustitiæ erectionis nouæ Cathedralis intra limites alterius, quæ nec tantis constringenda est cancellis, nec adeò longè petēda, vt prædicti
23 existimarūt. *Præcipimus † (inquit text. in can. præcipimus 53. in ordine 16. q. 1.) iuxtà Sacrorum Canonū statuta, vbi multitudo excreuit fidelium*

vigore

vigore Apostolicæ Sedis debeat ordinare Episcopos, pia tamen contemplatione, vt non vilescat dignitas Episcopatus, ex quo text. apparet, causam hanc ex quantitate, & loco æstimandam esse, nimirùm ex quantitate animarum, quæ talis sit, vt vnicus Pastor ei non sufficiat, siuè prouenerit ex recenti conuersione fidelium, *vt in d. can. nulli*, siue aliunde, cum Canon simpliciter contempletur multitudinem fidelium: quæ sanè ratio videtur petita ab illo fonte Euangelij *Matthæi cap. 9. ad finem: messis quidem multa, operarij autem pauci, rogate ergò Dominum Messis, vt mittat operarios in messem suam*, ex loco verò, quòd talis sit locus, in quo Sedes collocatur, vt nò vilescat Dignitas Episcopalis:

24 Vndè † non ad modicam Ciuitatem, sed ad honorabilem Vrbem Episcopus titulandus, & denominandus est, inquit Anacletus *in can. Episcopi 80. distinct.* curandumquè, nè necessariis ad victum, & vestitum indigeat, *can. Episcopus 10. quæst. 2.* ad quod refertur necessitas ista ex loco, vt videtur aduertisse, *Præposit. in eo. can. Episcopi, ad med. vers. & dic, quòd in qualicumquè loco*, cuinsce rei

25 causa hodie † ex Tridentini Concilij decreto, *sess. 24. cap. 13. de reform.* prouisum est, nè Cathedrales grauentur pensionibus, adeo vt congrua pro Episcopo non remaneat, quam mille ducatorum

26 esse voluit, quæ ideò semper est † ex fructibus ante omnia deducenda, *cap. extirpandæ, & cap. cum secundum Apostolum de præbend. & fuit decisum in vna Campanien. pensionis 22. Iunij 1609. coram Iusto. Gregorius decis. 570. num. 5.* vbi tamen

27 *num. 6.* subditur † id intelligi de ducatis illarum partium, idest vsualibus regionis, seù Prouinciæ, in qua est assignata pensio, quod aliàs ex mente Sacræ Congregationis fuit responsum *in vna Romana pensionis 20. Maij 1575. coram Cardinali Blanchetto*.

28 Quemadmodum verò altero ex his † cessante, videtur etiam cessare ratio constitutionis nouæ Sedis, nè vel Episcopalis potestas redigatur ad humiles, vel pannosos, aut ea dignitas sui numerositate vilescat, prout itá optimè etiã considerat *Butr. cons. 19. num. 5. ad fin. versic. & in quantum, &*

29 *num. 6.* sic his † duobus concurrentibus, nedum si populus instet, sed etiam si negligat, & eo inuito, Papa nouam Episcopalem Sedem constituere potest, *gloss. in praallegat. can. in nouo in verbo rogauerunt 21. distinct.*

30 Et ex his deducitur † cauendum esse *à gloss. in d. can. lege Imperatorum in verb. diuisiones, 10. distinct.* quæ pronunciauit, Papam inuito Episcopo non posse diuidere Episcopatum, præterquàm ex causa, quam videntur sequuti *Abb. in cap. vlt. sub nu 12. versic. & vide de confirm. vtil. vel inutil. & inter suas quæstiones, quæst. 1. num. 17. & Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 42. ad finem, de constit.* nam quoad causam est aduertendum, sem-

31 per illam † in dubio præsumi, vt supra dictum est, ex *Gemin. in eod. can. lege Imperatorum in 5. col. in princ. vers. dicit tamen Dominus meus*, & fassus est etiam *Abb. in ea. quæst. 1. num. 17.* vt propterea veniat reijcienda contraria opinio erroneo innixa fundamento, quia scilicèt alteretur status vniuersalis Ecclesiæ, vndè exigitur, vt causa alijs

32 quoquè innotescat, † quod videtur fuisse de mente *Innoc. in cap. Quanto sub num. 5. versic. tamen si Papa de consuetud.*

33 Etenim quod † supponitur, constitutionem nouæ Sedis, & consequutiuam dismembrationem vnius diœcesis esse contra statũ Ecclesiæ vniuersalis, minimè subsistit: nam *Abbas in d. q. 1. n. 17. versic. venio ad tertium*, quem sequitur *Felyn. vbi supra*, qui consueuerunt pro hoc dicto allegari, sentiunt contrarium de directo, distinguentes casum hunc à casu, quando Papa vellet remouere omnes Episcopos, & eorum ordinationem, vt hoc, non autem illud sit contra statum vniuersalem Ecclesiæ: Nec admittenda est argumentatio; Quod ista diuisio Episcopatus, & dismembratio Iurium Ecclesiæ cathedralis concernat statum vniuersalis Ecclesiæ in consequentiam; quia sic posset fieri de alijs Episcopis; nam ducitur ab vniuersali negatiua ad particularem affirmatiuam contra regulas Dialecticorum, nequè †

34 in Iure recipitur argumentatio à consequutiuis, nisi consequutio sit omninò necessaria, *Felyn. in cap. in nostra, sub num. 15. versic. sed tenendo istud dictum, de rescript.*

35 Nequè rursus † æstimatur potentia quæ ad actum non perducitur, *l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi, l. hæc enim, §. si Prætor, ff. de suspect. tuto. Becc. cons. 105. sub num. 3.* vnde nullatenus à potentia ad actum bènè infertur, *Surd. qui alios allegat decis. 92 num. 9.* & quamuis æstime-

36 tur potentia, † valdè proxima, *l. pen ff. de milit. testam. cum simil. per Mandos. ad reg. 31. quæst. 9. num. 4. & Costam de fact. scientia, inspect. 25. n. 3.*

37 id tamen admittitur † eo duntaxat casu, vbi actus necessariò est consequutiuus, & indubitatus, vt post alios, declarat *Tiraqu. ad leges connub. gloss. 2. nu. 26. & 27. & Costa. vbi supra sub nu. 6. versic. vtcumque sit.*

Præterea si vera esset hæc assertio, sequeretur maximum absurdum, Quod scilicet iustitia causæ huius non penderet absolutè ab arbitrio Papæ, & tamen hoc est in Iure certissimum, præsertim cũ (vt supra dictum est) efformetur ex duplici termino

38 videlicèt quanto, & vbi, † qui singuli arbitrium inferunt iuxta doctrinam *Bald. in l. voluntatis, num. 22. C. de fideicomm.*

Quodquè ad extenuandum huiusmodi arbitriũ plurimũ agitant, aduersari videlicèt facto dismembrationis huius generalia Concilia, nequè ipsum

39 satis solidum est: † Quo enim ad decretum Concilij Carthaginen. *in can. Felix, qui in ordine est 50. 16. quæst. 1.* illud nequè tangit arbitrium istud; sed potius præseruat, nequè ad rem facit, quia loquitur de constituendo Episcopo in diœcesi in qua fideles deficiunt, vt ibi tam vetusta, quam recens Gregoriana glossa declarat.

40 Quo verò † ad aliud decretum Synodi Romanæ *in can. sicut in vnoquaquè 21. quæst. 2.* clarum est, ad rem non pertinere, cum inde prohibeatur vni Ecclesiæ duos Episcopos præfici; Quod sanè

41 esset monstrum † non minus, quàm in vnico corpore duo capita constituere, vt dicit *text. in cap. quoniam in plerisquè, §. prohibemus, de offic. ord.*

ne

42 nec vsquam contigit, prærerquàm † in Augustino,
per errorem tamen, & ignorantiam, can. non autem 7. quæst. 5. prout ipse declarat in epist. 110. &
refert Sponsan in anu. 395. num. 13. quod nesciuit Abb. in cap. 1. nu. 2. de Parroch. qui existimauit, id quidem consultò, & ex causa factum.
Propterea que non est deflectendum ab opinione Geminiani, & Abbatis, volentium, causam hanc præsumi.

Sed quatenus rursus glossa præallegata, quam prædicti sequuti sunt, supposito quod Papa sine causa nouam erigat Cathedralem, negat hanc potestatem in Papa, si Episcopus reluctet: videndum est, an hoc sit verum, & sanè fundamentum glossæ
43 est † tex. in can. Multis, qui in ordine est 51. 16. quæst. 1. Multis Concilijs (inquit textus) hoc statutum est à cætu Sacerdotali, vt Plebes, quæ in diœcesibus ab Episcopo retinentur, quæ Episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius Episcopi, à quo tenentur, proprios accipiant Rectores. Qui sanè textus nihil minus probat, quàm glossę assumptum, siuè intelligatur excepta auctoritas Apostolica, de qua nec verbum quidem, vt rectè ibi aduertit glos. 1. ibi quod non est verum quantum ad Papam, & eam sequuntur Archidiac. sub num. 3. Bellamer. sub num. 3. circa finem versic. sed Bartholomæus Brixiensis, siuè dicamus id referri ad effectum præiudicij ipsius Episcopi, dum viuit, cui aliàs Papa non censetur voluisse præiudicare, vt exponit Bellam. in eodem can. multis, versic. sed caue, iunctis his, quæ scribit ad finem. Et sanè quòd erronea sit opinio dictæ glossæ, & sequacium, patet etiam ex tex. in supracitato can. præcipimus, in quo aliàs frustra Gregorius Papa præciperet Bonifacio Episcopo, vt Sedis Apostolicæ auctoritate nouos constituat Episcopos.
44 Ex his quoque infertur † ad declarationem alterius doctrinæ Abb. in præcit. quæst. 5. sub n. 12. versic. consilium tamen Collegij, quatenus censuit, in huiuscemodi noua constitutione Sedis Episcopalis, & dismembratione, assignationeq; diœceseon
45 requiri Consilium Collegij Cardinalium, † ex illa conclusione, quam posuit Ioannes Monach in cap. super eo, num. 3. de hæret. in 6. tale consilium omnino exigi in arduis, & refert, se ideo vidisse cassari multas prouisiones Abbatiarum, & Episcopatuum factas per Cęlestinum Quintum, quia sine consilio Cardinalium fuissent factæ, non ob aliud, quàm quia Cardinalium cætus in hac quasi possessione esset, vt ardua sine eo non explicarentur, quod
46 etiam † de hac quasi possessione tradit idem Abb. in cap. ex gestis, sub num. 3. versic. & vide ad hoc
47 de Cleric. non resid. nam † & communis est in contrarium, vt ibi per Gemin. sub num. 4. versic. communis conclusio, traduntque omnes in Rub. de constit. præcipuè Bosch. Codech. num. 69. & 77. Perret. num. 9. & 13. Anton. de Burg. num. 71. & 117. Andra ab Exea. ex num. 177. Paris. de resignat. lib. 3. quæst. 18. num. 124. Bobadil. in polit. lib. 7. cap. 6. nu. 16. cum alijs, quos citat, & sequitur Petrus Callisto in tractat. de leg. Regis, §. 4. nu. 22. quibus addi possunt Gemin. in cap. super eo sub num. 4. vers. communis conclusio est de hæret. in 6. Germon. de Indult. Card. super versic. Quod tu Romanæ, nu. 56. omnium melius Iacobat. de concil. lib. 7. art. 5. num. 137. & quicquid sit respectu necessitatis directiuæ, & intrinsecæ, quo casu potest tolerari talis sententia, saltim in his, quæ versantur circa Ius Diuinum, vt sic distin-
48 guendo probauit † Ripa in rubric. nu. 20. de constit. & cum eo transit Prob. in addit. ad Monach. in eo. cap. super eo, num. 37. versic. ideò, aut omnibus satisfaciam, cum seq. tamen respectu necessitatis coactiuæ, & extrinsecæ, propositio est falsa,
49 nàm sic † constitueretur Iudex supra ipsum Summum Pontificem, contra text. in can. nemo, 9. q. 3.
50 atque † ita declarat Paleott. de Sacr. Consistor. Consult. par. 1. q. 3. in responsione ad tertium argumẽtum, qui addit, aliter sentire nil aliud esse, quàm summam iniuriam Dignitati Pontificiæ inferre, ità ille in versic. verum aost.

Neqnè ad rem facit, quod Sacrum Collegium sit in hac quasi possessione (vt aiunt supradicti) nam
51 quoad † vim necessitatis huius coactiuæ ea penitus negatur, aliàs esset inducere consuetudinem, vel præscriptionem contra supremam potestatem ipsius Pontificis, vt sic in puncto determinat Abb. in d. cap. ex gestis, sub nu. 4. versic. nunquid autem possit induci consuetudo, de Cleric. non resid. & probauit etiam in ea. quæst. 1. nu. 13.
52 Minus vrget † simile adductum à potestate Imperatoris, qui non potest legem condere sine Senatu, l. humanum, C. de legib. Etenim præter id
53 quòd illatio de Iure † non procedit propter diuersitatem cadentem inter Diuinam, & secularem auctoritatem, prout rectè aduertit Paleott. vbi su-
54 pra, dispositio † quoque text. in d. l. humanum referenda est ad necessitatem directiuam, non autem ad coactiuam, vt ibi sentiunt glos & Bart. nu. 1. & Bald. sub num. 2. versic. solutio. concedo, & quod
55 penitus non sit † necessarium tale consilium, etiam quod ageretur de distruendo, vel tollendo actu facto cum tali consilio post plures, quos allegat ex communi, & magis communi, firmauit Rota decis. 666. num. 4. part. 1. in recentior. adeò, quod ea
56 clausula adijci consueta de fratrum nostrorum consilio, nullo modo sit ex necessitate, sed ex simplici quadam decentia expressa in d. l. humanum, vt censuit Alber. in rubr. num. 3. vers. vndè illa clausula, C. eo. tit. de legib.

Fatendum est tamen, Romanos Pontifices pro
57 eorum summa modestia non consueuisse † aliter, quàm consistorialiter negotia huiusmodi expedire, vt tutiùs clausulas ex certa sciẽtia, & de potestatis plenitudine, aut alias similes interserant, vndè etiã literæ eæ nulla egent iustificatione in narratiua, quod latissimè deducit Rota, decis. 612. ex num. 5. par. 2. in recent.

Ex eisdem, ac proximè dictis, infertur; aliã assertionem; Quòd Princeps secularis, in cuius temporali Territorio sita est Cathedralis, à qua debet fieri dismẽbratio diœceseos, possit se tali dismembrationi opponere prætextu iniustitiæ; hanc, inquam, assertionem nedum esse indignam homine
58 Catholico, ex sententia Canonis † prohibentis sub prætextu iniustitiæ, neque per ipsum Cæsarem,
aut

Visitatorem in præiudicium alterius, alius, quàm Papa dare possit, ex quibus verbis satis innuit *Innocen* potestatem Summi Pontificis in istis beneficialibus, & Ecclesiasticis, non recipere modificationem aliquam ex præiudicio, vel interesse alterius.

Neque ideò intrat alia ratio, quòd videlicet defensio Ecclesiarũ pertineat ad Reges,& alios Prin-
75 cipes temporales, quia illud optimè obtinet, † vbi eorum fauor per ipsam Ecclesiam imploratur contra laicos rebellantes, vel vt eos puniant quando exarmati omni priuilegio fori, traduntur Curiæ sæculari; *can. Principes quem ibi sic expendit Bellam. 23. quæst. 5.* vel quando imploratur auxilium Brachij sæcularis. *can. Administratores eadem quæst. 5, vbi Archidiac. & idem Bellam* quod vt procedat alibi declaro, & sic ij duo Canones pro isto assumpto non merentur allegari, longeque aliud est Officium bonorum Principum circa Ecclesias, illarumquè curam, quàm quod per prædictos inuoluitur.

76 *Boni Principis* (inquit † textus *in canon. vltim. 96. dist.* qui per aduersarios allegari consueuit) *est, ac Religiosi Ecclesias contritas, atquè concissas restaurare, nouas ædificare, & DEI Sacerdotes honorare, atque tueri. Vndè Sanctos Apostolos, eorumquè successores sub diuina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persequutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico, nequè expellere æterni Regis dispensatores.*

Ex quo sanè textu tria præscribuntur, in quibus videtur consistere Officium boni Principis laici, circa Ecclesiastica, quorum nullum attingit facultatem hanc se opponendi voluntati Vicarij CHRISTI. Primum est Ecclesias resarcire, & construere, cui muneri qualitèr modernis sæculis satisfiat, DEVS, & totus orbis nouit; Legimus autem, alicubi materiam hanc ità practicà-
77 ri, vt laici † cogant Ecclesiasticos ad resarciendum Ecclesiastica ædificia, vt videre est apud *Papon. lib. 1. titu. 5 arrest. 19 & 20. Guillel. de Benedict. in cap. Raynutius in verbo, & Vxorem nomine Adelasiam, in 2. decis. num. 138. & in verb. domum num. 17. de testam.* quòd tamen *d. canon.* nec alius permittit.

Aliud enim est, An Ecclesiastici ad id teneantur,
78 quòd nemo inficias eat, † præcipuè respectu Cathedralium, ad quarum reparationes (circumscripta particulari consuetudine, quæ in hoc primum sibi locum vindicat, vt latè probat *Bero. consf. 3.*
79 *ex num. 3. volum. 1*) tenetur ipse Episcopus † de quarta redituum suorum non solum futurorum, sed etiam præteritorum, quos ad istum effectum debet conseruare, *Bero. ibidem num. 6. Barbat. consf. 26 sub num. 4. versic. & prædicta omnia lib. 3. Surd. latè consf. 62. num. 23.* adeò quod nec Capitulum, nec Parocchiani possent grauari ratione cuiusuis supplementi ob insufficientiam talis quartæ, quod visum est *Bero. ibidem*, nisi facta excussione primùm de suis, & posteà de redditibus Canonicorum Cathedralis, adhuc liqueret de insufficientia, vt declarat *Surd. eo. consf. 62. nu. 24. ad finem*, illa insufficientia deducatur etiam ex præte-
80 rito, † quia scilicet etiam habita ratione ad præteritum, non sufficiat, vt resoluit *Rota decis. 627. n. 4. par. 1. in recentior.*

Aliud, inquam, est an Ecclesiastici teneantur, & longè aliud, an per ipsos laicos compelli possint,
81 quod est alienum Ius, † alienamquè exercere Iurisdictionem, vt optimè declarat *Surd. consf. 301. num. 42. versic. quod si Clerici*, & per totum illud consilium, quicquid sinè fundamento aliquo scripserit *Hieronym. Ceual. de cognit. per viam violent. 2. par. quæst. 99. ex num. 12.* nimis enim frigida ea est ratio, quod Reges sint exequutores Concil Triden. quam ipse ibidem, sub *n. 16* inserit.

Alterum est honorare, & tueri Sacerdotes, in quo sanè non potest fundari ea assertio. Quod ad honorem enim attinet, arguere Summum Pontificem de iniustitia, summa est eum afficere
82 iniuria † non minus quàm si filius, vel discipulus aliquis Magistrum, & Doctorem, Patremuè suum temerè increpet, *canon. Quis dubitet 96. distinct.* nam, & supposito, quod posset videri
83 actio iniusta, boni † tamèn Principis est illam excusare, & non culpare, imitando Principem optimum Constantinum, vt refertur *in can. in scripturis 96. distinct.*

Quo verò ad tutelam, & protectionem, om-
84 nibus constat † de iure illam nudam esse ab omni Iurisdictione, & Imperio, *Gemin. consil. 81. sub num. 2. versic. nam recommandatus, Natta.*
85 *consil. 636. num. 1.* & nil esse aliud, † quam simplicem Aduocatiam, vt benè per *Gail. lib. 2. obseruat. 54. num. 1. qui sub num. 5. versic.*
86 *Aduocatus igitur titularis*, rectè monet, † ne quãdo prætextu Iuris huiusmodi protectoriæ, perniciosè peccetur, dùm Ius illud plus æquo extenditur, & ad quæstum, priuatamquè vtilitatem transfertur.

87 Quod prospicientes † Sacri Canones, protectionem hanc catenus laicis permiserunt, quatenus duo concurrant; Prius vt eorum auxilium per Ecclesiam ipsam imploretur, Et alterum, vt imploretur contra malefactores subiectos eisdem laicis, vt sic loquitur *text. in can. Administratores 23. quæst. 5.*

At quod catenus procedat commissio tutelæ huius, vt erigant se contra ipsas personas Ecclesiasticas, quinimò contra ipsum Ecclesiæ Princi-
88 pem, nullus est Canon, qui dicat; quin † ex diuerso potiùs multi detestantur, sint ipsi laici quantumlibet Religiosi, *canon 1. §. Eulalius cum sequentib. dict. distinct. 96.* hincque (vt supra di-
89 ctum est) prohibitæ sunt † istæ Aduocatiæ, & laicorum auxilia, iussumquè, ne per ipsos Ecclesiasticos implorentur, vt rectè *Gemin. in dict. cap. hoc consultissimo num. 9. de rebus Eccles. non alienan. in Sexto.*

Vltimum denique est, nullas facere persequutiones, nullasvè inferre fluctuationes, & in hac parte textus potius probat, supradictam assertionem falsam esse, nam non solum cohibet persequutionem, verum etiam fluctuum commotionem, idest perturbationem quietis.

90 Fluctus † enim maris est in vnam partem agi-
tatio, inquit *Seneca lib. 5. nat. quæst. cap. 5.* atquè
ità ex officio huiusmodi, nil educitur, quod ad
rem pertineat.

91 Hinc † etiam declarari potest, oppositionis qui
modus esse debeat, dum in hac materia laico-
rum ministri, nituntur remorari exequutionem
literarum Apostolicarum coram exequutore;
nam reducendo huiusmodi oppositionem ad limi-
tes rationis, & omissa contradictione extraindi-
ciali, antequam literæ sint expeditæ, si quidpiam
ostendatur minus verum in facto, super quo Sum-
92 mus Pontifex fuerit motus, poterit † quidem, &
debebit exequutor suspendere exequutionem,
donec super hoc Summum Pontificem consulat,
iuxta terminos *cap. si quando, de rescript.* at si
obreptio, aut subreptio deducatur ex prætẽ-
sa dispositione Iuris in contrarium, tunc ea pe-
nitus reiecta, ad exequutionem, absquè vlla cun-
93 ctatione procedat, tùm † quia esset summa eius
temeritas reuocare in dubium, quæ Summus Pon-
tifex ex certa scientia fecit, *cap. 1. & 2. de confir-
94 mat. vtil. vel inutil.* Tùm quia in effectu † non
ipsa gratia Apostolica; sed contradictio notoriè
remanet friuola, & iniusta, cùm enim materia
hæc merum Ius positiuum concernat, vt docet
*Abb. in cap. vltim. sub num. 10. versic. & maxi-
mè hoc videtur verum, eod. tit. de confirmat. vtil.
95 vel inutil.* non † potest prætendi aliquis Iuris er-
ror in ipso Pontifice, qui causet eius mentis defe-
ctum, quo mandatum suum elidi possit. Qui enim
subiectis error in Iure positiuo est, in Principe non
error, sed vsus dicitur, nequè ideò tanquàm error
debet contemni, sed tanquàm Ius seruari debet,
quod non solum in Summo CHRISTI Vicario;
verùm etiam in ipso Cæsare probat egregium Pau-
li responsum *in l. 3. ad finem, ff. de suppellect. le-
96 gat.* quamuis † me non lateat, *Antonium Fa-
brum ad titul. instit. de Iust. & Iur. in 1. prin-
cip. confut. 1.* vulgatam eius textus lectionem
damnasse, quod iure ne, an iniuria, alij viderint,
97 sed in † Papa tamen hoc perpetuò verum esse
censuit *glos. in can. in istis in verb. iudicant ad
finem 4. dist.*

Quemadmodum verò ex his patet, potestatem
Papæ, in erigenda noua Sede Episcopali omnimo-
98 dam, absolutamque esse; ità † non dissimilem
fatendum est, eidem fore in Metropoli constituen-
da, vbi iustæ aliquæ causæ id suadent, *text. est cla-
rus in l. vnic. C. de Metropolit. Beryto. lib. 11.*
quæ causæ vbi exprimuntur, non possunt in dubium
99 reuocari, præcipuè † in hac materia, in qua,
vt etiam supra innui, consueuit procedi Consisto-
100 rialiter, nec enim fas est obijcere † Papæ, &
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus menda-
cium, vt ait *Gramma. decis. 65. num. 63. vers. &
maximè cum est Pragmatica*, Quod sibi locum
vindicat, etiam quod appareret, aliquas ex causis
expressis non subsistere, & erroneas esse, nam satis
101 est, † vel vnam ex multis consistere, imò sufficit,
Papam supponere in genere, se ex iustis causis mo-
ueri, vt probat *idem text.* & firmatum fuit *in
vna Theatina Superioritatis 27. Iunij 1578. co-
ram Oradino, quam firmarunt Domini in Bono-
nien. Metropolis 23. Iuny 1606. coram Cardi-
nali Lancellotto.*

SVMMARIVM.

1 Episcopus à solo Papa potest deponi.

2 Abbas hodie non potest deponi, nisi à Papa, vel ex eius Indulto.

3 Translatio quid.

4 Diductio, siue diducere quid.

5 Translatio Monachorum, qua auctoritate fiat.

6 Eadem est duplex, & de vtriusque effectu.

7 Translatus quando acquirat primo, vel secundo Monasterio.

8 Eiectio Regularis, propter incorrigibilitatem, non soluit vota, sed tantum obseruantiam Regulæ.

9 Translatio Prælati in gratiam personæ, damnata à Canonibus.

10 Et ratio explicata.

11 Translatio Episcopi fit solius Apostolicæ Sedis auctoritate.

12 Translatio Episcopi, vel Abbatis alia est personæ dumtaxat, alia personæ, & Ecclesiæ, siuè Monasterij.

13 Translatio personæ illicò soluit coniugium cum prima Ecclesia, idque Diuina, non humana potestate.

14 Translatio, quæ fit de inuito, illicò soluit vinculum coniugij, & inducit vacationem prioris Ecclesiæ.

15 Translatio, quæ fit de inuito, an possit fieri sine iusta causa.

16 Translatio, quæ fit de inuito ex causa, nullam in se habet amaritudinem.

17 Et quæ sit ratio.

18 Translatus inuitus ex causa non dicitur de nouo copulari Ecclesiæ, ad quam translatus est, Et ratio exponitur.

19 Translatio præsumitur facta de non inuito.

20 Translatione de non inuito facta, vacat prior Ecclesia ex momento præstiti consensus.

21 Et sufficit consensus præsumptus.

22 Translatione facta ad quem pertineant fructus Ecclesiæ, à qua est facta Translatio, & quod semper detur actio spolij Translato.

23 Translatus, si Regularis sit, percipiens fructus, qui ipso Iure efficiuntur Monasterij, furtum, & rapinam facit.

24 Translato Regulari, fructus omnes efficiuntur primi Monasterij.

25 Translato Episcopo, qui fructus illi cedant, & qui secus.

26 Translatus non dicitur defunctus, sed quasi defunctus, vndè diuersus est effectus vacationis per Translationem, & vacationis per obitum in articulo fructuum.

27 Fructus concessi Indultario in casu vacantis Ecclesiæ per obitum, non debentur eidem in casu vacationis per Translationem.

28 *Mortis mentio facta in aliqua dispositione intelligitur de naturali, non autem de ciuili.*
29 *Fructus reseruatorum, vel affectorum ex die vacationis vsque ad diem prouisionis, vel possessionis adeptæ, spectant ad Cameram.*
30 *Quod etiam ampliatum fuit ad fructus Cathedralium, & aliarum mensarum.*
31 *Exceptio firmat Regulam in alijs.*
32 *Verba legis vbi conueniunt, conuenit etiam legis dispositio.*
33 *Militat nemo proprijs stipendijs.*
34 *Interpretatione prudentum frangenda captiosa liberalitas.*
35 *Fructus quota qua omninò translato debita.*
36 *Translatio Ecclesia fit ad titulum ipsum, & innocationem Sancti.*
37 *Translatio Ecclesiæ trahit secum translationem personarum, & iurium.*
38 *Translatio Ecclesia Cathedralis, vel Abbatialis fit per solum Papam.*
39 *Translatio Ecclesia aut explicitè, aut implicitè semper mandatur fieri cum Reliquijs Sanctorum.*
40 *Translatio Ecclesia nusquam fit sine causa, & quæ sint causæ, remissiuè.*
41 *Translatione destruitur prior locus.*
42 *Translatione facta de Ecclesia remanet locus execratus.*
43 *Translatio Ecclesia, est quid diuersum à dimissione.*
44 *Dimissio Ecclesiæ quomodò fieri intelligatur.*
45 *Dimissa Ecclesia debetur reuerentia in memoriam pristina dignitatis.*
46 *Translata Ecclesia, si in ea duret aliqua prærogatiua, præsumitur retenta vsque ab initio ex præseruatione.*

QVÆSTIO XII.

Maiorum beneficiorum translatio quid, qualiter fiat, & cuius effectus.



VEMADMODVM verò beneficia hæc maiora à solo Romano Pontifice instituuntur, & personę de illis prouidentur, vt visum est, ità ex eadem maioriæ prærogatiua ab eodem solo Romano Pontifice destituuntur, & personæ
semel prouisæ mutantur, siuè per depositionem
1 (nam Episcopus alia, quam † Papæ auctoritate
deponi non potest, *gloss. in canon. Episcopus qui*
est 65. in ordine in verbo Synodus 11. quæst. 3. Ab-
2 bas † verò quicquid olim seruatum fuerit *ex*
can. si quis 18. quæst. 3. hodie à solo Romano
Pontifice (vel ex eius indulto) per Capitula ge-
neralia deponitur, vt per *Roderic. de Regul. tom. 1.*
quæst. 41. artic. 3. siuè per translationem.
3 Est autem † translatio, Prælati de loco ad lo-
cum citra mutationem eius voluntatis ex causa
communis vtilitatis, vel necessitatis auctoritate
Sedis Apostolicæ facta diductio; quæ definitio vi-
detur probari *ex text. in can. mutationes cum seq.*
7. quæst. 1.
Dixi *diductio*, vt significem genus, habet enim
4 vox ista † eam vim, vt denotet quamcunquè se-
parationem, *l. 3. & l. idem Pomponius §. sed si*
plumbum ff. de rei vindic. l. cum emancipatus §. si
Pater ff. de bon. poss. contr. tab.
Dixi *Prælati*, vt ab hac diffinitione excludam
aliorum deductionem, præcipuè verò Monacho-
5 rum, hæc enim † non fit auctoritate sedis, sed Or-
dinarij, & superioris regularis, *can. nullus Mona-*
chus 18. quæst. 2.
6 Fitquè † duplex Monachorum, siuè Regula-
rium quorumcunquè translatio (vt hoc quoquè
obitèr explicem) altera solutiua primi vinculi,
& filiationis Monasterij, à quo fit per expulsionē,
& altera conseruatiua eiusdem vinculi, & filiationis
per retentionem Iurium in Monachum, iuxta
7 *tex. in can. de lapsis 16. quæst. 6.* Ex qua † diuersi-
tate, inductum est quoquè diuersum Ius acquiren-
di primo, vel secundo Monasterio, *Ancharan.*
cons. 424. num. 30. cum seqq. quem probauit *Rota*
decis. 109 n. 3. & decis. 115. per tot. par. 2. in recent.
8 Dixi *de loco ad locum*, † vt excludam simplicem
eiectionem, quæ fit propter incorrigibilitatem,
quæ licèt non soluat vota, soluit tamen in reliquis
obseruantiā Regulæ, ita ut eiectus, non possit cogi
aliam Religionem profiteri, eodem enim instanti,
quo eiicitur, soluitur Iurisdictio eiicientis, & sic
euanescit quodcumq; illius præceptum de ingre-
diendo aliam Religionem, vt ex pluribus simili-
bus latissimè deducit *Nauarr. consil. 77. num. 2.*
de regul. Roderic. tom 1. de regul. quæst. 23.
per tot.
Dixi *citra mutationem eius voluntatis*, vt exclu-
9 dam † translationem illam à Sacris Canonibus
damnatam, quæ fit nimirum gratia solius translati,
quia scilicet mutata iàm sit eius voluntas seruan-
di fidem Ecclesiæ sibi primum coniugatæ ob eius
proprium interesse, *canon. scias frater eadem 7.*
quæst. 1.
Indequè quasi ad præmissa consequutiuè addidi
ex causa communis vtilitatis, vel necessitatis, ad-
10 uersatur † enim communis vtilitas, vel necessitas
propriæ ipsius Episcopi cupidini, operaturquè, vt
non censeatur ipse se transferre, sed coactus per
alium transferri, *dict. can. mutationes. & can. scias*
frater, & talis fuit translatio Petri ab Antiochia
ad Vrbem, *Roman. cons. 352. num. 17. cum seq.* re-
ferturquè *in d. can. mutationes*, & huc etiam refer-
ri potest causa scandali euitandi, veluti si vel Popu-
lus obdurato corde Episcopum persequatur, *Abb.*
in cap. vlt. num. 13. vers. sed si subesset, de confirm.
vtil. vel inutil. vel vbi Episcopus est infensus ipsi
Populo, *Innoc. in cap. nisi cum pridem num. 15. de*
renunc. Lamb. de Iur. patr. lib. 1. par. 1. q. 11. art. 2.
nu. 14. Felyn. in cap. qua in Ecclesiarum nu. 43. de
constit. quòd totū facit vnica ratio euitandi scan-

relect. cap. peccatum, 2. part. §. 9. num. 6. & 7. de Regulis Iuris in 6.

5 Si autem de ipsa ordinatione † Episcopatuum,
& Episcoporum in eis, prout vsque in præsens per-
seuerat, nulla subest difficultas, quin illa processerit
immediate ab ipso Apostolorum Principe, nam li-
cet à principio CHRISTVS ordinasset Apo-
stolos in Episcopos vniuersaliter, ita quod vnicus
videretur Episcopatus per totum Orbem diffusus,
cuius caput esset Petrus, tamen quia soli Petro di-
ctum fuit, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædi-
ficabo Ecclesiā meam*, sola quoque ordinatio Petri
fuit perennis, aliorum verò Apostolorum, quate-
nus fuit vniuersalis, remansit temporaria, & licet
illis decedentibus, in eorum locum successerint
6 Episcopi, vt refertur *in d. canon. in nouo*, † tamen
non successerunt vniuersaliter, prout illi fuerant
constituti, sed singulariter, prout singulis singulæ
constituebantur Ciuitates, & diœceses per ipsum
Petrum, quòd clarè, & admodum scite enucleat
*Suarez. in lib. de defens. fid. Cath. lib. 4. cap. 10.
num. 6.* cui rei causam dedit conatum ferme Ec-
clesiæ Schisma. *Ego quidem sum Pauli, ego au-
tem Apollo, ego verò Cephæ, ego autē CHRISTI*,
in quod insurgit Apostolus *ad Corinth. cap. 1.*
iudè namquè factum est, vt cum priùs idem esset
Presbyter, qui & Episcopus, cœperint Episcopi
designari, quibus singulis singularum Ecclesiarum
Presbyteri subijcerentur, vt refert Diuus Hiero-
nymus relatus *in can. olim 95. distinct.* quod ex
dicta distributione, & assignatione diœceseon cō-
sequutum mox fuit, prout etiam tradunt *Abb. in
cap. vlt. sub num. 10. vers. & maximè hoc videtur
de confirmat. vtil. vel inutil. & Tholosa. Syntag.
Iuris, lib. 15. cap. 12. num. 1.* & clarè percipitur ex
Epistola prima ad Titum, prout explicat *Baron. in
anno 58. latissimè ex num. 4. & Spondan. in epit.
sub num. 2.*

7 Causa † igitur efficiens huius ordinationis est
Summus Pontifex, cùm liquidò constet ex decreto
ipsius Apostolorū Principis, eā vsquè ab exordio
nascentis Ecclesiæ inductam fuisse per constitutio-
nem locorum, & assignationem diœceseon iuxta
antiquam partitionem factam ab ipsis Ethnicis
Principibus, *can. 1. cum quatuor seqq. vbi glos. in
verb. Petrus 80. distinctio, & can. 1. 99. distin-
ctio. cap. pastoralis de his, quæ fiunt à Prælat. sine
consensu capit. Tholosa. de beneficijs, cap. 4. sub n. 5.
& agnouit Rota in vna Conchen. decimarum
dell'Infantado 7. Februarij 1618. coram R.P.D.
Andrea.*

8 Quo fit manifestus error Platinæ † in vita Dionysij
scribentis, ipsum Dionysium primum omnium in-
ter Episcopos diœceses diuisisse; Quem fortè er-
rorem imbibit ex Epistola eiusdem Dionysij *in
can. 1. 13. quæst. 1.* & ante eum imbiberat *gloss. in
can. nec numerus in verb. aut in electa 10 quæst. 3.*
cum quo visa est (obiter tamen) transire *Rota in
Theanina Iurisdictionis, 4. Maij 1612. coram
Reuerendissimo P.D. meo Coccino*, nam textus il-
9 le loquitur de † distinctione Parrochialiū, seù Ple-
bium Vrbis Romæ, non autem diœceseon, vt patet
ex eius lectura, & etiam agnouit *Rota in præci-
tata Conchen. decimarum dell'Infantado*, & quā-
10 uis in Nicęna † Synodo, & aliàs pluriès fuerit actū
de limitibus diœceseon, vt refertur in Annalibus
Ecclesiasticis; id tamen actum fuit per modum re-
nouationis, vel concordiæ inter Episcopos de fini-
bus contendentes, non autem per modum primor-
dialis alicuius diœceson constitutionis: vt expresè
declarat Anacletus relatus in præcitato *can. 1. 99.
distinct.*

11 Et quamuis etiā † plures Principes laici in suis
Prouincijs frequentes Ecclesias Cathedrales con-
struxerint, & fundauerint, absit tamen à Christiana
pietate tantum scelus, vt sit, qui existimet, eos
quicquam propria auctoritate eiusmodi in re at-
tentasse, sicquè accipienda sunt memorata per *Tho-
losa. in cap. 12. sub nu. 4.* Veniuntquè prorsus reij-
cienda scripta sub nomine cuiusdam Rasis Arabis
hanc ipsam diœceson partitionem, & assignatio-
nem attribuentis Magno Constantino, quæ recitat
Ioan. Mariana de rebus Hispaniæ, lib. 6. cap. 16,
nam, & palam est, complures Ecclesias per eum
nominatas, aut ab Apostolis ipsis, aut ab Aposto-
lorum discipulis, Episcopos fuisse consequutas, me-
rumque est commentum, & somnium hominis, &
barbari, & infidelis, vt mirandam sit, ei aliquam
fidem à Iurisprudentibus adhibitam, vt his penè
verbis post *Baron.* disserit *Sponda. in anno 675.
num. 2.*

12 Vt hinc † cuiquè etiam pateat, Quam leui hæ-
reant adminiculo, quæ retulit *Hieronymus Ce-
uall. in tract. de cognit. per viam violent. glos. 8.
13 nu. 13. & 14.* fuerunt enim Prouinciæ, † & diœ-
ceses assignatæ ab Apostolis secundum diuisionem
factam ab Ethnicis ante aduentum CHRISTI, vt
supra dictum est, & verbis disertis scriptum reli-
quit *Anaclet. in d. cano. 1. distinct. 99* in cuius rei
14 euidentiam licet † Cæsares, & alij Principes laici
diuersis temporibus, Ciuitatum, & Prouinciarum
fines alitèr distinxerint, quàm olim essent, inde ta-
men non fuerunt alterati fines diœceson semel per
Petrum, illiusquè successores assignati, quòd ex-
presè vetitum legimus in *can. Imperatorum, 10.
distinct. vbi glossa 1. & Geminian. in 4. & Præ-
posit. in 6. notab. & fuit late decisum in Virdunen.
electionis Episcopatus 15. Nouembris 1595. co-
ram bo. me. Card. Pamphilio*, vt ideo non proce-
15 dat illatio † à situatione, seù finibus territorij tem-
poralis ad situationem, finesquè territorij Ecclesia-
stici, in quem sensum accipienda sunt verba Gela-
sij in *can. licet in Regulis, ad finem 16. quæst. 4.*
& plenè per exempla demonstrant *Bero. cons. 22.
num. 10. lib. 3. & Menoch. cons. 859. num. 3. & 4.*

16 Me tamen non latet, Ecclesiæ † Romanæ aduer-
sarios aliam diuersitatis huius rationem expendis-
se, effinxisseque, ideò vnam diœcesim Episcopalem
exporrectam intra duo, aut plura territoria tem-
poralia diuersorum Principum, vt Episcopi Iuris-
dictione sua reprimerent Dominos seculares, ne
aliquid contra Religionem molirentur, aut hostilia
in vicinos mouerent, ita *Matth. Steph. de iurisd.
lib. 3. par. 1. cap. 14 num. 12. & 13.* sed sine funda-
mento, & contra apertam veritatem.

17 Hinc verò fit, quòd cùm † Episcopus non habeat
diœce-

diœcesim ex se, aut ab alio inferiori; sed ab ipso Summo Pontifice, non possit auctoritate sua illam minuere, aut dismembrare constituendo territorium distinctum à proprio territorio, nam id solùm pertinet ad Papam ex speciali eius priuilegio, *Hostien. in c. cum contingat num.1. de foro compet.* vbi eum sequuntur *Ioann. Andr. sub nu.4. vers. alij dicunt, Butr. sub num.11. vers. si quaeritur an habeat territorium, & Abb. sub num.18.*

Et hæc quidem de Episcopatu, prout est Ordo, & Dignitas; prout autèm sumitur pro ipsa Sede, doleo, Catholicos aliquos (quorum nomina iuuat præterire) conatos fuisse auctoritati Summi Pontificis, quãtum in eis fuit, detrahere, ideò nè quando eorum errores in humanis mentibus aliquam radicem producant, vel productam enutriant, qua maxima potero breuitate totam rem in sequenti excutiam.

SVMMARIVM.

1 Papae Potestas in erigendis nouis Episcopalibus Sedibus etiam per dismembrationem aliarum diœceseon, absoluta.
2 Papae eadem potestas, an ordinaria.
3 Territorium nihil commune habet, cum his, quae sunt de proprietate.
4 Territorij latitudo, vel angustia nihil detrahit plenitudini Iurisdictionis.
5 Territorium inferioris alicuius Ecclesiae, perpetuò subalternatur territorio Papae.
6 Discretionis vsus circa potestatem Papae, refertur ad iudicium internum, non ad externum.
7 Papa quicquid statuit, praesumitur statuere pro vniuersali bono, Spiritu sancto dictante.
8 Causa iusta perpetuò praesumitur in Papa aliquid decernente.
9 Alienationis rei Ecclesiasticae prohibitio, non attenditur, quando res vnius Ecclesiae transit in aliam Ecclesiam.
10 Quod tamen respectu inferiorum à Papa indistinctè non procedit.
11 Papa vicem Dei gerit in terris.
12 Papa omnia regit, ordinat, & disponit.
13 Papae aliquid statuenti non potest dici, cur ita facis.
14 Papa est cœleste arbitrium.
15 Papa potest mutare rerum naturam per applicationem substantialium vnius rei ad aliam rem.
16 Papa non potest refricari quaestio potestatis.
17 Diœceseon constituendarum modus, & ratio nusquam stabilis.
18 Proindeque tota pendet ex arbitrio Papae.
19 Diœceseon dismembrationum, causa excussae.
20 Exemplis non limitatur Regula.
21 Idiomatis diuersitas an praestet causam constitutioni nouae Sedis Episcopalis.
22 Dismembrationis Iustitia pro noua erectione, pendet à Iustitia ipsius nouae erectionis.
23 Text. in c. praecipimus 16. q.1. explicatus.
24 Episcopalis Sedes non est constituenda in modica aliqua Ciuitate, & cur.
25 Pensiones non imponuntur hodiè super Episcopatibus, per quas non remaneant mille pro Episcopo.
26 Congrua pro Episcopo in primis deducenda de fructibus, vbicunque Episcopatus grauatur pensione.
27 Congrua eadem taxata per Concilium in mille ducatis, intelligitur de ducatis vsualibus Regionis.
28 Episcopalis potestas non debet redigi ad humiles, vel pannosos Episcopos, nec debet sui numerositate vilescere.
29 Episcopalis noua Sedes debet erigi etiam inuito Populo, vbi Ciuitas non est modica, nec subest timor, vt Dignitas Episcopalis euilescat.
30 Glossae doctrina in c. lege Imperatorum in verb. diuisionis dist.10. late excussa.
31 Caussa iusta in Papa, dum ponit nouas Sedes Episcopales, semper praesumitur.
32 Caussa, dùm aliquid decernitur per Principem, quando debeat exprimi.
33 Episcopalis Sedis noua erectio per dismembrationem aliarum Diœceseon, non est contra statum Ecclesiae.
34 Argumentum non valet à consecutiuis non omnino necessarijs.
35 Potentia, quae ad actum non perducitur, minimè aestimatur.
36 Potentia actui valdè proxima aestimatur.
37 Quod procedit, si actus omninò sit consecutiuus, & indubitatus.
38 Arbitrium infertur ex duplici termino quãdo, & vbi
39 Text. in c. Fœlix 16. q.1. expositus.
40 Textus in cap. sicut in vnaquaquè 21. q. 2. declaratus.
41 Episcopi non possunt plures praefici vni Ecclesiae.
42 Text. in cap. Non autem 7. q.1. explicatus.
43 Text. in cap. multis 16. q.1. explicatus.
44 Cardinalium consilium an requiratur, quando Papa erigit nouam Sedem Episcopalem.
45 Cardinalium consilium in arduis videtur exigi.
46 Suntq; Cardinales in hac quasi possessione.
47 Cardinalium consilium nusquam est praecisè necessarium, vbi Papa aliquid statuit.
48 Secundum tamen distinctionem, quae hic ponitur.
49 Papa non habet Iudicem.
50 Cardinalium consilium respectu necessitatis coactiuae, & extrinsecae nullo modo requiritur in Constitutionibus Apostolicis.
51 Neque potest praetendi aliqua praescriptio, seù quasi possessio in contrarium.
52 Imperator non potest condere legem sine Senatu,
53 secus verò Papa.
54 Text. in l. Humanum, C. de legibus quomodo procedat.
55 Cardinalium consilium, nec quidem eo casu requiritur, vbi agitur de tollendo eo, quod est factum cum tali consilio.
56 Clausula consueta adijci in literis Apostolicis de fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, *non adijcitur ex necessitate aliqua, sed ex simplici quadam decentia.*
57 Cardinalium consilium, quando adhibetur in Decretis Apostolicis, quid praestet.

58 Papa

58 *Papa non potest iudicari, vel per totum Clerum.*

59 *Principes laici Iure ne sibi vindicent patronatum in Cathedralibus constitutis in eorum dominijs temporalibus.*

60 *Et quid respectu Dignitatum, & Prælaturarum inferiorum.*

61 *Et concluditur negatiuè.*

62 *Patronatus Principum in Episcopatibus, & Prælaturis, non possunt iustificari ex sola tolerantia Papæ.*

63 *Text. in can. filijs, vel nepotibus, 16. q. 7. latè explicatus.*

64 *Prouidentiæ Ius simplex permissum Principibus patronis in rebus Ecclesiæ.*

65 *Patronus nullum habet Ius in rebus Ecclesiæ.*

66 *Patroni consensus in alienationibus bonorum adhibetur de honestate, & vrbanitate, non ex necessitate, & illius omissio nihilominus quid operetur.*

67 *Patronus Ecclesiasticus habet se informare de reditibus Beneficij, at minimè exigere rationes minutatim.*

68 *Patronus non habet Ius ponendi Custodem, vel Oeconomum.*

69 *Patronus non habet curam temporalium.*

70 *Text. in c. filijs 16. q. 7. restringitur ad collata per Patronum.*

71 *Aduocatiæ in Ecclesijs cur prohibita.*

72 *Text. in d. can. filijs; restringitur ad Patronos, qui simul sunt Principes.*

73 *Principis appellatio non includit, aut Barones, aut eos, qui ex aliqua dignitate sæculari, qualis est Princeps Achaiæ, sic vocantur, sed eos dumtaxat, qui propter magnum potentatum comparantur Regibus.*

74 *Text. in eod. can. filijs, vel nepotibus, non habet locum, vbi alienatio fit per Papam.*

75 *Principes laici, catenùs habent defensionem Ecclesiarum, quatenùs per Ecclesiam imploratur.*

76 *Text. in c. Boni Principis dist. 96. latè explicatus.*

77 *Ecclesiarum reparatio, quomodò apud aliquos Magistratus practicetur.*

78 *Cathedralium reparatio, cui incumbat, statur consuetudini.*

79 *Reparatio Cathedralis Ecclesiæ ad Episcopum pertinet, qui ideò debet inferre quartam partem redituum non solùm futurorum, sed etiam præteritorum absque aut Capituli, aut alterius grauamine.*

80 *Quod declaratur.*

81 *Laici Magistratus non possunt vrgere Ecclesiasticos ad reparationem Ecclesiarum.*

82 *Papam redargui per Principes laicos, perinde est ac eum filius redarguit patrem, vel discipulus Magistrum.*

83 *Principis optimi est, excusare, non culpare factum aliquod Sacerdotum.*

84 *Protectionis Ius est vacuum ab omni Iurisdictione, & imperio.*

85 *Et est simplex Aduocatia.*

86 *Eiusq; prætextu sæpè perniciosè peccatur, & quomodo.*

87 *Protectio Ecclesiarum quatenus laicis permissa.*

88 *Protectionis prætextu non possunt laici, quantumcunq; Religiosi, insurgere contra Ecclesiasticos.*

89 *Aduocatia laicorum, respectu Ecclesiarum exercentur ad voluntatem ipsarum Ecclesiarum.*

90 *Fluctus maris quid.*

91 *Literis siuè rescriptis Apostolicis, qui modus se opponendi.*

92 *Earundem literarum executio, quando, & quatenùs suspendenda.*

93 *Pontificia Decreta in dubium reuocare, quatenùs processerunt ex certa scientia, summa est temeritas.*

94 *Contradictio, quæ fit Decreto Apostolico circa Ius positiuum, semper est friuola, & iniusta.*

95 *Papæ non potest adscribi Iuris error.*

96 *Text. in l. 3. ad fin. de suppell. legat. lectio immutata per Antonium Fabrum.*

97 *Papa non dicitur errare in Iure.*

98 *Metropolis erectio ex absoluta Potestate Papæ.*

99 *Consueuit tamen fieri Consistorialiter.*

100 *Metropolis erectionis causa, non potest in dubium reuocari.*

101 *Metropolis si erigatur ex pluribus causis, sufficit alteram esse veram.*

QVÆSTIO XI.

Quam ampla, & absoluta sit potestas Summi Pontificis in Constitutione noua Sedis Episcopalis per dismembrationem aliarum diœceseon.



1 LICET Canones † potestatem Summi Pontificis in nouis Sedibus Episcopalibus constituendis, etiam per dismembrationē aliarum diœceseon, semper habuerint pro absoluta, *can. præcipimus, qui in ordine est 53. & ibi præ cæteris Turrecrem. vers. nam etiam Concilium, 16. q. 1. glo. in cap. sicut vnire in verb. pertinere, vbi etiam Hostien. num. 1. Zabar. num. 3. Anchar. nu. 1. & alij passim de excess. prælat. Silu. de benef. in 2. par. quæst. 3. nu. 10.* & in progressu quæst. huius ostendetur: tamen quia aliqui visi sunt, eam certis angustiis cohibere, peropportunum duxi, omnia illorum argumenta huc ad Iustitiæ, & ad veritatis cribrum reuocare: Aiunt autem, Papam non posse erigere nouam Cathedralem, illique constituere nouam Diœcesim per dismembrationem locorum ab alijs Episcopatibus, etiam si velit vti potestatis plenitudine (quicquid sit in terminis potestatis
2 ordinariæ, † in quibus tātum loqui videtur *glos. in can. lege Imperatorum, in verb. diuisis*, & ibi etiam *Gemin. in 4. col. vers. aut vult auferre, & versic. nam quando agitur 10. distinct. Hostien. Zabarell. & Anchar. vbi supra*) Quod relatum ad hanc potestatem supremam, & absolutam, vt ipsi loquuntur, prorsus est falsum, nequè vlla ratione fulcitur: Etenim quod astruunt, agi de proprietate rei Ecclesiæ, eamquè non esse sub libera dispositione Papæ,

pæ, prout sunt tituli beneficiales, *iuxta cap. 2. de præben. in 6.* & in consequens causam requiri, vt videtur sentire *Gemin. vbi supra*, plurimos, ac manifestos continet errores, ac primum quidem, dum supponunt diœcesim esse de proprietate Ecclesiæ.

3 Etenim † Territorium nihil commune habet cum his, quæ sunt de proprietate; suntquè hæc penitus separata, nec ad inuicem permiscentur, vt eleganter deducit *Oldrad. cons. 176. num. 2.* & quamuis Iurisdictio coherens territorio sit de proprietate Ecclesiæ; tamen per dismembrationem

4 territorij, ea non minuitur in sui substantia, † quia latitudo, vel angustia territorij, nihil detrahit plenitudini ipsius Iurisdictionis, vt subtiliter aduertit *Lap. in suo cons. impresso post consilia Oldrad. n. 3. ad finem*, cui subscripserunt sex primarij Docto-

5 res. Et quamuis † Ecclesia inferior dicatur habere Territorium, illud tamen habet subalternatè ad Papam, qui illud concessit, & cui totus Orbis stat pro diœcesi, *Socin. Sen. cons. 237 sub num. 1. col. 2. vers. nec Iurisdictio illius, lib. 2. Aym. consil. 128. num. 2.*

Præterea dato quod Territorium, seù diœcesis esset de dominio Ecclesiæ inferioris, non video, quid indè sequatur respectu supremæ potestatis Summi Pontificis volentis ea plenitudine vti, atque

6 ità procedere ad dismembrationem † sine causa; nam quæ proponuntur de discretione in vtendo ea potestate, procedunt respectu interni iudicij Animæ, non autem respectu Iudicij humani, *can. si Papa, distinct. 40. & can. oues 2. quæst. 7.*

Interim verò, quæ à Summis Pontificibus decer-

7 nuntur, † non præsumuntur particulari aliquo affectu statuta, sed pro vniuersali bono, Spiritu Sancto dictante, *can. violatores, & can. quæ ad perpetuam 25. quæst. 1. per quos tex. ita pronunciauit Præpos. in can. lege Imperatorū in 3. col. paulo ante explicationem glo. 2. vers. & ideò cum Chri-*

8 *sto 10. distinct.* & causa † iusta semper in eo præsumitur, vt *ibidem* in his terminis pronunciauit *Gemin. col. 5. in princip. vers. per quod infert ad dubium, & vers. in Papa autem, quem sequitur Fel. in cap. quæ in Ecclesiarum, sub num. 44. ad fin. vers. & in talibus, de constit.*

9 Quinimò, ex quo † id ipsum quod ab vna aufertur, alteri Ecclesiæ applicatur, extra dominium Ecclesiæ vniuersalis nullo modo transit, vix est, vt consideretur alienatio aliqua contra Edictum de Rebus Ecclesiæ non alienandis, *clem. 2. de reb. Eccles. non alien.* quod pariter perpendit *Præpos. in d. can. lege Imperatorum in 3. col. ad fin. vers. & principaliter 10. distinct. & in can. non liceat, n. 6. 12. quæst. 2.*

10 Et quamuis in inferioribus † istud non sine distinctione procedat, vt declarat *Berot. in c. 1. nu. 35. eo. tit.* tamen respectu Papæ, non recipit modifica-

11 tionem aliquam, quia ipse † est successor Petri, & Vicarius IESV CHRISTI, vicem non puri hominis, sed veri Dei gerens in terris, *cap. Inter corporalia, de translat. Prælat. cap. pro humani, de homi-*

12 *cid. in 6.* vndè omnia regit, † ordinat, & disponit, prout sibi placet, *can. cuncta per mundum, & can. per principalem, 11. quæst. 3.* per quæ iura ita

13 scribit *Anchar consil. 373. nu. 5.* vbi subdit, † ideò non posse ei dici, cur ita facis? non secus ac non potest dici ipsi Deo, *glo. in can. quamuis 23. in*

14 *verb. Deo, de pœnit. dist. 3.* Enimverò † si terreno Principi licet sibi arrogare celeste arbitrium, *l. 1. ad fin. C. de summ. Trin. & Fid. Cathol.* multò quidem magis, & æquius licere debet cœlorum

15 Rectoris Summo Vicario, † & cui ideò facilius est, posse rerum naturam immutare per applicationem substantialium vnius rei ad aliam rem, vt eleganter *docet glo. in cap. quanto in verb. Veri Dei de translat. Episc.* Quapropter in his, quæ sunt

16 Iuris positiui, † nihil vltra in Papa quæritur, quàm an ita voluerit, *Anchar. cons. 310. sub nu. 10. vers. non obstat quod Papa, Felyn. in præcit. cap. quæ in Ecclesiarum, sub eo. num. 44. versic. & similiter dixit Petrus, Rota decis. 55. num. 3. par. 2. diuers.*

17 Præterea rursus, † & ratio distribuendi, ac limitandi diœceses, nouasq; Ecclesias Cathedrales constituendi, mutandi, & alterandi, nusquàm stabilis fuit, sed penitus mutabilis, & cum multorum annorum euolutione multoties variata, vt supra exposuimus, & latissimè demonstrat *Tholos. syntag. iur. præcit. lib. 15. cap. 12. num 4* proindeque

18 penitus † ab arbitrio Summi Pontificis pendet, vt benè per *Anchar. d. consil. 373. num. 8.*

19 Cæterum non consueuerunt † Summi Romani Pontifices dismembrationes istas, nouasquè erectiones Cathedralium absquè causa facere, in cuius quidem causę indagatione mirabilitèr hi allucinati sunt qui existimarunt, eam referendam esse, vel ad excrescentiam populi per conuersionem fidelium, assumentes exemplum positum in *canon. nulli 99. distinct.* pro limitatione regulæ contra

20 præceptum † l. C. *in l. damni infecti 30. §. vlti. ff. de damn. infect.* vel ad latitudinem

21 Prouinciæ, † diuersitatemvè idiomatis, auctoritate gloss. *in cap. cum inferior de maiorit. & obedien.* quæ nihil minus dicit, & vtrumquè est contra textum ad literam *in cap. Quoniam in plerisq; de offic. ordin.* qui his casibus mandat, institui diuersos Vicarios, non autem Episcopos.

Quo igitur ad causam hanc per Canones requisitam, est aduertendum, duplex in hac re cōsiderari factum, alterum principale consistens in erectione nouæ Cathedralis, & alterū consequutiuum in assi-

22 gnatione, constitutioneque diœceseon; itaut † posita Iustitia primi, consequatur necessario Iustitia secundi; nè videlicèt hæc noua Ecclesia remaneat sinè diœcesi, atque ita sine administratione, quam Iustitiam non minuit dismembratio ab alia, nisi sit excessiua, *Bero. in præallegat cap. 1. num. 35. versic. si verò concessio fieret, de rebus Eccles. non alienan. cap. 1. eod. tit. in Sexto. & clem. 2. eod. tit. Præposit. vbi supra.* Totaquè difficultas reducitur ad punctum Iustitiæ erectionis nouæ Cathedralis intra limites alterius, quæ nec tantis constringenda est cancellis, nec adeò longè pereda, vt prædicti

23 existimarūt. *Præcipimus* † (*inquit text. in can. præcipimus 53. in ordine 16. q. 1.*) *iuxta Sacrorum Canonū statuta, vbi multitudo excreuit fidelium*

vigore

vigore Apostolicæ Sedis debeas ordinare Episcopos, pia tamen contemplatione, vt non vilescat dignitas Episcopatus, ex quo text. apparet, causam hanc ex quantitate, & loco æstimandam esse, nimirum ex quantitate animarum, quæ talis sit, vt vnicus Pastor ei non sufficiat, siuè prouenerit ex recenti conuersione fidelium, *vt in d. can. nulli*, siue aliunde, cum Canon simpliciter contempletur multitudinem fidelium: quæ sanè ratio videtur petita ab illo fonte Euangelij *Matthæi cap. 9. ad finem: messis quidem multa, operarij autem pauci, rogate ergò Dominum Messis, vt mittat operarios in messem suam*, ex loco verò, quòd talis sit locus, in quo Sedes collocatur, vt nō vilescat Dignitas Episcopalis:

24 Vndè † non ad modicam Ciuitatem, sed ad honorabilem Vrbem Episcopus titulandus, & denominandus est, inquit Anacletus *in can. Episcopi 80. distinct.* curandumquè, nè necessari*i*s ad victum, & vestitum indigeat, *can. Episcopus 10. quæst. 2.* ad quod refertur necessitas ista ex loco, vt videtur aduertisse, *Præposit. in eo. can. Episcopi, ad med. vers. & dic, quòd in qualicumquè loco*, cuiusce rei

25 causa hodie † ex Tridentini Concilij decreto, *sess. 24. cap. 13. de reform.* prouisum est, nè Cathedrales grauentur pensionibus, adeo vt congrua pro Episcopo non remaneat, quam mille ducatorum

26 esse voluit, quæ ideò semper est † ex fructibus ante omnia deducenda, *cap. extirpandæ, & cap. cum secundum Apostolum de præbend. & fuit decisum in vna Campanien. pensionis 22. Iunij 1609. coram Iusto. Gregorius decis. 570. num. 5.* vbi tamen

27 *num. 6.* subditur † id intelligi de ducatis illarum partium, idest vsualibus regionis, seu Prouinciæ, in qua est assignata pensio, quod aliàs ex mente Sacræ Congregationis fuit responsum *in vna Romana pensionis 20. May 1575. coram Cardinali Blanchetto*.

28 Quemadmodum verò altero ex his † cessante, videtur etiam cessare ratio constitutionis nouæ Sedis, nè vel Episcopalis potestas redigatur ad humiles, vel pannosos, aut ea dignitas sui numerositate vilescat, prout ità optimè etiā considerat *Butr. cons. 19. num. 5. ad fin. versic. & in quantum, &*

29 *num. 6.* sic his † duobus concurrentibus, nedum si populus instet; sed etiam si negligat, & eo inuito, Papa nouam Episcopalem Sedem constituere potest, *gloss. in præallegat. can. in nouo in verbo rogauerunt 21. distinct.*

30 Et ex his deducitur † cauendum esse *à gloss. in d. can. lege Imperatorum in verb. diuisiones, 10. distinct.* quæ pronunciauit, Papam inuito Episcopo non posse diuidere Episcopatum, præterquàm ex causa, quam videntur sequuti *Abb. in cap. vlt. sub nu. 12. versic. & vide de confirm. vtil. vel inutil. & inter suas quæstiones, quæst. 1. num. 17. & Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 42. ad finem, de constit.* nam quoad causam, est aduertendum, sem-

31 per illam † in dubio præsumi, vt supra dictum est, ex *Gemin. in eod. can. lege Imperatorum in 5. col. in princ. vers. dicit tamen Dominus meus*, & fassus est etiam *Abb. in ea. quæst. 1. num. 17.* vt proptereà veniat reijcienda contraria opinio erroneo innixa fundamento, quia scilicèt alteretur sta-

tus vniuersalis Ecclesiæ, vndè exigitur, vt causa alijs

32 quoque innotescat, † quod videtur fuisse de mente *Innoc. in cap. Quanto sub num. 5. versic. tamen si Papa de consuetud.*

33 Etenim quod † supponitur, constitutionem nouæ Sedis, & consequutiuam dismembrationem vnius diœcesis esse cōtra statū Ecclesiæ vniuersalis, minimè subsistit: nam *Abbas in d. q. 1. n. 17. versic. venio ad tertium*, quem sequitur *Felyn. vbi supra*, qui consueuerunt pro hoc dicto allegari, sentiunt contrarium de directo, distinguentes casum hunc à casu, quando Papa vellet remouere omnes Episcopos, & eorum ordinationem, vt hoc, non autem illud sit contra statum vniuersalem Ecclesiæ: Nec admittenda est argumentatio; Quod ista diuisio Episcopatus, & dismembratio Iurium Ecclesiæ cathedralis concernat statum vniuersalis Ecclesiæ in consequentiam; quia sic posset fieri de alijs Episcopis; nam ducitur ab vniuersali negatiua ad particularem affirmatiuam contra regulas Dialec-

34 ticorum, nequè † in Iure recipitur argumentatio à consequutiuis, nisi consequutio sit omninò necessaria, *Felyn. in cap. in nostra, sub num. 15. versic. sed tenendo istud dictum, de rescript.*

35 Nequè rursus † æstimatur potentia quæ ad actum non perducitur, *l. multum interest, Cis. si quis alteri, vel sibi, l. hæc enim, §. si Prætor, ff. de suspect. tuto. Becc. cons. 105. sub num. 3.* vnde nullatenus à potentia ad actum benè infertur, *Surd. qui alios allegat decis. 92. num. 9.* & quamuis æstime-

36 tur potentia, † valdè proxima, *l. pen. ff. de milit. testam. cum simil. per Mandos. ad reg. 31. quæst. 9. num. 4. & Costam de fact. scientia, inspect. 25. n. 3.*

37 id tamen admittitur † eo dumtaxat casu, vbi actus necessariò est consequutiuus, & indubitatus, vt post alios, declarat *Tiraqu. ad leges connub. gloss. 2. nu. 26. & 27. & Costa. vbi supra sub nu. 6. versic. vtcumque sit.*

Prætereà si vera esset hæc assertio, sequeretur maximum absurdum, Quod scilicet iustitia causæ huius non penderet absolutè ab arbitrio Papæ, & tamen hoc est in Iure certissimum, præsertim cū (vt supra dictum est) efformetur ex duplici termino

38 videlicèt quanto, & vbi, † qui singuli arbitrium inferunt iuxta doctrinam *Bald. in l. voluntatis, num. 22. C. de fideicomm.*

Quodquè ad extenuandum huiusmodi arbitriū plurimū agitant, aduersari videlicèt facto dismembrationis huius generalia Concilia, nequè ipsum

39 satis solidum est: † Quo enim ad decretum Concilij Carthaginen. *in can. Felix, qui in ordine est 50. 16. quæst. 1.* illud nequè tangit arbitrium istud; sed potius præseruat, nequè ad rem facit, quia loquitur de constituendo Episcopo in diœcesi in qua fideles deficiunt, vt ibi tàm vetusta, quam recens Gregoriana glossa declarat.

40 Quo verò † ad aliud decretum Synodi Romanæ *in can. sicut in vnaquaquè 21. quæst. 2.* clarum est, ad rem non pertinere, cum inde prohibeatur vni Ecclesiæ duos Episcopos præfici; Quod sanè

41 esset monstrum † non minus, quàm in vnico corpore duo capita consistuere, vt dicit *text. in cap. quoniam in plerisquè, §. prohibemus, de offic. ord.*

ne

42 nec vſquam contigit, prætetquàm † in Auguſtino,
per errorem tamen, & ignorantiam, *can. non autem 7. quaſt. 1.* prout ipſe declarat *in epiſt. 110.* &
refert *Spontan. in ann. 395. num. 13.* quod neſci-
uit *Abb. in cap. 1. nu. 2 de Parroch.* qui exiſtima-
uit, id quidem conſultò, & ex cauſa factum.
Proptereaque non eſt deflectendum ab opinione
Geminiani, & Abbatis, volentium, cautam hanc
præſumi.

Sed quatenus rurſus gloſſa præallegata, quam
prædicti ſequuti ſunt, ſuppoſito quod Papa ſine
cauſa nouam erigat Cathedralem, negat hanc po-
teſtatem in Papa, ſi Epiſcopus reluctet: videndum
eſt, an hoc ſit verum, & ſanè fundamentum gloſſæ
43 eſt † tex. *in can. Multis, qui in ordine eſt 51. 16.
quaſt. 1. Multis Concilijs* (inquit textus) *hoc ſta-
tutum eſt à cætu Sacerdotali, vt Plebes, quæ in
diœceſibus ab Epiſcopo retinentur, quæ Epiſcopos
nunquam habuerunt, non niſi cum voluntate eius
Epiſcopi, à quo tenentur, proprios accipiant Re-
ctores*. Qui ſanè textus nihil minus probat, quàm
gloſſę aſſumptum, ſiuè intelligatur excepta aucto-
ritas Apoſtolica, de qua nec verbum quidem, vt
rectè ibi aduertit *gloſ. 1.* ibi *quod non eſt verum
quantum ad Papam*, & eam ſequuntur *Archidiac.
ſub num. 3. Bellamer. ſub num. 3. circa finem ver-
ſic. ſed Bartholomæus Brixienſis*, ſiuè dicamus id
referri ad effectum præiudicij ipſius Epiſcopi, dum
viuit, cui aliàs Papa non cenſetur voluiſſe præiu-
dicare, vt exponit *Bellam. in eodem can. multis,
verſic. ſed caue, iunctis his, quæ ſcribit ad finem*. Et
ſanè quòd erronea ſit opinio dictæ gloſſæ, & ſe-
quacium, patet etiam ex *tex. in ſupracitato can.
præcipimus*, in quo aliàs fruſtra Gregorius Papa
præciperet Bonifacio Epiſcopo, vt Sedis Apoſtoli-
cæ auctoritate nouos conſtituat Epiſcopos.

44 Ex his quoque infertur † ad declarationem
alterius doctrinæ *Abb. in præcit. quaſt. 1. ſub n. 12,
verſic. conſilium tamen Collegij*, quatenus cenſuit,
in huiuſcemodi noua conſtitutione Sedis Epiſco-
palis, & diſmembratione, aſsignationeq; diœceſeon
45 requiri Conſilium Collegij Cardinalium, † ex illa
concluſione, quam poſuit *Ioannes Monach in
cap. ſuper eo. num. 3. de hæret. in 6.* tale conſilium
omnino exigi in arduis, & refert, ſe ideo vidiſſe
caſſari multas prouiſiones Abbatiarum, & Epiſco-
patuum factas per Cęleſtinum Quintum, quia ſine
conſilio Cardinalium fuiſſent factæ, non ob aliud,
quàm quia Cardinalium cætus in hac quaſi poſſeſ-
ſione eſſet, vt ardua ſine eo non explicarentur, quod
46 etiam † de hac quaſi poſſeſſione tradit idem *Abb.
in cap. ex geſtis, ſub num. 3. verſic. & vide ad hoc
47 de Cleric. non reſid.* nam † & communis eſt in
contrarium, vt ibi per *Gemin. ſub num. 4. verſic.
communis concluſio*, tradūtque omnes *in Rub. de
conſtit: præcipuè Boſch. Codech. num. 69. & 77.
Ferret. num. 9. & 13. Anton. de Burg. num. 71.
& 117. Andræ ab Exea. ex num. 177. Pariſ. de
reſignat. lib. 3. quæſt. 18. num. 124. Bobadil. in
polit. lib. 7. cap. 6. nu. 16. cum alijs*, quos citat, &
ſequitur *Petrus Calliſto in tractat. de leg. Regia,
§. 4. nu. 22.* quibus addi poſſunt *Gemin. in cap. ſu-
per eo ſub num. 4. verſ. communis concluſio eſt de
hæret. in 6. Germon. de Indult. Card. ſuper verſic.
Quod tu Romanæ, nu. 56.* omnium melius *Iaco-
bat. de concil. lib. 7. art. 5. num. 137.* & quicquid
ſit reſpectu neceſſitatis directiuæ, & intrinſecæ,
quo caſu poteſt tolerari talis ſententia, ſaltim in
his, quæ verſantur circa Ius Diuinum, vt ſic diſtin-
48 guendo probauit † *Ripa in rubric. nu. 20. de con-
ſtit. & cum eo tranſit Prob. in addit. ad Monach.
in eo. cap. ſuper eo, num. 37. verſic. ideò, aut omni-
bus ſatisfaciam, cum ſeq.* tamen reſpectu neceſſi-
tatis coactiuæ, & extrinſecæ, propoſitio eſt falſa,
49 nàm ſic † conſtitueretur Iudex ſupra ipſum Sum-
mum Pontificem, contra *text. in can. nemo, 9. q. 3.*
50 atque † ita declarat *Paleott. de Sacr. Conſiſtor.
Conſult. par. 1. q. 3. in reſponſione ad tertium argu-
mētum*, qui addit, aliter ſentire nil aliud eſſe, quàm
ſummam iniuriam Dignitati Pontificiæ inferre, ità
ille *in verſic. verum abſit*.

Neque ad rem facit, quod Sacrum Collegium ſit
in hac quaſi poſſeſſione (vt aiunt ſupradicti) nam
51 quoad † vim neceſſitatis huius coactiuæ ea penitus
negatur, aliàs eſſet inducere conſuetudinem, vel
præſcriptionem contra ſupremam poteſtatem
ipſius Pontificis, vt ſic in puncto determinat *Abb.
in d. cap. ex geſtis, ſub nu. 4. verſic. nunquid autem
poſſit induci conſuetudo, de Cleric. non reſid.* &
probauit etiam *in ea. quæſt. 1. nu. 13.*

52 Minus vrget † ſimile adductum à poteſtate Im-
peratoris, qui non poteſt legem condere ſine Se-
natu, *l. humanum, C. de legib.* Etenim præter id
53 quòd illatio de Iure † non procedit propter diuer-
ſitatem cadentem inter Diuinam, & ſecularem
anctoritatem, prout rectè aduertit *Paleott. vbi ſu-
54 pra*, diſpoſitio † quoque *text. in d. l. humanum* re-
ferenda eſt ad neceſſitatem directiuam, non autem
ad coactiuam, vt ibi ſentiunt *gloſ. & Bart. nu. 1. &
Bald. ſub num. 2. verſic. ſolutio. concedo*, & quod
55 penitus non ſit † neceſſarium tale conſilium, etiam
quod ageretur de diſtruendo, vel tollendo actu fa-
cto cum tali conſilio poſt plures, quos allegat ex
communi, & magis communi, firmauit *Rota de-
ciſ. 666. num. 4. part. 1. in recentior.* adeò, quod ea
56 clauſula adijci conſueta *de fratrum noſtrorum con-
ſilio*, nullo modo ſit ex neceſsitate, ſed ex ſimplici
quadam decentia expreſſa *in d. l. humanum*, vt
cenſuit *Alber. in rubr: num. 3. verſ. vndè illa clau-
ſula, C. eo. tit. de legib.*

Fatendum eſt tamen, Romanos Pontifices pro
57 eorum ſumma modeſtia non conſueuiſſe † aliter,
quàm conſiſtorialiter negotia huiuſmodi expedi-
re, vt tutiùs clanſulas *ex certa ſciētia, & de poteſtatis
plenitudine*, aut alias ſimiles interſerant; vndè etiā
litteræ eæ nulla egent iuſtificatione in narratiua,
quod latiſsimè deducit *Rota, deciſ. 612. ex num. 1.
par. 2. in recent.*

Ex eiſdem, ac proximè dictis, infertur; aliā aſſer-
tionem; Quòd Princeps ſecularis, in cuius tem-
porali Territorio ſita eſt Cathedralis, à qua debet
fieri diſmēbratio diœceſeos, poſſit ſe tali diſmem-
brationi opponere prætextu iniuſtitiæ; hanc, in-
quiam, aſſertionem nedum eſſe indignam homine
58 Catholico, ex ſententia Canonis † prohibentis
ſub prætextu iniuſtitiæ, neque per ipſum Cæſarem,
aut

Visitatorem in praeiudicium alterius, alius, quàm
Papa dare possit, ex quibus verbis satis innuit
Innocen potestatem Summi Pontificis in istis be-
neficialibus, & Ecclesiasticis, non recipere modi-
ficationem aliquam ex praeiudicio, vel interesse
alterius.

Neque ideò intrat alia ratio, quòd videlicet de-
fensio Ecclesiæ spectet ad Reges, & alios Prin-
75 cipes temporales, quia illud optimè obtinet, † vbi
eorum fauor per ipsam Ecclesiam imploratur con-
tra laicos rebellantes, vel vt eos puniant quan-
do exarmati omni priuilegio fori, traduntur Cu-
riæ seculari; *can. Principes quem ibi sic expendit*
Bellam. 23. quaest. 5. vel quando imploratur au-
xilium Brachij sæcularis, *can. Administratores ea-*
dem quaest. 5, vbi Archidiac. & idem Bellam. quod
vt procedat alibi declaro, & sic ij duo Canones
pro isto assumpto non merentur allegari, lon-
geque aliud est Officium bonorum Principum cir-
cà Ecclesias, illarumque curam, quàm quod per
prædictos inuoluitur.

76 *Boni Principis* (inquit † textus *in canon. vl-*
tim. 96. dist. qui per aduersarios allegari consueuit)
est, ac Religiosi Ecclesias contritas, atque con-
scissas restaurare, nouas ædificare, & DEI
Sacerdotes honorare, atque tueri. Vndè Sanctos
Apostolos, eorumquè successores sub diuina con-
testatione constituisse legimus, non debere fieri
persequutiones, nec inferri fluctuationes, nec in-
uidere laborantibus in agro Dominico, neque ex-
pellere aeterni Regis dispensatores.

Ex quo sanè textu tria præscribuntur, in qui-
bus videtur consistere Officium boni Principis lai-
ci, circa Ecclesiastica, quorum nullum attingit
facultatem hanc se opponendi voluntati Vicarij
CHRISTI. Primum est Ecclesias resarcire, &
construere, cui muneri qualiter modernis sæcu-
lis satisfiat, DEVS, & totus orbis nonit; Le-
gimus autem, alicubi materiam hanc ità practica-
77 ri, vt laici † cogant Ecclesiasticos ad resarcien-
dum Ecclesiastica ædificia, vt videre est apud *Pa-*
pon. lib. 1. titu. 5 arrest. 19 & 20. Guillel. de
Benedict. in cap. Raynutius in verbo, & Vxorem
nomine Adelasiam, in 2. decis. num. 138. & in
verb. domum num. 17. de testam. quòd tamen
d. canon. nec alius permittit.

Aliud enim est, An Ecclesiastici ad id teneantur,
78 quòd nemo inficias eat, † præcipuè respectu Ca-
thedralium, ad quarum reparationes (circumscri-
pta particulari consuetudine, quæ in hoc primum
sibi locum vindicat, vt latè probat *Bero. cons 3.*
79 *ex num. 3. volum. 1*) tenetur ipse Episcopus † de
quarta redituum suorum non solum futurorum,
sed etiam præteritorum, quos ad istum effectum
debet conseruare, *Bero. ibidem num. 6. Barbat.*
cons. 26. sub num. 4. versic. & prædicta omnia
lib. 3. Surd. latè cons. 62. num. 23. adeò quod nec
Capitulum, nec Parocchiani possent grauari ra-
tione cuiusuis supplementi ob insufficientiam talis
quartæ, quod visum est *Bero. ibidem*, nisi facta
excussione primùm de suis, & posteà de redditibus
Canonicorum Cathedralis, adhùc liqueret de in-
sufficientia, vt declarat *Surd. eo. cons. 62. nu. 24. ad*
finem, illa insufficientia deducatur etiam ex præte-
80 rito, † quia scilicet etiam habita ratione ad præte-
ritum, non sufficiat, vt resoluit *Rota decis. 627. n. 4.*
par. 1. in recentior.

Aliud, inquam, est an Ecclesiastici teneantur, &
longè aliud, an per ipsos laicos compelli possint,
81 quod est alienum Ius, † alienamque exercere Iu-
risdictionem, vt optimè declarat *Surd. cons. 301.*
num. 42. versic. quod si Clerici, & per totum il-
lud consilium, quicquid sine fundamento aliquo
scripserit *Hieronym. Ceual. de cognit. per viam*
violent. 2. par. quaest. 99. ex num. 12. nimis enim
frigida ea est ratio, quod Reges sint exequutores
Concil Triden. quam ipse ibidem, sub *n. 16.* inserit.

Alterum est honorare, & tueri Sacerdotes,
in quo sanè non potest fundari ea assertio. Quod
ad honorem enim atrinet, arguere Summum
Pontificem de iniustitia, summa est cum afficere
82 iniuria † non minus quàm si filius, vel discipulus
aliquis Magistrum, & Doctorem, Patremue
suum temerè increpet, *canon. Quis dubitet 96.*
distinct. nam, & supposito, quod posset videri
83 actio iniusta, boni † tamen Principis est illam ex-
cusare, & non culpare, imitando Principem opti-
mum Constantinum, vt refertur *in can. in scriptu-*
ris 96. distinct.

Quo verò ad tutelam, & protectionem, om-
84 nibus constat † de iure illam nudam esse ab omni
Iurisdictione, & Imperio, *Gemin. consil. 81. sub*
num. 2. versic. nam recommandatus, Natta.
85 *consil. 636. num. 1.* & nil esse aliud, † quam
simplicem Aduocatiam, vt benè per *Gail. lib. 2.*
obseruat. 54. num. 1. qui sub num. 5. versic.
86 *Aduocatus igitur titularis*, rectè monet, † ne
quãdo prætextu Iuris huiusmodi protectoriæ, per-
niciosè peccetur, dùm Ius illud plus æquo exten-
ditur, & ad quæstum, priuatamque vtilitatem
transfertur.

87 Quod prospicientes † Sacri Canones, prote-
ctionem hanc eatenus laicis permiserunt, quate-
nus duo concurrant; Prius vt eorum auxilium
per Ecclesiam ipsam imploretur, Et alterum,
vt imploretur contra malefactores subiectos ei-
sdem laicis, vt sic loquitur *text. in can. Admini-*
stratores 23. quaest. 5.

At quod eatenus procedat commissio tutelæ
huius, vt erigant se contra ipsas personas Eccle-
siasticas, quinimò contra ipsum Ecclesiæ Princi-
88 pem, nullus est Canon, qui dicat; quin † ex diuer-
so potiùs multi detestantur, sint ipsi laici quan-
tumlibet Religiosi, *canon 1. §. Eulalius eum se-*
quentib. dict. distinct. 96. hincque (vt supra di-
89 ctum est) prohibitæ sunt † istæ Aduocatiæ, &
laicorum auxilia, iussumque, ne per ipsos Ecclesia-
sticos implorentur, vt rectè *Gemin. in dict. cap.*
hoc consultissimo num. 9. de rebus Eccles. non alie-
nan. in Sexto.

Vltimum denique est, nullas facere persequu-
tiones, nullasvè inferre fluctuationes, & in hac
parte textus potiùs probat, supradictam assertio-
nem falsam esse, nam non solùm cohibet persequu-
tionem, verum etiam fluctuum commotionem,
idest perturbationem quietis.

28 *Mortis mentio facta in aliqua dispositione intelligitur de naturali, non autem de ciuili.*

29 *Fructus reseruatorum, vel affectorum ex die vacationis vsque ad diem prouisionis, vel possessionis adeptæ, spectant ad Cameram.*

30 *Quod etiam ampliatum fuit ad fructus Cathedralium, & aliarum mensarum.*

31 *Exceptio firmat Regulam in alijs.*

32 *Verba legis vbi conueniunt, conuenit etiam legis dispositio.*

33 *Militat nemo proprijs stipendijs.*

34 *Interpretatione prudentum frangenda captiosa liberalitas.*

35 *Fructus quota qua omninò translato debita.*

36 *Translatio Ecclesiæ fit ad titulum ipsum, & inuocationem Sancti.*

37 *Translatio Ecclesiæ trahit secum translationem personarum, & iurium.*

38 *Translatio Ecclesiæ Cathedralis, vel Abbatialis fit per solum Papam.*

39 *Translatio Ecclesiæ aut explicitè, aut implicitè semper mandatur fieri cum Reliquijs Sanctorum.*

40 *Translatio Ecclesiæ nusquam fit sine causa, & quæ sint causæ, remissiuè.*

41 *Translatione destruitur prior locus.*

42 *Translatione facta de Ecclesia remanet locus execratus.*

43 *Translatio Ecclesiæ, est quid diuersum à dimissione.*

44 *Dimissio Ecclesiæ quomodò fieri intelligatur.*

45 *Dimissæ Ecclesiæ debetur reuerentia in memoriam pristinæ dignitatis.*

46 *Translata Ecclesia, si nea duret aliqua prærogatiua, præsumitur retenta vsque ab initio ex præseruatione.*

QVÆSTIO XII.

Maiorum beneficiorum translatio quid, qualiter fiat, & cuius effectus.



QVEMADMODVM verò beneficia hæc maiora à solo Romano Pontifice instituuntur, & personę de illis prouidentur, vt visum est, ità ex eadem maioriæ prærogatiua ab eodem solo Romano Pontifice destituuntur, & personæ semel prouisæ mutantur, siuè per depositionem
1 (nam Episcopus alia, quam † Papæ auctoritate deponi non potest, *gloss. in canon. Episcopus qui est 65. in ordine in verbo Synodus 11. quæst. 3.* Ab-
2 bas † verò quicquid olim seruatum fuerit *ex can. si quis 18. quæst. 3.* hodie à solo Romano Pontifice (vel ex eius indulto) per Capitula generalia deponitur, vt per *Roderic. de Regul. tom. 1. quæst. 41. artic. 3.* siuè per translationem.
3 Est autem † translatio, Prælati de loco ad locum citrà mutationem eius voluntatis ex causa communis vtilitatis, vel necessitatis auctoritate Sedis Apostolicæ facta diductio; quæ definitio videtur probari *ex text. in can. mutationes cum seq. 7. quæst. 1.*

Dixi *diductio*, vt significem genus, habet enim
4 vox ista † eam vim, vt denotet quamcunquè separationem, *l. 3. & l. idem Pomponius §. sed si plumbum ff. de rei vindic. l. cum emancipatus §. si Pater ff. de bon. poss. contr. tab.*

Dixi *Prælati*, vt ab hac diffinitione excludam aliorum deductionem, præcipuè verò Monacho-
5 rum, hæc enim † non fit auctoritate sedis, sed Ordinarij, & superioris regularis, *can. nullus Monachus 18. quæst. 2.*

6 Estquè † duplex Monachorum, siuè Regularium quorumcunquè translatio (vt hoc quoquè obitèr explicem) altera solutiua primi vinculi, & filiationis Monasterij, à quo fit per expulsionē, & altera conseruatiua eiusdem vinculi, & filiationis per retentionem Iurium in Monachum, iuxta
7 *tex. in can. de lapsis 16. quæst. 6.* Ex qua † diuersitate, inductum est quoquè diuersum Ius acquirendi primo, vel secundo Monasterio, *Iacu tran. cons. 424. num. 30. cum seqq.* quem probauit *Rota decis. 109 n. 3. & decis. 115. per tot. par. 2. in recent.*
8 Dixi *de loco ad locum*, † vt excludam simplicem eiectionem, quæ fit propter incorrigibilitatem, quæ licèt non soluat vota, soluit tamen in reliquis obseruantiā Regulæ, itaut eiectus, non possit cogi aliam Religionem profiteri, eodem enim instanti, quo eiicitur, soluitur Iurisdictio eiicientis, & sic euanescit quodcumq; illius præceptum de ingrediendo aliam Religionem, vt ex pluribus similibus latissimè deducit *Nauarr. consil. 77. num. 2. de regul. Roderic. tom 1. de regul. quæst. 23. per tot.*

Dixi *citra mutationem eius voluntatis*, vt exclu-
9 dam † translationem illam à Sacris Canonibus damnatam, quæ fit nimirum gratia solius translati, quia scilicet mutata iàm sit eius voluntas seruandi fidem Ecclesiæ sibi primum coniugatæ ob eius proprium interesse, *canon. scias frater eadem 7. quæst. 1.*

Indequè quasi ad præmissa consequutiuè addidi *ex causa communis vtilitatis, vel necessitatis*, ad-
10 uersatur † enim communis vtilitas, vel necessitas propriæ ipsius Episcopi cupidini, operaturquè, vt non censeatur ipse se transferre, sed coactus per alium transferri, *dict. can. mutationes. & can. scias frater*, & talis fuit translatio Petri ab Antiochia ad Vrbem, *Roman. cons. 352. num. 17. cum seq.* referturquè *in d. can. mutationes*, & huc etiam referri potest causa scandali euitandi, veluti si vel Populus obdurato corde Episcopum persequatur, *Abb. in cap. vlt. num. 13. vers. sed si subesset, de confirm. vtil. vel inutil.* vel vbi Episcopus est infensus ipsi Populo, *Innoc. in cap. nisi cum pridem num. 15. de renunc. Lamb. de Iur. patr. lib. 1. par. 1. q. 11. art. 2. nu. 14. Felyn. in cap. qua in Ecclesiarum nu. 43. de constit.* quòd totū facit vnica ratio euitandi scan-

dalum, vt latè deducit *Dec. in consil. 151. ex nu. 5.*
Addidi tandem auctoritate Sedis Apostolicæ,
11 nam illa † omninò est necessaria, vt ibi disertis, ac triplicatis verbis declaratur, & quidē semper cum causa, aliàs inuitum transferre non posset, vt latè deducit *Roman. conf. 345. ex num. 5. Sylua. de benefic. 3. par. q. 37. num. 2.*

12 Est autem † translatio hæc duplex, altera personæ dumtaxat, altera personæ, & monasterij, seù Ecclesiæ simul, cum videlicet ipsa quoque Sedes transfertur, *cap. 1. de translat. Episcop.* & aduertit *Mandos. de signatu. grat. §. translationes vers. aliquando.*

13 Per translationem verò † solius personæ, illicò non humana, sed diuina potestate soluitur coniugium, qnod habebat Prælatus cum prima Ecclesia, inducituuq; illius vacatio, *cap. inter corporalia in princ. vers. non enim de transl. Episcopi.*

14 Fit tamen † distinctio inter translationem de inuito, & de non inuito, si enim agitur de inuito, itant voluntas Pontificis sit eum omninò quantumcunquè inuitum transferre, incontinenti soluitur coniugium; & vacat prior Ecclesia, nec ad eam datur regressus, *Calder. conf. 2. de transl. Prælat. Rot. decis. 475. sub num. 6. vers. sed quod in simplici translatione par. 1. in recentior.*

15 A cuius † tamen decisionis vno verbulo caueas, quod sibi excidit, de translatione sine causa necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ, nam nullus ex allegatis per eam ità loquitur, idquè tenderet de directo contra ea, quæ nervosè cumulat *Roman. supradicto conf. 345. ex num. 5.*

Quinimò *Calder.* qui solus ex allegatis loquitur de translatione inuiti, ponit casum in translatione facta pro vtilitate Ecclesiæ, ibi *ad pacem, & in vtilitatem Ecclesiarum*, & clarius id ipsum declarat *Abb. in cap. eum nobis sub num. 5. circa finem versic. vnde facit ista litera, de elect.* vbi post *Ioan. Andr. & alios* concludit vnum notabile, secundum eum, videlicet, *quod si Papa transtulit Prælatum absentem ad maiorem Ecclesiam propter meritum personæ, non videtur prima Ecclesia vacare à tempore promotionis facta per Papam, sed à tempore, quo consensit translationi, secus vbi Papa principaliter translationem illam fecisset ad vtilitatem, seù necessitatem Ecclesiæ, quia tunc incipit prima vacare statim à tempore promotionis*, hæc sunt præcisa verba Abbatis, & idem ipse tenuit *in cap. vltim. num. 13. de postul. Prælat.* quem in hunc eundem sensum sequutus fuit *Prob. ad Ioan. Monach. in cap. Generali nu. 11. & 12. de elect. in Sexto*. Et vtrumque in hoc puncto amplexa est, *Rota eadem decis. 475. num. 7. Sylua*, qui de Episcopo, & Abbate loquitur *vbi supra*,

16 Et hoc sanè casu, vbi videlicèt vrget causa, † nulla est amaritudo in eo, quòd inuitus transferatur, quæ esset, si cessaret causa huiusmodi, & in ea nil aliud versaret, quàm fauor translati, nam tota

17 Ecclesia est vnum corpus mysticū, † cuius caput est Papa, cui ideò permissum est transferre membra, vbicumquè vtilitatis causa, non item si solius personæ fauor suadeat, vt elegantissimè ratiocinatur, *Ioan. Andra. in cap. Quod ob gratiam 61. num. 3. cum sequentib. de regul. Iur. in Sexto*,

18 nihil mirum igitur, si † facta translatione etiam de inuito, statim vacat Ecclesia, ex quo enim is semel consensit Episcopari, in hac Ecclesia vniuersali, non potest resistere Papæ, volenti eum transferre pro bono publico ad Ecclesiam particularem *dict. can. sciat*, cui quidem Ecclesiæ particulari, attenta hac ratione haud quaquam de nouo copulari dicitur, *Prob. vbi supra num. 39.* Si verò tran-

19 slatio non sit facta de inuito, (quod † non præsumitur, nisi sit expressè declaratum, vt rectè censuit **Calderin. dict. conf. 2. ad finem** in illis verbis *donec aliter declaret Papa intentionem suam.*)

20 Tunc expectatur eius consensus, & ex eo † demum inducitur vacatio, vt patet ex prædicta doctrina *Abbat. & Ioan. Monach.* & latè consuluit *Abb. consil. 101. sub num. 3. versic. sed prædictis non obstantibus eum seq. ac per totum part. 2.* vbi respondet omnibus contrariis, & tenuit etiam *Rot dict. decis. 475. ex num. 6. vbi sub num. 16.* ostendit, opinionem illorum, quos citauerat *num. 3.* vt videlicet vacatio non inducatur, nisi post adeptam possessionem, esse erroneam tanquam innixam auctoritate *glossæ in dict. can. si quis iam translatus*, quæ loquitur de translatione abusiua.

21 Quinimò † sufficit consensus præsumptus ex scientia, & acquiescentia, scilicèt postquàm Episcopus sciens, se semel submisit voluntati Papæ, ex quo satis est, translationem non posse dici factam omninò sine eius consensu, vt post *Aegid. Crem. apud Ioan. Andra. in dict. cap. quod ob gratiam*, tenuit *Abb. eod. conf. 101 sub nu. 4. vers. idem videtur sensisse.*

Quæ plurimùm obseruanda sunt in resolutione eius controuersiæ circa fructus Ecclesiæ, à qua

22 translatio fit, nam † sequuta plena translatione, si agatur de Ecclesia Regulari, siuè Monasterio, etiam quod controuersia sit de fructibus ciuilibus, & nominibus debitorum, extinguitur in Translato omnis actio, nisi de facto priùs fuisset illis spoliatus, ea enim actio spolij personæ cohærens, ab eo per translationem non auellitur, ità docet *Bellam.* per eum *text. in can. si quis iàm translatus sub num. 10. versic. vltimo quæ-*

23 *re 21. quæst. 1.* Et si † tales fructus, & nomina exigat, dicitur rapinam, & furtum facere, vt latè consuluit *Ancharan. consil. 158. ex nu. 1. versic. primo namque impetitur*: Quod verissimum est in Ecclesia Regulari, vt dixi, ex quo ip-

24 so Iure † fructus huiusmodi Monasterio acquiruntur, *in auth. de sanctiss. Episcop. §. si Monachus reliquerit*, & rectè aduertit *Pauin. de offic. & potestat. Capit. sede vacan. sub num. 28. versic. & adde quod assumptus*, consentitque *Rota decis. vnic. vers. secus est in Monacho de translat. Episcop. in antiq.* licèt quoad fructus collectos ante translationem, aliud *idem Pauinus* eodem loco innuere videatur.

Si autem agatur de Ecclesia Cathedrali, certissi-

25 mū est, † posse quidem translatum auferre fructus naturales perceptos, seù recollectos ante translationem, alios verò pendentes, & posteà recollectos

ctos secùs, & hic est sensus dictæ *decis. vn.* quem agnouit *Nicol. de Vbald. in tract. de success. ab intest. §. finita, num. 11.* quicquid censuerit *Card. consil. 110. sub num. 2. ex vers. omissis ergò istis*, qui simpliciter tenuit, translatum non posse exigere nec hos quidem recollectos, vel quouis modo inexactos, veluti effectos Ecclesiæ; eo ipso quod de illis non disposuit ante trãslationem, nàm hæc eius sententia est reprobata, *Rota in recent. decis. 240. sub num. 7. ad fin. par. 2.*

26 Admittenda est enim differentia † inter vacationem Ecclesiæ per obitum, in quo militãt fundamenta Cardinalis, & ratio *cap. præsenti de off. ordin. in 6.* & vacationem per translationem, neque ad paria indicari debent, exceptis casibus in iure expressis, vt consentiunt plurimi relati per *Rotam, d. decis. 240. num. 7. in recent. par. 2. & decis. 809. num. 2. par. 1. diuers.*

27 Vnde qui † habet indultum capiendi fructus Ecclesiæ vacãtis per obitum, non potest in eius vim capere fructus Ecclesiæ vacantis per translationem; translatus enim non potest dici defunctus, sed quasi defunctus, vt loquitur *Magister Gratian. in can. in apibus, §. ecce 7. quæst. 1.* & propterea non
28 intrat indultum huiusmodi, quod † de morte naturali, non autem de ciuili est intelligendum, *l. ex ea 121. §. in insulam deportato, de verb. oblig. cum simil.* & per hanc rationem omnes scribentes *in d. can. in apibus* sententiam prædictam contra Indultarium veriorem esse pronunciarunt, præcipuè *Archid. in princip. num. 8.* & *Gemin. in d. §. Ecce num. 5. Bellam. num. 2.* & *Turrecrem. sub num. 1.* vbi ait, quamuis contrarium in Curia fuerit pronunciatum, tamen id verius esse, & tenendum, prout in effectu tenuit *Rota in præallegatis decisionibus.*

29 Sed quid dicendum † in terminis indulti concessi Cameræ Apostolicæ? ei enim applicati fuerunt omnes fructus beneficiorum reseruatorum, vel affectorum per obitum, vel alio quouis modo præterquàm per resignationem vacantium, vsque ad diem prouisionis, seù adeptæ possessionis, ex *con-*
30 *stitutione 32. Pij Quarti*, neque est † dubium, eam complecti fructus mensarum, & Ecclesiarum quarumcunque ex *Constit. Sixti V. 100. in nouo Bullario*: finge vacare Cathedralem per obitum, Cameram omnes fructus ad manum suam reducere: finge rursus ad eam Ecclesiam transferri alium Episcopum in mense Martio, sed ipsum translationem consensu illius non confici, nisi in mense Iulio, & Cameram omnes hos fructus, veluti adhùc non reconditos sub sequestrum ponere, prioris autem, ad quam facta est translatio, iàm separasse à solo, & cum effectu percepisse; Profectò durum est excludere indultum Cameræ, aut ab vnius, aut ab alterius Ecclesiæ fructuum perceptione; siquidem respectu prioris vacantis per obitum, nulla subest dubitatio, verba enim indulti sunt clara: Respectu etiam secundæ, à qua facta est translatio, videtur cessare ratio supra adducta per Doctores in *d. can. in apibus*; quia indultum non est restrictum ad vacationem per obitum, sed complectitur vacationem, ex quocunque alio modo, præterquam per

31 cessum, & † sic in alijs firmat vim, & efficaciam suam, *l. eum prætor, de iudic.* cum *vulgat.* adductis per *Franeb. decis. 499. num. 2.* Et vbi conueniunt
32 verba legis, † cõuenit etiam legis dispositio, etiamsi dura possit videri, *l. prospexit eum ibi not. ff. qui, & à quib.*

Ceterùm longè durius est, translatum vtrinque excludi à perceptione fructuum, id enim repugnat
33 naturali rationi, secundum quam † nemo militat suis stipendijs, & qui de altari viuit, de altari victũ sibi assumit, *cap. cum secundum Apostolum de præben.* idque vt de Iure Diuino positum, ex his quæ superius *quæst. 4. num. 49. & 52.* latè disseruimus, non est credendum, Romanum Pontificem casu aliquo per sua indulta refringere voluisse, vndè ca-
34 ptiosam liberalitatem † Prudentũ interpretatione frangi conuenit, inquit *tex. in l. eum Aquiliana, ff. de transact.* Proindeq; hoc casu videtur tenen-
35 da media via, statuendumq; itã ad Cameram † fructus istius Ecclesiæ, à qua est facta translatio, pertinere, vt ab illis separentur, qui sufficiant pro alimentis ipsius Episcopi; Tùm quia istud videtur satis declaratum in supraallegato *cap. præsenti de off. ord. in 6.* Tùm quia aliàs sequeretur, beneficium Papæ in transferendo esse ipsi translato nociuum, qui reperiret se hoc pacto deceptum, quod minimè dicendum est, vt *in eo, cap. præsenti notat Io. Andr. num. 2.*

36 Et hæc de translatione † personæ quæ fit non ad Ecclesiam prout Ecclesia est domus diuina constans certa structura, sed ad titulum ipsum, & Inuocationem Sancti, sub quo est dedicata, *can. tribus, 36. vbi omnes de consecrat. dist. 1.* Quando verò cum persona transfertur etiam Ecclesia, iam tunc agitur principaliter de ipsius Ecclesiæ translatio-
37 ne, cui † est consequutiua translatio personarum, & omnium Iurium, vt latè probat *Rebuff. in prax. tit. de transl. Episc. nu. 11. 17. 19. & 20.* cum alijs congestis per *Rotam apud Seraphinũ, decis. 1149. num. 16.* nosterque hic sermo de ea est Eccle-
38 sia, † quæ sine Papæ auctoritate transferri nequit, videlicet de Cathedrali, vel Abbatiali, in qua scilicèt reperiatur constituta Sedes Abbatialis, per *text. in supra citato cap. 1. de translat. Episcop.* ibi, *& sedium commutationes.* & quoad mendicantes omnes, est *text. in c. vnic. de excess. Prælat. in 6.*

39 Cumquè ea fit, † expressè mandatur ipsius tituli translatio, vel nuncupatim, vel implicitè, videlicet, vt transferantur Sanctorum reliquiæ, *Archidiac. & Bellam. in d. can. tribus, in verb. loca Sanctorum, & in can. corpora, vers. sed verum est, de*
40 *consecr. distinct. 1.* † nec aliter fit, quam ex causis à Iure approbatis, de quibus late agit *Lap. alleg. 68. & Maudos. dict. §. translationes in 2. col. vers. translatio Ecclesiæ, Rebuff. loc. præcitato ex num. 4.*

41 Per quam † sanè translationem remanet destructus prior status respectu loci *Lap. d. alleg. 68. nu 8.* vbi *adden. in verb. Chorus, vers. vltimus sta-*
42 *tus Ecclesiæ*, in tantum, † vt non sit necessaria aliqua eius execratio, seù prophanatio ædificij; nam illa consecratio, quæ prius adiacebat, ceù sim-

plex accidens, simul deficit, vt benè considerat *Vgolin. de offic. Episcop. cop. 28. sub nu. 4. in 2. argum. vers. postremò consecratio.* Nisi fortè prima Eccle-
43 sia,† verius dimissa, quàm translata videri posset, *Lap. ibidem sub eodem num. 3.* quod fieri intelligi-
44 tur, † cũ non transfertur titulus; sed prior Ecclesia duntaxat secundæ pro commodiori seruitio circa diuina subijcitur. Quo casu retinetur in prima Presbyter, in quo repræsentatur semper imago quædam antiqui status, *Lap. sub eodem nu. 3.* quamuis satis reluctet *Marc. Mant. cons. 89. num. 32. ad fin.*
45 & debetur † ei reuerentia in memoriam pristinæ dignitatis, quam habuit, *l. 1. & l. eam legem, C. de excus. mun. lib. 10. l. vnica, C. de com. qui Prouinc. reg. lib. 12. Guidopap decis. 377. num. 1. & per tot.*
46 Et hinc † est, quod si sit in possessione alicuius prærogatiuæ, quæ sibi competeret de Iure ante translationem huiusmodi, censetur illam sibi ex particulari prouisione retinuisse, *Rot. decis. 616. num. 4. par. 1. in recentior.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficij Materialia tria, circà quæ versatur Officium Episcopi in disquirendo de illis, videlicet Locus, Dos, & Leges.*
2 *Locus Beneficij Ecclesia.*
Ecclesia vox multiplicis significatus.
3 *Ecclesia, vt sumitur materialitèr, quid sit.*
4 *Ecclesiæ appellatione materialitèr quid veniat.*
5 *Templum quodnam dicatur,*
6 *Ecclesia quomodò consecretur.*
7 *Ecclesia quomodò simplicitèr dedicetur.*
8 *Ecclesia ex sola dedicatione efficitur Sacra.*
9 *Ecclesia canonicè dedicata, non secus, ac Consecrata gaudet Immunitate, & subijcitur pollutioni.*
10 *Ecclesia in dubio non præsumitur Consecrata.*
11 *Ecclesia Cathedralis omninò debet consecrari.*
12 *Ecclesia inferior non consueuit consecrari, licèt aliquandò consecretur.*
13 *Basilica Principis Apostolorum de Vrbe Consecratia.*
14 *Ecclesiæ Materialis forma, Structura, Ornamenta, & cætera huiusmodi, quæ? remissiuè.*
15 *Ecclesiæ Materialis origo.*
16 *Ecclesiæ vsui ab initio deputata Cœnacula.*
17 *Ecclesias eatenus extructas Diocletiani Edicto demoliri iussas fuisse.*
18 *Ecclesiæ olim quatuor fuisse partes integrales. Porticum, Atrium, Sancta & Sancta Sanctorum ad instar templi Hierosolymitani.*
19 *Ecclesiæ corpus hodie diuisum in partes.*
20 *Sacrarium dictum, & Presbyterium, siue Diaconium quid.*
21 *Sacrario non recipiendi laici.*
22 *Multo minus Mulieres.*
23 *Nec etiam recipiendus Patronus.*
24 *Subdiaconi olim in Sacrario non admissi.*
25 *Subdiaconatus olim non erat ordo Sacer.*
26 *Sacrario recipiuntur Laici, tantispèr dùm, vel sumunt Eucharistiam, vel dum orant.*
27 *Sacrario diu receptus Laicus an præscribat.*
28 *Sacrario collocari potest Sedes Regia è Regione Sedis Episcopalis.*
29 *Rex potest ministrare Episcopo in officia simplicis Subdiaconi.*
30 *Rex inungitur in brachio.*
31 *Rex propter inunctionem dicitur Sacer.*
32 *Rex dum inungitur, præstat Iuramentum obedientiæ Ecclesiæ.*
33 *Textus in c. Valentinianus distinct. 63. declaratur.*
34 *Imperator, dùm coronatur per Papam, simul creatur Canonicus supranumerarius Basilicæ Sancti Petri.*
35 *Chorus in qua parte Ecclesiæ consueuerit collocari.*
36 *Choro alij, quàm psallentes, & Cantores non admittenai.*
37 *Sedes Episcopalis in Choro defixa, insignè est Cathedralis Ecclesiæ, non autèm Dignitatis Episcopalis.*
38 *Digniores reputantur sedentes à dextris, sedis Cathedralis Ecclesiæ.*
39 *Ecclesia Nauis receptaculum omnium Laicorum.*
40 *Capella, & Altaria circum Ecclesiam consecrarè possunt.*
41 *Altare, siuè Capellam erigens in Ecclesia sinè licentia Episcopi, punitur.*
42 *Altaria, quomodo consecrentur.*
43 *Martyrum Reliquiæ in Consecratione Altarium adhibenda.*
44 *Altaria plura olim etiam in Ecclesijs habita, & ratio Instituti huius.*
45 *Capellæ olim Cubicula Orationis causa comparata.*
46 *Martyria ab Ecclesijs diuersa.*
47 *Martyrium quid.*
48 *Martyria olim posita, & memoria, & Sacris Cineribus Martyrum.*
49 *Oratorium priuatum quid.*
50 *Ecclesia ad reparationem cogitur Beneficiarius per subtractionem tertiæ partis fructuum.*
51 *Et de residuo, si illa non sufficiat.*
52 *Ecclesiæ Cathedralis reparationi, vt teneatur Episcopus.*
53 *Episcopus non potest grauare alios, vt contribuant reparationi Cathedralis, nisi id habeat Consuetudo.*
54 *Ecclesiæ ad reparationem, qui vrgetur, non potest excusari ex negligentia Antecessorum.*
55 *Ecclesiæ ad reparationem possunt etiam cogi hæredes Beneficiarij.*
56 *Iudex Laicus nullam habet Iurisdictionem cogendi Beneficiarios ad reparationem Ecclesiarum.*
57 *Immunitas Ecclesiæ aliquibus Laicis exosa.*
58 *Immunitas pro confugio.*
59 *Immunitatis Ecclesiæ substantia separabilis ab illius circunstantijs naturalibus, & Accidentarijs.*
60 *Substantia dicitur forma, à qua res sumit esse suum.*
61 *Naturales, quæ, & quæ Accidentariæ cuiusque rei circunstantiæ.*
62 *Confugij substantia quomodo efformetur.*
63 *Ecclesiæ Immunitas extenditur etiam ad Cœmiterium,*

QVAE-

QVÆSTIO XIII.

Ecclesia, prout est locus beneficij, quid, & quæ eius prærogatiua principales.



CVM superiùs statuerimus causam efficientem minorum Beneficiorū esse Episcopum, vel alium habentem Iurisdictionem quasi Episcopalem, ordinatè procedendo, nunc videndum
1 dum † est de illorum causa materiali, quæ versatur circa tria, videlicet locum erectionis, dotem beneficij, & leges fundationis, in quorum trium examinatione officium Superioris Ecclesiastici erigentis consumitur, vt voluit *Calder. cons. 20. sub num. 1.* paulò post *princip. vers. & ratio quia eius est examinare, de Iurepatro.*

Et cum hęc seriatim explicauerimus, multiformes beneficiorum species simul cognoscentur: iuxta ergo propositam methodum progredientes, primùm de loco agendum est in genere, quem supra titulum beneficialem diximus.

2 Est autem locus hic Ecclesia, † pro Ecclesia autem non intelligimus, aut vniuersalem omnium fidelium collectionem, vt *in l. pen. C. de Sacros. Eccles. can. Ecclesia, qui in ordine est 8. de consecrat. distinct. 1.* cui opponitur Ecclesia malignantium *in psal. 25.* & quæ prorsus sine macula est, vel ruga, *c. Ecclesia, qui in ordine est 70. de pœnit. distinct. 1. vbi glo. pen.* neque canonicam collectionem particularem Clericorū in aliqua domo Deo dicata, vt in *c. Ecclesiæ, de consecr. dist. 1.* neque pro corpore ipsius Christi, repræsentato in quocunque Catholico, qui propterea dicitur etiam Ecclesia, *can. sed & illud 26. quæst. 2.* neque rursus pro Prælatura ipsius Ecclesiæ, vt pro illius redditibus, vt *in cap. quoniam Ne præl. vic. suas, & in cap. Querelam eo. tit. vbi optima glo. quæ omnes istas significationes ponit in verb. præfatam Eccle-*
3 *siam*, sed pro † Ecclesia nihil aliud hic intelligimus, quam ipsam Sacram domum, prout est ædificium constans parietibus, & tecto, auctoritate Episcopi ad hoc destinatum, vt *in c. nemo ea dist. 1.*
4 etsi † quæ illi adiacet Cappella contigua, *cap. Si Ciuitas 17. §. vlt. de sent. excomm. in 6.* atque ita totum illius ambitum, vt loquitur *glo. in d. c. Que-*
5 *relam*, quæ † si maior sit, templum nuncupatur, *Bellam. in c. & hoc dicimus, num. 8. 16. quæst. 7.*
6 nulla admissa differentia, an † Ecclesia sit consecrata per solemnem illam vnctionem chrismatis, quæ fit in muris ipsius ædificij adhibitis crucibus in locis perunctis, de qua post alios latè agit *Abb. in cap. Proposuisti, n. 7. de consec. Eccles. vel altar.*
7 vel † potius simpliciter sit instructa auctoritate Episcopi, ritèque deputata pro ibi explicandis diuinis officijs, *iux. tex. in c. nemo Ecclesiam ædificet ead. dist. 1.*
8 Non † secùs enim Sacra efficitur, iuxta *tex. in §. Sacra quoque res Instit. de rer. diuis.* perindeque
9 ac † si esset solemniter consecrata per delinitionem chrismatis, gaudet immunitate Ecclesiastica, subijciturquè pollutioni, *cap. vlt. vbi notat glo. 1. de consecr. Eccl. vel altar.* & benè docet *Anchar. in cap. Alma mater, nu. 15. de sent. excomm. in 6.*
10 In dubio autem non † præsumitur huiusmodi solemnis consecratio per delinitionem chrismatis, *c. solemnitates 16. de consecrat. dist. 1. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 4. sub num. 1. vers. eodem modo, & Menoch. lib. 6. præsumpt. 14. nu. 9.*
11 nisi forte agatur de Cathedrali † Ecclesia, quæ tali consecratione omnino indiget, *d. c. solemnitates,*
12 quippè † in inferioribus nō consueuit consecratio adhiberi, quamuis aliquando fiat, vt etiam aduertit *Mascard. de probat. conclus. 583. nu. 2.*
13 Neque Basilica † Principis Apostolorum, quæ & dignitate, & mole superat omnia alia templa in terris posita, consecrationem hanc priùs fuit cōsequuta, quam Summus Pontifex Vrbanus VIII. qui nunc feliciter sedet, 14. Kal. Decembris anno MDCXXVI. illam ei solemniter, toto exultante Populo, intulit.
14 Huius † autem materialis Ecclesiæ formam, structuram, ornamenta, & alia necessaria, latissimè exscribit *Sylua de benef. q. 5. ex n. 30.* Et de altari in specie, ad quod debet intitulari beneficiū *ex n. 60.* neque enim animus est omnia prosequi, quorum singula iustum exigerant volumen, & ab alijs pertractata fuerunt: tantum, quæ vsu frequentiora sunt, magisq; propositam materiam tangunt, percurremus; restringentes nos ad originem, partes integrales, conseruationem, & denique immunitatem ipsi loco concessam, in qua maximè eius maiestas elucet.
15 Origo fuit † cum nascenti fide, ipsaque Ecclesia vniuersali, quatenùs est collectio fidelium, quòd patet ex *Epistola Pauli prima ad Corinth. c. 11. ibi, conuenientibus vobis in Ecclesiam audio scissuras esse inter vos*, nam vel ipsa Grammaticalis constructio innuit, Ecclesiam ibi sumi pro loco, in quē conueniebant fideles, *& in ead. epist. 1. cap. 14.* loquens de ipsa collectione fidelium in illis verbis, *si ergo conueniat vniuersa Ecclesia in vnum*, apertè designat, consueuisse conueniri in certum locum, moxq; paulò inferiùs locum ipsum rursùs Ecclesiam nuncupat, ibi, *quid ergo est fratres? cum conuenitis, vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinā habet, Apocalypsim habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant. Siuè lingua quis loquitur secundum duos, aut, vt multum, tres, & per partes, & vnus interpretetur: Si autem non fuerit Interpres, taceat in Ecclesia, sibi autem loquatur, aut Deo*, & inferiùs, *mulieres in Ecclesijs taceant.*
16 Cum autem † eis non liceret, Ecclesias habere publicas, satis constat, huic vsui primùm quidem comparata cœnacula priuatarum domorum, vt le-
17 gitur *in actis Apostol. cap. 1.* mox publicè † etiām fuisse Ecclesias erectas, quas ideo solo æquari Diocletianum iussisse, scribit *Eusib. Eccles. histor. lib. 8. c. 1. & 2.* & latè prosequitur *Baron. in anno 57. num. 101.* vbi earum formam ex penicillo Luciani Samotraceni delineat *in vers. sed quo olim sumptu.*
18 Quantùm ad † structuram, & illius partes integrales,

grales, olim quattuor fuere, Porticus, Atrium, Sancta, & Sancta Sanctorum ad similitudinem templi Hierosolymitani, quod tradit *Baron. in co. anno 57.*
19 *ex num. 103. vers. quod verò*, nunc † autem sublata necessitate Porticus, & Atrij, totum corpus Ecclesiæ in tres partes vbique diuisum est: Porrò ante altare maius cancelli diuidunt Ecclesiam, &
20 quod ad altare vergit, dicitur Sacrarium, † siue etiam Presbyterium, seu Diaconium, nàm ibi presbytero Sacra peragenti, qui funguntur Diaconi, & subdiaconi munere assistunt, & ministrant, *glo. in cap. 1. in verb. sed pars illa vers. & appellatur Sa-*
21 *crarium, de vit. & honest. clericor.* Nullique † laicorum est ibi cum Ministris Altaris locus, vt dicit
22 *tex. in eo cap. 1.* & multò minus † mulieribus, *c. 1. §. prohibendum quoque de cohab. cler. & mul. Guilliel. Duran. de modo gener. concil. celebr. ru-*
23 *br. 55. num. 3.* nec quidem admitteretur † Patronus, vt ex mente S. Congregationis respondit *Rota in vna Valentina Cappellæ 5. Martij 1599. coram bo. me. D. Iusto.*
24 Quinimò nec † Subdiaconi olim admittebãtur, *can. non oportet 23. dist.* Hoc verò intelligitur de
25 Subdiaconis, antequã Subdiaconatus † per Ecclesiã constitueretur inter ordines Sacros, prout ibi aduertit *Turrecrem. super verb. Subdiaconos*, & rur-
26 sus quoad laicos intelligitur de † loco ad effectum sedendi, vel standi cum ipsis Ministris, secus verò ad effectum recipiendi Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, vel orandi, vt declarat *Abb. in d. cap. 1. sub num. 3. ad fin. vers. nota in verb. ad orandum, de vita, & honest. cler. Pauin. de visit. par. 2. q. 8. num. 36. vers. ad orandum tamen*
27 Quod adeo verum est, † vt si laicorum quispiam diù esset admissus, respectu Ministrorum Ecclesiæ semper reputabitur actus meræ voluntatis, nec consequenter ex quantocunque tempore ei intelligetur ius quæsitum, nisi doceatur de quadragenaria cum titulo, vel immemorabili propter iuris resistentiam, iuxta *reg. cap. fin. de consuetud.* prout ita fuit responsum *in præallegata Valentina Cappella.*
28 Ibi tamen ponitur etiam Sedes † Regia è regione Sedis Episcopalis, quod etiam est signum dignioris loci, vt considerat *Rota apud Reuerendissimum D. Coccin. decis. 142. num. 3.* nec incon-
29 gruit Hierarchico Ecclesiæ ordini, quia Rex, † vel quiuis alius Princeps (etiamsi non habeat Sacrum ordinem, potest tamen officium simplicis Subdiaconi, ministrando Episcopo, exercere, atque ità nõ reputatur persona merè laica, *glo. vlt. in can. Valentinianus ad fin. 63. distinct. Mart. Laudens. de Princip. quæst. 83. Chassan. in cathal. glor. mund. par. 5. in 24. consid. num. 105.*
30 Quòd tamen † magis darem prærogatiuæ Regiæ ex ipsa inunctione in brachio, de qua *per tex. in*
31 *c. 1. §. Vnde in veteri, de Sac. vnctio.* eius † enim vnctionis ratione dicitur persona Sacra, vt post *Restau. Castal. in tract. de Imper. quæst. 18. nu. 6. & quæst. 60. num. 3. Alber. in rubr. super 1. glos. num. 3. C. de no. Cod. compon.* atque alios tradit *Marc. Ant. Surg. in tract. de off. Præfect. Prætor.*
32 *lib. 1. cap. 22. ex num. 2.* & propter † iuramentum obedientiæ, quod eodem contextu emittit, dicitur Ecclesiæ subiectus, *Bald. in cap. Pastoralis, sub num. 6. vers. item omnes Reges, de rescript. Mart.*
33 *Laud. in tract. tract. de princip. quæst. 23.* † nam *tex. in d. can. Valentinianus*, non sumit ordinem pro ordine subdiaconali, vel alio in ministerio Altaris, sed pro officio, & munere ipso Regio. Error autem ortus fuit ex opinione vulgi, quod quia
34 Imperator † dum per Papam coronatur, creatur simul Canonicus supernumerarius Basilicæ S. Petri, opinatum fuit, eum constitui Subdiaconum, prout aduertit *Prepos. in a can. Valentinianus ad fin. vers. nota quod decet*, & propterea si cui hoc indultũ est, vtique ad alios, qui huiusmodi prærogatiuam non sunt cõsequuti, minimè trahendum, *Ferret. lib. 1. vers. planè de corpor. Pitard. cum Tomis.*
35 Sequitur pars est Chorus, † qui alicubi est situs à latere altaris, vel in sublimi constitutus, vt plurimum verò (præcipuè in Cathedralibus) est retro
36 ipsum altare maius, † nec ibi alij etiam admittendi sunt, quàm clerici psallentes, & Cantores, vt probat *tex.* desumptus ex Concilio Maguntino, *in præcit. cap. 1. ibi, tantum psallentibus pateat Clericis*, vbi etiam *glos. in verb. sed pars, de vit. & honest. cleric.* neque tamen hæc pars ideo principalis Ecclesiæ indicatur, quià in medio sit defixa
37 Sedes Episcopalis marmorea, vel lignea, † ea enim Sedes est insigne ipsius Cathedralis Ecclesiæ, non autem Dignitatis Episcopalis, neque deseruit pro functionibus Pontificalibus, vt considerauit *Rota apud eumdem Reuerendiss. D. Coccin. d. decis. 142. num. 4.*
Quod plurimum est obseruandum, vt hinc etiam dignoscamus, qui digniores sint ex modo sedendi
38 circa Sedem Episcopi, vt ij † intelligantur præeminentiores, qui sunt illi à dextris, *glo. in l. decernimus in verb. residendi, C. de Sacros. Eccles. & ibi etiam Bald. num. 3. & glo. vlt. in can. quam periculosum 7. quæst. 1. Bald. in l. ex hoc iure, num. 15. de Iust. & iur.*
Tertia deniquè est pars, quæ à Cancellis supra-
39 dictis vergit ad portam, & quæ † propriè dicitur Nauis Ecclesiæ, & receptaculum laicorum diuina audientium, *vt post glo. tradit etiam Abb. in eo. cap. 1. sub num. 3. vers. tertia pars, de vit. & honest. cler. Reuerendissimus D. Cocc. ea. decis. 142. num. 1.*
Circumquaque autem exstruuntur cappellæ, siuè Altaria, quæ † & singula, & simul plura cõsecra-
40 ri possunt, *cap. cum sit de consecr. Eccl. vel altar.*
41 quæ † si quis erigat, etiam in Ecclesia consecrata sine licentia Episcopi, si clericus sit, degradatur, laicus autem anathematizatur, *c. nullus, 25. de consecr. dist. 1.*
42 Exiguntque † omninò consecrationem per delinitionem chrismatis, & benedictionem Episcopalem, debentque esse lapidea, *can. Altaria, 31. ea, di-*
43 *stinct. 1.* inclusis † martyrum reliquijs, *can. placuit, 26. ea dist.*
44 Quod † fanè pertinet ad Ecclesiæ primæuum institutum habendi in templo plura Altaria, nàm cũ ea essent sepulchra martyrum, vbicunquè esset, Martyr conditus, illic & altare erigi consuetum fuit,

fuit, vt commemorat *Baron. in præcit. anno 57. sub num. 105. ad fin.* ex quo etiam notatur, cap-
45 pellas, † in quibus nunc ponuntur Altaria, primùm fuisse cubicula quædam construi solita orationis causa.

Neque tamen confundenda Altaria sunt, vel etiã templa, vel Ecclesiæ, in quibus construuntur Altaria cum martyrijs, quæ olim appellabant; ponun-
46 tur enim † tanquàm ab Ecclesijs diuersa martyria, *in l. generali, & in l. Decernimus, C. de Sacros. Eccles.* licet enim *aliqui in d. l. generali* existimauerint Martyrium propriè dictam Ecclesiam, in qua positæ sunt reliquiæ martyrum, tamèn illud ad differentiam templi, vel Ecclesiæ dicebatur marty-
47 rium, † quod extruebatur ædificium Sacrum in memoriã alicuius rei gestæ in eo ipso loco, exemplo tituli erecti per Iacob in memoriam sibi in somnis oblatæ scalæ, vt legitur *Genes. cap. 28.* Primumque ex Christianis id egit Constantinus Maximus, cùm templum in Hierosolymis excitauit eò loci, ex quo Christus Dominus ad cœlos ascenderat in memoriam eius resurrectionis, illud namque martyrium nuncupauit, vt *ex Cyrillo Catechef. 14.* refert *Baron. in anno 326. num. 36.* Et ego Aediculæ in meo Tyburtino Suburbano Sacratissimæ Passioni ex voto positæ super titulum præfixi huiusmodi.



PASSIONI MARTYRION.

48 Non nego tamèn, postea etiam dicta † fuisse martyria, quæ & memoriæ, & Sacris cineribus alicuius martyris singulariter posita fuere, ex *Euseb. Eccles. histor. lib. 11. cap. 27. & 28.*

Structuræ huic Ecclesiæ haud quaquam similis
49 est structura Oratoriorum † priuatorum, quæ fiunt sine auctoritate Episcopi remanente loco profano, in quibus celebratur super Altari portatili, cuius vsum Episcopus in sua diœcesi potest permittere, extruiturque sine Campanili, vel campanis, de quibus circumstantijs, & differentijs latè agit *Zabarel. cons. 15. ex num. 15. & per tot.*

Reparandæ fabricæ nisi sedula habeatur ratio, facilè est Ecclesias destrui.

Dicebat enim Philolaches Adolescens apud *Plautum in Most. actu 1.* dum à nouis ædibus ad hominem nouè natum argumentabatur.

Aedes quom exemplò paratæ, expolita factæ probè, ex amussim sunt,
Laudant fabrum, atque ædes probant, sibi quisque exemplum expetunt.
Sibi quisque simile sumit, sumptu suo operam poscunt suam.
Atque vbi illò immigrat, nequam homo indiligens cum pigra familia,
Immundus, instrenuus, hic idm ædibus vitium additur, bona
Quom curantur malè, atque illud fit sepè tempestas venit.
Confringit tegulas, imbricesq; ibi Dominus indiligens.
Reddere alias ne volt. venit imber lauit parietes. perpluunt
Tigna, putrefacitq; operam fabri. nequior idm factus est
Vsus ædium. atque haud fabri culpa, sed magna pars moram hanc sibi
Induxerunt. quod nummo potest sarciri, vsque mantant, neque id faciunt,
Donicum parietes ruunt, ædificantur ædes tota denuò.

50 Ideò quilibet † beneficiatus ad id est cogendus per subtractionem tertiæ fructuum partis, *can. de-*
51 *cernimus 10. quæst. 1.* & si illa † non sufficiat, compellendus est adhuc contribuere de residuo, *c. 1. & ibi glo. vlt. ad fin. vers. & hoc intellige, de Ec-*
52 *cles. ædific.* Idemque in Ecclesia † Cathedrali statuitur, nisi enim alitèr se habeat consuetudo de compellendis alijs, quæ primas sibi partes vindicat, Episcopus ad id solus tenetur, ac compellitur, nec nisi volentes, aùt Capitulum, aùt alios inferiores clericos grauare potest, præterquàm si ex defectu sufficientis pro se congruæ id efficere nequeat, vt latè disputat, & concludit *Bero. cons. 3. ex num. 1. & per tot. lib. 1.*

53 Nèc propterea † posset statuto suo, vel præcepto id onus trãsferre in Canonicos, vel Clerum, vt ostensum est supra *quæst. 11. nu. 79.* etiam ratione distributionum, quæ propter absentias præsentibus accrescerent, præterquam si, vt dixi, quarta ipsius portio non sufficeret, vt respondit *Rota in recent. par. 1. decis. 627. ex num. 1. & per tot.*

54 Nèc crederem posse eum excusari, † qui allegaret ruinam, vel corruptionem ædificij tempore sui prædecessoris, est enim debitum reale, ac proindè successor simpliciter tenetur, *Bero decis. 204. num. 48.* & in his terminis iudicauit *Senatus Pa-*
55 *ris. apud Papon. lib. 1. tit. 1. arrest. 14.* licèt † adhuc etiam possent vrgeri hæredes defuncti, vt ibidem *arrest. 15.* & ponitur modus, & practica co-
56 gendi beneficiarium *in arrest. 12.* quæ † iuri congruunt in omnibus, prætcrquam respectu Iudicis, vt innui *supra quæst. 11. num. 77. & 81.*

57 Ecclesiæ † autem huius materialis prærogatiua in iure præcipua est ipsius loci immunitas, circa quam non erit superuacuum aliquantulum immorari propter aliquorum, vel malitiam, vel inscitiã, qui contra propriam salutem laborantes, eam passim demoliri, vel ità imminuere conantur, vt infinitis erroribus mortalium mentes in hac re adeò seria æquè ac clara, (vt infra subijciam) respersferint. Vt tamen breuitèr multa perstringam; pro remotione cuiuscunque æquiuoci.

58 Primùm constituendum, est immunitatis † nomine nos aliud in hac disputatione non intelligere, quam loci ipsius immunitatem, idest ius confugij, quod aliqui asyliam vocant, de quo *in cap. inter alia, & cap. Ecclesiæ ex. de immun. Eccles. & toto eo. tit. in 6.* & in diuersis canonibus *17. quæst. 4. & alibi.*

Paritèr est aduertendum, vt in quocunque alio
59 subiecto, ita in hoc iure confugij dari † separationem substantiæ ab illius naturalibus, & acci-
60 dentarijs circumstantijs, pro † substantia verò intelligo eius formam, à qua sumit esse, *Bal. in l. in suis, num. 16. de liber. & posthum.* pro naturalibus

verò

61 verò † necessarias consequutiones, & pro accidentarijs ea omnia, quæ sunt illi præter eius naturam adiecta, siuè superinducta, iuxta doctrinam eiusdem *Bal in l. Pacta conuenta, ante num. 1. vers. & præmitte ad accidentiam, ff. de pact.*

Quæ autem sint circumstantiæ istæ, aut naturales, aut accidentariæ, statim assequemur, vbi sub-
62 stantiam ipsam iuris confugij nouerimus, ea † antèm ex duobus efformatur, vt etia m nominis ratio suadet: videlicet ex loco, vt sit Deo dedicatus, quã-
63 uis non † consecratus, *d. cap. Ecclesia extr. de immun. Eccles.* & sanè quã late ipsa consecratio, vel benedictio diffunditur, vnde cœmeteria, eiusdem iuris sunt, vt notat *glo. in cap. consuluisti, in verb. cœmeteria, vers. & eadem extr. de consecrat.* & ex persona, in quam concurrant duæ qualitates, vide-licet quæ ab homine confugiat ad numen, quod ibi
64 colitur, simulque sit † capax intercessionis diuinæ,
65 nam, † si confuga diuinæ maiestatis indignus sit, deficit iam forma istius iuris confugij, vt est *tex. in cap. fin. eod. tit. glos. 2. in cap. 1. de homicid.* Sita
66 enim † ea est tota in ipsa supremæ potestatis, ad quam ille confugit, intercessione, idest interpositione diuinæ maiestatis, veluti in medium confugæ, & eius à quo fugit, hancque rationem agnouit *D. Augustinus* relatus *in can. miror, qui in ordine est 8. 17. quæst. 4.*

67 Naturalia hinc etiam patescunt; videlicet, † vt insequutor subsistat in honorem diuini numinis, & loci ipsius, alioquin illi iniuriam inferat, non secus ac inferret humano Principi, qui in spretum ad eũ emissæ prouocationis aliquid attentaret, *cap. Vt debitus, cum ibi not. de appell.* & in hoc concordant tex. *in can. frater, can. nullus, can. si quis contumax, can. definiuit, & in can. id constituimus ea. quæst. 4.* & admittit *Suarez de virtu. & stat. Relig. lib. 3. cap. 8. nu. 3.*

68 Episcopus antem, † dijudicet de ratione ipsius confugij, Verùm videlicet confuga intercessione sit dignus, vel secus, vt patet ex Epistola Gelasij *in can. ad Episcopos, qui in ordine est 11. 17. quæst. 4.*
69 adeo quod occurrente † casu, in loco exempto, & nullius diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, vt definiuit Gregorius XIV. in sua constitutione 7. secundum nouum Bullarium *in §. 4. vers. occurrente antem*, sub Dat. 1591. Nono Kal. Iunij.
70 Accidentalia † verò sunt cætera omnia, quæ ad magis promouendam, vel etiam ad declarandam vim immunitatis huius paulatim, vel ex ciuilibus, vel ex canonicis præceptis statuta fuerunt, pri-
71 mumque † illud contra laicos huius immunitatis temeratores per Honorium, & Theodosium, *in l. 2. C. de his qui ad Eccles. confug.* vt videlicet ij tenerentur crimine læsæ maiestatis. Itemque il-
72 lud per Leonem, vt † in eosdem temeratores capitali, & vltimo supplicio animaduertatur, *l. præ-*
73 *senti lege, eo. tit.* & similia quæ de Iudæis † simulata fide, vel de obæratis, vel de seruis armatis in Ecclesias irruentibus, factiosisq; & Seditiosis ab Ecclesia extrahendis, deque modo ipsius extradictionis, statuerunt tam ipsi Cæsares *in l. 1. in l. si seruus, & in l. denunciamus eo. tit.* quàm Pontifices *in can. metuentes cum duobus seqq. ea. 17. quæst. 4*

74 Neque dissimilia † sunt, quæ tàm iidem Imperatores, quam etiam Pontifices definierunt circa fines, & limites loci, prout refertur *in d. l. præsenti, & Concilium Toletanum, in can. definiuit ea. 17. quæst. 4.*

Ex his verò firmari possunt aliquæ conclusiones,
75 quarum prior est, accidentalia † istius immunitatis esse quidem inuecta de iure humano, ac proindè mutabilia humanis contrarijs eorum, à quibus inuecta fuerunt, placitis, aut decretis, *iux. reg. Nil*
76 *tam naturale, &c.* huc que spectare possunt † quæ de virtute consuetudinis in abroganda, & penitus exhaurienda immunitate Ecclesiastica scripsit in suo opere *de immun. Eccles. Gambacur. lib. 3. c. 14. num. 12.*

Substantialia verò esse de iure diuino non sim-
77 pliciter positiuo, sed naturali, nam † cùm apud omnes gentes colatur diuinum numen (siue cultu ei verè debito, siuè erroneo, & superstitioso) ideoque ius confugij ad locum, in quo cultus huiusmodi exhibetur, apud easdem gentes omnes æquè observetur, quod disertè constituit idem *Gambacur. lib. 1. cap. 4. num. 3.* & ex Sacris, profanisque auctoribus demonstrat *cap. 5. & 7.* quod ante eum præstiterat *Couar. var. resol. lib. 2. cap. 20. sub n. 2. vers. tertia conclusio*, quibus addi potest *Duar. ad Bullam Cœnæ Domini, lib. 2. in can. 15 q. 18.*
78 *in 1. conc us. nu. 13. cum seq.* idque † connatum esse huic ipsi orbi tradit etiam *Decian. consil. 80. num. 10. lib. 3. Guttier. ciuil. pract. quæst. lib. 1.*
79 *cap. 1. num. 9.* satis constat † esse de iure gentium, *l. 1. §. Iusgentium, l. omnes populi, §. quod vero, ff. de iust. & iur.*

Quod quidem ius gentium, quatenùs innititur ratione non simpliciter politica, quæ communem duntaxat vtilitatem contemplatur, sed ratione na-
80 turali, cuiusmodi † est Religio; & illius reuerentia, *l. 2. ff. de iust. & iur. Molina de iust. & iur. in 1.*
81 *tract. disput. 6. in princip.* dicitur † ius naturale, & diuinum, *can. 1. & can. ius naturale, in 1. dist* & ex nostris ità distinguens, benè docet *Ant. Fab. in tit. Instit. de iur. nat. gent. & ciu. in 4. princip. illat. 1.*
82 Quapropter † istud ius prorsus est immutabile, veluti diuina prouidentia statutum, vt dicit *Imperator in §. sed naturalia, Instit. eo. tit. & in §. singulorum, de re. diuis.*
83 Constatque † miserabiliter allucinatũ esse dictũ *Gambacurtam* circa notissimos iuris terminos quatenùs existimauit, ius istud pendere à consuetudine, paulatimque ideo contrarium posse abrogari, donec nihil remaneat, totaque exhauriatur, vt ita sibi visum est loqui, *d. lib. 3. cap. 14 nu. 2, §. 12. & per tot.* nàm vel falsum est, quod ipse priùs statuerat, apud omnes gentes institutum id receptum fuisse, quod tamen vel ex ipsius testimonio satis est perspectum, vel certè ipse circa prima iuris principia errauit, cùm omnes sciant; quam longè distet
84 consuetudo à iure gentium, † neque aliud eam consuetudinem fore, quàm ius quoddam singulare alicuius populi, aut prouinciæ, *l. cum de consuetudinè, ff. de leg. d. l. 1. C. quæ sit long. consuet.* vndè etiã dicitur

85 dicitur † ius locale, *Bald. in cap. 1. nu. 6 de feud. cognit. in vsib. feud. Dec. consf. 483. n. 22. Menoch.*
86 *consf. 1. num. 132.* atque ita † ius simpliciter humanum, *can. omnes leges, iuncto can. mos, & can.*
87 *consuetudo 1. distinct.* Ius † autem gentium esse in omnes gentes diffusum, vt patet ex suprà citatis legibus, & canonibus.

88 Vnde † prolixa ea iuris diuini naturalis expositio, quam facit idem *Gambacur. d. lib. 1. cap. 11.* retorquetur contra ipsum, non enim est opus longo discursu per plures determinationes præceptorum communium, vt inferamus ex naturali aliquo principio ad ius istud confugij, sed statim ratio ipsa educitur ex sola eiusdem principij applicatione, vel facili conclusione; posito enim quod Deo debeatur reuerentia, illicò æstimamus irreuerentèr cum Deo agi, si ad terrenam illius arcem confugiens, inconsulto Deo, siuè Episcopo illius interprete, per aliquē inde abstrahatur, atque ideò applicatio principij naturalis, conclusioquè illicò fit ad ius istud absque illatione alterius communis præcepti, prout explicat, & concludit *D. Augustinus,*
89 *in præcit. can. miror 17. quæst. 4.* † hinc verò ius diuinum ab humano internosci, præ cæteris optimè docet *D. Thom. 1. 2. quæst. 95. art 2. vers. sed sciendum*, quem ipse perperam pro se allegat, confundens substantialia ipsius iuris cum accidentalibus, & omnia inuoluens, vt priùs quoque confuderat iusgentium, & consuetudinem.

90 Neque † res poterat effici clarior, alio quam allato per ipsum D. Thomam exemplo, videlicet de homicidio; siquidem nō esse occidendum, naturale diuinum est præceptum (ipse inquit,) quia illicò absque multa dialectica ad illud infertur ex principio naturali, *nè alteri feceris, quod tibi fieri non vis*; Qua autèm pœna, pro diuersitate casuum puniri debeat homicida, humanum est constituere per determinationes aliquorum præceptorum communium.

Proptereaquè esto quod determinatio, quomodo sit facienda extractio confugæ, petenda sit ex communibus, non ex solis naturalibus principijs, indè tamēn minimè sequitur, quin lex confugij sit
91 naturalis; Ex quibus † apertissimè constat, opinionem illorum, qui ius istud confugij retulerunt ad ius humanum, esse intelligendam de istis accidentarijs, vt in effectu hùc vergunt omnia in hanc rem congesta per *Didac. d. cap. 20. num. 2.* & per *Suarez in præcit. tract. de Religio. lib. 3 cap. 8. num. 7.*
92 alias † eorū opinio esset manifestè erronea, & contra communem, quam tenuerunt *Igne. in l. 1. n. 26. ff. ad Sillan. Senatuscōs. Cappell. Tholos. decis. 423. n. 5. Remig. de Gonny, in tract. de immun. eccles. in princ. num. 5. Petrus Peck. in tract. de iu. sistend. cap. 6. sub num. 1. vers. ideoque, Decia. in supracit. consf. 80. num. 10. vers. & quod talis immunitas; lib. 3. Germon. de Sacro. immun. lib. 3. cap. 16. sub nu. 3. vers. ex quibus nostri*, vbi latè reprobat opinionem contrariam *Couarruuias, Gutierez ciuil. quæst. lib. 1. quæst. 1. num. 8. & 9.* cum alijs quos congessit, & sequutus fuit *Farinac. de immun. Eccles. cap. 2. ex num. 9.*

Patet igitur Gambacurtā, aut proprio sensu decepitum, aut alios decipere voluisse, dùm *lib. 3 cap. 10. per tot.* laborat referre leges, tùm ciuiles, tùm canonicas latas pro iure confugij, nàm id duplicem
93 errorem complicat: Primùm dum † supponit ex consuetudine illud priùs introductum, & (vt sub *num. 2.* nuncupatim scribit) à rudi populo mobilitate quadam animi potiùs, quàm ratione susceptа, quæ verba stant contra manifestam veritatem, cum consuetudo nullas hac in re partes habeat, sed ius ipsum naturale; Alterum, dum substantialia ipsius iuris confugij attribuit iuri scripto, vel per Cæsares, vel per Pontifices, & Concilia; facta enim suppositione, quod confugium sit à iure gentium, non dicetur ius scriptum, etiamsi in legibus Imperatorum, aut Pontificum scriptum reperia-
94 tur, aliud † enim est ius scriptum, quia scriptum, & longè aliud ius scripto redactum, quia ius sit; neque enim hinc desinit esse ius gentiùm, siue naturale, & diuinum, vt erat, priusquam scriberetur, quod præclarè explicat *Ant. Fab. in d. tit. de iur. nat. in 11. princip. in 1. fac. ad fin. versic. Diximus supra.*

95 Sic etiam ipsa † consuetudo, si in scriptis redigatur, non definit esse consuetudo, & ius non scriptum, vt ibi latè docet idem, & tradit etiam *Cardin. Alban. in l. 2 num. 5. de vulg. & pupil. subst. Guerr. Piso in prælud. feud. quæst. 4. rubr. An feuda desinant habere vim &c. ad finē, Igne. in repet. l. necessarios, §. non alias num. 102. ff. ad S. C. Sillan.* vnde *Bal. in præcit. cap. 1. sub nu. 6. vers. vn de dico, de cognit. feud.* arguit de ineptitudine Doctores, qui glossant Consuetudines Ciuitatis alicuius in scriptis redactas.

96 Secunda est conclusio, † In articulo iurisdictionis, si de ipsa substantia, & de æstimatione rationis illius tractetur, alium non posse esse Iudicem, quam Ecclesiasticum, neque enim tunc incidit quæstio circa factū, sed circa ius, & propterea cum tractetur de re spirituali, incapax eius cognitionis est quis laicus, iuxta distinctionem *Bart. in l. Titia, 35. num. 5. & 6. ff. sol. matr.* quam aliqui in contrarium malè perpenderunt, vt in terminis istis benè adnetit *Germon. d. lib. 3. cap. 16. num. 22.*

97 Non † itaquè hi Iudices laicus, & Ecclesiasticus concurrunt in cognitione eiusdem obiecti, cuius alter est penitùs incapax, non solum ex qualitate materiæ, sed etiam ex natura iudicij, cum laicus sit pars formalis, inter quem, & confugam ca-
98 dit illa intercessio, quam supra monuimus esse ipsam formam Iuris confugij; summaquè † esset iniquitas, in causa propria quemquam fieri Iudicem, *l. vn. C. ne quis in su. cau. iud.*

99 Et quandò Summi † Pontifices atrocitate criminum permoti, sanctoquè zelo adducti, compluribus sæcularibus Principibus, eorumque Magistratibus, & Curijs sub varijs modis, & formis facultates, & indulta concesserunt, extrahendi de Ecclesijs delinquentes ad illas confugientes, palam tamē est, eosdē laicos huiusmodi facultatibus, & in-
100 dultis fuisse abusos, vt propterea necesse † fuerit totum illud rescindere, iux. *reg. tex. in cap. Suggestum, de decim.* & omnia ad normam antiquorum Canonum reuocare, solidam hanc facultatem in Episco-

Episcopo collocando, ex *d. Constit. 7. Grego-*
101 *ry XIV.* quæ † in effectu nihil aliud infert, quàm vt in grauibus, & atrocioribus delictis per ipsam expressis, Ius illud, quod in certis, ac determinatis casibus concessum fuerat laicis, iàm sit apud Episcopū, proprium huius immunitatis Interpretem, sub forma tamen ibi præscripta exercendum. Quæ
102 quidèm constitutio, † vbique locorum est seruanda, non autèm in illis solis partibus, in quibus aderant indulta de extrahendo laicis concessa, vt sine fundamento aliquo iuridico visus est sentire *Guttierez pract. quæst. ciuil. lib. 3. q. 1. n. 36.* Nàm licet Pontifex ea omnia priuilegia, & indulta expressè reuocet, nihilominùs legem vniuersalem respectu omnium condit, & ideò *in §. 3. vers. sed vniuersis* eam constitutionem dirigit vniuersis, & singulis Patriarchis, Episcopis, &c. & *in §. 8.* nedum tollit prætextum Indulto. un huiusmodi, sed etiam quemcunque alium, quod *Guttierez* non obseruauit.
103 Et sanè eius assumptum continet errorem † in Iure, cùm de ratione legis sit, vt neque fauorem, neque odium certarum personarum concernat, sed in commune bonum tendat, atque ita omnes afficiat, *l. 1. & l. Iura ff. de legib.* & latè disputat *Anguian. in tract. de legib. lib. 3. cōtrouers. 1. & 2. per*
104 *tot.* Hæcque inuicem † se cōpatiantur, quod lex dirigatur contra aliquos, effectus verò, multo plures respiciat, *Ancher. cons. 13. nu. 2. & in repet. cap. canonum statuta, sub num. 169. vers. item licet verba statuti, de constit. Anguia. d. controu. 2. sub num. 8. vers. Vnde fluxit.*

Atque ex his etiam patet, nō minus esse frustratorium quam ineptam totā eam disputationem illatam per *Gambacurt. lib. 6. cap. 8.* circa casum dissidij Iudicum Ecclesiastici, & laici, cùm ex tenore *d. Constitutionis*, & antiquorum Canonum, laici nullam in hac materia habeant cognitionem.

Tertia denique conclusio est, omnes personas confugientes gaudere hac immunitate Ecclesiasti-
105 ca, in quas † cadit ratio istius Iuris confugij, & èconuerso quascunque alias excludi; Etenim cùm de inclusione, vel exclusione aliquorum casuum, vel personarum sub lege aliqua, est controuersia, nulla potest dari certior regula, quàm vt rationem ipsam contemplemur, *Dec. cons. 519. num. 5. & consil. 591. num. 2.* cum alijs per *Franc. Becc. cons. 3. num. 41.* & *cons. 62. num. 15.*
106 Hæc namquè ratio † habet se ad omnes casus, in quibus militat, sicut se habet genus ad omnes species, *Paris. qui alios refert cons. 147. num. 21. vol. 3. Alex. cons. 89. num. 6. vol. 6.*
107 Quapropter iàm hinc † longè arceantur, quos Ecclesia, vel ob grauitatem sceleris retulit in sortem Ioab, qui cùm, vt declinaret iustam iram Salomonis, fugissetq; in Tabernaculū Domini, & apprehendisset cornu altaris, iussusque egredi iuxta Diuinum præceptum, *si quis per industriam, & insidias occiderit proximum, ab altari meo auelles eum, vt moriatur; Exodi cap. 21.* relato *in cap. 1. de homicid.* respondisset, *non egrediar, sed hic moriar*, iussus fuit ibi interfici, vt refertur *Regum*
108 *lib. 3. cap. 2.* (quod † potiùs est declaratio præcepti iuris diuini naturalis præcedentis, quàm nona aliqua dispositio circa substantiam iuris confugij, vt ideò non sit necesse respondere, aut *Gambatur. d. lib. 3. cap. 7.* vel *Couar.* aut *Suarez* locis supraallegatis, cùm sit extra punctum, quamuis luculentèr eis quoque satisfaciat *Germon. d. cap. 16. ex num. 11.*
109 Vel quos † extra se habet, suique ipsius osores, & irrisores censet, cuiusmodi sunt Iudæi, & alij Infideles omnes, etiamsi in eo procinctu simulent velle baptizari, *l. 1. C. de his, qui ad Eccles. confug.* quod latissimè explicat *Farinac. post eos quos allegat d. tract. de immun. cap. 5. ex nu. 72. & per tot.*
110 Quos † verò non habet extra se, neque in sortem Ioab tetulit, omnes recipit, & pro omnibus intercedit, cuiuscunque sint conditionis, *Anchar. in clem. 1. num. 5. in 2. quæst.* & ibi etiam *Ioannes de Imola, num. 11. Zabar. num. 5. & Vital. nu. 70. de pœnit. & remiss. Guttierez. d. quæst. 1. num. 7. Mantua cons. 60. nu. 4.* quos retulit, & sequutus fuit *Farin. vbi supra, cap. 5. nu. 83.*
111 Satis enim est, † Confugā esse talem, qui dùm cōfugit, sit capax intercessionis diuinæ, siuè liber, siuè seruus, de quo latissimè agit idem *cap. 4. ex n. 67.*

Vnde in controuersia de persona clerici, An de-
112 beat † immunitate hac Ecclesiæ gaudere, cùm in eo detur capacitas hæc, & in consequens militet etiam ratio ipsa immunitatis, non video, cur hoc beneficio destitui debeat. Duplex enim est prærogatiua confugij in homine libero, & capaci diuinæ intercessionis: prior, vt non damnetur ad mortem, vel pœnam corporis afflictiuam: secunda vt inuitus non extrahatur ab ipso loco, licet autèm respectu clerici non sit necessaria prior illa prærogatiua, præterquam si versemur in aliquo crimine excepto, est ramen valdè proficua secunda de non extrahendo per vim, vt considerat *Vitalin. in d. clem. 1. ex num. 70. de pœnit. & remiss.*
113 Et propterea † licet *Abb. in d. cap. inter alia ex num. 13. de immun. Eccles.* motus aliquibus, minus tamen concludentibus rationibus, contrarium tenuerit, quem plures sunt sequuti, quos retulit *Farin. vbi supra, ex num. 36. Bellet. disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauor. cler. person. §. 15. per tot.*

Tamen satis constat ex eorum lectura, neque Abbatem, neque eius Asseclas considerasse, rationem iuris confugij non esse restrictam ad laicos; sed æquè diffundi ad clericos, itavt intercessione illa diuina non debeant reputari indigni.
114 Neque dicatur, circūscripta † nunc constitutione supradicta, extractionē iussam fore ipsi Episcopo, modo cautio præstita fuerit ad formā canonū, in tantum, vt ea denegata cōtra ipsum detur actio, *can. definiuit ea. 17. quæst. 4.* & propterea cùm in clerico, siuè alia persona Ecclesiastica, & foro Ecclesiæ subiecta, non sit necessaria talis cautio, simpliciter, & absolutè posse Episcopum eum extrahere, hæc enim argumentatio non concludit:
115 Nam † est aduertendum, extractionem nusquam concedi integro manēte iure confugij, sed eo prorsus denegato, vel eliso; Ponamus enim, Assassinum confugere ad Ecclesiam, & arceri per Episcopum, veluti incapacem intercessionis, potest quidem dici, Episcopum extraxisse Confugam, sed Confu-

gam de facto, non autem formalem, in quo exi-
gitur capacitas intercessionis diuinæ: E conuer-
so ponamus homicidam casualem confugisse, &
Episcopum iam recepisse à Magistratu laico cau-
tionem iuxta canones, profectò, si mox abstrahatur
tur, abstrahetur iam consumpta tota æquitate iu-
ris confugij, quæ hos fines non egreditur. Idemque
116 dicetur de seruo, † postquam Dominus cautio-
nem dederit, prout vtrumque est expressum,
*in c. id cōstituimus in princ. & in §. seruus etiā 17.
q. 4.* vel in obærato, vbi remissa est ei carceratio,
his quippè casibus iam est consumptum istud pri-
uilegium immunitatis, & ideò extractio ex *d. can.
definiuit, cum seq.* non est de confuga, sed potius
de contumace in parendo Ecclesiæ.

117 Proindeque sequenda † est supradicta affirma-
tiua sententia, quam latissimè remouendo sigilla-
tim omnia fundamenta Abbatis, tatatus est *De-
cian tract. crimin. lib. 6. cap. 26. ex num. 1.* cum
adductis per eundem *Farinac. in præalleg. cap. 2.
nu. 34 cum seqq.* vbi tandem *n. 36. ad finem* refert,
ita iudicasse Sacrā Congregationē super Concilio.

Hæcque delibasse sufficiat in hac materia satis
calcata per Doctores prædictos, & alios, præci-
118 puè † per *Zipa. in Analyt. lib. 3. de immun. Ec-
clesi. ex num. 5.* & per *Farinac. vbi supra*, quibus
addi possunt innumeri, qui eam sparsim tractarunt,
quos cumulat *D. Barbos. in collectan. Decretal. tit.
de immun. Eccles. super Rubr.*

Ceterum alia est prærogatiua temporalis huius,
Ecclesię pręmissis eo pręstatior, quò magis accedit
fini, ad quem Ecclesiarum vsus introductus fuit,
idest orandi, & deprecandi Diuinum numen: Nam
119 in primis † vsque adeò colitur ipse dies dedicatio-
nis Ecclesiæ, vt tametsi in dicendo, & cantando
Diuinum officium, quilibet teneatur seruare mo-
rem Ecclesiæ Metropolitanæ suæ, *can. de ijs, 12.
distinct.* & in consequens celebrare officium dedi-
cationis Ecclesiæ Cathedralis, nihilominus si con-
currat eodem die dedicatio Cathedralis, & dedi-
catio inferioris Ecclesiæ, non teneatur Presbyter
huiusmodi inferioris Ecclesiæ, celebrare aliud,
quàm festū dedicationis propriæ Ecclesiæ, nè aliàs
transmittatur hæc solemnitas, quam ea omnes non
solùm Episcopis, sed quibusvis Sacerdotibus distri-
ctè præceperunt, *can. Solemnitates, qui in ordine
est 16. cum seq de consecrat. distinct. 1.* neque est
dubium, id referri ad dedicationem cuiuscunque
Oratorij, siuè Ecclesiæ, vt docuit *Abb. in rubr. sub
num. 3. vers. Item scias, quod dedicatio de conse-
120 crat. Eccles. vel altar.* atque † ità articulum hunc
concursus dedicationum, resoluit *Rota decis. 616.
num. 1. & per tot. par. 1. in recent.*

121 Præterea si Ecclesia sit Collegiata † non est du-
bium, Beneficiarium ibi, & non alibi teneri diui-
num ministerium absoluere cum alijs Clericis sui
Ordinis sub pœna depositionis, *c. vlt. 92. distinct.*
& in cōsequēs semper sub pœna peccati mortalis,
vt infert *Nauar. in manual. de orat. & hor. cano-
nic. cap. 21. n. 32.* nisi aliud ex consuetudine indictū
sit, quæ tamen adhuc nullius esset momenti, si Ec-
clesia pateretur Ministrorum defectum, vt *in co
can. vlt.* docuit *Præpos. in 1. conclus.*

122 Si verò Ecclesia non sit † collegiata, Beneficia-
rius adhuc tenetur in ea recitare officium, non
quidē de præcepto, & sub peccato mortali, nisi id
omittatur ex contemptu, vt per *Nauar. vbi supra*,
sed ex quadam decentia, & ex lege charitatis, quia
123 Ecclesiæ ad hoc † fuerunt constructæ, *Innoc. in
cap. 1. sub num. 1. vers. sed & alij, de celebrat. mis-
124 sar.* & quia † faciliùs in eis orationes exaudiun-
tur, vt considerat *Præpos. in d. can. vlt. vers. tertia
conclusio, dist. 92.* oculi enim Domini aperti sunt
super domum suam nocte, ac die, super domum, de
qua dixit, erit nomen meum ibi, vt legitur *Reg. 3.
cap. 8.*

In absoluendo autem diuino officio circa can-
125 tum † vnusquisque seruat propriæ Ecclesiæ con-
suetudinem, *cap. 2. de fer.* adeò quod licet Mona-
126 steria † regantur ad voluntatē Abbatis quoad vi-
tam Monachorum, tamen quoad cantum, illius re-
gimini non subijciuntur, quidquid in contrarium
seruetur, vel ex consuetudine, vel ex indulto Apo-
stolico, *Vital. in clem. dignum, num. 59. & 60. de
celebrat. missar.*

Et hæc de loco beneficij, siuè tituli, neque enim
beneficiū, & titulus respectu loci separantur, cùm
127 ibi dicatur † consistere beneficium, vbi impenditur
officium, *Rota decis. 9. de præbend. in antiq.* etiāsi
128 dos alibi sit constituta, cùm † veluti accessoria se-
quatur naturam, & consistentiam beneficij, *Ol-
drad. cons. 257. num. 15. & 18. Nauarr. cons. 6. de
verb. signif. secundum Romanam impressionem*,
quem canonizauit *Rota decis. 199. num. 6. & per
129 tot. par. 2. in recent.* & † etiamsi beneficiarius de
facto alibi officium suum expleat, cum adhuc ef-
fectum attendatur destinatio, *l. cum quidam, de
fund. instruct. Rota d. decis. 9. de præbend. in an-
tiq. & in præalleg. decis. 199. num. 3.*

SVMMARIVM

1 *Contrariorum eadem disciplina.*
2 *Collegium unde dicatur.*
3 *Collegium non constituitur minori numero trium.*
4 *Et an procedat de Iure Canonico.*
5 *Textus in cap. 1. de Elect. explicatur.*
6 *Consules non plures, quam duos extitisse.*
7 *Consules, Collegas dictos.*
8 *Collegij, vox, cuius significationis.*
9 *Collegium quarè non possit constare minori nu-
mero, quàm trium.*
10 *Collegium est nomen Vniuersitatis.*
11 *Numerus dualis, non est de pluribus.*
12 *Collegiatarum Ecclesiarum, alia numerata, alia
non numerata.*
13 *Ecclesiæ cum olim non essent numeratæ, vnde, &
quarè numerus illis adiectus.*
14 *Ecclesia numerata quæ dicatur.*
15 *Ecclesia an possit constitui numerata ex consue-
tudine.*
16 *Vacatio non datur in Ecclesia non numerata.*
17 *Deuolutio non datur in Ecclesijs non numeratis.*
18 *Ecclesiæ non numeratæ Canonicatus, dicuntur per-
sonales, & cum persona extinguuntur.*
19 *Ecclesia non numerata, si cesset præbenda, Capitu-
lum*

tum quomodò cogatur sufficere nouis Canonicis.
20 *Ecclesia non numerata Prabenda conferibilis per Papam.*
21 *Ecclesia non numerata prabenda si conferatur, potest obyci Prouiso tenuitas fructuum.*
22 *Et sufficit contradictio vnius Canonici.*
23 *Fructuum insufficientiam obyctenti Prouiso Apostolico in Ecclesia non Numerata, incumbit onus eam probandi.*
24 *Fructus, seu reditus Beneficij prasumuntur potiùs aucti, quàm diminuti.*
25 *Ecclesia non Numerata vacatio nusquam venit sub aliqua Gratia, aut dispositione de vacãte*
26 *Prabenda cum Canonicatu in Ecclesia non Numerata si impetretur, Gratia erit nulla respectu prabenda, quamuis sustineatur respectu Canonicatus.*
27 *Prabenda in Ecclesia non numerata, non habet certũ corpus, quod ad eius substantiã requiritur.*
28 *Prabenda consistentes in pradio aliquo, qua modo maiores, modo minores sunt arbitrio Capituli, & Superioris, non sunt impetrabiles.*
29 *Sed sunt simplices portiones Temporales, expertes vacationis.*
30 *Numerus per Statutum adiectus in Ecclesia, quandò possit per cõtrariũ Statutum alterari.*
31 *Ecclesia non numerata receptitia prabenda, per Papam est conferibilis.*
32 *Itemque resignabilis, & permutabilis.*
33 *Prabenda Ecclesia non numerata, non videntur resignabiles.*
34 *Contrarium quomodo procedat.*
35 *Prasceruatio circa statum quomodo fiat.*
36 *Ecclesia omnis non Numerata, est receptitia, sed non è cõuerso omnis receptitia, est nõ Numerata.*
37 *Canonici possunt recipi vltra numerum, quando fructus excrescunt.*
38 *Collegium personarum Ecclesiasticarum alitèr non potest institui, quàm per Priuilegium Apostolicum.*
39 *Priuilegium super erectione Collegij aliud probatum, & aliud prasumptum.*
40 *Collegium prasumitur auctoritate Apostolica institutum, ex prasentaneo statu, & communi reputatione.*
41 *Collegium probatur ex literis Principis scribentis tanquàm tali Collegio.*
42 *Ecclesia Cathedralis, & Regularis de Iure communi sunt Collegiata.*
43 *Collegiata Ecclesia an possit erigi per Episcopum.*
44 *Tex. in c. Quoniã de vit. & hon cleric. explicatus.*
45 *Clerici aliquando sub eodem tecto, & Conclaui proprijs bonis in commune collatis, viuebant.*
46 *Canonici Regulares, siuè Augustini, vndè*
47 *Episcopus non potest erigere nouas Dignitates.*
48 *Interpretatio dispositioni Iuris contraria restringenda.*
49 *Ecclesiam Parrochialem, in Collegiatam erigere Ordinaria auctoritate non potest Episcopus.*
50 *Collegium aliud Reale, & aliud Personale; expositique termini isti.*
51 *Ecclesia Regularis respectu Collegij quomodo distinguatur à saculari.*
52 *Collegij statum si habet Ecclesia, non eliditur prasumptio inde resultans ex Instrumento Erectionis in Ecclesiam simplicem.*
53 *Collegiatã in Ecclesiam, potest erigi Ecclesia simplex, ex causa tamen, & si sit de Iure Patronatus adhibito consensu Patroni.*
54 *Collegij erecti priuilegium prasumptum ex coniecturis, & signit.*
55 *Collegij signa aliqua aquiuoca, qua hic explicãtur.*
56 *Collegium nõ prasumitur ex pluralitate personarũ, & ex eo, quod pro multis fuerit dos cõstituta.*
57 *Item neque ex communibus reditibus, vel massa communi.*
58 *Item nec ex more se congregandi in vnum ad sonũ Campana, & tractandi de rebus communibus.*
59 *Collegium aliud, & aliud personarum Conuentus.*
60 *Vocatio plurium, qui consueuerunt congregari, cùr necessaria.*
61 *Collegij essentia in quo consistat.*
62 *Decuriones constituunt Collegium.*
63 *Ciuitas quomodò dicatur constituere Collegium.*
64 *Electores Imperij, qua ratione dicantur constituere Collegium.*
65 *Collegium non potest constitui per homines dispa- ris conditionis.*
66 *Et in quo consistat ista diuersitas.*
67 *Collegium non potest constitui ex coniunctione duorum Corporum, siuè Collegiorum, & quomodo tunc computentur Vota.*
68 *Et quomodo id deprehendatur.*
69 *Collegij de ratione est, vt sit reiidium in vnum.*
70 *Collegij signa formalia.*
71 *Syndicum habere est signum Collegij.*
72 *Syndicus quis.*
73 *Sigillum commune, signum est Collegij.*
74 *Pralati eligendi Ius, signum Collegij.*
75 *Prælationis Ius in Episcopo est illi immediatè à Papa quod verò est in Capitulo inferioris Ecclesia à Cathedrali, transmissibile est in Pralatum.*
76 *Pralatus quis propriè.*
77 *Pralati ordinatio ad quid.*
78 *Pralatus non est, qui consueuit eligi in Plebanum à pluribus Cappellanis.*
79 *Collegij signa non omnia concurrere debent ad illius probationem.*
80 *Collegialis Dignitas potest pertinere ad collationem alterius, qui non sit de Collegio.*
81 *Pralatus, non est de essentia Collegij.*
82 *Ecclesia non potest esse Acephala.*
83 *Collegiata Ecclesia non habenti Pralatum, stat in caput, vel Episcopus, vel Papa.*
84 *Prælationis Ius, quando stet in Capitulo.*
85 *Capitulum, quo casu dicatur Pralatus singulorũ.*
86 *Capituli maior pars, reprasentat illius partem.*
87 *Collegiata Ecclesia, dicitur Dignitas.*
88 *Capitulum potest condere statuta.*
89 *Et quando exigatur consensus Episcopi.*
90 *Et quomodo hic consensus deprehendatur.*
91 *Iurisdictio in Capitulo mouetur, & ab eo in membra ipsius diffunditur.*
92 *Ardua qua dicantur in materia statuendi.*
93 *Cura animarum, quomodo sit in Capitulo, & administretur.*

94 *Vicarius perpetuus pro exercenda cura animarum pro Capitulo habet nudum officium, circa ea tantum, quæ sunt ordinis Sacerdotalis, remanentibus quæ sunt Iurisdictionis, & Regiminis penès Capitulum.*
95 *Collegiata Ecclesia, etiam si habeat Curam animarum, tamen in materia odiosa non venit appellatione Curatæ, vel Parrochialis.*
96 *Concursus non fit ad Ecclesiam Curatam, quæ sit Collegiata.*
97 *Collegiata, quæ habet Curam, adhùc dicitur Dignitas.*
98 *Et qua ratione.*
99 *Collegio semper subijcitur Cura, vbi Ecclesia Collegiata est Curata.*
100 *Etiam quod Cura administretur per Vicarium.*
101 *Vicarius perpetuus in Ecclesia Collegiata, qua ratione dicatur Curatus.*
102 *Cura vbi est in Ecclesia Collegiata, semper radicatur in Collegio, neque per deputationem Vicarij aufertur à Collegio Ius Prælationis.*
103 *Cura habitualis nusquam aufertur à Collegio, etiam si actualis per alium exerceatur.*
104 *Cura omnis est in Prælato Collegij.*
105 *Prælatus sine Capitulo, & Capitulum sine Prælato nequit conueniri.*
106 *Collegium alterius auctoritate non potest destrui, quàm Principis.*
107 *Collegij destructio, quot, & quibus modis cõtingat.*
108 *Collegij bonis per Tyrannidem direptis, non ideò dissoluitur Collegium.*
109 *Collegij Ius in vno conseruatur, & qua nam hic vnus possit.*
110 *Collegij Iure in vnum cesso, an huic competat Ius eligendi.*
111 *Et quomodo.*
112 *Habitus pro latenti existentia.*
113 *Item pro virtute causata ex actibus.*
114 *Collegium quod recidit in vnum, non resumit actum, nisi reintegrato numero.*
115 *Et quomodo Collegium dicatur esse in vno.*
116 *Collegij Ius stat in vno solidũ quoad Iuris effectũ.*
117 *Text. in l. si grege de legat. 1. vts procedat.*
118 *Collegium non conseruatur in vno, quando ille vnus esset positus in signum destructionis.*
119 *Senatoris Vrbis officium.*
120 *Collegium quando dicatur destructum sine spe reintegrationis.*
121 *Collegium destructum sine spe reintegrationis non potest restaurari alterius auctoritate, quàm Principis.*
122 *Collegium an prorsus esse desinat cum personis.*
123 *Vniuersitatis Ius habet se ad personas, tanquam genus ad species.*
124 *Collegium dissoluitur etiam cum nomine, si persona prorsus deficiant.*
125 *Respectu tamen Actiuitatis, non autem Habitus.*
126 *Et qua ratione.*
127 *Collegij habitus quomodo conseruetur apud Ecclesiam.*
128 *Collegij Ius semper conseruatur apud Cathedralem, quantumcunque ea destituatur Populo, & Clero.*
129 *Et qua ratione, confutata contraria opinio Fulgosij.*
130 *Text. in l. qui res suas §. Aream ff. de solut. intellectus.*
131 *Collegium, vt dissoluatur, attenditur mens, & intentio dissoluentis.*
132 *Collegium de facto destituitur, si illius forma pereat.*

QVÆSTIO XIV.

Ecclesia Collegiata quæ, & quomodo constituatur vel destituatur Collegium.



EX suppositis ad finem præ-
cedentis quæstionis conse-
quitur, summam Ecclesia-
rum diuisionem hanc esse,
vt aliæ collegiatæ sint, quæ
scilicèt collegium habent,
aliæ verò non collegiatæ,
quæ collegio carent, & ex
nobis illicò innotescent,
1 vt † viderimus, quæ collegiatæ sint, contrariorum
enim eadem est disciplina, *§. Videamus Instit. de
his, qui su. vel al. Iur. sunt, cum simil.*
2 Collegium autèm † dicitur à simul legendo,
quasi plures in vnum corpus collecti, vt post *Var-
ro. lib. 5. de lingu. Latin.* refert *Brisson de verb. Iu.
signific.* non quidem, vt debeant simul cohabitare,
prout censuit *glo. in l. 1. in princ. in verb. collegiũ
ff. quod cuiuscunque vniuers. nom. Bar. in rubr.
vers. collegiũ est propriè ff. de colleg. illicit.* & existi-
mauit etiam *Barbat. in cons. 17. sub num. 2. vers.
& quo certo vol. 1.* sed vt sint eiusdem potestatis,
vt clarè probat *tex. in l. collegarum 173. de verb.
signif.* vbi *Aleiat. num. 3.* meritò improbat dictum
Barbat. vbi supra, qui putauit, ex hoc solo ex-
cludi qualitatem collegialitatis huius ab Ecclesia,
quod Canonici simùl non habitent.
3 Neque verò pauciores † quàm tres faciunt Col-
legium, quamuis enim apud antiquos de hoc fue-
rit aliqua dubitatio, tamèn recepta est Neratij
negatiua sententia, *in l. Neratius 85. de verbor.
signif. glo. in cap. 1. in verb. duo de elect.* Et licèt
4 etiam † aliqui existimauerint, de Iure Canonico
posse constitui collegium in duobus per *text. in d.
cap. 1. de elect.* vbi præ cæteris hoc videtur voluisse
Abb. sub num. 6. versic. aut à principio, & ante
eum id quoque voluerit *glos. in can. 1. in verb. con-
gregatio 10. q. 1.* tamèn contrarium est verius,
5 neque id probatur † ex *tex. in d. cap. 1. de elect.*
qui supponit quidèm posse celebrari electionẽ per
duos, vel tres, qui interuenerint in Collegio, sed nõ
dicit, neque supponit posse constitui Collegium, vt
duobus tantùm cõstet Collegis, hæc enim sunt pe-
nitùs diuersa, cùm nihil sit, quin nedùm in duobus,
sed etiàm in vno possit recidere totum Ius Colle-
gij, vt infrà latiùs dicetur, & ità *tex. in d. cap. 1.* esse
intelligendum de collegio per accidens diminuto,
docuit *Archidiac. in præallega. can. 1. sub num. 3.
vers. sed non est verum 10. quæst. 1.* quem ibi se-

quuti

quuti fuerunt Gemin in vlt. col. verſ. ſed per duos, Bell in. & Præpoſ. vterquè num 5. & Turrecrem. ſub num. 2. verſ notanaum autèm. & hanc eandem ſententiam in eo. cap 1. de elect. probarunt Card. ſub num. 4. verſ. quia tamèn Imol. ſub num. 2 verſ. Archidiaconus, & Dec. nu. 17. Reb. ff. ad d. l. Neratius 35. in 1. col verſ. intellig te tres, de verbor. ſignif. Maſcard. de probat concluſ. 585 ſub num. 9. verſ. cæterum de Iure canonico, Et hinc *Bal. in cap vlt ſub num. 14. verſ. vnus, vel duo, de ſenten. & re iud.* dixit, vnum, vel duos, non eſſe collegium formandum, ſeù fiendum, ſed benè formatum, ſeù factum, quià collegium reſidet in vno, *l. ſicut §. vlt. ff. quod cuiuſ. vniu.*

6 Neque obſtat, † ſi dicatur, Conſules non fuiſſe plures, quàm duos, *l. 2. §. exactis Regibus de orig. iu.* & tamen alterum reſpectu alterius Collegam
7 nuncupari † *l. vn. §. ſinè ff. de offic. Conſul. l. apud Iulium & apud Collegam ff. de in inuenti. teſtam.* quia latiùs patet vox iſta, collega, quàm nomen Collegij, à quo deriuat, Collegium enim vniuerſitatis tantum eſt vox, *l. 1. in princ ff quod cuiuſc.*
8 *vniuerſ. nom* Collega † autem non ſolùm eſt vox determinabilis à Collegio, ſed à pari poteſtate cũ alio, *iux. tex. in d. l. Collegarum 173 de verbor. ſignific.* atque ità, vt dixi, latiùs patet, prout aduertit etiàm *Io. Kal. in ſuo lexic. iuridic. in verb. Collegium tres faciunt.*
9 Ratio autèm huius † numeri aliquibus ea viſa eſt, quod cum in duobus non cadat maior pars, in conſequens ſi quid controuertatur, nõ poſſit inter Collegas collegialiter, ideſt, ex ſuffragio maioris partis decidi, ità *Bal. in rubr n. 3. C. pro ſoc.* cũ quo tranſiuit *Nicol. Loſa. in tract. de iur. vniuerſ. cap. 2. num. 59.* Quæ tamen ratio non videtur admittenda, quia ſequeretur, ex paribus non poſſe conſtitui Collegium, & propterea dicendum eſt, rationem, cùr non poſſit conſtitui Collegium in duobus; aliã
10 nõ eſſe, quàm quia Collegium † eſt nomen Vniuerſitatis, *dict. l. 1. in princip. ff. quod cuiuſc vniuerſ.*
11 *nom.* & idcircò non poteſt conſiſtere † in numero duali, quod enim pronunciatur de duobus, non pronunciatur de pluribus, quippè ad hunc effectũ exigitur numerus triũ, *glo. in § quod ſæpè in verb. & filiorum auth. de trien. & ſemiſſ* quam elegantem dicit *Alex. in l. ſæpè num. 4. ff. de re iudic* & hanc rationem probauit etiam *Alciat. in præcit. l. Neratius num. 1.*

Numerus tamen certus, & perpetuus, modò ſit ſupra duos, non eſt de Collegij eſſentia: Vnde
12 Collegiatarum † aliæ numeratæ, aliæ nõ numeratæ ſunt, *cap. Dilecto 25. §. præterea de præben. cap. ex parte 10. de conceſſ. præben.* Cum enim priùs Ec-
13 cleſiæ non eſſent numeratæ, † cõtingebat, vt mortuo aliquo Sacerdote, plures in locum defuncti fauoribus Procerum ſe ſubrogarent, nèc reditus pro omnibus alendis ſuppeterent, quod proſpiciens *Heraclius anno 618.* ſuper hoc pragmaticam edidit, quæ legitur inter *Nouell. lib. 2. Nouell. 4.* eãq; confirmari inſtetit per Bonifacium V. vt refert *Baron. d. anno 618. num. 5.*
14 Dicitur autem numerata † Eccleſia, in qua eſt certus numerus Canonicorum, ea lege, vt nequeat alterari ex determinatione, & præſcripto ſtatuti, ſi enim conſueuiſſent ſimpliciter adeſſe tot Canonici, nec plures, nec pauciores, hinc tamèn non diceretur Eccleſia numerata; itaut pendeat præfixio numeri à ſtatuto, nec ſufficiat conſuetudo, vt eleganter tradit *Abb. in d. cap. ex parte num. 6.* quod
15 intelligitur de ſimplici conſuetudine, † ſeù more illo, qui reputatur actus merè facultatiuus, non autem de conſuetudine præſcripta, ideſt efformata ex contradictione, cum decurſu legitimi temporis ad præſcribendum, vt notat *Io. de Imol. in d. cap. ex parte ſub num. 9. ad fin. verſ. quod videtur intelligendum.*
16 Quod plurimum eſt obſeruandum, nàm ſi † Eccleſia numerata non ſit, in ea non datur vacatio aliqua, ſed mortuo Canonico, extinguitur illud Ius quod habebat, & per receptionẽ alterius nouum Ius creatur, vt probatur *in dict. §. Præterea, vbi Imol. num. 7 Butr. n. 8 & Abb. nu. 9.* & ponderat *Gonzal. ad reg. de menſ gloſ. 9 §. 3. num 10.* Vndè
17 reſpectu † talium beneficiorum nulla datur deuolutio, vt in eiſdem textibus diſponitur, *Gonzal.*
18 *vbi ſupra*; ſunt enim tales † Canonicatus perſonales, & cum perſona extinguuntur, inquit in propoſito. *Rota in vna Syracuſana Canonicatus 17. Maij 1623. coram R. P. D. Pirouano.*
19 Et quamuis ceſſante Capitulo † recipere nouũ Canonicum, vel Beneficiatum in loco demortui, poſſit Epiſcopus illud ad id compellere, ſtatuendo ei terminum, intra quem ſi non receperit, valeat Epiſcopus ipſe prouidere, ſupplendo eius negligentiam; vt præ cæteris docet *Abb. in eo. cap. ex parte num. 15. Io. Andr. num. 4. Lap. allegat. 32. num 2.* tamen id intelligitur, quando ſimùl conſtat de ſuperexcreſcentia fructuum, qui ſufficiant ſuſtentationi omnium, vt declarat *Mantic. deciſ 229. num. 3.*
20 Et quamuis † ſi Papa de tali beneficio ſeù præbẽda prouideret, præualeat eius prouiſio, ſi ſtatum Eccleſiæ intellexerit *Gonzal. vbi ſupra nu. 23. &*
21 *ſeq. & dicetur infra num. 31.* adhuc tamen † tali Prouiſo poſſet obijci tenuitas fructuum, ſecundum quam deficit intentio, vt notabiliter tradit *gloſ. in cap. vlt in verb. diſtinctio ad fin. verſ. prouiſio tamèn Papalis, de conceſſ. præben. in Sexto,* & ſufficit
22 contradictio † vnius, vt poſt *Innoc. ſcribit Ioan. de Imol. in dict. cap. ex parte num. 10. verſ. in eadem gloſſ.*
23 Crederem tamèn, hoc caſu onus † probandi inſufficientiam, pertinere ad obijcientem, *cap. vlt. vbi gloſ. in verb. ſufficiebant de præſumpt* & fuit reſponſum *in vna Calagurritana Beneficij de Trespuentes 28. Nouembris 1605. coràm Reuerendiſſimo Domino Pamphilio*, à communiter
24 enim contingentibus fructus † potiùs aucti præſumuntur, quàm diminuti, *Seraph. n. deciſ. 1393. num. 3.*

Circumſcripta autèm certa ſcientia Papæ, gratia eſſet nulla, cùm ſempèr narretur vacatio, Præ-
25 bendæ autem † Eccleſiæ non numeratæ nuſquàm veniant ſub aliqua gratia, vel diſpoſitione de vacantibus loquente, *gloſ. in cap. fin. in verb. diſtinctio de conceſſ. præben. in Sexto, Sarnen. in reg. de impetr.*

impetr. benef. per obit. famil. q. 21. per totum, &
fuit dictum *in vna Calaguritana Beneficij 30.
Octobris 1587. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio.*

26 Et si impetretur Canonicatus. † & præbenda,
prout fieri consueuit, respectu talis præbendæ gra-
tia dicitur obreptitia, *Bellam. decis. 13.* quamuis
respectu Canonicatus sustineatur, *Lap. allega. 14.
num. 6. Felyn. in cap. Constitutus sub num. 2. vers.
& adde etiam de rescript.*

Nec etiam durat aliquid respectu talis præben-
dæ, quod possit dici exstare, non solùm spirituali-
27 ter, sed nèc temporaliter, cum † non habeat cer-
tum corpus, quod ad substantiam talis præbendæ
exigitur, *Bellam. d. decis. 13. num. 1. & decis. 63.
num. 2.*

28 Vnde nec refert, si istæ præbendæ † consistant
in prædio aliquo, nam nisi certum, & determina-
tum corpus vnaquæque habeat, sed modò maio-
res, modò minores sint arbitrio Capituli, vel Supe-
rioris, adhùc non sunt impetrabiles, vt latè consu-
luit *Bald. cons. 452. num. 2. lib. 2.* veriùs est enim,
29 esse † quasdam simplices portiones temporales
expertes cuiuscunque vacationis, *Bellam. decis. 1.
num. 2. in princ. & vers. ratio primi.*

30 Statuto verò † certo Canonicorum, vel Præ-
bendatorum, seù Portionariorum numero in Ec-
clesia, nihil est, quin contrario statuto illud abro-
gari possit per Capitulum, ad cuius fauorem cen-
setur talis numerus præscriptus, etiamsi Superioris
confirmatio accesserit, nisi primum statutum fue-
rit iuramento confirmatum, vel confirmatio sit
Apostolica, cũ clausula sublata, &c. & decreto irri-
tanti, vt concludit *Abb. in d. cap. ex parte num. 10.
& 14 Anchar. in cap. Vacante nu. 8. de praben.*

Quinimò si quispiam recipiatur per ipsum
Capitulum, nihil est, quin non obstante iuramento
teneat receptio vltra numerum, *Io. Andr. in eod.
cap. vacante num. 2. Abb. in cap. dilecto sub nu. 15.
de praben.*

31 Vbi verò Papa sciens † Ecclesiam esse rece-
ptitiam, non numeratam, de ea prouideat, velitq;
prouisionem valere, nihil est, quin prouisio teneat,
vt est *tex. in d. cap. ex parte ad fin.* vbi hoc notat
*Hostien. sub num. 3. vers. tu dicas, & in d. cap. va-
cante num. 3.* & fuit decisum *in vna Calaguritana
Beneficij 30. Octobris 1587 coram bo. mem. Car-
dinali Hieronymo Pamphilio*, & in præallegata
*Syracusana Canonicatus 1. Decembris 1623. coram
R. P. D. Pirouano.*

32 Et propterea etiam † in his passim admittuntur
resignationes, licet enim talia beneficia, vt potè
33 expertia vacationis, non † videantur resignabilia,
etiam ex causa permutationis, secundum opinio-
nem, quam contra *Gemin. in cap. licet, num. 24.* &
ibi etiam *Gamma. num. 81. de re. permut.* tenuit
Bellam. in tract. de re. permut. par. 2. q. 1. num. 8.
& sequutus est *Gonzal. ad reg. de mensib. glo. 9. §. 3.
num. 19.*

34 Tamen si fiat de hoc mentio † Papa validè ex
huiusmodi causa prouidet, & sustinetur prouisio,
vt censet *Gonzal. in d. §. 3. num. 20. & 23.* sic enim
35 Papa præuenit effectum Iuris, † qui alioqui pote-
rat sequi ex facto illo resignationis, & consequen-
ter, vt subiectum præseruet in statu suo contra Iu-
ris effectum, *l. qui in vtero, ff. de stat. hom. l. postli-
minij, §. nam si eodem bello, ff. de captiu. & postlim.
reuers. §. si ab hostibus Instit. quib. mod. Ius patr.
pot. sol.*

Aduertas autem, non omnem Ecclesiam rece-
36 ptitiam † esse non numeratam, sed benè è conuer-
so omnem non numeratam esse receptitiam, cùm
enim in Ecclesia numerata, vt dixi, possit (nisi
obstet vel Papæ auctoritas, vel iuramenti nexus)
aliquis adhuc recipi supra numerum, iàm ex hoc
apparet, has duas qualitates posse concurrere, &
sic qui à receptitia inferret ad nõ numeratam, ma-
lè inferret, iuxta regulam, *l. non hoc, C. vnd. legit.*
37 Nil igitur prohibet, † si fructus excrescant, supra
numerum Canonicatus recipi, quod probat *tex. in
d. §. praterea, vers. quanquàm interdum hi; & in
cap. vacante eo tit.* declarant *Hostien. sub num. 2.
vers. ad hoc tamen, Io: Andr. sub num. 1. vers. vt
tamen plenius, Ancher. sub num. 8. vers. distingue,
quià aut in Ecclesia, Io. de Imol. sub num. 5. vers.
quandoque verò est certus numerus, Butr. ibidem
num. 5. Abb. num. 3. Io: de Anan. num. 4. Card. sub
num. 3. vers. & dicit.*

Quòd autèm Ecclesia sit collegiata, solùm effi-
38 cit priuilegium Apostolicum, neque enim † aliter
potest erigi collegium personarum Ecclesiastica-
rum, *Bart. in l. vlt. num. 6. ff. de colleg. illic. Alde-
ran. de statut. interpret. conclus. 1. n. 172.* vel proba-
39 tum, † vel præsumptum, vt docet *Innoc. in cap. Po-
stulasti, in princ. de Iu. patron.* sequitur *Hostien. in
40 cap. Nobis, nu. 2. eo tit.* idest † præsumptũ ex statu
præsentaneo, secundum signa, de quibus infrà, & ex
communi reputatione, *Decian. cons. 6. num. 3. & 9.
lib. 2. Rota decis. 315. num. 3. par. 1. in recent.* ita-
41 vt si Princeps † ex certa scientia scribat Vniuersi-
tati tanquàm collegio, id satis sit pro iustificatio-
ne huius qualitatis, *Innoc. in cap. cum ab Ecclesia-
rum, nu. 2. de off. ordin.*

Addo, *vel implicitum*, quià tractetur de Ecclesia
42 Cathedrali, aut Regulari, quæ † de iure communi
est Collegiata, vt ratiocinatur *Abb. in eo. cap. No-
bis, sub num. 8. vers. item Ecclesia Cathedrales*, &
ante eum *Hostien, num 3. vers. quicquid etiam su-
periùs dixerit, Reuerendiss. D. Coccin. decis. 259.
num. 9.* licèt cum præsumpto aliqui videantur mi-
scuisse implicitum, *Rota decis. 13. nu. 3. in anti-
quior. de praben. Fel. in cap. Accedentes n. 2. vers.
concordat Rota de praescript. Menoch. de prasumpt.
lib. 3. prasumpt. 90. num. 21.*

Neque hi audiendi sunt, qui existimarunt, Epi-
43 scopum † posse erigere parrochialem Ecclesiam
in Collegiatam, per *tex. in cap. quoniam, de vit. &
honest. cler.* vbi *Abb. antiq. num. 1. Io. Andr. n. 3.
Butr. num. 2. ad fin. Panorm. num. 2. & 6. Imol.*
qui attestatur de communi *num. 1.* quos retulit. &
sequi visa est *Rota in Regien. vnionis 12. Maij
1625. coram Reuerendissimo D. Coccino.*

44 Nam *tex. in d. cap. quoniam*, vt aduertit † ibi
glos. in verb. qui simul, loquitur de Ecclesia Regu-
lari, & licet præallegati Doctores hunc intellectum
videantur respuere, nihilominus constat, illum esse
veris-

verissimum, & eam Decretalem, quæ est Gregorij VIII. respicere ea tempora, quibus clerici
45 sub eodem tecto; † & conclaui proprijs bonis in commune collatis viuebant, ex *can. summus, & can. qui tua, & can. necessaria 12. quæst. 1.* Qui
46 autem ità viuebant, † dicebantur Canonici Regulares, siuè Augustini, erantq; Religiosi, & Claustrales, & de his, non de alijs loquitur d. decretalis, vt nouissimè aduertit ad illam *Cutac.* & ità ex illa nihil colligi potest, quominùs sit standum regulæ suprà constitutæ.

Et certè à Iuris Regulis nimium recederet, si admitteremus, Episcopum posse erigere Collegia-
47 tam, cui † est interdicta, vel vnius solius, ac simplicis nouæ dignitatis erectio, vt latè demõstrauimus *suprà quæst. 1. ex num. 14.* neque verò est dubitandum, Collegiatam Ecclesiam propriè, ac verè esse Dignitatem, vt infrà dicemus. Quapropter *tex. in d. cap. quoniam, de vit. & honest. cler.* sic est
48 interpretandus; † vt restringatur ad Iuris cõmunis limites, non vt eos excedat, *l. vt gradatim, §. sed si lege. ff. de muner. & honor Aym. consf. 231. num. 15. Franc. Becc. cons. 51. num 14.* neque propterea recedendum est ab intellectu glossæ, & sententia ista, vt Episcopus, vel alius quiuis Inferior à Papa nequeat
49 erigere Collegiatam, † nàm circumscripta auctoritate delegata ipsius Sedis, in quibus terminis possunt sustineri, quæ de Legato de latere pronunciauit *Rota in d. Regien. vnionis*, impossibile est, vt Episcopus sua ordinaria auctoritate talem erectionem facere possit, vt censuit *S. Cong. super Concilio in vna Conuersana, 27. Iunij 1626.*

50 Est autem aduertendum, † Collegium aliud esse reale, aliud verò personale, quamuis enim hæc vocabula in Iure non reperiantur, tamen sic nuncupari possunt ad instar seruitutum realium, & personalium, vt Cætus ipsi introducti rei alicuius gratia, puta Ecclesiæ, Ciuitatis, &c. dicantur collegia realia: Reliqui verò introducti gratia alicuius professionis, vel negotiationis, dicantur personalia, vt benè docet *Innoc. in cap. dilecta, nu. 4. & 5. de excess. prælat. Barbat. in clem. 1. num. 32. vers. responde subtiliter de elect.* vbi quod in primis non admittuntur homines diuersæ professionis, vel habitus. secus verò in posterioribus, si omnium sit idem finis, in quem est intensus vniuscuiusque exercitium.

51 Regularis autèm † Ecclesia respectu collegij in hoc tantum à secularì distinguitur, quod Collegiati in ea fine proprio viuant, habeantque Ius eligendi, vt post *Hostien. Innoc. Compostell.* docuit *Beliam in cap. ne pro defectu, num. 6. de elect.*

52 Potest † autem huiusmodi Priuilegium Apostolicum, de quo supra, tàm in ipsa erectione Ecclesiæ, quàm post illam interuenire; Vndè ad elidendam præsumptionem Priuilegij, quæ oriri potest ex præsentaneo statu, non sufficit ostendere fundationem, per quam appareat. Ecclesiam non fuisse ità fundatam, vt ibi esset Collegiũ, præualet enim hic status, & quasi possessio, tanquàm compassibilis cum fundatione huiusmodi, vt pulchrè consuluit *Ripa de rescript. cons. 19. aliàs 12. incip. quaritur an vnio num. 3. cum seqq.*

53 Enimuerò, quauis Ecclesia simplex † si causa vrgeat, potest in Collegiatam erigi, dùm tamen si patronata sit, Patronus assentiat, aliàs secus, *Archid. in can. Monasterium num 3. 16. quæst. 7.* & si de facto fiat, intelligetur sine præiudicio Patroni, *Praepos. in can. si ex laicis, sub num. 7. vers. quod dico verum, 10. quæst. 1.*

54 Circumscripto verò priuilegio certo † recurrendum est ad coniecturas, & signa, ex quibus deduci possit præsumptum, vt post alios scripsit *Decian. cons. 6. num. 2. vers. si autem non constet, lib. 2.* & dixit *Rota in causa Baren. seu Nullius Prioratus, 11. Decembris 1613. coram Illustrissimo D. Cardinali Caualerio*, & postmodum *in Paduana Sedilium, 18. May 1618. coram bo: me: Cardinali Sacrato.*

55 Quæ sanè signa duplicis sunt generis: † Alia enim respiciunt causam materialem Collegij, idest pluralitatem personarum, & rerum inter eas communionem, *d. l. 1. §. quibus autem. ff. quod cuiuscunque vniu. nom.* & hæc semper sunt æquiuoca, cùm materia huiusmodi possit assumere diuersas formas extraneas à forma Collegij, vt patet ex *tex. in l. si plures, ff. de pact.* & propterea nõ erit suffi-
56 ciẽs † coniectura collegij, quod in Ecclesia, aut Regulari, aut seculari existent multi deseruientes, & quod pro multis fuerit dos instituta, *Rota d. decis. 13. n. 3. de praben. in antiquior. Felyn. in d. c. Accedentes n. 2. de præscrip.* qui sic intelligit *Innoc. in d. c. postulasti ante nu. 1. de Iure patr. Prapos. in d. can. si ex laicis sub n. 6. vers. aliquando habet priuilegium 10. q. 1.*

57 Et multò minus † quod ibi sint reditus communes, & massa communis, pro cuius etiam administratione deputetur aliquis extraneus, qui exigat, & diuidat, *Acchill decis. 10. num. 1. & per tot. de praben.*

58 Sicuti erit æquiuocum signum, † quod eædem personæ, etiam beneficiatæ, virtute alicuius statuti, & consuetudinis Ecclesiæ, congregentur in loco certo ad sonum campanæ, & ibi tractent de rebus communibus, *Verall. decis. 295. per tot. par. 1.* di-
59 centur enim † Conuentus huiusmodi Congregationes, sed non Collegia, neque constituetur indè vnum corpus, vt latè prosequitur *Gonzal. ad reg. de mens. glos. 19. ex num. 12. vsque ad finem*, & firmanit *Rota in recent. decis. 673. num. 2. versic. ex quibus non videtur obstare, par. 1.* & in prallega-
60 ta *Paduana sedilium*, licet fatendum sit † tunc omnes esse vocandos, non quidem ex eo, quod Vniuersitatem constituant, ac proindè actus tanquàm ab Vniuersis fiat, sed quia ex statuto, aut cõsuetudine huiusmodi, consensus ille, tametsi singulorum, debet esse simultaneus, ea ratione, quam videtur statutum, seu consuetudo considerasse, quia scilicèt vnus solus potest in suam sententiam alios trahere, *l. si in tres ad fin. ff. de recep. arbitr.* & aduertit *Rota apud Mantic. decis. 268. num. 5.*

Propterea vt remoueatur istud æquiuocum ne-
61 cesse est considerare naturam Cætus, † an videlicet sit eiusmodi, qui de Iure vniuersitatem constituat, purà quia Populus, vel ordo aliquis, in quem Populus ius ipsum Vniuersitatis transtulit, qualis est

62 est ordo † Decurionum, *l. item eorum §. si Decuriones, ff. quod cuiusc. vniu. nom. l. 2. C. de decur. lib. 10. Tholos. Syntag. Iu. lib. 15. cap. 32. sub nu. 5. vers. magistratuum sunt, & Collegia, Roman. cons. 436. sub num. 10. vers. tertia principalis ratio, & num 11.*

63 Neque enim alia ratione dicimus † Ciuitatem constituere Collegium, *l. quod maior ad municip.* quàm quia Concilium Ciuitatis totam Ciuitatem repræsentat, *Alex. in l. omnibus, num. 7. ad Trebell. Aym. cons. 195. num. 8. cum alijs*, quos sequuta est *Rota apud Mantic. decis. 262. nu. 8.*

64 Eiusmodi quoque est Ordo Electorum † Imperij, qui hac ratione dicuntur constituere Collegiũ, *Calder. cons. 5. sub num. 1. vers. nam electores, de his quæ fi. à Prælat. Couar. pract. quæst. cap. 1. n. 4. vers. igitur horum optimatum,* Potestq; generaliter constitui de quauis alia Vniuersitate hominum paris conditionis, aut professionis, siuè status, nam

65 homines † disparis professionis non debent facere idem Collegium, *Abb. in quæst. 6. n. 1 m. 2:*

66 Et ista † diuersitas intelligitur respectu capacitatis administrationis, quia alij sint capaces, alij non, data enim capacitate, non attenditur diuersitas illa conditionis personarum, nisi ad inducendũ æquiuocum in eo, an scilicet Conuentus fiat per Vnitatem, aut verius per coniunctionem plurium corporum absque vnitate, in qua formalitas ipsius Collegij consistit, interdùm enim iurisdictio est coniuncta, sed non vnita, veluti cùm plura corpora simul conueniunt ad aliquid peragendum, tunc q; non intelliguntur facere Collegium, interdùm verò est coniuncta, & vnita, veluti quãdo plures eiusdem potestatis conueniunt, tanquàm vniuersi, & tunc quidem faciunt collegiũ, vt benè docet *Bald. in cap. fin. sub n. 14. vers. adde. & nota differentiã, de sent. & re Iud.* quẽ probauit *Rota in infra allegatione causa Pãpilonen. beneficiorũ,* itaut pro forma Collegij sit vnitas plurium indiuiduorũ: Enim-

67 verò vbi † duo corpora vniũtur vt corpora ad actũ exercendum, non statur maiori parti pro numero personarum, prout contingit in actibus vnius formalis Corporis, seù Vniuersitatis, sed statur maiori parti vtriusque corporis: & duo Corpora non habent voces pro numero personarum, sed pro numero Corporũ, & sic si sunt duo Corpora, sunt duæ voces tantùm, nec proptereà computantur voces per capita, sed tanta est vox vnius, qui solus sit de vno Corpore, quanta sit vox mille, qui sint de alio Corpore, *Butr in cap. Pastoralis, n. 4. & ibi Imol. num. 12. & Felyn. nu. 9. alijque passim de rescript. Abb in cap. scriptum, num. 6. vers. secus dic. de electlon. Felyn. in cap. cum omnes, num. 18. de constit. Sylua de benef. par. 2. quæst. 17. num. 2. Cæsar de Grass. decis. 1. num. 4. de his, quæ fiunt à maior. part cap. Rota decis. 713. num. 10. par. 1. diuers. & fuit responsum in vna Pampilonen. beneficiorum, 27. Ianuarij 1620. coram bo. me. D. Archiepiscopo Seleucien.*

68 Ex hoc enim † modo computandi vota, optimè deprehenditur, an Conuentus plurium personarum in vnum fiat per vnitatem, vel per coniunctionem corporum, quemadmodum etiam deprehenditur ex forma admissionis eorum, qui eliguntur, seù cooptãtur, an videlicet talis cooptatio, seu electio fiat per omnes, vel per eos tantum, qui quatenus singularis sint professionis, vnum, & separatum corpus videntur constituere; si enim priori modo, significatur vnitas, si verò altero, significatur dumtaxat coniunctio Corporum, nec inde constituitur

69 Vniuersitas, aut Collegium aliquod. cum † impediatur recidiuitas vnius Iuris integralis in vnum, quod est præcipuũ essentiale Vniuersitatis, *l. sicut, §. vlt. quod cuiusc. Vniuers. nom. & fuit decisum in præallegata Pampilonen. beneficiorum, & in alia Sancti Seuerini Parrochialis, 9. Februarij 1618. coram bo. me. Cardinali Sacrato.*

70 Alia igitur signa respiciũt † causam ipsam formalem Collegij, quæ est species quædam Reipublicæ, vt probat *tex. in d. l. 1. §. quibus autem, ibi, ad exemplum Reipublica habere res, &c.* idest habere res spectantes ad plures tanquam vniuersos, non tanquam singulos, *l. In tantum, §. Vniuersitatis, ff. de rer. diuis.*

71 Hæc verò signa tria sunt: Primũ † si constituatur Syndicus quod satis apertè innuit *tex. in d. §. quibus autem*, circa quod est aduertendum, quod licèt *gloss.* ibi existimauerit, Syndicum dici quemlibet Procuratorem, siuè pro Vniuersitate, siuè pro pluribus personis electum, tamèn euidenter lapsa est, quia Syndicus, de quo loquitur ibi I. C. est, qui

72 ex † corpore ipsius Collegij eligitur, præter Procuratorem, vel Aduocatũ, vt accuratè ibi aduertit *Gottofredus in verb. Syndicum*, & denotat proprietas vocis, quæ consortium significat, & personam, cui sit Iudicium commune cum alijs, vt ex *Aeschilo, & alijs Interprete*, optimè notauit *Cuiac. in paratit. C. de consort. eiusdem lit.*

73 Secundum est, si habeatur † ibi sigillũ ipsius Collegij, quod apertè sensit *Rota apud Achill. d. decis. 10. num. 2. de præben.* est enim expressiuum certi corporis tanquam Vniuersitatis, vt colligitur ex traditis per *Oldrad. cons. 110. num 6.*

74 Tertium † denique est Ius eligendi Prælatum, quod consortium idem significat, *cap. 1. extra de electlon. Abb. in cap. Nobis, num. 8. ad fin. vers. item consueuerunt eligere, de Iur. patr. Lambert. de Iur. patr. lib. 2. par. 1 quæst. 5. principali, sub n. 4. Accbill. vbi supra num. 3. Mascard. de probat. conclus. 585. sub num. 20. vers. Item quod consueuerint eligere.*

75 Si enim de Cathedrali agatur, † quamuis Capitulum non habeat Prælationem Episcopalem, neque formaliter, neque virtualiter, quam possit in Episcopum per electionem transmittere, cum illa immediatè profluat à Summo Pontifice, *can. mutationes. 7. quæst. 1.* tamen inspecta iuris communis dispositione, facultatem eligẽdi huiusmodi habet ex potestate officij sibi attributi à Canone, ea de causa, ne videlicet Episcopus inuitis detur, *can. nullus inuitis, vbi gloss. 1. distinct. 61.*

Si verò de inferioribus, virtualiter istud Ius Prelationis transmissibile habet, vt post *Io. de Lignan.* quem sic declarat, docet *Abb. in præcitat. cap. 1. sub num. 7 vers. oppono contra textum, de elect.*

76 Dicitur autem Prælatus † in proposito, qui cùm eli-

eligentibus facit vnum, & idem corpus, cuique competit Iurisdictio in personas Collegij, *Bellam. in cap. cum contingat ante nu. 16. vers. alia est Iu-*
77 *risdictio, de for. competent.* & sic intelligitur † Prælatus, is, qui interuenit tanquàm tale caput præordinatum ad alios tãquàm membra, *glos. in cap. statutum, in verb. Collegiati de elect. in 6. Alex. cõs. 74 nu. 4. & cons. 75. nu. 2. vers. vel quando lib. 4.*

Vnde si plures Cappellani vnius Ecclesiæ elige-
78 rent † Plebanum, illud non pertineret ad signum Vniuersitatis, seù Collegij, etiam quod Institutio Cappellanorum ad eumdem Plebanum Iure aliquo singulari spectaret, vt benè consuluit *Federic. de Sen. cons. 80. sub nu. 3. vers. nec obstat.*

79 Horum † tamen signorum omnium concursus, non exigitur, *Card. in clem. 2. sub num. 10. vers. non tamen putes de ata. & qualitat. Felyn. in cap. Accedentes sub num. 2. vers. non tamen oportet de præscript. Mascard. vbi supra num. 10. versic. quintò ampliabis; Tholos. de benef. cap. 10. sub nu. 14. vers. attamen non requiri, Decian. cons. 93. nu. 13. lib. 5.* & propterea *Acchill. d. decis. 10. nu. 2. de prabend.* exigit dumtaxat sigillum, vel aliud simile conducens ad iustificandum Ius in Vniuersum.

Ex multis enim fieri potest, vt sigillũ deficiat, vel non sit in vsu, sicut etiam quod Dignitas pertineat
80 ad † collationẽ alienius extranei à Collegio, *Rota d. decis. 13. n. 6. in antiquior. de prab.* vel etiã, quod
81 Collegium non habeat Prælatum † cum ad eius essentiam id minimè necessarium sit, *Archid. in can. sicut in vnaquaque sub num. 2. vers. & licèt non habeat Pralatum 21. quæst. 2. Innoc. in cap. cum non ignores num. 1. & ibi Abb. nu. 5. & seq. de praben. Franch. in cap. Statutum num. 3. ad finem de elect. in 6. Oldrad. cons. 188. sub num. 8. vers. etsi dicatur, Roman. cons. 436. num. 6. Lambert. de Iur. patr. lib. 2. par. 1. in 5. quæst. principali sub nu. 20.*
82 Nec tamen Ecclesia † hinc dicetur Acephala, cõtra *tex. in can. Nulla ratione 93. dist.* tùnc enim
83 illi † stat in caput, vel Episcopus, vel Papa, *Gemin.*
84 *in eod. cap. Statutum num. 4.* & hoc casu † totum Ius Prælationis circa administrationem tàm spiritualium, quàm temporalium stat in ipso Capitu-
85 lo, † quod ideò dicitur Prælatus singulorum, *Innoc. in d. cap. Cum non ignores sub num. 2. vers. vel dic*
86 *ipsum Collegium de praben.* sicq; caput † repræsentatur per maiorem ipsius Capituli partem, *Bald. in Authen. habita num. 79. C. ne fil. pro patr. Felyn. in cap. ex literis num. 5. in princ. & versic. sed contra Innocentium de constit.*

87 Et hac ratione † Collegiata Ecclesia dicitur Dignitas, propter scilicet inseparabilem Iurisdictionem ab ipso Collegio, vt considerat *Bald. cons. 1. num. 4. lib. 1. & dixi supra nu. 47.*

88 Vnde videmus † quæuis Capitula posse de Iure statuta condere in his, quæ vniuersalem statum suæ Ecclesiæ, vel interesse Episcopi minimè concernũt, etiàm sine Episcopi consensu, *glos. in cap. 2. in verb. statutũ, de verb. signif. in 6. Calder. cons. 2. num. 2. de constit.* vbi eatenus exigi vult consensum Episcopi, quatenus expressè requiratur, *Butr. in cap. Constitutus num. 25. de rescript.* qui tamen facit differentiam inter Capitulum Cathedralis, & alia Capitula Collegiatarum inferiorum, *Abb. in cap. Cum accessissent num. 4. & ibi Dec. num. 8. de constit. Imol. in cap. cum omnes sub num. 4. & ibi etiam Bero. ex nu. 42. eod. tit. Prapos. in can. Catholica, vers. nota quod vnaquaque Ecclesia, vbi etiàm Gemin. num. 2. distinct. 11. Ferret. cons. 286. num. 1.* veluti in ordinatione Chori, vt fuit decisum *in Illerden. Statuti 19. Marty 1597. coram bo. me.*
89 *Corduba,* & vbi accedit † Episcopi consensus, potest statuere etiam circa ardua, & concernentia vniuersalem Statum Ecclesiæ, vt notant Doctores passim *in d. cap. cum omnes,* & tradit etiã *Felyn. in cap. edoceri n. 3. & seq. de rescript. Capra. regul. 9. n. 1. Cæsar de Grass. decis. 4. n. 4. de his quæ fiu. à maior. part. Cap. Seraphin. decis. 1447. nu. 1. & 2.* & fuit dictum *in præcitata Illerden.* & firmatum *in præcitata Paduana Sedi litis 26. Ianuary 1618.*
90 vbi etiam † fuit animaduersum, consensum Episcopi hoc casu colligi ex scientia, & ipsius toleran-
91 tia; omnis † enim Iurisdictio mouetur in ipso Capitulo, & ab eo in membra illius diffunditur, vt per doctrinam *Innocen. in d. cap. Cum non ignores,* respondit *Rota in Seguntina Præsidentia 21. February 1611. coram bon. mem. Dunozetto,* quæ
92 autem † in proposito dicantur ardua, benè explicat *Bero. in præalleg. cap. cum essent num. 44.*

Quod procedit etiam respectu curæ animarum, si sibi incumbat, prout incumbere potest, ex consuetudine, non vt singulis, sed vt vniuersis, *cap. irrefragabili, §. excessus de offic. Ord. Rom. cons. 325.*
93 *num. 3.* nam † cùm possit illam administrare, vel per plures, vel per vnum Ministrum amouibilem, vel etiam per Vicarium perpetuum, iuxtà cuiusq; Ecclesiæ consuetudinem, *Innocen.* loco proximè allegato, quatenùs illam administrat priori modo, verus Rector est ipsum Collegium, vt latè tradit
94 *Gonzal. ad reg. de mens. glos. 6. num. 71.* nec † videtur aliud per illud committi, quàm nudum officium, circa ea, quæ sunt ordinis Sacerdotalis, retentis his, quæ sunt Iurisdictionis, & regiminis,
95 *Lap. allegat. 5. num. 7.* & in materia † odiosa, non dicitur talis Collegiata Curata, seù Parochialis, *Prob. ad Monach. in cap. licet canon. num. 1. de*
96 *elect. in 6.* neque ideò est locus † Concursui à Sacro Concilio indicto in prouisionibus Parocchialium, *Paris. de resignatio. lib. 8. quæst. 9. num. 94. Gonzal. d. glos. 6. nu. 158.* & dixit *Rota in Baren. Prioratus 11. Decembris 1613. Coram Illustrissimo D. Cardinali Caualerio.*

97 Dicitur tamen † Dignitas, *Io. Andr. post alios in cap. Statutum sub num. 2. vers. dicunt ergò eod. tit.*
98 *de elect. in 6.* idq; ratione † principalis regiminis, & Iurisdictionis, vt concludit *Lap. vbi supra,* sem-
99 per † enim retinet eam qualitatem Collegij supra ipsam curam, inquit, *Abb. in rub. num. 12. de Vit. & honest. Clericor.* quem sequutus fuit *Prob. vbi supr.*

100 Idemq; † Iuris est, quatenùs illam administrat secundo modo per Vicarium perpetuum, aut per vnum ex obtinentibus dignitatem in ipsa Ecclesia,
101 nam tùnc iste talis † est quidem Curatus, non cura Collegij, vel cura familiæ, sed cura Parrochianorũ, inquit *Calder. cons. 18. ad med. vers. vnde dicunt, de*
102 *prabend.* At † nihilominùs Ius illud principalitèr radi-

radicatur in ipſo Collegio, nec quicquam prælatio-
nis ab eo auſertur, *Oldrad. conſ.67.n 3.* cum alijs
103 per *Gabr.conſ.190.n.10.lib.2.* perpetuò † enim
ipſa cura habitualis remanet apud Collegium,
Butr.conſ.3.in princ.& n.2. ſecundum tamèn de-
clarationem, quam alibi poſuimus.

104 Quando verò Collegium habet Prælatum, †tan-
quàm ipſius Collegij caput, nihil eſt, quin omnis
Iuriſdictio, & omnis cura, quæ aliàs ipſi Vniuerſi-
tati competeret, apud talem Prælatum ſit, *Zabar.*
105 *conſ.30.n.1.* tuncque nec Prælatus † ſine Capitu-
lo, nec Capitulum ſine Prælato poteſt conueniri,
vel alios Iudicialiter conuenire, exceptis tamen
cauſis paruis, *Hoſtien.in cap.cauſam, quæ num.1.
ad finem de iudic.& ibi quoque gloſ.in verb.aſſen-
ſu Epiſcopi per eum tex.*

Semel verò deducto Collegio in eſſe non facilè
deſtruitur, quia cum ſola Principis auctoritate, vt
106. ſupra diximus, haberi queat, impoſſibile eſt, † vt
citra illam valeat diſſolui, intelligendo de diſſolu-
tione inuita, & præciſa, vt declarat *Bart.in l. vlt.
n. 21. verſ.quædam eſt diſſolutio inuita.ff.de Col-
leg. illic.* vndè etiam attenditur, an fuerit ad certũ
tempus, vel locum, Collegium erectum, vt optimè
declarat *Gemin.conſ.65.ſub n.10.verſ. nec obſtat.*

107 Extingui igitur Collegiũ tripliciter † contingit,
aut ſcilicet quãdò illud trãsfertur ad diuerſum or-
dinẽ, aut quãdò acceſſoriè alteri vnitur (ſecus enim
foret, ſi vel trãsferretur ad eũdẽ ordinẽ, vel princi-
palitèr vniretur) aut denique quando penitùs per
eundem Principẽ, ex cauſa aliqua deſtruitur, vt per
*Innoc.in cap.cum ex iniuncto, num.2.de oper.nou.
nunciat.* iunctis his, quæ *idem* ſcripſit *in cap.1.n.1.*
108 *ne Sede Vacan.* vnde etiã ſi per † Tyrannidẽ, vel ho-
ſtilitatem occupentur bona Collegij, non tamen
deſinit Collegium eſſe, poteruntque Collegiales ſe
alibi collegialiter congregare, & ſuas functiones
licitè facere, *can. 1. §. quod ſi prauorum, 23. di-
ſtinct.Innoc.in d.cap.cum ex iniuncto, nu.2.* quem
ſequuti fuerũt *Arcbid. & Bellam.in can.& hoc di-
ximus, 16. quæſt.7. ille n.7.* hic verò *n. 9.* etſi per-
ſonæ fuerint redactæ ad vnã tantum, quamuis enim
Collegiũ nõ poſſit initiari in minori numero, quàm
109 trium iuxta dicta ſuperius *n.5.* tamen † in illa per-
ſona integrum, ac ſolidum Ius Collegij conſerua-
tur, *l.ſicut, §. vlt.ff. quod cuiuſc. vniuerſ. nom.*
vbi *Bart.num.1.Bald.nu. 2.in 3. notab.* vbi quod
poteſt agere, & conueniri tamquam Vniuerſitas, ac
conſtituere Syndicum, *Caſtr. itidem ſub nu. 2.* vbi
quod poteſt eligere, & omnia alia facere, quæ poſ-
ſent omnes, ſi eſſent viui, *Aret.in l.ſi grege, ſub n.3.
verſ. in gloſſa poſita ſuper verbo deſiiſſe, de legat.1.*
adeo vt nullus alius, præter hunc ſolum poſſit eli-
gere, *Nauarr.conſ.38. n.2.de Regular. Abb.in
conſ.25.num.2 par.2 & in cap.cum nobis, n.6. de
elect. Seraph. deciſ.1050.nu.5.*

110 Vnde non videtur vera † opinio illorum, qui exi-
ſtimarunt, hunc ſolum non poſſe eligere, aut facere
actus Collegiales, alio, quàm nomine Eccleſiæ,
quod videtur voluiſſe *Hoſtien. in cap. nobis, ſub
n.2.verſ. & eliget, de Iur.patron.& Innoc.in cap.
Poſtulaſti, num. 1. eo. tit.* ſi enim in eo ſtat ſoli-
dum Ius Collegij, non video, cùr eo nomine non

poſſit eligere, & omnia alia facere, & ideo contra-
ria ſententia verior videtur, quam ab omnibus ab-
ſurdis defendit *Idem Hoſtien.in cap.gratum, n.8.*
111 *de poſtulat. Prælat.* cum † hoc temperamento, vt
adhibeatur circa electionem, conſilium Religioſo-
rum, & ſic reſpectu dumtaxat Vniuerſitatis, quate-
nùs ea naturaliter conſiſtit in pluralitate perſona-
tum, videtur deficere Collegium actu, & in hoc be-
nè poteſt verificari, quod Collegium in vna perſo-
na præſeruetur habitu tantum; quatenus habitus
112 ſumitur, † vel pro latenti exiſtentia, vel pro virtu-
113 te cauſata † ex actibus, vt declarat *Bald. in l.non*
114 *ambigitur, n.4.ff de legib.* nec † reſumat actum,
niſi reintegrato numero, vt per *Innoc.in d.cap.Po-
ſtulaſti, ſub n. 1. verſ. Item ſi Collegiata, Decian.*
115 *conſ.6.n.10.lib.2.* verè enim Collegium, † prout
eſt collectio plurium, actu non eſt in vno, licet in
eo Ius Collegij conſeruetur, vt benè aduertit *gloſ.
in cap. Gratum, in verb. pauciores ad finem, verſ.
alia Iura, de poſtulatio. Prælat.* deficit enim ſigni-
ficatus vocis, inquit ibi *Abb.n. 11.*

116 At quoad Iuris effectum, † in illo vno ſuperexi-
ſtente ſtat Ius Vniuerſitatis verè, & actualiter, cum
Ius omnium ad vnum reciderit, inquit *tex. in d.l.
ſicut,* & pulchrè demonſtrat *Barbat.in d.cap. Gra-
tum ex n.22,* reſpondendo ad *tex. in l. ſi grege, de*
117 *legat.1.* vt procedat in † Vniuerſitate irrationabi-
lium, quinimò quod poſſit retorqueri, cùm lega-
to grege, veniat præſtandum illud vnum animal, vt
ibi per eum *ſub n.23.verſ.nec obſtat, in quantum,*
& ibi quoque *Butr.n.26.Hoſtien.vbi ſupra.*

118 Diuerſum † porro eſſet, ſi ille vnus eſſet poſitus
in ſignum deſtructionis, prout ſic intelligendus eſt
*Præpoſ.in can. Senatuſconſultum, circa finem
verſ.quæro numquid in Senatore 2. diſtinct. poſt
Bald.quem allegat in l. non ambigitur, ſub nu. 3.
verſ.iuxta hoc quæro, ff.de legib.* quatenus id exem-
plificat in Senatore Vrbis, ſequitur *Aret. in d. l. ſi
Grege, ſub eod. n.3.verſ.hoc tamen limitatur de le-*
119 *gat.1.* † nã is verè poſitus eſt in ſignũ deſtructionis
antiqui maioris Senatus, *cap.fundamenta, de elect.
in 6.* Et in effectu idem habet Officium, quod olim
Prætor Vrbanus, *Veſtr.in praxi lib.2.cap.15.nu.1.
iuncta addit.Grauat.n.5.ad finem, Tholoſan. Sin-
tag.Iur.lib.47.cap.25.n. 34. Azor.moral. Inſtit.
lib.5.cap.4. par.2.*

Hoc enim caſu dicitur verè defeciſſe ſpes redu-
120 ctionis, † & in conſequens Ius Collegij ex toto
euanuiſſe, *Præpoſitus loco ſupra allegato,* nec pro-
121 pterea eſt † in facultate alterius, quàm Principis
illud de nouo excitare, *Valaſc.in repet.l.Imperiũ,
n.82.ff.de Iuriſd.omn. Iud. Marian. Soc. in cap.
dilecta, n. 92.de exceſſ.Prælat.* quod efficit deſtru-
ctio auctoritate Iuris facta, *Rebuff. in l. Nera-
tius 85.verſ.Ius autem Collegij de verb.ſignif.*

Diuerſum paritèr eſſet, ſi omnes omnino eſſe
deſiiſſent, modò tamèn etiamſi ſuperinducta ſit
conſuetudo non habendi Collegium, vt in his ter-
minis, & ſub hac animaduerſione loquitur *Præ-
poſ. in eo.can.Senatuſconſultum ad fin.verſ.& hoc*
122 *tenet diſt.2.* nam † licet Ius Vniuerſitatis ſit quid
diſtinctum ab ipſa Vniuerſitate, quæ in perſonis re-
præſentatur, vt patet ex *tex. in l.ſicut,* & ibi con-
ſiderat

123 ſiderat *Bart.num.* 1. nihilominus quia ipſum † Ius
Vniuerſitatis habet ſe ad perſonas tamquàm genus
ad ſuas ſpecies, in quibus conſeruatur, fermè im-
poſsibile eſt, vt non deficiat cum perſonis, prout ſic
declarando *textum in d. l. ſicut, §. ſed ſi Vniuer-
ſitas*, viſus eſt ſentire *Bald. in l. Conuenticulam, ſub
nu. 5. verſ. ſed è contra, C. de Epiſc. & Cleric.*
124 Hincque † penitus diſſolui Collegium, & nomen
Collegij, dixit *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 291.
num. 23.* & ante eum docuit *Io. Monach. in praeci-
tato cap. licet canon nu. 2. de elect. in 6.* & videtur
fuiſſe de mente *Gloſſa in cap. ſtatutum, in verb.
Collegiatis, verſ. dico, & breuitèr, de elect. eo. lib.*
125 Quòd intelligitur † reſpectu actiuitatis, non au
tem reſpectu habitus, vt optimè in *eadem l. ſicut,
§. in Decurionibus, n. 7.* explicat *Caſtr.* quia cũ ni-
126 hil ſit, † quin illud Ius Vniuerſitatis poſsit remane-
re viuum apud Eccleſiã, quæ ſemper poſsidet, iuxta
doctrinam *Innoc. in cap. eum ſuper electione, ſub
nu. 4. verſ. & propter hoc de cauſ. poſſ. & propriet.*
quem ſic expendit *Bart. in eod. §. in Decurionibus,
num. 5.* (quicquid ibi ſine aliquo ſolido fundamẽ-
to exiſtimauerit *Fulgoſ. nu 3.*) ſiue enim alio caſu
127 id contigerit ſiuè fuerint propter delictum expulſi,
vt loquitur *Abb. in d. cap. Gratũ, ſub n. 12. verſ. aut
omnes deceſſerunt*, retinetur ſemper habitus, licet
impediatur actiuitas ex defectu perſonarũ, quibus
demortuis ſi alij ſubſtituantur, vt loquitur *Gloſſ. in
d. cap. Gratum*, neceſſe eſt, vt reſumatur actus.
128 Et in ſimili † dicitur de Eccleſia Cathedrali, quæ
ſi Populo, & Clero penitùs deſtituatur, retinet ta-
men ſemper habitum, cùm non debeat pendere à
poteſtate alterius, quàm ipſius Papæ, facere, vt Ca-
thedralis deſinat eſſe talis, *can. Mutationes 7.
quaſt. 1. Imol. in Clem. in plerisque nu. 9. de elect.
Gratian. vbi ſupra num. 47.*
Atque † ita quatenùs *Fulgoſ. loco praecitato*, te-
net, effici nouum Collegium, non autem eſſe, quod
prius erat, non ſatis videtur percepiſſe vim habitus,
129 exiſtimans totũ illud conſtitui ſuper fictione, † nam
actus, ſeu actiuitas non egreditur ex facto Principis
nouas perſonas ſufficientis, ſed ex ipſius habitus
potentia, vt pulchrè docet *Bald. in l. 1. num. 18. C.
de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.* quem etiam re-
tulit, & ſequutus fuit *Gratian. d. cap. 291. nu. 46.*
130 Nec facit † ad rem argumentum, quo mouetur
Fulgoſ. ductum videlicet à *tex. in l. qui res ſuas
98. §. Aream, ff. de ſolut.* quia illud potius retor-
queri poſſet, quatenus ibi pro inducẽda, vel exclu-
denda Identitate rei diſſolutæ, & poſtea reſtitutæ,
131 nihil conſideratur aliud † quàm mens, & intentio
diſſoluentis, prout benè etiam aduertit ibi *gloſ. in
verb. hominis autem*, concurrente enim voluntate,
cum poteſtate diſſoluentis, nihil eſt, quin & Vni-
uerſitas, & Vniuerſitatis Ius diſſoluatur, tàm in
132 habitu, quàm in actu, quod † etiam cauſari poteſt
ex deſtitutione de facto, per quam forma perierit,
*Bald. in d. l. Non ambigitur, n. 3. ff. de legib. Præ-
poſit. in d. can. Senatusconſultum, ad finem 2. diſt.*

SVMMARIVM.

1 *Doctoratus, ſiue Magiſterium, vel Licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico exigitur pro obtinendis Dignitatibus, & Canonicatibus aliquibus, in Eccleſiis Collegiatis inſignibus.*
2 *Quod tamen potius eſt de conſilio, quam de præcepto.*
3 *Inſignis an ſit Eccleſia, exprimendum eſt quando, qui in ea prouidetur de Dignitate aliqua, non eſt Doctor, Magiſter, vel Licentiatus.*
4 *Eccleſia Collegiata, quæ dicatur inſignis.*
5 *Inſignis locus quis dicatur.*
6 *Inſigne aliquod, quomodo conſtituatur ex communi reputatione.*
7 *Nobilitas quomodo æſtimetur ex communi reputatione.*
8 *Inſignitas Eccleſiæ ex quibus deducatur.*
9 *Doctoratus, Magiſterium, vel Licentiatus, qua ratione exigatur in Collegiatis inſignibus.*
20 *Collegia plura eſſe nequeunt in eadem Eccleſia.*
11 *Capitulum, vox, ad ſignificandum Collegium Eccleſiaſticum vndè deducta.*
12 *Capitum multiplicatio in eodem corpore, monſtruoſum.*
13 *Collegia, vt duo ſint in eadem Eccleſia, nulla poteſt conſuetudine introduci.*
14 *Canonici ſoli ſunt de Capitulo.*
15 *Capitulum formatur in vnum corpus integrum ex Canonicis, tanquàm membris, & Epiſcopo tanquàm capite.*
16 *Capituli maior pars diſſentiente minore poteſt admittere extraneos ad effectum conſultationis, ſiue conſilij.*
17 *Secùs ad effectum voti, & tunc vnius contradictio ſufficit.*
18 *Dignitatem obtinentes non ſunt de Capitulo.*
19 *Capitulum non admittit extraneos pro abſentibus, niſi velit.*
20 *Et quæ ſit ratio.*
21 *Capitulum conſtituitur ex alijs perſonis, quàm Canonicis ex conſuetudine, vel alio Iure ſingulari.*
22 *Et quemadmodum iſtud Ius ſingulare inducatur.*
23 *Vocem habere in Capitulo, non arguit, quem eſſe de Capitulo.*
24 *Actus exercitium, quandò ſufficiens ſit pro acquirenda poſſeſſione, vel quaſi.*
25 *Collegij eiuſdem quis non poteſt eſſe reſpectu vnius actus, quin ſit reſpectu omnium.*
26 *Cappellani alicuius Eccleſiæ veniunt appellatione Presbyterorum, & Beneficiatorum eiuſdem.*
27 *Cappellani alicuius Eccleſiæ Collegiatæ, non ſecùs ac Beneficiati, debent vacare ſeruitio Eccleſiæ dumtaxat, non autèm vocari ad communes tractatus cum Canonicis.*
28 *Quod procedit etiam reſpectu emolumentorum, quorum participes ſunt.*
29 *Etiamſi participent de maſſa communi, & de omnibus alijs.*
30 *Niſi tamen hæc participatio cõpetat iure proprio.*
31 *Participatio redituum, quandò dicatur competere alijs, qui de iure communi non ſunt de Capitulo, circa reditus Capitulares iure proprio.*
32 *Epiſcopus aliquandò interuenit in Capitulo, tanquàm caput, aliquandò tanquàm Canonicus, & qui locus ei debeatur.*

33 Epiſco-

33 *Episcopus an interuenerit in Capitulo tanquàm Prælatus, vel tanquàm Canonicus, quomodò cognoscatur.*
34 *Episcopus quando interuenit in Capitulo tanquàm Prælatus, quanta sit prærogatiua illius suffragium.*
35 *Episcopo interuenienti in Capitulo, tanquàm Prælato, si accedat suffragium vnius Canonici, vox ipsius præualet.*
36 *Quod tamen communiter reprobatur.*
37 *Episcopi vox interuenientis in Capitulo ratione Canonicatus, quem habet, non est maioris virtutis, quàm alterius Canonici.*
38 *Episcopus non potest esse in Capitulo tanquam Episcopus, & Canonicus simul, & quare?*
39 *Electio, & confirmatio sunt correlatiua.*
40 *Electio, & confirmatio cadunt etiam in beneficijs inferioribus.*
41 *Episcopus potest interuenire in electione tanquàm Canonicus, etiam quod ad eum pertineat electio, sed cum voto simplici.*
42 *Et quare?*
43 *Appellatio à collatione facta per Capitulum an emittatur ad Episcopum, qui interuenit in Capitulo, tanquàm Canonicus.*
44 *Deuolutio à Capitulo Cathedralis fit immediatè ad Archiepiscopum, vel ad Superiorem, quando in Capitulo interuenit Episcopus, tanquàm Canonicus.*
45 *Distributiones quotidianæ, an debeantur interessenti ratione Dignitatis, si non sit Canonicus.*
46 *Distributiones eadem, an duplices debeantur, si dupliciter quis habeat sedem in Capitulo, alteram Dignitatis, & alteram Canonicatus.*
47 *Sedens in stallo impeditur exercere, quæ sibi incumbunt in sede Dignitatis.*
48 *Distributiones quotidianæ non debentur Canonico, dùm occupatur in seruitio Cappellaniæ quam obtinet in eadem Ecclesia.*
49 *Distributiones vt dentur Canonico tanquàm interessenti, quid requiratur.*
50 *Distributiones duplices ratione duplicis sedis, si velit sponte dare Capitulum, sufficit contradictio vnius, nè dentur.*

QVÆSTIO XV.

Collegiata insignis quæ, & an in eadem Ecclesia possint esse plura Collegia; Quiquè sint de Collegio.



SECVLARIVM igitur Ecclesiarum quatenus Collegium habent, aliæ sunt Cathedrales, de quarum statu satis suprà egimus, aliæ Collegiatæ simplices; quarũ rursus aliæ insignes sunt, aliæ verò secus; quod plurimum nouisse refert,
1 propter decretũ † Sacri Trid. Conc. *sess. 24. c. 12. de reform.* quatenùs hortatur Sancta Synodus, vt in prouincijs, vbi id commodè fieri potest, Dignitates omnes, & saltim dimidia pars Canonicatuũ in Cathedralibus Ecclesijs, & Collegiatis insignibus conferantur tantùm Magistris, & Doctoribus aut etiã Licentiatis in Theologia, vel Iure canoni co; atque ita in hoc æquiparat ipsis Cathedralibu Collegiatas insignes, adeò vt non sufficiat qualita clericatus cũ idoneitate, sed exigatur prærogatiu hæc Magisterij, aut Doctoratus, aut deniq; Licẽtia
2 turæ: quod licèt † nõ sit de præcepto, sed de consi lio, cũ Concilium nõ præcipiat præcisè, sed horte tur, vt aduertit *Rota decis. 29. n. 8. par. 2. diuers.* Ni
3 hilominus † Romani Pontifices pro eorum summ pietate non prouident de Dignitatibus huiusmod in Collegiatis, qui non habeant dictas qualitates nisi per eosdem sibi exprimatur, an Ecclesia sit insignis, vel secùs, vt colligitur ex *eadem decis. 29 in princip.*

4 Itaque insignis dicitur, † vel quia communiter pro tali habetur, ac reputatur; sic videtur enim definiri controuersia, quis dicatur locus insignis apud *Glos. in cap. Statutum, in princ. in verb. copia,* & ibi *Ioan. Monach. num. 15. de rescript. in 6 Innoc. in cap. præsenti n. 3. eo. tit.* & hanc sententiã, quam multipliciter exornat, amplexa est *Rota diuers. decis. 29. ex num. 1. par. 2.*

Vel quia videatur cum effectu insignis ex multis circumstantijs, quæ possint mouere animum Iudicis ad iudicandum illam talem esse, prout simili-
5 ter ad iudicandum † locum insignem, tradunt *glos. & Doct. in eod. cap. Statutum, præcipuè verò Prob. ad Io. Monach. num. 33. & Rota d. decis. 29. ex num. 5.*

6 Quamuis verò ad firmandum † arbitrium huiusmodi, plurimum polleat ipsa communis reputatio, *Vital. in clem. 1. nu. 2. de foro compet.* quia tamen talis reputatio potest esse mendax, (licet in-
7 terim videatur illi deferendum, † vt in simili de opinione, & reputatioue circa Nobilitatem, post *Luc. de Penn. & Afflict.* tradit *Tiraquel. de Nobilit. cap. 10. paulò ante nu. 7.*) videntur necessariæ aliæ circumstantiæ, pro sic firmando arbitrio, vt Iudex tutò pronunciare super hac qualitate possit, quæ tendant ad multiplicem illius decorem, puta
8 quia † si Matrix, si Nobilis ex celebritate situs, si antiqua, si supra alias præcedentiam obtineat, si insignem structuram habeat, si referta sit magno numero Ministrorum deseruientium: hæc enim omnia videntur insignem, & conspicuam Ecclesiam reddere, vt latè refertur *in præcitat. decis. 29. ex num. 5.*

Expenduntur tamèn eæ circumstantiæ, secundum naturam subiectæ materiæ, vndè si tractetur de dispositione *Concilij d. sess. 24. cap. 12.* quatenùs hortatur, vt dignitates Ecclesiarum Collegiatarum insignium conferantur tantùm Magistris, aut Doctoribus, vel Licentiatis in Theologia, vel Iure Ca-
9 nonico, vt supra retuli, quia † præsumitur id excogitatũ ratione frequentiæ, seu multitudinis Christi fidelium eò accedentium pro audiendis Diuinis, pro quorum animarum salute ea sit adhortatio, nil magis pro firmando arbitrio Iudicis quod Ecclesia sit insignis, attẽdendum est, quàm an ad eam frequẽs Populus confluere assueuerit, in quo sensu

locum

locum insignem, & ex loco Ecclesiam sumere videtur *tex. in elem. Grauis vbi Vital. num 56. de sent. excom.* & sequutus fuit *Prob. ad Io. Monach. in d. cap. Statutum sub eod. nu. 32. ad med. vers. legi Bonifaciũ,* & declarauit *Rota ead. decis. 29. n. 8.*

10 Omnium verò Collegiatarum,† siuè Cathedralium, siuè inferiorum id cõmune est, vt non possint in eadẽ Ecclesia plura Collegia haberi; dicta enim
11 sunt † Collegia hæc Capitula, idest parua capita Ecclesię post principale caput, quod est Episcopus, *Tholos. de benef. cap. 10 n. 15.* Vnde si darentur in eadẽ Ecclesia duo Collegiatæ; iàm in ea repręsẽtaretur mõstruosa species duorum capitum, quod est
12 intolerandũ,† *Hostien. in cap. 1. n. 1. de foro cõpet.*
13 vbi quod † id non possit vlla consuetudine introduci, sequitur ibi *Abb. n. 18. & Bellam. sub n. 15. vers. alij dicunt, Rota in recent. par. 1. decis. 324. nu. 11.* & contra Cappellanos Paduanæ Ecclesiæ pro Canonicis, responsum fuit *in Paduana Sedilium 18. Martij 1618. coram bo. me. Cardinali Sacrato.*
14 Itemquè nè † in eisdem admittantur alij, qui nõ sint Canonici, quantùmuis Beneficiati, & residẽtes in eadem Ecclesia, *Abb. in c. 1. n. 11. in 6. q. de elect. & in cap. cum olim 12. sub n. 8. de sent. & re iudic. Gonzal. ad reg. de mensib. glos 45. in princ. nu. 39.* iudicantur enim omnes extranei à Collegio, quod
15 ex † Canonicis solis cum Episcopo tanquàm capite in vnum coalescit corpus, *cap. nouit de his quæ fi. à Prælat. sin. cons. Cap. Verall. decis. 84. n. 3. par. 1.*
16 Et propterea † licèt possit maior pars inuita minori adhibere extraneos causa consilij, vt docuit *Compostell. in cap scriptum 40. sub nu. 1. vers. sed nunquid potest Capitulum eod. tit. de elect.* tamen
17 ad † effectum, vt ibi habeant vocem, secùs, quia sufficit vnius cõtradictio, interest enim cuiuslibet, nè extranei admittantur, cùm per talem admissionem minuatur vniuscuiusq; potestas, vt pariter docet *Abb. in eo. c. scriptum sub n. 4. vers. dixit tamen.*
Quodquè dictũ est de Beneficiatis, procedit etiã
18 in † obtinentibus Dignitatẽ, *Abb. in cap. dilecti, 13. ante n. 1. vers. nihil autẽ dicitur, de maior. & obed. Gemin. in cap. vlt. num. 6. de præben. in 6. Dec. qui alios allegat in cap. eam te num. 24. de rescrip. Cas. de Grass. decis. 131. aliàs 4. nu. 6. de his quæ fi. à maior. par. Cap.*
19 Quod † obtinet, etiàmsi vellẽt tales extranei admitti procuratorio nomine alicuius Capitularis absentis, quia licèt Capitulũ possit, si vellit, admittere, tamen non arctatur, vt post longam disputationem concludit *Ioan. Andr. in cap. Quod aliqui suo, 67. sub num. 17. vers. solutio, duæ ponuntur, de reg. Iur. in 6.* sequitur *Abb. in cap. Constitutus 45. nu. 7. de appellat.* & sufficit dissentio vnius, cum præter causam suprà allegatam, eius quoque ex
20 alio interest, nè † videlicèt Collegij Secreta extraneis pandantur, vt considerat *Felyn. in cap. cum omnes sub num. 18. vers. tertio fallit. de constit.*
21 Soli enim † Canonici, vt iam dixi, faciunt Capitulum, & cum Episcopo vnum corpus constituunt, vt liquet *ex d. cap. nouit,* & etiam docuit idem *Abb. in cap Auditis 29. sub num. 3. ad finem, vers. nàm habentes dignitatem, & num. 4. eodem tit. de elect. Cas. de Grass. decis. 31. num. 7.* cessante tamẽ consuetudine, cui in hoc defertur, *Abb. in cap. cum olim num. 8. & Felyn. num. 4. de senten. & re iudic. Rota decis. 87. num. 5. par. 3. diuersor.* vel alio Iure singulari, per quod sanè potest contrarium induci, *Card. in rubr. sub num. 1. versic. extranei non, eodem tit. de elect. Abb. in dict. cap. Auditis sub eodem num. 3. vers. sed tu dic clarius, Compostellan. in cap. 1. sub num 4. vers. & hoc est verum, eodem tit. & firmauit Rota in Calaguritana Iuris votandi 27. February 1595. coram Orano, & fusius in Calciaten. Coniudicum 1. Iunij 1615. coram bo. me. Andræa.*
22 Id verò contingit † per concessionem Stalli in Choro, & vocem in Capitulo, vt benè per Rotam apud *Seraphin. decis. 98. num. 1.* vel explicitè disponendo, vt tales sint de Capitulo, vt dicit *Geminian. in cap. vltim. sub num. 5. vers. aut quæritur de Iure statutario, de præben. in 6* adeò quod non sufficiat habere Vocem in Capitulo, quod pa-
23 tet, quia † principalis Prælatus habet Vocem in Capitulo, & tamen non est de Capitulo, *Geminian. sub dict. num. 5. vers. in dubio non videtur sequi, & sequuta fuit Rota in eadẽ Calciaten. Coniudicũ 24. Aprilis 1606. coram Reuerendissimo Attrebaten. & 1. Iunij 1615. coram D. Andræa præallegata:* quod priùs fuerat per *Sacrã Cõgregationem,* & postmodum per *Rotam responsum in vna Abulen. Iurisdictionis 17. Aprilis 1589. coram Cardinali Pamphilio.*
Quo fit, vt vbi de hoc agitur, vel pro consuetudine, vel pro obseruantia interpretatiua, debeãt probari actus, qui non possint aliter explicari, quàm Capitulariter: quibus probatis, intrat
24 regula, secundum quàm dicimus † per exercitium actus conuenientis tantùm habentibus aliquod Ius, acquiri Statum illius Iuris, *Ripa in cap. Cum Ecclesia Sutrina num. 52. de caus. poss.*
25 *& propriet.* vt non possit prætendi, eos † esse de Capitulo ad vnum, & non ad alios actus, nè idem Collegium diuerso Iure censeatur, *can. Cognouimus, vers. incongruum 12. quæst. 2. cum alijs adductis per Rotam in dict. Calaguritana Iuris Votandi impressa sub confictio nomine Farinace. quæ est decis. 458. par. 4. in recent & fuit confirmata 25. Maij 1598. coram Corduba.*
Quicquid dicendum sit de simplici interuentu in Capitulo ex aliqua particulari causa; nàm licèt Clerici inferiores à Canonicis (quocunque nomine nuncupentur, siuè Portionarij, vt in Hispania, siuè Beneficiati, vt apud nos, siuè Cappellani, qui
26 pariter appellatione Presbyterorum,† & Beneficiatorum Ecclesiæ continentur, iuxta *Seraphin. decis. 788. num. 1.* vbi *bona Apostilla, in verb. Cappel-*
27 *lania*) debeant † vacare seruitio Ecclesiæ tantum, non autem vocari ad communes tractatus cum Canonicis, *glos. in cap. penult. in verb. Assisios de Cler. non residen.* & ibi *Butr. num 8. & Abb. nu. 9.*
28 etiàm † respectu emolumentorum, quorum sunt participes, qualia sunt anniuersaria & similia, vt latè fuit decisum apud *Cas. de Grass. decis. 131. aliàs 4. de his quæ fi. à maior. par. Cap.* ipsaque mas-
29 sa † communis, *Caputaquen. decis. 84. num. 2. par. 1.* reliquaquè bona, & reditus Ecclesiæ, *vt in*

Valentina emolumentorum 2. Decembris 1587. co-
30 *ram Bubalo*, nihilominus † si talis participatio eis
competeret Iure proprio, omninò essent vocandi,
per regulam *Quod omnes tangit, Vital. in clem. vt*
ÿ, qui nu. 3. & 4. de ætat. & qualit. Parif. conf. 90.
nu. 12. lib. 4. & admittit prææallegata *Caf. de Graff.*
decif. 4. num. 2. & 3.

31 . Dicitur autem † participatio talibus Inferiori-
bus Iure proprio competere, quando massa con-
flatur ex bonis proprijs, & reditibus ipsorum, si
enim confletur ex reditibus bonorum Ecclesiæ,
non dicitur competere Iure proprio, sed Iure Ec-
clesiæ, vt benè docet *Abb. in cap. Cum omnes sub*
num. 5. verf. Item procedit de Constit. cum alijs ad-
ductis in *Romana Concordia Sancti Petri 3. Apri-*
lis 1609. coram Illustrissimo Cardinali Caualerio,
impressa inter recentior. par. 1. decif. 183. num. 2.
vbi optimè explicatur.

In specie verò respectu Cathedralium, & inter-
uentus Episcopi in Capitulo, est aduertendum, ali-
quando Episcopum interuenire tanquàm Præla-
tum, vt potè, qui vnà cum Capitulo de Iure com-
32 muni constituit vnum, & idem corpus, † vt supra
dicebam, & tradit *Menoch. conf. 52. n. 139. & 141.*
aliquando verò interuenire tanquàm Canonicum,
quia in eadem Ecclesia sit Prębendatus, obtineatq;
Ius Canoniæ: quo quidem casu, quia concurrit in
eo duplex qualitas, si vult ibi esse tanquàm Epi-
scopus, potest sedere in prima sede, quæ suæ di-
gnitati congruit; si verò tanquàm Canonicus, de-
bet sedere tanquàm talis in loco, seù Stallo, in quo
sederet, si Episcopus nõ esset: in tantùm, vt si dubi-
tetur, an sit in Capitulo tanquàm Prælatus, vel po-
tiùs tanquàm Canonicus, ad hanc recurratur con-
33 iecturam, videlicet † quomodo sederit, vel quo or-
dine decreta aliqua Capitularia subscripserit, vt
magistraliter docet *Gloss. in cap. A collatione in*
verb. Prælatus, de appellation. in 6. quam restũ-
mũt, & exornãt cõgesti per *Menoch. conf. 51. n. 43.*

Quod est maximè attendendum tàm respectu
Præcedentiæ de qua re in sequenti agetur, quàm
34 respectu Voti: si enim † interuenit tanquàm Præ-
latus, vox sua est prægnans, & auctorizabilis, vt no-
tãt omnes *in d. cap. a collatione*, præcipuè *Archid.*
num. 2. nec potest Capitulum aliquid sinè ipso, nec
è conuerso, *Marian. Soc. in cap. 1. sub num. 15. de*
excess. Prælat. tunc enim Capitulum dicitur com-
mune Episcopi, & Canonicorũ, hoc est; Episcopus,
& Canonici faciunt vnum Capitulum, ipseq; Epi-
scopus tantam habet Vocem, quantam omnes alij
35 Capitulares, Ità vt si vel vnus † accedat Voto ip-
sius, faciat illud præponderare, iuxta sententiam
Hostien. in cap. Postulastis sub num. 2. verf. hinc
tamen secundũ Dominum nostrũ, iuncto n. 4. verf.
tamen in hoc casu de concess. præbe. quod tamèn vl-
36 timum cõmuniter reprobatur, † vt ibi per *Abb sub*
n. 14. verf. si vero interfit, Butr. n. 11. & alios passim.
37 Si verò interuenit † tanquàm Canonicus, non
habet huiusmodi Votum qualificatum, sed simplex,
quale habent cæteri omnes Canonici, nec Capitu-
lum dicitur commune Episcopi, & Canonicorum,
sed Canonicorum tantum; *Hostien. vbi supra. Pur-*
pur. in l. 1. n. 198. ff. de off. eius, cui est mand. Iurisd.

38 Vndè apparet † non posse ibi Episcopum esse tan-
quàm Canonicum, simulq; tanquàm Episcopũ, nè
detur duo correlatiua in eius persona, quod est im-
possibile, vt ibidẽ voluit *Hostien.* quem refert *Abb.*
sub nu. 12. ad med. Imol. n. 13. verf. & per prædicta
potest inferri, Butr. sub nu. 8. in 1. quæst. Card. n. 9.
Anchar. sub nu. 5. verf. ex hoc collige.

Propterea si agatur de electione, quæ egeat cõ-
firmatione ipsius Episcopi, & in qua ideò cadunt
39 hæc † duo correlatiua, *cap. 1. & 2. de confirm. vtil.*
40 *vel inutil.* etiamsi de † inferioribus beneficijs aga-
tur, cũ in illis quoq; propriè cadat electio, vt innuit
gloſ. in clem. 1. in verb. de dignitate de præb. Felyn.
in cap. in nostra n. 26. & 27. de refer. Rota decif. 1.
41 *de præb. in antiq.* poterit quidem † Episcopus tan-
quàm Canonicus interesse, non obstante quod ad
ipsum confirmatio pertineat, sed cum Voto sim-
plici & cum ipsa electione compatibili, nè eodem
Iure confirmet actum, quo illum gessit, atque ideò
in vno, eodemq; subiecto detur actio, & passio, vt
dixit *Butr. in d. cap. Postulastis nu. 4. & 5.* sicq; re-
spondit me informante *Rota in Placentina Voti*
27. Nouembris 1615. coram Reuerendiss. D. Vero-
42 *spio*: si enim tanquàm † Prælatus interueniet, vtiq;
iàm ad eum nõ posset pertinere electio, sed ad Su-
43 periorem alium: quod clarum est tùm ex † præ-
missis, tùm ex simili sumpto ab appellatione à col-
latione, cui ipse tanquàm Canonicus interuenit,
iuxta *tex. in præcitato cap. à Collatione, vbi gloſ. &*
scribentes omnes, Abb. in eod. cap. Postulastis sub
44 *n. 11. & cæteri prææallegati*, & à deuolutione, † quæ
paritèr ad ipsum non fit, sed ad Archiepiscopũ, vel
alium Superiorem, *Hostien. in eod. c. Postulastis*
n. 2. circa med. Abb nu. 4. & 10. Card. sub nu. 11.
verf. quinto quod etiam, Anan. nu. 1. & 3. Anchar.
sub nu. 3. verf. sed dicas, & nu 9. in 2. oppof. Imol.
n. 3. & dixit *Rota in prææallegata Placentina Voti.*

45 Ex his quoquè patet, † quid statuendũ sit circa
articulũ perceptionis distributionũ quotidianarũ
in obtinente Dignitatẽ in Ecclesia, qui tamen non
sit de Capitulo, & nihilominus etiã sit Canonicus;
In qua re duo sunt distinguẽdi casus. Prior est, quã-
dò vnaquæq; istarũ causarũ concurrentiũ in eadẽ
persona, est productiua Iuris consequendi distribu-
tiones; quià videlicèt etiam Dignitas sit de Capi-
tulo, vel saltim non excludatur à distributionibus,
dùm residet, & tùnc duplices debebuntur distribu-
tiones, idest tã ratione Canonicatus, quàm ratione
Dignitatis, etiam si sedeat in sede Dignitatis, cum
non possit vtrumq; locũ occupare, *Io. And. in cap.*
cum olim 12. nu. 8. & ibi Abb. n. 3. de sent. & re iu-
dic. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 13. num. 6. Hoied.
de benef. in compatib. par. 1. cap. 12. num. 15. & 16.
Ferret. conf. 337. num. 4. & 5. quos sequuta fuit
Rota in Seguntina Canonicatus 6. Aprilis 1609.
coram bo. me. Cardinali Lancellotto.

46 Alter est, quando sola causa † Canonicatus, siuè
præbendæ Canonicalis est productiua istius Iuris,
quia scilicèt ex consuetudine Ecclesiæ, Dignitas ad
istũ effectum nõ habeatur in consideratione, etiã si
illã obtinens diuinis intersit, & hoc sanè casu dicẽ-
dũ est, catenus personã hãc posse prætẽdere distri-
butiones sibi debitas tanquàm Canonico, si sedeat
in

in Stallo Canonicali, secùs si in Sede suæ Dignitatis, quod videtur ex mente *Io. Andr. sub eod. nu. 8. vers. vbi verò ex Dignitate*, Qui ponit exemplum
47 in Archidiacono Bononien. Dùm † enim hic sedet in sede suæ Dignitatis, censetur occupatus in exercitio illius, Vnde impossibile est, vt exerceat officium Canonici, cuius intuitu distributiones debentur, *gloss. in cap. insuper in verb. admitti de testib.*
48 & in simili † dicitur de habente in eadem Ecclesia Cappellaniam, & Canonicatum, qui dùm occupatur in seruitio Cappellaniæ, non percipit distributiones sibi tanquàm Canonico debitas, *vt ibidem*
49 *Abb. num 3.*, Vt itàque † hic Canonicus distributiones exigere possit, necesse est, eum tanquàm talem ibi esse, quod aliter fieri nequit, quàm sedēdo in Stallo suo secundum ordinem temporis suæ receptionis, *cap. à collatione de appellat. in 6.* vbi *Gemin. num. 6. & Franch. num. 4. Seraphin. decis. 437. num. 3.* plenius *Rota in recent. par. 1. decis. 288. num. 2.*
50 Quod si Capitulum † vellet huic duplici, indulgere vt sedendo in sede Dignitatis lucrifaciat distributiones sibi debitas tanquàm Canonico, non est dubiū, vnius contradictionē sufficere, pro euertendo Indulto huiusmodi, cum id non tendat ad vtilitatem Ecclesiæ, vel habeat in se præcisam aliquàm necessitatem, *Lap allegat. 85. num. 2. cum aliis apud Seraph. decis. 78. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 Graduum distinctio necessaria prò consistentia, & decore Vniuersitatis est.
2 Varietas officiorum, & Administrationum in quacunque Ecclesia à Spiritu sancto ordinata.
3 Graduum diuersitas conseruat vnitatem Ecclesiæ.
4 Locum medium in Vniuersitate tenet, qui in ea caput est, & qui reliquis est dignior, à dextris ei collocatur.
5 Dextera etiam apud Ethnicos assignata digniori.
6 Collegium ordinandi ratio.
7 Locus ex persona, non è conuerso persona ex loco honoratur.
8 Episcopi ad latus, qui sedet, præ cæteris honoratur.
9 Et ex pluribus sedētibus, qui sedet à manu dextera.
10 Nisi cadat aliquod Intermedium.
11 Honor, præmium est virtutis.
12 Eiusdemquè virtutis pabulum.
13 Honor, ponitur pro recognitione cuiusdam Maioritatis, quæ à persona personæ debetur.
14 Seù pro cultu, quo Inferior Superiorem colit.
15 Honor, qui in cultu personæ consistit, non concludit ad virtutem.
16 Honores mutant mores.
17 Honores non mutant conditionem personæ.
18 Siue conditio sit naturalis, siuè Accidentaria.
19 Honor, prout est cultus personæ, collocatus in Rustico, quid operetur.
20 Virtus satis sibi honoris est.
21 Vita melioris actio, non gradus elegantior comprobatur.
22 Honor, soli virtuti debetur.
23 Honor debitus virtuti non attribuitur in terris, maior tunc attribuitur in Cælis.
24 Dignitate ornare immeritos, quid in effectu sit.
25 Locum Dignitatis, licèt quis indignus occupet, interim tamen occupanti, eo præsumitur dignus.
26 Possessoria omnia remedia competunt in materia Dignitatis, & Honoris.
27 Honor omnibus commodis, lucris, ac diuitiis præfertur.
28 Ritualis Romani interpretatio pertinet ad Sacram Congregationem Cardinalium super Ritibus.
29 Præcedentiæ materia, & causæ super ea grauissima reputantur, ideoq; committuntur in Rota.
30 Causæ grauissimæ reputantur, quæ statum personæ concernunt.
31 Itemque, quæ intricatissimæ, & difficillimæ sunt.
32 Vel quæ perpetuum præiudicium inferunt.
33 Compromitti non potest sine Superioris auctoritate in materia Præcedentiæ.
34 Graduum distinctio circa statum personarum in Collegiatis posita.
35 Præcedentia simplex quid.
36 Antiquiori, cur debita præcedentia in Collegio.
37 Experti præualent non expertis.
38 Experientia est efficax rerum magistra.
39 Eadem, per solum vsum tribuit scientiam in operatione.
40 Antiquiori de Capitulo vbi rescribitur, intelligitur de antiquiori in ordine, non in ætate.
41 Et quare.
42 Antiquitas receptionis in Collegio eatenus attenditur, quatenus patitur prærogatiua Ordinis Sacri, & proponitur exemplum.
43 Cardinales Presbyteri præferuntur Diaconis, & quomodo.
44 Ordinis Sacri prærogatiua nititur Iuri Naturali, & Diuino.
45 Sedendi loca, ex consuetudine assignantur.
46 Consuetudo inualida est, per quam confunditur Ordo in sedendo.
47 Dignitas propriè, quid sit.
48 Dignitas, quæ dicatur Ventosa.
49 Personatus quid sit.
50 Personatus tenet medium gradum inter Dignitates, & Canonicos.
51 Personatus non est Dignitas.
52 Persona, vox, quid significet.
53 Persona vox qualiter olim in Ecclesia accepta.
54 Persona vox aliquando relata ad obtinentes simplicia Beneficia.
55 Dignitas, vt sit, minimè spectandum nomen, sed res ipsa.
56 Personatus qui obtinent, minus honorari debent quàm Dignitates, & plusquàm Canonici.
57 Præsidentia quid sit.
58 Præsident alii, & alii subiiciuntur in quacunque Ecclesia.
59 Præsidentia in Collegio est Dignitas.
60 Præsidentia in materia prærogatiua Dignitatis præfertur prærogatiuæ temporis.
61 Quod tamen declaratur.

62 Dignitas persona, à Collegio extranea, non attenditur in articulo præcedentia in Collegio.
63 Vicarius Episcopi, dum est in Apparatu Canonicali, in Ecclesia debet sedere in suo loco, tanquàm simplex Canonicus.
64 Cardinalis de Marquemont Encomium.
65 Secus verò, si non esset Canonicus, quià tunc debet sedere in prima sede, siuè Episcopus sit præsens, siuè absens.
66 Præcipuè si esset Vicarius Apostolicus.
67 Doctor Collegij, qui simul sit Consiliarius Principis, debet sedere in Collegio, in loco qui sibi competit, tanquàm Collega.
68 Nisi aliud consuetudine receptum sit.
69 Præsidendi Ius radicatur in Collegio.
70 Præsidendi Ius non est Prælatio, & quare?
71 Præferri non debet habentis propriam, qui exercet alienam Iurisdictionem.
72 Iudex perpetuò obtinet Dignitatem, eique honor debitus est.
73 Decanus, vox, cuius sit significationis.
74 Titulorum applicatio pendet à retributione vulgi, estq; incorrigibilis.
75 Decanus, vox, sonat in Iudicem, & sic in Dignitatem.
76 Decanus conuocat, & curat Capitulum, in eoquè habet primam vocem.
77 Decanus dicitur honorabilior pars Capituli.
78 Decanus, circà Ius Præsidendi in Capitulo, habet Iuris communis assistentiam.
79 Chorum regendi potestas à Capitulo diffunditur.
80 Et de Iure, circumscripta consuetudine, ad quam pertineat illius exercitium.
81 Primiceriatus Officium in quo consistat.
82 Tex. inc. perlectis §. Ad primicerium 25. distinct. sensus, & intellectus.
83 Primicerius, præsidet in Choro Diaconis dumtaxat, & alijs Clericis inferioris gradus.
84 Cantoria, an sit Dignitas, vel potiùs simplex officium.
85 Præsidendi Ius, potest collocari per Capitulum in persona sibi benè visa.
86 Præsidentia subiectum, tanquàm spirituale est dignius quacumque temporali Administratione.
87 Dignitatis prærogatiua non stat in nomine, sed in re.
88 Præsidens in Capitulo, repræsentat personam Capituli, etiamsi positus sit loco alterius absentis.
89 Tex. in supradict. c. Perlectis ponderatus in alternatiua legis, aut eruditionis.
90 Iunior ordine, potest præferri Senioribus, si sit instructior.
91 Senium, in mandandis Administrationibus, computatur ex sapientia, non ex ætate.
92 Præsidentiæ exercitium, regulandum secundum consuetudinem cuiuslibet Ecclesiæ, etiam non præscriptam.
93 Præcipuè, si exercitium huiusmodi sit circumscriptum ex loco, & tempore.
94 Consuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu.
95 Præsidendi Ius, siuè exercitium non potest sibi vendicare Canonicus, cui aliàs competeret, tanquàm simplici Canonico, si simul cum Canonicatu Dignitatem obtineat.
96 Dispensatus ad obtinendum duo inequalia residentiam exigentia citra dispensationem residendi, & cum potestate residendi in altero per substitutum, non potest residere per se in minori, & per substitutum in maiori.
97 Dignitatem, & Canonicatum obtinens in eadem Ecclesia, quomodo possit exercere vtriusque munera in eadem sede.
98 Persona eadem, quomodò sustineat vicem duorum ratione diuersarum qualitatum concurrentiũ.
99 Sedes diuersa, assignata pro diuersitate munerum in Ecclesia.
100 Prælationis subiectum, nihil est aliud, quàm Iurisdictio ordinaria.
101 Prælatus, de Iure communi solus Episcopus dicitur.
102 Secus de Iure speciali.
103 Prælatio Episcopi, quomodo distinguatur à Prælatione aliorum.
104 Episcopus qui obtinet Canonicatum in Ecclesia, sedet immediatè post Decanum.
105 Et qua ratione.
106 Archidiaconus, & Archipresbyter eatenus habent Prælationem, quatenus habent Iurisdictionem ex aliquo Iure speciali.
107 Iidem quatenus dicantur habere Dignitatem.
108 Et vnde contigerit, eosdem remansisse cum nudo nomine Dignitatis.
109 Et hodie dicuntur Dignitates impropriè, suntque simplices Personatus.
110 Carentq; omni Administratione.
111 Archidiaconus Parmensis, in Ecclesia illa nullum obit munus Archidiaconale.
112 Archidiaconus, retinet habitu primam Dignitatem post Pontificalem.
113 Eius nomen sonat in Dignitatem, & super hoc nomine fundatur Ius sedendi super alios, tam in Choro, quam in Capitulo.
114 Archipresbyter, in Diuinis præfertur Archidiacono.
115 Nisi tamen Archidiaconus sit Presbyter.
116 Archidiaconus, an potius Archipresbyter præcedere debeat, attenditur consuetudo.
117 Etiam si repugnet Iuri communi.
118 Consuetudo repugnans Iuri naturæ, dicitur corruptela.
119 Perticherius quod præcedat Portionarios in Ecclesia, nulla Consuetudine induci potest.
120 Reuerentia in quo consistat.
121 Obedientia, & honorificentia in quibus consistant.
122 Obedientia, & honorificentia, cuius res sint retributio.
123 Cæremoniale, siuè Rituale Romanum vim legis habet.
124 Dignior qui est, præcedit alios extra Collegium nulla Collegij habita ratione.
125 Dignior qui est, præferri debet.
126 Canonici etiam extra Ecclesiam præferuntur cæteris Clericis.

QVAE-

QVÆSTIO XVI.

Quo ordine incedere, aut praecedere debeant personæ Collegiatæ Ecclesiæ.



CVM ordinatur Ecclesia Collegiata, id primùm obseruari oportet, vt personarum gradus rectò ordine constituantur: Est enim
1 impossibile † vel repugnāte natura ipsa, omnes de Vniuersitate eodem gradu consistere, ac proinde necessè est gradus ipsos distinguere, vt sint, qui præsint, & imperent, qui subsint, & pareant, quod ad ipsius Collegij soliditatē, robur, specimenq; pertinere, ac decorem, satis clarè insinuat *tex. in can. vlt. 89. dist. vbi præ cæteris Turrecrem. sub num. 1.*
2 *vers. secundo notandum*. Vnde † varietatem officiorum, & administrationem in quacunq; Ecclesia ordinatam à Spiritu Sācto, pronunciauit *Præposit. in can. singula in col. 1. vers. pro declaratione istius tex. ead. distin. 89.* Et comprobat effectus, videmus
3 enim † per hos diuersos gradus, & status in Ecclesia, conseruari eiusdem Ecclesiæ vnitatem, vt ex *tex. in dicto can. vltim.* tradit *Chassan. in catbal. glor. mund. 1. parte in 9. consider. ad finem.*

Componitur autem ordo hic ex congrua assignatione loci pro qualitate personarum, vt videlicet cum habeant omnes per ordinem considere, qui cæteris excellit, medium teneat locum, qui sequitur post eum, ad dexteram illius ponatur, alius ad sinistram, & ità procedatur vsque ad vltimum;
4 medium enim † tenere locum indicium est principalis prærogatiuæ, sequioris verò, collocari à dextris; *Bald per eum tex. in l. decernimus num. 2. C. de Sacrosanct. Eccles. Chassane. in catalog. glor. mundi par. 1. in 11. 12. & 13. consider.* Idquè apud
5 omnes † etiam Ethnicos passim vsu receptum
6 ostendit *Lips. elect. lib. 2. cap. 2 per tot.* & hanc † ipsam rationem ordinandi Collegium Ecclesiasticum agnouit etiam *Rota in recent. decis. 866. n. 3. vers. & prædicta coadiuuantur par. 4.*

7 Cæterum enim † non persona ex loco, sed locus ex persona honoretur, *can. Multi, distinct. 40.* difficultas est discernere, quæ persona dicatur alia honoratior, vt ei honoratior etiā debeatur sedes: statuere enim, quæ sit dignior sedes ex loco, facilli-
8 mū est, quæquè † enim vt proximior est mediæ, in qua sedet Caput, ità alijs habetur honoratior; Vnde, & qui sedet immediatè ad latus Episcopi, præ cæteris dicitur honorari, *vt per tex. in l. vn. C. de Præposit. lab lib. 12.* censuit *Grammat. decis. 69. ex n. 19. Menoch. cons. 902. n. 44. Felyn. in rubr. n. 10.*
9 *de maior. & obed.* & rursus † ex pluribus sedētibus ille, qui est à manu dextera, *glos. in can. quam periculosum in verb. primatus 7. quæst. 1. Bald. loco supra allegat. Felyn. in rubr. sub num. 8. vers. nota etiam, quod qui sedet, de maior. & obed.* nisi cadat
10 aliquid † intermedium, vt in casu *d. decisionis 867. sub num. 3. vers. non obstat, quod sedes.*

Ideò est in primis hoc supponendum, in hac
11 controuersia, nos non accipere vocem hanc † *Honor*, prout est præmium virtutis, *vt ex Aristot. col.* ligit *Chassan. in catbal. glor. mund. d. par. 1. in 5. consider. in princip.* seù (vt rectius alij) virtutis pabu-
12 lum, † *Guillelm. de Bened. in cap. Raynutius in verb. duas habens filias sub num. 19. vers. pro bo-*
13 *nore de testam.* sed † pro recognitione cuiusdam maioritatis, quę à persona personę debetur, vt colligitur ex doctrina *Bald. in cap. inter dilectos n. 2. de fid. Instrum. & Abb. in cap licèt num 1. de pro-*
14 *bat.* & in summa pro † cultu illo, quo Inferior Superiorem colit, & obseruat, *Dec. in eod. cap. licèt*
15 *num. 12.* qui nihil † ad virtutem ipsam concludit, nec potis est vitia eradicare; licet enim dici con-
16 sueuerit, honores † mutare mores, vt ait *glosella*
17 *in can. prophetauit 1. q. 1.* tamen id † intelligitur quantum ad statum extrinsecum, non quantum ad personæ conditionem, *Alexan. cons. 32. nu. 7. lib. 5.*
18 hanc † enim siuè naturalem, siuè etiam accidentalem, veluti personæ perpetuò cohæsiuam, non tangit, *Soc. Sen. in l. falsa § sed etsi cui num. 2. de con-*
19 *dit. & demonstrat.* Quippè huiuscemodi † honor tātum id operatur, quod Rusticis exhibitus, eorum oculos petit, vt veluti cæci, iām incipiant dicere Inferioribus, nò nouimus vos, vt refertur *in d. can. prophetauit vbi gloss. vlt. 1. quæst. 1.*

Quapropter frustrà in huiusmodi honore, de quo nùnc est controuersia, virtutem ipsam perqui-
20 rimus, quæ † satis sibi est honoris, nec alicuius exterioris Dignitatis eget adminiculo; cum non virtuti ex Dignitate, sed Dignitati potiùs ex virtute honor accedat, vt tradit *Guillelm. de Benedict. loco*
21 *supra citato sub num. 62.* nequè enim † gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur, inquit, *glo. in supra allegat. can. multi in verb. in bonore 40. distinct.* Vnde secundum veritatem, &
22 sepo sita Vulgi opinione, dicimus † soli virtuti honorem deberi, *can. illud ea. distinct. 40.* & optimè docet *Diuus Thomas in 2. 2. quæst. 145. art. 1. in*
23 *respon. ad 2.* & quantò † minùs in terris honoratur per eos, qui honores humanos distribuunt, tantò magis honoratur in Cœlis, per ipsum Deum Optimum Maximum, *Guillelm. de Bened. loco præcit. sub num. 60. vers. etsi malè dispensando.*

24 Quod si quando † inspicimus Homunciones aliquos nulla virtute præditos, præcelsa quipiā Dignitate insigniri, tunc verè subit, quod Spiritus sanctus ait *in libr. Prouerb. cap. 26 Quomodò nix in æstate, & pluuia in messe, sic indecens est stulto gloria.*

Præsupponendum est item, controuersias has de maioritate, quam generali hac voce *Præcedentiam*
25 vocamus, minimè esse leues; & prorsus † stultum iudicari eum, qui sub quouis prætextu loco cederet suo, nām quantumcunq; eo indignus sit, nactus est tamèn contrariam speciem ex Iuris præsumptione, vt benè aduertit *Menoch. de præsumpt.*
26 *lib. 1. quæst. 15. num. 34.* quocirca si non † propriæ personæ; tenetur tamèn loci in quo est positus, rationem habere; Hincq; pro honore isto competunt remedia omnia possessoria, *Guill. de Bened. loco supra allegato num. 21. vers. & ad hoc;* omni-
27 bus enim † commodis, lucris, ac diuitijs prefertur,

l.Iulianus §. ſed ſi varia, verſ.non enim ff. ſi quis omn.cau.teſtam.gloſſ.elegant in extrauag.ad conditorem §.rurſus in verb.honori de verb. ſignific. inter Extrauag.Io.XXII.Anch. conſ.197. nu.4. Dec.cōſ.687.n.10.Pariſ.cōſ.58.n.32.vol.4.Caſs ad. deciſ.3. num.3.de Iur.patr.Surd.deciſ.59.num.2.
Et propterea cum incidunt quæſtiones huiuſ-
28 modi(niſi verſentur † circa interpretationē Ritua-
lis Romani, quæ ſpectat ad Sacram Congregationem Cardinalium deſuper erectam ex Conſtitut. Sixti Quinti 74.) per Signaturam rectà in Rota
29 committuntur; reputantur † enim grauiſſimæ, *Put.*
deciſ.43.ante n 1.in princ.lib.2. Gonzal.ad reg.de menſ.in §.4. proœm.ex nu.3.Seraph.deciſ.22.n.1.
30 Tùm † quia ſtatum perſonæ concernunt, *Prapoſit.*
in can.ſi ægrotans num.6. 5.quæſt.3. Tùm quia
31 vt plurimùm ſunt intricatiſſimæ, † & difficillimæ,
in quo etiam plurimùm cauſæ grauitas conſideratur, *Abb. in cap. Querelam num.9. de procùr.* &
32 tùm denique † quia perpetuum præiudicium infe-
runt, *Put.vbi ſupra, Seraph.d. deciſ.22.num.2.* vbi
33 quod † ideò ſuper his non poteſt fieri concordia
ſinè Superioris auctoritate, licèt aliàs pro bono pacis fieri poſſit, vt per eum *deciſ.81. num.2.*
34 His præſuppoſitis; quantum † pertinet ad Sta-
tum cuiuslibet Collegiatæ Eccleſiæ, ac perſonarum illius, conſtituendi ſunt quatuor iſtius extrinſeci honoris gradus, quos aſcendendo ab imo ad ſupremum niſi diligenti ſtudio percurramus, non eſt poſſibile materiam hanc benè declarare, & explicare.
35 Primus igitur gradus eſt, quem vocamus † Præ-
cedentiam ſimplicem in ipſo, eodemq; gradu, vtpotè, quæ nullius alterius rei ſit ſignum, quàm antiquioris receptionis in Ordine, nec proptèr aliud cuipiam debetur, *cap.1. de maior. & obed.* Ratio
36 iſtius prærogatiuæ eſt, quia † vt quis antiquior eſt
in ordine, ſic præſumitur quouis alio, qui de nouo recipitur, cuiuſcunque ſit ſcientiæ, peritior rerum ipſius Collegij, & conſequenter vtilior ipſi Ordini,
37 cum videamus † Expertos magis id quod inten-
dunt, conſequi, quàm qui rationem, abſquè experientia tenent, inquit, *Philoſoph. in 1. Metaphyſ.*
38 *cap.1.* Eſt enim † Experiētia efficax rerū magiſtra,
inquit *tex.in cap.quàm ſit de elect. in 6. gloſ.in cap.2.in verb.experientia de conceſſ. preben. & in clem.1.itidem in verb.experientia de ſent. excom.*
39 per ſolum † enim vſum tribuit ſcientiā in opera-
tione, dùm ex præteritis, vel præſentibus quem inſtruit in futurum, *gloſ. in ſupra allegat. extrauag. Ad conditorem §. quanquàm in verb. experientia de verbor. ſignific.*
40 Proindeq; † vbicumq; lex dirigit verba ad anti-
quiorem de Capitulo, vel alio Collegio, metimur antiquitatem non ex ætate, ſed ex tempore receptionis, vt benè per *Felyn. in dict. cap.1. ſub num.1.ad fin.verſ.facit gloſſa, de maiorit. & obed. poſt gloſſ.in cap. vlt.in princ.in verb. antiquiores,* & ibi *Gemin. in princip. num.11. de conſuetud. in Sexto,* idem quoquè docet *Roman.in l.ſi verò §.de Viro ſub num.87.verſus finem, verſ. quod intellige ff. ſolut. Matrim.* aliàs reſultaret illud abſurdum, quod *in eo.cap.vlt.* cōſidetat *Prob.ad Io.Monach.*
41 *num.34.* videlicèt per ſaltum † præpoſterum plu-
rimos imperitos præferri magiſtris, nouos antiquis, & rudes emeritis, contrà *tex. in can. quid proderit cum ſeq.61. diſtinct.*
Hæcq; concluſio perpetuò vera eſt, modò rationem ſuam non excedat; excedere autèm intelligitur, cum idem Collegium compactum eſt diuerſis perſonarum Ordinibus, quorum alij ſint de Iure
42 maiores, alij minores, tunc † enim eatenus ſeruatur
prærogatiua tēporis receptionis, quatenùs patitur prærogatiua ordinis Sacri, quæ longè eſt potior: veluti ſi in Capitulo compacto ex triplici ordine Subdiaconorū, Diaconorum, & Presbyterorū, qui per ordinē ſecundū prærogatiuam graduū ſedeant, contingat recipi Diaconum, proculdubio non ſedebit vltimo loco ſub nouiſſimo Canonico in ordine Subdiaconali, neque ſi fuerit Presbyter, in vltimo loco ſub nouiſſimo Diacono, ſed ſedebit in vltimo loco poſt nouiſſimum Presbyterum, vt optimè deducit *Roman.in ſæpecitata l. ſi verò, §. de Viro num.87. ad finem, verſ. primò niſi receptus, ff. ſolut.matr. & eſt tex.in cap.ſtatuimus, vbi in ſpecie Abb. in primis verbis, de maio. & obed.* & plenè docet *Præpoſ. in can. perlectis, 25. diſtinct.*
43 quod etiam † ſeruari videmus in Sacro Collegio
Cardinalium, vt conſiderat Rota apud *Verall. deciſ.357. num.2. & 3.par.2.* hoc enim etiam ſtatutum prius fuerat, *can.legimus, 93. diſtinct,*
44 Ratio eſt, quià prærogatiua hæc † ordinis po-
tior eſt accidentaria illa temporis, nititur enim Iuri naturali, & diuino, vt eſt expreſſum in ſupracitato *can. vlt. 89. diſt.* Vnde quamuis ceſſante diſtinctione ordinum, nihil ſit, quin poſſit ex conſuetudine, vel aliquo Iure ſpeciali introduci, vt propter certam aliquam qualitatem perſonæ non attendatur hæc prærogatiua temporis receptio-
45 nis, cum ipſa † conſuetudo deſignet loca ſedendi,
vt per eum *tex.* docet *Bald.in cap.cum olim, n.5.de conſuet.* quem ſequitur *Felyn.in d.cap.ſtatuimus, ante num.1. verſ. adde Baldum, de maior. & obed.*
46 nihilominus † vbi adeſt ea diſtinctio, talis conſue-
tudo, per quam confunderetur, non attenditur, eſt enim prorſus inualida, & mera corruptela contra honeſtatem Eccleſiæ introducta, & ad quam tollendam emanauit decretalis illa *ſtatuimus,* vt aduertit ibi *Abb.a.te num.1.verſ. item nota contra conſuetudinem,* & hanc ſententiam probauit *Rota* apud *Seraph.deciſ.716.nu.4.*
Secundus gradus eſt nuda, & ſimplex Præeminentia, ratione nudæ & ſimplicis Dignitatis: eſt
47 enim aduertendum, Dignitatem † in ſuo proprio,
& potentiori ſignificatu habere annexam adminiſtrationem cum Iuriſdictione, itàvt hæc ſint inſeparabilia, *Bald.in l.2. ſub num.54. ad fin.verſ. intellige quod acquiritur, C. de ſeruit. & aqua.* de qua re ſatis egimus ſuprà *quæſt.5.ex num.17.* Præ-
48 tèr autem hæc † reperiri Dignitatem quandam
ventoſam, cuius effectus alius non eſt, quàm vt inter fratres inuidiam generet, & ſcandalum ſeminet, inquit idem *Bald. in præallegato cap.cum olim ſub num.4.verſ. Dignitas reperitur, de conſuetud.*
49 Toleratur tamen † in Eccleſia, veluti ad ſpeciem
quandam, & decorem illius comparata, frequentiuſq;

tiusq; vocatur Personatus, *gloss. in cap. quia nonnulli. in verb. Dignitas, de cler. non resid.*

50 Personatus siquidem † tenet hunc medium gradum inter Dignitates, & Canonicos, vt doctè explicat *Cuiac. in Rubr. col. 2. in princ. vers. parque*
51 *ratione, de preben.* nec ideò † verè est Dignitas, vt post alios tradit etiam *Hoieda in tract. de benef. compat. par. 1. cap. 9. nu. 2.* Quod etiam nominis
52 ratio suadet, nàm vox ista, † *persona*, præter vulgarem significationem, qualitatem in homine notat, qua vnus ab alio differt. *Corras. in paraph. Sacerdot.*
53 *par. 4. cap 3. num. 4.* & olim † ita appellati consueuisse omnes Beneficiorum, siuè secularium, siuè Regularium Rectores, patet ex *tex. in can. quæstum. 1. quæst. 3.* quod vsui Gallorum tradit *Cuiac. in præalleg. rubr. col. 2. ad fin vers. non ommittam, de preben.* quemadmodum, & *Marsil. Colum. de*
54 *redit Eccl. par. 2. cap. 13. num. 3.* & ideò † vocem hanc, *personam*, tam ad obtinentem Personatum, quàm ad obtinentem quæuis alia beneficia Ecclesiastica, refert *gloss. in cap. 2. in verb. alys personis, de concess. preben. inter extrauag. Ioann. 22.*

Similes huic sunt aliæ Dignitates sine Administratione, & Iurisdictione, etiamsi aliàs nomen ip-
55 sum videatur de Iure aliud innuere; in hoc † enim magis est spectandum, quid sit in re, quàm in nomine, *Archid. in cap 1. sub num. 2. de consuetud.* & inferiùs etiam dicetur.

56 Prærogatiua autem istorum omniū est, vt † tàm in sessionibus, quàm in processionibus teneant, vt dixi medium locum inter Canonicos, & Dignitates, idest, vt magis honorentur quàm Canonici. & minùs quàm Dignitatem obtinentes, & sic in reliquis omnibus functionibus Capitularibus, vt per *Archid. in d. cap. 1. num. 2. de consuetud. in 6.*

Tertius est gradus, in quo inest quidem, & Præcedenria, & Præeminentia, sed aucta dignitate propter illi annexam administrationem cum Iuris-
57 dictione in ipsos de Collegio, † quē gradum Præsidentiam vocamus, prout hæc vox in suo generalissimo significatu, non solùm ad potestatem Præsidis Prouinciæ refertur, sed etiam ad potestatem cuiuslibet, qui Collegio, aut Vniuersitati præsit, *iux. gloss. 1. & 2. in l. 1. ff. de off. Præsid. Purpur. in l. 1. num. 262. de off. eius cui mand. est Iurisd.*
58 & hinc in † eadem Ecclesia alij dicuntur præsidere, alij subiici, *Turrecrem in d. can vlt. ad finem, 89. distinct.* & possunt esse plures Præsidentes pro diuersitate negociorum.

59 Dixi autem, gradum hunc auctum † Dignitate, propter Administrationem cum Iurisdictione in ipsos de Collegio; quià si personæ incidat Dignitas extranea ab ipso Collegio, illa Dignitas qualiscunque sit, respectu Collegij à Iure communi nihili
60 penditur; quod enim consueuit dici † in materia Præcedentiæ, prærogatiuam Dignitatis præferri prærogatiuæ tēporis, *Roman. in d. l. si verò, ff. de Viro, sub num. 87. vers. secundo nisi receptus, ff. solut. matr.* quem probauit *Rota apud Verall. decis. 357. num 1. & 4. par. 2.* quibus addi possunt *Io de Platea, in l 2. num. 1. C. Vt Dignita ordo seruetur, & Rebuff. in l. 2. num. 2. C. de Consul. & non sparg. ab his pecu. lib. 12.* quos sequutus est *Menoch. in supracitat. cons. 902. num. 57.* Intelligi
61 debet † vel de dignitate Collegiali, vel certè est referendum ad præcedentiam non Collegialem, sed extra Collegium, vt benè explicat *Seraph. decis. 716. num. 14. & 15.*

62 Nimis enim à Iure exorbitat † talem dignitatem extraneam à Collegio, Collegis nocere in articulo Præcedentiæ, vt etiam aduertit *Purpur. in d. l. 1. num. 194 de off eius, cui mand. est Iurisd. vbi sub nu. 193* ponit exemplum de Vicario Epi-
63 scopi, † qui dùm est in apparatu Canonicali, debet sedere in loco suo, tamquàm simplex Canonicus, quæ fuit doctrina *Archid. in cap. a collatione, num. 2.* & ibi etiam *Franch sub num. 4. vers. quod facit ad quæstionem, de appell. in 6.* & multos alios in hanc sententiam refert, & sequitur *Gratian. discept. forens. cap. 11. ex num. 1.* vbi de veriori, & censuit *Rota in Seguntina præsidentiæ, 31. Ia-*
64 *nuarij 1611.* corā bo. me. DIONYSIO † SIMONE DE MARQVEMONT, qui, vt Iustitiæ in Rotæ Auditorio, Prudentiæ in Lugdunen. Ecclesia, Fortitudinis in Galliarum Regni fluctibus, & denique Modestiæ in sua ad S. R. E. Cardinalatum, die 19 Ianuarij 1626. (vtcunque sera) promotione specimen dedit incomparabile, ita solidæ Virtutis, ab oculis mortalium eripuit simulachrum, cum 16. Septembris eiusdem anni, ei ad cœlestem patriam reuocato tota Vrbs, quin totus Christianus Orbis parentauit.

65 Dixi autem † cū *Archidiac. & Purpur.* id receptū esse, vbi Vicarius est Canonicus, & in apparatu Canonicali; quippe si vel non sit Canonicus, neque tanquàm Canonicus intersit, sed tanquam Vicarius, tunc siuè præsens sit Episcopus, siuè sit absens debet sedere in prima Sede ratione suę locumtenentiæ, & præferri omnibus Canonicis, & Capitulo, tam in actibus, in quibus interuenit cum actiuitate suæ Iurisdictionis, quàm in omnibus alijs indifferentibus, & promiscuis, præcedendo ipsum Archidiaconum, & Archipresbyterum, vt reprobatis duobus consilijs *51. & 52. Menoch.* respondit bo. me. Robusterius Rotæ Auditor insignis, & in Iurisprudentia nulli secūdus, in quodā suo voto impresso apud *Gratian. d. c. 111. ex n. 23. ad finem.*

66 Præcipuè † si esset Vicarius Apostolicus, quia tunc etiā cessat, quod consueuit dici, minorem esse exhibendum honorem Vicesgerenti, quàm exhibeatur principali, vt latissimè ibidem ex *num. 54.* quod non prosequor, nè aliena transcribam.

Ponit pro eodē assumpto *Purpur. vbi sup n. 195.*
67 aliud exemplum de Doctore † Collegij, qui simul sit Consiliarius Principis, sequitur *Menoch. d. cons. 902. sub num. 1. vers. Crediderim ego, & n. 73.* vt iam hoc nihil certius desiderari possit, nisi & huic
68 suas vires proferat consuetudo, † aut statutum Ecclesiæ, iuxta *Aret. cons. 23. n. 10. vers. ad tertium.*

69 Est autem aduertendum, Ius istud † præsidendi radicari non in persona aliqua singulari, sed in ipso Capitulo, quod dicitur Prælatus singulorum subalternatè ad Prælationem Episcopi, vt docet *Innoc. in cap. cum non ignores, num. 1. de preben.* vnde ex Capitulo dissuit in vnum, vel plures pro diuersitate munerum, *vt ex ea doctrina Innoc.* censuit *Ro-*

ta

ta in vna Seguntina præsidentia, 21. Februarij 1614. coram bo. me. Archiepiscopo Seleucien. Quo
70 fit, vt ista † præsidentia non sit Prælatio; ea enim
prælatio, in qua mouetur ius istud præsidendi, est
inabdicabilis à Capitulo, vt docet *Io. Andr. in eod.
cap. cum non ignores, sub n. 3. vers. & quandoque
ipsum Collegium, de præben.* neque tamen desinit
esse dignitas; quamuis enim talis Præses exerceat
71 alienam Iurisdictionem, & respectu† habentis pro-
priam non debeat alijs propriam habentibus præ-
ferri, *Menoch. consf. 52. nu. 123.* nihilominus inte-
72 rim dignitatem obtinet, † quia Iudex est, eique
ideò honor debetur, *l. honor, ff. de mun. & hon.
plenè Dec. in cap. vt debitus, ex n. 2. de appell. Pur-
pur. in supracit. l. 1. nu. 310.*

Tenet ergò Præsidentia hæc medium gradum
inter Prælationē, qui est primus, de quo mox age-
tur, & Præeminentiā de qua actum est; & à Colle-
gio in maiorem, siuè antiquiorem Canonicum di-
fluit, quem frequentiùs Decanum nuncupamus;
73 quæ † vox (licèt alicubi aliter sumatur, vt notat
Rota decis. 17. ad finem, de concess. præben. in nou.
74 cum † titulorum applicatio tota in effectu pendeat
ab attributione Vulgi, quod qui vellet corrigere,
meritò irrideretur, vt benè aduertit *Purpur. in d.
75 l. 1. num. 312. de Iurisd. omn. Iud.*) Sonat † in Iudi-
cem, & consequenter, (vt supra dictum est) in
76 Dignitatem, *Rota, d. decis. 17.* habet † enim Iuris-
dictionem in Capitulum, dùm illud conuocat, &
curat, *Put. decis. 209. n. 1. & 2. lib. 3.* & in eo habet
primam vocem, *Rota decis. 4. sub num. 2. versic.
Archidiaconus dicit, de elect. in nou.* Diciturque
77 honorabilior † pars Capituli, *gloss. in cap. cum
inter 18. in verb. ad Decanum, de elect.*

78 Ex quibus † vbi in aliquo Capitulo non est ma-
ior Dignitas, ex Prælatione, qui est supremus gra-
dus, cùm de hoc Iure præsidendi agitur, Decanus
habet Iuris communis assistentiam, vt censuit *Ro-
ta in recent. par. 2. decis. 533. nu. 5.*

79 Sub illa † autem facultate corrigendi excessus
singulorum, nihil est, quin comprehendatur pote-
stas regendi Chorum, quæ similiter ex Capitulo
diffunditur in ipsum Decanum, vel Primicerium, si-
uè Cantorem, vt ex Decreto Concilij Basilien.
censuit *Rota d. decis. 533. nu. 5. vers. & per Con-
80 cilium, par. 2. in recent.* licèt † dubium sit, an istud
Ius regendi Chorum, circumscripta consuetudine,
spectet ad Primicerium potiùs, quàm ad Decanum,
itàvt Concilium Basilien. magis consuetudinis,
quàm Iuris communis dispositionem fuerit contē-
platum, videtur enim textus clarus *in can. perle-
ctis, §. ad Primicerium, 25. distinct. & in cap. vn.
& ibi Doctores, de off. Primic. Hostien. in summa,*
81 & ideo † dicitur officium minimè simplex, sed cum
administratione, ex quo primus intonat, & dat
ordinem gerendorū in Choro, *Chassana. in Ca-
thal. glor. mund. par. 4. consider. 41. Put. decis. 89.
num 3. lib. 3.* & fuit decisum *in Vlixbonen. Præe-
minentiarum, 19. Iunij 1595. coram bo. me. D. Iu-
sto, & in Seguntina præsidentia, 22. Iunij 1609.
coram Reuerendissimo D. Pamphilio.*

82 Ceterum existimo, textum † *in d. can. Perlectis,*
non intelligi de hac generali Præsidentia in Cho-
ro, sed de Præsidentia respectu Diaconorū, & alio-
83 rum Clericorum inferioris gradus, † vt desumitur
ex tex. in d. cap. Vn. de off. Primicer. & ibi notat
*Reuerendissimus D. Germonius in parat. vers. in
hoc autem titulo,* & propterea cum de hoc agere-
84 tur in Rota, an † Cantoria esset simplex officiū,
vel potius Dignitas, licèt *Acchill. & Pute.* essēt pro
Dignitate, tamèn Rota in aliam sententiam incli-
nabat, & ità articulus tùnc remansit indiscussus,
vt testatur Idem *Pute. d. decis. 89. nu. 5. lib. 3.*

85 Non † negarem tamen, ex arbitrio Capituli pē-
dere solidum istud Ius præsidendi ponere in perso-
na Cantoris, non existente præcipuè Decano, hucq;
respexisse Concilium Basiliense, & etiam patet ex
supracitata *decis. 533. num. 5.*

86 Neque siuè † in Decano sit, siuè in Cantore, pos-
sunt conqueri aliæ Dignitates, quantumcunque
maiorem obtineant administrationem tempora-
lem, quià subiectum istius Præsidentiæ est spiri-
tuale, & consequenter hoc respectu, dignius qua-
cunque temporali quantumcunque latissima ad-
ministratione, vt resoluit *Rota d. decis. 4. sub nu. 1.
vers. quamobrem per omnes Dominos de elect.
in nou.*

87 Enimverò vis non stat in nomine, † quod est ad
placitum Capituli, sed in re, vt per *Turrecrem. in
præstat. can. Perlectis, §. si sunt, sub num. 1. vers.
secundo nota, distinct. 25.*

88 Idemque † prorsus dicendum, si in absentia De-
cani, Maioris, Cantoris, aut alterius cuiusvis ha-
bētis nomen sonās in Dignitatē, in quo Capitulum
munus istud prius collocasset, idē munus mandet
inferiori alicui Canonico, tùm quià iste tempora-
rius substitutus in eo actu non repræsentat perso-
nam absentis, sed ipsius Capituli, vt fuit conside-
ratum *in d. Seguntina Præsidentiæ, 21. Februa-
rij 1614. coram bo. me. Archiepiscopo Seleucien.*

Tùm quia (vt etiam in ea Domini aduerterunt)
89 hoc † casu, *tex. in d. can. perlectis*, exigit perso-
nam illius, qui ipsi absenti proximus sit, aut lege,
aut eruditione, atque ità non simpliciter conside-
rat ordinem, qui exprimitur sub illa voce, *lege,* sed
alternatiuè, *eruditionem,* vt ponderat *ibi gloss. in
verb. aut lege,* & ibi etiam *Turrecremat. num. 8.*
90 vbi inde colligit argumentum † quod Iunior si sit
instructio, & melior, potest præferri Seniori, ad
quod est *tex. in l. vnicuique, C. de prox. Sacr. Scri-
91 nio. lib. 12.* in his enim metimur senium † ex sa-
pientia, non ex ætate, *can. vlt. 84. distinct.*

92 Atque ex his † satis tutò concludi potest, in
collocanda hac Præsidentia in persona aliqua siue
in perpetuum, siue ad tempus cuiusque Ecclesiæ
consuetudinem seruari oportere, neque aliter exi-
gi præscriptionem, *vt in d. Seguntina coram
bo. mem. Seleucien.* & optimè faciunt in ter-
minis Præcedentiæ, tradita per *Aret. in supraci-
tat. consf. 23. sub num. 11. vers. restat igitur videre,
93 & num. 12.* præcipue † vbi non agitur de exerci-
tio Iurisdictionis in vniuersum, sed circumscripta
ex loco, & tempore, *Seraph. decis. 964. nu. 2.*

94 Quapropter cum † consuetudo tantum habeat
de potentia, quantum de actu, *Rolan. consf. 94.
num. 58. lib. 2. Cephal. consf. 26. num. 15. Osasc.*

Pedem.

95 Pedem. decis. 29. num. 16. cum similibus; † non posset, qui obtineret Dignitatem cum Canonicatu, sibi Ius istud vindicare in ea Ecclesia, in qua ex consuetudine collocatum esset in simplici Canonico, per ea, quæ latè scribit Felyn. in cap. auditis, num. 15. de præscript. præcipuè cum inde sequatur turbatio Chori, ex quo Sedes Dignitatis remanet vacua, nec minus hoc esset absurdum, quàm dispen-
96 sato † aliquo ad obtinendum duo inæqualia residentiam exigentia, citra dispensationem residendi, eum velle per se ipsum residere penes minus, penes verò maius per alium, cum imò teneatur in maiori residere personaliter per se ipsum, & in minori per alium, Abb. in cap. extirpanda, §. qui verò, num. 5. de praeben. Franch. in cap. non potest, §. illud sub nu. 5. vers. quod procedit quando Ecclesia, eod. tit. in 6.

97 Si autem vellet idem † obtinens dignitatem, & Canonicatum, Ius istud exercere in sede suæ Dignitatis, vtique alia etiam ratione submoueretur, cum in illa Sede non possit sedere tanquàm Canonicus, neque exercere, quæ ad Canonicatum pertinent, sed ea dumtaxat, quæ pertinent ad suam
98 Dignitatem; etsi enim † eadem persona, respectu diuersæ qualitatis, possit sustinere vicem duorum etiam in actibus, respectu vnius qualitatis incompatibilis, vt omnes notant in supraallegato cap. à Collatione de appellation. in 6. præcipuè Gemin.
99 nu. 3. tamen † pro euitanda confusione, illæ qualitates distinguuntur ex diuersitate Sedis; vndè qui Dignitatem obtinet, & simul Canonicatum, non potest ea quæ pertinent ad Canonicatum exercere in sede Dignitatis, sed tantum in Sede Canonicali; quod exemplo Episcopi, & Vicarij illius, tradunt in eod. cap. à collatione, Gemin. n. 6. Franch. num. 4. & alij, quos etiam supra allegaui, & sequuta est Rota in præcitata Seguntina, coram bo. mem. D. Selcueien.

100 Quartus denique gradus, est Prælatio, † cuius subiectum aliud non est, quam Iurisdictio ordinaria, gloss. in cap. decernimus, in verb. Ecclesiarum, de Iudic. & ibi omnium melius Abb. nu. 16. Arnal. Albertin. in repet. cap. quoniam. in 3. quæst. conclus. 1. nu. 1. de heret.

Hæc autem duplex est, Superior, & Inferior, su-
101 perior est Episcopi, qui † solus de Iure communi dicitur Prælatus, gloss. in extrauag. super Cathedram, §. statuimus, in verb. Prælatorum, de sepult.
102 Inferior † autem est cuiuscunque habentis ex cõsuetudine, vel alio Iure speciali Iurisdictionem quasi Episcopalem, vt declarat Imol. in Clem. dudum, nu. 27. eod. tit. de sepult.
103 Discriminat enim Prælationis hasce † species; quod prima illa, & superior sit cum plenitudine ordinum, & eminentia quadam Pontificali, quæ sola est in Episcopo, Turrecrem. in sæpecitat. can. Perlectis, in princ. sub num. 12. ad finem 25. distinct. & propterea si contingat, (vt multoties ob-
104 seruauimus) † in aliqua Ecclesia Episcopum obtinere Canonicatum, quatenus velit esse in Capitulo, vel in Choro, tanquàm Canonicus, & sic sedere in sede, aut stallo Canonicali, vtique sedebit sub Decano, vel alio, qui Capitulo præsidet, iuxta gloss. in d. cap. à collatione, in verb. prælatus, de appell. in 6. Menoch. de arbitr. iud. cas. 68. n. 23. Gratia. di-
105 scept. forens. cap. 111. nu. 14. Nihilominus † propter illam præeminentiam Pontificalem, habet primum locum post eundem Præsidem, Abb. in cap. postulastis, sub num. 8. vers. ex quo infero, de concess. praeben. Felin. in Rubr. num. 10. de maior. & obed. Chassan. in Cathal. glor. mund. par. 4. consid. 45. Boer. de auth. magn. consil. num. 65. & multos congerit Gratian. qui vim hanc, & effectum Dignitatis Episcopalis obseruauit discep. forens. cap. 106. ex num. 9.

106 Vnde patet † Archidiaconum, & Archipresbyterum, eatenus inter Prælatos referri, quatenus Iure aliquo singulari habent talem Iurisdictionem, vt de Archidiacono Taurinen. attestatur D. Germonius in parat. superius allegata, &
107 hodie certissimum est, istas † duas Dignitates nullam habere Iurisdictionem, nisi sint electiuæ, cum tunc vi ipsius electionis, censeatur eas obtinentibus, attributa Iurisdictio in ipsos de Collegio, vt declarat Abb. in d. cap. decernimus, num. 17. de Iudic. & Albert. in supracita. cap. quoniam, 3. quæst. conclus. 1. n. 2. de haret. qui etiã ait, Episco-
108 pos † omnem Iurisdictionem, quam hi habuerant, præscripsisse, ideoque Archidiaconum, & Archipresbyterum remansisse cum sola, & simplici illa præeminentia Sedis, & loci sibi à principio assignati, sine aliquo Iurisdictionis exercitio, vt plenè deducit idem Albert. vbi supra in 4. quæst. conclus. 3. num. 4.

Et propterea concludit idem Albertinus, Ar-
109 chidiaconatum, † & Archipresbyteratum eosdem, impropriè etiam Dignitates appellari, esseque referendas inter Personatus, cum nuda, & simplici præeminentia, iuxta sententiam Arebid. in cap. 1. sub num. 1. vers. Arebidiaconatus, & num. 2. de
110 consuetud. in 6. vbi vult, istos, † vt plurimùm, aliud non habere in Ecclesia, quàm prærogatiuam nominis sonantis in Dignitatem, siue in Ecclesia, siue in Choro, siue in Capitulo sine aliqua administratione, vel Iurisdictione, ponitque exemplum in
111 Archidiacono † Parmen. qui nullum ferè ibi obit munus Archidiaconale, prout scribit etiam in eod. cap. 1. Gemin. num. 7. vers. secundum signum, & prius hoc retulerat Innoc. in cap. de multa sub n. 6. vers. sed si vocetur aliquo nomine, & ibi etiam Abb. sub num. 21. ad finem vers. secunda conclusio, de praeben.

112 Inter has tamen Dignitates, † cùm de præcedentia agitur, consideratur etiam solus habitus, & ideò Archidiaconatus de Iure communi, censetur prima post Pontificalem Dignitas, Aret. in supracitato cons. 23. sub num. 2. vers. quia de Iure, Boer.
113 decis. 286. num. 5. vbi quod † solùm illud nomen vsque adeò sonat in Dignitatem, vt in illo habeat sedendi supra alios prærogatiuam, tàm in Choro, quàm in Capitulo; idemquè censuit Grammat. de-
114 cis. 64. num. 19. vbi quod † ideò in diuinis Archidiacono videatur preferri Archipresbyter, quod etiam voluit Menoch. d. cons. 902. sub n. 71. vers. ita
115 dicimus, quod tamen prouenit † ex mera contingentia, quia Archidiaconus non sit Presbyter, si enim

enim initiatus sit Sacro presbyteratus ordine, &
velit ipse celebrare, nihil est,quin etiam in diuinis,
ipsaque Missæ celebratione, ei præferri debeat, vt
notabilitèr docuit *Hostien. in cap. 1. sub num. 5. vers. sed quid si Archidiaconus*, & cum ibi sequi-
tur *Butr. sub num. 4. vers. dicebat Hostien. de of.
fic. Archipresbyt. Bero. cons. 22. nu. 15. vol.* 1. quod
probauit *Rota in Viterbien. Celebrationis Mis-
sarum, 11. Decembris 1609. coram bo. mc. Cardi-
nali Sacrato*, cuius meminit *bo. me. D. Beltram. ad*
116 *Gregor. decis. 411. num. 5.* licèt † in hac re semper
præualeat consuetudo,vt ait *Hostien. loco proximè
citato, Rui. cons. 156. num. 4. lib. 4. Seraph. de-*
117 *cis. 716. num. 17.* quantumcunque † repugnet iuri
communi, vt per eundem *decis. 335. num. 3. & de-*
118 *cis. 964. num. 1.* modò non † ita repugnet naturæ,
quod sonet in meram corruptelã, *Abb. in cons. 25.*
119 *lib. 1. Rui. cons. 155. num. 1. lib. 4.* vt † de præ-
cedentia Perticherij,qui est merè laicus ad Portio-
narios,respondit *Rota apud Gregor. decis. 310.
num. 5.* & latissimè de hoc agunt citati per eun-
dem *D. Beltram. ad d. decis. 411. num. 5. vers. an-
te omnia.*

Quemadmodùm verò istius prærogatiuæ hono-
ris, quam sub vno generali termino *Præcedentiam*
dicimus, sunt quatuor gradus, duo scilicet infe-
riores sine administratione, & Iurisdictione, & duo
superiores cum administratione, & Iurisdictione,
ità quoque non idẽ vnicuique gradui, idẽ est subie-
120 ctum: nam cum † versamur circa duos inferiores,
totum id, quod ex parte inferioris exhibendum
est Superiori, consumitur in simplici cultu, & reue-
rentia, idest in simplici submissione personæ, ità
monente legis, vel moris Iustitia, quæ præstanda
est dormienti, & tacenti, siuè etiam ignorãti. *Bald.
in l. liberti, libertaque, num. 10. C. de oper. liber.*
121 Cum autem versamur circa † duos superiores, id
quod exhibendum est ex parte inferioris, non so-
lùm consistit in cultu, & reuerentia, sed etiam in
obedientia, & in honorificentia, pront obedientia
est exequutio præcepti, honorificentia verò est ob-
sequium, cuiusmodi est gratulabundus occursus,
& huiusmodi, *ità Bald. in eadem l. liberti, libertaq;*
122 *num. 10. & 11.* quasi quod † obedientia debeatur
in retributionem administrationis, siuè regiminis;
honorificentia verò ob excellentiam personæ, at-
que ità vtrumque ex debito quodam naturali, vt
pulchrè docet *B. Thom. 2. 2. quæst. 102. art. 2.
in corp.*

Et hæc quidem cùm de præcedentia agitur in
Ecclesia, & Capitulo; nec enim opus est obsequia-
lia, & quæ ad cœremonias, siuè honorificentiam
pertinent, longius prosequi, Porrò ea disposita le-
123 guntur in rituali Romano, quod † proculdubio vim
legis habet, vt post *Picard. inter cons. Menoch. con-
sil 52. num. 145.* notat etiam *Gratian. d. cap. 511.
num. 7.* & probant alij, quos refert, & sequitur
Franch. decis. 253. num. 7.

124 Extra autem † Ecclesiam, & corpus Capituli,
constituẽda est regula generalis, vt qui maiori præ-
cellit dignitate, is præcedat, non habita ratione
Collegij, etiamsi eiusdem sint consortij, ex multis,
quæ scribit *Menoch. in sapecitat. cons. 902. ex n. 71.*
125 & est regula tritissima, vt qui maiorem † dignita-
tem habet, præferri debeat, *cap. statutum, de ma-
ior. & obedient. cap. ex ore de priuileg. Bald. in
l. decernimus, nu. 4. in 2. notab. C. de Sacrosanct.
Eccles. Botta. de Synodo Episcopali, cap. 3. nu. 28.
Seraph. decis. 1223. nu. 2.*
126 Qua ratione Canonici † Collegiatæ debent etiã
extra Ecclesiam præferri ceteris Clericis, *Io. Mo-
nach. in cap. 1. num. 8. de fil. presbyt. Chassan. in ca-
tal. glor. mund par. 4. consid. 38.* cum alijs per *Se-
raph. d. decis. 1223. num. 1. & decis. 1445. nu. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Abbas eodem Iure habet se ad suum Monasterium, quo Episcopus ad suam Ecclesiam.*
2 *Abbas antiquitus non ordinabatur, & ideò subij-
ciebatur omnibus Clericis etiam minoribus.*
3 *Nec propterea tunc intelligebatur habere aliquam Dignitatem.*
4 *Abbatibus permissum ordinari.*
5 *Imò iussum.*
6 *Abbatiæ effectæ sunt Dignitates, tàm Monacho-
rum, quàm Monialium.*
7 *Abbatia Regularis, hodie est* Dignitas.
8 *Abbas, nomen, sonat in Dignitatem, & honorem, quod aliàs tantùm erat oneris, & sollicitudinis.*
9 *Prælatorum appellatione, veniunt Abbates.*
10 *Commendatarius perpetuus Abbatiæ Regularis, dicitur Prælatus.*
11 *Nec differt à vero Abbate.*
12 *Abbas non venit, appellatione Prælati in materia odiosa.*
13 *Abbati, Monachi tenentur obedire, etiamsi eius præceptum sit durum.*
14 *Abbati in Monasterio debetur primus locus in honorem eius Dignitatis.*
15 *Abbas præferri debet cuiuis obtinenti Dignitatem secularem inferiorem ab Episcopo.*
16 *Abbas præfertur Archidiacono Cathedralis Ec-
clesiæ.*
17 *Abbas non præfertur cuipiam seculari existenti in propria Ecclesia.*
18 *Abbas est de Clero, & subijcitur Episcopo.*
19 *Præcedit tamen eius Vicarium.*
20 *Abbas cùr præferatur omnibus Prælatis, & Digni-
tatibus secularibus Episcopo inferioribus.*
21 *Abbas præfertur omnibus Prælatis Regularibus.*
22 *Et multo magis Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, etiamsi esset simplex Abbas foraneus.*
23 *Abbas non præfertur Canonicis, dùm sunt Colle-
gialiter vniti.*
24 *Explosa contraria sententia Barbatiæ.*
25 *Abbas nunquàm præfertur Capitulo Cathedralis Ecclesiæ.*
26 *Præfertur tamèn Collegiatæ, & quæ sit ratio diffe-
rentiæ.*
27 *Episcopus, vt censetur esse in Cathedrali, ità Ca-
thedralis in Episcopo.*
28 *Episcopus dicitur non solùm par, sed etiàm maior Abbate in Religione.*
29 *Abbas, qui habet vsum Mitræ, præfertur alteri non habenti.*

30 *Ab-*

30 *Abbas, deposita Abbatia sine culpa sua, plus cæteris Monachis debet honorari.*
31 *Prior, qui supra se non habet Abbatem, Abbati æquiparatur.*

QVÆSTIO XVII.

Abbas an præferatur omnibus obtinentibus Dignitates seculares inferiores Episcopo.



IDIMVS in præcedenti de prælatione in Ecclesijs Collegiatis secularibus, siuè Cathedralibus, siuè inferioribus, esset nũc videndum de eadem prælatione in Regularibus, verùm quia materia est minùs exposita fori vsui, illam prætermittere decreui, sed dumtaxat explicare eum
1 articulum, an Abbas, qui se † habet eodem Iure ad suum Monasterium, quo Episcopus ad suam Ecclesiam, vt vidimus suprà *quæst. 5. num. 34.* debeat præferri omnibus obtinentibus Dignitates seculares Episcopo inferiores: Pro cuius articuli resolutione est aduertendum; Antiquitùs Abba-
2 tem † habuisse simplicissimam superioritatem in Monachos sine aliquo ordine Ecclesiastico, prout nec ipse, nec Monachi, quibus præerat, ordinabatur, & propterea nedũ omnibus Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, verùm etiam Clericis secularibus minorum Ordinum, obsequium, siuè in publico, siuè in gremio Ecclesiæ, & vbique locorum inferre cogebatur, vt est textus in *can. à Sub-*
3 *diacono, distinct. 13.* & tùnc † certè Abbates non censebantur obtinere aliquam Dignitatem, hìcq; tendunt omnia cumulata per *Port. de Imol. con. sil. 164. num. 85. & cons. 165 num. 21.*

Verum postmodùm, vbi passim Monachi cœpe-
4 runt Sacris Ordinibus initiari, † vt legitur in *can. accedens distinct. 50. & in cap. tuam, de atat. &*
5 *qualit.* & hoc amplius † inslium, vt si quis assumeretur in Abbatem, qui Sacerdos non sit, Sacerdos fiat, vt in *cap. 5. eo tit.* id quoque est consequutũ, vt illa submissio erga Clericos seculares euanuerit,
6 cœperintquè Abbatiæ nedùm Virorum, † sed etiã Mulierum ob administrationem cum Iurisdictione reputari inter Dignitates, vt legitur in *cap. vt Apostolica, ibi, ex propria dignitate, de priu. in 6.* iũcto etiam tex. qui loquitur de hac Dignitate inter mulieres, in *cap. indemnitatibus, §. verum, ibi, vt à dignitate deiciatur adepta, de elect. eo lib. 6.* & plenè tradit *Fel. in cap. meminimus, nu. 5. de accus.* itaut
7 negari haud possit, hodie Abbatiam † Regularē (quidquid olim aliter fuerit) esse Dignitatem, vt ita censuit *Abb. in praalleg. cap. tuam, sub nu. 3. in vlt. col. vers. sed hodie, de ætat. & qualit. Card.*
8 *in clem. 1. nu. 3. de rescript.* vbi post alios, † quod iam istud nomen sonat in Dignitatem, & honorem, quod aliàs tantum erat nota oneris, & sollicitudinis; hoc idem ibi tradit *Imola, num. 4. & 5. Bellame. conf. 5 sub nu. 21. ad fin. vers. tamen pro nunc, & num. 22. Seraph. decis. 514. nu. 7.*

9 Hincque † Abbates contineri sub appellatione Prælatorum, per eum *tex.* notant omnes *in cap. 2. de iudic.* vbi in specie *Abb. num. 2. Dec. num 8. & Ripa num. 3. Butr. in cap. 1. num. 7. de ætat. & qualit. Vital. in clem. vn. nu. 3. de supplen. neglig. Prælat.* cum alijs, quos retulit, & sequuta est *Rota in Romana Prælationis, 8. Aprilis 1623. coram R. P. D. Buratto.*

9 Quod procedit † etiamsi Abbatia Regularis cõmẽdata sit Clerico seculari, nam etiam talis Commendatarius, modò perpetuus sit, dicitur Prælatus, idque propter in eum transfusam, siuè iurisdictionem, siuè Administrationem, vt latissimè demonstrat *Barbat. conf. 1. num. 18. & 25. lib. 2.* qui ait, se non inuenisse Doctorem contradicentem, *Sarnens. sup. reg. de trienn. quæst. 5. ex num. 17.*
11 neque enim † is Commendatarius differt à vero Abbate, vt per *Barbat. vbi supra,* & scribit etiam *Rebuff. conf. 77. num. 1. Gonzal. ad reg. de mensib. glos. 5. §. 8. num. 27. Rota decis. 346. num. 2. par. 3. lib. 3. diuers.* & fuit etiam firmatum in *praallegata Romana Prælationis.*

12 Quamuis enim † appellatione Dignitatis in materia odiosa non veniat Abbas, tamen etiam in hoc magis elucet eius Dignitatis prærogatiua, ex quo id ei prouenit non diuersa ratione, quàm Episcopis, vt in *cap. 2. de præben. in 6.* docent *Archid. num. 2. & Gemin. nu. 10.*

Horum igitur Abbatum Præeminentiã in proprio Conuentu nunc non expendimus, in quo qui-
13 sque † tenetur eis obedire, quantumcunque durum sit præceptum, vt docet *glo. in cap. cum ad Monasterium, in verb. in omnibus de stat. Monach.* &
14 in quo † primus locus eis debetur in honore, *Card. in pracit. clem. 1. num. 3. de rescript.* sed tantùm eandem Præeminentiam contemplamur, quando extra proprium Conuentum contingit, Abbates huiusmodi, aut in Ecclesijs, aut extra in processionibus publicis cum Clericis secularibus stare, sedere, vel incedere.

Et sanè ex frequentiori Doctorum calculo con-
15 stituenda † est Regula, vt præeminere debeant Abbates quibusuis obtinentibus Dignitates seculares Episcopo inferiores, vt arguendo ab ordine literæ *in supracit. cap. 2. de iudic.* deducit *Io. Silu. in tract. de benef. par. 1. quæst. 2. sub num. 83. vers.*
16 *& quod Abbatia,* & quod † ideo præferatur Archidiacono Cathedralis Ecclesiæ, tradit *Abb. in d. cap. 2. num. 18. de iudic.* quicquid enim sit, vbi
17 quis † est in propria Ecclesia, quo casu Abbas illi prorsus cedere debet, ex his, quæ tradit *Decian. conf. 67. nu. 13. vol. 2.* Tamen extra Ecclesiam debet præferri omnibus Dignitatibus, adeò vt quã-
18 uis sit † de Clero, & Episcopo subsit, *can. peruenit, & can. interdicimus, 16. quæst. 1. cap. conquerente, & cap. eum dilectus, de off. ordin. Chassan. in catal. glor. mund. par. 4. consid. 32. col. 3. versic.*
19 *quarto facit,* nihilominus † præfertur Vicario Episcopi, & in consequens omnibus obtinentibus Dignitates in Ecclesia, quibus ipse Vicarius præfertur, vt latè deducit *Menoch. consil. 257. num. 27. iuncto nu. 78.*
20 Ratio est, quia concurrit in eo nedum † Dignitas ex

ex administratione, & iurisdictione, quæ reperitur
etiàm in supradictis Dignitatibus Secularibus, sed
etiàm Religionis prærogatiua, vt aduertit idem
Abb. in cap. ex ore, nu. 3. de priuil. & quod idem
21 generaliter præferatur † omnibus Prælatis Secu-
laribus inferioribus Episcopo, pariter per eum *tex.*
docet *Gemin. in cap. vlt. num. 3. de off. deleg. in 6.*
22 & multò magis † Canonico Cathedralis, *vt ibi per*
eundem, etiamsi esset Abbas foraneus, cùm Cano-
nicus huiusmodi verè nullam habeat Dignitatem,
*Bald. in cap. Pastoralis, sub num. 3. vers. extra quæ-
ro, de off. deleg.*

Hæcque procedunt, nisi simul Canonici collegia-
23 liter † incederent, tùnc enim repræsentarent Ca-
thedralem, nec propterea Abbati deberetur di-
gnior locus, vt docuit *Gemin. in cap. quamuis, il
primo, qui in ordine est 4. §. 1. num. 3. de præben.
in 6.* quem sequitur *Silu. d. quæst. 2. num. 83.* id
ipsum docet *Felyn. in cap. meminimus, num. 6. de
accus.* cum alijs, quos sequutus est *Menoch. con-
sil. 52. nu. 235. & 902. sub num. 75. vers. sic etiam
dicimus, Pancirol. cons. 6. nu. 36. Decian. cons. 66.
num. 9. lib. 2.* & plures in hanc quoque sententiam
congerit, & sequitur *Gratian. discept. forens. c. 111.
num. 10.*

24 Et licèt † *Barbat. in d. cap. 2. sub nu. 13. vers.
in contrarium tamen, de iudic.* motus leuissimo ar-
gumento ex ordine literæ *in auth. habita, C. ne fil.
pro patr.* vbi videlicet Abbas nominatur ante Du-
cem, iactet, se consuluisse contrarium (pro qua ta-
men opinione possent afferri longè meliora funda-
menta, quæ, disputando articulum, cumulat *Chas-
san. in cathal. glor. mund. in 4. par. consid. 32. per
25 quatuor integras columnas*) Tamen sentẽtia † hæc
pro prælatione Capituli de Iure est verior, vt de-
cem fundamentis demonstrat *Chassan. ibid. ex
vers. & primo pro Capitulo,* vbi *ad finem, in vers.
ex quibus,* ait, ità etiam vniuersaliter seruari, præ-
cipuè in Regno Franciæ.

Nequè tamen omnia ea fundamenta, quæ ad-
duxit *Chassan.* pro hac Prelatione, probamus,
26 nàm † si vera essent simpliciter, etiàm Abbati præ-
ferrẽtur Capitula Collegiatarum, in quibus tamen
non militat eadem ratio, nàm quod Abbas præfe-
ratur Prælatis Secularibus inferioribus Episcopo,
ea est, quod in eius persona concurrant Dignitas,
& Religio, vt supra dixi, quæ cessat respectu Capi-
tuli Cathedralis Ecclesiæ, ea singulari ratione,
27 quod † Ecclesia Cathedralis censeatur esse in Epi-
scopo, & è conuerso Episcopus in ipsa Ecclesia,
iuxta *doctr. glos. in cap. edoceri, 21. in verb. tenean-
tur, de rescrpt.* in Episcopo autem detur etiàm
hic concursus, Dignitatis scilicet, & Religionis, non
28 solùm † paris, sed etiàm maioris, vt punctualiter
docet *glo. in cap. nullus, 28. in verb. regularibus,
vers. vndè in consecratione, de elect. in 6.* Atque
ità semper Abbati præcedet Capitulum Cathe-
dralis, tanquàm corpus integrum, cuius caput est
Episcopus, qui est maior quouis Abbate, & digni-
tate, & Religione, quæ vtique ratio non adapta-
tur Canonicis, vel Capitulis Ecclesiarum inferio-
rum.

29 Quandò autem concurrerent † Abbates, quo-
rum alter solus haberet vsum Mitræ, & aliorum in-
signiũ, proculdubio is ità insignitus preferretur nõ
insignito, *c. vt Apostolica, de priuil. in 6. Purpur.
cons. 540. num. 17. lib. 2. Nauarr. cons. 5. num. 1. de
maior. & obed. Menoch. cons. 526. num. 35. ad fin.
& d. cons. 902. nu. 16. in fin.*

Neque etiàm crederem, aliqua potiri prærroga-
tiua illum, qui officium Abbatis iam deposuisset
30 etiam citra suam culpam, quamuis † enim hic de-
beat in memoriam pristinæ dignitatis plus cœteris
honorari, vt post *Io. de Lignar.* docuit *Io. de Imol.
in clem. nè in agro, sub num. 46. vers. in vltima
quæstione ad finem, de stat. Monach. Crott. con-
sil. 220. num. 83. lib. 2.* tamen id intelligitur de ho-
nore ei debito intra Ordinem suum, tãquàm cœte-
ris Monachis magis digno, neque enim remanet
Abbas, sed Monachus, vt ibi per *Imolam*.

31 Quæque dicta sunt de Abbate, † obtinent etiàm
in Priore, qui supra se non habet Abbatem cui su-
bijciatur, æquiparantur enim hi, *Vital. in clem. 1.
§. si quis num. 2. de stat. Monach.* & vterque dici-
tur Prælatus, vt per eundem *Vital. in clem. vn. n. 3.
de supplen. neglig. prælat.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Regularis, eo ipso quod Regularis est, di-
citur Collegiata.*
2 *Ecclesia Cathedralis, eo ipso, quod Cathedralis est,
Collegiata dicitur.*
3 *Regularium Ecclesiarum, & domorum ædifica-
tio per Ius nouissimum aliquo modo cohibita,
vt hic, remissiuè.*
4 *Ecclesia eadem, potest esse Cathedralis, & Regu-
laris.*
5 *Ecclesia Cathedralis, vbi est etiam Regularis, Epi-
scopus, in ea est loco Abbatis.*
6 *Ecclesiæ Cathedrales Regulares pleraque hic re-
feruntur.*
7 *Episcopus vbi est consecratus, dicitur Religiosior
quocunque Religioso.*
8 *Episcopus fundat intentionem suam quoad omnia
Iurisdictionalia in Regulares suæ Ecclesiæ.*
9 *Et an procedat respectu eorum, quæ concernũt
Regulam.*
10 *Quod affirmatiuè concluditur, & respondetur
contrarijs.*
11 *Ecclesia Cathedralis, vbi est etiàm Regularis, Epi-
scopus recipit eosdem Regulares ad Votum.*
12 *Neque in ea habetur alius Abbas præter Episco-
pum, sed vnus dumtaxat Prior, cuius officium
hic expenditur.*
13 *Doctorum obitèr dicta, cautè accipienda.*
14 *Ecclesia Cathedralis, vbi est Regularis, dicuntur
vnitæ duæ potestates, Episcopalis scilicet, & Ab-
batialis in persona Episcopi.*
15 *Et hoc casu Episcopus, in his quæ spectant ad Re-
gulam, adhibet sibi in Vicarium Monachum.*
16 *Quemadmodum, & dum visitat.*
17 *Episcopus, qui exercet Iurisdictionem in Regula-
res suæ Ecclesiæ, vnitis potentijs Episcopi, &
Abbatis, non tenetur declarare, qua potestate
vtatur.*

18 Et

18 *Et qua ratione.*

19 *Ecclesia in Cathedrali, quæ Regularis etiàm est, tenentur Clerici sæculares celebrare officium Regulare, nec admittũtur ad recitandum Officium seculare, quin, nec potest per Episcopum constitui.*

20 *Ecclesia Regularis si habeat duo Collegia, vnumquodque regitur à Prælato sui Ordinis, estq; locus clem. 1. de elect.*

21 *Sede Abbatiali vacante, an Conuentus succedat in locum Abbatis.*

22 *Text. in c. His quæ pro Ecclesia, de Maior. & obedien. intellectus.*

23 *Iurisdictio competens inferioribus Prælatis ab Episcopo quandò dicatur eisdem competere Iure speciali.*

24 *Episcopum inter, & Capitulum, an maior sit communio, quàm sit inter Prælatos Inferiores, & eorum Conuentus, siuè Collegia.*

25 *Abbate remoto ab officio, Administratio an pertineat ad Episcopum.*

26 *Prælati infamia vergit in eos, qui ipsum elegerũt.*

27 *Exemptorum Prælato, ob culpam suam dimoto, Administratio ad quem pertineat.*

QVÆSTIO XVIII.

Cathedralis Ecclesia si Regularis sit, quæ in Capitulum sit potestas Episcopo.



OLLEGIATARVM Ecclesiarũ summa est diuisio, vt aliæ Regulares, aliæ seculares sint, eo
1 enim ipso † quod in aliqua Ecclesia, Regulares conuiuunt, ea, de Iure communi habet Ius Collegij, etiã si de facto non habeat arcam communem, & cætera superius recensita, & quæ diximus pertinere ad formalitatem Collegij, quia licèt non habeat de facto, potest tamèn pro libito habere, sunt enim simpliciter signa, vt benè explicat *Hostien. in cap. Nobis sub num. 3. versic. quicquid etiam superius dixerit, de Iur. patron.*
2 Idemq; † est de Cathedralibus, vt ibi per eum, & per *Abb. sub num 8. vers. Item quoque Ecclesia Cathedralis.*

3 Regularium † verò Ecclesiarum, & domorum ædificationem multis cancellis ius nouissimum constrinxit, quod latè prosequitur *Zipæus in Analyt. de Regul. ex num. 35.*

Plerumq; tamen contingit, Regulares Ecclesias
4 itidem † esse Cathedrales, (neque enim eæ sunt qualitates incõpatibiles, vt post *Cardin. sub nu. 5. vers septimo nota*, docet *Barbat. in clem. 1. n. 32 de*
5 *elect.*) quo casu † Episcopus ibi est loco Abbatis, vt probat *tex. in cap. Nullus de elect. in 6.* & ponitur exemplum *in cap. causam quæ*, *quod præ cæteris optimè explicat Cuiac. de Iudic.* & clariùs declarat *Bonif. Octauus*, (vt aduertit etiam *Cuiac. ibid.*) *in extrauag. debent Superioribus suis, §. sanè du-*
6 *dum de offic. ordin. inter commun.* multas † quoque alias Ecclesias præter Dulmen, de qua in dd. Iuribus, quæ similiter sunt Cathedrales, & Regulares in Anglia existentes, refert *in eod. cap causam quæ Hostien. in princ.* & duas in Sicilia, Panormitanam scilicet, & Montis Regalis, commemorat ibidem *Abb. sub num. 8 vers. & dic quod in Sicilia*, vbi notat, in his Ecclesijs Episcopum esse loco Abbatis, nec ideò aliũ Superiorem Regularem exstare, qui sit caput Conuentus, sed constitui vnicum corpus ex ipso Conuentu, & Episcopo.

7 Quod minimè à Iure exorbitat † etiã si Episcopus non sit Regulam professus, sed simplex Sacerdos secularis, nàm eo ipso, quod est consecratus in Episcopum, dicitur quouis Religioso Religiosior, vt benè tradit *gloss. vlt. in d. cap. Nullus de elect. in 6. Barbat. in d clem. 1. num 37. in vers. ego allego glossam, eod. tit.*

8 Et ideò quoad omnia † Iurisdictionalia in Monachos, & Conuentum plenè suam habet fundatam intentionem, idest non solùm quoad ea, quæ non concernunt Regulam, quod nemo inficias eat, verùm etiam quoad ea, quæ Regulam concernunt: si enim est loco Abbatis, censentur istæ duæ vittutes Episcopalis, videlicet, & Abbatialis, vnitæ, vt rectè docuit *Abb. in d. cap. Causam quæ num. 10.*

9 Et propterea cautè † accipias *decisionem 69. num. 2. par. 1. in recentior.* dùm firmat, Episcopum fundare intentionem de Iure communi, exceptis his, quæ concernunt regularia instituta.

Nàm hoc est verum secundùm illius casus contingentiam, in quo quoad talia Instituta, Monachi habebant priuilegium exemptionis, vt clariùs refertur *num. 1. & num. 4.* Circumscripto verò tali priuilegio, & sic deducta controuersia ad terminos
10 Iuris communis, † vtiq; Episcopus omnimodam habet Iurisdictionem, quoad omnia, nec contrarium determinant *Doctores ibidem allegati sub d. num. 2.* Nàm *gloss. in d. cap. nullus Religiosus*, tantum abest, vt hoc doceat, quod potiùs sentit contrarium, ea ratione, quia scilicèt (vt dictum est) ipse Episcopus dicatur Religiosior quocunque Re-
11 ligioso, ac propterea recipiat † ipsos Regulares ad votum; *Anchar.* verò *in eod cap. Nullus num. 3.* quatenùs declarando Glossam, subdit, quod debeat intelligi de his, quæ exigunt maiorem animaduersionem, Abbas verò, & Prior debeant interesse secretis, & Regularibus disciplinis, loquitur extra terminos suppositi, quando videlicet Episcopus est loco Abbatis, aliàs frustrà discreuisset personam Abbatis à persona Episcopi; Porrò vbi Cathedralis
12 est Regularis, ibi nullus est Abbas præter † Episcopum, sed tantum Prior, sub cuius gubernio, & cura remanet Conuentus sede Episcopali vacante, *cap 1. ad fin. ne sede Vacan.* nisi eum intelligas de Abbate, cuius officium non excedat officium simplicis Prioris, & sic de Abbate, qui non sit caput Conuentus, sed subiectus Episcopo tanquàm Abbati & capiti; ità quod istud veniat accipiendum de exercitio Iurisdictionis ex potestate delegata ab ipso Episcopo, sic enim, & non alitèr loquitur ibi *Ioan. Andr. ad finem, ibi, committit tamen illud Episcopus alicui Monacho, punit autem illa, quæ maiorem exigunt animaduersionem,* & ità etiam loqui-

loquitur *Gemin.sub num.7.verf.in eadem glof.* ibi *præfit*, atque ità ibi accipiendus est, *Franch. sub num.3.verf. in gloff.finali, Corn.* verò *in conf.193. num.4. lib.2.* non loquitur de Ecclesia Cathedrali Regulari.

13 Et sanè † nisi dicamus, hunc quoque sensum habuisse Rotã, ea sibi contradiceret, cũ aliàs frustratorium fuisset priuilegium Papæ, de quo in d. decisione super exemptione circa Instituta Regularia, cum priuatio habitum supponat; Ex quo manifestum fit, quàm sit periculosum ex Doctorum ambagibus, atque obitèr dictis, controuersias decidere, cum sæpe malè accepta, peius exponantur, quod attigimus in *Appar. ex num.96.*

14 Sit ergò conclusio; Episcopis † competere omnimodam Iurisdictionem in Canonicos Regulares suæ Cathedralis; Abbatiali, & Episcopali simul vnitis potentijs, vt loquitur *Abb. in d. cap. Causam*

15 *quæ num.10.* licèt in his, † quæ ad regulam pertinent, vicaria vtatur potestate Monachi alicuius, tanquàm melius versati in his, quæ ad Regulam huiusmodi spectant, quæ fuit mens *Io. Andr. & Gemin. in præallegat. cap. Nullus*; hincquè dùm visi-

16 tat † adhibet vnum Regularem ad minùs, vt disponitur in *extrauag. debent Superioribus suis, de*

17 *offic. Ord. inter comm.* nec tenetur explicare, † an quod facit, faciat magis vt Episcopus, quàm vti Abbas, prout sic docet *Panor. in d. cap. Causam, quæ sub eod. num.10. verf. & etiam puto.* Enim

18 verò † in hac controuersia non admittitur distinctio, an procedatur in figura Iudicij, vel secùs, si enim idem est Episcopus, & Abbas, & ex virtutes sunt vnitæ, proculdubio talis distinctio est frustratoria, tenendumquè est, Episcopum quouis modo procedere posse, vt benè firmatum fuit apud *Rotam d. decif.69 num.6. par.1. in recent.* etiam priuatiuè quoad omnes alios Regulares, *Rota decif. 121. num.4. ead. par. 1.* etiamsi mensæ sint separatæ, vt in *d. decif. 69. num. 9.*

19 Habet verò status hic † Ecclesiæ Regularis Cathedralis, hanc præcipuam prærogatiuam, vt si qui Clerici Seculares in ca sunt recepti, vel recipiantur pro celebratione Diuinorum, teneantur ij celebrare officium Regulare, nec sint admittendi ad seculare, pro euitando scandalo, vt optimè docuit *Vital. in clem. vn. sub num. 53. verf. eod. modo, de celebr. Miff.* quem probauit *Rota ead. par.1. in recent. decif.79. num. 3.* nec contrarium posset per Episcopum statui, vt ibi *num. 5. & decif. 84. per tot. ead. par.1.*

20 Quæ cõtrouersia, nõ cadit in † inferioribus Collegiatis Regularibus, in quibus Iure aliquo speciali receptum est, vt ibi sint duo Collegia Regulariã, veluti Papiæ in Ecclesia B. Augustini, & Mediolani in Ecclesia S. Ambrosij, vnũquodquè enim Collegium suo regitur propriо Prælato, habetquè in his locum dispositio *clem. 1. de electio*, vt ibi per *glo. in verb. Monasterijs.*

21 Est verò non leuis controuersia, an † quemadmodum Vacante Sede Episcopali, Capitulũ quoad Iurisdictionalia succedit in locum Episcopi, *cap. Cum olim. de maior. & obedient.* (secũdum tamen multiplicem declarationem ibi positam *per gloff. in verb. Capitulo*:) Ità vacante Sede Abbatiali, Conuentus succedat in locum Abbatis quoad eadem Iurisdictionalia. Et sanè *Felyn. in cap. bis quæ pro Ecclesia, num.2. de maior. & obedient.* contra affirmatiuam sententiam, quæ videtur probari ex *eod. tex.* & communi obseruantia, de qua attestatur *Card. in clem. 1. §. Abbate, num. 3. de stat. Monach.* septem insurgit fundamentis, & nihilominus sub *n. 3.* concludit, dicta fundamenta valdè quidem vrgere, sed tamèn non esse recedendum à dicta opinione affirmatiua, quam ibi tenuit *Abb. num.2. & 3.* & sequuti sunt alij: Hancque eandem plenis suffragijs firmauit *Rota decif. 346.*

22 *num.3. par.1. in recentior.* estque pro ea casus † in *d. cap. bis, quæ pro Ecclesia*, qui nihil singularitatis habet ex titulo Cardinalitio, nàm ratio illius *tex.* non est in titulo huiusmodi Cardinalitio, sed in iurisdictione illi consequutiua, videlicet quasi Episcopali, quàm habent Cardinales in suis titulis, vt dixi suprà *quæst.8. nu. 50.* quæ ratio optimè congruit huic controuersiæ, nàm illa eadem quasi Episcopalis iurisdictio est Abbatibus, illa verò in cos diffluit à Capitulo, vnde nil mirum, si mortuo Titulari, in ipsum Capitulum refluat, & consolidetur, vt ideò procedat in quibusvis alijs Prælatis, qui tanquàm capita cum ipsis Capitulis nouum constituunt corpus, vt benè considerat ibi *Abb. sub d. num. 2. verf. & dicit hoc seruari*, & hinc cessant quatuor prima fundamenta adducta per *Felyn.*

23 Nec obstat quintum, † quod etiam indiscussum reliquit *Rota d. decif. 346. num. 4.* videlicèt Iurisdictionem competentem inferioribus Prælatis ab Episcopo, competere ex Iuri speciali, nec ideò transire ad Capitulum; Nam hoc obtinet in his, quæ competunt Prælato distinctè à Capitulo, itavt in eius persona originetur, & terminetur; at in Iurisdictione, quam habet Prælatus in Capitulum tanquàm eius caput, siuè de Iure communi, siuè de Iure speciali, non originatur in ipso solo Prælato, sed in Collegio, & à Collegio in Prælatum deriuat, vt superius loco suo explicauimus.

24 Sextum verò, quod maior † sit communio inter Episcopum, & Capitulum Cathedralis, quàm inter Prælatos inferiores, & Conuentus eorum, in se neque est simpliciter verum, neque hoc concesso, argumentatio necessariò concludit; nam ista maior communio malè deducitur ex prærogatiua deuolutionis Iuris conferendi: Etenim, quod Collatio deuoluatur ab Episcopo ad Capitulum, & è contra, efficit non communio, sed discretio Iuris conferendi, per quam consistit ea æqualitas, vt sicuti fit deuolutio ad Episcopum de beneficijs pertinentibus ad Capitulum priuatiuè ad eum, ità fiat è cõtra de beneficijs pertinentibus ad Episcopum solum ad ipsum Capitulum, vt determinat *tex. in cap. 2. de conceff. præben.* At nè fiat de Abbate ad Capitulum, vrget contraria ratio, quià scilicèt Abbas non confert solus, sed cum suo Capitulo, nec Capitulum confert separatim ab Abbate, vt propterea non possit negligentia vnius separari à negligentia alterius, & consequenter ab eo suppleri; quæ fuit ratio *Clem. vn. in princ. de supplen. neglig.*

neglig. Prælat. vt ibi aduertit *Paul. de Eleazar;* *quem retulit Card. sub num. 4. in 2. opposit.*

25 Septimum † denique, de tex. *in cap. vlt. §. quod si Abbas de stat. Monach.* dùm in eo supponitur, excitari simplicitèr officium Episcopi, vt in casu motionis Abbatis, alium deputet in Coadiutorē, vel Administratorem idoneum, prout ponderat *Felyn. vbi supra, paulò ante num. 3. vers. septimo facit*, euidentèr non stringit, quia etiam si haberet id Episcopus ex officio suo in casu motionis, non sequitur, quod habeat in casu alterius modi vacationis, quia casus ille motionis, habet in se singularem rationem, quia scilicet, est quod imputetur Capitulo, qui talem sibi elegerit in Prælatum, vt *in eo. cap. fin* optimè aduertit *Abb. sub num. 8. ad fin.* vbi ideò infert, istud non esse trahendū ad alios
26 casus vacationis, † siquidem infamia præcedente de Prælato, inquisitio fit de tota Ecclesia, eò quod malū Caput, malam faciat de malis membris præsumptionem, vt inquit *Innoc. in cap. cum dilecti in 1. col. super verb. Episcopo, de accusat.*

27 Præterea *tex.* ille † loquitur in Abbate Monasterij non exempti, & in quo ideò deficit iurisdictio illa quasi Episcopalis, vndè aliud seruatur in exempto, hoc enim casu, nihil est, quin Administratio pertineat ad Collegium, vt docet *Card. in eo. cap. vlt. §. si verò nu. 9. vers. fiet ergò de stat. Monach.*

SVMMARIVM.

1 *Canonici vndè dicti.*
2 *Canonici dicti à Canone, siuè Regula.*
3 *Canonicorum status, qualis primùm fuerit in Ecclesia.*
4 *Canonicus Supranumerarius, dicitur Canonicus de vento.*
5 *Canonicatus definitio, vt sit Ius habendi Stallum, & locum in Choro ad cantandum, & legendum, ac Vocem in Capitulo, prouenient ex electione, & receptione in fratrem, reiecta.*
6 *Stalli, & loci assignatio in Choro, cuius sit effectus.*
7 *Canonicus sine prabenda, non videtur obtinere Beneficium, quàmuis possit ordinari ad Titulum Canonicatus, si distributiones sufficiant ad congruam sustentationem.*
8 *Prabenda, est quid diuersum à Canonicatu, nec inter se Canonicatus, & Prabenda proprias communicant qualitates.*
9 *Prabenda collatio, potest pertinere ad alium, quàm ad Capitulum, receptio verò ad Canonicatum, secus.*
10 *Prabenda Canonicalis qualitèr, & ex quibus constituatur.*
11 *Prabenda Canonicalis qua materia, & qua forma.*
12 *Prabenda assignatio in temporalitate, qua ratione nitatur.*
13 *Prabenda distinctio in spirituali, & temporali, minus congruè refertur ad prabendam Canonicalem.*
14 *Prabenda Canonicalis vnica est, & ea semper spiritualis, licèt vulgus confundat prabendali, qua consistunt in temporalitate, cum ipsa Prabenda.*
15 *Prabenda Collegiatarum, in quibus recipiuntur Virgines sub nomine Canonicarum, merè sunt temporales, neque in eis cadit Simonia.*
16 *Prabenda Canonicales ea quoque dicuntur, qua non sunt inter se, quoad temporalitatem distincta, sed posita in confuso, praterquàm ad certos effectus.*
17 *Prabenda Canonicalis quid sit, explicataq; eius definitio.*
18 *Ius, pro facultate aliquid faciendi.*
19 *Prabenda Canonicalis, quomodò differat à Canonia.*
20 *Prabenda alicuius pradia, impropriè vocantur Prabenda.*
21 *Possuntq; propria auctoritate permutari.*
22 *Prabenda, & Canonicatus annexio, alia perpetua, alia temporaria, siuè momentanea, & reuocabilis.*
23 *Annexio, propriè dicta, constituit indiuiduum per incorporationem.*
24 *Optio Prabendarum, nō potest fieri propria auctoritate, quando sunt annexa Canonicatibus annexione perpetua.*
25 *Prabenda censentur annexa Iuribus Canonia, si correspondeat numero Canonicatuum.*
26 *Prabenda cadit sub dispositione Canonicatus, tanquàm quid annexum Iuri Canonia.*
27 *Prabenda non annexa perpetua annexione, sed separabilis à Canonicatu, reputatur quid merè temporale, nec per illius Optionem intelligitur optari Prabenda Canonicalis, qua spiritualis est.*
28 *Prabenda annexio, annexione perpetua cum Canonicatu non prasumitur, neque inducitur ex sola annexione Iuri Canonia.*
29 *Prabenda, & Canonicatus annexio annexione perpetua, non prasumitur, sed potiùs distinctio.*
30 *Pensio reseruata super Prabenda, qua posteà optetur, an transeat ad optantem, vel potiùs debeatur per eum, qui illi consensit.*
31 *Pensionem reseruatam super Prabenda, qui soluere recusat sub pratextu Optionis facta, tenetur probare ipsam spiritualem prabendam fuisse optatam.*
32 *Prabendam aliter accipiunt homines rudes, quàm debeat accipi.*
33 *Prabenda Canonicalis, prout est spiritualis, sine nouo titulo, & collatione optari nequit.*
34 *Statutum ità interpretandum, vt minus quàm fieri possit, deroget Iuri communi.*
35 *Prabenda, quatenus Aegidio Bellamera decis. 63. visa est quid spirituale, vbicunque est distincta ab alijs, habetq; certū corpus, existimatumq; est, nō posse eam optari alitèr, quàm mutato titulo, & contrariam consuetudinem esse contrà Ius, quomodò, & qualiter id sit intelligendum, vt possit subsistere.*
36 *Distributiones quotidiana qua, & quo Iure percipiantur.*
37 *Eadem, quando dicantur portiones Prabendales.*
38 *Eadem vetita alijs dari, quàm personalitèr Diuinis interessentibus.*
39 *Etiā quod quis esset priuilegiatus circa prasentiā,*

QVÆSTIO XIX.

Canonicorum Receptio, & Præbendarum applicatio, vti fiat.



HÆC cum ità de Collegiatis Ecclesijs, tàm in eorum ortu, quàm in occasu constituerimus, necesse est, vt nùnc de earum personis dicamus, vt inde etiã doceamur, quomodò in eisdem Ecclesijs beneficia efformentur. Sodales itaquè (vt ità loquar) cuiuscunquè Ecclesiæ Collegiatæ, (his Regularibus exceptis, qui, præter aliquos paucos, ob humilitatem nomen istud abhorrent) Canoni-
1 ci † vocantur, non à Canone, qui illis penditur, (vt
putarunt aliqui, inter quos *Marsil. de redit. Eccles. par. 2. cap. 14. num. 11.* qui omnia ea tamen transcripsit ex *Ioan. Quintino Hæduo in repet. cap. de multa, num. 42. de præben.* multos enim sine hac pensitatione dari inferiùs ostendemus,) sed à
2 Canone, † prout Canon, Regulam significat, vt
per *Marsil. ibid. nu. 8.* non sanè quià hodie viuant sub Regula, vt viuunt Regulares, sed quià secundùm Regulas canonicas, ritè instituti sunt, quo ipsi cœteris viuendi normam præbeant; vt auctoritate *Aneber.* docet *Ioan. Kal. in suo lexico Iuridico in verb. Canonicus:* quod magis ad primæuum, quàm ad præsentem statum referri oportet; con-
3 sueuerant † enim Episcopi seligere Clericos ad
sanctiorem vitam aspirantes, eosquè assumere, ad effectum, vt secũ in clausura, paupertate, & Præpositorũ obedientia remanerent; vt ex *Toletan. concil. 2. cap. 1. & B. Aug. serm. 22. de comm. vit. Clericor. & serm. 36. ad Presbyt.* indèquè ortum habuisse Canonicorum ordinẽ, & Regulam in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, notauit *Franc. Coriolan. ad Concil. Toletan. 4. can. 22 pag. 535.* & conferunt, quæ tradidimus suprà *quæst. 14. ex num. 45.* per *tex. in can. scimus, & can. qui tua, & can. necessaria, 12. quæst. 1.* & ex auctoritate *Cuiac. in explicat. cap. quoniam, de vit. & honest. cleric.* nùnc verò longè aliter se res habet, vt est videre (nèc sine lachrymis) apud *Rodor. Zamor. Episc. in specul. vitæ humanæ. par. 2. cap. 19.*

In conferendis autem Canonicatibus, tres actus distincti concurrunt, qui suos habent peculiares
4 effectus. Prior est simplex Receptio † in sodalem,
seu fratrem: & si Ecclesia sit numerata, receptio autem fiat vltra numerum, nihil vltra tribuit, quàm vt receptus dicatur Canonicus de tali Ecclesia, atque totum istud Ius consistit in simplici ventoso nomine; vt docet *Abb. in cap. dilectus filius, il primo, quod in ordine est 19. sub num 8. ad finem vers. & de isto sic recepto, de præben.* si autem intra numerum, consequitur plenum Ius Canoniæ consistens in danda voce, & in alijs functionibus canonicalibus, vt optimè docet ibidem *Abb. n. 7. & nos exponimus supra quæstio 14.*
5 Et proptereà definitio Canonicatus, † quam
ponit *Hoieda, in tract. de compat. benef. par. 1. c. 12. num. 1.* vt sit *ius habendi stallum, & locũ in Choro ad cantandum, & legendum, ac Vocem in Capitulo, proueniens ex electione, & Receptione in fratrem;* non conuenit illi primo Canonicatui ventoso, sed huic tantum, verum nec sic recepto, licèt competat tale Ius, competit etiam exercitium.

Atque ideò hinc sequitur secundus actus, qui consistit in hac Assignatione stalli, & loci, cuius
6 effectus † consistit in Iure obtinẽdi distributiones
quotidianas, & alia emolumenta ob seruitium Ecclesiæ consueta præstari, nec vltra se extendit, vt est *tex. clarus in cap. relatum, de præben.* Neque verò hic Canonicus dicitur Præbendatus, sed Canonicus simplex ad differentiam eius, cui assignata est Præbenda, vt probat *tex. in can. Sanctorum, § omninò autem 70. distinct.*
7 Hactenusquè hunc † Canonicum existimo, mini-
mè posse dici Beneficiatum, cum essentia beneficij consumetur in dote, quæ in præbenda ipsa consistit, vt probat *tex. in d. cap. dilectus, 19. ibi, vt receptus in Canonicũ præbendæ beneficio defraudetur,* nec tamen prohibetur ordinari ad titulũ talis Canonicatus, si distributiones sufficiunt ad congruam sustentationem, nàm habet nihilominus titulum, ex his, quæ docuimus *supra quæst. 2. nu. 24.*

Tandem ergò subsequitur assignatio Præbendæ: vt hinc intelligas, nihil commune habere Præben-
8 dam † cum Canonicatu, nequè in substantia,
nequè in qualitatibus, circumscripto effectu perpetuæ annexionis, quæ est contingibilis; nam etiã vbi simùl reperiũtur, possint habere diuersas qualitates, quæ non confundantur, velùt cum soli Canonicatui, vel soli præbendæ, annexus est ordo Sacerdotalis, nihil enim prohibet, ità posse constitui,
vt

vt per tex. *in clem. vt ÿ, qui in 2. respon. de ætat. & qualit.* tradunt *in cap. ex cui de præb. in 6. Gemin. num. 12. Ioan. Andr num. 6. & Franch. ibid. nu. 6. respondit; Rota me informante in vna Constantien. Canonicatus 8. Iuny 1612. coram R. P. D. Pirouano, inter recent. decis. 421. nu 6. par. 1.*

9 Neque etiam † necessariò conueniunt in ipso articulo collationis, aut respectu temporis, vt patet ex præallegatis textibus, aut respectu Collatorum, quia receptio in Canonicum, radicatur in ipso Capitulo, nec ab eo vsquam auellitur, nè quis fiat de Vniuersitate contra ipsius Vniuersitatis voluntatem, super quo est fundata ratio, vt etiam si Papa prouideat de Canonicatu, adhuc exigatur traditio possessionis Capitulariter, quæ receptionis vim obtineat, vt pariter alibi opportunius explicabimus; collatio autem præbendæ nihil est, quin ad Episcopum, vel ad alium spectare valeat, *vt est tex. clarus in c. eam te, de rescrip. & in cap. dilectus filius el terzo, quod in ordine est 34. de præben.*

Vt autem actus hic assignationis Præbendæ, in quo consumitur beneficium (vt sic dicam) Canonicale, bene intelligatur, est aduertendum, Præben-
10 dam † Canonicalem, de qua noster est sermo, non institui ex solo Iure percipiendi temporalia ratione Canoniæ, vt videtur voluisse *Cardin. in clemen. vlt. num. 10. de preben.* neque ex sola assignatione temporalium pro ipso Officio, & institutione citra Ius Canoniæ, vt visa est sentire *gloss. in cap. cum M. Ferrarien. in verb. receperunt, de constit.* sed confici ex his duobus simul iunctis, ac prorsus cōnexis, videlicet Iure spirituali percipiendi, & reddi tu perceptibili, in quem illud Ius possit exerceri, vt clarè docet *Innoc. in cap. maioribus in princip. vers. quia hoc nomen, de praeben.* & simpliciter sequitur (quamuis mentem Innocen. non satis videatur assequutus) *Bero. in rubr. nu. 5. de rebus Eccles. non alienan.* & propterea dicemus, subiectum
11 prębēdæ esse Ius spirituale † percipiendi temporalia, causam verò formalem, esse assignationem redituum temporalium, vt colligitur *ex ead. Innoc. doctrina.*
12 Ratio autem † assignationis est, vt qui est institutus, & habet officium in Ecclesia, non careat debito stipendio, quod ex temporalitate illa percipitur, *d. cap. relatum, & sentit gloss. in præallegato cap. Cum M. in verb. receperunt de constit.*

Et proptereà quantum pertinet ad Præbendas
13 Canonicales, non satis aptè distinxerunt † aliqui Præbendam spiritualem à Præbenda temporali, referentes illam ad Ius ex Canonia emergens, & hanc ad fundos, & alia huiusmodi; nam si supponas, illud Ius esse sinè assignatione redituum temporalium, non potest dici præbenda, ex quo non datur aliquid, quod præbeatur, vt subtiliter aduertit *Innoc. in d. cap. maioribus vers. & hac ratione;* Rursus si supponas, præberi aliquos reditus, citra Ius illud spirituale Canoniæ, poterit quidem dici Præbenda, prout hæc vox sumitur in laxiori significatu, de quo *per Hoied. d. cap. 12. num. 2. & per Rauden. de Analog. cap. 6. num. 29.* sed haud quaquàm dicetur Præbenda Canonicalis, & hic est sen- sus *gloss. in d. cap. cum M. Ferrarien. in verb. receperunt.* Et qui aliter diceret, simul ostenderet, se non intelligere, quid sit Præbenda Canonicalis, vt ità nuncupatim scripsit *Cardin. in consil. 143. nu. 1.* Indè enim dicetur Præbenda, sed non Præbenda Canonicalis, *Bald. in d. cap. cum M. Ferrarien. num. 10. de constit.*

Non ergò sunt plures, sed vnica est Canonicalis
14 Præbenda, & ea † perpetuò Spiritualis, *cap. dilecto § præterea de prebend Card. d. cons. 143. nu. 1.* temporalia enim illa, non Pręebenda (nisi secundùm Vulgus) sed præbendalia dicuntur, & quæ ideò ex consuetudine possunt optari, retenta semper eadē Spirituali Præbenda, iuxta dispositionem *text. in cap. vlt. eod. tit. de prebend. in 6.* & benè explicat *Cardin. in cons. 126. num. 4. vers. & secundū hæc,* adeò vt subiectum istius optionis non sit præbenda, sed Prædia præbendæ, vt loquitur *Cassador. decis. 17. num. 2 eod. tit. de preben.* qua de re inferiùs agetur.

15 Ab hac tamen † indagine, prorsùs remotæ sunt præbendæ illæ in aliquibus Ecclesijs secularibus Virginum, quæ sub nomine Canonicarum, constituunt Capitula, velnti in Ecclesia Diui Petri de Romaricomonte, quæ nullam emittunt professionem, retinent proprium, & possunt ad domos suas reuertentes, Matrimonium contrahere; licèt interim degant sub regimine vnius Abbatissæ Regulam professæ, iuxta decretum Honorij III relatum *in cap. cum dilecta de maior. & obed.* de quibus etiā habetur *in c. Indemnitatibu § supradicta de elect. in 6.* & tradunt *Azor. moral. Instit. tom. 1. lib. 13. cap. 9. sub litera D, vers. quinto quæritur, & Petr. Greg. Tholos. syntag. Iur. lib. 15. cap. 19. n. 9. cum alys cumulatis per Rotam in Vna Tullen. seu Nullius Iurisdictionis 27. Nouembris 1624 & in alia Tullen. seu Nullius Prebendarum 26. Februar. 1625. coram R. P. D. Buratto.* Præbendæ tamen talium Canonicarum, vsque adeò merè temporales sunt, vt sint expertes cuiusuis spiritualitatis, & in consequens simoniæ, *Verall. decis. 356. nu. 6. par. 2.*

16 Est tamen aduertendum, connexionem † illam iuris percipiendi cum reditu perceptibili, non ità esse intelligendam, vt hinc excludantur à numero præbendarum Canonicalium, quæ non sunt inter se quoad temporalitatem distinctæ, sed positæ in confuso, præterquàm quoad certos effectus, hoc enim nihil refert, *Abb. in cap. cum M. Ferrarien. nu. 30. ad finem, & num. 31. de constit.*

17 Neque † enim aliud est præbenda hæc Canonicalis (vt tandem eam ità explicemus) quàm ius percipiendi fructus in Ecclesia, cui præbendatus seruit, cōpetēs ex officio diuino, tāquàm vni de Collegio, ità *Hostien. in summa de preben. num. 1. Cardin. in Clem. vlt. num. 10 eod. tit. Hoied de benefic. incompatib. par. 1. cap. 12. sub num. 1. vers. at verò prebenda.*

18 Dicitur autem Ius, † idest facultas à Iure, vt sumitur *in princip. Institut. de vsufr.* & alibi passim, & diximus supra, dùm beneficium definiremus *quæst. 3. num. 2.* & proptereà est quid merè incor-
19 porale, differens tamen † a Canonia, eo modo,

quo differt causatum à sua causa, nàm Canonia
est ius prouenients ab electione, & receptione in
fratrem, cuius effectus est Institutio, & officium;
Præbenda verò est Ius procedens ex ipsa constitu-
tione, & officio, ex illa necessaria consequutione,
vt Altari seruiens de Altari viuat, prout ità magi-
straliter docet glos. in cap. Cum M. Ferrarien. in
verb. receperunt, de constit.
20 Proindequè quatenus † Prædia aliqua sunt assi-
gnata singulis præbendis, ea quidem vocantur præ-
bendæ, vt per glos. in d. cap. Cum M. Ferrarien.
in verb. nihil perceperit, sed minùs propriè, Card.
cons. 126, nu. 4. cum verius sit, ea esse non præben-
das, sed (vt dixi) præbendalia, cap. inter cætera,
21 de praben. consistunt enim in mera, † & nuda tem-
poralitate, & ideò inter ipsos Canonicos possunt
permutari absque vlla labe Simoniæ; Hostien. in
cap. Quæsitum, nu. 2. de re permutat. & super hoc
fundatum est Ius optandi in Ecclesijs, nàm licèt sin-
gulæ præbendæ consueuerint annecti singulis Ca-
nonicatibus, refert tamen videre, qua annexione
sint connexæ.
22 Alia est enim annexio † perpetua, per quam sci-
licèt ità addictum est prædium præbendale certo
Canonicatui, vt ab eo nō possit diuelli, vel per mo-
23 mentum separari; quæ est vera, & propria † an-
nexio, veluti indiuiduum cōstituēs per incorpora-
tionem, l. quemadmodum, C. de Agricol. & censit.
lib. 11. Alciat. in l. soluendo 114. sub nu. 5. vers. ac-
24 cessione, de verb. signif. & hoc casu † in tantum
est permissa Optio, in quātum interuenit auctori-
tas Superioris habentis Instituere, ex doctrina
Hostien. in d. cap. Quæsitum, num. 3. Card. d. con.
sil. 126. sub num. 4. vers. & secundum hoc intel-
ligitur.
Alia autem est annexio reuocabilis, quæ benè se
25 compatitur cum ipso Iure optandi, & † hæc quàm-
uis perpetuò hæreat Iuri spirituali respectu Cano-
niæ, quod colligitur ex correspectiuitate numeri,
Abb. in cap. Maioribus, num. 4. vers. quandoque, &
26 in cap. dilecto, nu. 6. de praben. ac propterea † ca-
dat sub dispositione Canonicatus, tāquam quid il-
li perpetuò annexum, Verall. decis. 359. n. 1. par. 2.
& fuit decisum in Hipporegien. præbenda, 23. Ia-
nuarij 1608. coram Reuerendissimo Hierosolymi-
tano, & in Conchen. Coadiutoria, 27. Nouembris
1619. coram bo. me. D. Seleucien.
27 Nihilominus, † propter illam separabilitatem
à singulis Canonicatibus, ad effectum optādi repu-
tatur quid merè temporale, nec intelligitur di-
mitti, seù optari præbenda Canonicalis, quatenus
verè præbenda est Ius spirituale, sed ea semper re-
tinetur, vt benè explicat Card. d. cons. 126. cum
quo transiuit Rota apud Cassad. decis. 57. num. 2.
28 & 3. & per tot. de præben. sola enim † ea destina-
tio, & addictio præbendarum singulis Canonica-
tibus, licèt probet connexionem, non tamen pro-
bat annexionem perpetuam, & incompatibilem
cum Iure optandi, vt discusso articulo, tenuit Ro-
ta apud Put. decis. 196. in nou. lib. 3. præsumitur
29 enim † distinctio, donec probetur annexio, vt post
Lapum Abb. Io. Andr. & Franch. censuit Rota
in supraallegata decis. 421. nu. 6. par. 1. in recent.
30 Hincque si reseruetur † pensio super fructibus
alicuius præbendæ Canonicalis in Ecclesia, in qua
vigeat Ius optandi, non censebitur reseruata super
Prædio præbendæ, sed super præbenda, prout est
Ius percipiendi fructus ex illo, vel alio prædio:
Vnde si fiat optio, & quæratur, quis teneatur ad so-
lutionem pēsionis, id obseruatur, an fuerit dimissus
titulus Canonicalis, & alius optatus, & tùnc pro-
culdubio tenebitur is, qui optauit dimissum, Gig.
de pensio. quæst. 63. num. 2. Aut potius fuerit sim-
pliciter dimissa præbēda, idest prædium, vel portio
præbendalis, assignata Canonicatui, retento eodē
titulo, & tùnc non tenebitur qui dimissam opta-
uit, sed qui dimisit, ex quo retinuit sibi eundem ti-
tulum, illamquè præbendam spiritualem, super qua
fuit pēnsio reseruata, ità discusso maturè articulo,
fuit decisum in vna Vercellen. pensionis, 13. Maij
1602. coram bo. me. Cardinali Lancellotto, cuius
etiam meminit Gonzal. ad regul. de mens. glos. 34.
sub num. 47. vers. & fuit quoque, in nouiter im-
pressis, vbi alias quoque adducit, Mantica de-
cis. 279. num. 1. & 2. cum seqq. Seraph. decis. 1429.
n. 4. & fuit nouissimè decisum in vna Lucana pen-
sionis, 29. Ianuarij 1618. corā bo. me. D. FRANCI-
SCO VBALDO, Viro eloquentissimo, cui Pallas,
purpureum amictū, quem illi perpetua Innocentiæ
trama, proprijs contexuerat manibus, remoranti
valetudini indignata, die 17. Martij 1626. in aureū,
sed cœlestem, sed æternum conuertit; in qua fuit
etiam adducta auctoritas Monetæ in tract. de di-
stribut. quotid. par. 3. quæst. 8. num. 15. & 16. & in
tract. de optio. cap. 7. quæst. 3. conclus. 3. ex nu. 33.
Proindequè vbicumque is, qui dimisit, sub hoc
prætextu, vult euitare onus huiusmodi pensionis, te-
31 netur † ipse iustificare, quod fuerit optata præben-
da ipsa spiritualis, & sic nouus titulus, Put. d. de-
cis. 196. sub num. 1. vers. ex cuius dictis, lib. 2. cum
alijs adductis in d. Lucana pensionis.
32 Quandoquidē † in hac materia frequēter æqui-
uocatur, nam rudes facilè inferunt ad veram an-
nexionem, & spiritualitatem ex possessione, vt fuit
consideratum in præallegata Vercellen. pensionis,
vrgetquè interim semper præsumptio in cōtrariū,
33 cum Iuri admodum aduersetur, quod † præbenda
Canonicalis, prout est Spiritualis, sine nouo titulo,
& collatione optetur, Rota de consuetud. decis. 6.
num. 1. cum seqq. in nou. Calderin. eod. tit. cons. 7.
Cassad. & Card. locis supra allegatis, & fuit con-
sideratum in dicta Lucana pensionis.
34 Et in dubio facienda est † interpretatio, per
quam statutum de optando, vel se conformet, vel
minus quàm fieri possit, deroget Iuri cōmuni, cap.
Cum dilectus, de consuetud. Roman. consil. 197.
num. 2. Alexan. cons. 106. num. 9. lib. 5. & cons. 117.
num. 12. lib. 6.
Nequè istis aduersatur Aegid. decis. 63. vbi cen-
35 suit † præbendam censeri quid spirituale, vbi-
cunq; est distincta ab alijs, habetq; certū corpus,
nec posse aliter fieri eius optionem, quàm mutato
titulo, eamq; consuetudinem perpetuò esse contra
Ius: nam vel ea decisio est intelligenda de præben-
dis quidem distinctis, sed quæ per se constituunt
titulum beneficialem, puta si alicui Canonicatui
esset

esset annexum Præstimonium, quod esset titulus
beneficialis de per se, vt aduertit Cassad. decis. 17.
num. 6. de præbend. & sic, annexum non per incor-
porationem, & accessoriè, sed æquè principaliter,
vt declarat Mantic. decis. 224. num. 3. & per tot.
Vel assumptum non subsistit in puncto Iuris, quia
confundit præbendam, quæ constituitur ex bonis
corporalibus Canoniæ, cum ipsa Canonia, vt latè
tradit Cassad. d. decis. 17. num. 4.

Eximuntur autē ab hac controuersia distributio-
36 nes quotidianæ, † quæ dantur solis interessentibus
personalitèr in diuinis Officijs, & dicūtur victualia,
cap. de cætero, vbi gloss. & scribentes communitèr
de Cleric. non resident. nàm istæ dantur Iure peni-
tùs abstracto à beneficio, seù præbenda, videlicet
propter illam operam personalē, quæ diuinis im-
penditur, Oldrad. cons. 118. num. 1. Cas. de Grass de-
cis. 116. num. 4. Rota decis. 275. nu. 5. par. 2. diuers.
siuè fiat distributio dietim, & singulis horis, siuè in
certis partibus anni, habito respectu ad horas, &
dies, Achill. decis. 275. per tot.

37 Etenim, si distributio † fieret in certas quotas
perpetuas ex priuilegio, vel Statuto, puta quia di-
uidendus esset aceruus, seù Massa in duodecim
partes pro totidem personis, iàm istæ portiones
dicerentur merè præbendales; nec vlla inter illas,
& reditus præbendales, siuè præbendalia prædia
esset differentia, quoad omnem Iuris effectum, ea
ratione, quod distributio fiat non habito respectu
horarum, & dierum, sed numeri personarum, vt be-
nè declarat Innoc. in cap. Dilectus il primo, nu. 5.
& post eum Abb. num. 8. vers. & ideo vt dicit, de
præben. sequitur Menoch. cons. 1176. nu. 9. & 10.

38 Vetitumquè est † eas alijs dari, quàm persona-
liter diuinis interessentibus, cap. vn. §. statuimus
eod. tit. de Cler. non resid. in 6. cap. quia per ambitio-
sam, in verb. exceptis, de rescript. eod. lib. Rota de-
cis. 26. sub n. 1. vers. & si dicatur, de præb. in nou.
39 Cas. de Grass decis. 120. num. 4. Etiamsi † quis
esset priuilegiatus circa præsentiam, ex Iuris priui-
legio, Hosea. de benef. incompat. par. 2. cap. 10. sub
40 nu. 16. vers. tamen distributiones; exigitur † enim
ad istum effectum ipsa interessentia, & personale
seruitium, quod est quid amplius præsentia, Cas-
sad. decis. vn. num. 1. ad fin. vers. sed maior pars, &
num. 2. de Cler. non resid. Couar. var. resolut. lib. 3.
41 cap. 13. num. 2. ideò vt suffragetur † priuilegium,
debet esse super interessentia, quale est priuilegiū
concessum à Iure, infirmis, & indebitè expulsis, vel
carceratis, vel aliter iustè impeditis, de quo in d.
cap. vn. cum ibi not. Couar. vbi sup. num. 8. Guttie-
rez can. quæst. 1. ex num. 137. Nauar. cons. 8. 10.
& 11. de Cler. non resident.

42 An autem debeantur † Canonicis supranume-
rarijs, non leuis est controuersia, pro qua sedanda
Menoch. in præcitato cons. 1179. num. 7. distinguit
plures casus, sed parum fęliciter, cum materiam
præbendarum videatur quidem separare à materia
distributionum in 1. & 2. casu, sed mòx illam
in 3. confundat ex num. 14. Indeq; multa conuol-
uat, quæ inter se minùs conueniunt.

43 Ideò † cuncta reducendo ad suos terminos, cir-
cumscripta cōsuetudine cuiusq; Ecclesiæ, quæ pri-
mas in hac re sibi vindicat partes, Felyn. in cap.
cum M. sub num. 23. ad finem de constit. Staphil.
in 1. part. expect. nu. 11. & 12. Franc. de March.
qui alios cumulat decis. 1045. num. 4. par. 1. Mo-
neta de distribut. quotid. par. 2. quæst. 1. num. 10.
breuiter distinguo: Aut receptio soluit numerum,
& hoc casu debentur: aut non soluit, & non deben-
tur; nàm sicuti primo casu, receptus ex ea rece-
ptione cōsequitur omnem cōmoditatem in Col-
44 legio, † & ità commoditatem hanc lucrandi di-
stributiones, ex rationibus benè ponderatis per
Castrens. cons. 170. nu. 1. lib. 1. quibus addi potest,
quod istæ distributiones sint portiones consequu-
tiuæ ad personam, vt voluit Gemin. in cap. vlt. §. in
illis sub nu. 3. vers. quædam sunt portiones de con-
cess. præben. in 6. In secundo casu nullam commo-
ditatem cōsequitur; habetq; tantum Ius quoddam
ventosum, & hoc est totū illud, quod docuit Abb.
in præcitato cap. dilectus nu. 8. de præbend. vbi cla-
riùs Anchar. nu. 6. & 7. & in id tendunt omnia
deducta per Menoch. ex d. num. 19. per quatuor se-
quentes casus ibi per eum positos vsque ad n. 22.
& per Monetam d. quæstio 1. ex nu. 4.

45 Intelligitur autem † solui, vel non solui nume-
rus, cùm id verbis, vel facto declaratur; si enim ver-
ba deficiant, non est existimandum, receptionem
factam esse animo soluendi numerum, & sic cæte-
ris iàm receptis præiudicandi, Castr. d. cons. 170.
sub num. 2. in vlt. col. vers. prætereà non videtur
verum.

46 Ad coniecturam † ergò facti recurrendum est,
quæ in assignatione Stalli in choro, & loci in Capi-
tulo consistit; tùnc enim demùm habetur pro Ca-
nonico, etiam quoad distributiones quotidianas,
nec alitèr reputatur possessor; caretq; ideò omni
commodo, ità elegantèr consuluit idem Castren.
cons. 365. incip. super 1. & 2. dubio, num. 3. lib. 1.
47 nisi fortè † in eo etiam actu declarasset Capitu-
lum, se non intendere frangere numerum, sed eum
tāquàm simplicem supranumerarium habere, quia
tunc censeretur illi dumtaxat constituere quoddā
Ius extraordinarium, Abb. in cap. cum M. Ferra-
rien. sub num. 31. versic. aut Canonici recipiunt
aliquem, de constit. quem ibi sequitur Felyn. sub
num. 23. vers. hanc conclusionem limita; & benè
hæc eadem, satisq; ordinatè, & copiosè explicat
Moneta vbi supra.

Et idem dicendum est in recepto de mandato
48 Papæ, † nisi iussum fuisset, recipi cum plenitudine
Iuris Canonicalis, vt ijdem Abb. & Felyn. ibidem
docuerunt, & Butr sub num. 66. vers. ego autem
in hoc, & idem tradit in cap. si pro illorum sub
num. 26. ad fin. vers. sed si mandatur, de concess.
præben. Franc. de March. decis. 1045. num. 8. &
49 ideò inoleuit † stylus semper hanc clausulam ap-
ponendi, prout aduertit Staphil. de expectat sub
num. 38. vers. & quod dictum est de distributioni-
bus, de qua re latiùs agit Moneta d. quæst. 1. nu. 13.
50 qui pulcherrimum † tractatum super hac distri-
butionum materia conscripsit.

SVMMARIVM.

1 Ecclesia alia Curata, alia sine Cura.
2 Ecclesia Collegiata potest esse Curata.
3 Cura animarum quid sit.
4 Text. in cap. Omnis vtriusq; sexus de Pœniten. latè expositus,
5 Cura animarum fundamentalitèr commissa fuit Petro, alijs verò Apostolis dependentèr ab ipso.
6 Peccatorum in reatum relabentium, vel à Religione apostatantium, quæ olim vltio.
7 Exomologesis descriptio.
8 Confessio priuatim, de peccatis priuatim factis, ab initio etiam vsitata.
9 Exomologesim cuiusmodi sequeretur absolutio.
10 Pœnitentiarij nomen, & officium.
11 Exomologesis, quomodò, & inter quos retenta.
12 Confessio auricularis in Occidentali Ecclesia perpetuò retenta.
13 Sacerdos proprius, quis dictus.
14 Custodia nomen generalissimum, & quid importet.
15 Cura, vox, per allusionem quid importet.
16 Morborum corporalium duplex curandi ratio.
17 Animæ ægritudo ex peccato contrahitur, & qualitèr curetur.
18 Correptio publica, necessaria pro expiando peccato publico.
19 Pœnitentia, medicina est peccati.
20 Cura alia fori iudicialis, & alia fori Pœnitentialis.
21 Cura fori Iudicialis quæ, & apud quos esse possit.
22 Cura eadem posita in Archidiacono, vel Decano Capituli, quà latè pateat.
23 Et an extendatur ad potestatem excommunicandi, hincq; aliquid detrahatur de Iurisdictione Episcopi.
24 Cura Iurisdictionalis dicitur Cura animarum largè, sed tamen propriè.
25 Censura Ecclesiastica non est pœna corporis, sed medicina Animæ.
26 Nec ideò recedit à ministerio Curæ.
27 Excommunicatio, quæ fertur ratione Curæ, non exigit causæ cognitionem, vel citationem.
28 Prælatura, cui incumbit Cura animarum, rectè dicitur Beneficium Curatum.
29 Et in ea militat dispositio textus in cap. de multa de præbend.
30 Contrarium tamen hic firmatur.
31 Incompatibilitas ex duplici Cura, de qua Cura intelligatur.
32 Cura Iurisdictionalis vix cadit in alijs Ecclesijs, quàm in Collegiatis habentibus Prælatos, & quarè.
33 Fori Pœnitentiolis, siuè interioris solus Deus Iudex est.
34 Absolutionis verba prolata à Sacerdote in Sacramento Pœnitentiæ, quomodo exponantur.
35 Sacerdotis officium in actu absolutionis Sacramentalis, quò se extendat.
36 Satisfactionis debita per pœnitentem, quæ summa sit.
37 Pœnitens de peccato lugere debet, & quandiù.
38 Baptismus imprimit in animam characterem indelebilem Christianæ Militiæ, cuius Imperator est Papa.
39 Princeps quoquè subijcitur Rectori propriæ Parrochiæ.
40 Rex etiam iugitèr diuagans per Regnum suum, subijcitur tamen Episcopo Metropolis, in qua habet præcipuum habitaculum.
41 Principibus totum eorum territorium stat in domicilium, ad effectum, vt in eo possint citari.
42 Princeps censetur habere proprium Parrochum, non secus ac alij priuati.
43 Parrochialitas ex sola habitatione non constituitur, præterquam quoad Sacramenta necessaria.
44 Nisi concurrat animus perpetuò habitandi.
45 Parrochia ex momento habitationis contrahitur, non expectato quod habitetur pro maiori parte anni, modò cõcurrat animus perpetuò habitãdi,
46 Domicilij destitutio ex constitutione alterius, quomodò inferatur.
47 Domicilij nouitèr instituti argumentum est, si illata sit maior pars rerum; ibiq; quis assiduè conuersetur, & dies festos colat.
48 Domicilium potest in pluribus locis haberi, modò æqualitèr retineatur.
49 Aequalitas autẽ hæc, quomodò ex tẽpore æstimetur.
50 Aestas, ab hyeme qualitèr diuidatur.
51 Habitatio ad tempus, & ex causa aliqua resolubilis, nusquàm infert constitutionem domicilij.
52 Parrochialitas æstimatur ex solo domicilio, non ex sola habitatione, præcipuè in Matrimonio.
53 Curata Ecclesia quæ dicatur.
54 Curata Ecclesia, an diuersa sit à Parrochiali.
55 Ecclesiæ Ruralis Præfectus, an sit propriè Parrochus.
56 Et quando habeatur, tanquàm simplex Minister ait rius.
57 Cura animarum, prout refertur ad simplex exercitium, potest esse sine Parrochialitate.
58 Parrochia quid sit.
59 Ecclesia non ideò dicetur Curata, vel Parrochia. itiquia in illa exerceatur animarum Cura.
60 Curata, à non Curata Ecclesia, sub qua animaduersione distinguatur.
61 Episcopus, vbi sunt distinctæ Parrochiæ, non dicitur proprius Rector totius suæ Diœcesis.
62 Parrochiæ vnius Rector, non potest officium suum exercere vltra limites suæ Parrochiæ.
63 Parrochiæ singulæ, singulis Rectoribus assignandæ, & quarè.
64 Episcopus non potest obtinere cum Episcopatu Parrochialem.
65 Parrochia semel diuisa, non debet iterũ confundi.
66 Oldradi cons. 67. num. 3. super compatibilitate Episcopatus cum Ecclesia Curata, reiectum.
67 Episcopus non potest obtinere Ecclesiam Parrochialem, nequè Curam in se resumere.
68 Cura partitio constituit Ius nouum, & proprium ab Episcopatu distinctum.
69 Neque tamen hinc soluitur Ius Episcopale.
70 Episcopus etiam citra casum negligentiæ, potest se ingerere in Cura animarum vnius Parrochiæ.
71 Parrochiarum distinctio Dionysio attributa, fuit localis,

72 Par-

72 *Parrochialium distinctio, prorsùs attribuitur Episcopis.*
73 *Decimandi Ius, Parrochiam sequitur.*
74 *Decimæ spectant ad Rectorem Parrochialis, non autem ad illius Vicarium, quantumcunquè perpetuum, cui sola congrua debetur.*
75 *Idemquè, si Cura animarum spectet ad Capitulum.*
76 *Decimæ de Noualibus, spectant ad Parrochum.*
77 *Parrochialium diuisio contigit post diuisionem Episcopatuum.*
78 *Nec per alios potuit fieri, quàm per Episcopos.*
79 *Decimæ omnes, ante diuisionem Parrochialium, erant sub manu Episcopi, illudque Ius per diuisionem huiusmodi non fuit ab eo abdicatum, sed dumtaxat communicatum.*
80 *Decima de nouis fructibus debetur Episcopis, etiam in Parrochijs distinctis.*
81 *Quarta decimarum, qua ratione per Episcopum percipiatur de manu Rectoris Parrochiæ.*
82 *Quarta eadem, debetur Episcopo Iure proprio.*
83 *Et Episcopus, pro huiusmodi quarta, cōcurrit cum Parrocho, eodem Iure reali, ratione coniunctionis, & vniuersali Cura quam habet in omnibus Ecclesijs sibi subiectis.*
84 *Episcopus, & Parrochus concurrunt ad Decimas dimissas per Laicum coæqualiter, & tanquam partiarij.*
85 *Quarta decimarum, quod debeatur Episcopo ex consuetudine, reiecta opinio.*
86 *Decima debita Episcopo in certa specie fructuum, ab eo intelligitur percipi eodem Iure coæquali cum Parrocho.*
87 *Decima consueta percipi per Episcopum in aliena Parrochia, siue de quota, siue de certa specie fructuum, præsumitur retenta, vsque ab initio limitatæ Parrochiæ in signum recognitionis.*
88 *Decima Quarta Episcopo debita, est augumentabilis ex consuetudine.*
89 *Exigitur tamē probatio cōsuetudinis præscripta.*
90 *Decimæ Ius in certis fructibus non alteratur per mutationem seminis, quominus debeatur Decima de fructibus surrogatis.*
91 *Quod tamen non admittitur, nisi in Episcopo.*
92 *Decimarum perceptione, si spolietur Ecclesia per Rectorem Ecclesiæ Parrochialis, non competit ei restitutio.*
93 *Nisi tamen possessionem suam iustificet, vel ex immemorabili, vel ex titulo colorato.*
94 *Episcopo agenti ad decimas contra Parrochum, seu in concursu cum ipso nomine Ecclesiæ sibi vnitæ, Ius resistit, nec ideo concurrit Iure coæquali.*
95 *Nisi Ecclesia vnita, itidem esset Parrochialis.*
96 *Decimarum in exactione, vsque adeo Parrocho Ius assistit, vt ob id solum debeat manuteneri.*
97 *Nisi tamen assistentia hac reddatur turbida.*
98 *Parrochiæ limites sunt liquidandi, ad effectum, vt Parrocho Ius dicatur assistere pro exactione Decimarum.*
99 *Limites Parrochiæ, minus aptè deducuntur ex limitibus Territorij, vel Iurisdictionis.*
100 *Decimas exigēdi quasi possessio, non suffragatur illi, qui non docet de Parrochia, & limitibus suis.*
101 *Decimas qui prætendit, qualificat actionem ex situ, & finibus suæ Parrochiæ.*
102 *Episcopus agens ad decimas, excluditur, præterquàm si agat pro Decimis intra limites suæ Cathedralis.*
103 *Vel pro decimis positis in Territorio nullius Parrochiæ.*
104 *Oblationes, & mortuaria debentur Parrocho secundum consuetudines locorum.*
105 *Quarta funeraliū, Episcopo de Iure cōmuni debita.*
106 *Quarta decimarum, & quota relictorū, ex quadragenaria contra Episcopū prorsus præscriptibilis.*
107 *Quemadmodum, & præscriptibilia sunt eademmet Iura contra Parrochialem per Matricem.*
108 *Parrochiali erecta intra limites Matricis, censetur in eam translatum Ius decimandi, per assignationem limitum.*
109 *Limitum assignatio pro Parrochiali intra limites Matricis, debet esse expressa, aliàs decima in eam non transeunt.*
110 *Cura animarum, pluribus non potest committi, cum sit Ius indiuiduum.*
111 *Ecclesia vna, non potest duobus Rectoribus desponsari.*
112 *Curā animarum, si plures exerceāt in vna, & eadē Ecclesia æqualiter, nullus ex ijs dicetur Rector.*
113 *Parrochialitatis status pluralitati Rectorum repugnat.*
114 *Ecclesia, in perpetua viduitate non debet esse.*
115 *Curæ diuisio, non cadit in ipsa substantia, sed tantum in exercitio.*
116 *Iurisdictio, in se non recipit diuisionem, sed tantum in exercitio, & propterea, quandò est in pluribus, in vnoquoque censetur inesse insolidum.*
117 *Vnicitas, quæ exigitur pro forma Indiuidui, potest esse tàm naturaliter, quàm ciuiliter.*
118 *Cura animarum frequenter est in toto Capitulo, vbi non adest particularis Prælatus.*
119 *Cura animarum capax est Capitulum.*
120 *Et qua ratione.*
121 *Capitulum, cui incumbit Cura animarum, dicitur sponsus, & Rector Ecclesiæ.*
122 *Cura animarum qualiter, & qualiter exercitium illius demandetur.*
123 *Vicarius perpetuus intitulatus in exercitio, dicitur verus Rector, & Parrochus.*
124 *Et per huiusmodi intitulationem, Ecclesia desinit esse Parrochialis principali Rectori.*
125 *Nisi fuerint reseruata emolumenta Parrochiæ.*
126 *Decimarum, & funeralium perceptio, iudicat quis sit verus, & proprius Rector Parrochiæ.*
127 *Vicario intitulato in exercitio Curæ habitualis, Cura adhuc remanet penès Superiorem.*
128 *Nec propterea intelligitur dissolui coniugium spirituale.*
129 *Quod tamen intelligitur de habitu Originali.*
130 *Vicarius perpetuus non constituitur, nisi per Papam, vel per Episcopum, vel denique per ipsum principalem Rectorem.*
131 *Cura animarum potest esse in Collegiata, neque tamen exerceri per aliquē de Collegio, & è cōuerso.*
132 *Cura eadē Collegij potest pertinere ad penitus extraneum ab ipso Collegio, Iure aliquo speciali.*

133 Cura

publicum fuisset peccatum, quæ, Exomologesis dicebatur, quasi petitio veniæ, implicans delicti confessionem, & detestationem, quæ tanta fiebat deiectione animi, tanto lamento, suspirio, & luctu, vt vniuersa collacrymaretur Ecclesia, pœnitente prostrato humi, facie inculta, veste mutata, incompto capillo, peruoluto ad aras Dei, ad pedes Sacerdotis, ambiente singulos, vt pro se elicerent misericordiam Dei, vt ex nostris commemorat Vir pijssimus, æquè, ac eruditissimus *Cuiac. in orat. de confess. impress. post comment. ad Ius Canonicum*, & ex verbis Tertulliani, benè exponit *Baron. loco supra citato num. 17.*

8 Priuatim † verò, si priuatim, secretòquè fuerat peccatum, vt ex verbis eiusdem Tertulliani, & aliorum ostendit idem *Baron. ibidem num. 18. & 19.*

9 Exomologesim sequebatur † absolutio, & reconciliatio per impositionem manus Episcopi, vel eo absente Presbyteri, seu alterius de Episcopi mandato, *Baron. ibidem num. 20. & 21.*

10 Cæteras † priuatas confessiones excipiebat Presbyter, cui onus istud recipiendi pœnitentes, fuerat demandatum in singulis Ecclesijs, & ab Officio, Pœnitentiarius dictus fuit, donec sub Decio Imperatore, excrescente lapsorum numero, Pœnitentiariorum etiam Presbyterorum numerus simul auctus fuit, vt pariter explanat idem *Baron. ibidem*

11 *num. 16. cum tribus seqq.* Qui mos † semper in Occidentali Ecclesia retentus est, idest quoad Exomologesim quadantenùs respectu publicè lapsorum, & inter Monachos, vt ex *B. Basilio*, notat *Baron.*

12 *in d. anno 56. num. 35.* respectu verò † Peccatorum occultorum, vt videlicet confessio fiat vni Sacerdoti, dumtaxat, absolutè, & perpetuò, vt *ibi per eum, & est tex. in can. quem pœnitet, qui in ordine est 88. vers. qui ergò confitetur, de pœnitent. distinct. 1. & sentit gloss. in can. 2. ead. distinct.*

13 Ex quibus constat, † proprium Sacerdotem, de quo in supradicto *cap. omnis vtriusque sexus*, esse primum omnium Papam, à quo potestas clauium deriuat in omnes, eiusquè Legatum in Prouincia. Itemque Episcopum, & eius Vicarium, & tandem ipsum Pœnitentiarium, siuè à Regimine Ecclesiæ seiunctum, siuè cum ipso Regimine addictum, quem Rectorem vocamus, seu Parrochum, *can. regula, & can. quacunquè 10. quæst. 1. Marian. Socc. in d. cap. omnis vtriusque sexus, nu. 3.*

His præhabitis, accedo ad explicationem propositæ per *Hostien.* Curæ descriptionis, Dicitur-

14 que in primis *Custodia*, † quod est nomen generalissimum, significatiuum non solum eius Curæ, quam quisquè bonus, ac diligens paterfamilias in suis rebus præstari solet, vt dicit *tex. in l. quod sæpè, 35. §. si res, ff. de contrah. empt.* sed eius etiam, quam præstari conuenit, & ità custodiæ exactioris, *l. Custodiam, ff. de peric. & commod. re. vend. gloss. in d. §. si res, in verbo adhibet.*

Quod vt expressiùs insinuaretur, additum est, *vigil, sollicita, & onerosa*, sunt enim expressiua

15 eius, in quod alludit Vox ista *Cura*, † quæ sic dicitur, quasi cor vrens, in reddendo sollicitum eum, qui illi præest, *Abb. in cap. de multa, sub num. 24. vers. nam dicitur cura, de præben.*

Pertinent autem verba hæc ad vtramq; Curam, idest tam fori pœnitentialis (quæ magis propriè cura dicitur) quàm fori contentiosi, quatenùs ad eundem finem est directa, nàm quemadmodum

16 in † morbis corporis, ægroti non omnes sola victus ratione curantur, cum multi sint, qui manuũ opera, & medicamentorum administratione indigeant, vt testatur *Galen. ad libr. Hippocr. de vict. ratio. in morb. acut. comment. 1. cap. 17. sect. 7.* ità animæ

17 ægritudo, quæ † ex peccato contrahitur, iuxta *gloss. in princ. in verb. quod autem ad med. vers. & ad intelligentiam 15. quæst. 1.* duplici modo curatur, vel scilicet per occultam correctionem, quæ ad forũ pœnitentiale pertinet si occulta sit, *cap. 1. de pœniten. & remiss. d. can. Quem pœnitet, de pœ-*

18 *nit. distinct. 1.* vel per † publicam correptionem iudicialem, si in publicum prodierit, Indeq; apud alios scandalum generauerit, *can. Quærat hic aliquis 47. in ordine de pœniten. dist. 3.*

19 Vt hinc pateat, curam † animarum, quæ pœnitentia conficitur, tanquàm medicina, vt habetur *in can. Multiplex, in can. Medicina, & can. Medicamentum, de pœnit. dist. 1.* duplicem esse; Alteram

20 fori † Iudicialis, & alteram fori Pœnitentialis:

21 Prior † dicitur potestas eijciendi, & recipiendi in Ecclesiam, visitandi, & corrigendi, & puniendi excessus, mediante excommunicatione, vel Interdicto, vt benè docet *Innocen. in cap. Cum satis, sub num. 2. vers. largè dicitur, de offic. Archid.* vbi subdit, curam hanc posse habere Archidiaconum, & alios inferiores Prælatos, qualis est Archipresbyter, vel Decanus Capituli, qui, vbi non adest Archipresbyter, eius vices, locumq; subit, *Rota de concess. præben. decis. 17. vers. sed caue, in no. Tolos. syntagm. Iur. lib. 15. cap. 21. num. 12. & de benef. cap. 10. num. 24. & in partit. canon. lib. 2. tit. 9. cap. 5. num. 4.*

22 Porrò ij circa ea, † quæ ad idem officium pertinent, in Canonicos sibi subiectos, tanquàm Iudices ordinarij, animaduertere possunt, non solùm cognoscendo, sed etiam coercendo, & excommunican. *d. gloss. in cap. Cum ab Ecclesiarum in verb. Ecclesiastica sententia, ex vers. & illud generalitèr vbi etiam Abb. num. 4. & 5. & Bellam. ex nu. 10. de off. ordin.* & consuluit *Bald. cons. 124. in princ. lib. 1. Put. decis. 209. secundum modernam impressionem lib. 3.* si tamen Dignitates ex à Capitulo sint distinctæ, si enim essent de Capitulo, vtiq; nullam haberent in eos de Capitulo Iurisdictionem, sed illa solida apud Episcopum resideret, ita declarat *Abb. in cap. post electionem sub nu. 9. vers. Item putò aliud dicendum, de concess. præben.*

23 Et quandò sunt † distinctæ à Capitulo, obtinentes dignitates huiusmodi, excommunicandi facultatem habent in sequelam simplicis coercitionis, vt propterea illa reputetur quid leue, vt explicat *Bellamer. in cap. Archidiaconus sub n. 1. colum. 2. vers. secundum fundamentum de off. Arcbid.* Nec enim possunt deponere, vel mouere à Collegio, vt ibi optimè docent *Abb. sub num. 1. vers. vel sumitur hic excommunicatio, & Io. Andr. num. 5.* Imò nec maiorem inferre excommunicationem, quam Anathema vocamus, istud enim ad solum Episco-

pum

pum pertinet, *Abb. in præcit. cap. Cum ab Ecclesiarum, num. 5. verſ. ſecunda regula eſt, de off. Ordin.* (vt alibi quoque monuimus) per hanc facultatem nullatenus cenſetur detractum Iuriſdictioni Epiſcopi, quominus, & præuenire poſſit, *Abb. in eod. cap. Cum ab Eccleſiarum, nu. 11. ad med. verſ. nota ſingulariter*, atque etiam abſoluere, ac omnia reſcindere, vt per eumdem *Abb. ibidem nu. 3.*

24 Hæc igitur † cura, quam Iuriſdictionalem dicimus, ſiuè ſit apud Inferiores ab Epiſcopo, ſiuè apud ipſum Epiſcopum, vel alium habentem Epiſcopalem Iuriſdictionem, tametſi largè, vt loquitur *Innoc. in præcita. cap. cum ſatis ſub nu. 2. verſ. largè dicitur, de off. Archid.* nihilominus haud quaquàm impropriè animarũ cura dicitur, illius enim
25 Inſtrumentum, eſt Eccleſiaſtica cenſura, quæ † non eſt pœna Corporis, ſed medicina animæ, *cap. 1. de ſent. excomm. in 6.* nec propterea recedit à mini-
26 ſterio † curæ, *d. can. Multiplex, cum alijs ſupra allegatis*, & docuit *Abb. in præcit. cap. dudum paulo ante num. 8 verſ. quædam verò, de elect.*
27 Vnde quoad ſubſtantiam† excommunicationis, quæ hac ratione fertur (quicquid ſit quoad Iuſtitiam) non requiritur cauſæ cognitio, vel citatio aliqua regulariter, *Fœderic. de Sen. conſ. 11. num. 10. & 12.*
28 Et ob id Prælatura, † quæ curam hanc habet Iuriſdictionalem, rectè dicitur curata, ſeu beneficium curatum, vt *ibidem, & n. ſeq.* monet *Abb.* & ante eum *Innoc. ſub nu. 11. verſ. quià plures animarum curas habebat, & in d. cap. Cum ſatis, ſub num. 2. verſ. hanc curam, Card. conſ. 48. nu. 1. Staphil. de qualit. & ſtatu benef. §. circa ſecundum, nu. 1. Capra concluſ. 90. num. 12. Hoted de benef. incomp. par. 1. cap. 13. num. 4. Rota deciſ. 52. nu. 3. & 5. par. 2 diuerſ.* Qui (præcipuè verò *Innoc. &*
29 *Abb.*) ſentire † videntur, in tali Prælatura, vel beneficio æquè militare diſpoſitionem *tex. in cap. de multa, de præben.* quod etiam voluit *gloſ. in extrauag. Execrabilis, in princ. in verb. curam animarum, de præben. inter commune. Abb. in cap. de multa, nu. 24.* & ſecundùm hanc ſententiam, ſemel reſponſum fuit in *Rota in vna Conchen. Archipreſbyteratus. 9. Martij, 1592. coram bo. me. D. Penia;*
30 Cum quibus tamen minimè ſentio, † nàm Rota etiã in eadem ipſa cauſa, ſub die 28. Ianuarij 1598. de mẽte S. Congregationis ſuper Concilio, corã eodẽ D. Penia, mutauit opinionẽ, vt refert *Gonzal. ad reg. de menſib gloſ. 6. num. 64.* & ſanè Iure optimo; non quia hæc minùs propriè Cura ſit, ſed quia ra-
31 tio † *cap. de multa*, & aliorum inducentium vacationem per duplicem Curam, non intelligatur de hac ſpecie Curæ, ſed de alia, de qua mòx agetur, tanquàm fundata ſuper præciſa neceſſitate adminiſtrandi in diuerſis locis, ex qua reſultat ea impoſſibilitas, quod videtur innuere *Abb. in eod. cap. de multa ſub d. nu. 24. verſ. ſed adde*, & ſatis declarat *tex. in eod. cap. de multa*, quatenùs in principio loquitur de pluribus Parrochialibus, ibi, *& plures Eccleſias Parrochiales recipere.*

Quo fit, vt quatenùs ſubdit, vt quicunque recepertit aliquod beneficium Curam habẽs animarum annexam, ſi prius tale beneficium habebat, debeat intelligi de Cura fori pœnitẽtialis competenti ratione Parrochiæ, non autem de Iuriſdictionali,
32 Quæ † etiam vix eſt, vt cadat in alijs Eccleſijs, quàm in Collegiatis habentibus Prælatos, quibus ſecundum diuerſitatem eorum officiorum competit, *Innoc. in d. c. Cum ſatis*, & patet ex prædictis, atque ita eſt intelligendus idem *Innoc. in d. cap. de multa, ante nu. 1.* dùm ponit exemplum in quibuſdam Archipresbyteris Diœceſis Pictauien. non habentibus aliquam Eccleſiam.

Poſterior igitur curæ ſpecies, verſatur (vt dicebam) circà forum pœnitentiale, idest forum inte-
33 rius, in quo † alius non eſt Iudex, quàm ipſe Deus, cui confeſſio fit, nàm ipſe ſolus, non Sacerdos dimittit peccata; quatenus enim Sacerdoti confeſſio fit, & ipſe tãquam Iudex aditur, is cenſetur ſimplex miniſterium vice Chriſti exhibere, *can. Verbum Dei, qui in ordine eſt 51. vbi optima gloſſ. in verb. Iudex de pænit. diſtinct. 1.* adeò vt verba illa, quibus vtitur *Et ego abſoluo te*, inflectan-
34 tur † pro, *denuncio te abſolutum*, vt ibi tradunt *Archidiac. & Bellam. vterque nu. 2.* & Officium
35 Sacerdotis † in hoc conſiſtat, ſimùlque in remittendo ſatisfactionem de peccatis vel in totum, vel in partem, quoad Dei, & Eccleſiæ offenſam, licèt oneret ſe, ſi incautè hoc faciat, vt ait *Hoſtien. in ſumma de pænit. & remiſſ. ſub num. 1. in princ. verſ. remittit igitur Sacerdos.*

Quocircà inuigilare plurimum debet in expen-
36 dendo ſatisfactionẽ huiuſmodi, cuius † ſumma eſt exſcindere cauſas peccatorũ, neque deinceps earum ſuggeſtionibus aditũ indulgere, *can. 3. de pænit. di-*
37 *ſtinct. 3.* atque ità qui † pœnitet, tenetur lugere peccatum præteritum cum propoſito vlteriùs non peccandi, *can. 1. ead. diſtinct. 3.* nec ceſſare debet à planctu, donec in ſe ſit facta innouatio vſque ad ſtatum ſtabilem, & inconcuſſum, *gloſſ. in can. pænitentia, qui in ordine eſt 4. in verb. dimiſſa, ead. diſtinct. 3.*

Hæc igitur eſt cura (vt dicebam) fori pœnitentialis, cuius poteſtas deriuat à Chriſto in Summum Pontificem, & ab eo, veluti à fonte in alios, vt ſupradictum eſt, vndè ratione iſtius curæ omnis ani-
38 ma fidelis, ei eſt ſubdita, vt enim † quiſque baptizatur, recipit in animam characterem indelebilem Militiæ Chriſtianæ, cuius Papa eſt Imperator, inquit *Innoc. in cap. vlt ſub nu. 1. verſ. nec mireris, de Sacram non iteran.*
39 Etenim etiã Princeps. † ſubijcitur Rectori propriæ Parrochiæ, *iuxta diſpoſitionem tex. in 4. cap. omnis vtriuſq; ſexus*; Ex quo inferunt Doctores,
40 Regem † Francorum, etiam ſi aſſiduè vagetur, & nunquàm Pariſijs moretur, quia tamen in Metropolitana Ciuitate præcipuum habitaculum habere præſumitur, eius Ciuitatis Archiepiſcopo tãquàm proprio Sacerdoti ſubijci, vt ex ſententia *Gabr. Biel l. 4. diſtinct. 17. quæſt. 2. art. 3. dub. 2.* concludunt plures Theologi apud *Menoch. conſ. 398. num. 30.* Quicquid ſit ad effectum citandi, pro quo
41 totum † Regnum ſtat illi in domicilium, *clem. Paſtoralis §. deniquè de re iud.* Et quod omnes Prin-
42 cipes ſortiantur propriam Parrochiam in loco, vbi frequentiùs diuinum Officium audiunt, videtur de

mente

mente *glo. in cap. omnes Principes de maior. & obe. dien.* & tradit etiam *Corsett. in tractat. de potest. Reg. §. 3. num 64.*

43 Parrochialitas † autem quamuis ex sola habitatione non constituatur; præterquàm quoad Sacramenta necessaria, veluti confessionis, & Communionis, vt post *Abb. in cap. In nostra num. 11. de sepult.* declarat *Sanch. de Matrimon. lib. 3. disp. 23. sub num. 21. vers. Tertia probatur, circa*

44 *med.* nihilominus † id intelligitur de habitatione simplici, idest sine animo, perpetuò habitandi, nàm quemadmodùm sine animo, huiusmodi aliquo modo declarato, semper præsumitur habitatio ad tempus, & cum animo reuertendi ad pristinum domicilium, in quo conseruatur Ius Parrochiæ, vt per *Abb. & Sanch. vbi supra*, ità vbi quis ani-

45 mum huiusmodi declarauit, † statim efficitur Parrochianus Parrochiæ habitationis, etiàm non expectato, quod ibi habitet per maiori anni parte, vt post *Cardin. in elemen. 1. num. 8. in 16. quæst. de priuileg. Abb. in repet. cap. extirpanda, §. qui verò, sub num. 11. in 2. quæst. de preben. Feder. de Sen. in cons. 234. num. 5. ad fin. & num. 6. Guttier. de Matrimon. cap. 63. num. 13. Sanch. ea. disput. 23. num. 14. Emman. Sà in aphorism. confess. in verb. Matrimonium num. 2. & alios*, firmauit *Rota* me informante *in Toletana Matrimonij* 10. *Decembris 1625. coram R. P. D. Merlino.*

Quippè, si de animo huiusmodi non liqueret, non posset vnquàm videri deserta prima Parrochia, etiamsi concurreret collocatio domicilij, modò non esset destitutum illud primum, nam si

46 esset destitutum, quod † infertur non ex nuda contestatione, sed re, & facto, vt dicit *tex. in l. domicilium, vbi optima glos. in verb. domicilium ad municip. & in l. origine ad fin. C. de municip. lib. 10.* & post alios benè explicat *Sanch. d.*

47 *disput. 23. sub num. 2. vers. hinc fit*, veluti si † maiorem partem rerum suarum in nouum transtulerit, ibiq; conuersetur assiduè, & dies festos colat, vt punctualitèr dicit *glos. in cap. cum nullus in verb. domicilium de temp. ordin. in 6. Afflict. decis. 384. sub num. 5. Caphal. apud eundem Menoch. d. cons. 398. num. 22.*

Iàm hinc liqueret de animo perpetuò habitandi, & in consequens videretur sortita noua Parrochia, vbi verò, vt dixi, animus hic non apparet, expectandus est euentus habitationis pro maiori parte anni, vt indè possit colligi animus idem,

48 quia licèt † per constitutionē vnius domicilij censeatur alterum destitutum, nisi vtrunquè æqualitèr sit retentum, *l. assumptio §. Iurisprudentibus, & l. eius 27. §. vlt. ad municip. cap. 1. qui de*

49 *sepult. in 6.* tamèn in æstimanda † hac æqualitate, semper incurrit difficultas ex facto, videlicèt ex tempore habitationis, licet enim *Vlpianus in dict. §. Iurisprudentibus*, simplex factum collocationis ponat pro subiecto istius æqualitatis, nihilominùs idem *Vlpian. in l. eius qui manumisit, §. Celsus, eod. tit.* totum id explicat, ex frequentiori commoratione, & in hanc sententiam videntur omnes conuenire, vt patet ex *Afflict. dict. decis. 384. num. 5. & 11. & Sanch. ead. disput. 23.* *in 2. quæst. sub num. 11. per tot. & num. seq.* adeò vt quod Doctores in argumentum huius æqualitatis afferunt de habitatione alternata per hyemem, & æstatem, apud eundem *Menoch. sæpè cit. consil. 398. num. 7.* quamuis non admittat suppurationem Metaphysicam, sed veniat morali modo intelligendum, vt sit æqualis omninò, aut ferè, vt post *Rosell.* deducit *Sanch. dict. lib. 3. disput. 24. num. 3.* adhùc tamèn non sit accipiendum, nisi se-

50 cundùm intellectum Iuris, quo æstas † ab hyeme, verno, & autumnali Æquinoctio, & sic senis, & æqualibus mensibus diuiditur, *in l. 1. §. Aestatem incipere, de aqu. quotid. & æstiu.*

51 Quemadmodum † & eadem difficultas incurrit ex causa habitationis, ex qua resultet species quædam noui domicilij, videlicet si talis causa temporaria sit, cum qua etiàm habitatio resoluatur, vt de scholari dicitur in *l. 2. C. de Incol. lib. 10.* & de Custode Arcis, & similibus, de quibus apud *Parif. cons. 53. ex num. 88. lib 3. Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 311. num. 38.*

52 Et propterea, circumscripta † declaratione animi, de qua suprà, constituenda est Regula, pro inducenda Parrochialitate, ad effectum vsus Sacramentorum voluntariorum, attendi formale domiciliū, non autem habitationē, quemadmodū censuere *Basil. de Pont. Leon. in tract. de impedimen. Matrimon. cau. 30. quæst. 5. cap. 26. in §. 5. & Guttier. de Matrimon. cap. 63. & D. Barbos. de potest. Episcop. in 2. par. alleg. 32. ex nu. 59.* prout in eo, qui domicilium habebat in Ciuitate, & habitabat ruri, licèt ibi quoquè exstaret Parrochus ruralis, decidit *Rota decis. 643. & decis. 656. per tot. par. 1. diuers.* quæ etiàm leguntur impressæ apud *Menoch. eod. cons. 398. & num. 49.* vt hinc cauendum sit ab *Emman. Sà in aphorism. in verb. Parrochus sub num. 2.* dùm pronunciauit, pro requisitione Parrochiæ, ad effectum Matrimonij contrahendi, sufficere vel modicam habitationem; nàm nisi intelligatur concurrente declaratione animi perpetuò habitandi, vel verbis, vel facto, vtiquè erroneum esset istud eius assumptum.

53 Quatenus ergò † de curata Ecclesia noster institutus est sermo; Ex *d. can. Regenda, & can Quæcumque*, satis liquet, eam dici, quam Episcopus ità destinauit, vt ibi haberetur Sacerdos, qui Parrochiā sub ditione ipsius Episcopi regeret, nàm Cura animarum ipsi Episcopo mandata est, ipse verò totam suam Diœcesim, seu Plebem in plures distinguit Parrochias, singulisquè Parrochijs singulos præficit Sacerdotes, retēto semper eodem, & maiori Iure in se ipso, quod potest in eadem Ecclesia, seu Parrochia exercere, vt latè, & doctè prosequitur *Prapposit. in d. can. Quacumque, num. 2. per tot.*

Ex quo sanè, duo sunt ad veritatis trutinam reuocanda, quæ apud multos videntur inculcari: Pri-

54 mum est, quod aliud † sit, Ecclesiam esse Curatam, & longè aliud esse Parrochialem, quasi quod omnis Ecclesia Parrochialis Curata sit, sed non è conuerso omnis Ecclesia Curata sit Parrochialis, hæc fuit doctrina *Rebuff. super concordatis tit. de collation. §. statuimus il secondo in verb.*

Parrochiales Ecclesiæ, quam sequutus fuit Gonzal.ad reg.de menſ.gloſ.6.n.92.& hanc ſententiam probaſſe quoquè videtur *Rota apud Reuerendiſs. Dominum Coccinum Rota Decanum deciſ. 454. num. 7.*

Ego verò, inter Curatam, & Parrochialem Eccleſiam, nullam agnoſco differentiam, exemplum verò,ſiuè inſtantia Curatę ſine Parrochialitate,eùm videlicèt contigerit ad aliquam ruralem Eccleſiam Populum accedere, & apud illam habitare,
55 non videtur vrgere: nàm ſi tali † Eccleſiæ præfectus fuerit Presbyter ab Epiſcopo,cum conſtitutione certæ Plebis per ſuos limites diſtinctæ, iàm illa Eccleſia erit Parrochialis; hoc enim modo inducta erit reciproca neceſſitas adminiſtrandi Sacramentum pœnitentiæ, videlicèt actiuè in Presbytero,& paſſiuè in Populo,in quo reducitur ſubſtantia Parrochialitatis,ſeù (ſi ſic velimus dicere) fori Pœnitētialis,ex quo illa Territorij aſſignatio, confert ordinariam Iuriſdictionem,vt benè conſiderat *Io.de Imola declarando ibi gloſſ.in verb.impedtant in elem.dudum n.32.de ſepult. cum alijs*, quos recenſuit *Rota deciſ.57.ex num.9.par.2. diuerſ.& Gonzal.d.gloſ.6. num 36.*

At ſi ſimplicitèr talem Presbyterum approbauerit ad audiendum confeſſiones, & adminiſtran-
56 dum Sacramenta;vtiq; nec Eccleſia † dicetur Curata, ſed in ea dicetur ſimplicitèr conſtituta gratioſa quædam ordinatio fauore animarum,& ij tales,qui confluentes,ad Sacramenta admittent,non dicentur Curati, ſed nudi, ac ſimplices miniſtri alterius,à quo illam poteſtatem conſequuti ſunt; *Ità Imol.in ead.elemen.dudum dict. num.32. Ferret. conſ.255.num.11.ad med. Oldrad.conſ.67. nu. 2.* quem in hoc ſequuta fuit *Rota in vna Capuana Rectoria 22. Aprilis 1612.coram bo.mem. Cardinalis Sacrato.*

57 Verùm ergò erit,poſſe † apud aliquem eſſe Curam animarum, ideſt exercitium, & nudum miniſterium ſinè aliqua Parrochialitate, in quem ſenſum accipienda eſt, *Rota deciſ.52. num.37.par.2. diuerſ & Reuerendiſs. D. Coccini Decani, deciſ. 454. nu.7. necnon Gregor.deciſ.387. num.10. vbi etiam D.Beltram. alios allegat.*

58 Parrochia enim,nihil eſt † aliud, quàm locus ipſe, in quo degit Populus alicui Eccleſiæ deputatus;& Parrochus, ſeù Rector dicitur, qui eius Populi intra certos limites congregati,curam habet, vt inquit *Archid. in cap.licet canon. 2. de preben. in 6.* Itaut ad hūc effectum ſit neceſſaria certorum limitum conſtitutio, *Mil in verb. Eccleſia Parrochialis num.8.Roman conſ.356.ſub num.1. verſ. primo,Gratian.foren.diſcept.cap.298. num.24.*

59 At minimè verum † erit, eam Eccleſiam, in qua obitur huiuſmodi miniſterium, eſſe curatam, nec *Io.Andr.in cap.ſuper eo de preb.in 6.* vel alij hoc vnquàm dixerunt, prout inaduertentèr exiſtimarunt *Rebuff.& Gonzal. vbi ſupra.* Et hùc referri
60 poſſunt † omnia ea, quæ per modum illatiuum,ad cognoſcendum,vel excludendum Parrochialitatem longo ordine digeſſit *Gonzal.d gloſ.6.ferè per tot.* quæ non tranſcribo, ſi enim non dimoueris oculos à ſupradicto ſcopo, facillimè comperies,omnia illa in eum, vel collimare, vel aberrare.

61 Alterum eſt, quod † vbi ſunt diſtinctæ Parrochiæ, & in qualibet Parrochia adeſt proprius Rector,tùnc Epiſcopus nō ſit Rector totius ſuæ Diœceſis, *Gonzal. poſt alios dict. gloſ. 6. ex num. 83. tenuit Rota deciſ.309. num.4. par. 2. diuerſ. & deciſ. 258 nu.4. par. 1. recentior.*

Huius aſſumpti illud eſt præcipuum fundamen-
62 tum, quià Parrochia † dicitur partitio Curæ, quod infertur etiam ex aſſignatione limitum, ità vt vnius Parrochus,in alterius fines non poſſit irrepere, *can.Eccleſias 13.queſt.1. Rota d. deciſ.52. num.14. par.2. diuerſ.*

63 Vnde etiàm eſt, † quià ſingulæ Parrochiæ, ſingulis ſunt aſſignandæ Presbyteris, exploſa omni pluralitate,veluti repugnante legi legitimi coniugij inter ſponſum,& ſponſam,vt *ſcribitur in canon.*
64 *ſicut cum ſeq.21. queſt.2.* vt Epiſcopus † nullo modo poſſit dici Rector cuiuslibet Parrochiæ intra ſuam Diœceſim, quià hac ratione obtineret plura curata, contra Iuris diſpoſitionem, *cap. de multa de preben. ita Rota in d.deciſ.309 num.4. par.2. diuerſ.& d.deciſ.258.n.4. par.1.in recent.*
65 neque eſt conueniens, † quod in Epiſcopatu aliquo, ſemèl conſtitutis,diuiſiſq; Parrochijs, ex iterum confundantur, *Decian.conſ.16. num.11. lib.2.* per quas rationes videtur reprobari *Oldrad. in*
66 *præallegat.conſ.67.num.3.* dùm † voluit, Curam poſſe eſſe penes Epiſcopum, & illius exercitium penes duos Beneficiatos in Eccleſia.

Hoc verò plurimùm, inquam, præcauendum eſt, nàm poſita diſtinctione finium,atque ità effor-
67 mata Parrochia, non eſt † dubium,Epiſcopum nullo modo poſſe Parrochialem Eccleſiam pro ſe ipſo obtinere,in titulum diuerſum à ſuo titulo Epiſcopatus; in id enim tendit totum obiectum de incompatibilitate; minùs ſi Eccleſia vacauerit, ſub hoc prætextu, quod ſit Parrochus totius ſuæ diœceſis, vllo modo poſſe eundem in ſe reſumere Curam,quaſi quod ſic videatur conſumpta vacatio, quominùs Eccleſia de alio Rectore ſit proui-
68 denda, ex illa † namquè partitione creatus eſt titulus nouus, & nouum,ac proprium Ius,ab omni alio titulo,& Iure ſeiunctum pro Sacerdote, qui illius Curam particularem ſubiturus eſt, vt expreſsè dicitur *in d.can. Eccleſias 13. queſt.1.*

Non tamèn hinc ſoluitur Ius Epiſcopale in eo,
69 quominùs † videlicèt Epiſcopus reſpectu ipſius Curæ, & quatenùs Cura totius diœceſis ſibi eſt demandata, & ipſe pro ea manum ſuam dexit; Quominùs,inquam,in ipſa Cura ſe ingerat,& ſi velit ſe in ea occupare, quin id facere poſſit pro ſuo libito,ex his,quæ retulimus ſuprà *queſtio 9.n.78. cum tribus ſequentibus*,& hoc eſt,quod admodùm ſcitè tàm ex Sacris Canonibus, quàm ex Iuris rationibus,oſtendit *Prapoſit.in præcit. canon. Quacunque nu.2. per tot.10. queſt.1.* Quicquid † ſcri-
70 pſerit *Decian. in præallegato conſil. 16. num. 21. verſic. non obſtant modo*, quatenùs exiſtimauit, id tantùm poſſe Epiſcopum, in caſu negligentiæ, motus ſatis friuola ratione, quod poſt demandatam Curam generalem Epiſcopis, Parrochiæ fuerint diſtinctæ per Dionyſium, vt in *canon. 1. 13.q.1.*

71 *13. quaest. 1.* illa enim distinctio † Dionysij fuit
localis in Vrbe, & licèt monuerit alios Episcopos,
vt idem quisque faceret in sua Diœcesi; tamèn
& plures eam non fecerunt, nequè omnibus fuit
illud præceptum intimatum, vt benè fuit animad-
uersum *in Causa Concben. Decimarum, 7. Fe-
bruarij 1618. coram bo. me. Andræa,* qua de re sa-
72 tis egimus, *supra quaest. 10. n. 8. & 9.* & quãdo † etiã
fuisset intimatum, non esset ea diuisio adscribenda
Papæ, sed ipsis Episcopis, quàmuis facta auctorita-
te Dionysij, vt benè loquitur *tex. in cap. vlt. de his,
quæ fiunt à Prælat. sin. cons. Cap.*

73 Atque ex his constat, † Ius quidem decimãdi se-
qui Parrochiam, etiamsi curam exerceant Vicarij
74 perpetui cũ † his sola congrua debeatur, *Abb. in re-
pet. cap. extirpandæ, §. qui verò, de praben. Mohed.
decis. 5. de decim. Crescen. eo. tit. decis. 2. Verall. de-
cis. 339. par. 3. Rota in recent. par. 2. decis. 153. sub
n. 2. & decis. 579. sub n. 3. & decis. 713.* itidèm *sub
75 nu. 3.* etiã † quandò Cura animarum habitu est pe-
nes Capitulum, *Gregor. decis. 174. nu. 3.* & fuit re-
sponsum *in Aquilegien. congrua 23. Ianuarij 1613.*
cuius cum alijs supracitatis meminit *bo. me. D. Bel-
tram. ad dictam Gregor. decis. 174. n. 8.* Quod pro-
76 cedit etiam † respectu noualiũ, *cap. Cum cõtingat,
de decim.* verumtamèn respectu Episcopi, istud Ius
Parrochi molliùs procedere, tãquã ab Episcopo in
Parrochũ cõsequutiuè ad curam animarũ, defluẽs.

Porrò sicùti ante Parrochiarum diuisionem (quæ
77 proculdubio † contigit post Episcopatuum Insti-
tutionẽ, vt liquet ex præfato decreto Dionysij rela-
78 to *in d. can. 1. 13. quaest. 1.* nec enim † per alios fieri
potest, aut vnquàm potuit, quàm per ipsos Episco-
pos, *can. Episcopi, 80. distinct.*) Episcopus funda-
bat intentionem suam, eodem modo, contra om-
79 nes pro consequutione decimarum, itàvt † omnes
decimæ essent sub eius manu, nec ad alium perti-
neret illarum distributio, *can. 1. §. has verò decimas,
16. quaest. 7. Put. decis. 361. num. 5. lib. 1. in nou.* Ità
factum est, vt assignatis Parrochijs, non propterea
illud Ius à se abdicauerit, sed dumtaxat communi-
cauerit, principalius dominium semper penès se
retinendo, *Innoc. in cap. Requisisti, sub num. 3.
80 vers. Immo plus videtur, de testam.* in cuius rei † si-
gnum retinuerit sibi Ius nouorum fructuum casu
incidentium, secundum *Archid. in d. cap. Cum con-
81 tingat num. 4.* & Quartam, † seù aliam quotam
decimarum, quam, tametsi consueuerit percipere
de manu Parrochi, & non immediatè ab ipsis lai-
cis, vt ponderando tex. *in cap. conquerente, de off.
ordin.* censuit *Rota apud Gregor. decis. 519. nu. 2.
& 3,* id intelligitur inductum gratia maioris ipsius
82 Episcopi commoditatis; nàm, non † propterea,
quòd Parrochus stante dicta diuisione, amplius vt
priùs, non obligatur recipere decimam de manu
Episcopi, sed eam proprio Iure sibi vindicat, *Abb.
in d. cap. Cum contingat, num. 7. de decim.* potest
idem Parrochus (prohibente Episcopo) illam
83 integrã auferre, vt mòx Episcopus † debeat Quar-
tam suam ab ipso percipere; Episcopus enim, eo-
dem Iure reali, cum Parrocho concurrit ad dictã
quotam, ratione cõiunctionis, & Vniuersalis Curæ,
quam habet in Ecclesijs sibi subiectis, vt ex doctri-
na *Innoc. vbi supra,* & post *Tyndar. in tract. de de-
cimis, num. 71.* tradit *Moneta in eodem tract.
84 cap. 7. num. 14.* Vndè videmus, ad decimas † di-
missas per laicum concurrere Parrochum, & Epi-
scopum pro sua quota coæqualitèr, & tanquàm
partiarios, seù portionarios ad inuicem, vt per
eum *tex.* probat *Hostien. in cap. Quoniam, sub
num. 2. ad med. vers. sunt enim quasi portionarij
de decimis,* quem ibi sequuntur *Io. Andr. sub n. 3.
& Butr. num. 6.* & hunc concursum, & coæqua-
litatem latè probauit *Rota decis. 520. num. 1.
85 par. 1. in recent.* & hinc meritò † opinio *glossæ in
d. cap. Conquerente, in verb. decimationum, de off.
ordin.* volentis, quotam hanc deberi ex consuetu-
dine magis, quàm de Iure, sit communitèr damna-
ta, *Seraph. decis. 1449. n. 4.* prout etiam adnotauit
bo. me. D. Beltram. ad eund. Greg. decis. 519. nu. 4.
86 Et quod dicitur de quota, simul quoque † est
dicendum de certa specie fructuum, quam Episco-
pus consueuisset decimarum nomine percipere;
nàm ad illam eodem Iure coæquali cum ipso Par-
rocho concurrit, *Rota decis. 442. num. 2. & de-
cis. 485. num. 1. & 2. & per tot. par. 1. in recentior.*
87 præsumitur † enim, quod Episcopus in constitu-
tione Parrochialis, eam sibi vsque ab initio reti-
nuerit, quod proculdubio potuit, ratione de qua
in cap. Ad audientiã, de decim. & fuit responsum *in
Concben. decimarum, 7. Februarij 1618. coram bo.
me. D. Andrea, & fuerat priùs dictum in eadem
causa coram R. P. D. Pirouano, decis. 520. num. 5.
vers. quià procederent, ead. par. 1.*
88 Et quàmuis excedat Quartam, † in cuius locum
videtur surrogata, hoc nihil est, cum ea possit reci-
pere augumentum ex consuetudine, *Rota d. de-
89 cis. 520. sub num. 1.* debet † tamèn id probari
per Episcopum ex consuetudine præscripta, *Ho-
stien. in præallegato cap. Conquerente, num. 15. de
90 off. ord.* & ea probata, tùnc † pro ipso educitur cla-
rum Ius reale, de quo suprà, adeò quod non obstet
sibi mutatio seminis, quominus in fructibus sur-
rogatis eadem decima Episcopo non debeatur,
præscriptio enim in eadem terra extenditur ad
quamcunque speciem fructuum perceptibilium,
*Ancher. in cap. Cum in tua, num. 3. de decim. Re-
buff. de decim. quaest. 14. nu. 18. Couar. pract. quaest.
cap. 37. num. 5. Rota decis. 442. num. 1. par. 1. in
recent.* quod totum efficit id ipsum Ius reale,
91 & coæquale, etenim si non † Episcopus, sed alius,
qui solo inniteretur Iure singulari, concurreret cũ
Parrocho, idem Iuris minimè foret, *Hostien. in d.
cap. Cum in tua, sub n. 1. in verb. percipiebãt,* cuius
doctrinam ita expendit *Rota, d. decis. 485. num. 2.*
92 Et hinc, si Ecclesia † aliqua, de facto percipiat
decimas prædiorum existentium in aliena parro-
chia, contingatq; de facto, etiam per Parrochum
eam deijci de tali possessione, vtique non poterit
agi spolio, *c. ad decimas, vbi glo. in verb. præsuman-
93 tur, de rest. spol. in 6.* Nisi † suã priùs iustificet pos-
sessionem, *Put. decis. 361. n. 1. lib. 1.* idest vel probã-
do immemorabilẽ, *Aegid. decis. 455. vel proferen-
do titulum coloratũ, Verall. decis. 306. par. 3:* & ità
respondit *Rota apud Reuerendiss. D. Coccinum,
decis. 207. num. 14.*

94 Snbiretq; eandem † difficultatem Episcopus, si
non tanquàm Episcopus, sed nomine alterius, puta
Ecclesiæ vnitæ, vel aliàs sibi concessæ, ageret cõtra
Parrochialem, propter Iuris communis resistentiã
in d.cap. ad decimas de restit. spol. in 6. Rota de-
95 *cis.163.nu.2.& 3.par.2.diuers.* nisi † talis Ecclesia
vnita, itidem Parrochialis esset, *vt ibidem num.4.*
hoc siquidèm casu tota controuersia reducitur ad
factum, in statuendis videlicet limitibus Parrochię;
96 nam quàmuis, vt dictum est, Parrocho † ius cõmu-
ne circa ius decimandi assistat, & ex sola assistentia
debeatur manutentio, vt firmauit *Rota apud Se-
raph.decis.1497.num.2.& per tot.* nihilominùs id
97 intelligitur, † nisi ea assistentia reddatur turbida,
vt *in causa Montis Regalis Iurisdictionis 20.De-
cembris 1596.coram bo. me. Domino Penia,* quam
in his tetminis probàrunt *DD. apud Reuerendiss.
D. Coccinum decis.261. num.1.*

98 Turbiditas † autem tùnc vel maximè infertur,
cùm limites Parrochiæ non sunt liquidi, quod latè
fuit decisum apud eundem *D.Coccinũ d.decis.261.*
99 *n.1. & 2.* vbi † fuit etiàm dictum, malè inferri ad
eosdẽ limites, ex limitibus alicuius territorij, aut iu-
risdictionis, per doctrinam *Hostien. in cap. super
eo nu.3.& 11.de Parroch.& in cap. querimoniam
nu.2.* & ibi *Butr.num.6.de Iur.patro.& Felyn.in*
100 *cap.cum causam num.12. de probat.* & hoc † am-
pliùs nec releuare quasi possessionem decimas exi-
gendi, per *tex.in cap.vlt.vbi glos.& Io. Monach.
de rest.spol.in 6.*

101 Horumq; ratio est euidens, quià actio † ipsa ad
decimas hinc qualificatur, vt eatenùs debeantur,
quatenùs petantur intra limites Parrochiæ, *cap.
cum contingat de decim. & d.cap.ad decimas de
rest. spol.in 6. D.Coccin.decis.55.num.8.*

102 Et propterea † nequè Episcopo, præterquàm
respectu Quartæ, ius defert in hac actione ad deci-
mas, nisi vèl pro decimis intra limites suæ Cathe-
dralis, si Parrochialis sit, *cap.dudùm de decim. Re-
buff.de decim.quæst.7.num.13. D.Coccin.decis.38.*
103 *num.1.* vel pro † decimis positis in territorio nul-
lius Parrochiæ, vt per eundem *decis.485.nu.1.* vbi
hoc latè explicatur.

104 Quemadmodùm verò † Parrocho propter ani-
marum Curam, prætèr decimas, debentur (quasi in
recompensam) oblationes quoque, ac mortuaria,
quorum, si alibi humana corpora deferantur, debe-
tur ei nihilominus medietas, vel tertia, aut quarta
pars, iuxta diuersas locorum consuetudines, *cap.1.
& 2.& cap. certificari de sepult.* Ità vice versa de
105 relictis quibuscunquè pijs, factis Ecclesijs † debe-
tur quarta Episcopo, *cap.officij.& cap.requisisti, de*
106 *testam.* tàmetsi vtraquè, idest † tàm Quarta deci-
marum, quàm Quota relictorũ huiusmodi, contra
Episcopum præscriptibilis sit cursu temporis qua-
draginta annorum, *cap.de quarta, de præscript.* si
tamen accedat titulus, & non alitèr, vt declarat
*Boich.in d.cap. Requisisti sub num. 7.vers.si quæ-
ris de testamen.*

Quemadmodùm etiam, æquè Iura hæc contra
ipsam Parrochialem Ecclesiam, potest alia Ecclesia
107 præscribere, & si fuerit † Matrix, id deseruiet pro
iusto titulo, cum potuerit sibi id reseruasse ab ini-
tio in signum matricitatis, vt de decimis latè fuit
decisum *in Mediolanen. decimarum de Varisio
12.Ianuarij 1618.coram R.P.D.Pirouano,* & de
Quarta funeralium, *in Casalen. quarta, quæ est de-*
108 *cis.376.num.3.par.1.in recent.* licèt enim † inspe-
cta Iuris dispositione, posset sustẽtari opinio, quod
per assignationem limitum nouæ Parrochialis in-
tra fines Matricis, censeatur etiàm Ius decimandi,
cum Iuribus Parrochialibus translatum in nouam
Parrochiam ipso Iure, *ex Calder.cons.2. de decim.*
quã opinionẽ probauerat semèl *Rota in vna Me-
diolanen.decimarũ de Carlatio, 18. Martij 1616.*
saltìm vbi nõ aderat in specie aliqua reseruatio, at-
que ità res prorsus erat dubia, vt sic interpretata
fuit, *Rota d.cons.Cald.2. in eisdẽ recẽt.part.1. de-*
109 *cis.448.num.1.* tamèn propter † nouam dispositio-
nem *Sacri Tridentini* Cõcil. *sess.21.c.4.* exigentis
factum assignationis, tenendum est contrarium,
atquè ità in eadem causa, Sacra Congregatio
expressè respondit in hæc verba. *Sacra Congrega-
tio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum,
auditis vtriusq; partis Procuratoribus, & Aduo-
catis, rèq; diligentèr examinata, censuit, decimas
ad Ecclesiã matricem pertinentes, non transire ipso
Iure in* Parrochialem *Ecclesiam nouitèr erectã, sed
remanere apud Ecclesiã matricẽ, nisi eas Episcopus
nouo* Parrocho *ad præscriptũ Cõcilij, assignauerit.*

Sed iam pergamus ad alia. Ait *Hostien. com-
missa alicui,* & sic vtitur numero singulari, nàm
110 pluribus animarum † Cura non potest commit-
ti, tùm quià Ius istud est indiuiduum, *vt post
Innocen.in cap.prudentiam num.9. Dec. num. 46.
de offic.delega. respondit Rota apud Reuerendiss.*
111 *D. Coccin. decis. 81. num.1.* tùm quia, sicuti † in
Matrimonio carnali vna sponsa non potest duos
sponsos habere, ità nec in hoc spirituali Matrimo-
nio, Ecclesia duos Rectores siuè sponsos, *can. sicut
in vnaquaque 21.quæst.2.c.cũ non ignores de præ-*
112 *ben.* atquè ità si plures † sint in aliqua Ecclesia,
qui Curam animarum æquè obeant, nullus ex his
dicetur Rector, siuè Curatus, vt latè consuluit *Ol-
drad.cons.67.num.1. circa finem vers.quod nullus
istorum cum seq.quem sequutus fuit Felyn.in cap.
in nostra num. 15. vers. scias etiam quod si plures*
113 *de rescript.* perpetuò enim † repugnat status Par-
rochialitatis pluralitati huic personarum Recto-
rum, *Rota decis.52. num.18. & 19.par.2.diuers.*

At cùm vsu compertum sit, in pluribus Ecclesijs
per plures Rectores Curam animarum exerceri, id
admodùm videtur durum intellectu, nàm vel dicen-
114 dum est † Ecclesiam in perpetua viduitate conser-
uari, quod non minùs est inconueniens, *cap. nè pro
defectu, cum ibi not.de elect. cum simil.* vel certè
fatendum, apud plures Curam illam esse, quod indi-
get explicatione.

Itaque duæ hic incurrunt animaduersiones: Prior
est circa subiectum ipsum, altera circa personas:
Quoad subiectum curæ, siuè Prrochialitatis, est pri-
mo loco aduertendum, quantum ad hanc contro-
uersiam, aliud esse Ius Parrochiæ, siuè Curæ, & lon-
gè aliud exercitium illius: Ius enim Parrochiæ est
indiuiduum, vt dicit *Rota apud D. Coccin. d. de-
cis.81. nu.1.* siquidem concernit Iurisdictionem,

quæ

quæ est quid indiuiduum, & hac ratione impossibi-
le est, quod inter plures remaneat diuisum; exerci-
115 tium † verò prorsùs diuiduum est; quatenus er-
gò supponitur, in vna Ecclesia exstare plures mini-
stros Curæ, iàm non potest intelligi, apud eos re-
periri Ius Parrochiæ, sinè curæ diuisum, sed tantùm
exercitiū, quod est natura diuiduum, sed nihil pro-
hibet, quominus Ius Parrochiæ sit apud vnumquē-
que ipsorū in solidum, exemplo iurisdictionis, quæ
116 licèt † quoad vsum, & administrationem admittat
diuiduitatem, tamen quia ipsa Iurisdictio est indi-
uidua, censetur esse apud singulos in solidum, exem-
plo seruitutum, & aliorum Iurium Indiuiduorum,
vt ex sententia *Innoc.* docuit *Bart. in l. si vni, n. 7.
de re Iudic. & cons. 189. num. 8. par. 1. Soc. Sen.
cons. 272. num. 2. lib. 6. Aym. in repet. l. 4. §. Cato,
num. 51. de verb. oblig. Dec. in cap. prudentiam,
num. 4. de off. Delegat.*
Quoad alteram, quæ respicit personas, est ad-
117 uertendum, nihil in † hoc spirituali matrimonio
referre, an personæ illa vnicitas sit vera, naturaliter,
vel ciuiliter, cuiusmodi est Vniuersitas aliqua, &
118 ideò Capitulum † si quando habet curam hanc (vt
frequenter contingit) vbicumque non habet Præla-
119 tum, *Card. cons. 30. num. 1.* benè est capax † Iuris
istius, prout consentit *Oldrad. d. cons. 67.* paulo an-
120 te *nu. 2.* repræsentat † enim vnicam personam fi-
ctam, *cap. irrefragabili, §. excessus, de off. ordinar.*
& ità optimè committi ei potest Cura, & inter ip-
sum, atque Ecclesiam contrahi matrimonium hu-
iusmodi spirituale; nàm pluralitas personarum
hoc casu non consideratur, nisi ad constituendam
Vniuersitatem, & consequenter personam vnicam
121 fictam, nec † propterea alius tunc dicetur spon-
sus Ecclesiæ, siuè Rector, quàm ipsum Capitulum,
& Canonici in vniuersum, *Lap. allegat. 5. num. 5.
Put. decis. 282. in nou. lib. 1.* cum aliis adductis per
Rotam, decis. 340. num. 1. par. 2. diuers.
122 Rursus, est aduertendum, aliter † Curam, aliter
verò exercitium illius demandari: Siquidem Cura,
seu Ius Parrochiæ non potest demandari aliter,
quàm per intitulationem in ipsa Ecclesia: exerci-
tium verò simplex, non exigit intitulationem, sed
committitur ad tempus, & amouibiliter; & pro-
pterea si in perpetuum committatur, & ità fiat in-
titulatio, is cui committitur, dicitur Rector, & ve-
rus Parrochus; ità *Innoc. in d. cap. cum non ignores,
sub num. 3. vers. & si est consuetudo,* quem ibi se-
quitur *Hostien. sub num. 8. versic. & quandoque
123 committi, de præben.* Quod † procedit, siuè ille
administret, tanquàm proprius Sacerdos, siuè tan-
quàm Vicarius, sunt verba *Innoc. loco mòx allega-
124 to*; Vis enim consistit † in illa intitulatione per-
petua, per quam, Ecclesia desinit esse Parrochialis
Superiori immediato, & efficitur Parrochialis Vi-
cario, vt probat *tex. in clem. vn.* ibi, *Vicarius Par-
rochialium Ecclesiarum, de off. Vicar.* quem sic
expendit *Bellamer. cons. 38. nu. 4.* dummodo non
125 fuerint reseruata emolumēta Parrochiæ; † hoc enim
casu intitulatio non caderet super alio, quàm super
simplici exercitio, *Card. in ead. Clem. vn. num. 10.*
126 istud enim est † perpetuum, & certissimum signum
indicandi, ad quem Iure proprio Cura pertineat, vi-

delicet ad eum, qui decimas, & funeralia per se
percipit, *Abb. in cap. Pastoralis, num. 2. de his,
quæ fiunt à Prælat. Felyn. in cap. dilectus, ex nu. 1.
127 de off. ordin.* Et quamuis † nequeat negari, apud
talem Superiorem semper remanere Curam habi-
tualem, iuxta *gloss. in c. super eo, in verb. annexa,
128 de præb. in 6.* & consequenter † non dissolui coniu-
gium illud spirituale, semel per ipsum contractum
in Ecclesia, *Innoc. in d. cap. cum non ignores, sub
num. 1. vers. vel dic ipsum Collegium, de præben.*
cum aliis per *Cassador. decis. 1. sub nu. 3. vers. non
obstat, quod vtrunque, vsque ad finem, de præben.*
129 tamen id intelligitur † de habitu originali, non de
præsentiali, quia in effectu, considerato statu de
præsenti, Cura ipsa actu, & habitu, est penès Vica-
rium, *Aegid. d. cons. 38. num. 2. vers. sed si inferas.*
130 Demandatur autem † perpetuò Cura hæc, vel
per Papam, vel per Episcopum, vel per Curatum: hi
enim sunt tres illæ personæ, à quibus omnibus om-
ninò cuiuscunque Ecclesiæ Curam pendere, & qui-
dem immediatè, est necesse, vt inquit *Hostien. in
d. cap. cum non ignores, num. 7. de præben.*
Atque ex his, præmissa difficultas facilè resolui
potest si distinguantur tres casus. Primus est,
131 quandò † cura exercetur in Ecclesia Cathedrali,
vel alia Collegiata: fieri autem potest, Curam ani-
marum posse esse in aliqua Ecclesia Collegiata; &
tamen Cura non pertineat ad Collegium, neque
Ecclesia sit Curata; & è conuerso, quod ipsa Eccle-
sia sit Collegiata, simulquè curata, vt latè scripsit
132 *Calder. cons. 15. per tot. de præb.* vel rursus, † vt ne-
dùm cura animarum, sed ipsius quoque Collegij,
non sit, neque apud principalem Dignitatem, ne-
que apud ipsum Collegium, sed apud alium quem-
piam ex aliquo Iure speciali, *Felyn. in cap. in no-
stra, sub nu. 15. in 10. corroll. de rescript.*
133 Rursus fieri potest, † vt si Collegiata sit Cathe-
dralis, simulquè Curata, nihilominus neque apud Col-
legium, neque apud aliquē ex Canonicis, sed apud
Episcopum tota resideat Cura; nam illa amaritu-
do deducta ex pluralitate, quam suprà attigimus,
cessat in Episcopo respectu Ecclesiæ suæ Cathe-
dralis, & propterea nihil est, quin si Ecclesia Ca-
thedralis sit Curata, Episcopus illius Rector exi-
stat, vt sentit *Gonzal. ad reg. de mensib. glos. 6. n. 83.*
134 Quod plurimùm † nouisse refert; nam vbi Cu-
ra spectat ad Episcopum, non potest ipse grauare
aliquem ex Capitularibus, vel Beneficiatis Eccle-
siæ, vt inuitus illius exercitium subeat, *Seraph. de-
cis. 942. num. 16. & 17. Gonzal. d. glos. 6. nu. 70.*
Propterea obseruandum est, quis percipiat de-
cimas, & funeralia, vt suprà monui, quàmuis nega-
135 ri † nequeat, contingere aliquandò posse, vt Cura
verè, & realitèr sit penès vnum, qui sit verus Re-
ctor, & nihilominùs decimæ sint penès alium Iure
aliquo speciali, etiam laicum ex concessione Apo-
stolica, sed hoc casu, vt Episcopus apud quem ori-
ginalitèr potuit esse Cura, vel etiam Capitulum,
euitet coniecturam prædictam, constituendi erunt
termini habiles, iuxta superiùs tradita, & tùnc ex
decimis tali Rectori (si eam non habuerit) assignan-
da erit congrua Portio, *Rebuff. in tractat. de con-
grua, num. 47. Didac. variar. resol. lib. 1. cap. 17.*

sub num. 6. vers. illud tamen, Rot. decis. 420. nu. 7. par. 1. in recentior.

136 Quod si nemo tales decimas perciperet, † & populus alio rursus Iure speciali esset exemptus à solutione decimarum, adhuc per eundem populum talis congrua deberetur, vt optimè aduertit *Didac. vbi supra*, ex ratione posita *in cap. Suggestum,*
137 *de decim.* neque † in huiusmodi congrua tunc fit imputatio incertorum, *Rebuff. vbi supra, nu. 83. & 86. Rota decis. 5. num. 4. par. 2. diuers. & d. decis. 420. num. 2. par. 1. in recent.*

Circa secundam difficultatem; est aduertendũ,
138 an Curæ † exercitium committatur in perpetuũ, vel potius ad tempus, seù amouibiliter, nàm primo casu ille dicetur habere curam, tanquam intitulatus in ipso exercitio, in secundo verò nihil consequetur præter nudum ministerium ad tempus, ità *Innoc. in sæpè allegato cap. cum non ignores, nu. 2. vers. vel aic ipsum Collegium, de praeben.*

Secundus est, quandò exercetur in aliqua Ecclesia non Collegiata, in qua tamen plures sint Admi-
139 nistri, subordinati tamen vnus alteri, & tùnc † dicendum est, Curam esse penès vnum tantum, ideſt penès principalem in ordine, & eum dumtaxat dici Rectorem, *Io. Andr. in d. cap. Cum non ignores, sub num. 2. vers. sed contra, & Butr. nu. 4. de praeben. Reuerendissimus D. Coccin. decis. 238. num. 7.*
140 præcipuè si ille † colligeret decimas, & alia Iura Parrochiæ, cæteri verò de illius manu portiones suas acciperent, nàm istud esset, vt dixi, signum, præter illum vnum, alios non esse Rectores, aut Curatos, ex superiùs dictis, & firmauit *Rota in vna Capuana Rectoriæ, 22. Aprilis 1613. coram bo. me. Cardinali Sacrato, quæ facta fuit in confirmationem decis. 368. par. 2. in recent.*

141 Tertius est casus, quando retenta † præmissa hypothesi, in Ecclesia aliqua Cura regitur per plures, in omnibus æquè pares, nec ibi adest Capitulum, siuè Collegium, per quod possit videri Cura illius demandata; & hoc sanè casu duplex occurrit inspectio; Prior, an illi omnes dicantur sponsi Ecclesiæ eiusdem; Altera, an quisquè ipsorum dicatur habere Curam; & quoad primam, illud est impossibile, ratione superiùs ponderata, ne vni sponsæ plures sponsi attributi videantur, & ideò est concludendum, nullum ex ipsis posse dici sponsum, siuè Rectorem talis Ecclesiæ, sed is sponsus, & Rector iudicabitur, qui illis omnibus præest ex tribus personis supra relatis: ideſt vel proprius Curatus, si extet, vel Episcopus, si Curatus non extet; vel denique Papa ipse, si neque extet Episcopus; illi verò habebuntur ad instar Vicariorum talis sponsi, siue Rectoris; & hoc est, quod disertè docent *Innoc. & Hostien. in d. cap. Cum non ignores ille, num. 1. hic verò, num. 6.* quos alij sequuntur, atque in specie, *Io. Andr. num. 2. Butr. num. 4. Zabarell sub nu. 1. vers. vnde secundum Innocentium, Reuerendissimus D. Coccin. decis. 238. num. 7.* & hùc benè applicantur scripta per *Oldrad. d. cons. 76. n. 2. & 3.*

142 Quo verò ad alteram, † negat expresse *Oldrad. eodem loco*, istos plures habere Curam, sed tantùm exercitium, etiam quod in eo sint perpetuò intitulati; & propterea infert, in istis locum habere *tex.*
143 *in cap. de multa, de praeben. & in cap. licèt Canon de elect. in 6.* cui ego assentiri † nulla ratione valeo; nam, si isti in ipsa Cura sint perpetuò intitulati cum transfusione Iurium Parrochialium, ideſt decimandi, & funerandi; penes illum vnicum, quem perpetuò supponimus sponsum, vtique nihil remanet præter habitum originalem: Cura autem ipsa tam habitu, quàm actu, transfusa censetur in illos quantumcunque plures; quod nullam absurditatem cõtinet, sed est valdè conforme Iuri cõmuni, secũdum cuius regulas, si Cura semel apud vnum habuit originem, & mox deuenit in plures, habitu in solidum est apud singulos, quàmuis non actu, vt docent omnes in *cap. prudentiam*; præcipuè verò *Butr. num. 17. & Dec. num. 46. de off. deleg.*
144 Itàvt vnicitas † illa originaria perpetuò in omnibus illis repræsentetur, quia fungatur vice vnius, vt pulchrè considerat *Bald. in l. 1. sub num. 7. vers. septimo quæro, ff. de off. Consul.* ad quod non aduertit *Oldrad. d. cons. 76.* cuius rationes prorsùs non
145 concludunt, nam † etiam in his, qui vicariam operam præstant, modò intitulati sint, locum habent supradictæ duæ Constitutiones *ex d. Clem. vn. de off. Vicar.* quod latè post alios tradit etiam *Hoied. de benef. incomp. par. 1. cap. 15. nu. 15.* & quamuis singuli nõ dicantur Rectores actu, dicuntur tamen habitu, & in ipsis, tanquàm in vno corpore, conseruatur vnicitas, vt supra dictum est.
146 Sequitur in d. Curæ † descriptione, *commissa alicui, vt curet, nè pereat, sed saluentur*, quæ verba totum officium Curati, seù Parrochi exprimunt, vt consistat in saluandis animabus, nè pereant, perire autèm intelliguntur animæ, quæ cadentes ad Austrum efficiũtur de ouili Behemot, *sicut oues* (inquit Spiritus Sanctus, *Psalm. 48.*) *in inferno positi sunt, Mors depascet eos*: Eheù miseri, qui animarum Curam suscipitis? sed ad alia, neque enim concio-
147 nes instituimus: hoc † omnes indè concipiunt, munus videlicet istud hominibus impensè doctis, & pijs committendum, tanquàm artem artium, vt dixit *Rota decis. 426 ad finem, par. 1. diuers.* Hinc Sanctæ mem. Pius V. & Patres Concilij Tridentini, multa circa prouisiones Parrochialium statuere, quæ suis locis attingemus.

Sequitur demùm, *quæ competit ex lege, vel commissione Canonica, aut consuetudine, seù praescriptione per Sedem Apostolicam non improbata*: His enim tribus modis competit animarum Cura:
148 Primo ex lege † si videlicèt à lege sit demãdata, siuè principaliter, cùm illa supponitur in Papa, Episcopo, & proprio Parrocho, de qua satis dictum, vel accessoriè per vnionem; nàm si Ecclesiæ non Curatæ, vel beneficio simplici vniatur Ecclesia Curata, seù aliqua Parrochialis, Cura in habitu dicitur esse penes eum, cui est facta Vnio, licèt exercitio alterius illam committat, *Rebuff. de vnion. nu. 49.* cum alijs relatis per *Rotam decis. 710. n. 2. par. 2.*
149 *in recent.* neque enim ille, qui † vice illius exercet, dicitur Curatus, *Felin. in d. cap. in nostra, sub num. 15. in 10. corrol. vers. item dicas, si beneficium simplex*, & de his Vicarijs fusiùs suis locis dicetur.

Secundo competit ex commissione, ideſt com-
150 missione Papæ, vel Episcopi: etenim † per Papam

con-

consueuit committi suis Legatis in Prouincia, & per Episcopum Vicario suo Generali, ac Pœnitentiarijs, vt censuit *Marian. Socin. in supra allegato cap. omnis anima num. 30.*

151 Tertiò tandem consuetudine,† vel præscriptione, quod latè probat *Hostien. ibidem nu. 18.* Quinimò

152 imò sufficit simplex status,† nō docto de statu anteriori contrario, *Rota decis. 233. num. 1. par. 1. in recentior.* secundùm ea, quæ cùm de statu agemus, inferiùs dicturi sumus.

153 Tantùm hic non præteribo, desinere † actu esse Parrochialem, siuè Curatam Ecclesiam, si Populus ex toto deficiat, & redeūte Populo, quasi Iure post liminij recuperare statum suum pristinum, nisi interim Ordinarius illi limites subtraxerit, *Hostien. in cap. quià nonnulli sub num. 5. vers. tu verò dicas, & vers. quod si omnes Parrochiani de Cleric.*

154 *nō resident.* Interim † tamen non incurritur pœna *cap. de multa, Fæder. consl. 35. sub num. e. vers. &*

155 *posito fine præiudicio,* nec faciēda est † mentio Curæ, in talis beneficij, vel Ecclesiæ impetratione, *Felyn. in cap. in nostra paulò ante n. 16. vers. & dixi satis de rescript.* & disputat, cōcluditq; *Gabr. cō. sil. e 91. ex num. 6. lib. 1. cum alijs, quos sequuta est Rota apud Seraphin. decis. 936. num. 2.* & censuit etiam *in vna Auellina Beneficij 22. Iunij 1615. coram Illustriss. D. meo Cardinali Caualerio.*

156 Quod enim retineat Curam actu, † non procedit ex destinatione Episcopi à principio, sed ab accessu, vel regressu Populi, vt reprobata contraria sententia, quam visus est tenere etiam *Alexand. consl. 75. sub nu. 5. vers. vnde faciunt notata lib. 4. & Staphil. de lit. Grat. tit. de qualitate, & stat. beneficio. §. circa secundum sub num. 3. vers. nihilominus.* censuit *Gambar. de off. & potest. leg. lib. 5. quæst. An legat. possit plura benef. vni conferre num. 13. cum tribus seqq.*

157 Dum verò curam habitu solo retinet, † omnia etiam priuilegia retinet, *Gabr. d. consil. e 91. n. 5. lib. 1.*

158 Et propterea licèt cesset † exercitium, *Fæder. de Sen. consl. 80. & 135. cū alijs per Gonzal. glos. 6.*

159 *num. 89. & 90.* nihilominùs non † cessant illius Iura, & ideò semper conseruatur in ea status antiquus pristinus, quantumcunq; fuerit collata, tanquam beneficium simplex, propter decretum *Sacri Tridentini Concilij sess. 25. cap. 16.* expressè prohibentis, Curatum in simplex conuerti, Ità

160 ut in vanum hoc casu † vltimum statum contemplemur, etiam ad effectum euitandi subreptionē; aut si quando in gratia narratum fuisset, beneficiū esse simplex, vt latè fuit decisum in prællegata *Capuana Rectoria 27. Iunij 1615. coram bo. me.*

161 *Cardinali Sacrato*; nàm † vel infertur ad status mutationem ex prouisionibus Apostolicis, & malè, nisi concurrat voluntas, vt inferiùs explicabitur, aut ex prouisionibus inferiorum; & perpetuò deficit potestas, propter prohibitionem Concilij; & sic non imprimunt statum, *l. non dubium, cum*

162 *ibi not. C. de leg.* neque ideò † facultas vniendi beneficia simplicia fauore Seminarij, *ex Concil. Trid. sess. 23. cap. 18.* extenditur ad beneficia Curata habitu tantùm, vt sæpè respondit *Sacra Congregatio, vt in specie in vna Meliten. de anno 1621.* & priùs *in vna Catacen.* quinimò nec posset sustineri vnio, siuè dismembratio in aliqua minima portione fructuum, vt pariter fuit responsum in quadam alia *Lanc̃ianen.*

163 Aut deniquè, si quando exercitium apud alium sit; quod enim superiùs diximus, omnissam † Curæ mentionem non reddere gratiam subreptitiam, si Ecclesia habitu solo curata sit, procedit, quando exercitium nullo modo est actu, ex defectu materiæ, siuè subiecti, quià Parrochiani omnes recesserint à loco, secùs verò, si per alium, quàm per verum Rectorem præstetur, quia tūnc cura est actu in Ecclesia, licèt non sit in pers na, & propterea de illa nisi fiat mentio, gratia est prorsùs obreptitia, vt ità declarando, censuit *Rota in prællegata Capuana Rectoria 27. Iunij 1615.* & benè aduertit *Fattol. dub. 25. incip. primum, quià primum num. 2.*

164 Vt enim saluetur † ab obreptione gratia, in qua non est facta mentio de Cura, necesse est, vt actu prorsùs non exerceatur, neque à Rectore, neque ab aliquo eius Ministro, aut in eius locum suffecto, vt videtur explicare *Felyn. in cap. in nostra num. 15. post medium vers. & addi, quod si est Prioratus, de rescript. Gabr. in supracitat. consl. 191. num. 10. & 11. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus extra suam Diœcesim, nullum habet exercitium Iurisdictionis, etiam voluntariæ.*
2 *Præterquam si sit expulsus à propria sede, iuxta dispositionem clem. vnic. de for. compet.*
3 *Iurisdictio voluntaria, à contentiosa circa facultatem exercendi, nihil differt.*
4 *Episcopus intrà fines suæ Diœcesis fundat intentionem contrà quoscunquè.*
5 *Cuiuscunque sint status, siuè secularis, siuè Regularis.*
6 *Regulares subijciuntur Episcopo circa ea, quæ sunt extra Regulam, circa verò concernentia obseruantiam Regulæ, subijciuntur proprijs Prælatis Regularibus.*
7 *Episcopus, vt est adeptus possessionem suæ Ecclesiæ, censetur quoquè adeptus possessionem omnium Iurium illius, ex sola Iuris assistentia, in articulo Iurisdictionis.*
8 *Episcopus per exercitium vnius actus Iurisdictionalis, eatenùs acquirit quasi possessionem Iurisdictionis Episcopalis quoad omnes, quatenùs actus ille fuerit factus in propria Diœcesi, aliàs secùs.*
9 *Interdictum Vti possidetis, nusquàm redditur subdito contrà Dominum, in articulo Iurisdictionis.*
10 *Episcopale solidum Ius in duabus legibus consistit, Diœcesana videlicet, & Iurisdictionis.*
11 *Lex Iurisdictionis quid comprehendat.*
12 *Lex Iurisdictionis Episcopalis, quid differat à lege Diœcesana.*
13 *Et an differentia huiusmodi fuerit agnita per antiquos Canones.*

14 Et

14 *Et an potiùs confundatur.*
15 *Et an videatur reijcienda.*
16 *Lex diœcesana, rursùs dicta lex Iurisdictionis.*
17 *Lex Iurisdictionis, habita fuit à Sacris Canonibus, pro differenti à lege diœcesana.*
18 *Et quemadmodum altera, ab altera internoscatur.*
19 *Episcopale quoddam tertium Ius, præter duas leges Diœcesanam, & Iurisdictionis.*
20 Potestas, *vox, relata ad Magistratum, significat Imperium.*
21 Imperium, *vox, relata ad Magistratum, significat facultatem coactiuam.*
22 *Imperio Magistratus, inest Maiestas quædam.*
23 *Potestatis quatuor gradus.*
24 *Tutoris dationem, nequè Imperij, nequè Iurisdictionis esse, qualitèr demonstretur.*
25 *Iurisdictionis non omnia sunt, quæ competunt habenti Imperium, vel Iurisdictionem.*
26 *Tutor cùm datur per Magistratum, tùnc Magistratus gerit vices Patris Pupilli.*
27 *Magistratus qui dicantur, & an inter Magistratus Princeps ipse connumeretur.*
28 *Magistratus minores, non habent aliquod Imperium.*
29 *Et qui dicantur maiores, vel minores Magistratus.*
30 *Imperium Mixtum, quodnam sit.*
31 *Imperium Merum, per Antonomasiam dictum Potestas, versatur circa Ius gladij.*
32 *Et quarè dicatur Merum.*
33 *Animaduersio in caput Ciuis, nusquàm Consulibus demandata, sed apud Populum perpetuò retenta.*
34 *Episcopus habet Ius prouidendi Beneficia, Ius consecrandi, & Ius ordinandi à Sacris Canonibus, citrà Imperium, & Iurisdictionem.*
35 *Nisi proponantur per modum actionis, tùnc enim hæc dicuntur de lege Iurisdictionis.*
36 *Episcopus, habet potestatem dandi Iudicem.*
37 *Iudicis dandi potestas, Iurisdictionis est.*
38 *Iurisdictio quid.*
39 *Episcopus, habet Merum Imperium.*
40 *Item merum, & mixtum.*
41 *Episcopus, qua ratione dicatur habere Merum Imperium.*
42 *Episcopus, quomodò dicatur habere Mixtum Imperium.*
43 *Excommunicatio, quando referatur ad Merum, vel potiùs Mixtum Imperium.*
44 *Episcopus, quomodo dicatur habere duas leges, Diœcesanam, & Iurisdictionis, inter se distinctas.*
45 *Canonum deflectens à semita, per vias distortas incedit.*
46 *Lex, largè sumitur pro præcepto Superioris.*
47 *Leges, in effectu nihil sunt aliud, quàm minis mixta præcepta.*
48 *Leges duas, cum dicimus esse in Episcopo, intelligitur de duobus Præceptis, altero tanquàm Magistratus, & alterò tanquàm Administratoris.*
49 *Diœcesis, vox, quid significet.*
50 *Diœceta, quinam dicti.*
51 *Iurisdictio omnis continetur sub Maioritate, & Obedientia.*
52 *Spiritualia qui seminat, nòn est magnum, si metat carnalia.*
53 *Cathedraticum, quanam sit pensitatio.*
54 *Synodaticum, vnde dictum.*
55 *Cathedraticum, soluendum est secundum valorem antiquæ monetæ.*
56 *Quod tamen declaratur.*
57 *Episcopus obligat se Curæ animarum, ex singulari voto quod emittit in Consecratione.*
58 *Decimarum, & Mortuariorum quotæ, quo Iure per Episcopum exigantur.*
59 *Monasteria, non possunt erigi, vel fundari sine permissu, & approbatione Episcopi Diœcesani.*
60 *Monasterium erectum in aliqua diœcesi, remanet sub disciplina Episcopi, tàm respectu Visitationis, quàm respectu Correctionis, & tàm in membris, quàm in capite, in his, quæ sunt extra Regulam.*
61 *Monasteria, pro noua erectione soluunt Episcopo Eleugiam, & quid sit Eleugia, & an hæc potestas transeat in Capitulum sede Episcopali vacante, quod negatiuè concluditur.*
62 *Iurisdictio, aliquandò latiùs sumitur pro Iudicis Officio, necnon pro subiectio Maioritatis, & subiectionis.*
63 *Iurisdictionis gradatio, & regradatio in Principe.*
64 *Episcopus, quomodo exigat sibi debita diœcesana lege.*
65 *Regaliarum exactio, exorbitat à Iure communi.*
66 *Regalium definitio quæ, remissiuè.*
67 *Angariæ computatæ inter Regalia.*
68 *Lex* Diœcesana, *in recipiendo, Iurisdictionis verò in dando.*
69 *Lex* Diœcesana, *dicta passio dulcis.*
70 *Procuratio, an consistat in recipiendo, sitq; de lege Iurisdictionis.*
71 Monachi, *sunt exempti à lege diœcesana.*
72 *Procuratio, debetur Episcopo à* Monachis.
73 *Lex diœcesana, quas exactiones respiciat.*
74 Monachorum *exemptio à lege* Diœcesana, *quando, & quomodo contigerit.*
75 Monachorum *exemptio, non soluit omne Ius Episcopale.*
76 *Procuratio, quo Iure debita Episcopo.*
77 *Episcopus, quo Iure percipiat quartam* Mortua*riorum.*
78 Monachi, *quo Iure sint exempti à quarta* Mortua*riorum.*
79 *Synodi conuocatio, non est de lege* Diœcesana, *sed Iurisdictionis.*
80 Synodum *cõuocat Episcopus, & cogit omnes, etiam exemptos, per viam censurarum.*
81 Excommunicandi *facultas citra forum* Pœnitentiale, *non nisi Iure* Magistratus *competit.*
82 *Et hinc, dicitur pars Iurisdictionis.*
83 Excommunicatio, *exigit causæ cognitionem.*
84 *Lex Iurisdictionis, omnia omninò munera* Episco*palia concernit, quæ non sunt de lege Iurisdictionis, & quomodò.*
85 *Imperij quæ meri videntur, contigibilitèr; dùm applican-*

plicantur, & exercentur, misturam contrahunt, ratione subiecti, ex adiacenti iurisdictione.

86 *Delegatio, restringitur pro modo Iurisdictionis delegantis.*

87 *Episcopi, an in condendis suis Constitutionibus, teneatur non solùm requirere, sed sequi consilium sui Capituli.*

88 *Statuendi potestas, non extenditur vltra territorium statuentis.*

89 *Statuendi potestas, non est neque Iurisdictionis simplicis, neque mixti imperij, sed est Imperij meri.*

90 *Episcopus, potestatem, & Imperium quod habet, immediatè habet à Papa, inabdicabiliter.*

91 *Episcopus gerit vices Summi Pontificis.*

92 *Text. in l. Humanum C. de legibus, explicatus.*

93 *Episcopus habet Ius Monarchicum.*

94 *Consilium Capituli, quod debet requirere Episcopus, iuxt. text. in cap. Nouit, & in cap. Quanto de his quæ fiunt à Prælat. fin. consens. Capitul. ad quæ negotia pertineat.*

95 *Consilium alicuius vbi à lege requiritur in aliquo actu, exponitur pro consensu.*

96 *Episcopus nil potest statuere circa ardua, sine consensu sui Capituli, secus verò circa non ardua, secundùm quosdam.*

97 *Quæ tamen distinctio reijcitur.*

98 *Episcopi potestas in statuendo ad quæ sit restricta.*

99 *Episcopus, non potest aliquid statuere contrà Ius Canonicum, secus verò contra Ius Ciuile.*

100 *Episcopus nil potest statuere contra præcepta Apostolorum, vel etiam Sanctorum Patrum.*

101 *Consilium, vox, de qua in cap. Nouit, & cap. Quãto de His quæ fiunt à præl. fin. conf. Capit. stat ibi propriè pro consilio, non autem pro consensu.*

102 *Episcopus non potest statuere aliquid in praiudicium sui Capituli, citra eiusdem Capituli consensum, & quid consensus huiusmodi operetur.*

103 *Episcopus, de consensu Cleri sui, constituere potest, nè quis promoueatur ad Clericatum, quin renunciet bonis proprijs, & castitatem promittat.*

104 *Quod tamen Papa posset, ex plenitudine suæ potestatis, citra huiusmodi consensum, statuere.*

105 *Magistratus non potest condere legem sine consensu Vniuersitatis, cui præest.*

106 *Episcopus verius est Magistratus, quàm quod illi comparitur.*

107 *Magistratus, si quando est potestas legis condendæ, necesse est, vt illi sit à Principe, vel à Populo.*

108 *Magistratus, tanquàm Magistratus, nullam habet potestatem legis condendæ.*

109 *Statuendi facultas, est Meri Imperij maximi.*

110 *Synodus Prouincialis vbi cogitur, inuitantur Capitula Cathedralium, sed non admittuntur ad Votum decisiuum, neque Episcopi suffraganei habentur pro Coniudicibus, sed Assessoribus ipsi Archiepiscopo.*

111 *Episcopus, an teneatur sequi Consilium Capituli in alienationibus, vel in iudicijs, pendet ex consuetudine, quæ reputatur merè interpretatiua.*

112 *Consuetudinem inducere posse, iurisdictionis est.*

113 *Consuetudo non potest induci, nisi per eum, qui habet potestatem legis condendæ.*

114 *Consuetudo non potest induci per actus, qui sint minùs, quam tres.*

115 *Nisi detur actus habens tractum successiuum.*

116 *Consuetudo, non potest induci nisi per actus vniformes.*

117 *Et qui concludant ad animum inducendi Consuetudinem.*

118 *Consuetudo debet esse rationabilis.*

119 *Idquè est de illius forma.*

120 *Monarchicus non est Principatus, sed Democraticus, vbi Princeps alieno arbitrio gubernat.*

121 *Episcopalis quæ sunt Ordinis, non possunt acquiri inferioribus Presbyteris, etiam per immemorabilem.*

122 *Monarchicum Ius non potest esse, nisi in vno.*

123 *Episcopalia Iura ad Iurisdictionem pertinentia, quænam sint transmissibilia.*

124 *Consuetudo, quid differat à præscriptione.*

125 *Consuetudo, quod vni attribuit, alteri non aufert.*

126 *Imperij quæ sunt meri, non præscribuntur, nisi ab immemorabili.*

QVÆSTIO XXI.

Potestas Episcopi intra suam Diœcesim, an contineatur duabus legibus Iurisdictionis, & diœcesana, & quænam illa sint.



VPERIVS, summam beneficiorum diuisionem ex maioribus, & minoribus constituimus, cùm de illorum causa efficiẽti ageremus; Poscebat etiam propositæ tractationis methodus, vt, postquàm tractare incepimus de Episcopatu, eãdem materiam prosequeremur, antequàm ad alia diuerteremus: Cæterùm Iura dotalia Episcopi, quæ in decimis, & similibus cõsistunt, quæq; illi debentur ratione Curæ animarum, non poterant aliter commodè explicari, quàm si nonnulla priùs decernerentur circa reliqua beneficia, quæ ratione similis Curæ, de eisdem iuribus participãt, neque rursus de illis, quin etiàm de alijs circa ea contingentibus, tractari poterat: Regrediendo igitùr, vndè videmur digressi, cùm inter Iura dotalia Episcopatus non solùm sint temporalia, de quibus in præcedenti quæstione egimus, sed plurima spiritualia, & mista, quæ innuimus *in quæst. 5. ex n. 70.* præcipuè, quæ eius potestatem concernunt, ideò de hac ipsa iàm hic quærimus, non in vniuersum, sed simpliciter, Vtrùm scilicet contineatur duabus legibus, Iurisdictionis, & diœceseos, & simul exploremus, quænàm illæ sint, cùm Doctores nostri in earum expositione non conueniant.

Hoc autem priùs est constituendum, vt quemadmodùm extra † suam diœcesim, nullum habet Episcopus

1

ſcopus exercitium Iuriſdictionis, etiam voluntariæ, *c. Nouit.* vbi præ cæteris, *Abb.n.2.& 3.de off.leg.* Præterquàm in caſu expulſionis à propria Sede,
2 iuxta terminos *clem.vn.de for.compet.* (cũ † diſtin-
3 ctio illa † quam facit *gloſſa in l. vlt. in verb. non paretur,ff.de iuriſd. omn. Iudic.* inter voluntariã, & contentioſam Iuriſdictionem, non ſit vera, prout illam reſpuit *Dec. conſ. 557.n.10. & 11.* & exemplum manumiſſionis, & adoptionis, quo viſus eſt moueri *Accurſ.* referatur ad Ius ſingulare Proconſularis Imperij), vt aduertit *Cutac. lib. 1. Pauli ad Edictum in interpretatione dictæ legis vltimæ*)
4 itá † intra fines ſuæ diœceſis, habet intentionem fundatam, pro exercitio Iuriſdictionis contra quoſcunque, *cap. cum perſona, de priuileg. in 6. can. omnes Baſilicæ, 16. quæſt. 7. cap. cum venerabilis, de Relig. dom. clem. 1. de for. compet. Rom. conſ. 180. ſub num. 4. verſ. Habet enim Epiſcopus, Feder. de Sen. conſ. 145. num. 6. ante fin. verſ. Vnde ſi aliquis Verall. deciſ. 201. par. 2. Seraph. deciſ. 1104. num. 1. Rota deciſ. 243. num. 1. par. 2. in recentior.* cuiuſq;
5 ſtatus † ſint, ſiue Regularis, ſiue Secularis, *can. Abbates, vbi gloſ. in verb. in Epiſcoporum, 18. quæſt. 2.*
6 Quòd † tamen, reſpectu Regularium, intelligitur de his cauſis, quæ ſunt extra regulam, quæ enim tangunt regularem obſeruantiam, ſubijciuntur iudicio Prælatorum Regularium, vt ex ponderatione *tex. in cap. cum contingat. de for. compet. in c. 1. & cap. cum perſona, de priuil. in 6. in cap. reprehenſibilis, iuncto cap. ad noſtram de appell. in cap. fin. de ſtat. Monach. in can. 1. 16. quæſt. 2. & in can. 1. 18. quæſt. 2.* & poſt *Innoc. in cap. quanto, n. 2. de off. ordin. Marian. Soc. in cap. qualiter & quandò, num. 84. de accuſat. Bellam. conſ. 5. num. 32.* & alios, latè explicat *Rota deciſ. 15. num. 4. 7. & 10. & deciſ. 17. nu. 1. par. 1. in recentior.*
7 Quod adeò verum eſt, † vt adepta poſſeſſione ſuæ Eccleſiæ, ex omnimoda Iuris aſſiſtentia, ei intelligatur acquiſita quaſi poſſeſſio, quoad omnes actus indifferentèr, vt eſt caſus *in cap. 1. de Relig. dom.* quem in id expendit *Butr. in cap. vlt. nu. 46. de cauſ. poſſ. & propr.* ſufficit enim vnus actus, modò factus fuerit in diœceſi, aliàs ſecus, vt declarat *Mil. in verb. poſſeſſio, ſeu quaſi Iuris Epiſcopalis, ad fin.* ſecundum quam declarationem loquitur etiam, & procedit doctrina *Butrij*, quam ſimilitèr canonizauit *Rota* apud *Caputaq. deciſ. 306. nu. 1. 2. & 7. verſ. ideò fuit par. 1.* & pluriès *Rota* fuit ſequuta, ac in ſpecie *in vna Bononien. Sancti Petro ny 28. Aprilis 1595. coram bo. me. Cardinali Mantica, quæ eſt 322. nu. 2.* & in alia *Veronen. Iuriſdictionis 18. Martij 1596. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio.*
8 Nec inferior, ſed illi ſubiectus † poteſt iuuari
9 contra ipſum interdicto vti poſſidetis, quod † circa Iuriſdictionalia nuſquàm redditur ſubdito contra Dominum, *Bart. in l. 1. §. huius autem interdicti, ſub num. 3. verſic. nàm interdictum hoc, ff. vti poſſide. Caputaq. d. deciſ. 306. nu. 4.*

Quàm verò latè pateat hæc poteſtas, non leuis eſt controuerſia, & qui eam integris voluminibus excutere voluerunt, magis obſcuram reddiderunt.
10 In duplici igitur lege, † videlicet diœceſana, & Iuriſdictionis, eam, totumque Ius Epiſcopale conſiſtere, pronunciauit *gloſ. in cap. dilectus, in verb. de lege Iuriſdictionis, in princip. de offic. ordin.*
11 quæ † complectitur omnem poteſtatem, de Iure communi, non etiam Iure ſpeciali Epiſcopo competentem in tota ſua diœceſi, *Calder. conſ. vlt. de offic. ord.*

At quia eadem *gloſſ.* in explicando, quæ inter has leges ſit differentia, ſibi non ſatis conſtat, ple-
12 rique exiſtimarunt † nullam, aùt verbalem inter has leges differentiam eſſe, rectiúſquè dici, vnam dumtaxat dari legem, videlicèt diœceſanam, ſub qua comprehendatur lex Iuriſdictionis, itá *Innocen. in cap. 1. ſub num. 1. verſic. tamen nobis, de ſtat. Monach. & in eo. cap. dilectus ad finem verſic. prius enim videtur dici, quem ibi ſequutus fuit Hoſtienſ. ſub num. 6. verſ. vndè melius eſt, & Bellam.*
13 *num. 9.* nequè † alitèr vnquàm fuiſſe agnitam in decretis, tradidit *in dicto cap. 1. lo. Andr. ſub num. 4. ad finem verſ. nec de ipſa fit mentio*, in-
14 dèque † eas confundi, & alteram pro altera ſumi, ſcripſit *Hoſtienſ. vbi ſupra verſ. quamuis autem.*

Quinimò idem *Hoſtienſ. in cap. vlt. nu. 22. 23. & 24. de offic. Archid.* videtur, ratiocinationem
15 hanc penitùs abieciſſe, mirèquè † huic reiectioni arridet *text. in cap. ad abolendam, in fine extr. de hæret.* vbi, quam alibi canones vocant legem diœceſanam, idem textus vocat legem Iuriſdictionis
16 diœceſanæ, vt † meritò videatur idem *Hoſtien.* totam poteſtatem Epiſcopalem ad tria reduxiſſe principia, Ordinis videlicèt, Auctoritatis, & Iuriſdictionis, & eũ ſequutus eſt *Butr. conſ. 19. in princ. & num. 1.* vbi expreſsè damnat ſupradictam theoricam *gloſſæ*, tanquàm (vt ipſe loquitur) non benè doctrinalẽ, quem poſt alios ſequutus fuit *Lambertin. in tract. de Iurepatron. lib. 1. par. 1. quæſt. 9. art. 3. num. 21.*
17 Contrà † alij obniti videntur, & antiquis Canonibus agnitam fuiſſe legem diœceſanam in differẽtia legis Iuriſdictionis conteſtantur, ſicquè probari ex text. *in can. 1. 10. quæſt. 1. iuncta gloſſa in ſumma, in verbo quidam laicus*, & de hoc eſſe textum clarum *in d. cap. dilectus, de offic. Ordinar.*
18 nec tamen † alteram ab altera alitèr dignoſci volunt, quàm ex notione corum, à quibus de Iure Monachi ſunt exempti, itaùt illa quidem reputentur de lege diœceſana, cetera verò de lege Iuriſdictionis, ſic namquè ſcripſit præ cæteris *Abbas in eo. cap. dilectus, ſub n. 4. verſ. tene ergò.*
19 Non † etiam defuerunt, qui conſtituant tertiam ſpeciem poteſtatis ſeiunctam, & penitùs ſeparatã ab vtraque lege; docentes, quicquid definitum eſt per Canones, vt ſit de lege diœceſana, tale cenſeri debere, ac ſimilitèr de lege Iuriſdictionis, quicquid definitum eſt per eoſdem Canones, eius legis eſſe; Quod autem expreſsè per Canones non eſt relatum ad alterutram ex his legibus, referendum eſſe ad Ius quoddam Tertium, quod ideò Ius Epiſcopale nuncupatur, itá *Zabarell. in eo. cap. dilectus, ſub num. 3. ad medium verſic. ex hoc dic, de offic. ordin.*

Vt ergò tota hæc controuerſia elucidetur, operæ pretiũ duxi, omnia ad iuris principia reducere.

Et

20 Et primùm aduertere, vocem † hanc *Potestas* relatam ad Iusdicentem, ipsum significare imperium, *l. Potestatis 215. de verb. signif.* non quidem merum, aut mixtum; quæ species sunt, de quibus tractat *Vlpianus in l. Imperium, ff. de iurisd. omn. Iudic.* & de his statim agetur, sed prout in genera-
21 liori significatu, sumitur † pro potestate, seu facultate coactiua, *vt in l. 2. C. de silentia. lib. 12.* in
22 qua † elucet Maiestas quædam, quod voluit innuere *Rebuffus in d. l. potestatis vers. aliquando exprimit imperium.*
23 Huius † verò facultatis, & potestatis (quicquid conuoluant aliqui) quatuor sunt gradus, specie quidem distincti, sed tamen inter se ità cohærentes, vt plerique, etiam magni nominis Iurisconsulti, in illis discriminandis facillimè lapsi sint.

Primus, & inferior gradus, est potestatis à lege, Senatusconsulto, vel Principe alicui attributæ, citra aliquod Imperium, aut Iurisdictionem, qualis
24 est Tutoris datio, † ea namque, neque Imperij, neque Iurisdictionis est, sed ei soli competit, cui nominatim hoc dedit lex, vel Senatusconsultum, vel Princeps, inquit *tex. in l. Muto, §. Tutoris datio, ff. de tutelis*, in cuius textus expositione mirum est, quanta ibi post *gloss. in verbo neque Imperij*, sit Doctorum cõtentio, dùm non capiunt, quomodò Tutoris datio, non sit neque Imperij, neque Iurisdictionis, cum tamen non nisi habentibus Imperium, & Iurisdictionem competat, neque ani-
25 maduertunt, † non omnia competentia ijs, qui Iurisdictionem habent, esse Iurisdictionis, sed ea tantùm, quæ competunt iure magistratus, cætera verò mandata à lege, Senatusconsulto, vel à Principe, haud quaquàm, eo iure competere, cum nitantur Iure non suo, sed Iudicis officio, *l. 1. ff. de iurisd. omn. Iudic.* & benè ibi *Cuiac. in parat. latiùs in explicatione d. l. 1.* Et patet exemplo huius-
26 modi dationis Tutoris, in qua † Magistratus gerit vices Patris pupilli, ex legis concessione de eo benè præsumentis, atquè ideò illum in easdem priuatas Patris vices surrogantis, vt acutissimè docet *Anton. Faber ad tit. instit. de tutelis princ. 1. illat. 14.*

27 Magistratus autèm dicuntur † personæ omnes eorum, qui præsunt in populo, præscribuntquè, & vtilia, & coniuncta cum legibus, hanc siquidem vim magistratuum expressit *Cicero in 1. de legib.* cui descriptioni congruit *tex. in l. sed & qui data ad fin. cum l. seq. ex quib. cau. maio. & melior. tex. in l. quibus. 57. de verb. signif.*

Creantur tamèn ij à Principe, vndè & lex Iulia de ambitu, iàm in Magistratum ambientibus cessat, *l. 1. ad l. Iuli. de ambit. l. quidem consulebat, de re iud.* Remanetque ipse Princeps quocunque Magistratu maior, vt suprà *quæst. 9. num. 5.* visum fuit, supra enim omnes Magistratus, non inter Magistratus, Supremi sunt Principes, inquit *Iass. in l. Imperium, sub num. 2. ad med. vers. istud enim, de iurisd. om. iud.*

Secundus est gradus, qui versatur circa Iurisdictionem nudam ab omni Imperio, qualis est Iuris-
28 dictio minorum magistratuum, ij † enim destituti sunt omni Imperio, & potestate, quatenùs potestas refertur ad Imperium, & Maiestatem, sic probat text. *in l. Nec Magistratibus, vers. quod si ex minoribus. ff. de iniur.* vbi quòd ideò personæ gerentes huiusmodi magistratus, pro iniuria cuipiam illata, possunt conueniri, non expectato, quod magistratu abeant.

29 Dicuntur † autèm maiores Magistratus, qui Tribunal habent, minores verò, qui non habent, vt diximus suprà *quæst. 9. num. 101.* quamuis me non lateat, aliter alios maioriam hanc distinxisse, videlicet ex grauitate, vel leuitate administrationis, & causarum, de qua re latè post alios agit *Mastrill. in tract. de magistr. lib. 5. cap. 1. ex nu. 3.* quæ tamèn distinctio magis causam, & effectum, quàm formam dictæ maioriæ respicit.

30 Tertius est gradus Imperij mixti, † quod videlicet competit iure Magistratus, & dicitur mixtũ, quià est illi permixta Iurisdictio, quæ ei adiacet, ac perpetuò cohæret, *d. l. Imperium, ff. de Iurisd. om. Iudic.* agnouitquè ratione huius mixturæ *Vvesembec. in parat. eius tit. sub num. 7.*

Quartus denique, supremus omnium, est gradus meri Imperij, qui per Antonomasiam Potestas
31 dicitur, versaturquè † circa Ius gladij, vt probat
32 tex. *in d. l. Imperium*, & dicitur † merum, quià scilicet, sit separatum à Iurisdictione, idest, quia non competat iure magistratus, vt probatur ex eadem *l. Imperium, iuncta l. vlt. de offic. eius, cui est man. iurisd.* sed ex lege, *l. 1. §. qui mandatam eo. tit.* & fusiùs explicat *Cuiac. in l. 1. de Iurisd omn. Iud.*

33 Porrò Imperium istud † nusquàm Iurisdictioni sit accessoriũ, adeò vt quamuis Populus Romanus, expulsis Regibus, creauerit Consules cum plena potestate, & Iure administrandi Rempublicam, potestatem hanc tamèn gladij sibi retinuerit, legeque lata factum fuerit, vt ab eisdem Consulibus prouocatio esset, neuè possent in caput Ciuis Romani animaduertere, iniussu Populi, solum relictum est illis, vt coercere possent, & in vincula publica duci iuberent, sunt verba *Pompon. in l. 2. §. exactis deindè Regibus, de orig. Iur.*

His breuitèr expositis; in Episcopo solida hæc
34 potestas elucet: Pleraquè † enim expedit, velùti sibi à Sacris Canonibus mandata, citrà Imperium, aut Iurisdictionem aliquam, cuiusmodi sunt prouisiones, & collationes beneficiorum suæ diœcesis, *can omnes basilicæ, 16. quæst. 7.* cõsecrationes, siuè altarium, siuè personarum, & ordinationem, *can. interdicimus, 16. quæst. 1.* hæc enim tria expediun-
35 tur per Episcopum ex officio † præterquàm si proponantur per modum actionis, *cap. 2. de offic. Iud. ordin.* in quo posset, sine aliqua reprehensione, vera esse doctrina glossæ *in d. cap. dilectus, in verbo de lege*, existimantis, hæc esse de lege Iurisdictionis.

36 Quatenus † verò habet potestatem Iudicis dandi, de qua latè agit *glossa, in can. 1. in verbo concedimus, ad medium, vers. item quæritur nunquid Episcopus, 95. distinctio*, & post eam *Vgolin. de Episc. cap. 4. §. 11. ex num. 1.* negari non potest,
37 quin † sit verè, ac propriè Magistratus, *l. eum qui, eo tit. de iurisd. omn. Iud.* Vnde & Iurisdictionem

nem

38 nem habet nedùm simplicem, quæ† dicitur notio,
& definitio causarum, competens Magistratui pro.
prio iure, vt benè explicat Cuiac. ad d. l. 1. in 6. col.
39 de Iurisd. omn. iud. verùm† etiam merum, &
mixtum Imperium, vt de mero, quod supremum
40 est, † pronunciauit Bal. in Rubr. paulò ante, n. 8.
vers. vel dic, quod Episcopus, de constit. Imol. in
cap. cum contingat, nu. 2. per eum tex. de for. com-
41 pet. & † de mero, & mixto tradidit Cardin. in
cap. 1. paulò antè nu. 1. vers. & facit etiam hæc li-
tera, de off. ordin. Barbat. cons. 47. sub n. 4. ad med.
vers. vndè Dominus Cardinalis, vol. 1. & fuit origi-
nalis doctrina Gullielmi de Turno, & Cyni, quos
retulit Fæder. de Sen. cons. 190. in primis verbis,
Purpur. ad l. Imperium num. 137. de Iurisd. omn.
Iud. Henr. Botta. in tract. de Synod. Episcop. par. 3.
num. 105.

42 Quippè, merum habet Imperium, quatenùs † ha-
bet potestatem gladij Ecclesiæ, idest anathemati-
zationis solemnis, Abb. in cap. cum ab Ecclesiarum
sub nu. 5. vers. secunda regula est, de offic. ordin. &
censuit Rota decis. 2. sub num. 1. versic. nàm non
est dubium Episcopos, de præscrip. in nouis. propriè
enim merum Imperium in hac gladij potestate cō-
sistit, d. l. Imperium ff. de iurisd. omn. Iud. ideoquè
prorsùs est in Episcopo, qui, vt dixi, habet potesta-
tem excommunicādi, & cogendi Synodum, vt ele-
gantèr etiàm docet Innocen. in cap. transmissam
num. 2. ad finem. versic. ergo, & confirmatus de ele-
ctio; quem sequitur Abb. in cap. cum contingat n. 7.
de for. compet. & in hac potestate mucronis Eccle-
siæ cōsistere merum Imperium, ex doctrina Innoc.
suprà relati, censuit etiam Purpur. in d. l. Impe-
rium, num. 136. vers. & facit, docetq; etiàm Ho-
stien. in cap. transmissam sub num. 16. vers. ergò &
electus, de elect.

43 . Mixtum † verò in eo est Imperium, quatenùs
Magistratum habet cum imperio, cui iurisdictio est
permixta, iuxtà supradicta, vndè quatenùs proce-
dens in forma iudiciaria, ad instantiam partis, ali-
quem excommunicat, iàm imperio permiscetur
Iurisdictio, hacquè ipsa ex causa, excommunicatio
dicitur imperij mixti, vt optimè considerat Abb.
loco proximè allegato.

Hæc enim est (quantùm ad ipsum spectat) diffe-
44 rentia † inter solemnem excommunicationem,
quæ fertur ex causa publica in rebelles, & contu-
maces, & hanc, quæ fertur in figura formati iudicij
ad instantiam partis, vt illa sit meri imperij, hæc ve-
rò misti, vt declarando supradictam doctrinam In-
nocen. docuit Ias. in d. l. Imperium sub num. 24.
vers. quartum exemplum, de iurisdict. omn. Iudic.
Guliel. Luueran. in declarat. arbor. iurisdict. sub
num. 28. quos sequutus est Moneta in tract. de
Conseruato. cap. 7. num. 15.

45 Refert † nunc videre, quomodo in Episcopo di-
cantur constitutæ duæ istæ leges, videlicèt Diœce-
sis, & Iurisdictionis, nàm dicere, eas confundi, vt di-
cebant præallegati Doctores, nil est aliud, quàm se
opponere, nedùm modernis, verùm etiàm antiquis
Canonibus, à quibus recedere, nihil est aliud, quàm
per viam distortam incedere, can. 1. & 2. distin. 3.
46 Et puto, legem † in hoc sensu largè accipi, pro
superioris præcepto, vt in l. 1. ff. de legibus, leges
47 enim † nil aliud in effectu sunt, quàm minis mixta
præcepta, inquit Seneca in Epist. 94. Brisson. de
Verb. Iuris signif. lib. 10. & benè etiàm desumitur
ex l. 2. ad fin. & l. legis virtus ff. de legib.

48 In † Episcopo igitùr duæ sunt leges, idest ab eo
emanant in sibi subiectos duo præcepta; alterum
Iurisdictionis, quatenùs Magistratum gerit, & alte-
rum diœcesis, quatenùs habet Administrationem
aliquam seiunctam à Iurisdictione, ex mādato Ca-
49 nonum; vox † enim ista Diœcesis ex sui naturali si-
gnificatione nō denotat territoriū, prout vulgò, &
etiàm apud nos crebriùs vsurpatur, sed denotat
simplicē administrationē, Tholos. syntag. iur. lib. 15.
50 c. 12. n. 3. Hincquè † Administratores, Procurato-
resquè Penoris ipsius Principis, Diœceta dicti sunt,
in l. Archigerontes C. de Episcop. audien. vt expo-
nit Alciat. dispunctio. lib. 3. cap. 18.

Ergò Episcopus, tanquàm magistratus, habensq;
ideò iure proprio Iurisdictionē cum mero, & mix-
to Imperio, quà latè patet eius territorium, quod
& Diœcesim per metonymiam dicimus, nil aliud si-
bi in summa vindicat, quàm maioritatem, & obe-
51 dientiam, † sub qua omnis Iurisdictio continetur,
tot. tit. de maior. & obed. & benè aduertit Baldus
cons. 294. sub num. 1. in 2. col. vers. modò sequitur
in textu lib. 5.

Tanquàm verò Administrator, cuius administra-
tionis subiectum est forum interius, de quo in præ-
cedenti quæstione satis est dictum, Quemadmodū
tria præcipua sunt, quæ circa illam contingunt, ità
Episcopus præcipit, legequè edicit, totidem sibi in
remuneratione sui spiritualis officij retribui, ex
52 Apostoli monitu, Qui † spiritualia seminat, nō est
magnum, si metat carnalia, cap. cum ex officij §. not
igitur de præscriptio.

Primùm igitur, sicùti principale munus ipsius est
docere, in cuius signum habet Cathedrā, vt visum
est supra quæst. 9. num. 98. ità à singulis Basilicis
53 Cathedraticum exigit, quòd † est pensitatio duo-
rum solidorum, can. placuit, & can. inter cætera
10. quæst. 3. & quidē vsualis monetæ, vt tradit gloss.
in summa eius quæstionis in verb. quid verò. Et
54 dicitur † eadem hæc pensitatio quandoquè syno-
daticum, quià videlicèt solui consueuit in Synodo,
glos. in cap. conquerente in verbo duos solidos de
offic. ordinar. & in summa d. quæst. 3. in eod. ver.
55 quid verò, quæ † quidèm quantitas, soluenda est
secundùm valorem antiquæ monetæ, non autem
eius, quæ currit tempore solutionis, vt docet glo. in
d. cap. conquerēte in verb. duos solidos de offi. ordin.
cum alijs, quos citat, & sequitur Surd. cons. 404.
56 nu. 12. † quàmuis enim moneta mutata, videatur
etiam mutandum Cathedraticum, ex quo illud se-
quitur vsum Regionis, tamèn hoc intelligitur, quā-
do ex huiusmodi mutatione, præscriptum est vnum
aliquod monetæ genus, & secundum illud facta so-
lutio Cathedratici per quadraginta annos, aliàs se-
cùs, vt plenè declarat Hostien. in summa de censib.
nu. 8. vers. quid si moneta mutetur.

Mox sicùti habet munus curæ animarum, & Ec-
clesiarum, ac consequutiuæ administrationis Sa-
57 cramentorum, cui † curæ specialiùs se obligat ex
singu-

singulari voto, quod emittit in consecratione, *cap. nisi 9. verum, vbi glos. in verb. desigendo manum, de renunc. Io. Andr. in cap. cum venerabilis sub num. 7. versic. item in consecratione, de censib.* & ibi etiam *Butr. sub num. 12. vers. quarto quia Episco-*
58 *pus*, super † quo eadem ratione retributionis temporalium fundat intentionem in decimis, & mortuarijs, ità quatenùs eam curam alijs committi contingit, exigit ab eis duas Quartas prędictarum videlicet decimarum, & mortuariorum, *can. cum pro vtilitate 16. quæst. 1.* de quibus satis dictum fuit in eadem quæstione præcedenti.
59 Tertium, quemadmodum † haber ordinationē omnium Ecclesiarum suæ diœcesis, *d. can. omnes Basilicæ*, siuè secularium, siuè Regularium, adeò quòd nisi ipso permittente, vel probante, nullus possit nouum Monasterium incipere, vel fundare, *can. de Monachis cum sequenti 18. quæst. 2.* & nouissimè etiam iussit *Sacrum Tridentinum Conci-*
60 *lium sess. 25. de Regul. cap. 3.* quod † postmodū sub eius disciplina remanet, *can. Monasteria, eadem quæst. 2.* tàm respectu visitationis, vt ibidem refertur *in can. visitandi*, quàm respectu correctionis, & tàm in capite, quàm in membris (in his tamen, quæ sunt extra Regulam, *can. 1. & can. Abbates ea. quæst.*) ità ratione solemnis benedictionis, sub qua easdem Basilicas, & Monasteria instituit, aliam rursùs pensitationem exigit, quam *Eulogiam* canones nuncupant *in can. Eleutherius d. quæst. 2.* vbi ta-
61 men † *gloss. in verbo nomine Eulogiæ*, non intelligens significatum illius vocis, eam accepit pro signo prædicationis tèpore consecrationis; Et hæc sanè est vera ratio, cur ius licentiam dandi pro erectione noui Monasterij, præseruatum Episcopo per supradictum decretum Concilij, non transeat in Capitulum Sede Episcopali vacante, prout responsum fuit per *Sacram Congregationem super Concilio in vna Asten. Erectionis noui Monasterij 17. Augusti 1626.*
62 Quatenùs † ergò Episcopus, id Iuris sibi vindicat, vt nemo præter se doceat, administret, & ordinet; neque consacret Ecclesias intra suam diœcesim, vtiquè alio Iure non nititur, quàm Iurisdictionis, non quidem prout Iurisdictio sumitur in strictiori significatu pro notione, & definitione causarum, proprio Magistratus Iure competenti, vt suprà dictum est, sed prout latiùs sumitur, pro officio Iusdicentis, quòd licèt à Iurisdictione diuersum sit, & longè latiùs pateat, *vt in l. 1. de Iurisd. omn. Iudic.* tamèn negari nequit, referri posse ad iurisdictionem, quatenùs vox ista *Iurisdictio* vniuersaliter refertur ad illa duo reciproca, maioritatem videlicèt, & subiectionem, de quibus *suprà num. 51.* Enimverò sic ex *Seneca lib. 1. de clement. cap. 1.* Cæsarem loqui didicisse nouimus, *Quas nationes funditus exscindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos Reges mancipia fieri, quorumquè capiti Regium circundari decus oporteat, quæ ruant Vrbes, quæ oriantur, mea iu-*
63 *risdictio est*; Ex quo loco † aliqui ex nostris gradationem, & regradationem Iurisdictionis in Principe collegerunt, vt in specie *Bald. cons. 333. sub n. 1. vers. porrò lib. 1. & Anchar. cons. 310. nu. 10.* & sic benè pronunciauit præcitata *gloss. in d. can. dilectus, in verbo de lege*, isthæc ipsa, esse de lege Iurisdictionis, vltra aliam rationem, quam attigimus superiùs.
64 Quatenus verò † Episcopus pro supradictis exigit retributionem aliquam, tùnc non nititur Iuri Iurisdictionis; à iure enim exorbitat, vt istæ retributiones temporalium pro spiritualibus fiant, *can. sicut Episcopum 1. quæst. 2. cap. 1. de simonia*, sed lege diœcesana, qua veluti Diœcesanus, atquè ità supremus Administrator, hæc ipsa emolumenta exigit in signū supradictæ suæ Præeminētiæ, & immēsi
65 cuiusdā laboris, atquè iure quodam tegali, † quod plurimùm exorbitat à Iure comm. uni, *Rolan.* post eos, quos allegat *cons. 1. num. 151. volum. 2.* vnde etiàm dicūtur iura specialia, & exorbitantia, *Lucas de Penna in l 2. sub nu. 5. ad finem, & num. 7. C. de*
66 *Iur. reipub. lib. 11.* & † istas exactiones ad ius Regale pertinere, satis percipitur ex ipsa Regalium definitione, quam ponit *Rosental. de feud. cap. 5. in prima conclus. num. 2.* & comprobatur, quia *in can. Quam sit necessarium 18. quæst. 2.* vocantur
67 Angariæ, & † consueuerant certa iudiciaria inuectione proponi, *can. cauendū 10. quæst. 3.* Hincquè
68 patet † opinionem glossę *in d. cap. dilectus, & in summa 16. quæst. 1. in verb. quidam laicus*, dùm voluit, legem diœcesanam in hoc differre à lege iurisdictionis, quod illa consistat in recipiendo, hæc
69 verò in dādo, ità quod † respectu Episcopi lex diœcesana dicatur quædam passio dulcis, vt loquitur *Hostien. in co. cap. dilectus num. 6. in princ.* verissimam esse, atquè ideò ab ea non satis consultò videri declinasse. *Innoc. in cap. 1. de stat. Monach.*

Neque *Abb. in d. cap. dilectus num. 4. in vers. & hæc regula*, videtur benè expendisse tria illa, quæ visa sunt sibi consistere in recipiendo, & tamèn esse
70 de lege iurisdictionis; nàm † Primum de Procuratione propter visitationem, ipse ait, illam consistere in recipiēdo, & nihilominus esse de lege Iurisdictionis, quod probat hoc argumento, quià scilicèt, nisi esset de lege Iurisdictionis, sed de lege diœce-
71 sana, Monachi † ab ea essent exempti, *can. cum pro vtilitate 16. quæst. 1. Præposit. in can. si ex Laicis num. 3. 10. quæst. 1. Bero. consil. 24. num. 13. lib. 1.*
72 quod † tamèn est falsum, vt probatur *in cap. sopita, & cap. venerabili, de censibus*.
73 Verùm † aduertendum est, legem diœcesanam, secundum quam imponuntur per Episcopos exactiones, eas dumtaxàt exactiones respicere, quæ vt suprà dictum est, per Episcopos indicuntur pro simplici Reuerentia, & iure Regaliæ, ad instar secu-
74 larium Potestatum, à † quo tandem onere anno salutis 601. fuerunt Monachi liberati, ex decreto Gregorij, cui subscripserunt Episcopi Italiæ, relato *in præallegato can. Quam sit necessariū 18. quæst. 2.* quo statutum fuit, nè Monasteria Ecclesiastica cōditionibus, seù angarijs, vel quibuslibet obsequijs secularibus vllo modo subiaceant, & licèt addat, *nullis canonicis iuribus deseruiant*, tamèn id refertur ad iuta, idest exactiones pro rebus in ipsa Monasteria, ex piorum dispositionibus (inter viuos tamen) collatis, vt declaratur *in dicto canon. cum pro vtilitate 16. quæst. 1.* secundùm quæ intelligi opor-

oportere hæc verba, declarat *glossa in verb. iuribus*. Visum enim fuit Sanctissimo Pontifici occurrere Episcoporum vexationibus, quibus huiusmodi
75 exactiones moliebantur, vt ibi refertur, non † autem priuare Episcopos omnibus Iuribus Episcopalibus, quale est ius istud exigendi procuratio-
76 nem, quod † non debetur in recognitionem superioritatis alicuius, atquè ità iure Regalium; sed tanquàm accessorium visitationi ex præcepto Apostolico, vt elegantèr explicatur *in d. cap. cum ex officij, vbi optima glossa in verbo, visitationem, de præscriptio.* & infrà latiùs explicabitur, cùm de exemptionibus agetur.

Vndè argumentum Abbatis non concludit, quia
77 dùm † dicitur, legem diœcesanam consistere in recipiendo; id intelligi debet de receptione, quæ fit propter simplicem superioritatem, & in eius recognitionem, sinè aliquo labore, & propterea, (vt loquitur *Hostien. vbi supra*) dulcitèr, quamuis non deficiat prætextus honestatis. Et hac ratione diluitur aliud de quarta mortuariorum, quę similitèr debetur non pro recognitione superioritatis; sed ex causa leuādæ inopiæ Episcoporum vsque à principio auctoritate Conciliorū instituta, atquè postmodùm semper retenta, vt latè deducit idem *Abbas in cap. requisisti ex num. 15. de testamentis*, &
78 probat *tex. in can. constitutum 16. quæst. 1.* à † qua ideò nec alio Iure, quàm diœcesanæ legis, minimè sunt Monasteria exempta, vt patet *ex dicto cap. requisisti in §. secus autem de testamen. & in cap. conquerente de offic. ordin.*
79 Tertium † deniquè de Synodo, quod non consistat in recipiendo, & tamèn sit de lege diœcesana, fuit manifestus error *glossæ in d. cap. dilectus, quæ allegat textum in d. c. conquerente*, qui potiùs contrarium probat.
80 Et cum † pro cogendis tàm Secularibus, quàm Regularibus ad Synodum (quatenùs videlicèt Regulares Populum habent, & sic nec à lege diœcesana sunt exempti) Episcopus procedat per viam censurarum, *cap. quod super his de maior. & obed.* quod hodiè *ex decreto Concilij sess. 24. de Reform. cap. 2* productum fuit ad exemptos, vtiquè Syno-
81 di † indictio prorsus est iurisdictionis, cum facultas excommunicandi, citra forum pœnitentiale, vt declarat *Rota decis. 15. num. 13. in recent. par. 1.* non nisi iure magistratus competat, *cap. 1. de sen. t.*
82 *excommun. in 6.* & in consequens sit † pars Iurisdictionis, vt ità arguit *Abb. in cap. cum contingat num. 30. vers. dominus meus, de foro competen.*
83 ad † notionem enim Iudicis manifestè pertinet, *cap. quærenti 20. de verb. signif.*
84 Nequè † ab hac lege Iurisdictionis separanda veniunt ea, quę concernunt collationem ordinum, consecrationem Virginum, & Ecclesiarum, cæteraque omnia Episcopalis ordinis, vt tertiam ex his speciem potestatis constitui oporteat, quod existimauit *Butr. & Cardinal. vbi supra*; nam hæc eadē, (quicquid sit ad quosdam alios effectus) quatenùs applicantur rei, vel personæ subiectæ, prorsus sunt iurisdictionis, vt benè demonstrat *Abb. in d. cap. dilectus de offic. ordinar. sub nu. 4. in vlt. col. versic. ad vnum tamèn aduerte.*

85 Quamuis † enim videantur meri Imperij, nec ideò alijs possint demandari, iuxta *l. 1. de off. eius cui est mand. Iurisd.* nihilominus in applicatione, seù exercitio talis Imperij in subiectum, contrahitur mistura, ex adiacenti iurisdictione, quò fit, vt possit delegari alteri Episcopo, non tanquàm facultas consecrandi simplicitèr, sed tanquàm facultas con-
86 secrandi subiectum non subditum, vndè † delegatio non excedit suam naturalem vim, quæ restringitur ad iurisdictionem, vt benè etiàm aduertit *Bellam. in cap. quod Sedem, num. 2. eo. tit. de offic. ordin.*

Ex his verò inferri potest ad iuridicam resolu-
87 tionem eius adeò controuersi articuli, An † Episcopus teneatur sequi consilium sui Capituli, dùm in sua diœcesana Synodo aliquas facit constitutiones: Constituenda enim est Regula, Episcopū, consilium Capituli necessariò sequi non teneri, nam statuere dicitur quidē Iurisdictionis respectu acti-
88 uitatis ipsius statuentis, quæ † non extenditur vltra territorium ipsius, vt in terminis de statuto Episcopi est *text. in cap. 2. de constitu. in 6.* sed non est iurisdictionis, quatenùs Iurisdictio sumitur pro notione, & decisione causarum Iure Magistratus competente, neque etiàm est Imperij misti,
89 idest tali Iurisdictioni adiacentis, sed est † Imperij meri, quatenùs Episcopus contra rebellantes, & contumaces censuras fulminat, vt suprà dictum est, & propterea cùm dicimus, statuta condere esse Iurisdictionis, non intelligitur de Iurisdictione Magistratus, sed meri Imperij, *glo. in l. 1. in verb. Magistratum, ff. quod quisque iu.* & dicetur *infrà num. 106. & 108.* & sic de iurisdictione in genere, vt pulchrè determinat *Bald. in l. omnes populi, sub num. 3. vers. aut non interuenit auctoritas, de Iust. & Iur.* & sic prout complectitur omnimodam potestatem, quod fusiùs ibi tradit *Ias. nu. 34.*
90 Hanc verò iurisdictionem in genere; † seù potestatem, vtique neque habet à Capitulo, cum in ipsum immediatè à Papa deriuet, *cap. Inter corporalia, de translat. Prælat.* neque valet hac eadem ratione particeps illius constitui Capitulum, vel quiuis alius, *l. 1 ff. de off. eius cui est mand. iurisd.* præterquàm per modum consultationis, exemplo
91 ipsius Principis Ecclesiæ, † cuius (secundum *glo. in d. cap. Inter corporalia, in verb. Vicarium*) vices
92 gerit. Is enim † quatenùs Procerum suorum consilium sibi adhibet in condendis legibus, *l. humanum, C. de legib.* per hoc non intelligitur, eos constituere suos consortes in legibus condendis, cum id fiat ex mera voluntate, nèc possit Princeps sibi eam ini cere necessitatem, vt in *ea. l. humanum*, declarat *glos. in verb promulganda ad finem*, & ibi etiam *Bart. num. 1. & Bald. sub nu. 2. vers. soluto concedo, & diximus suprà quæst. 11. ex num. 52.*

Vtiquè enim dissolueretur Ius Monarchicum,
93 quod † est in Episcopo, si ius statuendi penderet à cōsensu Capituli, vt admodùm scitè aduertit *Suarez in tract. de legib. lib. 4. cap. 5. in secundo dubio*; Ad quod non respexerunt Doctores, qui contrarium censuerunt, videlicèt *glo. in cap. nouit, in verb. carere, quæ est Vicentij*, & ibi etiam *Goffr.* vt refertur

fertur in *glo. marginal. Io. Andr. sub num. 3.*
& Io. de Imol. sub num. 11. vers. vndè aduertè, de
his, quæ fi. à Prælat. sine cons. Cap. & plerique
alij in *d. cap. quanto, præcipuè Innocen. in primis*
verbis.

Hos enim omnes, constat deceptos esse ex istis
duabus decretalibus, *cap. nouit, & cap. quanto*, quæ
94 cùm loquuntur † de consilio adhibendo in aliena-
tionibus, & similibus actibus, & rebus communi-
bus inter Episcopum, & Capitulum, prout consi-
derat *Suarez loco præcitato*, ipsis tamẽ visæ fuerũt
loqui de Constitutionibus, & statutis, & propterea
cum in illis iubeatur, adhiberi consilium Capituli,
existimarunt consilium ibi stare proprie, & sumi
95 oportere pro consensu, ea ratione, quòd, † vbi-
cunque à lege aliquid fieri præcipitur de consilio
alterius, consilium & expetẽdum, & ex necessitate
sequendum sit, *iuxta doctr. Bart. in l. Titium, n. 3.*
de administr. Tuto. & in l. Impuberibus, num. 1.
de suspect. tuto. quem probauit *Io. Andr. in cap.*
nullus ex consilio, 62. in Mercurial. sub num. 5.
vers. tertio vbicũque, de reg. Iur. in 6. ità enim præ
cæteris docuit *Imol. in d. cap. nouit, sub eo. nu. 11.*
vers. vndè aduertè, cum pluribus relatis per *Man-*
dos. in tractat. de inhib. quæst. 129. nu. 3.

96 Et quamuis Doctores alij, † qui simpliciter cir-
ca potestatem hanc statuendi, contrarium tenue-
runt, adhùc distinguant inter non ardua, & ardua,
siue maiora, & minora, prout in specie declarando
opinionem Vincentij, & Goffredi, docuit *Archid.*
in can. Episcopus, num. 2. distinct. 24. Ancher. in
repet. cap. 1. num. 98. vers. & hæc vera, de constit.
in quam sententiam videtur quoquè post alios in-
clinasse Rota apud *Pute. decis. 203. num. 3. lib. 1.* &
plures cumulat, qui testatur de communi, *Gabriel.*
de malef. conclus. 36. num. 3.

97 Tamen, ista † distinctio non videtur aliquo Iure
probabilis, siuè enim sint ardua, siuè nõ ardua, sem-
per viget soliditas potestatis in Episcopo, & ratio
indissolubilitatis Iuris Monarchici modò suas fa-
cultates non excedat, dùm scilicèt vellet aliquid
constituere circa reseruata Summo Pontifici, aùt
de directo contra Ius commune, est enim restricta
98 hæc eius potestas † ad ea, quæ sunt præter Ius, vèl
tendunt ad illius coadiuuationem, *Abb. in cap. cum*
consuetudinis, sub num. 5. vers. conclude ergò, de
99 *consuetud.* & quod dixi de contraria † dispositio-
ne Iuris, intelligitur de Iure Canonico, non de Iu-
re ciuili, vt declarat *Fel. in cap. quod super his, sub*
num. 12. vers. scias tamen, de maior. & obed. Vnde
confunditur etiã, vel inanis redditur hęc distinctio.
100 Quippè æstimantur † hac in re maiora, quæ sunt
præcepta ab Apostolis, & Sanctis Patribus, & sic
supra potestatem Episcopi, & cuiusvis inferioris à
Papa, minora verò, quæ dumtaxat consistunt cir-
ca solemnitatem Ecclesiæ, quæquè consuetudine,
non autèm præcepto Sanctorum Patrum sunt in-
troducta, vt ex *doctr. Archid. in can. Eleutherius,*
num. 2. distinct. 92. notauit *Fel. in cap. quod super*
his, sub num. 12. ad med. de maior. & obed. Et nihi-
101 lominus adhùc non desunt † qui velint, vocem
illam *consilium*, qua vtitur *tex. in eisd. cap. nouit*
& cap. quanto de his quæ fiunt à Prælat. stare pro-
priè, neque inflecti, vt significet consensum, inter
quos *Hostien. num. 1. vers. vel dic quod cogitur,*
Abb. num. 4. & sub num. 5. vers. & est mihi indu-
bitabile in eod. cap. quanto, cum alijs quos citat
Mandos. de inhib. d. quæst. 192. nu. 2. & hanc esse
communẽ sententiam firmauit *Rota apud Achill.*
decis. 57. aliàs 2. de off. ordin. sub num. 7. vers. com-
munis tamèn, vbi etiàm *num. 3.* ait, non reperiri
tex. per quem probetur, exigi consensum, quod
etiàm ostenditur ex *Put. decis. 92. n. 3 cũ seq. lib. 3.*

Extra igitùr hanc disputationem vagantur, quæ
proponuntur de statuto, per quod præiudicium in-
102 fertur ipsi Capitulo, hoc enim † casu vtiquè, & cõ-
silium, & consensus ipsius Capituli exigitur, sed nõ
ex eo, quòd Capitulum participet de facultate illa
statuendi, at ex eo, quòd quià agitur de præiudicio
illius in specie, intelligatur potiùs obligari ex pro-
prio consensu, quàm ex vi statuti, quod aliàs cense-
retur factum contra dispositionem Iuris, & sic su-
pra facultatẽ concessam Episcopo, vt benè declarat
Fel. in supracit. cap. quod super his, n. 7. de maior.
& obed. ex doctr. Archid. in can. certè, num. 1. 12.
103 *quæst. 2.* vbi dicit, † statuto per Episcopum con-
dito, quod non promoueatur aliquis ad Clerica-
tum, nisi proprijs abrenunciet bonis, & castitatem
promittat, atque ità contra licentiam concessam
per Apostolum, de qua, & illius obseruantia atte-
statur tex. *in can. de his, §. quibus autèm distin-*
ction. 28. si tamen statutum istud habeat consen-
sum Clericorum, tùnc hanc licentiam non censeri
ablatam vi statuti, sed vi propriæ abdicationis ip-
104 sius Cleri, Neque enim † est in Episcopo ea ple-
nitudo potestatis, quæ est in Papa, qui propterea
hæc, & similia statuta condere posset absque con-
sensu, aùt consilio alicuius, vt docet *Gemin. in can.*
placuit, in 3. col. vers. sed in Papa. distinct. 32.

Nequè obstat ea argumentatio, qua vtitur *An-*
cher. in repet. d. cap. 1 sub num. 98. ad fin. vers. &
105 *hæc vera, de constit.* quòd † quemadmodùm solus
Magistratus non potest facere legem sine Vniuer-
sitate, cui præsidet, *l. 1. ff. quod quisqu. Iur.* ità nèc
possit Episcopus sine eadem Vniuersitate, quià
Magistratui æquiparetur, *in cap. 1. de off. ordin.*
106 *in 6.* nàm Episcopus † non æquiparatur Magistra-
tui, sed veriùs Magistratus est, & sanè inter maiores
reputatur, vt docuimus suprà *quæst. 9. ex num. 99.*
Verùm hinc nihil sequitur, quia Magistratus, proùt
Magistratus est, seù prout nititur Iure Magistratus,
non habet vllo modo facultatem legis condendæ,
107 hoc enim est impossibile, cum hæc facultas † si
quando sit penes gerentem Magistratum, illi sit à
Principe, vel à Populo, qui eum constituit, exem-
plo Prætoris, de quo in *d. l. 1. quod quisqu. Iur.* Et
propterea *glo. in d. l. 1. in verb. Magistratum*,
hanc facultatem tribuit mero Imperio, *& Bart.*
ibid. sub num. 1. vers. si verò non est de maioribus,
& in l. omnes populi, num. 8. de Iust. & Iur. illam
attribuit Dignitati perpetuæ, ponitquè exemplum
in Episcopis, & cæteris Comitibus, quos distinguit
à simplicibus Magistratibus.

Vndè prorsùs est erroneum assumptum istud
Ancher. Magistratum, (proùt tamèn Magistratus
108 est,) posse condere statuta, vt † explicatiùs deter-

minat *Iaf. in ead. l. omnes populi, num.33.ad fin. vers. item dum Bartolus, & num.34. de Iust. & Iur.* merum enim Imperium non potest cuiquam
Magistratui iure Magistratus competere, vt suprà
109 ostensum fuit, Quinimò † si sequamur diuisionem
meri Imperij, quam post *Bar.* faciunt ferè omnes,
dicemus, esse Imperij maximi, vt ità docet *Bart. in l. Imperium, num. 8. de Iurisd. om. Iud.* quam
doctrinam exornat *Suarez in praeit. tract. de legib. lib. 1. cap. 8. ex num 6. vsque ad 9.*

Ex his igitur patet, facultatem statuendi, quam
habet Episcopus, radicari in iure Monarchico, &
illius indissolubilitate, & propterea esse incommunicabilem de sui natura, ac in consequens non
posse cū eo concurrere Capitulum eius Cathedralis, quin dictum Ius Monarchicum dissoluatur; atquè ità verissimam esse opinionem hanc, videlicet
Episcopum in condendis suis constitutionibus nullo modo teneri sequi consilium sui Capituli, secundum quam sæpissimè audio, S. Congregationem
super Concilio respondisse; licet enim dùm Episcopus cogit Synodum Diœcesanam, illi assideat Capitulum, quod est illi à consilijs, vt in *d. cap. nouit, & cap. quanto de his, quæ fi. à Præl. sin. cons. Cap.*
nihilominus hinc non sequitur, quòd Capitulares
ibi sint, tanquàm participes eius Potestatis, vt in
110 simili dicimus de Synodo Prouinciali, in quo † licet debeant inuitari Capitula Cathedralium totius Prouinciæ, nihilominùs ea non admittuntur
ad Votum, immò nec Episcopi ipsi Prouinciales
ibi habentur, tanquàm Coniudices: sed tanquàm
simplices Assessores, solo Archiepiscopo Iudice, vt
docet *Abb. in cap. vlt. num. 2. de his, quæ fi. à maio. par. Capit.* tametsi negari nequeat, eosdem Episcopos ibi esse, non tanquàm singulos, sed tanquàm
Collegas, *Ancher. in cap. sicut, num. 5. de accus. Botta. de Synod. par. 2. sub nu. 48. vers. Immò Episcopi.*

Valet autem argumentum à Synodo Prouinciali ad Synodum Diœcesanam, vt per eundem
Botta ibid. num. 42. ad fin. vers. & licet illa Capitula.

Quapropter, nec quidquam faceret contraria
Consuetudo quantumcunquè vetusta, licet enim in
111 alia materia † de qua in *d. cap. nouit, & cap. quanto de his, quæ fi. à Prælat. sin. cons. Cap.* in qua Episcopus aliquid statuit, vel tanquàm Magistratus,
vel tanquàm caput Capituli, attendatur consuetudo etiàm non præscripta, quæ dicitur interpretatiua, vt per *Ancher. in eo cap. quanto, nu. 2* cum alijs
per *Rotam decis. 615. num. 1. par. 1. diuers.* Tamen
in hac, quæ pendet à mero imperio, non potest
vim aliquam sortiri, cum non detur illius transmissibilitas, aut communicatio in Capitulum, & sic nō
possit allegari aliqua possessio, vel præscriptio,
iuxta Theoricam, quam posuit *Bald in supradicta l. Imperium, sub num. 16. per to. de Iurisd. omn. Iudic.*

Etenim vt consuetudo, possit ius scriptum in aliqua parte abrogare, præter alia, hæc maximè ne-
112 cessaria sūt, videlicet ex parte inducentis, † vt quià
id, non secùs ac legem condere, est iurisdictionis,
113 *Alex. cōs. 173. n. 12. lib. 6.* exigatur † in eo potestas
eadem legis condendæ, *Butr. in d. cap. vlt. nu. 39. de consuet. Bart. cons. 136 num. 2. & 3. lib. 1. Alex. cons. 173. nu. 12. lib. 6.* latè deducit *Aym. de antiq. temp par. 4. sectio. 1 nu. 13. & ex nu. 14. Molina de Hispan. primog. lib. 2. cap. 6. num. 5.* & firmauit
Rota in Burgen. distributionum, 22. Martij 1613. coram Reuerendissimo D. Patriarcha Hierosolymitano.

Itemque vt actus, ex quibus deducitur Consuetudo, (qui non debent esse minus, quàm tres, secundùm *Fæder. de Sen. cons. 91. sub num. 1. versic.*
114 *nàm quandocunquè*, si quidèm † proferre duas
vices, est proferre exempla, non mores, oportet
ergò, quod dentur actus quamplurimi, & plurièś
geminati, vt plenè docet *Bald. in cap. final. n. 30.*
115 *de consuet.* Quidquid sit, † vbi datur vnicus actus
habens tractum successiuum, vt ibi tradit *Abb. num. 17. vers. distingue tamèn,*) non solùm sint
116 adæquati, & vniformes, cùm † si sint difformes,
frustrà prætendatur consuetudo, vt notant omnes
in *cap. fin. de consuet. & in l. de quibus, ff. de legib. Cagnol. in l. semper in stipulationibus, num. 22. de reg. Iur. Roland. cons. 87. num. 53. vol. 2. Natta cons. 106. num. 10. Aym. cons. 96. num. 6. Neuizan. cons. 5. num. 22. Afflict. decis. 280. num. 9.* cum
alijs, quos retulit, & sequutus fuit *Surd. cons. 254. num. 29. Rota in recent. decis. 112. num. 5. par. 2.*
117 Verùm etiam tales sint, † qui concludant ad
animum inducendi Consuetudinem, *Dec. cons. 402. sub num. 15. vers. & pro ista conclusione, Aym. cons. 171. num. 14. vers. quarto, & cons. 197. sub num. 12. vers. optimè facit, Rota in recent. par. 2. decis. 441. sub num. 2.* pro cuius animi exclusione
sufficit, posse dari instantiam gratiæ, vel tolerātiæ,
iuxta pulchram theoricam *glos. in can. consuetudo, in verb. institutum distinct. 1. & in can. frustra, in verb. consuetudinem. post med. vers. item quod eo animo dist. 8.* plenè scribit *Dec. cons. 125. num. 4.*
præcipuè si actus sint facultatiui vt post plures tradit *Surd. eo. cons. 254. num. 30. & 31. vers. & tex. Rota apud Greg. d. decis. 162. nu. 10.* vbi latissimè
bo. me. D. Oliuerius Beltraminus, sub nu. 15. vers. ex actibus, latè explicat, quæ dicatur materia facultatiua.
118 Et deniquè, vt † id, quod prætenditur ex consuetudine introductum, sit rationabile, *cap. vlt. de consuetud.* vbi omnes notant, & latè explicāt, quos
citat *Anton. Piag. in tract. de consuet. quæst. 6 n 1.*
119 vbi † *num. 2. post Petr de Rauenna in eo. tract. nu. 107.* subdit, rationabilitatem esse de forma ipsius consuetudinis.

Quocircà, impossibile videtur in hoc articulo,
120 aliquam dari validam consuetudinem, cùm † Ius
illud Monarchicum indè dissoluatur, vertaturque
in Democraticum, *Tholos. de Repub. lib. 6. cap. 18.*
121 *num. 15.* & propterea † sicùti ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis, non possunt acquiri Inferioribus
ex quantumcunq; vetustissima cōsuetudine, etiàm
præscripta, & immemorabili, non alia ratione,
quàm quià vsque ab Apostolorum tempore fuerunt solis Episcopis reseruata, & in consequens omnes alij effecti incapaces, vt dicit *tex. in c. quanto,*
vbi optimè *Abb. nu. 2. de consuet.* itànèc Ius par-

ticipan.

122 ticipandi † in condendis statutis, velùti pertinens ad Ius Monarchicum, cuius vnus tantùm, non plures sunt capaces, vt suprà dictum est, & probat tex. *in can. in Apibus, 7. quæst. 1.*

123 Et propterea quamuis † *Abb. & cæteri in d. cap. quanto* existimauerint, dispositionem illius *tex.* non procedere in iurisdictionalibus, sed tantùm in his, quæ sunt Ordinis, tamen debent intelligi de alijs iurisdictionalibus, quæ non sunt Episcopo specialiter concessa, in his enim, eadem prorsus est ratio, & inabdicabilis à persona eius, cui specialitèr mandata sunt, & incapacitatis penès alios, ex traditis per *Butr. in cap. Bona, il 2. num. 15. de postul. Prælat.*

Vltra quod, vix est, vt hic cadat consideratio
124 consuetudinis, sed meræ præscriptionis † cum agatur de detrahendo aliquid ab Episcopo, vt applicetur Capitulo, quod isto casu reputatur tanquàm vna singularis persona, quidquid alitèr visum fuerit *Butr. in eo. cap. fin. num. 39. vers. ttat ergò conclusio*, cuius doctrinam esse pulchram, sed nullibi probari, ibidem scripsit *Roch. sectio. 5. num. 3. vers. considerabam*, & eam reiecit *Rota in vna Toletana Redecimarum de Madrid 22. Iunij 1586. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, & in præalleg. Burgen. distributionũ, 22. Martij 1613. coram Reuerendissimo D. Manzanedo.*

In hoc siquidè stat fundamẽtalis differentia inter consuetudinem, & præscriptionem, *Abb. in eo. cap. fin. nu. 20. per tot. de consuet. Aym. de antiq. temp. par. 4. sect. 1. num. 31.* Enimverò dùm acquisitio iuris, de quo agitur, non pendet absolutè ex proprio consensu acquirentis, iàm non potest agi de consuetudine, quæ est altera lex, vt suprà dictum est, sed de præscriptione, *Bart. in l. de quibus, in 2. lectur. n. 10. vers. præscriptio in quo differat, ff. de legib. & in cons. 136. num. 3. par. 1.* Consuetudo
125 enim † perpetuò est honesta, & rationabilis, vt superiùs dictum est, proindeque id quod per eam acquiritur, à nemine aufert, *Aret. cons. 23. sub n. 11. vers. sed dubium facit, cum seq. Balb. de præscript. par. 1. quæst. 10. nu. 4.* & amplè fuit responsum in *Burgen. Distributionum superiùs allegata.*

126 Quæ quidem præscriptio † in hac materia debet esse immemorabilis, cum versetur circa ea, quę meri sunt Imperij, velùti Superiori potestati reseruata, *cap. super his, 26. §. præterea, de verb. signif. Butr. in eo. cap. vlt. sub num. 39. post med. vers. iura quæ exigunt, de consuet. Couarr. ad reg. possessor. par. 2. §. 3. sub num. 3. vers. merum Imperium.*

Postquàm verò hæc scripseram de duabus hisce legibus, animaduerti quæstionem eandem agitatam per *Erasm. à Cockier. in tract. de Iurisd. ord. in exempt. par. 1. quæst. 16.* qui volet, poterit eum consulere, cæterùm ex ipsius auctoritate nihil de præmissis, mihi mutandum existimo.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopi præminentia supra Episcopos, quibus hæreat principijs.*
2 *Palliolum Episcopale quid, & eius descriptio remissiuè.*
3 *Pallium Christianorum, ad quod transferiunt à toga, quale fuerit, remissiuè.*
4 *Pallium Sacerdotale, pro Planeta, siuè Casula.*
5 *Phrygium, siuè pallium quid.*
6 *Pallij vsus in Ecclesia, vnde institutus.*
7 *Et circa hoc aliquorum opiniones non satis approbatæ.*
8 *Pallium ex lana purpureis Crucibus intertexta, & illius forma, quidque designet.*
9 *Humilitate nil splendidius fulget in Episcopali ceruice.*
10 *Pallij vsus, primùm Ostiensi Episcopo per Marcum concessus.*
11 *Pallium sumunt Patriarchæ, & Archiepiscopi de corpore Beati Petri.*
12 *Et quomodo dicatur sumi de huiusmodi corpore.*
13 *Petri Apostoli corpus reconditum sub Altare Basilicæ Beati Petri.*
14 *Pallium, etiam quibusdam Episcopis ex priuilegio concessum.*
15 *Pallij vsus cùr effecti fuerint participes Primates, & Archiepiscopi.*
16 *Pallium, aliquando ex causa spontè per Sedem Apostolicam oblatum.*
17 *Pallium, non nisi meritis exigentibus, & instantèr petentibus concessum.*
18 *Pallij petendi tempus.*
19 *Pallij vsus, quàm sit diuersus in Papa, ac in Inferioribus.*
20 *In Papa, non est limitatus ex loco, vel ex tempore aliquo.*
21 *Pallij vsus, in inferioribus præscriptus, nulla consuetudine proferri potest.*
22 *Ecclesia, relato termino ad Metropolim, in concessione Pallij, exponitur pro prouincia.*
23 *Pallij ante receptionem, Archiepiscopus non exercet quæ ordinis sunt, sed ea dumtaxat, quæ Iurisdictionis.*
24 *Immò, nec habet nomen Archiepiscopi.*
25 *Quod tamen intelligitur respectu plenitudinis officij, & ordinis.*
26 *Archiepiscopo, suffraganei iurant reuerentiam, & obedientiam.*
27 *Archiepiscopus per totam Prouinciam potest coram se facere deferri Crucem, & populo benedicere.*
28 *Indulgentiasquè, & remissiones concedere.*
29 *Archiepiscopus, an habeat Iurisdictionem contentiosam in personas suorum suffraganeorum.*
30 *Episcoporum causæ criminales, in quibus potest deueniri ad pœnam depositionis, enumerantur inter maiores, suntquè reseruatæ Sedi Apostolicæ.*
31 *Episcoporum causæ de minoribus criminibus, videntur spectare posse ad Archiepiscopum.*
32 *Archiepiscopus existimatur maior Episcopis ex ordinaria Iurisdictione, quam in eos habet.*
33 *Archiepiscopi Iurisdictio, quàm habet in Episcopos suffraganeos suos, illo defuncto transit in Capitulum.*
34 *Archiepiscopo Metropolitana lege subijcitur Episcopus.*
35 *Subiectio hæc tamen quò referenda.*
36 *Archiepiscopus, nullam habet Iurisdictionem in subditos*

subditos suorum suffraganeorum, nisi ad eum facta deuolutione.

37 *Vel in casibus exceptis, & quinam sint casus illi.*

38 *Archiepiscopus, non potest cognoscere de causis suorum suffraganeorum, nisi in certis casibus à Iure expressis.*

39 *Et quæ sit ratio.*

40 *Archiepiscopus, non habet maiorem potestatem in suos suffraganeos, quàm habeat in subditos eorum.*

41 *Archiepiscopalis Iurisdictio in Prouinciam, longè diuersa ab ea, qua est in diœcesim.*

42 *Archiepiscopus, qua ratione dicatur Ordinarius in tota sua Prouincia.*

43 *Archiepiscopalis Iurisdictio, siuè Metropolitica, est vniuersalis collectiua, Episcopalis verò particularis dicitur, & quomodò ea se ad inuicem habeant.*

44 *Archiepiscopum, habere in tota sua Prouincia Iurisdictionem, sed ligatam, falsò adscribitur Innocentio.*

45 *Et demonstratur, quænam ea sit Iurisdictio, quam in habitu habet in Prouincia.*

46 *Archiepiscopus, ante factam deuolutionem, nullam prorsus habet Iurisdictionem in Prouincia.*

47 *Archiepiscopi excommunicatio, lata in subditum sui suffraganei, est nulla ex totali defectu Iurisdictionis.*

48 *Metropolitica Iurisdictio, pendet à duabus causis, Visitationis videlicet, & Prouincialis Synodi, de quibus remissiuè.*

49 *Archiepiscopus, in Visitatione Prouinciæ, inquirit de criminibus Cleri.*

50 *Et quomodò hæc inquisitio per ipsum fiat.*

51 *Deuolutio causarum Prouincialium, fit ad Archiepiscopum, data negligentia suffraganeorum.*

52 *Concilium Prouinciale decernit super criminibus Ecclesiasticis laicorum, etiam ipsis non vocatis.*

53 *Nequè hoc casu aliquid attribuitur Archiepiscopo, sed totum refertur auctoritati Concilij.*

54 *Concilium Prouinciale, potest excommunicare Archiepiscopum.*

55 *Archiepiscopus, concedit Indulgentias in tota Prouincia, ex singulari Iuris permissione.*

56 *Archiepiscopus non exercet Iurisdictionem in Prouincia, prætextu delicti, nisi delictum huiusmodi sit diffusum per totam Prouinciam.*

57 *Et tunc, non procedit solus, sed adhibito consilio suffraganeorum.*

58 *Archiepiscopus dùm visitat Prouinciam, non potest absoluere excommunicatum per Episcopum suffraganeum.*

59 *Nec potest vlcisci iniuriam sibi illatam, nisi notoria sit, aut aliàs id sibi permittat Consuetudo.*

60 *Archiepiscopus, dum in casu permisso cognoscit de crimine Episcopi suffraganei, adhibet sibi cæteros Episcopos Prouinciales, tanquàm omnes Ordinarios.*

61 *Archiepiscopus, Iure Metropolitico nullam habet Iurisdictionem contentiosam in suffraganeos, aut subditos eorum, nisi cõsecutiuè, facta deuolutione, aut per viam appellationis, aut per viam querelæ.*

62 *Archiepiscopus, prohibetur ingredi diœcesesi suorum suffraganeorum, pro ibi exercendo Iudicio, potest tamen in eisdem aliquos delegare in casibus sibi permissis.*

63 *At non habere proprios Officiales.*

64 *Nisi aliter se habeat Consuetudo.*

65 *Potest etiam delegare, qui causas audiant ad se deuolutas in totum, vel in parte, deputareque scribam, & Nuntium.*

66 *Iurisdictione concessa, censentur quoquè concessa ea, sine quibus illa non potest exerceri.*

67 *Archiepiscopus, non potest cogere aliquem de diœcesi prouinciali, ad suscipiendum suam delegationem in Prouincia.*

68 *Nequè ad exequendam suam sententiam, & mandata.*

69 *Archiepiscopo, nullo modo subijciuntur suffraganeorum subditi.*

70 *Archiepiscopus potest cogere Episcopum suffraganeum, vt compellat subditum proprium, vel ad acceptandam suam delegationem, vel etiàm ad ferendum testimonium.*

71 *Alias, ad eum fit deuolutio.*

72 *Archiepiscopus, data negligentia Episcopi in cogendo subditum suum ad suscipiendam delegationem, procedit contra eum, veluti contra sibi immediatè subiectum.*

73 *Deuolutionis Ius est reciprocum inter Superiores, & Inferiores.*

74 *Archiepiscopo, etiam ex Decreto Concilij Prouincialis, non potest adquiri Iurisdictio contentiosa in subditos suorum suffraganeorum.*

75 *Deuolutio non fit ex negligentia Episcopi ad Archiepiscopum, nisi in casibus à Iure expressis.*

76 *Text. in can. Cum simus 9. quæst. 3. explicatur.*

77 *Notoria crimina, de quibus in cap. 1. § sanè versic. Notoria de censib. in 6. ex qua notorietate qualificentur, & quomodò ad eorum coercitionem procedatur.*

78 *Text. in cap. 1. §. sanè vers. Notoria verò, de Censib. in 6. in quo casu procedat.*

79 *Et an habeat locum extrà casum Visitationis.*

80 *Archiepiscopus, an extrà casum Visitationis possit procedere ad punitionem delictorum, quæ supponuntur notoria in Prouincia, & explicatur text. in cap. Ex frequentibus de Institut.*

81 *Notorietate delicti supposita, dùm Archiepiscopus visitat Prouinciam, ipsi competit Iurisdictio auctoritate Iuris, non autem vi alicuius deuolutionis.*

82 *Archiepiscopus, data negligentia Episcopi, aditur per viam querelæ.*

83 *Deuolutio non fit, nequè vi negligentiæ, nequè vi querelæ, sed vi appellationis, & quæ sit deuolutionis forma.*

84 *Archiepiscopo concessa in aliquibus, eademquè in reliquis denegata in subditos suorum suffraganeorum potestas in cap. Pastoralis, de offic. Ordinar. latè explicata.*

85 *Archiepiscopus non habet Iurisdictionem in subditos suorũ suffraganeorum, exceptis duobus dumtaxat articulis, videlicèt deuolutionis, & querelæ, ad quos omnes alij casus subijciuntur.*

86 Pra-

86 *Præter tamen Ius singulare ex Priuilegio, vel ex Consuetudine.*
87 *Deuolutionis vis, in quo differat à vi querela.*
88 *Querela non sufficit pro constituenda Iurisdictione in Metropolitano.*
89 *Querela quomodò proponatur, & recipiatur per Archiepiscopum contra Suffraganeum, & quomodò ordinetur Processus.*
90 *Textus in cap. Cum contingat de offic. deleg. intellectus.*
91 *Metropolitica lex, quò se extendat.*
92 *Text. in can. de ijs dist. 12. pristinæ lectioni restitutus.*
93 *Metropolis consuetudo in psallendo, quatenùs seruanda.*
94 *Archiepiscopo nulla est potestas in Episcopum suffraganeum respectu causarum particularium ipsius, nisi id obtineat ex priuilegio, aut consuetudine legitimè præscripta.*
95 *Episcoporum causæ, olim deferebantur ad Synodum prouincialem, non autem ad Archiepiscopum, & reprobata contraria sententia.*
96 *Causæ criminales, quas moliebantur Episcopi contra particulares de diœcesi, olim deferebantur ad Synodum Prouincialem.*
97 *Episcoporum negotia olim æquè, ac causæ maiores, deferebantur ad Patriarchas, & Primates, & mòx ad Concilium Prouinciale, exceptis maioribus, quæ reseruabantur Sedi, in tantum, vt istarum cognitio, nec quidem Legato de Latere pertineret.*
98 *Episcoporum causæ, ad referendum dumtaxàt, non etiam ad decidendum olim remissæ ad Concilium prouinciale.*
99 *Causæ Episcoporum ex Decreto Concilij Tridentini, quomodò examinentur.*
100 *Archiepiscopus, an sit Iudex Vicariorum suorum suffraganeorum.*
101 *Officialis delinquēs in Officio, punitur per Iudicem, siuè Magistratum, cuius Officialis est.*
102 *Archiepiscopus, vbi procedit in casu sibi permisso contra suffraganeum, aut Subditum illius, tenetur inserere in citatione causam, quæ concludat ad competentiam Iurisdictionis.*

QVÆSTIO XXII.

Quæ sit Potestas Archiepiscopo, in Episcopos Prouinciales.



QVALEM autem potestatē sibi vindicet Archiepiscopus in diœcesibus Prouincialibus, non satis compertum est, nam qui materiam hanc agitant, eam veriùs confundunt, quàm exponant: distinguenda est igitur in primis Præeminentia, & Præsidentia, ab ipsa Potestate, prout hæc
1 sonat in Iurisdictione, & Imperium: nàm † quod pertinet ad ipsam Præeminentiam, & Præsidentiā, ea est absoluta, fuit enim in personam Iacobi Hierosolymitani Archiepiscopi ab initio per Ecclesiam introducta, ad extendendum formam, & ius ordinandi Episcopos, quod solidum erat in Petro, vndè quemadmodum Episcopi Prouinciæ, sibi Archiepiscopum eligebant, ita visum fuit honestati congruere, vt sic electus ipsis præsideret, cum maximè in id intensa esset ea electio, vt ex duabus epistolis Aniceti, & Anacleti registratis *in can. 1. & 2. 66. distin.* colligit *Rodoan de simon. menta. cap. 18. n. 5.* & de hac Præeminentia, & Præsidentia latè agunt *Iacobat. in tractat. de concil. lib. 1. artic. 1. ex num. 264 & Chassan. in catal. glor. mund. par. 4. consid. 20. cum seqq.*

Hinc pallij insigne, quo super omnes Episcopos decoratur, de quo latè in *distinct. 100. per tot. & in cap. 1. & tot. tit. de auctor. & vsu pallij*: Est autem Pallium Sacerdotale (ommissio sermone de pal-
2 liolo Episcopali, † cuius & omnis Episcopalis vulgaris indumenti descriptionem ponit *Baron. in*
3 *anno 261. num. 40.* necnon de † pallio vulgari cuiuscunquè Christiani, ad quod transitum fuit à toga, quod pariter idem describit *in anno 57. num. 94*) in duplici significatione: Priori quidem,
4 pro veste illa Sacra, qua † vtitur Sacerdos quilibet in celebratione Missæ, quam vulgò Planetā, siuè Casulam dicimus: Altera sumitur pro ornaméto quodam singulari, quo vestis Summi Sacerdotis decorabatur circa humeros, & pectus, *Phrygium*
5 propriè † dicto, Casulæ ipsi adhærente, vt explicat, *idem Baron. in anno 336. nu. 64.* & notauit etiam ex eius fermè verbis *Coriolan. in Breuiar. Chronolog. Pontif. eo. anno sub Marco.*
6 Huius vsus, † vt coniectantur ijdem *Baron. & Coriolan.* desumptus fuit ab antiquo ritu Sacerdotij Hebræorum, in quo Summi ipsius Sacerdotis insigne erat cōspicuum illud superhumerale, quod nefas esset, quemius alium Sacerdotem, vel Pontificem indui, iuxta id, quod legitur *Exod. cap. 28.*
7 quàmuis † enim existimauerint alij, sumptam esse hanc Palli institutionem ex loco illo *Genes. c. 49. lauabit in vino stolam suam, & in sanguine cius pallium suum*, vel ex *cap. 9. eiusdem Genes.* ibi, *pallium imposuerunt humeris suis, & cap. 4. extendentes desuper pallium*, nihilominùs coniectura supradicta est probabilior, & verior, quam ex nostris etiam probauit *Decian. consil. 26. nu. 8. in extremis verbis vol. 2.*
8 Confectum autem † olim fuit, prout etiām nūnc conficitur, ex candida lana ouili, intertexta quatuor purpureis crucibus, cuius formam exactè percurrit, & mysticas cuiusquè rei significationes explicat post alios *Turrecrem. in can 1. sub nu. 3. vers. circa secundum articulum, & nu. 4. dist. 100.* vt expressiùs ex illo significaretur, ipsius Pontificis officium, in quærendo ouem perditam, vel aberrantem, inuentāq; humeris suis tollendo, quò scilicèt hinc Pontifex, qui Christi typum gerit, ipsiusq; munere fungitur, ipso quoque extrinseco habitu, omnibus insinuaret, se boni illius, ac magni Pastoris imitatorem esse, qui gregis infirmitates sibi ferendas proposuit, vt ex *Isidoro Pleusiota ad Hermin. epist. 136. lib. 1.* notauit idem *Baron. in anno 216. num. 15.* & rursus ex Eustathio, qui illud

nuncu-

nuncupatim vocat, Ouis errantis typum, Hæc ea-
dē sententia placuit *D. Thomæ in 4. dist. 24.* & post
eum *Turrecrem. in præalleg. can. 1. num. 19. circa*
finem vers. secundò respondetur, distin. 100. & re-
petit Baron. in anno 553. num. 7.
9 Præterquàm † quod, siuè ouis, siuè agnus sit, ex
cuius lana pallium contexitur, constat, symbolum
esse humilitatis, quod verè est proprium insigne
Pontificatus, iuxtà sententiam *Gregorij lib. 4. epist.*
51. in hæc verba, *decorari Pallio volumus, forsan*
moribus indecori; dùm nihil in Episcopali ceruice
splendidiùs fulget, quàm humilitas, vt refertur *in*
can. contra morem §. decorari dist. 100.
10 Vsui ideò † dumtaxàt Summi Pontificis olim
cum cessisset, postmodùm à Marco primo Pontifi-
ce, Ostien. Episcopo, qui ipsum Papam consecrat,
Pallium concessum fuit, vt notant *Baron. & Corio-*
lan. in d. anno 336. ex Anastasio Bibliothecario, in
vita S. Marci.
Effectumquè hinc est insigne ornamentum, ne-
11 dùm Papæ, verum etiàm Patriarchæ, † & Archiepi-
scopi; qui illud tantùm à corpore B. Petri assumut,
vt inquit *text. in cap. significasti 4. de electio. ubi*
12 *glo. in verb. Corpore,* istàd ità explicat, quià scili-
cèt † Pallium benedicitur, & consecratur à Papa
super altare B. Petri, & ibi ponitur; ille vero, qui
debet vti Pallio, recipit ipsum de altari si est præ-
sens, vèl alter pro ipso, si est absens, & sic assumi-
tur de corpore B. Petri.
13 Porrò vt habet † *Anastas. in vita B. Sylueſtri*
pag. 19. vers. item his temporibus, fecit Augustus
Constantinus ex rogatu Sylueſtri (vtar eisdem
verbis) *Basilicam B. Petro Apostolo in tēplo Apol-*
linis, cuius loculum cum corpore S. Petri condidit,
ipsum loculū vndiq; ex ære Cyprio conclusit, quod
est immobile, ad caput pedes quinque, ad latus dex-
trum pedes quinque, ad latus sinistrum pedes quin-
que, subtùs pedes quinque, supra pedes quinque,
sic conclusit corpus B. Petri Apostoli, & recondidit,
& ornauit suprà ex columnis Porhyreticis, & aliàs
columnas Vitineas, quas de Græcia perduxit.
14 Hinc igitur † sumitur Palliū per omnes Patriar-
chas, & Archiepiscopos, quorum, vt dictum est,
proprium est insigne, *Decian. d. cons. 26. nu. 1. vol. 3.*
licet etiàm quibusdam Episcopis ex priuilegio cō-
cedatur, *cap. cum in iuuentute, de præsumpt.*
15 Ratio autem, vt † Primates, & Archiepiscopi,
participes fierēt honoris huius, ea fuit, quià cū ij à
Sede Apostolica suscipiant aliquam excellentiam
honoris suprà alios Episcopos, conueniens fuit, vt
etiam ab eadem Sede susciperent ornamenta de-
signantia præcelsiorem illam dignitatem, prout
ità ratiocinatur *Turrecrem. in can. 1. num. 2. suprà*
alleg. dist. 100.
16 Et quàmuis † Sedes Apostolica ex causa aliqua
sibi benè visa, quandoquè Pallium huiusmodi spon-
tè obtulerit, secundum verum intellectum *text. in*
d. cap. significasti de elect. cum quo videtur ibi trā-
siuisse *gloss. in verb. oblatum ad fin.* tamèn non
17 consueuit † cuiquam Pallium tradi, qui prius, me-
ritis exigentibus, instantèr illud non petierit, *can.*
Prisca, & can. optatum dist. 100. & benè etiam de-
clarat *Decian. eod. cons. 26. num. 4. & 5.* Danturq;
18 tres † menses ex die consecrationis, si priùs non
erat consecratus, aliàs ex die confirmationis ad pe-
tendum Pallium, quibus lapsis, cessante causa, vel
iusto impedimento, posset remoueri à dignitate,
d. can. 1. & ibi *Turrecrem. num. 14. ea. distin. 100.*
Decian. eo. cons. 26. num. 7.
19 Differt tamen † Ius Pallij in his inferioribus,
ab eo, quod est in Pontifice Maximo: nàm in infe-
rioribus est in signum plenitudinis pontificalis Of-
ficij, vt refertur *in can. nisi specialis de auct. & vs.*
pall. in Papa autèm est in signum plenitudinis po-
20 testatis, & propterea † Papa vbiquè, & semper Pal-
lio vti potest, secùs verò quiuis ab eo inferior, in
quo vsus hic est ad certa loca, & tempora re-
strictus, prout legitur *in cap. 1. & cap. ad honorem,*
21 *cum tribus seqq. de auctor. & vs. Pall.* adeò vt † per
hos inferiores non possit allegari consuetudo ali-
qua in contrarium, vt paritèr explicat *Turrecrem.*
in d. can. 1. num. 9. & 10.
22 Ex formula tamen † illa traditionis, *tradimus*
tibi pallium, vt eo intra Ecclesiam tuam vtaris,
non restringitur illius vsus ad Ecclesiam Cathe-
dralem, vel diœcesim ipsius Primatis, aut Archie-
piscopi, siquidèm vox ista, *Ecclesia*, refertur ad Pro-
uinciam, cōplectiturq; ideò omnes Ecclesias Pro-
uinciæ, quasi quod eædem stent Archiepiscopo in
vnam Ecclesiam, vt est expressum *in d. cap. 1. de*
23 *auct. & vs. pall.* & † ex tùnc cum ipso pallio, re-
cipit exercitium eorum quæ sunt Ordinis, & non
priùs, quidquid sit respectu eorum, quæ sunt Iuris-
dictionis, *cap. suffraganeis 12. & cap. quod sicut*
28. §. super eo, vers. præterea de elect. Gabr. cons.
181. num. 42. & 43. & benè etiam distinguit *De-*
cian. in sæpè citato cons. 26. num. 3. lib. 3.
24 Quinimò ante † receptionem Pallij, non potest
verè dici Archiepiscopus, vt est *text. in d. cap. nisi*
specialis, vbi glo. in verb. nominis de auct. & vs.
pall. Decian. *cons. 90. num. 11. lib. 2. Genuen. in*
prax. Archiepiscop. Neapol. cap. 71. num. 19. Quò
25 scilicet † ad plenitudinem officij, & ordinis, vt de-
clarat idem *Decian. cons. 8. num. 234. lib. 1.* Quæ
omnia intelliguntur vera, cùm intendit exercere
supradicta iure suo, & ex propria persona, tāquàm
Archiepiscopus, secùs verò, si tanquàm Episcopus
vice alterius Episcopi, qui eum inuitaret in sua
diœcesi, vt latissimè consuluit *Ferret. cons. 90. sub*
num. 3. vers. his tamen non obstantibus, & per tot.
Genuen. in pracita. cap. 71. num. 18.
26 Hinc suffraganei † debent illi reuerentiā, & obe-
dientiam, super qua iurant, vt est *text. in cap. dile-*
ctis de maior. & obed. gloss. in cap. Antiqua in verb.
fidelitatis vers. sic & suffraganei de priuil.
27 Hincq; Archiepiscopus † per totam Prouinciam
potest coram se facere deferri Crucem, & Populo
benedicere, *clemen. 2. de priuil. Milis in verb. Ar-*
chiepiscopus, Felin. in cap. Pastoralis num. 8. de
offic. ordin.
28 Et † hinc deniquè indulgentias, & remissiones
per totam Prouinciam concedit, *cap. nostro, vbi*
gloss. & Doctores omnes de pœniten. & remiss. Ro-
sell. de Indulgent. num. 274.
29 Quod verò pertinet ad Iurisdictionem † conten-
tiosam respectu personæ cuiuslibet suffraganei, in
causis

causis ciuilibus videtur illam habere, quinimò etiã in criminalibus, si pro crimine non veniat imponẽ-
30 da pęna depositionis, tũnc enim † esset causa maioribus, & tanquàm talis non posset cognosci, nisi per Sedem Apostolicam, *cap. quod translationem de offic. legat. Gambar. in tractat. de off. legat. lib. 2. in princip. num. 30.* atque ità re-
31 stringi † ad minora crimina, censuit *Rodoan. de simon. cap. 17. num. 5.* Qua ratione, dicitur ma-
32 ior † Episcopis singulis suæ Prouinciæ, quasi in eos habens Iurisdictionem ordinariam, *Roman. con-*
33 *sil. 521. num. 3.* & hanc † Iurisdictionem defuncto Metropolitano, veluti naturalem transmeare in Capitulũ, censuit *Specul. de senten. §. 6. n. 42.* quem sequitur *Bertach. de Episcop. in prælud. nu. 13.*

Ego verò valdè vereor, nè alitèr res se habeat,
34 nàm licèt Episcopus † metropolitana lege sit subiectus Archiepiscopo, vt ait tex. *in cap. Pastoralis, 11. in fin. princip. de off. ordin.* tamèn ista subie-
35 ctio † referenda est ad ius Prouinciale, non autem ad Iurisdictionem contentiosam, & eius exercitiũ,
36 quid licèt multi dicant, Archiepiscopum † non habere Iurisdictionem aliquam in subditos ipsorum suffraganeorum, nisi ad ipsum deuoluto aliquo negotio per viam appellationis, citrà quem casum reputatur alienus, vt pronunciauit *gloss. in can. per singulas, il 2. in verb. Totius prouincia, circa finem vers. Hugo dicit. 9. quæst. 3.* prætereaquàm
37 in † casibus expressis à Iure, de quibus per tex. *in d. cap. Pastoralis, & gloss. ibi in verb. exceptis quibusdam, de off. ordina. Hostien. in c. 1. ex n. 10. de supplen. negl. prælato in 6 Gambar. de off. legat. lib. 2. n. 33.* qui dictos casus cumulat, & alios adijcit *Iacobat. de Concil. lib. 2. art. 5. nu. 34. Menoch. conf. 605 num. 2.*
38 Nihilominùs, hæc † eadem sententia, quidquid alij videantur innuere, admittenda quoque est respectu causarum ipsorum suffraganeorum, vt non possint se in illis ingerere, neque eas cognoscere, nisi in casibus itidem à Iure expressis, vt docuit *Hostiens. in cap. Magno, sub nu. 16. vers. alij autem, & si non possint, de voto. & vo. red.* ea viua
39 ratione, † quod cum Papa sibi reseruauerit Episcopatus, & Episcoporum solidas promotiones, censeatur etiam in se resumpsisse omnem potestatem in illos, præterquàm in dictis casibus expressis. *Hostiensem ibi sequutus est etiam Io. Andr. n. 7. in verb. adstrictus, & in cap. nullus 17. sub nu. 3. vers. potest tamen dici, de Iu. patron Bero. consil. 22.*
40 *n. 6. vol. 1.* & hanc eandem sententiam reiecta † distincti one potestatis in ipsum suffraganeum, vel potiùs in eius subditum, tenuit etiam *Felyn. in præal. leg. cap. Pastoralis, sub n. 8. vers. sed dictus fuis adde, de off. ordin.*
41 Quod verò in dicto *tex.* dicitur, Episcopum † esse subiectum Archiepiscopo lege metropolitana, non pertinet ad punctum Iurisdictionis contentiosæ, sed Episcopalis, nàm alia est Iurisdictio Archiepiscopalis in Prouinciam, & longè alia Episcopalis in diœcesim, neque illa huic permiscetur, vt benè aduertit *Abb. in eod. cap. Pastoralis, nu. 8.* vbi ità re-
42 spondet motiuo, quod Archiepiscopus † sit Ordinarius in tota Prouincia, videlicet, vt procedat in

his, in quibus specialitèr iure metropolitico à iure sunt concessa, quæ fuit originalis doctrina *Innoc. ibidem, ante num. 1. in verb. exceptis.* & quam omnes sequuntur, præcipuè *Butr. num. 16. ad med. vers. Inno. dicit*, & priùs etiam hoc idem docuit *Archid. in d. can. per singulas, num. 4. 9. quæst. 3.*
43 adeò vt istæ † Iurisdictiones, nullo modo se contingant, quia illa metropolitica est vniuersalis collectiua, quæ ideo non potest distribui in hanc, vel illam personam, Episcopa is verò est particularis, cumque habeat se tanquàm genus, est distribuibilis in singulas personas, vt post alios pulchrè docet *in eo. cap. Pastoralis Imola, n. 8. vers. differt tamen Iurisdictio Episcopi, & nu. 9.*

Et licet aliqui malè accipientes verba *Innocen.*
44 *ibidem sub nu. 1.* dixerint, Archiepiscopum † habere in tota Prouincia Iurisdictionem, sed ligatam, præter quàm in quibusdam casibus, vnde inferunt, eam semper esse in habitu penès Archiepiscopum, vt ibi per *gloss. in verb. exceptis*, tamen vltra quod *Inn. c.* hoc verè non dicit, sed loquitur de Iurisdictione Episcopali, quæ respectu exemptorum dicitur ligata, hæc sententia est falsa, & eam latè reprobat, & confutat *Bellam. sub num. 11. vers. sed*
45 *pareat mihi, & num. 12.* si quam † enim habet in habitu, sed in exercitio ligatam, ea est respectu causarum, quæ ad eum deuoluuntur per appellationem, neque enim potest eas cognoscere intra fines diœceseon suffraganeorum, iuxta *cap. 1. de off. ordin. in 6.* prout etiam declarat post *Compostell. & Hostiens. in d. cap. Pastoralis. Guid. Pap. decis. 436. num. 2. & 3. & Natta conf. 580. nu. 5.*
46 Antequàm verò † huiusmodi deuolutio fiat, nõ habet aliquam Iurisdictionem, nisi in casibus expressis, vt docent prædicti Doctores, & tradit etiam *Roland conf. 48. nu. 24 l. b 2.*

Neque procedit etiam illatio, quæ ex assumpto tàm absurdo fiebat, videlicet, quòd si Archiepisco-
47 pus † de facto excommunicet subditum sui suffraganei, licèt malè faciat, nihilominus teneat excommunicatio, quasi totalis Iurisdictio in eo non deficiat, quod aliqui existimarũt, nam nulla prorsus in eo aut in habitu, aut in actu est iurisdictio, sed funditùs deficit, & propterea penitùs est nulla talis excommunicatio, quod voluit *Henric. de Boseb num. 4. & 5. Idem Bellam. in can. per singulas, num. 9. 9. quæst. 3.*
48 Ea autem Iurisdictio † metropolitica, quamuis ad multos casus adaptetur, quos supradicti Doctores tangunt, à duabus duntaxat pendet causis, videlicet visitationis, & Prouincialis Synodi, de quibus nouè per *Genuen. in praxi. Curia Archiepiscopalis Neap. cap. 71. & 72.* quæ nullo modo contentiosam Iurisdictionem concernunt, nam quate-
49 nùs † visitat, simplicitèr inquirit de criminibus Cleri, quod pertinet ad officium Præsidis Prouinciæ,
50 *l. Congruit, de off. præsid.* at † citra aliquam coactionem, aut exactionem, solùmque monet, minimè verò punit, sed refert ad ipsum suffraganeum, vt puniat, neque aliter ipse sibi hanc auctoritatem arrogat, quàm si Iuris ministerio (propter scilicet
51 Episcopi † negligentiã) ad se deuolutio fiat, *c. 1. §. sanè de elect. in 6. Tholos. syntag. Iur. lib. 32. c. 6. n. 6.*

Quate-

52 Quatenùs verò cogit † Cõcilium Prouinciale, potest cũ suffraganeis suis statuere super criminibus Ecclesiasticis laicorum, etiam ipsis non vocatis,
53 *Calder. consil. 8. n. 1. cũ seq. de constit.* Sed † id, neque similia facit ipse in Cõcilio, tanquàm Archiepiscopus, verùm actu intelligitur fieri à toto concilio, tanquàm ab Vniuersitate, quæ non solùm in singu-
54 los suffraganeos potestatem habet, sed † etiam in ipsum Archiepiscopum, adeò vt possit eum excommunicare, vt per *Nauar. consil. 6. de maior. & obed.*
55 Et in his omnibus † nihil sibi vindicat de iure cõmuni, præterquàm in exceptis, cuiusmodi est facultas concedendi Indulgentias in tota Prouincia, prout etiam obseruauit *Rosell d. tractat de In-*
56 *dulgent. nu. 273.* proindeque † etiam in ipso exercitio modificatur talis eius potestas ex causa vniuersali, neque enim absolutè insurgit in delictũ vnius, vel alterius personæ de illa, vel illa diœcesi, sed eatenùs quatenùs crimen sit diffusum per totã Prouinciam, iuxta *tex. in cap. perniciosus de celebr. Miss.* & declarat optimè *Archid. in can. Archiepi-*
57 *scopus num. 7. 9. quæst. 3.* idque † nusquàm solus, sed cum consilio suffraganeorum, vt ibidem per eũ, & per *Bellam. vtrunque num. 1.*
58 Vndè, † si Episcopus aliquem excommunicet minori excommunicatione, ipse Archiepiscopus nequit eum absoluere, non obstante quod indulgentias, vt suprà dictum est, concedat, *Archidiacon. in præallegat. can. per singulas sub num. 4. post med. vers. & nota, quod quamuis. Bellam. num 7.*
59 *9. quæst. 3.* Nisi † sibi iniuria fiat palàm, & notoriè, vel, si talis iniuria non sit notoria, nisi exstet consuetudo in contrarium, ità vt, etiàm hoc casu, tota virtus attribuatur iuri singulari ex consuetudine, vt est *tex. in cap. 1. de pœn. in 6.* quem sic expendit *Surd. consil. 465. num. 7.*
60 Quòd si Archiepiscopus, † in casu permisso, cognoscat de crimine Episcopi, id facit cum assistentia cæterorum Episcoporum Prouincialium, neque ij illi assidẽt, tanquàm soli Ordinario, sed tanquàm maiori, atque vt omnes Ordinarij, *can. Archiepiscopus*, & ibi *Præpos. 9. quæst 3.*
Ex quibus videtur, satis tutò concludi posse, Ar-
61 chiepiscopum † hodiè, iure Metropolitico, nullam habere Iurisdictionem contentiosam, vel in subditos suorum suffraganeorũ, vel in ipsos suffraganeos principalitèr, & directò, sed tantum consequutiuè, & per indirectum, dùm exercet suam Iurisdictionẽ in causis ad eum, aùt per appellationem, aùt per viam querelæ legitimè deuolutis, vt ad istos casus deuolutionem legitimam coarctat *Abb. in cap. Pastoralis 11. sub num. 5. vers. Vltimo nota, de offi ordin.* cùm in reliquis vrgeat contra eum districta prohibitio Concilij Lugdunensis, nè, causa iudicij
62 exercendi, ingrediatur diœceses suffraganeorũ, † vt est expressum *in cap. 1. in princip. de offic. ord. in 6.* itaut, quàmuis in dictis causis possit aliquos in ipsis diœcesibus Prouincialibus delegare, *vt in eo. tex. §. nec pro eo, notat Abb. vbi supra.* (Quod nullã habet difficultatẽ, inquit *Seraph. decis. 1183. n. 1.*) ta-
63 mèn neque † ibi possit habere proprios Officiales, quasi in proprio territorio, qui vice sua, cùm appellatur, appellationem recipiant, citationes, & inhibitiones decernant, aut rebelles compescant, vt
64 ad literam textus idem dicit, nisi † alitèr se habeat Consuetudo, quod repetitur *in cap. Vt litigantes eod. tit.* vbi clarè disponitur, totam authoritatem (vt ità loquar) potestatis huius Metropoliticæ circa locum, restringi ad illius particularẽ diœcesim, neque ipsum extra illam aliquid decernere posse;
65 licet † enim possit delegare easdem causas in totũ, vel in partem, & Scribam, ac Nuncium deputare in eisdem Diœcesibus prouincialibus, quod firmauit *Rota apud Seraph. d. decis. 1183. num. 1.* ea ratio-
66 ne, quod in hac præcipuè materia vno † concesso, censeantur quoque alia omnia concessa, sine quibus illud explicari nequit, *l. 2. de Iurisd. omn. Iudic.* Nihilominùs etiàm in hoc valdè circumcisa
67 est illius potestas, neque † enim potest cogere per se ipsum personas ad suscipiendum Delegationem
68 *d. cap. Pastoralis de offic. ordin.* neque † ad exequẽdum suas sententias, & mandata, *cap. 1. §. neque suffraganeorum de for. compet. in 6.* quod est argumẽtum clarissimum, in eo nullam prorsùs esse Iuris-
69 dictionem, neque subditos † suffraganeorum ipsi Archiepiscopo subditos esse, vt arguit *Abb. in eo. cap. Pastoralis num. 5.* quòd latè prosequitur *Grattian. forens. discept. cap. 169. ex nu. 1.* & tenuit *Rota apud Seraph. decis. 1212. nu. 1. & 2.*
70 Et quàmuis possit † cogere ipsum Episcopũ suffraganeum, vt compellat subditum suum, talem delegationem acceptare, vel etiàm subijcere se examini, vt notat *gloss. in d. cap. 1. §. neque suffraganeorum, in verb. suscipere, Seraph. d. decis. 1212. nu. 2.*
71 *& 3.* & nolente † suffraganeo parere, tùnc eius potestas in hoc ad ipsum Archiepiscopum deuoluatur, secundum opinionem, quam contra Abbatẽ tenet vniuersus mundus, vt loquitur *Felyn. in d. c. Pastoralis sub num. 6. vers. vniuersus mundus, Genuen. in Praxi Archiepis. Neapol. cap. 71. num. 3. & 4.* cum multis, quos sequuta est *Rota* volens, dari concursum istorum duorum remediorum, apud *Seraphin. dict. decis. 1212. num. 3. Grattian. d. cap. 169. num 6.*
Attamèn, si attentiùs res ipsa consideretur, facultas hæc nihil minuit de Iurisdictione Episcopi, istud enim totum mouetur in iure deuoluto, & sic non in iure proprio ipsius Archiepiscopi; Et licèt
72 in † casu negligentiæ, procedat contra eũ per coactionem, velutì contrà immediatè subiectum, *Hostien. in d. cap. Pastoralis num. 10. Abb. num. 12. ad finem*, tamèn istud non est tanti, vt mereatur æsti-
73 mari, cùm oriatur ex eadem vi negligentiæ, † lege Metropolitica, quæ ius istud vicissitudinarium facit, & reciprocum, vt est expressum *in can. Cum simus vbi gloss. in verb. Episcopis 9. quæst. 3.*
74 In tantumq; hæc vera sunt, vt neque † ex statuto facto in Concilio Prouinciali, possit Archiepiscopus acquirere iurisdictionem hanc contentiosam in subditos suorum suffraganeorum, vt concludit *Rota decis. 13. num. 1. ad fin. de consuetud. in antiq.*
75 Neque tamen, vera † est propositio illa generalis, negligente Episcopo suam iurisdictionem exercere, illam deuolui ad Archiepiscopum, præterquã in casibus à iure expressis, vt latissimè demonstrat

Abb.

Abb. in cap. si quis contra clericum, ex num. 40. de for. compet. & etiam id priùs docuerat, *in d. cap. Pastoralis, sub num. 10. vers. & hanc opinionem, de offic. ordina.* quicquid ibi scribat *Fel.* qui tamèn rem indiscussam reliquit, nam si huius sententiæ fundamenta excutiantur, eorum leuitas facilli-
76 mè deprehenditur. Affertur † enim in primis *tex. in can. Cum simus, 9. quæst. 3.* vbi negligente Episcopo apponere Oeconomum, potestas hęc deuoluitur ad Metropolitanũ, qui textus nõ facit ad rẽ, non solùm quia hæc potestas non pertinet ad Iurisdictionem, sed competit ex lege, auctoritate videlicet illius canonis, sed etiam quià in articulo iurisdictionis, & illius exercitij contrarium mòx per alios canones fuit dispositum, vt ibi expressè notat *Gratian.* subinferens eosdem canones in eadem ipsa quæstione, vt mirum sit, quomodò *tex. in d. can. cum simus* per Doctores in hanc sententiam expendatur.

77 Affertur secundo *tex.* † *in cap. 1. §. sanè, versic. notoria vero, de censib. in 6.* *Notoria verò crimina* (inquit *tex.*) *quæ examinatione non egeant (cũ super his meritò notari possit ordinariorum negligentia eorundem) liberè corrigat, pœnam pro illis debitam infligendo.* Sed neque hic textus probat assumptum illud vniuersale, neque illius ratio Etenim ibi supponitur in primis delictum notorium, & vsque adeò notorium, vt non egeat aliqua examinatione, prout in verbis habet textus, & sic vagatur extra punctum iurisdictionis contentiosæ, cum non sit opus seruare aliquem ordinem iudiciarium, prout ibi apertè scribit *Io. Monach. sub nu. 20. in verb. non egent,* in tantum vt non sit ferenda aliqua sententia, sed de facto procedendum ad punitionem, vt ibi per *Ancher. sub num. 7. post med. vers. nèc videtur,* vndè forma procedendi secundum dispositionem *d. tex.* hæc in summa fit, obseruare pro initio, an aliquis sine vlla coactione, sed gratis tale delictum Archiepiscopo deferat, *Hostiens. ibid. sub num. 38. in verb. negligentia.* In medio verò expectare, vt totus populus, vel eius maior pars, velùti testis clamet, adeò vt in hoc populi testimonio consumetur probatio, & iustificatio delicti, vt ibi censent *Archid. sub num. 5. vers. ego intelligo notorium, & Franch. in §. sanè n. 3.* & denique in extremo, vt suprà dixi, de facto punire auctoritate illius *tex.* absque vlla pronunciatione, siuè sententia, vt ordo iuris sit, hoc casu, nullum seruare ordinem, quemadmodum dicunt præcitati, præcipuè *Hostiens. sub d. num. 38. in verb. examinatione.*

78 Prætereà textus † hic manifestè loquitur in terminis visitationis Prouinciæ, vt patet ex tota eius lectura, habetque particularem rationem, quià tùnc tàm Episcopus, quàm illius subditi visitanti subijciuntur in his, quæ pertinet ad ipsum ins Prouinciale, vt benè etiam ibi aduertit *Io. Monach. n. 12.* & ità etiam intelligit hunc textum *Hostiens.* qui ideò hunc casum inter alios à Regula contraria exceptos ponit *in cap. 1. sub nu. 12. vers. Duodecimus casus, de supplen. neglig. prælat. in 6.*

79 Neque obstat, quod aliqui existimauerint † etiàm extra actum visitatioois protendi dispositionem
80 *d. tex.* id colligentes † ex *doctr. Abb. in cap. ex frequentibus, sub num. 10. vers. & nota benè hunc casum,* vbi videtur attestari de communi, de *instit. Genuen. d. cap. 71. nu. 11.* nàm hæc non fuit mens *Abbatis,* quià respondendo textui in *dict. cap. Pastoralis,* inter alias solutiones hanc etiam affert, quod dispositio *d. cap. 1. de cens.* extendatur per *d. cap. ex frequentibus,* etiam ad casus extra visitationem, & ità tradi per Doctores communitèr, verùm ipse noo habuit responsionem hanc pro tuta, (& sanè manifestè est erronea, quia decretum illud Innocentij Quarti relatum *in cap. 1. de censib. in 6.* longè posterius fuit ea epistola decretali Alexandri Tertij registrata *in d. cap. ex frequentibus,* quippè Innocentius auspicatus fuit Pontificatum anno 1243. Alexander verò anno 1160. vt apud *Cortolan. in breuiar. Chronolog. Pont.* & alios Ecclesiasticos scriptores) proindeque transiuit ad aliam, in qua demùm defixit pedes, videlicèt vt dispositio *tex. in cap. ex frequentibus,* procedat in delictis concernentibus totam Prouinciam, & super hoc sit huius singularitatis ratio fundata, ità ille *sub d. num. 10. vers. tertia solutio,* & verè hæc fuit mens omnium antiquorum, & in specie *Innoc. in verb. ex officio, Ancher. num. 6. Abb. antiq. num. 3. Hostiens. sub num. 2 super verb. ex officio, & super verb. confirmantes, vers. nàm ex quo commune vitium, Butr num. 5. Zabarell. sub num. 4. vers. vel dicit,* qui licèt videatur considerare alternatim etiam effectum solius negligentiæ, tamèn illicò in hoc suspendit dictum suum, & remittit se ad ea, quæ docuit *in cap. Duo simul, de off. ordin.* vbi clarè tenuit, solam negligentiam non habere hanc vim deuolutiuam, vt ibi per eum sub *num. 2. ex vers. & hæc opinio, vsque ad finem,* & ità hunc etiam intellectum *ad d. cap. ex frequentibus* agnouit *etiam Abb. in dict. cap. pastoralis, sub nu. 11. vers. item in casu concernente totam prouinciam, de off. ordina.*

Vltra quod sententia de qua *in d. cap. ex frequentibus,* neque fuit iudicialis, sed decretum metropoliticum, & lex Prouincialis sancita in ipsa Synodo Prouinciali, vt colligitur ex ipsamet decretali, quæ est directa non soli Archiepiscopo, sed eius etiam suffraganeis, vt aduertetūt ibi *Hostiens. sub num. 2. vers. vel intellige, quod hanc sententiam, Zabarell. eo. num 4. vers. vel dicit. Butr. sub num. 9. paulo ante med. vers. vel potest dici, Ioan. Andr. num. 4. Ancher. num. 5. vers. tertio nota, & num. 6. vers. nota 5. Imol. num. 3. & 7. & nu. 10. vers. sed aduerte. Henric. de Boich. sub nu. 1. vers. quæ opiniones,* & ij omnes agnoscunt vim hanc legis Synodalis, quæ ideò ad punctum huius controuersiæ non facit.

81 Neque obstat † ponderatio rationis decisiuæ, *d. cap. 1. de censib.* quam facit *Fel. in d. cap. Pastoralis, sub num 6. vers. considera secundo, de off. ordin.* dùm posito delicto notorio, punitur etiam negligentia Episcopi, & ex illa negligentia statim infertur ad deuolutionem; Nam ex prædictis colligitur responsio, quià scilicèt textus non dicit, potestatem deuolui, nèc terminum hunc deuolutionis infert, sed simplicitèr iubet, ea delicta puniri per Archie-

Archiepiſcopum, atque itá tota ea poteſtas illi
mandatur per legem, eaquè conſumitur in ſimplici
exercitio, auctoritate iuris, *Præpoſ. in prealleg.
can. cum ſimus, ſub nu.1. verſ. ſi autem ius.*
82 Affertur deniquè, quod data † negligentia, poſ-
ſit ſemper adiri Archiepiſcopus per viam querelæ,
cap. Venerabilibus, §. 1. de ſent. excom. in 6. ſed
nèc hoc quidquam concludit, prouenit enim de-
83 uolutio † non ex querela ſimplicitèr, nequè multo
minùs ex negligentia, ſed ex appellatione, opus eſt
enim, in hac re gradatim procedere; primum ſcili-
cèt, conſtituendo in euidenti pertinacia Epiſcopum
in non adminiſtranda Iuſtitia, quod conficitur ex
tribus, videlicèt ſi id quod petitur, iuſtum ſit, ſi ſæ-
pius ſuper hoc inſtetur, ſaltim tèr, & ſi deniquè in-
ſtantia facta ſit cum humilitate, & debita reueren-
tia, & ſine aliquo tumore, vel ſpiritu arrogantiæ, vt
docet *Hoſtienſ. in d. cap. 1. num. 1. de ſupplen. ne-
glig. prelat.* Mòx opus eſt, poſt hanc trinam inter-
pellationem, formitèr appellare tanquàm à dene-
gata Iuſtitia, atque itá tota vis deuolutionis pēn-
det ab hoc vltimo extremo appellationis, vt benè
per *Fel. in eod. cap. Paſtoralis, ſub num. 6. verſ.
Cōſidera tertio,* quę omnia, alitèr, quàm ſcripto ve-
rificari non poſſunt, vt notat *Hoſtien. loco proximè
allegato.*
84 Hincquè clarè percipitur vera † interpretatio
tex. in c. Paſtoralis, de off. ordin. ſæpe citati, dùm
in eo concipiuntur duæ Regulæ, vna negatiua, vt
videlicèt Archiepiſcopus in ſubditos ſui ſuffraga-
nei nullam habeat poteſtatem, exceptis quibuſdam
articulis; & altera affirmatiua, quod Epiſcopus ſuf-
fraganeus eidem Archiepiſcopo ſuo, metropolita-
na lege ſit ſubiectus; nàm cum ad primam Regu-
lam circa illius declarationem in illis verbis, *ex-
ceptis quibuſdam articulis,* valdè confundant ma-
teriam ſcribentes poſt *gloſ.* dùm laborant recen-
ſere caſus, in quibus Archiepiſcopus habet pote-
ſtatem in ſubditos ſui ſuffraganei, non ſeparantes
legem metropoliticam, de cuius poteſtate dumta-
xàt in eo *tex.* agitur, à poteſtate ordinaria diœce-
ſana, velùti cùm ſubditus Epiſcopi, aùt ratione con-
tractus, aùt ratione delicti, vèl deniquè ratione rei
ſitæ in propria diœceſi ipſius Archiepiſcopi, coram
eo conuenitur, quibus caſibus non eſt, qui dubitat,
Archiepiſcopum in eum habere plenam poteſta-
tem, ſeu Iuriſdictionem ordinariam, nec quidquam
ſingularitatis his caſibus inſerri ex lege metropo-
litica, proùt agnoſcunt, dùm eoſdē caſus recēſent,
*in eo. cap. Paſtoralis, glo. in verb. exceptis qui-
buſdā articulis, verſ. Item ſi habet prædiū, & Ho-
ſtien. in c. 1. ſub n. 10. verſ. quintus caſus, & verſ.
ſeptimus caſus, de ſupplen negl g. Prel. in 6.* & rur-
sùs cùm confundant eandem poteſtatem, ſiuè illius
exercitium in perſonas ſubditorum, & perſonas
ſuffraganeorum, neceſſe eſt, textum alioqui clarum
reddi perobſcurum ex eorum dictis.
85 Ideò circa illa † verba *exceptis quibuſdam arti-
culis* eſt aduertendum, hos articulos, duos, & non
plures eſſe, vt etiàm ſuprà innui, eoſquè pendere ab
ipſa lege Metropolitica, videlicèt deuolutionis,
& querelæ, nèc poſſe excogitari caſum aliquem,
quo Archiepiſcopus exerceat Iuriſdictionem iu-
re Metropolitico in ſubditum ſui ſuffraganei, in
quo alterum ex his non cadat, *Franch. in cap.
qua fronte, ſub num. 31. verſ. aliquando excom-
86 municatio, de appell.* prӕterquàm † ſi Poteſtatem
hanc vrgeat ius aliquod ſingulare, conſuetudinis
videlicet, aùt priuilegij Apoſtolici, vt eſt *tex. in c.
Duo ſimul, eo. tit. de off. ordin. & in can. conqueſtus,*
vbi latiſſimè *Præpoſ. 9. quæſt. 2.* aùt ſpecialis dele-
gationis, velùti in caſu *cap. Irrefragabili, §. Cæte-
rum, eo. tit.* quamuis, & in eo caſu ea poteſtas vi-
deatur originari ab ipſo iure querelæ, vnde & *glo.
in verb. ſuper hoc delegatus,* vocat eam poteſtatē,
quaſi ordinariam, ex auctoritate illius canonis.

Deuolutionis autèm extremum cùm conſtitue-
rimus ex appellatione, & ex negligentia in caſibus
à iure determinatis; quātum ad ius querelæ, præter
87 iam dicta, Conſidero, † circa effectum illius, maxi-
mum verſari diſcrimen inter illud, & ius deuolutio-
nis, facta enim deuolutione, ſubit Archiepiſcopus
partes ipſius Epiſcopi nihilquè eſt, quin, vt Epiſco-
pus proceſſit, vel poterat procedere iudicialitèr,
eodē modo procedat & ipſe; At vbi aditur Archie-
piſcopus per viā querelę, quià extremū iſtius refu-
gij eſt notorietas grauaminis, nullatenùs procedit,
88 aut procedere poteſt iudicialitèr; querela † enim
præſupponit, iudicium ad alium ſpectare, proinde-
què ex ſe ſola vim hanc non habet, vt notat expreſ-
sè *Ioan. Monach. in cap. 1. in princ. ſub n. 1.
verſ. nèc Metropolitanus, de foro compet. in 6.* ſed
vt dixi, notorietatem exigit, quod clarè decidit
*tex. in cap. ſollicitudinem, 54. §. ſi verò notorium,
de appell.* vbi excommunicatus ab Epiſcopo poſt
appellationem interpoſitam ad Papam, licitè con-
queritur apud Archiepiſcopum, quòd non obſtan-
te appellatione ad Papam interpoſita, fuerit nulli-
tèr, & iniuſtè excommunicatus, & quidem notoriè,
89 ſiquidem † querela iſtius non fit, niſi extraiudi-
cialitèr, Archiepiſcopus autem, quod ſibi pro-
ponitur tanquàm notorium, non etiam examinat,
vel cognoſcit aliquo citato, & deniquè non fert
aliquam ſententiam abſolutoriam, ſed extraiudi-
cialitèr, ex ſimplici illo notorio & facti, & iuris, de-
clarat eundem non fuiſſe, neque eſſe ligatum ex-
communicatione, proùt itá ibi eum *tex. intelli-
gunt Innoc. num. 3. Hoſtienſ. ſub nu. 4. verſ. quod
ſi Arch. epiſcopus, Io. Andr. num. 5. & 7. Abb. ſub
num. 7. verſ. Aduerte, quia hæc glo Butr. nu. 6.* qui
ait, itá procedi, vt Epiſcopus confuſus, agnoſcendo
propriam culpam, illum abſoluat, quia Archiepi-
ſcopus ipſe alitèr non cognoſcat de ſubditis ſuf-
fraganei, *Bellam. num. 9. & Henr. de Boich. nu. 3.*
90 quod pertinet † ad declarationem *tex. in cap.
Cum contingat, de off. deleg.* in quo non agitur de
hoc recurſu per viam querelæ ad Archiepiſcopum,
ſed de ſimplici poteſtate Iudicis delegati.

Circa autèm ſubiectionem perſonæ ipſius Epi-
ſcopi eadem lege Metropolitica, ea tota reſtrin-
gitur ad cauſam, & virtutem eiuſdem legis, cùm
ſcilicèt Epiſcopus in cā offendit, aut in cōmitten-
91 do, aut in omittendo, † itàvt Epiſcopi piaculū poſ-
ſit eſſe ſcandalo toti Prouinciæ, veluti cùm ſuam
diœceſem indebitis exactionibus diuexat, vt diſpo-
nitur *in can. quia cognouimus, 10. quæſt. 3.* qui tex.
perpe-

perperàm trahitur ad constituendam Regulam generalem, quod in minoribus criminibus Episcopus subijciatur Archiepiscopo, vt videtur voluisse *Abb. in eod. cap. Pastoralis num. 2.* vel ad constituendam eandem regulam in causis ciuilibus, vt credidit *Genuen. prac. it. cap. 71 num. 1.* neutrum enim ex eo textu potest colligi, aùt in verbis, aùt in ratione, quæ est fundata super ipso iure Prouinciali, quo scilicet Præses illicitas exactiones per totam Prouinciam fieri vetat, *l. Illicitas ff. de offic. præs.* quemadmodùm nè quis iniquum lucrum, aùt damnum sentiat, vt *in ead. l.* disponitur; Vndè non ab re Archiepiscopis mandatur, vt iniungant Episcopis, simoniacam prauitatem ex eorum diœcesibus euellere, *in cap. dilectus il secondo, quod in ordine est 30. ad fin. de simon.* super cuius intellectu nutare videtur idem *Genuens. eo. cap. 71. num. 21.* Similitèr vt Metropolitana auctoritate eosdè Episcopos coerceant, dùm contra Apostoli voluntatè, omni vento doctrinæ circunlati, recedunt à modo psallēdi instituto in ipsa Metropolitana sede, vt est
92 *tex. in c. de ys* † *quod est pen. in princip. dist. 12.* in cuius tamen vulgata lectione irrepserat error, vt pro *Prouinciæ Pontifices*, scriberetur, *Prouinciæ ciues*, vt ibi annotatur ex correctione Gregoriana.
93 Quod accipi oportet, † nisi in aliqua diœcesi suffraganea, exstet particularis consuetudo canonicè, & legitimè idm introducta, nihil enim est, quin ea præualeat, vt censuit *Hostiens. in supracit. cap. 1. sub num. 10. de supplen. neglig. præl. in 6.* & dixi *supra quæst. 13 num. 119.* prout idem seruari dignoscitur circa vsum præeminentiarum, *Franch. decis. 253. sub num. 10. vers. nèc obstat exemplum ciuitatis.*
94 Enimverò † quod spectat ad causas particulares ipsius Episcopi, siuè criminales sint, siue ciuiles, nulla est potestas Archiepiscopo in eum. nisi id obtineat aùt ex priuilegio, aùt ex consuetudine legitimè præscripta, iuxta terminos *text. in d. cap Duo simul, & ibi optima glos. in verb. consuetudo de offic. Ordin.* & notat etiam *Hostiens. in d. cap. 1 sub num. 12. vers. Sextus decimus casus.* Quippè inspecta dispositione iuris communis, res caret difficultate, cum lex Metropolitica hùc se non extendat;
95 quamuis enim † causæ ciuiles Episcoporum olim deferrentur ad Synodum Prouincialè, *can. si clericus 11. quæst. 1.* nusquàm tamen scriptū reperitur, quod deferrentur ad ipsum Archiepiscopum, vt ex eo tex. perperàm intulerunt *glo. in d. cap. Pastoralis, in verb. exceptis quibusdam articulis, versic. Item si clericus habet ciuilem, & Abb. num. 2.* nisi confundatur Synodus Prouincialis, & potestas illius cum Archiepiscopo, & illius auctoritate extra Synodum; inter quæ, quanta sit differentia, superiùs ostensum est.
96 Sic etiàm quoad criminales, † si quas olim moliebatur Episcopus contra aliquem de sua diœcesi, deferebàtur ad eandem Synodum, *can. 16. quæst. 2. glo. prællig. in d. cap. Pastoralis vers. Item si criminalis*, sed id tantùm obtinuit in primitina Ecclesia, idest tempore Apostolorum, vt aduertit *glo. in eo. can. 1. in verb. laico vers. vel loquitur.*
97 Fateor tamèn, negotia † Episcoporum, æquè ac maiores causas, olim cōsueuisse deferri ad Patriarchas, vel Primates, vt scriptum legimus in antiquissimo decreto Lucij relato *in can. 1. 80. distinct.* & mòx eadem negotia Episcoporum amandata fuisse Concilio Prouinciali, reseruatis Sedi Apostolicæ dumtaxàt causis maioribus, & difficilioribus, *can. Huic soli, iuncto can. multis denuò 17. dist.* sicùti etiam causis appellationū Episcoporum eorundē, *c. quis se scit, vbi Præpos. num. 1. 2. quæst. 6. cap. maiores de Baptism. cap. Vt debitus ad fin. de appell.* itàvt eæ, nèc quidem per Legatū de latere cognosci possint, *cap. Quod translationem de offic. legat.*
98 sed tamen nèc † ipsi Concilio Prouinciali fuit permissa potestas, causas Episcoporum definiendi, sed audiendi simplicitèr, & tractandi, vt declarat epistola Eleutherij *in can. quamuis 3. quæst. 6.* & benè etiàm aduertit *Præpos. in d. can. multis in vlt. col. ad fin. vers. Si autem loquimur de iure ordinario,*
99 & hodie † habemus decretum Sacri Tridentini Concilij, vt grauiores criminales causæ Episcoporum, non nisi per ipsum Papam, minores verò, quæ scilicèt depositione, aùt priuatione minimè sunt dignæ, per ipsum Concilium Prouinciale, vel ab eo deputandos, & cognoscantur, & terminentur, vt legitur *sess. 24. cap. 5. de reform.* itàvt idm cessent, quæ circà potestatem quatuor Patriarcharum in deponendo, vel priuando Episcopos olim asserebàtur, vt aduertit *Gonzal. ad reg. de mensib. glo. 41. ex num. 20.* & simùl etiam aucta intelligitur potestas Concilij Prouincialis circa causas minores.

Et secundùm præmissa regulanda sunt omnia, quæ de potestate Archiepiscopi scripsit *Marc. Ant. Genuens. in prax. Archiepisc. Neapol. cap. 71. per tot.* & præcipuè ab eo accuratè cauendum, quòd
100 ibi asseuerat, *num. 2.* Archiepiscopum esse † Iudicem Vicariorum Generalium suorum suffraganeorum, quandò delinquunt in Officio, proponens exemplum, si proferant sententiam, aùt per gratiā, aùt per sordes, vèl si excommunicent aliquem sine scriptis, vel absque trina monitione, adijciens, de hoc esse *tex. clarum in cap. 1. de offic. Vicar. in 6.* & hoc etiàm docuisse *Dominic. & Franch. in cap. 1. §. fin. de fo. compet. eo. lib.*

Nàm sunt in hac re distinguendi duo casus: Prior est, quandò Vicarius ità delinquit in officio, vt offendat Iurisdictionem Metropolitani, velùti si nolit deferre appellationi ad eundem legitimè emissæ, vèl illius inhibitionem spernat, & tùnc fatemur, Archiepiscopum posse eum coercere censura Ecclesiastica, & hic est verus sensus *tex. in d. cap. 1. de offic. Vicar. in 6.* qui venit coniungendus cum alio *tex.* eiusdem Innocentij Quarti, in eadem controuersia inter Archiepiscopum Remen. & eius suffraganeos, siuè eorum Officiales *in cap. Romana Ecclesia in princ. de appell.* sic enim iustificatur causa excommunicationis latæ per Archiepiscopum in huiusmodi Officiales, ex delicto in Iurisdictione, nimirùm, quià læsit Officialis Iurisdictionē Archiepiscopi, nō autèm quià deliquerit in officio vel per sordes, vèl perperàm iudicando, huncq; intellectū, qui ex lectura dictorū duorum textuum est quoquè satis clarus, agnouit *in eod. cap. 1. de off. Vicar. glo. in verb. rationabili causa.*

Alter est, quandò deliquit in officio, præiudicãdo simplicitèr partibu-, & Iustitiæ, & hoc quidem casu, nisi propter notorictatem, & grauitatem criminis facta sit deuolutio, cognitio, & punitio per-
101 tinet ad ipsum Episcopum, qui habet † facultatem à Iure, prout quinis alius Magistratus, coercendi Officialem suum, appellatione remota, *l. nulli officialium C. quo. appell. non recip.* qui est registratus per *Gratian. in can. ei qui appellat §. nulli quoquè 2. quæst. 6.* vbi glo. *in verb. officialium,* in articulo Iurisdictionis, reddit hanc rationem, quod Officialis ità delinquendo ipsummet Iudicem, vèl Magistratum censeatur offendisse, & hoc idem censuerunt, *Alex. in l. qui iurisdictioni sub num. 8. vers. octauo facit, ff. de Iurisd. omn. Iud. Specul. de appell. §. 2. num. 4. Maran. de ord. Iud. par. 6. glo. & quandoquè appellatur num. 301.* & qui *text. eundem in d. l. nulli.* in articulo appellationis denegatæ, latissimè explicat *Paris de Puteo in tract. de syndicat. § appellatio ex num. 16.*

Et secundùm hanc distinctionem accipienda est doctrina *Gemin. in d. cap. 1. §. fin. sub num. 4. vers. glos. finalis, de fo. compet.* dùm voluit, Archiepiscopum posse excommunicare Officialẽ Episcopi delinquentem in officio, ea ratione quod Vicarius faciat idẽ Tribunal cũ Episcopo, & sicùt potest excommunicare Episcopum, ità quoquè possit excommunicare eius Vicarium, quià est intelligendus secundùm terminos *tex.* quem allegat, videlicet *in d. cap. 1. de offic. Vicar. eod lib. 6.* & ità etiàm loquitur *Franch ibidem sub num. 3. ad fin.*

Et quàmuis *Io. Monach. in eo. cap. 1. de off. Vicar.* ponat exemplum delictorum in officio, si Officiales Episcopi non seruent priuilegia Sedis Apostolicæ, vel si sententiam proferant per pecuniam, aùt per gratiam, vèl per sordes, vt ibi per eum *sub num. 1. vers. & ideò Archiepiscopi,* nihilominùs id venit intelligendum, si culpa reflectat in Episcopum, qui conniueat, vèl negligat. Officialem suum ità delinquentem punire, aliàs non posset sustineri doctrina illa.

102 Præ cæteris autèm † hoc perpetuò notandum est, vbicunquè Archiepiscopus intendit procedere contra subditum suffraganei sui, cum aliàs, vt præmissum est, nullam in eum habeat Iurisdictionem, præterquàm in exceptis, vt dicit *tex. in supradicto cap. pastoralis, de supplen. negligen. Prælat. in 6.* eundem teneri in sua citatione exprimere casum ipsum exceptum, per quem concludatur sua iurisdictio, ex ratione *tex. in l. vlt. de iurisd. omn. Iud.* aliàs posse citationem huiusmodi sperni, nèc teneri citatum comparere, vt docet *Hostien. in d. cap. 1. num. 12. ad fin. super verb. respondere de for compet. in 6.* quem ibi alij sequuntur, præcipuè *Ioan. Monach. in §. contrahentes sub num. 17. ad fin. super eo. verb respondere, & Gemin. in §. nec clerico num. 3. vers. solutio, aùt Archiepiscopus.*

SVMMARIVM.

1 *Exemptionum tractatio nuperrimè edita per Erasmum a Cockier.*
2 *Eximere quid significet.*
3 *Priuilegium quid differat à Principis Beneficio.*
4 *Exemptionum materia odiosa, & restringenda.*
5 *Exemptiones quid mali inferant.*
6 *Exempti, vt plurimum priuilegijs suis abutuntur.*
7 *Exemptionibus causam dederunt Episcopi ab initio.*
8 *Territorium aliquandò ponitur pro Diœcesi, sed singulari ratione, de qua in clem. Nè Romani §. sanè de Elect.*
9 *Territorium propriè quid sit.*
10 *Magistratibus præibant lictores cum fascibus.*
11 *Fascium delatio extra proprium Territorium, cuius Magistratui prohibita.*
12 *Territorij extra fines, cuius Iudici parere vetitum, præterquam fauore fideicommissariæ libertatis.*
13 Territorium, *vox, duplicis significationis, & vtraquè explicatur.*
14 *Iurisdictio ordinaria Episcopi potest solui, integro manente Territorio.*
15 *Territorium quatenus sit de essentia Iurisdictionis ordinariæ.*
16 *Iurisdictio quomodò sit in Magistratu, itemquè in personis subiectis, itemquè in Territorio.*
17 *Iurisdictio Ordinaria quomodò dicatur cohærere Territorio.*
18 *Iurisdictio est in Territorio, velùti nubecula insidens paludi, quæ generatur per actiuam potentiam Solis.*
19 *Territorium designat Iudicem ordinarium, quod vti se habeat, explicatur.*
20 *Iurisdictio Ordinaria nusquàm datur sine Territorio subiectiuè, vel circumscriptiuè.*
21 *Iurisdictio voluntaria, an detur sine Territorio.*
22 *Notarij aliquibus dicti sunt Iudices Chartularij, & vnde hic error irrepserit.*
23 *Chartularij, qui olim dicti, & cuius essent Dignitatis, & prærogatiuæ.*
24 *Notarij siuè Tabelliones, non sunt nequè Magistratus, nequè Magistercali.*
25 *Voluntas inanis est, cui non assistit potestas secundùm Ius.*
26 *Episcopus potest eximere aliquam Ecclesiam, vel locum sub annuo censu, constituendo in eo Vicarium.*
27 *Episcopus in limine fundationis alicuius Ecclesiæ, potest illi concedere plenam libertatem a sua Iurisdictione.*
28 *Et quid respectu Iuris obedientialis.*
29 *Obedentiale Ius, an sit præscriptibile in totum.*
30 *Obedientiale Ius non potest auferri ab Episcopo, extrà auctoritatem Papæ.*
31 *Obedientiale Ius in Episcopo, soluitur per exemptionem factam auctoritate Papæ.*
32 *Episcopus, quoad reliqua, pratèr Ius obedientiale, potest eximere, quos velit sibi subditos, cum consensu tamen sui Capituli.*
33 *Exemptio concessa per Episcopum, quatenùs eget cõfirmatione Apostolica, exigit confirmationem in forma specifica, quæ tamen potest indueì præsumptiuè ex antiquissima obseruantia.*
34 *Eximendi facultas à potestate Episcopi, nulli alij cõpetit, quàm Papæ, cui est specialitèr reseruata.*

35 *Et*

35 Et qua sit ratio.
36 Iurisdictiones sunt Iuris publici.
37 Legatus de latere, non potest concedere exemptionem à potestate Episcopi.
38 Confirmanti refertur omnis vis actus confirmati, quotiescùnque ab eo pendet validitas actus.
39 Eximere non potest Episcopus, nisi in sui praeiudicium, non autèm successorum.
40 Episcopus, constituendo Vicarium, iuxtà terminos text. in cap. Cum venerabilis de Censib. nihil in eum transfert de propria Iurisdictione.
41 Episcopus non potest committere vices suas, mediante aliqua retributione.
42 Iurisdictio, regularitèr nunquàm concessa censetur priuatiuè, sed cumulatiuè.
43 Iurisdictio alterius, vt sit praescriptibilis.
44 Iurisdictionem mandatam qui suscipit, nihil habet proprij.
45 Vicarius generalis facit vnum, & idem Consistorium cum Episcopo.
46 Vicarius foraneus habet dùtaxàt Iurisdictionem delegatam, & ab eo appellatur ad Episcopum.
47 Vicarius foraneus, exercendo Iurisdictionem sibi mandatam, non sibi, sed Episcopo quasi possidet.
48 Et in consequens contra eum nũquàm praescribit.
49 Precario possidens, nunquàm praescribit.
50 Precario potest transferri tàm naturalis, quàm ciuilis possessio.
51 Precario concedenti, si per eum transfusa sit possessio ciuilis, non redditur Interdictum vti possidetis.
52 Precario, in dubio non censetur transmissa possessio.
53 Possessio eiusdem rei, non potest esse apud duos in solidum.
54 Rector deputatus per Episcopum, tanquàm Parrochum suae dioecesis, percipiendo decimas, & iura Parrochia, non sibi, sed Episcopo possidet.
55 Vicarius foraneus, etiam ex Statuto, vel Concor*dia deputatus per Episcopum, nunquàm assequitur ordinariam Iurisdictionem.*
56 Finis in se omnia rapit, & in suam naturam conuertit.
57 Episcopus vice alterius deputatus à Papa pro regimine alicuius partis dioecesis, non constituitur Ordinarius.
58 Fundatorum Ecclesiarum voluntati, lex plurimùm fauet.
59 Pr*alatus, nullo modo praeiudicat* Ecclesia *in quaesitis, secus in quaerendis.*
60 Praeiudicium in modico consistens, non aestimatur.
61 Romanorum liberalitas in hostes subactos.
62 Exemptio à Iurisdictione Episcopi, cus permissa in limine fundationum.
63 Obedientiale Ius, non potest remitti per Episcopum, etiàm in fundationis limine.
64 Exemptus in fundationis limine ab Episcopo, an subijciatur Papa *immediatè, vel potiùs Archiepiscopo.*
65 Exempta Ecclesia, non potest remanere Acephala.
66 Archiepiscopus non habet curam Ecclesiarum suorum suffraganeorum.

QVÆSTIO XXIII.

Exemptiones procedentes ab Episcopis, quatenus praeiudicent eorum Potestati.



TANTÆ Maiestati, qualem Episcoporum cõstituimus, nihil est, quod magis detrahat, quàm exemptionum
1 colluuies, cuius † rei tractationem nupèr cùm egerit *Erasm. à Cock. in libro, cui titulum fecit, de Iurisd. ord. in exempt.* Nos contractiori stylo aliqua tantùm percurremus, quae ad eius perfectam intelligentiam, vel sufficiant, vel saltim plurimùm conducant: Est enim haec materia, & frequens, & tamen (quod mirere) non satis peruia, propter incurrentium aequiuocationum mul-
2 titudinem. *Eximere,* † vox, est notissimae significationis; Et quantum ad subiectam materiam pertinet, exprimit actum Superioris, vi subducentis aliquem ab inferiori, vndè relata ad actum priuati, meram violentiam denotat, per quam quis iusto iudicio subducitur, *l. sed eximendi, ff. nè quis eum, qui in ius voca. vi exim.* & de hac minimè agendum hic est, cuius omnem fimbriam excutit *Prosp. Farin. crimin. quaest. 114. ex num. 86.* & aliqua circa illam posuit *bo. me. Card. Seraph. in recent. par. 3. decis. seù voto 61. ex num. 16.* Relata autèm ad Principem, significat priuilegium, quo quis à potestate Superioris sui extrahitur, & ità sumitur *in cap. recepimus, extra de priuil. & in cap. 1. & cap. auctoritate, cum seqq. eo. tit in 6. & in clem. 1. eo. tit.*

Hinc verò statim consequitur, per Exemptiones istas ius commune vulnerari, neque enim Principis
3 beneficium est, † quod secundùm, vel praeter leges conceditur, sed propriè Priuilegium dicitur, quod perpetuò ius commune vulnerat, & contra publicam vtilitatem intenditur, vt post alios declarat *Ias. in l. vlt. nu. 27. de constit. Princip. Surd. consil. 140. num. 5. & 14.* qui alios allegat.

4 Et propterea quicquid † existimauerit, *Bald. de Periglio in suo paruo tract. de exempt. cap. 1. ex num. 4.* satis constat, materiam hanc esse odiosam, & quantum fieri potest, restringendam, *Calderin. cons. 6. num. 2. de donat.* Paris. *cons. 9. num. 5. & 6. vol. 4.* Decian. *cons. 5. nu. 7. vol. itidem 4.*

5 Per Exemptiones enim istas † Ordinem Ecclesiasticum confundi, & plura sequi inconuenientia, in diminutionem Dignitatis Episcopalis, & in euidens damnum Reipublicae, praecipuè ob delictorum fomitem, latissimè demonstrat *Bellame. consil. 20. sub num. 9. vers. tertio considerare oportet, & num. 10.*

6 Nàm quamuis † in eximente, à principio aliqua sit singularis ratio, multorum tamèn seculorum experientia docuit, illicò Exemptos priuilegio abuti consueuisse, quod non latuit Sanctissimos Patres Sacri Tridentini Concil. *sess. 24. de reform. cap. 11.* nimiùm enim gestiunt hi Exempti, videri membra suo mota loco, & veluti capilli à capite Ecclesiae

dependere,inquit *Zipa.in analyt. de priuil nu.3.*

Neque tamen circa exemptiones istas,satis iustæ sunt crebræ Episcoporum querimoniæ, nàm
7 ipsimet † à principio aliquibus per abusum potestatis causam dederunt, de quibus *in can. cum pro vtilitate, 16.q.1.can.quàm sit,iuncto can.luminoso, 18. quæst. 2.* Aliquibus verò ex propria pactione, vt *in cap. cum venerabilis, de censibus*, vt propterea de seipsis tantum habeant conqueri, vt aduertit *Cuiac. in cap. cum non liceat, circa fin. vers. sunt ordines, de præscript.*

Vt autem benè percipiatur præiudicium, quod Episcopali dignitati infertur per exemptiones, illud hic pressius venit explicandum, quod breuitèr attigimus supra *quæst.9.ex num.96. & quæst. 21. ex num. 48.* videlicet,Territorium, & Diœcesim minimè idem esse, neque in hac disputatione con-
8 fundenda,sed prorsùs separanda: Licet enim † in *clem. nè Romani, §. fanè, de elect.* decernatur,Districtus, seu Territorij appellatione Diœcesim eo casu intelligendam fore,nihilominùs *glossa ibi in verb. hoc casu*, ponderando eadem verba textus, prudentissimè aduertit singularitatem istius determinationis; hancquè diuersitatem inter Districtû, & Territorium, & Diœcesim ibi manifestè alij sentiunt,prout in specie *Card. num. 4.1o. de Imola, num.1.Barbat.in §. eo tamen num.27.*

Quam singularitatem,& illius rationem constat fuisse, quià quandoquè reperiebatur, aliquem locum esse de Diœcesi Ciuitatis, non de eius Territorio, ex quo procedebat imperfectio prouisionis Constitutionis, de qua *in cap. vbi periculum,in §. porrò eo. tit. de elect. in 6.* quemadmodùm notat *Vital. in eo. §. fanè, num. 34.* & hanc eandem doctrinam posuit *Ancher. in repet. cap. postulasti, sub num.42.vers. quinto pro hoc facit ratio,de for. compet.*

9 Enimverò latiùs patet Diœcesis, † quàm Territorij significatio,nam quicquid est de Territorio Episcopi,continuò est de illius Diœcesi, at non è contrà,quia Territorium propriè in hac materia sumitur, non pro quacunque Vniuersitate agrorum,intra cuius limites, sit qui Ius dicat, sed intra quos sit, qui Ius dicat tanquàm Magistratus, qui habet ius terrendi, & submouendi,vt explicat *tex. in l. pupillus, 239.§.Territorium, vbi Cuiac.de verb. signif.Fel. in cap.Rodulphus, num.15.de rescript. Ancher. in repet. eiusdem cap. postulasti, num.42.vers. quinto pro hoc facit. de for. compet.*

10 Magistratibus † enim præibant lictores cum fascibus,*l. Proconsules,de off.Procons.*vndè quem-
11 admodùm † delatio fasciū cuiuis Magistratui, extra Territorium est prohibita, *l. Duumuirum 53.*
12 *C. de decurio.lib.10.* ità † ipsis extrà idem territorium Ius dicere, & alijs sibi parere est vetitum, *l.vlt.de Iurisd om. Iud.* Præterquàm in casu Senatusconsulti Articuleiani, fauore fideicommissariæ libertatis. *l. non tantùm, §. sed Articuleiano, ff.de fideic. libert.*

Paritèr est aduertendum,Territorium in dupli-
13 ci † significatione apud nos vsurpari, stricta videlicet,& lata: Stricta, cùm significamus Vniuersitatem agrorum,tanquàm subiectum in quod Iurisdictio exercetur,terrendo,& submouendo personas, vt in *d.l.pupillus 239.§.territorium de verbor. signif.* Lara,cùm significamus quodcunque subiectū Vniuersitatis, in quam tale exercitium competit, qualitercunquè, & quomodocunquè ea circumscripta sit,vt ità sumitur *in d. l. vlt.de Iurisd.omn. Iud. prout eum tex.* ità videtur accepisse *Pomera. de Iurisd. lib. 2. par.1. cap.7. num. 11.* quàmuis enim ille *tex.* loquatur de Magistratibus municipalibus, vt ibi aduertit *Cuiac. postum. tom. 3. & ad 1.lib. Pauli ad edictum tom. 2.* quibus proculdubio Vniuersitas agrorum nedùm stat pro limitibus,sed etiàm realitèr subijcitur, vt *in d. §. Territorij*, nihilominùs quatenùs ponit pro Regula vniuersali,vt nemini extra territorium Ius dicenti impunè pareatur, ibi sumenda est vox ista pro limitibus, & cancellis cuiusque iurisdictionis,vt etiam censuit ibi *Gouea. sub num.4. vers. hic autem.*

14 Profluit ex his,† Iurisdictionem ordinariam Episcopi posse solui, absque eo quod soluatur illius
15 Territoriū, nàm Territorium prout † est subiectū, in quod exercetur Iurisdictio, non est de essentia iurisdictionis ordinariæ, *Bald. in cap. suspicionis sub num.5.ad fin.vers. territorium non est, de off. deleg.Felyn.in cap.post cessionem sub num. 1. vers. nèc animum*,& ibi etiam *Aret.itidem num.1.vers. & est ratio clara de probatio. Maran. de ord. iud. par.4 dist.5.num.2.ad fin. cum alijs adductis per Petr.Barbos.ad l.cum prætor 12. §.1. ex num.45. de iudic.* sed dicitur de essentia, quatenùs deseruit pro limitibus, & cancellis ipsius Iurisdictionis; & hac ipsa ratione verissimum est, quemlibet Ordinarium habere Territorium, idest circumscriptiuè, secùs verò subiectiuè,idest sub se,vt egregiè docet *Bald in l.1.§.in initio sub nu.7. vers.vel dic,quod aut loquimur ff. de off. Præf. Vrb.*

Vndè *Iaf.in l 1.sub num.15.vers.in hoc magis placet,de Iurisd. omn. Iudic.*ait, iurisdictionem
16 formalem, † & actiuè esse in Magistratu Ius dicentem,passiuè in personis subiectis,ratione autèm situs, & sic subiecti prædicamento, *Vbi*,dici esse in Territorio,*quia Territorio terminetur*, quæ postrema verba sunt benè ponderanda,nàm ipse apertè vult, Territorium sumptum pro Vniuersitate Agrorum deseruire tātùm pro terminatione,idest limitibus; & in hoc sensu accipiendum est,quod plerique pro-
17 nunciarunt,omnem † Iurisdictionem ordinariam cohærere Territorio,vt dicebat *Bart.in ea. l.1. §. cum Vrbem num.9. de offic. pref. Vrb.* nàm verius est,illam cohærere administrationi,vt docet idemmet *Bart. in l. ambitiosa num.34. ad fin. vers. sed concedendo ff. de decret. ab ordin. facien.* nisi Territorium impropriè sumatur pro ipsa administratione, vel effectu Territorij, quatenùs limitat Iurisdictionem,prout ità declarat idemmet *Bart. in l.1.sub num.16.vers. pro tanto dicitur,de Iurisd. omn.iudic.*in quod similitèr tendit doctrina *Bald. in l. vltim. num. 2. C.vbi,& apud quem*,& sic intelligendum est,quod ibidem tradit idem *Bald.* Iu-
18 risdictionē esse † in Territorio,velùti nubecula insidens paludi, quæ generatur per actiuam potentiam Solis, prout etiam pronunciauit *Socin. Sen. consf.74.nu.2.lib.1.& Gail.lib.2.obser.62.nu.9* Et quod

19 quod tradit idem *Bald.* Ordinarium † indè cognosci, si habeat Territorium, *in l. vlt. num. 10. C. vbi, & apud quem, Ias. in l. more, num. 50. de Iurisd. om. Iud.*

Omnia enim hæc, & similia referenda sunt ad formalitatem, ex circumscriptione limitum, Vt hinc sequatur illatio, Huic subiectum est Territorium, ergò habet iurisdictionem ordinariam, iuxta declarationem, quam ponit *Bal. in l. à procuratore, C. mandat.* & latè tradit *Gail. lib. 2. obser. 62. num. 9.* & firmauit *Rota in vna Carpentoraten. iuris lignandi, 17. Nouembris 1619. coram* R. P. D. MATTHÆO BVRATTO Bononien. Inclytæ Virtutis Alumno, qui annum agēs suprà quintum, & septuagesimum, literarum studio, veriùs, quàm ætate confectus 16. Martij 1627. in lucem æternam secessit. Atque ità etiàm potest simpliciter teneri sententia *Bar. & Ias. locis suprà citatis:* At non è conuerso, Iste habet Iurisdictionem ordinariam, ergò ei subiectum est Territorium, quamuis enim ex Territorio quoquo modo circumscribantur cuiuis Iudici fines suæ Iurisdictionis, tamèn non omnis Iudex habet Territorium sibi subiectum, sed potest quis habere Iurisdictionē simplicem in loco, nullo modo cohæsinam Territorio, in quo videtur elucere aliqua differentia inter casum, & casum, vt primo scilicet, aliquo modo adhæreat Iurisdictio certo Territorio, in secundo verò minimè, quæ optimè videtur considerari per *Bart. in l. sequitur, §. si viam, num. 6. in vlt. quæst. de vsucap.* ad effectum scilicet acquisitionis, vt explicat *Aret. in d. cap. post cessionem, sub nu. 1. vers. est tamèn aliqua differentia, de probat.*

20 Stet ergò conclusio, † Iurisdictionem ordinariam nusquàm dari sine Territorio, vel subiectiue, vel saltim circumscriptiuè, nàm sicut hoc verissimum est, ità erroneum, quod aliqui existimarunt, illam dari absolutè sinè aliquo territorio, velùti in Iurisdi-

21 ctione † voluntaria, ex doctrina *glo. in d. l. vlt in verb. non parcetur, de Iurisd. om. Iud.* videlicet exēplificātes etiàm in Notarijs, quos aliqui dixerūt, esse Iudices Chartularios, ex † sententia *Bart. in l. 1. num. 12. eo. tit.* Nàm illud primum de voluntaria Iurisdictione, est error manifestus, & ea exempla manumissionis, & adoptionis, quibus mota fuit glossa ad distinguendum in hoc articulo, inter voluntariam, & contentiosam Iurisdictionem, nituntur Iure singulari Proconsularis Imperij, vt demōstrat *Cuiac. lib. 1. Pauli ad edictum, in interpret. d. l. vlt.* vndè iure optimo distinctionem hanc glossæ, refutat *Dec. in cons. 557. num. 10. cum seqq.*

22 Exemplum † verò Notariorū in faciendis præceptis, ex quo creduntur sortiri nomen, & auctoritatem Iudicum Chartulariorum, prout existimauit *Bart.* vbi supra, & *in l. eum fecimus, num. 7. C. vbi, & apud quem,* & ante eum *glo. in l. nulli, in verb. chartularys, C. de numer. & actuar. lib. 12.* irrepsit ob ignorantiā huius termini, videlicet qui dicantur in Iure Chartularij; Vndè facilè fuit viris alioqui doctissimis, sed antiquitatis imperitis (quod nemini mirari debet) pro Chartularijs Notarios accipere.

23 Erant autèm Chartularij † Præfecti chartis Fi-

scalibus, vt ad *d. l. vlt. C. de Numer. & Actuar & ad l. 3. C. de can. largit. titulor. lib. 10.* explicat *Cuiac. & in eo. tit. de can. largit. tit.* declarat etiam *Garf. Tolet. nu. 10.* Qui sanè positi erant in Dignitate, habebantquè Magistratum, vt benè etiàm aduertit *glo. in l. 1. in verb. qui Tribunali, ff. de iudic.* & in summa (quod etiam supradictos latuit) Iudex Chartularius erat Præses Archiuij Principis, cuius erat summa Dignitas, & in Ecclesiasticis præcedebat Episcopos, habebatque (vt dixi) Tribunal, & maximas prærogatiuas, vt pulchrè demonstrat *Baron. in anno 599. n. 40. & 41.*

Vt mirum quodammodò sit, qua ratione aliqui ex nostris eam imbuerint mentem, vt Chartulariorum, quinimò ipsius Iudicis Chartularij statum, ad

24 Notarios, seù Tabelliones traduxerint, qui † non sunt Magistratus, neque Magistelculi, vt hanc quoquè fabulam retegendo, loquitur *Ang. consil. 93. num. 3.*

His constitutis, præscripta quæstio procedit sub duplici supposito, altero, quod Episcopus possit eximere, & altero, quod ista exemptio differat ab exemptione, quam facit Papa, de quibus separatim est dicendum, prout Deo benè fauente, in duabus sequentibus dicemus. Vt igitur nobis constet de veritate prioris suppositi, circa potestatem Episcopi in eximendo, à quo plurimùm pendet resolutio

25 articuli huius (Cùm nisi † assistat Iuris potentia, voluntas inanis sit, *glo. in l. si filia, in verb. donanti, C. de donat. ant. nupt. Dec. in cap. cum super, num. 24. & 25. de off. deleg. Soc. Iun. cons. 95. n. 4. lib. 3. Rol. cons. 10. nu. 8. lib. 3. Menoch cons. 103. num. 51.*) de hoc prius videndum est.

Itaquè videtur hoc simpliciter admittendum, posse Episcopum aliquo casu, subditum suum, vel

26 etiam locum à se eximere, veluti quandò † per modum Vicariæ perpetuæ omnem Iurisdictionem transfundit in aliquem, respectu alicuius Ecclesiæ, vel loci sub annuo censu, iuxta terminos *tex. in c.*

27 *cum venerabilis de censib.* Item quando † in limine fundationis ex lege per fundatorem adiecta remittit omne Ius Episcopale; Nam licet *Feder. de Sen. cons. 247.* eti. m in hoc casu teneat Episcopū nihil agere, vt ibi per eū *n. 2.* nihilominus verior est contraria sententia, itaùt Ecclesia fundata, remaneat penitùs libera ab illius Iurisdictione: quæ opinio optime videtur probari per *tex. in cap. cum inter, vbi in specie sic tradunt Butr. num. 4. Imol. n. 7. & aly passim, de consuet. Abb. in cap. cum dilectus, num. 5. eo. tit. Fel. in cap. cum inter, sub nu. 4. vers. tamèn quia pars prima, de sent. & re iud.* & hanc sequuta est *Rota apud Seraph. decis. 1025 sub n. 2. vers. maximè cum hoc tempore,*

28 Præterea, quicquid sit † respectu Iuris obedientialis, a quo pendet visitatio, correctio, & quæ huic est consequutiua, Procurationis exactio, & quod ideò videtur ab Episcopo inabdicabile, & impræscriptibile, *cap. cum non liceat, de præscript. iuncto cap. venerabili, vbi glo. in verb. hactenus non soluerunt, de censib. glo. in cap. cum ex officij, in verb. visitationem, eo tit. de præscript. & est tex. clarus, in d. cap. cum venerabilis, de censib.* Ideoquè nusquàm potest per Episcopum remitti, *Barbat*

in c. Pastoralis, n. 8. de donat. Rom. sing. 486. (in-
29 telligendo † tamèn de remissione in totum, cùm
etiam Ius illud sit in parte prescriptibile, secundum
Fel. qui nihilominus loquitur per verbum fortè. in
d. cap. cum non liceat, sub num. 2. ad fin. de præ-
30 script.) & propterea † talis remissio, necessariò
exigat Papæ auctoritatem, vt apertè sentit Cuiac.
in eo. cap. cum non liceat, vers. opus est Romani
Pontificis, cum relatis per Hieron. Gened. can.
quæst. 26. num. 7. Achill. decis. 360. & 361. qua
31 auctoritate † supposita, eo ipso censeatur tale Ius
solutum, Fel. in cap. cum inter, sub num. 4. ad med.
vers. adde etiam istis, de senten. & re iud. Paris.
de resign. benef. lib. 3 quæst. 11. n. 4. Puteo. decis. 114.
lib 3. in nou.
32 Tamen respectu aliorum, videtur † permissum
Episcopo, eximere in sui præiudicium, retento sem-
per eo Iure obedientiali, vt docet glo. in can. visis
literis, in verb. tradita, 16. quæst. 2. Oldrad. con-
sil. 172. num. 8. Modò accedat consensus Capituli,
tex. est in d. cap. pastoralis, ad fin. ibi. sed vt Epi-
scopi donatio sit legitima, consensus est sui Capitu-
li requirendus, de donat. Deci. cons. 152. sub num. 3.
vers. non obstant ergò allegata, Rota decis. 382. n. 3.
par. 2. in recent.
33 Deniquè nihil est, quin si Episcopus eximat, † ta-
lis exemptio possit per Papam confirmari, glo. in
præalleg. can. visis, in verb. tradita, Abb. per cum
tex. in cap. constitutus, nu. 10. de relig. dom. & suf-
ficiet, aut vera confirmatio, idest clara, & ex certa
scientia, formaquè specifica, qualis de Iure requiri-
tur, Rota decis. 714 n. 3. par 4 in recent. aut præsū-
pta ex antiquissima Obseruantia, Dec. in dict. con-
sil. 152. sub num. 3. vers. vel secundo clarum est.
His tamèn minime attentis, videtur constituenda
Regula in contrariũ, videlicet facultatẽ eximendi à
34 potestate † Episcopi, nulli alij cõpetere, quã Papæ,
nèc posse Episcopum sibi subiectos à se eximere,
vt per tex. in can. Frater 16. quæst. 1. pronunciauit
glos. in cap. 1. in verb. exemptionis de priuileg. in 6.
vbi Franch. in princip. sub num. 4. vers. in glos. 2.
notat expressè, facultatem hanc eximendi esse de
specialitèr Summo Pontifici reseruatis, Io. Andr. &
post eum Abb. in d. cap. cum venerabilis num. 4. de
censibus, Sbrot. de off. Vicar. lib. 1. quæst. 51. num. 2.
plures refert Erasm à Cock. in supracit. tract. de
iurisd. ord. in exemp. par. 1. quæst. 3. nu. 13. Man-
dos. de Signat. Grat. §. exemptiones ab Episcopis in
1. col. vers. eximere propriè.
35 Ratio autem est, † quià Iurisdictio, totumq; ip-
sum Ius Episcopale pertinet ad Ecclesiam, non au-
tèm ad personam Episcopi, proindeq; nequè ipse
potest dare, vel remittere id, quod suum non est,
Io. Andr. in d. cap cum venerabilis sub nu. 7. vers.
36 item absurdum est de censib. Et cum † Iurisdictio-
nes sint Iuris publici, Bald. in cap. vn. §. ex eadem
lege, num 2. de leg. Conrad. in vsib. feud. impossibile
est, vt hæc facultas sit in alio, quàm in Papa, itàvt
37 nec eius † Legato de latere id permittatur, vt do-
cuit Abb. in cap. vlt. num. 1. de confir. vtil. vel inut.
quem referunt, & sequuntur Adden. ad glos. in dict.
cap. 1. in verb. exemptionis de priuil. in 6. Gambar.
de off. Legat. lib. 2. in princ. num. 80. quod non vide-
tur attigisse Cock. d. quæst. 3. sub num. 13. vers. po-
sterior est.
Difficultas stat in respondendo superiùs addu-
ctis pro facultate Episcopi; quorum duo postrema
leuia sunt, Priora autèm non ità; Atque ideò ea re-
tro gradum recurrendo; Vltimum de confirmatio-
ne Papæ, quæ potest accedere, apertè non stringit,
38 quia vbicunquè † validitas actus pendet à confir-
matione, omnis virtus attribuenda est confirmāti,
iux. reg. l. adoptio 38. ff. de adop. cum simil. debetq;
ideò illa dici exemptio Papæ, qui solus potuit exi-
mere, non Episcopi, qui non potuit, etiamsi factum
Papæ processerit per viam confirmationis, Bald. in
l. ex placito sub num. 12. vers. conclude quod si con-
firmans C. de re. permut.
39 Similitèr, quod dictum est, † permitti Episcopo
eximere de consensu Capituli, retento sibi Iure
obedientiali, referendum est ad temporariam
exemptionem, non ad hanc perpetuam, de qua
nùnc agimus, porrò illa vnà cum vita ipsius Episco-
pi extinguitur, nequè successores afficit, vt decla-
rat Abb. in supra allegato cap. cum venerabilis
nu. 3. de censib. Rota decis. 491. num. 4. par. 1. in
recent. & decis. 714. num 2. par. 4.
Stat ergò difficultas tota in duobus primis:
Quorum tamèn neutrum videtur importare exem-
ptionem, secundum vocis propriam significationẽ;
Et sanè respectu prioris exempli, cũ videlicet Epi-
scopus constituit sibi Vicarium, iuxta terminos
tex. in præalleg. cap. cum venerabilis de censib. li-
40 cèt in eum Vicarium videatur † Iurisdictionem
transferre, verè tamèn, & realitèr nihil à se ipso
abdicat, sed vicaria opera dumtaxàt vtitur, veluti
per proprium Ministrum, suam exercendo Iurisdi-
ctionem, vt in eo. cap. cum venerabilis, declarant
Io. Andr. sub num. 7. in vlt. colum. vers. ità tamen.
& Abb. num. 5. & idem Abb. in cap. constitutus,
num. 10. de relig. dom. Est enim id ei permissum,
41 modò nihil pro eo † exigat, quod esset simoniacū,
& attentatum contra decretum Concilij Latera-
nen. relatum in cap. 1. & Turonen. relatum in
cap. 2. vbi glo. in verb. pretio, & ibi quoquè scri-
bentes omnes. nè Præl. vic. su.
Quapropter, etiàmsi Vicarius hic per mille an-
nos exerceat Iurisdictionem huiusmodi, nihil indè
sibi acquiret, vel præscribet contra Episcopum,
42 non quidem ex eo, † quod Iurisdictio sic censeatur
concessa cumulatiuè, & non priuatiuè, secundùm
ea, quæ latè explicant Felin. in cap. Pastoralis ex
num. 2. de off. ordin. Paris. cons. 9. ex num. 11. lib. 4.
Rom. cons. 393. per tot. vbi plures cumulat Mandos.
in 1. addit. & suo loco declarabimus, (Neque
43 enim † hæc conclusio huic Vicario est adaptabilis,
cùm illa procedat ex suppositione ità separatæ Iu-
risdictionis, vt quisquè Iure proprio suã exerceat,
vt in casu Rom. d. cons. 393. & aduertit Rota in
vna Vicen. Iurisdictionis 27. Ianuarij 1625. corā
R. P. D. Merlino,) sed ex eo, quià hic Vicarius
44 susceperit Iurisdictionem mandatam, † & propte-
reà nihil proprij habeat, l. 1. §. qui mandatam, de
off. eius cui man. est Iurisd.
45 Vndè ad differentiam Vicarij † generalis, qui eò
quod facit vnum, & idem Consistorium cum Epi-
scopo,

ſcopo, & ob id habet ordinariam Iuriſdictionem à
lege, nequè ab eo prouocatur ad Epiſcopum, cap. 1.
46 de appell. in 6. Hic dicitur † foraneus, & habens de-
legatam, atquè ab eo ad Epiſcopum, tanquàm
delegantem appellatur, glo. in clem. 2. in verb. fora-
neo, de reſcript. quam ibi ſequuntur Anchar. nu. 7.
Imol. num. 32. & Card. nu. 24. & hoc etiam docuit
Innoc. in cap. c. post med. verſ. alÿ dicunt de offic.
ordin. in 6. Abb. in repet. cap. ſi quis contra clerici
num. 33. de for. compet. & latiſſimè Garz. de benef.
par. 5. cap. 8. ex num. 27. vbi num. 32. cum duobus
ſequentibus reprobat opinionem illorum, qui con-
trarium cenſuerunt, plures cumulat, & ſequitur
Thom. Sanch. de Matrimon. lib. 3. diſput. 29. n. 12.
Guttier. eo. tract. de Matrimon. cap. 68. num. 11.
D. Barboſa de Poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 54.
ex num. 22. & rurſus ex num. 127. cum aliÿs, quos,
ſententiam hanc firmando, ſequuta eſt Rota in
præalleg. Vicen. Iuriſdictionis.
47 Si autèm hic † Vicarius non propriam, ſed alie-
nam Iuriſdictionem exerceat, proculdubio nuſquã
ſibi poſſidere intelligitur, ſed Epiſcopo, cuius vices
gerit, vt per tex. in l. 2. C. de præſcrip. 30. vel 40.
ann. docet Vital. in clem. vn. num. 23. de off. Vicar.
48 & in † conſequens nullo vnquàm tempore contra
Epiſcopum præſcribet, vt in ea. l. 2. C. de præſcript.
30. vel 40. ann. docent Bald. num. 6. & Ang.
nu. 4. quos ſequutus eſt Ruin. conſ. 247. ſub n. 13.
verſ. allegat etiam lib. 1. & in his terminis, ità cen.
ſuit Rota in recent. deciſ. 248. nu. 6. par. 2.
Porrò in hoc Vicario nedùm vrget ratio preca-
49 riÿ, † quæ eſt ratio deciſiua tex. in d. l. 2. C. de
50 præſcrip. 30. vel 40. ann. & quæ † tamèn poteſt
aliquo caſu elidi, cum etiàm ex precario, tàm na-
turalis, quàm ciuilis poſſeſſio poſſit transferri, l.
51 Pomponius, §. ſi is de acquir. poſſ. vt † hinc non
reddatur concedenti, interdictum Vti poſſidetis, vt
poſt Io. de Piate. in §. retinendæ, in 2. col. verſ. ad
primum dic Inſtit. de interd. concludit Menoch.
52 de retinen. rem. 3 num 42. quæ tamèn † conceſsio
ità facta in dubio non præſumitur, Bald. in l. vn.
num. 10 verſ. interdum, C. vti poſſid. Verùm quo-
53 què † alia, & fortior, & perpetua incurrit ratio,
nè ſcilicet in eodem obiecto detur manifeſta con-
tradictio, quod quis proprias, ſimùlquè ſuas reſpe-
ctu eiuſdem rei gerat vices, contra regulam, l. ſi vt
certo. §. ſi duobus vehiculiſ, ff. commod. Et in ſimili
54 dicimus † de deputato ad curam animarum per
Epiſcopum, tanquàm Parrochum totius ſuæ diœ-
ceſis, vt percipiendo decimas, & alia Iura Parro-
chiæ, non intelligatur ſibi vnquàm acquirere poſ-
ſeſſionem, ſed ex facto illius cenſeatur quoquè
poſſeſſio ſemper eſſe, & conſiderari in Epiſcopo,
Rota deciſ. 480. num. 5 par. 1. in recent.
Hæc autèm ratio, cum, vt dixi, perpetua ſit, non
eſt conſtituenda diuerſitas diſpoſitionis, ſi Vicarius
hic deputetur in vim alicuius ſtatuti, vel Concor-
55 diæ, vt † in ſpecie fuit deciſum in d. Vicen. Iuriſ-
dictionis, nequè etiàm auctoritate Apoſtolica, at-
tenditur enim cauſa, & effectus, an ſcilicèt depu-
tatio ſit facta, vt tanquàm propriam, vèl potiùs, vt
tanquàm alienam exerceat Iuriſdictionem, finis
56 enim † rapit omnia in ſeipſum, atquè in ſuam na-
turam conuertit, l. ſed & ſi quid, §. 1. de vſufr.
cap. fraternitatis §. vlt. de frigid. & malef. cum
aliÿs, quos congerit Tiraq. de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 7. num. 45. & diximus ſupra quæſt. 6. ex nu. 7.
57 Et in ſimili, ſi fluctuante † aliqua Ciuitate prop-
ter hæreſim, Papa committat alicui Epiſcopo vi-
ciniori Curam & regimen alicuius partis diœceſis
exporrectæ intra fines territorii alicuius tempora-
lis Catholici, nuſquàm hic Epiſcopus acquiret Iu-
riſdictionem ordinariam, ſed intelligetur tantùm
vices alienas ſubire, vt reſpondit Rota in eiſdem
recent. deciſ. 358. num. 3. par. 1.
Reſpectu autèm alterius exempli, cùm videlicèt
Epiſcopus eximit Eccleſiã à ſua Iuriſdictione in li-
mine fundationis, id quoquè primũ ſtatuendũ eſt,
hanc exemptionem non profluere à poteſtate Epi-
58 ſcopi, ſed à virtute legis, quæ † mirum in modum
fauet fundatorum voluntatibus, illiſq; defert, ſe-
cundum Butr. in cap. cum dilectus num. 44. de
de conſuetud. & infrà ſuo loco dicemus: Et propte-
reà omnes in hoc conueniunt, facultatẽ Epiſcopo
nullatenùs permitti, poſtquàm Eccleſia iàm eſt fun-
data, & conſtructa, ſed duntaxàt antè, atque ità in
59 eius fundationis limine, quià licèt † Prælatus non
poſſit præiudicare Eccleſiæ, in iàm quæſitis, poſſit
tamèn in quærendis, l. magis puto § ſi fundus. ff. de
reb. eo. Fed. de Sen. conſ. 9. n. 3. Abb. in cap. cõtingit
36. ſub num. 11. verſ. in contrarium de ſentent. ex-
commun. Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum n. 50.
60 de conſtit. Id † enim modicum reputatur in Iure,
& propterea in eo ſuſtinetur præiudicium, Innoc.
in cap. fraternitatem verſ. tamèn in modicum de
donat. ſequitur Abb. conſ. 31. paulò ante nu. 1. verſ.
item dico par. 1. cum multis aliÿs citatis per Felyn.
vbi ſupra, & in huius rei argumentum propè infi-
nitos congerit Tiraquell. ad l. ſi vnquàm in verb.
donatione largitus ex num. 181. C. de reuoc. donat.
Vrgetquè etiàm ſingularis ratio, nempè nouæ
Eccleſiæ erectionis calor, exemplo Populi Roma-
61 ni, qui † quandoquè nouè ſubactis hoſtibus liber-
tatem priſtinam conceſſit, vt apud Valer. lib. 4. tit.
de liberal. & ex noſtris meminit Guillel. de Bened.
in cap. Raynutius in verb. duas habens filias
62 nu. 43. de teſtam. poteſt enim † eſſe, quod fundator
alitèr non fundaſſet, & hæc eſt ratio viua huius
poteſtatis, vt conſiderat Rota apud Gregor. de-
ciſ. 4. num. 13. & 14.
63 Cæterùm nequè adhùc poteſt † Epiſcopus etiàm
hoc caſu à ſe abdicare ius Correctionis, & conſe-
quentèr viſitationis, & Procurationis, in quibus
ſtat ius illud obediẽtiale, propterea quod ſoluatur
totũ Ius Epiſcopale, inſeraturq; onus, & præiudiciũ
intolerabile Epiſcopo, habere nimirùm in ſua
diœceſi Eccleſiam, in qua non habeat huiuſmodi
Ius Epiſcopale, deturq; ſic occaſio eneruandi to-
tam eius Iuriſdictionem, ità Feder. de Sen. conſil.
347. ſub num. 1. cum quo, in hoc dicto, tranſiuit
Rota apud eundem Gregor. dict. deciſ. 4. ſub
nu. 14 verſ. ſed adhùc replicatur.
Et hos quidẽ terminos ſeruabit exemptio pro-
cedens à ſimplici facultate Epiſcopi; Et quàmuis
64 aliqui voluerint, ità † exẽptos in fundationis limi-
ne non ſubijci Papæ immediatè, ſed Archiepiſco-
po,

po, quasi Episcopus non possit alij, quàm sibi præiudicium inferre, vt in cap. cum inter, de consuetud. præ cæteris notarunt *Butr. sub nu. 4. vers. attende tamèn, & Imol. sub num. 7. vers. dicit tamen.*

Nihilominùs huic sententiæ non accedo, nàm neque verè, & realitèr Episcopus eximit, sed ministerio Iuris simplicitèr sibi impeditur Iurisdictio-
65 nis acquisitio, vt suprà dictum est, modò † Ecclesia nô remaneat Acephala, *can. nulla, vbi glo. in verb. Acephalos 93. dist.* neque istud ius Archiepiscopi
66 est considerabile, cùm † ad eum non pertineat cura Ecclesiarum suorum suffraganeorum, *cap. sicut vnire, de excess. Prælat.* & latè explicauimus in superiori quæstione.

SVMMARIVM.

1 Exemptionis à Iurisdictione Ordinarij finis, est quies à metu vexationum.
2 Exemptus, non potest esse sine capite.
3 Locusta, nullum habent Regem.
4 Exemptus si articulet, se non habere Superiorem, articuli sunt reijciendi.
5 Exemptionis forma substantifica est, subductio ab vno, & subiectio ad alterum.
6 Forma est indiuidua.
7 Exemptio, aut ratione personæ, aut ratione Ordinis, aut denique est ratione loci.
8 Exemptionis summa diuisio hæc est, vt alia sit personalis, alia localis.
9 Exemptio ratione Ordinis, quid participet cum exemptione ratione loci, & quomodo altera ab altera distinguatur.
10 Exempti ratione personæ tantùm, non subijciuntur dispositioni textus in cap. 1. de Priuileg. in 6.
11 Exemptio ratione loci, quomodo ex verbis inducatur.
12 Exemptio loci, siuè Ecclesiæ, non consumitur in loco, vel Ecclesia materiali, sed in personis.
13 Exemptio personarum alicuius loci, vel Ecclesiæ, non concludit ad exemptionem loci, vel Ecclesiæ.
14 Exemptio personarum Ecclesiæ, non concludit ad exemptionem Ecclesiæ.
15 Ordine exempto destructo, cessat exemptio vbique locorum eiusdem Ordinis.
16 Præterquàm respectu particularis priuilegij concessi certo Monasterio.
17 Iurisdictio ordinaria, centum, & sexdecim casibus excitatur in exemptos, de quibus remissiuè.
18 Iurisdictio ordinaria, si excitetur in personas tantùm exemptorum, Ordinarius non potest erigere Tribunal, neque exercere Iurisdictionem in loco ipso exempto.
19 Secùs verò si excitetur etiam in ipso loco.
20 Iurisdictione Ordinaria excitata in personas exemptas, illa potest vbique exerceri.
21 Si verò non sit excitata, non potest exerceri vllibi
22 Exemptio personalis est duplex, temporaria, & perpetua, & quæ sit temporaria.
23 Scholaris diuertens à scholis, perdit omnia priuilegia concessa scholari.
24 Exemptio concessa ratione Officij, vel Dignitatis, sempèr, & vbiquè viget, si titulus, cui adhæret, verus sit.
25 Priuilegia honoraria, quàmuis eximant à foro, sunt debiliora priuilegijs concessis his, qui verè, & realitèr munere funguntur.
26 Exemptio personalis ex debito Iustitiæ dicitur, quæ oritur ex probabili timore sæuitiæ.
27 Et huiusmodi exemptio nô alitèr obtinetur, quàm à Principe, & in eius Signatura.
28 Neque elidit, sed simplicitèr suspendit Iurisdictionem Ordinarij.
29 Et nihilominùs passim nominatur exemptio.
30 Exemptio ex debito Iustitiæ propter sæuitiam Ordinarij, est arbitraria.
31 Et est debita omninò, vbi sæuitia supponitur atrox.
32 Sæuitiei atrocis exempla proposita.
33 Exemptio à Iurisdictione Ordinarij, non conceditur ob sæuitiam leuem, vel turbidam.
34 Superior, quatenus possit sæuire in subditum.
35 Exemptio, quando concedatur subdito contra Ordinarium, ob verisimilem timorem sæuitiæ, propter litem, vel controuersiam aliquam.
36 Exemptio non conceditur subdito contra Ordinarium, prætextu litis criminalis, si ipsemet Ordinarius illam promoueat contrà subditum.
37 Secus verò si ipse subditus illam promoueat contra Ordinarium, aut alium Superiorem.
38 Quod declaratur si procedatur per Accusationem formalem ex solemni inscriptione.
39 Exemptio ex debito Iustitiæ propter litem ciuilem, cum Ordinario, si probetur cœptum desæuiri, datur per Signaturam, per modum inhibitionis, rescribendo Iudici causæ, vt pendente lite inhibeat, & amplius cum præfixione termini, intra quem subditus debeat procurare expeditionem causæ.
40 Exemptio ex debito Iustitiæ, non datur subdito contra Superiorem, nec quidquam rescribitur super inhibitione durante lite, ex simplici propositione formidinis, & sine probatione argumenti sæuitiæ.
41 Exemptio subditorum à Iurisdictione Superioris propter lites, nimis à Iure exorbitat.
42 Exemptio, vbi petitur in Signatura ab Ordinario, prætextu litis, Signatura exigit fumum, neque tunc etiam simpliciter rescribit Iudici, vt inhibeat, sed cum clausula, constito priùs de sæuitia.
43 Exemptionis realis, tres gradus.
44 Exemptio à lege diœcesana introducta primùm fauore Religionis, quando, & qua ratione.
45 Monasteria omnia exempta sunt à lege diœcesana.
46 Et in consequens ab omni censu erga Episcopum, nisi fuerit reseruatus in limine fundationis, vel debeatur aliquo iure speciali.
47 Monasteria debent censum Episcopo pro Ecclesijs eis subiectis, habentibus Populum, nisi illæ appareant eis pleno Iure concessæ.
48 Parrochiales Ecclesiæ subiectæ Monasterijs, quomodò prouideantur de Rectore, & quid, si sint subiectæ Monasterijs Monialium.

49 Mo-

49 *Monachi ratione Parrochialium adhuc subijciuntur legi diœcesanæ Episcopi, & soluunt Iura Episcopalia.*

50 *Abbates populum habentes, tenentur accedere ad Synodum, & subijciuntur vtrique legi Episcopali.*

51 *Nisi præter generalē exemptionem Canonis, aliud speciale priuilegium consecuti sint.*

52 *Exemptioni Monachorum, zelus potius Summorum Pōtificum, pro eorum quiete, causam dedit, quàm Episcoporum abusus.*

53 *Exempti Regulares non comprehenduntur sub cap. 1. de priuileg. in 6. neque sub decreto Concilij de habendis primis institutis corā Ordinario.*

54 *Gregorij XV. Constitutio super potestate Episcoporum in exemptos, posita, & explicata.*

55 *Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ vetita administrari per Regulares nō habentes Parrochiam, personis secularibus in die Paschatis.*

56 *Paschatis dies, quatenùs in eo, quilibet tenetur confiteri, & communicare in propria Parrochia, qualitèr accipiatur, remissiuè.*

57 *Exempti Curam animarum exercentes, siuè Regulares, siuè Seculares, hodie sunt penitùs subiecti Iurisdictioni, Visitationi, & Correctioni Episcopi diœcesani.*

58 *Ijdem exempti, si de facto ingerant se in administratione Sacramenti, aut Pœnitentiæ, aut Eucharistiæ, subijciuntur Iurisdictioni Ordinarij, si deliquerint dùm Secularibus administrant.*

59 *Diœcesani Episcopi appellatione, non veniunt Iudices exemptorum, etiamsi haberet statum nullius diœcesis.*

60 *Diœcesanus in statu nullius, dicitur ipse Papa.*

61 *Maritus, & quasi Maritus, diuersa.*

62 *Quasi, dictio, nota est differentiæ, & diuersitatis.*

63 *Et semper aliquid diminuti significat in subiecto cui applicatur.*

64 *Et improprietatem denotat.*

65 *Verba sunt propriè intelligenda.*

66 *Monialibus, Clausura districtissimè indicta.*

67 *Delicta Exemptorum circa personas intra septa Monialium degentes, aut circa Clausuram, vel Administrationem bonorum commissa, & pro quibus ipsi exempti subijciuntur Iurisdictioni Episcopi, ad istum effectum, non exigitur vt sint notoria.*

68 *Indefinita oratio, in legibus æquipollet vniuersali.*

69 *Interpretatio vnius legis, non sumitur ab alia diuersa.*

70 *Regulares qualitèr approbentur per Episcopum ad audiendas Confessiones secularium.*

71 *Confessionibus secularium, non possunt deputari Regulares, quantumcunque exempti, nisi præuia approbatione Episcopi diœcesani, super quo Episcopus dicitur habere omnimodam Iuris assistentiam, vt ex ea sola debeat manuteneri in quasi possessione.*

72 *Constitutio Gregorij XV. quomodo sit intelligenda respectu Confessorum Regularium exemptorum iam deputatorum per suos Prælatos, ad id auctoritatem habentes, sine approbatione Episcopi.*

73 *Lex prouidet futuris, non præteritis.*

74 *Præterita quæ dicantur, vt non censeantur comprehensa sub lege.*

75 *Confessione emissa apud non habentem Iurisdictionem, an sit tutus ex errore, dum crederet, adesse auctoritatem huiusmodi.*

76 *Decretum irritans, respectu inualiditatis actus, afficit etiam ignorantes.*

77 *Text. in l. Barbarius de offic. Prætor. non procedit, quandò vitium est in deputatione, sed quandò est in defectu personæ occulto, & quæ sit ratio diuersitatis.*

78 *Ignorantia, non excusat respectu formæ potestatis, quam quilibet indagare debet.*

79 *Administratores, & Confessores Monialium, moueri debent per Superiores Regulares, ad monitionem Episcopi.*

80 *Fraus legi fieri non debet.*

81 *Causa amotionis in Administratoribus, & Confessoribus Monialium, non debet per Episcopum insinuari Superioribus Regularibus, & quarè.*

82 *Episcopus, ex Constitutione Gregorij XV. potest interuenire in electionibus Abbatissarum, sed hinc non adquirit Ius confirmandi.*

83 *Illatio non procedit ex separatis.*

84 *Regulares exempti ex Constitutione Gregor. XV. non possunt in suis proprijs Ecclesijs prædicare, non petita prius Benedictione ab Episcopo, vel eo contradicente; in alienis verò, sine eiusdem Episcopi expressa licentia, & secus facientes subijciuntur omnimoda Iurisdictioni eiusdem Episcopi.*

85 *Prædicandi facultas, Regularibus etiam exemptis restricta per Constitutionem Gregorij XV.*

86 *Prædicandi munus præcipuum Episcopi, & de illius materia, remissiuè.*

87 *Exemptiones, siuè secularium, siuè Regularium à lege Iurisdictionis Episcopalis, nullæ vnquàm ab ipso iure communi inuecta.*

88 *Regulares sunt subiecti legi Iurisdictionis Episcopi, in omnibus, quæ sunt extra regulam.*

89 *Exemptionum diuersa formula.*

90 *Priuilegij tenor, cùm de eo agitur, diligentèr est inspiciendus.*

91 *Protectio quid.*

92 *Protectio nihil addit, vel detrahit Territorio.*

93 *Eadem, non implicat aliquod Imperium, aut Iurisdictionem.*

94 *Protectio Papæ est compatibilis cum Iurisdictione Episcopi.*

95 *Priuilegium quandò dicatur excedere terminos protectionis, & implicare exemptionem.*

96 *Exemptio in aliquibus potest concedi, tùncquè in reliquis remanet integra Iurisdictio Ordinarij.*

97 *Exemptio, quid differat à priuilegio exemptionis ad aliqua.*

98 *Receptio in filios speciales per Sedem Apostolicam, non soluit Iurisdictionem, nec sonat in Exemptionem.*

99 *Census annui solutio in signum percepta libertatis, quando importet Exemptionem, vel secus.*

100 *Ordinarius dicitur etiam Prælatus exempti ab Ordinaria Iurisdictione Episcopi.*

101 *Dicitur tamen talis de Iure singulari,*

102 *Neque*

102 *Neque venit appellatione Ordinarÿ, nisi in materia ei adaptabili.*
103 *Ius commune, non autèm Ius singulare, consideratur per Legislatorem.*
104 *Ordinarÿ appellatione, qui veniat.*
105 *Obedientiale Ius Episcopi, nusquàm soluitur per simplicem Exemptionem.*
106 *Et in eo conseruatur Iurisdictio.*
107 *Exemptio non aufert Iurisdictionem ab Episcopo, sed dumtaxàt illi interdicit exercitium, quod resumit in casu negligentiæ.*
108 *Obedientia quid.*
109 *Reuerentia quid.*
110 *Honorificentia quid.*
111 *Operæ obsequiales in honorificentia.*
112 *Exemptio plena, soluit Ius Obedientiale.*
113 *Itemquè Territorium.*
114 *Et qua ratione.*
115 *Subiectio pleno Iure, quomodò contingat Exempto.*
116 *Iurisdictio quasi Episcopalis, quomodò in inferiori efformetur.*
117 *Territorium singulare, constituitur ex plena exemptione.*
118 *Exemptio citrà Iurisdictionem in Parrochum, & Parrochianos, conseruat Episcopo totum Ius Episcopale respectu Populi, & Parrochi in loco exempto.*
119 *Episcopus, concurrit cum omnibus inferioribus Prælatis suæ Diœcesis, tanquàm generalis cum specialibus.*
120 *Territoriale Ius soluitur Episcopo, per exemptionem factam cum Populo, & Parrocho.*
121 *Exemptio quantumcùnque plena, non soluit Diœcesim, etiam quod soluat Territorium.*
122 *Diœcesim qui intra aliquam non sit, non potest assignari locus.*
123 *Exemptus locus, adhùc dicitur de Diœcesi.*
124 *Diœcesis, non potest vocari locus exemptus, nisi per quandam æquiparationem.*
125 *Diœcesis, aliquandò vsurpatur pro Iurisdictione contentiosa.*
126 *Exemptum locum æquiparari loco sito extra Territorium.*
127 *Et quomodò hoc intelligatur.*
128 *Diœcesim solui, & solui fines diœcesis, diuersa sunt.*
129 *Locus non potest constitui, qui non sit in aliqua Diœcesi.*
130 *Dimissoriæ litteræ per quem debeant expediri, pro Ordinandis Clericis loci exempti.*
131 *Diœcesis, quando intelligatur solui.*
132 *Diœcesanus, an possit nuncupari Prælatus loci exempti.*
133 *Diœcesis impropriè sumpta pro Iurisdictione Ordinaria.*
134 *Diœcesani nomen, non conuenit inferioribus ab Episcopo, etiàmsi illis conueniat nomen Ordinarÿ.*
135 *Iurisdictio quasi Episcopalis solutiua Territorÿ, quanam esse intelligatur.*
136 *Nec per alium, quàm per Papam constituitur.*
137 *Diœcesani appellatio, quo casu conueniat Prælato Inferiori habenti quasi Episcopalem Iurisdictionem in loco exempto.*
138 *Diœcesis limites, qualitèr probari possint.*
139 *Et an ijdem, probentur per enunciatiuas.*
140 *Et an sufficiant Testes de ipsa Diœcesi.*
141 *Diœceseos intra limites locum esse, aliud, & longè aliud, esse in limitibus.*
142 *Diœceseos aliquem locum intra limites, seù fines esse, quomodò probetur.*
143 *Mappis, siuè Typis statur, cùm agitur de probando, locùm esse intra fines alicuius Diœcesis.*
144 *Finis, siuè limes non est de Territorio.*
145 *Territorÿ, siuè de Territorio illud dicitur, quod Territorio continetur.*
146 *Limitis, seù finis quæ sunt, magis videntur vicinia, quàm confinia.*
147 *Confine, non includitur in rei venditione.*
148 *Confines, non includuntur Territorio.*
149 *Inclusum censetur, quod indicatur per præpositionem* in, *nedùm cum Ablatiuo; sed etiàm cùm Accusatiuo.*
150 *Testes deponentes super confinibus alicuius Territorÿ, quomodò deponere debeant.*
151 *Verba dubia Testium, interpretantur contra inducentem.*
152 *Testis titubans affirmare, quod est articulatum, censetur negare.*
153 *Indefinita Oratio, in materia probatoria, nusquàm æquipollet vniuersali.*
154 *Adiacentia, non veniunt in concessione determinata.*
155 *Exemptio constitutiua noui Territorÿ, vel Diœcesis, non potest alitèr contingere, quàm ex priuilegio Papæ.*
156 *Diœceses assignandi, & limitandi facultas, soli Papæ spectat.*
157 *Et in consequens nihil potest in hac re per Episcopos attentari, sinè eiusdem Papæ consensu.*
158 *Exemptio cum statu nullius Diœcesis, an possit præscribi.*
159 *Præscribi non possunt, quæ non sunt concessibilia.*
160 *Itemquè, quæ non sunt alienabilia.*
161 *Exemptio potest præscribi.*
162 *Præscriptio æquè, ac Priuilegium, dat Ordinariũ.*
163 *Præscriptio plus potest, quàm pactio.*
164 *Præscriptionis de iustificatione cùm agitur, non est tuta illatio à consensu expresso ad tacitum.*
165 *Exemptionis titulus, habitus ab ipso Episcopo, an sufficiat ad præscribendum contra illius successores.*
166 *Titulus coloratus non reputatur, quandò fuit defectus potestatis in conferente.*
167 *Titulus iniustus, quando det causam præscribendi.*
168 *Titulus inualidus errore Facti, aut Iuris, non supini, dat causam præscribendi.*
169 *Error Iuris mixti, ad effectum excusandi, & imprimendi bonam fidem, qualitèr deducatur.*
170 *Et exempla talis erroris.*
171 *Episcopus, secũdùm aliquos potest eximere locum, seù Ecclesiam de consensu Capituli sui, etiam in præiudicium successorum.*
172 *Et qua sit potissima ratio huius sententiæ.*
173 *Episcopus eximens locum, vel Ecclesiam, multa à se non potest abdicare, quæ hic recensentur.*

174 Pau-

174 Paulina Constitutio de rebus Ecclesiæ non alien. quo tẽpore inducta,& de quibus rebus loquatur
175 Episcopus, cur non possit eximere locum à sua ordinaria Iurisdictione.
176 Magistratus, à solo Principe creantur.
177 Magistratus, & Iurisdictiones, sunt Iuris publici.
178 Iuris publici quæ sunt, sunt extra commercium.
179 Exemptiones si permitterentur Episcopis, quæ absurda sequerentur.
180 Magistratum qui obtinet defuncto, Iurisdictio reuoluitur ad fontem suum, & hæc est ratio, cur Episcopus nequeat eximere in præiudicium successorum.
181 Franciscus de Borsa, habet quoddam consilium suum inter consilia Calderini, quod est quintum sub tit. de reb. Eccles. non alienan.
182 Eiusdem Francisci lapsus.
183 Iurisdictio est inæstimabilis, nec potest distrahi inconsulto Principe.
184 Exemptio alicuius loci, vel Ecclesiæ in propria Diœcesi, valdè est præiudicialis, & indecora Episcopo.
185 Doctorum opiniones, sine solida ratione, deridendæ sunt.
186 Episcopus, habet Iurisdictionem ordinariam à Canone.
187 Iurisdictio omnis profluit à Principe.
188 Episcopus, habet Iurisdictionẽ immediatè à Papa.
189 Doctoris opinio, qui est sibi contrarius, non attendenda.
190 Argumentum à contrario sensu, non fit in dictis Doctorum.
191 Exemptio concessa per Episcopum, eatenùs sustinetur, quatenus confirmetur per Papam.
192 Beneplacitus Apostolicus, præsumitur ex temporis antiquitate, iuncta obseruantia.
193 Etiamsi non fuerit enunciatus.
194 Causæ matrimoniales, & criminales, non pertinent simpliciter ad Iurisdictionem, sed etiam ad Dignitatem Episcopalem.
195 Earum tamen cognitio, est de sui natura præscriptibilis per inferiorem Prælatum, verumtamen omnes istæ præscriptiones hodie sunt sublatæ.
196 Prælatus Inferior ab Episcopo, dicitur Ordinarius in materia illi adaptabili.
197 Iurisdictio ordinaria, non potest dici, quæ à Iudice ordinario dependet.
198 Ordinarius is tantùm dicitur, qui habet Iurisdictionem ordinariam.
199 Obedientia non præscribitur, etiam per annos innumeros.
200 Et quomodò id intelligatur.
201 Subiectio pleno Iure de aliqua Ecclesia, intelligitur per exemptionem ab vtraque lege, Diœcesana videlicet, & Iurisdictionis.
202 Ecclesiæ seculares, quomodò intelligantur subiecti pleno Iure Prælato Regulari per præscriptionẽ.
203 Iurisdictio Episcopalis, quandò adquiritur Inferiori à Papa, non potest adquiri, nisi cumulatiuè cum Episcopo.
204 Nisi daretur terminus habilis ex colore tituli putatiui.
205 Iurisdictionem præscribens, censetur præscribere priuatiuè, non cumulatiuè.
206 Territorij Episcopalis pars potest præscribi.
207 Non tamen, vt inde constituantur duo capita in eadem Ciuitate, vel Diœcesi.
208 Causæ matrimoniales non possunt per Inferiorẽ ab Episcopo cognosci, præterquam, aut ex speciali priuilegio, aut ex delegatione Episcopi.
209 Iurisdictio vt præscribatur contra Episcopum, non sufficit non vsus ipsius Episcopi.
210 Iurisdictionis vsus in vna parte Territorij, conseruat potestatem eandem in toto territorio.
211 Præscribens circa Iura incorporalia nihil agit, non data scientia, & acquiescentia eius, contrà quem præscribit.
212 Præscriptionem passi patiẽtia, qualitèr deducatur.
213 Incorporalia nõ adquiruntur, nisi vel præstatione, vel patientia, & patientia quomodò æstimetur.
214 Titulus est omninò necessarius ad præscribendum exemptionem contra Episcopum.
215 Titulus est necessarius ad præscribendũ, vbicunquè Ius resistit.
216 Titulus ad præscribendum putatiuus, & inualidus sufficit.
217 Debet tamen esse Iustus.
218 Et adæquatus materiæ subiectæ.
219 Titulus non concludens, necessariò ad exemptionem, non potest dare causam præscriptioni eiusdem Exemptionis.
220 Titulus putatiuus ad præscribendam Iurisdictionem contra Episcopum, educitur ex scientia, & pusillanimi eiusdem Episcopi tolerantia.
221 Quod vti se habeat, declaratur.
222 Iurisdictio non præscribitur contra Episcopum per solum, & simplicem vsum, etiam ab immemorabili.
223 Immemorabilis æquiparatur titulo.
224 Habetq; vim priuilegij, vbi Ius resistit.
225 Facitq; præsumi titulũ meliorem de mundo, etiam ad effectum præscriptionis Iurisdictionis.
226 Immemorabilis non procedit, nisi supposita quadragenaria de visu.
227 Immemorabilis super simplici facto possessionis, nõ tribuit titulum, nisi fictum, & insufficientem in materia odiosa, & præiudiciali.
228 Exemptio plena, impedit deuolutionem ad Episcopum, in casu negligentiæ.
229 Exemptio plena tunc dicitur, quandò fit de loco, & personis cum Parrocho, & Parrochianis.
230 Exemptionis priuilegium cum Parrocho, & Parrochianis diffundit Iurisdictionem Prælati exẽpti in Populum, & in consequens soluit Iurisdictionem Episcopi, etiam in casu negligentiæ.
231 Iurisdictio Episcopalis in habitu, conseruatur in Iure supplendi negligentiam.
232 Exemptus potest renunciare fauori suo, & prorogare Iurisdictionem Ordinarij.
233 Quod reprobatur.
234 Exemptione supposita, non infertur ad subiectionem factam immediatè ipsi Papæ.
235 Iurisdictio Episcopi, quomodò intelligatur prorogabilis ex consensu exempti.
236 Iurisdictio Ordinarij prorogabilis est ex consensu exempti

exempti citrà scientiam, & consensum inferioris Prælati.

237 *Iurisdictionis prorogatio ex consensu, procedit respectu ipsius prorogantis, non alterius.*

238 *Exemptio subijciens exemptum Papæ immediatè, constituit eundem Papam Iudicem, & Diœcesanum exempti.*

239 *Iurisdictio Ordinarij, non est prorogabilis, vbi Papa est Iudex immediatus exempti.*

240 *Præcipuè, vbi adest Decretum irritans.*

241 *Exemptionis Priuilegio concesso, quidquid fit contra illud, est attentatum, & præsumptum.*

242 *Et eo ipso, quod est plumbatum, dicitur auulsa potestas ab Inferiori.*

243 *Excommunicatio lata contra exemptum, est nulla ipso Iure, etiam supposita ignorantia Exemptionis in excommunicante.*

244 *Exemptioni præscribi non potest, respectu Papæ eximentis.*

245 *Exemptus subiectus immediatè Papæ, perpetuò elidit præscriptionem sibi obiectam, quià non sit completa respectu Papæ.*

246 *Exempto contendente cum Episcopo, datur manutentio Episcopo, nisi cum Priuilegio concurrat possessio exempti.*

247 *Episcopo non datur manutentio, ex sola assistentia Iuris contra Exemptum, vbi Priuilegium Exemptionis est clarum.*

248 *Nisi Episcopus idem, doceat de quasi possessione.*

249 *Exemptionis Priuilegium, constituitur clarum ex illius tenore.*

250 *Suscipitquè formam à subscriptione Cardinalium.*

251 *Episcopus, non potest erigere Tribunal in loco exempto.*

252 *Nisi consentiat Prælatus Exempti.*

253 *Et talis consensus censetur adhibitus per modum Precarij.*

254 *Præsumptio regulatur à sua causa.*

255 *Tribunalis ex constitutione in loco exempto, nullum Ius quæritur Episcopo in præiudicium Exemptionis.*

256 *Et quæ sit ratio.*

257 *Exemptionis Priuilegio, non censetur derogatum per derogationes generales.*

258 *Exemptionis Ius, maxima est prærogatiua.*

259 *Domino supremo subijci potiùs, quàm inferiori; maximè refert.*

260 *Episcopus nullam prorsus habet Iurisdictionem in exemptos.*

261 *Exemptionis Priuilegium dùm liquidatur, non impeditur exercitium ordinariæ Iurisdictionis.*

262 *Et hoc casu Episcopus procedit tanquam in non exemptum.*

263 *Nec censetur pars, sed Iudex inter Ecclesiam suam & prætendentem exemptionem.*

264 *Iurisdictionis Ordinariæ exercitium, non excedit limites Territorij.*

265 *Ordinariæ Iurisdictionis exercitium, ad aliquos casus perperàm relatum.*

266 *Exemptio potest dari mutila, & in aliquibus tantùm.*

267 *Episcopus, exercendo Ordinariam Iurisdictionem cõtra exemptum; nihil agit ex potestatis defectu.*

268 *Episcopus procedens contra exemptum, tanquàm delegatus confirmat ei exemptionem.*

269 *Iurisdictionales actus, præsumuntur facti ex causa tantùm permissa.*

270 *Episcopus, potest procedere contra Exemptum in casu quo abutatur Priuilegio.*

271 *Abusus tamèn hic, debet esse notorius.*

272 *Tùncq; Episcopus procedit, tanquàm contra non exemptum.*

273 *Clement. Eos de sepultur. ad fin. abrogat omnia Priuilegia, & sic in illius terminis, non consideratur aliqua Exemptio.*

QVÆSTIO XXIV.

Exemptio à potestate Episcopi quotuplex, & qui vniuscuiusquè modus.



EX his, quæ constituimus in
præcedenti, satis constat,
respectu causæ efficientis,
Exemptionem, nullam ad-
mittere diuisionem, cùm
perpetuò à Papa procedat.
Respectu finis, hoc idem vi-
detur dicendum, nàm finis
1 Exẽptionis † est quies per-
sonæ exemptæ à metu vexationum, *can. quàm sit
necessarium Monachorum quieti prospicere, &
can. luminoso, ibi (prouisio de futura quiete) 18.
quæst. 2.* Quæ sanè quies non est libertas eiusmo-
di, quæ soluat ab omni iugo, itaùt exemptus dica-
2 tur Acephalus, sed est † simplex subductio ab vnius
Imperio, seù Iurisdictione, per subiectionem de eo-
dem factam alteri, nè contingat, aliqua membra si-
ne capite constitui, contra *tex. in cap. cum non li-
3 ceat, 12 de præscript.* & Homines † fieri, tanquàm
locustas, quæ nullum habent Regem, vt ait *Oldrad.
4 cons. 254. sub num. 1. ad fin* adeò vt si super † hu-
iusmodi prætensione darentur articuli, illi forent
reijciendi, *Rota decis. 5. de præscript. in nou.* &
hanc Iustitiam conseruandæ exemptionis agnouit
pluriès Rota, prout refertur per *Gregor. decis. 325.
num. 2.*

Nequè etiam diuisio aliqua inferri potest respe-
5 ctu formæ substantificæ, quæ consumitur † in hac
ipsa subductione, & subiectione, *iuxta tex. in cap.
si Papa, §. si autèm Ecclesia, de priuil. in 6.* & quæ
6 propterea † est indiuidua, *Bald. in l. si seruus, n. 3.
ff. si quis cautio. Dec. cons. 532. nu. 5. Marsil. con-
sil 29. num. 15. cons. 65. nu. 12. & cons. 132. nu. 13.*
cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. §. 1 glo. 2e.
num 11. & de retract. conuention. § 7. glo. 6. n. 31.*
cum alijs per *Franc. Becc. cons. 12. num. 30.*

7 Infertur igitùr summa † exemptionum diuisio
ex diuersitate subiecti, vt alia sit ratione persona-
rum tantùm, alia ratione Ordinum priuilegiato-
rum, & alia deniquè ratione locorum, vt nuncupa-
tim ità videtur exemptiones has diuidere *tex. in
cap. nè aliquis, de priuil. in 6. vbi glo. in verb. ra-
tione*, explicat has duas rationes, Ordinis, & loci,
vt dicatur exemptio ratione Ordinis, velùti cùm
eximitur Ordo Prædicatorum, vèl Minorum, Loci
autèm

autèm, cùm nuncupatim eximitur Monasterium, vel Ecclesia, putà S. Proculi: Atque ità reducen-
8 do † hanc diuisionem, vt sit perfecta, idest bimembris, duplex erit exemptio, alia concessa personæ, illius intuitu tantùm, atque ità nulla circumscripta loco; alia verò concessa quidem personæ, sed intuitu loci, vt notant *in cap. tuarum, extrà eo. tit. de priuil. Abb. num. 8. & Dec. nu. 44. & 52.* & hanc diuisionem faciunt passim Doctores, quos allegat *Erasm. à Cock. de Iurisd. ord. in exempt. par. 1. quæst. 2. num. 1.*
9 Quamuis enim Ordinis ratio ponatur † tãquàm diuersa species, in *d. cap. nè aliquis*, nihilominùs cõmunicat cum ratione loci, tantùmq; distinguitur ex signo vniuersali, seù collectiuo plurium locorum, quæ subijciuntur vni Ordini, & propterea dispositio *tex. in cap. 1. de priuil. in 6.* æque militat in exemptis ratione Ordinis, ac in exemptis ratione certi, & particularis Monasterij, vt aduertit *glo. in d. verb. retinere*, & satis etiàm percipitur ex le-
10 ctura *d. cap. 1. §. in eos*, cuius † quidem *tex.* dispositio non procedit in exemptis ratione personæ tantùm, vt per *Abb. in d. cap. tuarum, sub nu. 8. vers. quandoquè exemptio, & Socin. in d. cap. recepimus, num. 70.*

Modus verò, diuersimodè has exemptiones in-
11 ducendi, est hic, vt † cùm eximitur persona ratione loci, ab ipso loco, seù Ordine oratio sumat initium, dicẽdo positiuè, quod eximitur Ordo, vel Ecclesia, seù Monasterium, itaut exemptio personarum veniat consequutiuè, vt clarè determinat *tex. in cap. per exemptionem, in princ. de priuil. in 6.*
12 nusquàm † enim exemptio restringitur ad locum ipsum materialẽ, sed in personas diffunditur, *Bald. in cap. graue, sub num. 2. ad fin. vers. tertio nota, de*
13 *off. Ord. Seraph. decis. 1025. nu. 10.* Ex diuerso † verò cùm eximuntur personæ sine loco, oratio sumat initium ab ipsis personis, neque sub sua dispositione concludat locum, etiamsi sint de loco certo: Et
14 ità si eximantur † personæ Ecclesiæ alicuius, non sequitur, exemptam hinc fore Ecclesiam, *d. cap. per exemptionem, §. verum si Canonici, Rota decis. 156. nu. 6. par. 1. in recent.*

Et hæc quidèm maximè refert discernere, nàm
15 si † exemptio concessa Ordini sit, destructo Ordine sine spe reductionis, illa quoquè cessat, *Abb. in cap. Abbate num. 17. de verbor. signific.* præter-
16 quàm respectu † particularis priuilegij concessi certo Monasterio, & possessionibus illius in indiuiduo, vt per *Abb. eo. loco, num. 16. ad fin. vers. si verò datur, Erasm.* vbi suprà *par. 3. quæst. 19. nu. 7.*

Sic etiàm, si quandò excitatur iurisdictio Ordinarij in exemptos in centum & sexdecim casibus,
17 quos † enumerat *Erasm.* vbi suprà *par. 2. q. 35. per*
18 *tot.* siquidẽ excitetur † in personas tantùm, iuxta *cap. 1. de priuil. in 6. & cap. graue, vbi Abb. sub num. 1. vers. nec obstat decisio, de off. Ord.* Ordinarius non potest, aùt Tribunal erigere, aùt aliàs Iurisdictionem exercere in ipso loco exempto, *cap. cum Episcopus, de off. Ord. in 6.* cum adductis per *Erasm. ea. par. 2. quæst. 1. num. 5.* ex iàm de voluntate Exemptorum, quicquid sit respectu eorum, quæ sunt Ordinis, vt benè explicat post alios *Vita.*

lin. in clem. 2. ex num. 64. de priuil. & latè etiam tradit *Gratian. discept. forens. cap. 467. ex nu. 25.*
19 *& tot.* Quod tamen poterit, † si excitetur in ipsum locum, quod docent in *eo. cap. cum Episcopus, Io. Andr. num. 2. Gemin. nu. 10. Franeb. sub nu. 3. vers. in glo. in verb. excepto, & Butr. n. 7.* & qui clariùs loquitur, hoc idem probauit *Soc. in cap. recepimus, num. 76. de priuil.* & firmauit *Rota decis. 145. ex nu. 2. par. 2. diuers.*
20 Si autèm Exemptio est concessa † personæ tantùm, & non loco, tùnc respectu talis personæ si excitetur iurisdictio, poterit ea exerceri vbiquè, iuxta *d. cap. 1. de priuil. in 6.* sin minùs, nulli-
21 bi † prorsus, *Soc. in præalleg. cap. recepimus, n. 70. de priuil.*
22 Personalis autèm exemptio † est duplex, videlicet temporaria, & perpetua; Temporaria est, quæ ad tẽpus fit, vèl ratione Officij, siuè Dignitatis, vèl ratione Causæ: fit autẽ ratione Officij, vel Dignitatis, cùm personæ talem dignitatem, vel officium obtinentes eximuntur, Vndè est temporaria, quià dimisso Officio, vel Dignitate expirat, *l. si duas, §. Philosophi, de excus. tut. Bero. cons. 24. nu. 5. lib. 1.*
23 exemplo Scholaris, † qui si à Scholis diuertat, remanet destitutus omni priuilegio concesso Scholaribus, *Fel. in proœm. decret. nu. 42.*
24 Hæcquè Exemptio † durante Officio, vel Dignitate semper, & vbiquè viget, etiàm ratione delicti, vèl contractus, nèquandò reddatur elusoria, vt de Cappellanis Papæ post *Abb. in præalleg. cap. tuarum, num. 8.* notat *Dec. num. 48.* si tamen Titulus, cui adhæret, verus sit, & non fictus; quandoquè enim ex graui aliqua, & iusta causa Titulus confingitur ad honorandam simplicitèr personam, veluti cùm quis creatur Prothonotarius Apostolicus, Acolythus, vel Comes Palatinus extra ordinem eorum, qui talia Officia, & Dignitates habẽt: Quocircà hi ex nouissima dispositione *Concilij sess. 24. cap. 11.* reijciuntur, & submittuntur Iurisdictioni Ordinarij, tanquàm Apostolicæ Sedis Delegati, & quidem non sine iuridica ratione, priuilegia enim
25 honoraria † huiusmodi, quamuis eximant à foro, in ea tamen ipsa vi exemptiua, longè debiliora sunt priuilegijs concessis personis his, quæ verè, & realitèr talia Officia habent, vel beneficia, iuxta *tex.* singularem *in l. vlt. §. Viros illustres, C. vbi senat. vel clariss.* vbi hoc etiam notat *Bald. paulò ante num. 3. vers. nota, quod minor,* & ibi quoquè *Salyc. sub n. 1. vers. ibi videantur egisse*, colligit, nusquàm tantùm debere æstimari eos, qui ex mero priuilegio aliquem titulum Dignitatis consequuti sunt, quantùm ij, qui eandem Dignitatem sunt adepti proprijs sudoribus, & meritis.
26 Exemptio autèm † personalis ratione causæ dumtaxat, & sic nullatenùs contemplata persona, ex mero procedit debito Iustitiæ, cùm videlicet Papa ob probabilem timorem, nè Episcopus desæuiat in subditum, eum traducit de illius, in alterius forum, ex dispositione *tex. in l. vn. C. de off. Com.*
27 *Sacr. patrim.* nec alitèr † obtinetur, quàm per rescriptum speciale ipsius Papæ, causa discussa in eius Signatura, *Staphil. de rescript. in form. breu. §. indultum num. 10. Gabr. de Iud. conclus. 4. num. 3 r.* Cassad.

Cassad.de priuil. decis.vlt.nu.3.Gonzal.ad reg.de mensib.glo.56. num.18.

28 Neque † per huiusmodi traductionem eliditur, sed simpliciter suspenditur Iurisdictio Ordinarij ad tempus, *Cassad.d.decis.vlt. de priuil.*

29 Et quia † rectè, & ipsa tendit ad subducendum membra à capite contra Iuris regulas, & multi eâ quoque Exemptionis titulo præsignant, prout in specie *Fel.in cap. cum non liceat, num. 1. de præscript. Rom.cons.37.num.1.vers.aut exemptionis,* non erit ab re, breuitèr, pro Tyronibus, hic exponere vsum fori nostri circa illam.

Cùm ergò tractatur huiusmodi materia in Signatura, consueuerunt considerari duo casus; Prior
30 est, cùm † Ordinarius desæuit in subditum, & tùnc quia (vt dicit *Rom.vbi supra,* & alij consentiunt) materia est arbitraria, nè quandò prætextu confictæ æquitatis perniciosè erretur, vt per *tex.in l. si seruus communis. §.quod verò,ff.de furt.* dixit *Cuiac. consult. 38. ad fin.* Signatura ipsa consueuit procedere cum summa animaduersione, & ita di-
31 stinguere; An † id quod proponitur, sapiat sæuitiam atrocem, & quæ sonet, (vt ità dixerim) in Barbariem, vel Tyrannidem, & tùnc exemptio est
32 debita, vt in exemplis † propositis per *Guillelm. de Bened. in repet.cap.Raynutius, in verb.condidit,il primo,num.56.de te itam.* & per *tex.in l.vn. C.si quis quacunque præd.potest.* de quibus latè *Rol.cons.58.num.8.lib.3 & cons.40. ex num.32. lib. 4.* Addique potest singulare aliud relatum per *Alex.ab Alex.genial.dier.lib.6.cap. 21.* quæ non prosequor.

33 An † verò sonet in leuem, & tolerabilem, vt sunt vexationes omnes turbidæ potiùs, quàm sæuæ, & tùnc sub prætextu talis facti non conceditur Exemptio contra Superiorem, cui vtcunquè permissum
34 est † etiàm rigidè cum subdito agere, dùm tamen ab illa sæuitia atroci se temperet, vt tradit *Aret.in §. in potestate,num.6. Instit.de his,qui su. vel al. Iur. sunt,* & post alios, declarando hanc materiã, optimè aduertunt *Adden. ad decis.Guid, Pap.62. in verb. atrocitèr.*

Alter est, quandò nõ supponitur factum aliquod sæuitiæ iàm patratæ, sed ostenditur simplex timor
35 ex † verisimilitudine causata ex lite, vel controuersia aliqua suborta inter Superiorem, & subditum; & hoc sanè casu, quià maior est facilitas in componendo huiusmodi commento, quàm sit in Superiori, & nihilominus agitur semper de grauissimo præiudicio Iurisdictionis, ideò cautiùs expendenda est litis qualitas, nè detur occasio subditis, litiũ materiam hanc excitandi, & fouendi, vt optimè considerat *Cassad.d.decis.vlt.sub nu.5.vers. item si indistinctè, de priuil.*

Vndè solet hic casus diuersimodè, ex qualitate litis, seu litium dijudicari: Etenim si lis sit crimi-
36 nalis, † statim disquiritur, quis sit Reus, vel Accusator; si enim ipse sit Superior, qui contra subditum moueat accusationem, nulla lex, nullaquè ratio vrget in argumentum sæuitiæ, quatenus autèm iudicialitèr agitur, nec est prohibitus Superior inquirere, etiàm per se de delictis subditorum, iàm cessat omnis iniuria & spiritus desæuiendi, *Cassad. d. decis. vlt. sub num.4.vers. sed ista, vel non adstringunt.*

37 At si ipse † subditus accuset Superiorem, vel denunciet de aliquo graui crimine, tùnc ea accusatione, vel denunciatione durante, conceditur sibi exemptio, ea solida ratione, nè videlicèt exasperatus, & exulceratus animus Superioris aspiret ad vindictam, vel saltim ea moliatur contra subditum, per quæ reddatur timidus in patefaciẽdo eius delictum, & illius causam prosequendo, vt latissimè consuluit *Grammat. cons. 10.* quem sequutus est *Mandos.in tract.de inhib.quæst. 103.nu.1. & 2.*
38 quod † semper intelligerem de accusatione in forma Iuris proposita per inscriptionem solemnẽ, iuxta *l.3.ff.de accus.& cap. super his extra eod. tit.*

39 Si verò lis † non sit super crimine, sed penitùs ciuilis, stylus Curiæ est, quòd si incontinenti probetur, ex ea causa iam cæptum desæuiri in subditum collitigantem per modum tyrannicum, & barbarum, rescribatur Iudici causæ, vt pendente lite inhibeat, *Mandos.vbi suprà quæst.104.sub num. 4. vers.aut loquimur in Iudice ordinario,* & quidem cum præfixione certi, breuis, ac peremptorij termini, intra quem subditus debeat procurare expeditionem causæ, vt declarat *Cassad.d.decis.vlt.n.5.*

40 Quod si † nulla huiusmodi incontinẽti proferatur probatio sæuitiæ cæptæ, vel consumatæ, sed simplex proponatur formido ex parte subditi supplicantis, tùnc Signatura nihil rescribere, sed prorsus reijcere preces assueuit, iuxta *Rom. cons. superiùs alleg.* ex *doctr. Fel.in præcit.cap.cum non liceat,num.1. de præscript.* atque ità obseruauit Signatura Papæ in vna *Calaguritana prætensæ exemptionis die Martis 21. Febr. 1623. proponente R. P. D. Ottero.*

41 Nimis enim † à Iure exorbitat, subditos à Superioris Iurisdictione eximere propter lites, *glo.in cap.olim,in verb. post inceptum,* & ibi *Abb. nu.6. de accus. Cassad. vbi suprà.*

42 Et ad summum, si † detur aliquis vehemens fumus, consueuit eadem Signatura rescribere Iudici, qui de re controuersa cognoscit, vt ipse inet, constito priùs de sæuitia, inhibeat: Ità *Mandos.d. quæst.104 sub nu. 4.vers. aut delegato per Signaturam;* Sicquè aliquandò in Rota fuisse rescriptũ, legimus apud *Achil. decis.362. alias 56.de priuil. num. 1.* & latè fuit etiàm deductum in *Hispalen. exemptionis, 5.Decembris 1614 coram Reuerendissimo D. Pamphilio;* Et hæc satis, supèr quo de hac exemptione (vt ità dixerim) anomali.

43 Realis † exemptionis tres sunt gradus; Inferior, per quod sola subiectio, Medius, per quem Territorium, & Supremus, per quem ipsa Diœcesis Episcopalis soluitur, de quibus singulis per ordinem est videndum.

Et consistendo in primo gradu; quemadmodùm totum Ius Episcopale subijcitur duabus legibus, diœcesanæ videlicet, & Iurisdictionis, vt suprà vidimus in *quæst.21.* ità subiectio hæc duobus modis per Exemptionem dissoluitur, vno, cùm eximitur locus, seu Vniuersitas à lege diœcesana, & altero, cùm eximitur à lege Iurisdictionis, & quoad
44 primum, † à quo videtur profluxisse exemptionũ ori[go]

origo, satis constat, id mero fauore Religionis introductum fuisse; nàm cum ab eadem lege diœcesana inferrentur Monachis quatuor maxima incommoda, ex quibus eorum quies videbatur non modicùm turbari, videlicet Imminutio superexcrescentium redituum; Participatio in electione Abbatis, translatioquè personarum de loco ad locum, Nimis curiosa descriptio rerum, & bonorum, dùm Sedes Abbatialis vacaret, & deniquè Importuna celebratio, etiàm cum collocatione Cathedræ pro habendis ordinationibus; Vndè consequebantur populares conuentus, & alia incommoda; Anno 601. Gregorius Magnus collecta Romæ Synodo 20. Episcoporum, & aliquot S. R. E. Presbyterorum, & Diaconorum Cardinalium, statuit, vt deinceps Episcopi ab his abstinerent, vt est relatum in *can. quàm sit necessarium, 18. quæst. 2.* quod decretum integriùs recenset *Baron. in d. anno 601. ex num.* 10. & hæc fuit summa grauaminum, totaque exemptio Monachorum, hac de causa per Sedem Apostolicam introducta; indequè factum,

45 vt vniuersaliter † omnia omninò Monasteria Regularia reputata fuerint exempta à lege diœcesana, *can. inter cætera, vbi glo. in verb. solutionis, 10, quæst. 3. can. cum pro vtilitate, 16. quæst. 1. & d. can. quàm sit, iuncto can. luminoso, 18. quæst. 2.*

46 Sintquè † ideò libera ab omni censu erga Episcopum, præterquàm si debeatur ex pacto, in limine fundationis, aut aliquo Iure speciali, *Butr. cons. 19.*

47 *num. 18.* vel nisi † tractetur de eorum Cappellis, seù Ecclesijs habentibus populum, siquidem nisi illæ appareant eis pleno Iure concessæ, vt habetur in *cap. de Monachis, 12. vbi glo. in verb. de prouen-*

48 *tibus extra de præben.* Rector † in illis de consilio quidèm Monachorum, sed per Episcopum institui debet, itàvt ex ipsius arbitrio, tàm ordinatio, quàm depositio, & totius vitæ pendeat conuersatio, vt dicit *tex. in cap. 1. de cappell. Monach.* quod procedit etiàm in Monasterijs Monialium, *Fel. in cap. cum ve nerabilis, num. 36. in tertia fallentia, vers. & nota quod potest Monialibus competere, de except. Rota decis. 21. incip. quod Vicaria, num. 4. de præben in antiquior. Bisignett.* vbi respondet obiecto de defectu clauium, cui etiàm satisfieri potest ex his, quæ posuit *Roderic. de Regul. tom. 1. quæst. 18. art. 12. per tot.* & istud posmodùm ampliatum, & declaratum fuit per *Sacrum Tridentinum Concilium sess. 25. cap. 11. de regul.* & ex his, nominationem Vicarij, in propria Ecclesia habente Populum, competere Monialibus, & eis contra Episcopum Ius commune assistere in hoc nominationis articulo, etiàm ex mente S. Congregationis super Concilio, respondit, me informante, *Rota in Ianuen. Parrochialis S. Andreæ, 13. Martij 1626. coram R. P. D. Duran.*

49 Et propterea † ratione talium Ecclesiarum Monachi adhuc sunt subiecti legi diœcesanæ, tenenturquè soluere Iura Episcopalia, *cap. de Monachis, 12. de præben. glo. in d. can. inter cætera in verb. solutionis.*

50 Vndè est, vt Abbates † habentes Populum, teneantur accedere ad Synodum, *can. Abbates 18. quæst 2.* vt enim dixi, ij non censentur exempti ab hac lege Iurisdictionis, prout ita arguit *Henr. de Boich. in cap. vlt. num. 1. vers. nàm Abbates, de off.*

51 *Archid.* nisi † præter generalem Exemptionem canonis suprà relati, aliam specialem obtineant pro ipsis Cappellis, vt in *eo. can. inter cætera,* notant *Gemin. super glo. 1. in resp. ad contrarium,* & ibi etiam *Archid. sub num. 2. vers. sed hoc non est verum, Bellam. num. 17. & Præpos. sub nu. 4. vers. quià Monasteria.*

52 Atquè ex his † satis etiam constat, *Bald. de Periglio Perus. in suo tract. de exempt. in 1. par. ex num. 4. Rebuff. cons. 142. ex nu. 3. 19. & passim per totum illud consilium,* necnòn alios, quos refert, & sequitur *Petr. Cened. can. quæst. 26. nu. 3.* non satis æquè pronunciasse, exemptionibus causam dedisse superbiam, auaritiam, fastum, vèl ingratitudinem Episcoporum, aut si quid deterius excogitauerunt; nàm verius est, totum id promotum fuisse ex mero zelo Pontificum, vt Monachorum quieti pinguiùs consulerent, prout aduertit *Roder. de Regul. tom. 2. quæst. 64. art. 2. vers. at non opus est.*

Sic etiam, pro eorundem Religiosorum quiete ex mente S. Congregationis super Concilio, Sanctæ me. Paulus Quintus per suam constitutionem, quæ incipit, *Religiosorum sub suaui Religionis iugo, Altissimo famulantium quieti prospicere volentes:* Sub Dat. 24. Augusti 1607. quæ in nouo Bullario est eius Pontificis 34. declarauit, eosdem Re-

53 gulares † non comprehendi, aut in decreto Lugdunen. Concilij, relato in *d. cap. 1. de priuil. in 6.* nequè in decreto eiusdem *Concilij Tridentini sess. 24. cap. 20. de reform.* super cognitione causarum primæ instantiæ.

Cæterùm quoad ea, quæ pertinent ad Curam animarum, Potestas Episcoporum in Regulares

54 quantumcunque † exemptos, prout etiam ad aliqua eidem curæ adhærentia, semper fuit integra, & nouissimè Sanctæ me. Gregorius XV. hanc edidit constitutionem tenoris huiusmodi.

GREGORIVS PAPA XV.

INSCRVTABILI Dei prouidentia Vniuersalis Ecclesiæ regimini, meritis licèt imparibus, præsidentes, pastoralis nostræ solicitudinis partes esse dignoscimus, in eam curam præcipuè incumbere, vt à dignis, & probatis tantùm sacerdotibus sanctè administrentur Ecclesiastica Sacramenta; atquè vt virginum Deo sacrarum Monasteria diligentissimè custodiantur; & viri assumãtur idonei ad prædicationis officium salubritèr exequendum. Sanè Tridentina Synodi decretis prouidè cautum est, nullum Presbyterum, etiàm regularem, posse Confessiones secularium, etiàm Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per Examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: Necnon vt in Monasterijs, seu domibus virorum, seù mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seù locorum familia, personæ, tàm regulares, quàm secu-

lares eiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinēt, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi sunt sita; Itemquè vt Episcopi vniuersi sub obtestatione Diuini iudicij, & interminatione maledictionis æterna in omnibus Monasterijs sibi subiectis Ordinaria, in alijs verò Sedis Apostolicæ authoritate clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligentèr restitui, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent; inobedientes, atquè contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasquè pœnas, quacunque appellatione postposita, compescentes: Atquè vt regulares in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare volentes, se coràm Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur; in Ecclesijs verò, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentia: contradicente autem Episcopo, nulli, etiàm in suorum Ordinum Ecclesijs, prædicare præsumant. Verùm quia experientia compertum est Ecclesiastici regiminis rationes postulare, vt decretis eiusmodi aliquid adiungatur: matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetuò valitura Constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, vt deinceps tàm regulares, quàm seculares quomodolibet exempti, siuè animarum curam personarum secularium Monasterijs, seù domibus regularibus, aut quibusuis alijs Ecclesijs, vel beneficijs, siuè regularibus, siuè secularibus incumbētem exerceant; siue aliàs Ecclesiastica Sacramenta, aut vnum ex illis ministrent præuia Episcopi licentia, & approbatione; siuè quoquo modo in dicta cura exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis administratione de facto absque vlla auctoritate se ingerant: in his, quæ eiusmodi curam, seù administrationem concernunt, omnimodæ iurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, tanquàm Sedis Apostolicæ delegati, plene in omnibus subijciantur. Ad hæc tàm regulares, quàm seculares huiusmodi nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri se possint, quominus si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subiectarum, ab Episcopo loci, similiter tanquàm ad hoc Sedis Apostolicæ delegato, quotiès, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant. Confessores verò siuè regulares, siue seculares, quomodocumque exempti, tàm Ordinarij, quàm extraordinarij ad Confessiones Monalium, etiam regularibus subiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi priùs ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed & Administrantes bona ad eiusmodi Monasteria Sanctimonialium, vt præfertur, etiàm regularibus subiectarum pertinentia, siuè regulares extiterint siuè seculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam Superioribus regularibus, singulis annis rationes administrationis gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idquè iuris remedijs cogi, & cōpelli queant. Liceatque Episcopo, ex rationabili causa Superiores regulares admonere, vt eiusmodi Confessores, atquè Administratores amoueant; ijsque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores admouendi, quotiès, & quando opus esse iudicauerit. Ac similiter possit Episcopus, vnà cum Superioribus regularibus, quarūcunque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorundem Monasteriorum, quocunque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere; absquè vlla tamen ipsorum Monasteriorum impensa. Ac demum habeat Episcopus, tanquam dictæ Sedis delegatus, authoritatem coercendi, ac puniendi quoscunquè exemptos tàm seculares, quàm regulares, in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absquè Episcopi licentia; & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint. Ità vt Episcopi in suprascriptis casibus, & in prænominatas personas, in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quotiès, & quando opus fuerit, etiàm extrà visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, vti eiusdem Sedis delegati, procedere, omnemque iurisdictionem exercere liberè, & licitè valeant. Decernentes sic per quoscunquè Iudices quauis authoritate fungentes, etiam Sacri Palatij Auditores, necnon Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis, aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere; Irritum quoquè, & inane si secus super his à quoquam quauis authoritate scientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcunque personarum, atquè Ordinum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiusuis alterius instituti, etiàm necessariò, & in indiuiduo exprimendi, Monasteriorum, Conuentuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcunque tàm secularium, quàm regularium locorum, necnon illorum, etiàm iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, vel Consuetudinibus, etiàm immemorabilibus; exemptionibus quoque, indultis, & priuilegijs, etiam in corpore iuris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiàm Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis; Conseruatorum deputationibus, eorumque atquè alijs inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minimè teneantur; & quibusuis alijs, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiàm derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiàm Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiàm per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis; etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenori-

tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, quibus quoad ea, quæ eisdem præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, specialitèr & expresè derogamus; cæterisq; contrarijs quibuscunque. Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca deferri, vt ea tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valuas Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, atque Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ publicari, & imbi affigi, & per aliquod temporis spatium dimitti, eisque detractis, earum exempla eo in loco relinqui. Ac volumus, vt earumdem præsentium litterarum transumptis, etiàm impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & Sigillo Prælati, seu Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra illud, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensæ. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, declarationis, decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autèm hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M. DC. XXII. Nonis Februarij, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Quæ sanè constitutio in parte dispositiua, circa sex Inconuenientia prouidit, quæ inferebantur non ex solutione legis diœcesanæ, sed ex solutione legis Iurisdictionis, per Exemptionũ priuilegia multis Ordinibus Religionum superinducta.

Primum si quidem, aliquandò ij, quibus non incumbebat Cura animarum secularium, delinquebant tamen in administrandis Sacramentis personis secularibus, putà illa † ministrando in die
55 Paschatis, vsurpata Parrochorum Iurisdictione, contrà Decretum Leonis XI. cuius meminit *Roder. de regul. tom. 1. quæst. 56. art. 3. vers. quantum ad primum*, vbi pergit explicare, quomodò acci-
56 piendus sit † dies Paschatis, vel etiàm absoluentes pœnitentes in casibus reseruatis, quod latè explicat idem *Roder. tom. 1. quæst. 61. per tot.*

57 Et quamuis Sacrum † Tridentinum Concilium, *sess. 25. cap. 11. de regul.* decreuisset, *in Monasterys, seu domibus Virorum, seù mulierum, quibus imminet Cura animarũ personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia, personæ tàm seculares, quàm regulares huiusmodi, curam exercentes, subsint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, Iurisdictioni, Visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diœcesi sunt sita*; vt in verbis habet dictum decretum, nihilominus qui ità (vt suprà dictum est) delinquebat, non videbatur adhuc posse plecti per Episcopum, quasi decretum esset restrictum ad eũ casum, quo Cura animarum Monasterio incumberet; propterea opportunè huic malo per dictam constitutionem prouisum fuit, ibi, *quoquo modo in dicta curæ exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel alicuius ex illis administratione, de facto, absque vlla auctoritate se ingerunt, &c.* non
58 enim decet, vt stultus † melioris, quàm sapiens cõditionis existat, *cap. eum qui 18. de præben. in 6.*

Vndè patet, constitutionem nihil noui inferre, respectu potestatis Episcopi in Regulares Exemptos, quod priùs nõ fuisset statutum, sed ex identitate rationis declarasse, illam extendi ad eum quoquè casum, si de facto administrentur secularibus Sacramenta, citra aliquod mandatum, aut licentiã Episcopi, vel etiam cum licentia, sed perperàm exercendo, & delinquendo, hi enim sunt in effectu casus, quos constitutio æquiparat, ad hoc vt Episcopus, qui, vt alibi dictum est, principalem habet Curã animarum totius suæ Diœcesis, in ità delinquentes animaduertat: Et propterea vtitur etiàm
59 constitutio illis verbis, *diœcesani Episcopi*, vt † hinc excludat omnes alios inferiores Prælatos, qui non possunt dici Diœcesani, etiamsi essent eorundem Exemptorum Iudices ordinarij, vt est *glo. in clem. 1. in verb. diœcesanis, de vit. & honest. cler.* secundùm tamen ea, quę dicemus infrà in hac ipsa *quæst. nu. 137.* Quocircà neque his casibus, data Exemptione in statu nullius diœcesis, Prælatus Exem-
60 ptorum haberet hanc Iurisdictionem, quià † Diœcesanus in statu huiusmodi, est ipse Pontifex, *glo. in cap. auctoritate. in verb. Sedis Apostolicæ, de priuil. in 6.* & inferiùs fusiùs explicabitur: & sic hoc casu frustrà prætenderetur in eisdem Prælatis inferioribus Iurisdictio quasi Episcopalis, nàm facultas hæc solidiorem exigit potestatem, & aliud est, esse Episcopum, prout exigit decretum, & aliud est habere quasi Episcopalem Iurisdictionem, sicuti
61 aliud est, esse maritum, & aliud est † esse quasi maritum, *l. cum hic status, 33. §. oratio vers. si quis*
62 *sponsam, de donat. int. vir. & vx.* dictio † enim hæc *quasi* est nota differentiæ, & diuersitatis, *l. verum est 64. §. si cum tres, ff. pro Soc. l. constitutionibus, 32. de oblig. & actio. §. item seruiana Instit. de actio. cum simil.* adductis per *Io. Kal. in suo lexic.*
63 *Iurid. in verb. quasi*, & † aliquid diminuti significat in subiecto, cui applicatur, *l. Posthumorum, 13. ff. de iniust. rupt.* per quem *tex.* ità notat *Bart. in l. si ante nuptias, 6. sub num. 2. vers. quandoque,*
64 *ff. solut. matrim.* Qua ratione id, quod † quasi tale dicitur, impropriè tale dicitur, vt post *Iaf. in §. præterea nu. 41. Instit. de action.* notat *Menoch.*
65 *cons. 1062. num. 11.* dùm † igitur decretum loquitur de Episcopo Diœcesano, est accipiendum secundùm propriam significationem, *l. non aliter, de leg. 3. cum simil.*

66 Secundum, tametsi Bonifacius Octauus † clausuram Monialium districtissimè præcepisset, vt eæ à publicis, & mundanis conspectibus separatæ, omninò seruire Deo valeant liberiùs, & lasciuiendi opportunitate sublata, eidem corda sua, & corpora in omni Sanctimonia diligentiùs custodire, exe-

quutione decreti huiusmodi vnicuique Episcopo in sua diœcesi, in Monasterijs ordinario Iure subiectis, sua, in ijs verò, quæ ad Romanam immediatè spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ auctoritate, itaùt, quoad alia, iidem Episcopi in Monasterijs Exemptis sibi iurisdictionem, aut potestatem indè attributam censerent, vt in *cap. vn. de stat. Regul. in 6. Et Sacr. Conc. Trid. d. sess. 25. de regul. cap. 4.* dicti Bonifacij constitutionem innouasset, & inter cætera inuiolabilitatem dictæ clausuræ eisdem Episcopis mandasset, quam materiam etiam ex duabus extrauag. Pij Quinti, & Gregorij XIII. latè tractat *Roder. pracit. tom. 1. quæst. 44. cum sex seqq. per tot.*

Nihilominùs, quia adhùc tàm Regulares, quàm seculares aliqui, etiamsi deliquissent circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram ipsam, ac bonorum eorundem Monasteriorum administrationem, declinabant Iurisdictionem Ordinarij, prætextu exemptionum, eadem constitutio expressiùs censuit, eos ità delinquentes ab Episcopo loci similitèr, tanquàm ad hæc Sedis Apostolicæ delegato, quotiès, & vbi opus fuerit, puniri, & corrigi; Quod non intelligitur de notorijs tantùm delictis,
67 & quæ sunt scãdalo toti populo, † quasi quod cõstitutio debeat sumere hanc interpretationem à decreto Sacri Concilij, *ea. sess. 25. cap. 14. de regul.* sed de omnibus indistinctè, cùm in legibus, indefinita
68 oratio † æquipolleat vniuersali, *Bart. in l. omnes populi, nu. 57. de Iust. & Iur. Cagnol. qui testatur de communi, in l. 1. num. 10. de reg. Iur.* cum alijs per *Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 13. num. 8.* & per *Menoch. cons. 4. sub num 28. vers. quia respondetur.*
69 Neque enim potest dici, quod hæc † Cõstitutio, quæ prouidet in casu singulari, recipiat interpretationem ab alia lege separata, & compatibili, *Bart. in l. seia, §. Caio, num. 2. de fund. instruct. Ruin. cons. 176. n. 8. vers. ad istud autem, lib. 2.*

Tertium, quia tàm Regulares approbati iuxta dispositionem *clem. dudum, de sepult. & Conc. sess.*
70 *23. cap. 15. de reform.* (quam materiam † latè pertractat *Roder. d. tom. 1. quæst. 59. & 60.*) quàm alij seculares, aliquandò per inferiores Prælatos, præcipuè Regulares, deputabantur confessionibus Mo-
71 nialium, eadem † constitutio tales deputationes fieri vetuit, nisi priùs ab ipso Diœcesano Episcopo idonei iudicentur, & approbentur, quod est conforme eidem Concilio, per quod etiàm submouẽtur nedùm quæuis priuilegia, sed etiàm immemorabilis, adeò quòd ità dicatur Ius super hoc assistere Episcopo, vt propter solam hanc assistentiam possit manuteneri, *Rota decis. 332. num. 1. par. 1. recent.* quæ decisio fuit confirmata in eadem causa *Calaguritana de Nagera, 20. Martij 1615. coram bo. me. D. Vbaldo, & in vna Theatina Iurisdictionis, 14. Martij 1625. coram eodem.*

Quod respectu extraordinariorum Confessorum
72 sine distinctione procedit, respectu † verò ordinariorum, & iàm approbatorum, intelligitur finito triennio ad quod fuerunt approbati; Et quoad Superiores ipsos Regulares, electos, & deputatos ante ipsius constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competebat audiendi confessiones Monialium sibi subiectarum, similitèr intelligi-
73 tur, durante eorum officio, legis enim † virtus non retrahitur ad præterita, *can. ante triennium, 31. dist. cap. fin. de Constit. l. leges, C. de legib.* Præteri-
74 ta † verò, quantùm ad id, de quo agitur, dicuntur non solùm decisa, sed etiàm pendentia, vt declarat *Bart. in l. omnes populi ex num. 51. de Iust. & Iur.* quam doctrinam latè expendit *Anguian. de legib. lib. 5. controuers. 1. ex num. 10.*

Neque enim Constitutio annullat deputationes iàm factas, sed simplicitèr vetat nouas fieri, & sic quemadmodùm iàm factas permittit in suo robore, ita futuras, quæ fierent sine licentia Episcopi,
75 prorsùs inficit, itàvt † nec sit hoc casu tenẽda regula, quæ infertur ex *l. Barbarius de off. præt. Roder. d. quæst. 60. art. 2.* præter enim defectum Iurisdictionis, hic manifestè concurrit auctoritas Papæ, qui speciali decreto, omnia contra dictam constitutionem attentata irritat, siuè scientèr, siuè igno-
76 rantèr fiant, & propterea quidquid † sit respectu pœnæ, tamen respectu inualiditatis actus non admittitur hic distinctio inter scientem, & ignorantem, *Gabr. de clausul. conclus. 3. num. 3. & 8. Gonzal. ad reg. de mens. glo. 67. num. 18. & 19.*

Neque hùc pertinet dispositio *tex. in d. l. Barba-*
77 *rius de off. Prætor.* procedit enim, † quando vitium cadit non in deputatione, prout hic, vbi lex actum enervat in sui ortu, sed in capacitate personæ ob aliquem latentem defectum, vt post alios benè explicat *Anton. Corset. sing. 102. incip. licèt aliquis num. 1. Paris. cons. 1. num 58. lib. 1.*

Et ratio diuersitatis est, quià supposita canonica deputatione, non potest quicquam imputari ignoranti occultum defectum personæ, qui nèc potuit sciri à deputante, àt vbi cadit vitium in deputatione, est quod imputetur personæ, in quam exercetur Iurisdictio, quià illud exercitium pendet ab ipsa deputatione, & forma illi præscripta, istud
78 verò † nemini ignorare impunè licèt, iuxta theoricam *Innocen. in cap. nihil est sub num. 4. ad med. vers. sed in Prælato, de electio.*
79 Quartum statuit, vt non solùm Episcopus † rationes exigat ab Administratoribus bonorum huiusmodi Monasteriorum Monialium, siuè Regulares sint, siuè seculares, quantumcunquè exempti, adhibitis etiàm superioribus Regularibus, verùm etiàm ei liceat Episcopo ex rationabili causa eosdem Superiores Regulares admonere, vt eiusmodi Confessores, & Administratores amoueant, ijsquè Superioribus id facere detrectantibus, aùt negligẽtibus, quotiès, & quandò opus esse indicauerit, ipse amoueat. Circa quod est aduertendum, licèt exi-
80 gatur † causa rationabilis, eam tamen esse positam in Episcopi arbitrio, & consequentèr non esse de necessitate exprimendam; Tùm quià hac ratione eluderetur Constitutio, cum iam causa esset expẽdenda per alios, *l. fraus legis ff. de legib.* tùm quià id posset infamare proximum, si exprimeretur causa, quæ tamen si silentio prematur, infamiam
81 non irroget, ex quo † ille præsumetur motus propter culpam tantùm, non propter dolum, *l. 4. in princip. & ibi glo. in verb. verum est, & Bart. num. 1. & 3. ff. de suspect. tutor.*

Qui n-

82 Quintum prouidet eadem Cōstitutio, † vt pos-
sit Episcopus vnà cum Superioribus Regularibus,
Electionibus Abbatissarum, & Præpositarum eo-
rundem Monasteriorum interesse, ac præsidere; Vt
scilicet electio purior ab omni corruptela fiat, non
vt hinc Episcopo censeatur Ius aliquod in confir-
mandi acquisitum, hæc enim sunt separata, & pro-
83 pterea † ab vno ad aliud non procedit illatio,
*vulg. l. Papinianus exuli de minor. l. vlt. C. de ca-
lumn. Rol. cons. 82. num. 19. & 20. lib. 3.*

84 Sextum tandèm, † quoscunque Regulares, &
seculares Exemptos subijcit omnimodæ Iurisdi-
ctioni Episcopi, qui in alienis Ecclesijs, aùt quæ
non sunt sui Ordinis, absque ipsius Episcopi licen-
tia, vel etiàm in suis, aùt sui Ordinis, non petita
priùs ab eo benedictione, vèl eo contradicente,
85 ausi fuerint prædicare: Per † quam sanè multùm
est restricta facultas Regularibus eisdem conces-
sa per *clem. dudùm, §. nos autèm de sepult.* Et etiam
*Sacrum Conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 4.
vers. nullus autèm,* iam decreuerat, vt nullus, siuè
secularis, siuè Regularis in Ecclesijs suorum Ordi-
num, contradicente Episcopo, prædicare pręsumat:
86 Et sanè Iure optimo, cùm † (vt in eo decreto re-
fertur) Prædicationis munus præcipuum sit Episco-
porum, quam materiam latè tractat *Roder. re-
gul quæst. tom. 3 quæst. 22. ex art. 5. ad multos seqq.*
Hæcquè deprimo Exemptionis modo.

Quò verò ad alterum modum, cùm videlicèt
eximitur locus, seù Vniuersitas à lege Iurisdictio-
87 nis, est aduertendum, à Iure † communi, neque re-
spectu secularium, nequè respectu Regularium, ali-
quandò talem Exemptionem vnquàm fuisse intro-
ductam, quod perperàm aliqui arbitrati sunt, con-
fundentes exemptionem Monachorum à lege diœ-
cesana, cum exemptione à lege Iurisdictionis; in-
specto enim Iure communi, nedùm seculares, sed
88 etiàm omnes † Regulares subiecti sunt Iurisdictio-
ni Episcopi, in his, quæ sunt extra Regulam, *can.
Abbates, qui est 16. in ordine, 18. quæst. 2. cap. 1.
nè sed. vac. glos. vlt. in cap. nullus, vers. vt Episco-
pus etiàm secularis, vbi etiam alij, de elect. in 6.* cū
multis, quos sequuta fuit *Rota apud Reuerendis-
simum D. Coccin. decis. 157. num. 2. & in recent.
par. 2. decis. 238. sub nu. 2. vers. quod de Iure com-
muni.*

Etenim hæc à lege Iurisdictionis Exēptio, pror-
sùs à Iure singulari pendet, idest à concessione Pa-
pæ, cuius fauor, vt non sempèr est eiusdem rationis
89 erga omnes, ità † diuersæ sunt formæ, secundùm
quas illa Exemptio conceditur, de quibus in *cap. si
Papa de priuil. in 6.* adeò vt nihil magis attenden-
dum sit, quàm ipsius priuilegij Apostolici tenor, in-
90 quit *tex. in cap. porrò, de priuil.* ex † quo *tex.* ad
omnes alias materias, id pro certo, & tuto axio-
mate constituunt *Bald. cons. 107. nu. 2. lib. 2. Rom.
cons. 33. nu. 1. & per tot. Dec. cons. 193. nu. 1. Franc.
Becc. cons. 36. num. 5. Surd. cons. 1. nu. 31.*

Vndè primùm discerni oportet, an priuilegium
sonet in Exemptionem, vèl potiùs in simplicem
91 Protectionem: simplex enim † Protectio nihil
aliud est, quàm potentioris alicuius pietatis actus,
dùm imbecilliorem, quasi (vt loquuntur) recom-
mandatum, sub sua vmbra suscipit, *l. Pietatis, C. de
92 suspect. tutor.* Quæ protectio † si à Sede Apostoli-
ca proficiscatur, non solùm non adijcit, vel detrahit
Territorio, cui cohęret Iurisdictio, *Anchar.* qui ait,
ità se consuluisse, in *clem. ne Romani, §. sanè, nu. 4.
vers. nescio, si per virorum districtus, de elect.* Sed
93 nèc † vllo modo implicat aliquod Imperium, aùt
Iurisdictionem, *Gemin. cons. 81. num. 2. vers. nàm
recommandatus, Natta cons. 636. num. 1.*

Et propterea, dùm Papa aliquem recipit sub sua,
aùt Sedis Apostolicæ Protectione, non censetur il-
lum quouis modo eximere à Iurisdictione Episco-
94 pi, cum qua † Protectio est compatibilis, *cap. ex
parte tua de priuil.*

Rursùs est aduertendum, an si priuilegium ex-
cedat terminos simplicis protectionis, implicitè,
95 vel explicitè eximendo, quod † vt fieri contingat
ex diuersitate formarum, latè prosequitur *Ma-
rian. Soc. in cap. recepimus, nu. 8.* & latiùs ex *n. 32.
per tot. de priuil.* quibus addi possunt *Butr. in d.
cap. ex parte tua, nu. 2. eo. tit. & Seraph. decis. 1025.
num. 5.* & est *tex. in d. cap. si Papa, in princ. vers.
idem dicimus, de priuil. in 6.* An (inquam) eximat
in toto, vel in aliquo tantùm.

96 Nihil enim est, † quin in aliquibus possit cōcedi
Exemptio, & in reliquis remaneat intacta Iurisdi-
ctio Ordinarij, vt quidquid per priuilegium Exem-
ptionis non acquiritur Prælato Exemptorum, vèl
loco, non censeatur auulsum, sed remanet Ordi-
nario illæsum, & intactum, *Anchar. in repet. cap.
postulasti sub num. 45. vers. quod probo breuitèr, de
for. compet.* sequitur *Franch. in cap. 2. §. statuto, sub
num. 12. vers. & ità etiam, de constit. in 6.* & te-
nuit *Rota decis. 324. nu. 5. par. 1. in recent.*

97 Dùm verò Iurisdictio non est auulsa † quoad
omnes casus, itavt non sit sequuta plena liberatio,
impropriè dicitur Exemptio, sèd Priuilegium Exē-
ptionis ad aliqua, *Oldrad. cons. 67. sub num. 4. vers.
& aliud est,* probauitquè *Rota decis. 744. par. 1.
98 diuers.* cuiusmodi est, cùm † Sedes Apostolica
recipit aliquos in filios speciales, quamuis enim
per huiusmodi receptionem non possint ij excom-
municari, vèl interdici per alium, quàm per Papā,
aùt eius Legatum, nihilominus non est hinc quoad
alia, soluta Ordinarij Iurisdictio, vt est expressum
99 in *cap. 1. in princ. de verb. signif.* etiamsi † insignū
perceptæ libertatis, imponeretur solutio annui
census, nisi adiecta esset vox qualificatiua *liberta-
tis,* scilicet *plenæ,* vt optimè explicatur per *tex. in
d. cap. si Papa,* & secundùm hos terminos veniunt
declaranda tradita circa hanc clausulam per *Ma-
rian. Soc. in d. cap. recepimus, num. 40. & 41. &
per Seraph. præalleg. decis. 1025. nu. 8.*

Posito ergò, quòd Priuilegium eximat à Iu-
100 risdictione ordinaria Episcopi, indèque † Pręlatus
exempti possit dici Ordinarius, quià verè habeat
ordinariam Iurisdictionem, *Abb. in cap. vt famæ,
sub num. 6. vers. idem puto, de sent. excomm. Na-
uar. cons. 9. num. 1. & 2. de priuileg.* tamèn cùm
indè nō soluatur Territorium, Episcopus remanet
Ordinarius de Iure communi, ex quo à Territorio
non potest Iurisdictio ordinaria separari, ex suprà
101 adductis: iste † verò Prælatus, aut Iudex loci exem-
pti,

pti, dicitur Ordinarius de Iure singulari, vt decla-
rat etiam *Nauarr. vbi suprà*, & propterea appel-
102 latione Ordinarij nusquàm veniet hic † inferior,
præterquàm in materia illi æquè adaptabili sine
Episcopi præiudicio, vt ex doctrina *gloss. in cap. 3. in verb. locorum, de off. ordin. in 6.* optimè
aduertit *Felyn. in supra allegat. c. post cessionem, num. 1. de probat.* & inferiùs etiam dicetur.

103 Extra verò † hunc casum appellatione Ordinarij
in lege aliqua, nèc veniet talis Prælatus, aût Iudex,
quià Legis lator cõsiderat qualitatem in subiecto,
proùt est de Iure communi, nõ autèm proùt est de
Iure singulari, nisi exprimat, cùm illud se scire, istud
verò profiteatur ignorare, *cap. 1. de constit. in 6.* &
104 ad hos † terminos reducendum est, quod nimis
effusè pronunciarunt aliqui, decreta Sacri Cõcilij
committentia aliquid arbitrio Ordinarij, referẽda
esse ad huiusmodi inferiores habentes ordinariam
Iurisdictionem, vt *Paris. de resignat. benef. lib. 3. quæst. 11. num. 20. Erasm. à Chock. de Iurisd. ordin. in exempt. par. 1. quæst. 1. nu. 10.*

Nequè enim in concursu istius Ordinarij sic effe-
cti per priuilegium, cum Episcopo, qui est talis de
Iure communi, re ipsa vlla est paritas; nàm vltra
subiectionem Territorij, & causam naturalem, quã
105 habet Episcopus, retinetur † adhùc Ius obedientia-
le, quod nullo modo soluitur per hanc simplicem
exemptionem à Iurisdictione, *d. cap. cum Venerabilis de censib. Bald. post Oldr. in l. vltim. sub nu. 3. vers. item per hunc tex. C. de bon. libert.* nisi Papa
hanc etiam obedientiam expresè soluat, plenè
eximendo, *Seraph. in sæpè citata decis. 1025. n. 18. & 19.* hoc enim casu contrarium esset dicẽdum, &
ità est accipienda *decis. 798. num. 3. par. 4. in recen.*
106 constat autèm † in hoc Iure obedientiæ conseruari
Iurisdictionem, *Bald. cons. 294. sub nu. 1. in 2. col. vers. modò sequitur in tex. lib. 5.*

Vndè etiam resultat verissimum esse, quod non
videatur ex huiusmodi Exemptione auulsa Iurisdi-
ctio ab Episcopo, sed tantùm illi interdictum exer-
107 citium, quæ † interdictio non operatur, quin ipse
semper dicatur Ordinarins, & quin semper candẽ
Iurisdictionem retineat in habitu, vt exemplo Tu-
toris, cui est interdicta administratio, præclarè de-
ducit *Oldr. cons. 172. nu. 13.* Quippè operatur ha-
bitus hic, vt ipse Episcopus dicatur habere vniuer-
salem Iurisdictionem, Prælatus autem inferior Iu-
risdictionem sub eo, adeò vt semper in casu negli-
gentiæ, ipsum quoquè exercitium possit resumere,
vt magistralitèr docet *Abb. in cap. cum contingat sub num. 18. ad finem, & nu. 19. de foro competen.*

Præmissum autẽ ius obediẽtiale, quomodò exer-
ceatur, & discernatur à Reuerẽtia, & Honorificen-
108 tia, facile est deprehendere, Obedientia † enim est
mandati exequutio, Reuerentia verò, mandatũ nõ
expectat, lex enim ipsa monet, licèt Superior dor-
miat, vel taceat, siuè ignoret, *Bald. in l. liberti, li-*
109 *bertæquè nu. 10. C. de oper. libert.* est † enim Reue-
rentia actus boni moris, quæ propterea, nèc pacto
potest remitti, *l. vltim. C. de bo. libert.* Honorifi-
110 centia † verò est cultus quidam, quo inferior Su-
periorem honorat, vt cùm Canonici procedũt ob-
uiam Episcopo processionalitèr in eius fœlici in-
gressu, ità *Bal. in d. l. liberti libertæquè num. 11.*
111 vbi has omnes vocat † Operas obsequiales, exem-
plo obsequialiũ per libertum Patrono debitarum
ex l. officio de negot. gest.

Hæcquè de primo gradu, scilicèt Exemptionis
simplicis: nùnc de ea est dicendum, per quam velu-
112 ti † plenam, õissoluitur Ius istud obedientiale, vt
consensit *Rota apud Seraph. d. decis. 1025. nu. 19.*
113 simùlquè soluitur territorium Episcopi, quod † cõ-
tingit, vbicunquè eximitur locus, siuè Ecclesia, ne-
dùm cum personis, verùm etiam cum Populo, &
Parrocho; hoc enim casu, priuilegium excedit ter-
minos simplicis Exemptionis, *cap. per exemptionem de priuileg. in 6.* resoluendo enim potestatem
114 Episcopi † vsque ad ipsam Curam animarum, per
necessariam consequentiam, illi interdicit omnem
administrationem tàm spiritualium, quàm tempo-
ralium, & sic omnem Iurisdictionem, & omne Im-
perium, quæ ab ipsa dependent, vt abundè explica-
uimus suprà, cùm de ordine Episcopali, & illius po-
115 testate in genere videremus, quod † in effectu est
locum exemptum pleno Iure alteri subijcere, *glos. in supra allegat. cap. Abbates in verb. pleno Iure de*
116 *priuileg. in 6.* & sic † in inferiori quasi Episcopalem
Iurisdictionem efformare, *glos. in clem. 1. in verb. proprij, vers. quod videtur fieri posse, de reb. Eccles.*
117 *non alien.* & deniquè singulare † Territorium con-
stituere, vt optimè iudicauit *Rota apud Manticam decis. 361. num. 2.*

118 Porrò quemadmodùm † vbi Populus cum
Parrocho non eximitur, totum Ius Episcopale
conseruatur Episcopo in loco exempto, respectu
ipsius Populi, & Parrochi, *d. cap. per exemptionem,*
vbi hoc notant *glo. in verb. curam habens, Ioan. Andr. num. 2. Gemin. num. 14. cum seq. Ancharan. num. 3. & Franch. itidem sub num. 3. in 5. notab. Seraph. decis. 1058. sub nu. 6. Rota decis. 324. nu. 6. par. 1. in recen.* quos me, informãte sequuti fuerunt
DD. *in Theatina Iurisdictionis 14. Martij 1625. coram bo. me. D. Vbaldo.* & consequentèr retinet
119 Ius † territorij, qua ratione dicitur Ordinarius ge-
neralis, concurritquè cũ omnibus inferioribus Prę-
latis Vniuersitatum, tanquàm cum Ordinarijs spe-
cialibus, vt post *glos. vlt.* quam reputat singularem,
docet *Abb. in cap. cum ab Ecclesiarum n. 9. & 11. vers. in glos. final. de off. ordinar.*

Ità, Exempto loco cum Populo, & Parrocho, ne-
120 cesse † est, ex toto resolui Ius illud, & in cõsequens
ipsum ius territoriale, & hoc est quod clarè docue-
runt *Franch. in cap. 2. §. statuto, sub num. 10. vers. sed si per priuilegium, de constit. in 6. Anchar. in repet. cap. postulasti sub num. 45. ad finem versic. tamen salua meliori sententia, de foro competen. Seraphin. decis. 1278. num. 4. Mantic. decis. 361. & 362. Rota decis. 207. sub num. 5. ad finem, vers. quæ quidem Dominis placebant, part. 2. diuers.*

At hinc minimè constat, solui ipsam Diœcesim,
nimis enim hæc diuersa sunt, vt dixi *in præcedenti*
121 *quæst. ex nu. 8.* & propterea locus † ità exemptus
non solùm adhùc dicitur in diœcesi Episcopi, vt
probat *tex. in cap. graue, vbi Felyn. num. 1. & 2. de off. ordin.* & tradunt alij, quos sequuta est *Rota decis.*

decif.207.num.2.par.2.diuerfo.& decif.324.nu.3.
122 *par.1.in recent.* cùm † non fit poffibile effingere
locum in toto mundo, qui non fit intra fines alicu-
ius diœcefis, inquit *Felyn.loco proximè citato pau-*
loante, num.3. verf. immò videtur, quod non fit.
123 Sed † etiam dicitur de diœcefi, vt probat *tex.in*
præallegat.cap. Cum Epifcopus, de off ord.in 6.vbi
Geminian.num.3.& Franch.num.2. Cardina. in
Clem.2.§. fimili modo, num.40.& Vital.num.41.
& 42. de priuileg. Felyn. in præalleg. cap. graue,
num.2.& 3. Gonzal.ad regul.de menfib. glof.43.
num.188. & refpondit etiam Rota *decif.156.nu.6.*
part. 1. in recentior. Quicquid alij alitèr dixe-
rint, confundentes hunc exemptionis gradum cum
fequenti, quorum ideò affumptum non poteft fufti-
neri, nifi intelligantur impropriè loquuti, & per
124 quandam † æquiparationem, *Felyn. in præcitat.*
125 *cap.graue, num.2.ad finem*, vfurpando † diœcefim
pro Iurifdictione cõtentiofa ipfius diœcefis, vt be-
nè declarat *Rolan.cõf.33.n.45.lib.3.* quẽ probauit
Rota in præallegata decif.324.n.7.par.1.in recẽt.

Fuit enim nonnullis facillimum, ob vicinita-
tem terminorum, æquiuocare in hac materia,
adeò vt è conuerfo aliqui exiftimantes, idem effe
Territorium quod Diœcefis, indiftinctè pronũcia-
126 uerint, locum exemptum † æquiparari loco fito
extra Territorium, vt loquitur *Surd. decif. 129.*
num. 17. & poft eum *Pomeran. de Iurifd. lib. 2.*
par. prima cap.7.num.63. ac denique *Rota d.de-*
127 *cif.324.num. 7.* quod relatum † ad Exemptionem
fimplicem, fuftineri quidem poteft, àt minimè re-
fpectu Exemptionis plenæ, vt fuprà vifum eft: nam
vbi datur ifta plena Exemptio, Prælatus inferior,
feù locus, femper habebit proprium Territorium,
& in eo folidam ordinariam Iurifdictionem, dice-
turquè ipfe merus, ac proprius Ordinarius, vt fu-
prà etiam oftendi.

Circa verò poftremum gradum, qui alijs præe-
minet, & per quem foluitur etiam ipfa diœcefis, eft
128 aduertendum, aliud effe † folui Diœcefim, & longè
aliud folui illius fines: illud enim eft poffibile, fe-
129 cundum verò eft impoffibile, cùm † nequeat con-
ftitui locus qui non fit in aliqua diœcefi, proùt di-
cebat *Fel. loco fup. allegato*, & hoc exprefsè fentit
130 *Conc. feff.23.cap.10.* vbi vult † fuppofito ftatu nul-
lius diœcefis, munus concedendi literas dimiffo-
rias pro ordinandis Clericis fecularibus, penitùs
fpectare ad Epifcopos, intra quorum Diœcefis fi-
nes exiftunt, atque ita datur compatibilitas ftatus
nullius Diœcefis cũ integritate, & illabefactatione
finium Epifcopalis Diœcefis. Gradus ergo hic non
petit fines, quod eft impoffibile, fed petit corpus,
(vt ita dicam) Diœcefis, quod cùm poffibile fit, vi-
dendum eft fimplicitèr, quomodò contingat: cuius
tamen rei demonftratio paucis concluditur: vide-
131 licèt † cùm locus ipfe nedùm eximitur à fubie-
ctione, fed etiàm ab ipfa fituatione, atque denomi-
natione, adeò quòd vlteriùs nequeat dici fitus in
diœcefi, ità clarè docuit *Vital in clem.2.num.44.*
de priuileg. quem fequuta fuit *Rota in recentior.*
par.1.d.decif.324 nu.4.
132 Et propterèa, nifi † facta fit hæc feparatio, Præ-
latus exempti nõ poteft dici Diœcefanus propriè,
nàm quod ait *glof. in Clem.1.§.volumus, in verb.*
diæcefanis, de for. compet. Prælatum loci exempti
habentem quafi Epifcopalem, eatenùs poffe dici
Diœcefanum, quatenus Epifcopus in eodem terri-
torio nullam poteft exercere Iurifdictionem, quam
gloff. ibi fequitur Card. fub num. 2. verf. quarto
quæro, & Imol. num.38. Abb. num. 17. cum alijs
quos retulit *Rota d. decif. 324. fub num. 1. ad fi-*
nem, verf. ideoque, aliàs fecùs, intelligenda eft de
133 acceptione † Diœcefis, impropriè fumpta pro ipfa
Iurifdictione ordinaria in loco, vt exprefsè ibi de-
134 clarat *Vitalin. num. 4.* propriè verò † inferiores
ab Epifcopo, tametfi propter ordinariam Iurifdi-
ctionem, quam habent, poffint dici Ordinarij, vt
fuprà dictum eft, tamèn non poffunt hac ratione
dici Diœcefani, vt elegantèr docet *Zabarell. in*
Clem. 1. paulo ante num.12. in 8. quæft. verf. in-
feriores autem, de fupplen. neglig. Prælat. Nequè
ad iftum effectum illis fubferuit Iurifdictio quafi
135 Epifcopalis, cui confequitur folutio Territorij, † nã
quafi Epifcopalis Iurifdictio folutiua Territorij eft
Iurifdictio contentiofa, quæ fi priuatinè ad Epifco-
pum eft conceffa, fufficit, vt ius terrendi, & fubmo-
uendi non habeat, quod eft propriè territoriale,
vt in præcedenti *quæft.* expofuimus, at non fufficit
ad tollendum ius diœcefanum, ideft folidæ admi-
niftrationis, cuius potiffima pars pendet ab Or-
dine, & cuius effectus eft Confecratio; vndè nifi fa-
cultas hæc confecrandi refundatur in inferiorem,
prout contingit, quandò Papa feparat locum ab ipfa
Diœcefi, & eius fitu, dicitur quidem Iurifdictio
Epifcopalis conftituta in inferiori Prælato, àt non
folida, & in vniuerfum, fed quoad aliqua, & fic eft
mutila, & mãca, quod agnouit *Vitali.in ea.clem.1.*
n. 38. de reb. Eccl. non alien. Nequè integra ma-
136 nente Diœcefi, Papa † de poteftate alia quàm fu-
prema, & extraordinaria poffet facultatẽ hanc in-
feriori ab Epifcopo concedere, cum ità cenfeatur
Ordo, & ipfa Epifcopalis dignitas contemni, vt op-
timè aduertit *Bellame. conf.20.nu.19.& 20.*

Vndè, cùm vox ifta propriè, & impropriè fumi
poffit, non eft in hac materia recedendum à theo-
137 rica Abbatis, vt fi mandetur † aliquid, quod perti-
neat ad officium fimplicis Iudicis, appellatione
Diœcefani, veniat etiam habens Iurifdictionem
quafi Epifcopalem in loco exempto, fi verò man-
detur, quod magis pertineat ad officium Epifcopi,
veniat dumtaxàt Epifcopus, ità ille in *cap. Ioan-*
nes, fub num.2. verf. fed concorda de teftam. quod
pertinet ad interpretationem quamplurium Ca-
nonum, præcipuè S. Concilij.

Vt propterea in his controuerfijs de exemptio-
nibus, qui partes Epifcoporum promouent, id
primum ftatui curent, an locus fit intra fines Diœ-
cefis.

Qua in re femper duo principalitèr funt ponen-
da, ex quibus probatio fine vlla æquiuocatione
procedat.

Primũ eft ftatuere ipfius Diœcefis limites, cir-
138 ca † quod non exigitur probatio plena, & perfe-
cta, fed fufficit præfumptiua, & coniecturalis, adeò
vt fufficiant libri antiqui, necnon Teftes de fama,
quemadmodùm, & adminiculorum concurfus, vt
in

in his proprijs terminis est *text. in cap. Cum causam 13. de Probat.* vbi scribentes omnes, & alij, quos ad omnes species huiusmodi probationum sigillatim ibi collegit *Dominus Barbosa ex nu. 3.* & hanc conclusionem latè exornat *Dec. cons.146. num. 14. & 15. Paris. cons. 27. ex num.13.lib.1. Guido Pap.* qui ponit decem modos probandi cõfines huiusmodi *quæst.193.num.1. Rot. in recent. decis.405.num.8. par.1.* vbi refert, id quoquè priùs decisũ fuisse in causa *Fanen. Iurisd. 18. Maij 1609. coram bo. me. Domino Iusto*, pergitquè eadẽ deci-
139 sio referre, † & explicare modos probandi huiusmodi limites ex antiquissimis enunciatiuis Pontificum, necnòn Episcoporum ipsorum cum adminiculis *ex num. 1. & per tot.* quæ decisio fuit rursùs comprobata *ead. par.1. recen. decis.432.* & vbi pro-
140 bationes † fiunt ex Testibus, sufficiũt Testes de ipsa Diœcesi, vt per *Guido. Pap. ead. quæst.193.n.2.*
141 Alterum est, † firmare locum, seù Ecclesiam de qua agitur, esse intra limites, siuè fines, & in hoc plurimùm est cauendum ab æquiuoco, aliud enim est quid esse intra limites, seù fines, & longè aliud esse in limitibus seù finibus, dicitur autem esse intra limites, vel fines, quod est circũmclusum
142 per eosdem limites, & confines, vndè † demonstrata huiusmodi circũmclusione, aut per Testes, aut etiàm per Typos, siuè Mappas, iustificatio existentiæ intrà fines remanet clara, & indubitata, iuxta conclusionem, quam amplissimè firmat *Dec. in præallegat. cons.146. ex num.14. Aym. consil.54. num. 9. vers. Facit etiam*, quos secuta est *Rota in præallegat decis.405.num 1.par.1. in recent.* vbi
143 fuit † delatum non solùm Mappæ desuper confectæ, sed alijs quoquè vulgò impressis.
144 In finibus autèm † seù limitibus illud dicitur, quod est positum in ipso confini, seù limite, adeò quod non appareat conclusum intra ipsos limites, seù fines, proindequè istud non potest dici de Ter-
145 ritorio, siuè Diœcesi, quià de Territorio, † vel Diœcesi id dumtaxat est, quod Territorium, vel Diœcesis tenet intra se, vt loquitur Vlpianus *in l. fundi 18. in primis verbis ae Actionibus empt.* & sic probatio semper remanet æquiuoca, quià posita
146 in limite, † vel fini magis videntur vicinia quàm confinia, vt dicit *text. in l. sed & loci §. vlt. versic.*
147 *Hoc Iudicium ff. fin. regund.* & propterea † in venditione rei non includitur id, quod datur pro confini, *Alex. cons.201. sub num.2. vers. Nec obstat etiam Instrumentum lib.2.* & hoc est, quod passim
148 tradunt Doctores, confines † non includi Territorio, *Calcane. cons.90. nu.10. vers. & sic nedum*, *Corn. cons.53. in vlt. volum. sub lit. H. vers. Nec etiam obstat vol.2.*

Vndè pro remouenda æquiuocatione, si tractatur de hoc probando per Instrumenta, in quibus assignentur confinia, ponderanda sunt verba, qualitèr videlicet an sint concepta per modũ includẽdi, id quod ponitur pro limite, vel fini, quæ enim assi-
149 gnantur † per dictionem *in* cum ablatiuo, censentur inclusa, secundùm *Bartol. in l. Gallus §. Ille casus num. 1. de liber. & posthum.* sed, & ea, quæ assignantur per accusatiuum, *vt in eodem §.* declarant *Alexand. num. 15. & Ias. num. 21.* quos secuta fuit *Rota* in casu, quo dictum fuerat vsquè in littora maris, *decis. 683 n.5. par.1. in recent.*

Si verò tractetur de hoc probando per Testes, opus est, quod ij optimè distinguant Territorium
150 à Territorio per suos certos limites; & † locum de quo agitur, sine aliqua ambage deponant esse in
151 tali Territorio, seù Diœcesi, verba † enim Testis, si quo modo dubia sunt, semper interpretantur contrà producentem, *ex reg. cap. In præsentia de probat. Alex. cons.122. num.5. lib.2.* & ità censuit *Rota in præallegat. decis.509. nu.11. ad fin. par.1. in re-*
152 *centior.* vbi ex hoc solùm, quod Testes † non fuerint ausi, affirmare locum esse intrà fines, Rota sumpsit argumentum probationis in contrarium.

Et quocunque in casu semper est proferenda as-
153 signatio determinata, quia in † materia probatoria nusquàm indefinita oratio æquipollet vniuersali, *vt post Decium in cons.146 num.15. Aymon. cons.33. num.16. Cas. de Graff. decis.32. num.3.* censuit Rota eadem *decis. 509. sub num.5. versic.*
154 *Vltra quod cum ista verba*, vbi etiam, † quod quotiescunquè adest determinatio, in tantum cõcessio restringitur ad determinata, vt nullo modo veniãt adiacentia, per *text. in l. si quando C. de bon. vacant. lib.10.* & tradita per *Roman. cons.544. nu.3. & 4.* vt ibi, *num.2. & 6.*

Quod autẽ diximus in præcedenti quæstione, & in hac etiam inferiùs de nouo firmabimus; Exemptionem pendere ab auctoritate Sedis Aposto-
155 licæ, multò fortiùs sibi locum † vindicat in hoc genere exemptionis constitutiuo noui territorij, vel Diœcesis, id enim soli priuilegio, & ei quidem speciali Summi Pontificis attribui potest, vt docuit *Hostien. in cap. cum conting at, num.1. & 4. de for. compet.* quem ibi omnes sequuti sunt, præcipuè *Io. Andr. sub num.4. vers. alij dicunt, Butr. sub nu.2. vers. si quæritur an habeat territorium, Abb. num.18. & Bellamer. sub num.15. vers. factum certum est, Rota in recent. decis. 324. num. 2. par. 1.*
156 Ratio est, qui † cum soli Papæ concessa sit facultas assignãdi, & limitandi Diœceses, *can. 1. cum tr. b. seqq. 80. distinct.* & latissimè demonstrauimus suprà *quæst.11.* negotium istud maius est, quàm
157 vt † possit per Episcopos absolui, sine Papæ consensu, *can. bute sols 17. distinctio.*
158 An autèm id præscribi possit, † intricatioris veriùs ex Doctorum nostrorum dissidio, quàm altioris est controuersiæ, & propterea cum materia sit non minùs vtilis, quàm frequens, tria hæc distinctè veniunt explicanda.

Primum, an Iurisdictio ipsa Episcopalis possit per inferiorem aliquem præscribi; Secundum, an possit præscribi status nullius diœcesis, & Tertium, an vice versa Episcopus possit præscribere contra exemptum, exercendo in eum suam ordinariam Iurisdictionem.

Et quod attinet ad primum articulum, videtur
159 negatiuè respondendum, cum quæ † non sunt concessibilia, eadem nec sint præscriptibilia, *l. comperit C. de præscript. 30. vel 40. ann. Bellam. cons.27. nu.2. Menoch. cons.90. num.79. vers. ità è contrà.*
160 Hincquè dicimus, inalienabilia † non posse præscribi

scribi, cum nihil sit aliud præscriptio, quàm alienationis species, vt arguit idem *Menoch. conf. 825. num. 54. & 55.*

161 Contrarium tamèn prorsus † tenendum est, per *tex. in cap. cum personæ, §. si autèm de priuil. in 6. Calder. de præscript. consil. 2. per tot. Rot. decis. 145.*

162 *num. 5. par. 2. diuers.* Aequè enim † præscriptio, ac priuilegium dat Ordinarium, inquit *Abb. in cap. graue num. 7. vers. item præscriptio de off. Ordin.*

Neque obstat argumentatio in contrarium, ab inconcessibilitate, nàm ea minùs concludens est, tùm quià etiam quod admittatur ista inconcessibilitas ex potestate Episcopi, datur tamèn possibi-

163 litas ex potestate Papæ, tùm quià † multa potest Præscriptio, quæ non potest pactio, velùti maiori innixa Iuris fomento, vt ità respondit *Oldrad. consil. 172. sub num. 8. vers. & dato, quod sit verum.*

164 Et propterea non est tuta illatio † ab effectu consensus expressi Episcopi, ad effectum consensus taciti, quandò agitur de iustificatione ipsius præscriptionis, vt aduertit *Bellam. conf. 10. sub nu. 29. vers. sed certè ista ratio.*

Veruntamèn, cùm ad effectum vt intret huiusmodi præscriptio, requiratur Titulus, saltim putatiuus qui licèt inualidus, tamèn sit adæquatus, & aptus translationi, vt inferiùs dicetur; difficultas

165 stat, an sufficiat † Titulus habitus ab ipsomet Episcopo; & cum in præcedenti quæstione firmauerimus, Episcopum nullo modo posse aliquem eximere à sua Iurisdictione, satis tutò videtur posse responderi, Titulum huiusmodi non sufficere, nàm quàmuis *Feder. de Sen. conf. 247. sub num. 1. vers. & quod talis remissio*, videatur sentire, huiusmodi Titulum, tamètsi iniustum, dare causam præscribēdi, & eum sequutus fuerit *Menoch. in conf. 90. nu. 63.* tamèn de hoc valdè dubito, cum talis Titu-

166 lus nusquàm possit dici coloratus, † velùti non habitus ab eo, qui dare potuit, *Rebuff. de pacif. possess. nu. 31. Benintend. decis. 23. nu. 4.*

167 Et hæc opinio videtur † tenenda, quià licèt regulari tèr Titulus minùs iustus det causā præscribēdi, hoc intelligitur procedere in materia, cui Ius non resistit, non in materia cuiusmodi est hæc, cui Ius resistit: & ratio diuersitatis est, quià vbi Ius non resistit, satis est, malam fidem abesse, sed in materia, in qua Ius resistit, requiritur positiuè bona fides, nèc sufficit abesse malam fidem, ea verò bona fides nusquàm inducitur ex Iuris errore, vt reprobata sententia *Iacob. de Aren.* docuit *Cyn. in l. si quis emptionis §. 1. sub num. 1. vers. respondeò confiteor C. de præscrip. 30. vel 40. ann.* & latissimè deducit *Felyn. in cap. de quarta num. 35. per tot. de præscrip.* vbi circa finem *in vers. secundò considera*, occurrens tacitæ obiectioni, subiicit, non refragari,

168 quod † prolato iusto Titulo non sit opus præscriptione, quià potest esse inualidus ex errore facti, aut etiam Iuris non supini, sed probabilis, & hanc doctrinam *Felyn.* sequitur *Alex. conf. 44 n. 7. lib. 3.* & in his terminis eam probauit *Rota in vna Baren. Iurisdictionis 20. Maij 1603. coram Reuerendissimo D. Verospio*, quæ legitur impressa apud *Marchesi tom. 1. pag. 1069. num. 6.*

169 Quocircà eo etiàm † casu, vbi admittimus errorem ex Iure dubio, & probabili, necessè est, vt illa dubietas, & probabilitas educatur ex dubietate, & æquiuocatione aliqua facti, itàvt non sit simplex error Iuris, sed mixtus ex errore facti, vt aduertit *Reuerendissimo Dominus Coccinus decis. 295. num. 8.* & pleniùs tradit *bo. me. D. Beltram. ad Gregor. decis. 289. sub num. 26. vers. nisi esset error.*

170 Cum quo temperamento posset † sustineri assumptum *Feder. de Sen. in d. conf. 247.* si videlicet ex aliqua circumstantia facti potuisset quis credere, eximentem habuisse potestatem à Papa, vt in simili de eo, qui à minùs legitimo Pontifice priuilegium obtinuit, credens eum esse legitimum, resoluit Rota apud eundem *Reuerendiss. D. Coccin. d. decis. 295. num. 7.*

Circumscripto autèm hoc casu, non video, quomodò possit Titulus huiusmodi simpliciter habitus ab Episcopo, inducere bonam fidem positiuè, vt ità possit præscribi, etiàmsi ea Exemptio appareret facta cum consensu Capituli, vt enim diximus in superiori quæstione *nu. 39.* talis Exemptio non sumit robur à dicto consensu, nisi in vita ipsius Episcopi eximentis.

171 Neque obstat, quod imò accedente † consensu Capituli, possit Episcopus etiàm in præiudicium successorum eximere aliquam Ecclesiam ab omni Iurisdictione, & conferre Iurisdictionem in aliena eiusdē Ecclesiæ Prælatura, quæ sententia adscribitur *Calder. conf. 5. per tot. de reb. Eccl. non alien.*

172 qui *sub num. 1.* videtur firmare, hoc casu † tractari de leui præiudicio Episcopi, quià nihilominùs apud eum remaneat omnis potestas, & Iurisdictio Episcopalis in alijs Ecclesijs, & personis suæ Ciuitatis, & diœcesis, vt *ad fin. 1. col. in vers. quod leue sit damnum*, quam pariter sub hac distinctione sequutus est *Dec. conf. 152. sub num. 3. vers. non obstat ergò*, & sub hac etiàm distinctione videtur transire *Rota in recent. decis. 382. sub nu. 3. par. 2.* & clariùs *decis. 447. nu. 1. par. 1.*

173 Nàm hæc opinio non videtur admittenda, non solùm † sub ea distinctione, an retineatur Ius visitandi, corrigendi, & exigendi Procurationem, quæ educitur ex *Feder. conf. 111. nu. 2.* quibus alij addunt Cathedraticum, Reuerentiam, charitatiuum Subsidium, Institutionem auctorizabilem, & omnia ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis, prout post multos, quos citat, explicat *Erasm. à Cock. in sæpè citat. tract. de Iurisd. ord. in exempt. par. 1. quæst. 3. ex num. 4.*

174 Sed etiàm simpliciter, quantumcùnque † supponatur concessa huiusmodi Exemptio ante Paulinam, quæ emanauit Kalend. Mar. Anno Incarnationis 1468. in *extrauag. vn. de reb. Eccl non alien.* cū in effectu ista *extrauag.* loquatur de stabilibus, & mobilibus pretiosis, non autèm de Iurisdictione Episcopali, alia, & longè diuersa ratione distrahi prohibita; vt hinc euitetur ratio considerata in *d. decis. 447. nu. 2. par. 1. in recent.* Etenim † Epi-

175 scopus non ex eo solùm prohibetur Iurisdictionem Episcopalem minuere, quià contra Edictum de *reb. eccl. non alien.* sed quià Episcopus quam habet Ordinariam Iurisdictionem, illam habet Iure Magistratus,

176 ſtratus, & ſic à Principe, qui ſolus † hodiè Magiſtratus creat, *l. vn ff. ad l. Iul. de ambit. & l. quidam conſul ebat, ff. de re iud.* ac proindè non poteſt de ea aliquid minuere vltra vitam, & in ſui præiudicium,
177 dicium, Tùm quod talis Iuriſdictio † ſit Iuris publici, cuius eſt Magiſtratus ipſe, *l. 1. §. publicum Ius de Iuſt. & Iur. can. Ius publicum diſt.* 1. &
178 ſic † extra omne commercium, *cap. ſi diligenti, vbi glo. in verb pacto priuatorum, de for. compet.* quæ in effectu eſt ratio, quam perpendit *gloſ. in can. 1. in verb. tradita verſ. dico quod non 16 quæſt.*
179 2. vbi † quod ſi id permittatur Epiſcopo, iàm hinc aperiatur via multiplicandi Ordinarios in vna diœceſi, & ſic paulatim eneruandi totam Iuriſdictio-
180 nem Epiſcopalem. Tùm quià in † materia Iuriſdictionis, nihil ſtatui poſſit in præiudicium ſucceſſorum, vèl eius, ad quem ipſa Iuriſdictio mortuo eo qui eſt in Magiſtratu, tanquàm ad fontē ſuū reuoluitur, iuxtà latè tradita per *Molin. de Iur. primogen. lib. 1. cap. 25. ſub num. 12. verſ. quamuis autem, & nu. 13.* & per *Mastrill. de magiſtr. lib. 4. cap. 17. ex num. 16.* & hanc rationem in indiuiduo iſtius articuli ponderat *Io. Andr. in cap. Cum venerabilis ſub nu. 7. circa med. verſ. Item Iuriſdictio Epiſcopalis, & verſ. item Epiſcopus non poteſt facere exemptiones, de cenſib.* quem ſequutus etiam fuit *Calder. conſ. 12. verſ. tamèn per hanc vnionem, de cenſib.* & ſecundum eam reſpondit *Rota deciſ. 714. num. 2. par. 4. in recent.*

Minùs autèm verè cōtraria ſentētia adſcribitur
181 *Cald. d. conſ. 5. de reb. Eccl. nō alien* quià † nèc illud eſt cōſiliū Calderini, ſed cuiuſdā Franciſci de Borſa, vt apparet ex illius ſubſcriptione, neque credēdum eſt, Calderinū talis Auctoris vnquàm approbaſſe ſententiam, cùm ipſe contrarium tenuerit in *conſ. 10.* & ratio illa, qua motus fuit *d. Franc. de Borſa*, nimis eſſet ipſo Calderino indigna, videlicet
182 quod † modicum præiudicium fiat Epiſcopo, vèl Dignitati Epiſcopali, ſi ſoluatur eius Iuriſdictio ordinaria in aliqua Eccleſia de ſua Diœceſi; nàm vltra quod neque id concluderet ad poteſtatem, cuius defectus, in Epiſcopo tanquàm in Magiſtratu eſt patētiſſimus, vt ſuprà doctum fuit, eſt etiàm erroneum in ſe, quià imò iſtud eſt præiudicialiſſimum,
183 non ſolùm ratione ſubiecti, cum Iuriſdictio † ſit inæſtimabilis, & propterea non poſſit diſtrahi inconſulto Principe, à quo profluit, vt benè docet *Bald. in tit. de allod. in vſib. feud. num. 2. & 3.*
184 verùm etiàm ratione † cuiuſdam indecentiæ, & perpetui dedecoris, tàm Epiſcopi, quàm eius mēſæ, ob imminutam Dignitatis ſuæ Maieſtatem, ex quo in ſua propria Diœceſi patitur Eccleſiam, in qua non habet Ius Epiſcopale, quod certè illi eſt valdè præiudiciale, & oneroſum, vt punctualitèr dicit *Feder. de Sen conſ. 247. num. 2.*

Et ſanè ex toto eo diſcurſu Franciſci de Borſa apparet, eum non attigiſſe rationem iſtius defectus
185 poteſtatis in Epiſcopo, & ſic deridenda † ſunt, quæ conſtituit ipſe ſine aliqua ſolida ratione, *can. Ego ſolis diſt. 9. Bal. in l. reſpublica, num. 2. verſ. non obſtat hæc gloſ. C. ex quib. cau. maio.* latiſſimè *Iaſ. conſ. 89. num. 22. lib. 3.* cum alijs per *Surd. conſ. 90. nu. 35.* quibus addi poſſunt, *Card. conſ. 76. ſub num. 1. verſ. fateor autèm, Fel. in cap. 1. n. 54. ad fin. de conſtit. & Lambert. de Iur. patro. lib. 1. par. 1. quæſt. 9. art. 3. num. 25.*

Nequè dicatur, ſubuerti hanc quoquè noſtram
186 rationem, ex eo, quòd † Epiſcopus etiam quatenus eſt Magiſtratus, habeat Iuriſdictionem ordinariam à Canone, vt cēſuit *Innoc. in cap. eum ab Eccleſiarum, num. 4. de off. Ord.* quià hoc quidem conceditur, ſed à Canone, ideſt, à lege ipſius Papæ,
187 & propterea nihil refert † ad hunc effectum, quod Papa ipſe immediatè creet Magiſtratum, vel creatum cōfirmet, vel deniquè creandi poteſtatem alicui conferat, cùm ſemper ab eo Iuriſdictio profluat, vt pulchrè explicat *Bald. in d. tit. de allod.*
188 *num. 3.* nemo enim † ſanæ mentis dixerit, Epiſcopis eſſe Iuriſdictionem immediatè à Deo, aut ex Iure Diuino, ſiquidèm illi eſt immediatè à Summo Pontifice, vt docet *Suarez in elyp. fid. Cathol. lib. 4. cap. 11. num. 11.*

Et ſicuti præmiſſa erronea ſententia malè imponitur *Calderin.* ità etiàm non ſatis æquè adſcribitur *Feder. in conſ. 111. ſub nu. 3. ad fin. verſ. nam cum in tali exemptione*, qui aliàs poſſet ſibi videri
189 contrarius in *d. conſ. 247. n. 2.* & ſic nullius † ponderis, *l. vbi repugnantia, 149 de reg. Iur. Neuiz. conſ. 30. num. 2. Iaſ. in ſupracit. conſ. 89. num. 23. lib. 3. Franc. Becc. conſ. 108. num. 35. Surd. in præalleg. conſ. 90. num. 36.*

Nàm Federicus volens in caſu ſuo, ex pluribus fundamentis, demonſtrare Exemptionem fuiſſe nullam, illud etiàm & principalitèr intulit, quòd per eam fuerit alienatum Ius Epiſcopale, ſine conſenſu Capituli, ſed hinc nō ſequitur, ipſum cēſuiſſe, ſi acceſſiſſet talis conſenſus, Exemptionem fuiſſe validam in præiudicium ſucceſſorum, minimè enim
190 licet in † dictis Doctorum argumentari à contrario ſenſu, *Alexand. d. conſ. 26. num. 6. ad fin. verſ. nec debet. lib. 1. Gomez. deciſ. 8. ad fi.* & ſi benè perpendatur Federicus *in præcitato conſ. 111.* totum contrarium dicit, vt eſt videre *ſub n. 4.* ibi *niſi ac-*
191 *cedat † confirmatio Papæ*, quod etiàm voluit *gloſ. in ſupradicto can. 1. 16. quæſt. 2. in verb. tradita, verſ. ſi obyeis*; Et ſanè conſtat, *tex. in cap. 2. & 3. & in cap. tua de his, quæ fi. à Præl. ſin. conſ. cap.* non tractare de alienatione, vel diminutione in aliqua parte ipſius Iuriſdictionis, ſed de alienatione ſtabilium, vel mobilium pretioſiorum Eccleſiæ tantùm.

Vndè *Rota in d. deciſ. 447.* non confiſa huic fundamento, quod tamèn afferebatur ad effectum ſimplicis manutētionis, tranſiuit ad aliud, quod ob
192 temporis † antiquitatem, innēta obſeruantia præſumeretur confirmatio Apoſtolica, *iuxta Anchar. conſ. 136. nu. 2. Gabr. conſ. 80. n. 18. lib. 2.* cum alijs per *Gonzal. ad reg. de menſ. glo. 12. in princip. ex*
193 *n. 76.* etiamſi non fuerit † tale beneplacitum enunciatum, *Felyn. in cap. Albericus num. 4 de teſtib. Gonzal. ibid. num. 77.* cum pluribus adductis per *Seraph.* qui teſtatur de communi *deciſ. 1042. n. 3.* & alijs cumulatis per *bo. me. D. Oliuerii Beltram. ad Gregor. deciſ. 343. num. 5.* qui latiùs hoc explicat *ad deciſ. 354. num. 18.*

Quod tamèn fundamentum reſpectu cauſarum crimi-

criminalium, & matrimonialium, postmodùm fuit reiectum, stante decreto *Sacri Tridentin. Concil. sess. 24. cap. 20. ad hac de reformat.* licèt enim causæ huiusmodi † ob sui grauitatem non tantùm
194 ad Iurisdictionem Episcopi, quantùm ad illius dignitatem pertineant, *cap. accedentibus de excess.*
195 *Prælato.* Nihilominùs † earum cognitio est de sui natura præscriptibilis per Prælatum inferiorem, etiàm Regularem, vt contra *Host.* latissimè per eũ *tex.* docuit *Abb. in cap. auditis n. 4. & 6. de prascr.*

Ideoquè Sacrum Concilium, ad Ecclesiasticam disciplinam, ipsamquè Episcopalem dignitatẽ reintegrandam, cùm decerneret, causas huiusmodi per solos Episcopos cognosci debere, sustulit etiàm quamcunquè præscriptionem quadragenariam, & cum titulo, vt ex mente Sacræ Congregationis in ea ipsa causa *Theatina Iurisdictionis de Attissa* respondit *Rota 5. Decembris 1614. coram Reuerendissimo D. Coccino*, in qua licèt fuerit reseruatum, videri de eadem præscriptione, respectu causarum ciuilium, qui articulus adhùc pendet indecisus, credo nihilominùs etiàm in hoc negatiuè respondendum.

Quamuis enim *Conc. ea. sess. 24. cap. 20. in 1. par. eiusdem decreti*, differentèr loquatur de alijs causis pertinentibus ad forum Ecclesiasticum, quàm loquatur de matrimonialibus, & criminalibus, *in §. ad hac*, adeò vt illas subijciat in prima instantia Iudicio Ordinariorum locorum simplicitèr, nèc sit
196 dubitandum † in materia adaptabili, appellatione Ordinariorum venire nedùm Episcopos, sed etiàm Prælatos inferiores, *Gemin. in cap. Ordinarij nu. 5. de off. Ord. in 6.* & respondit *Rota decis. 798. nu. 3. par. 4. in recent.* & dictum est suprà *num. 102.* tamèn semper incurret eadem difficultas, an ità Exẽ-
197 ptus † ex concessione Episcopi, possit dici Ordinarius, cum ordinaria Iurisdictio semèl constituta in persona Episcopi, tanquàm in Magistratu, non potuerit per eum mandari, & constitui in alio inferiori independentèr; Quatenùs verò admittamus, eam constitui potuisse dependentèr, illa certè non erit ordinaria, *l. more de Iurisd. omn. Iud. Card. in Clem. 2. n. 2. de stat. Monach.* & in consequens nèc is inferior, poterit dici Ordinarius in hac controuersia, quià relato termino ad Iurisdictionis exer-
198 citium, ille † solus dicitur Ordinarius, qui habet Iurisdictionem Ordinariam, *Gemin. in cap. 2. nu. 3. de constit. in 6. Paris. de resign lib. 3. quast. 11 n. 18. & 19.* qui alios allegat.

Supposito autèm iusto titulo, non solùm poterit præscribi exemptio respectu Iurisdictionis, sed etiam
199 respectu Obedientiæ, licèt † enim ea videatur imprescriptibilis, *cap. cũ nõ liceat de præscrip.* etiàm per annos innumeros, vt ibi notant *Cuiac.* tamèn
200 id intelligitur, quandò præscriptio est intensa † ad destructionem ipsius Obedientiæ, vt videlicèt præscribens nemini præster Obeditẽiam, & remaneat Accephalus, secùs verò si intensa sit ad conseruationẽ eiusdem Obediẽtiæ in alio, qui vtatur in ipsum præscribentẽ Iurisdictione, & Imperio, hoc enim casu magis videtur præscribere libertatem ab Ordinario, quàm Obediẽtiã, vt pulchrè deducit *Oldr. cons. 254. n. 1. & 2.* & hoc idem docuerunt *Innoc. in c. cũ olim sub n. 2 vers. sed respondeo* & *Host. it dẽ sub n. 2. vers. hoc autẽ quod nõ obediat, de prascr.*

201 Hinc, quod passim traditur † Ecclesias seculares posse subijci pleno Iure Prælatis Regularibus, non solùm per priuilegiũ Summi Põtificis, sed etiã per præscriptionem, intelligendo subiectionẽ hanc pleno Iure tùnc fieri, quandò Episcopus nullũ Ius Episcopale in illis exercet, sed vtraq; lege subijciuntur Abbati, nimirũ diœcesana, & Iurisdictionis, vt omniũ meliùs explicar *Abb. in praalleg. c. auditis n. 4.*
202 *de prascrip.* intelligẽdum est, quandò † præscribẽs, præscribit Ius illud Episcopale, non actiuè in se, quasi illud sibi vindicãdo, sed passiuè in se, & actiuè in Papa, vt ei soli subsit cũ mero, & mixto Imperio, proùt auctoritate *Oldr. loco proximè citato*, docuit *Fel. in cap. cum contingat sub n. 6 vers. secundò limitat de for. comp.* Nisi subiectio supradicta, de qua loquitur *Abb.* intelligatur de subiectione constitutiua particularis Territorij, de qua mòx dicetur.

203 Enimverò, si alteri inferiori à Papa † subijceretur iste sic præscribens, iàm effectus præscriptionis restringeretur ad potestatem cumulatiuam cum Episcopo, non autèm extenderetur ad priuatiuam, hoc enim prorsus est impossibile, vt videlicèt integro manente Territorio Episcopi, cui cohæret Iurisdictio, inferior aliquis possit præscribere Iurisdictionẽ, priuatiuè ad ipsum Episcopum, qui semper eã in habitu habet, & retinet inabdicabiliter, *Abb. in cap. cum contingat sub nu. 18. per tot.* præcipuè *in vers. si autèm vult quarere, & n. 19. de for. compet.* & hanc opinionem sequuta est etiàm *Rota de-*
204 *cis. 324. num. 12. par. 1. in recent.* nisi † tamèn daretur terminus habilis ex titulo colorato, videlicèr, qui, si forer verus, solus sufficeret ad transferendã hanc Iurisdictionem de Episcopo in inferiorem, vel etiàm ex prohibitione, cum successiua acquiescentia, vt declarat *Abb. in cap. Pastoralis n. 7. ad fin. de off. Ord.* sic enim accipere debemus, quod ipse
205 alibi † docuit, videlicèt in dubio censeri præscriptã Iurisdictionẽ priuatiuè, vt per eum *in cap. Irrefragabili sub n. 1. vers. item nota, quod in dubio, eo. tit. de off. Ord* quod etiàm sensit *Cald. cõs. 2. de prascr.*

206 Quod attinet † ad secundum, breuitèr est dicẽdũ, eadẽ ratione posse præscribi partẽ Territorij, vt docuit *Abb. in d. cap. auditis n. 7. de prascrip.* vbi per literam eius *tex* reprobat contrarium sententiam, quam ibi visus est tenere *Hostien. in cap. eum contingat n. 1. de for comp.* sed immeritò, nàm *Ho-*
207 *stien.* ait, † consuetudine posse induci, quod inferior ab Episcopo, valeat dici habere territoriũ, sic, vt in eadem Ciuitate, vel Diœcesi sint in solidũ duo capita, quasi monstrũ, & in hoc sensu idem *Host. in*
208 *cap. literas sub n. 1. de rest. spol.* negat. † posse induci, vt inferior ab Episcopo sine illius delegatione, aut sine speciali priuilegio possit cognoscere causas matrimoniales, & in vtroque dicto non repugnat præmisso assumpto, quià *Host. in praalleg. cap. cum contingat*, non dubitauit de hoc, videlicèt, an possit, vel secùs præscribi Iurisdictio Episcopalis cum parte Territorij cõtra Episcopum, sed an sic posset præscribi, vt eadem Iurisdictio sit in solidũ, vt hinc videantur duo capita in eodem corpore, quæ ratio non cadit, data separatione Diœcesis, cessat enim

enim tunc monstruositas, cum sint diuisa corpora, & vnumquodque suum habeat caput.

Vt autem procedat præscriptio in hac materia, siuè tractetur de Iurisdictione simplici, siuè de Iurisdictione cum Territorio, duo sunt necessaria, factum videlicet circa vsum, & exercitium Iurisdictionis, & bona fides ex titulo præambulo: Respe-
209 ctu igitur vsus, & exercitij, non † sufficit non vsus Episcopi, & vsus alterius prætendentis, se præscripsisse, nisi constet de contradictione ab initio, indèque sit decursum legitimum tempus ad præscribendum, etiamsi aliàs id constitueretur ab immemorabili, vt benè docet *Innoc. in cap. dilectus, sub nu. 3. in verb. possessorium*, & ibi quoquè *Hostien. sub num. 1. vers. ex prædictis etiam patet, Io. Andr. num. 8. Butr. num. 15. Henric. de Boich num. 11.* & alij passim de *cappell. Monach.* quos sequuta fuit *Rota decis. 491. num. 8. par. 1. in recent.*

210 Eo enim ipso, quòd † Episcopus exercet Iurisdictionē in vna parte diœcesis, effectus illius possessionis se extendit ad omnes alias partes propter contiguitatem, & continuationē, vt præcitati Doctores aiunt, & censuit *Rota d. decis. 491. num. 6.*

211 Vndè inferior, † qui vsus est in aliqua parte Iurisdictione, quantumcunquè animo acquirendi possessionem, nihil prorsùs egisse intelligitur, non data scientia cum acquiescentia ipsius Episcopi eandem Iurisdictionem in alijs partibus exercentis, *l. quãuis saltus 46. de acquir. poss.*

212 Contradictio autem, quę † hoc casu necessaria est, debet esse vèl explicita, vèl implicita, altero de tribus modis, videlicet aut expulsionis, aut non admissionis, aut positiuæ suspicionis repulsæ, iuxta theoricã *Innoc. in cap. conquerente, n. 3. de off. Ord.*

213 Incorporalia enim † non acquiruntur, nisi vèl præstatione, vèl patientia, inquit *Bald. in cap. querelam, num 7. de elect.* à qua patientia licèt absit voluntas, non tamèn abest electio, & tolerantia, *Fel. in d. cap. cum contingat, sub num. 6. vers. ratio, quia patientia, de for. compet.*

214 Respectu autem Tituli, qui † omninò est necessarius, iuxta *glo. in cap. cum persona, in verb. canonicam, de priuil. in 6.* ex quo Ius commune resistit, vt ait *Abb. in præalleg. cap. auditis, sub num. 23. vers. sed alia, quæ sunt Iurisdictionis, de præscript.*
215 & procedit † in omnibus materijs, in quibus adest huiusmodi resistentia, *c. 1. de præscript. in 6. Castr. cons. 116. num. 2. vol. 2.* est aduertendum, quod
216 quamuis † sufficiat titulus putatiuus, & inualidus, iuxta *reg. l. Celsus, de vsucap. cap. de quarta, de præscript. Rota decis. 91. num. 3. in princ. & decis. 324. nu. 8. par. 1. in recent. & par. 2. decis. 662. num. 6. Reuerendiss. D. Coccin. decis. 295. nu. 3.*

217 Tamèn in se debet † esse iustus, idest iusto errore causatus, adeò quod si esset verus, solus ex se sufficeret ad translationem dominij, vt declarat *glos. in d. c. 1. in verb. causam tribuat, de præscript. in 6. Reuerendissimus D. Coccin. d. decis. 295. nu. 4.* Vndè, (quemadmodùm suprà dictum est de titulo habito ab ipsomet Episcopo, in quo non
218 datur huiusmodi potestas) nèc † deseruiret titulus, qui non esset adæquatus materiæ subiectæ, vt putà, qui non sonaret in exemptionem, sed in deputationem in Vicarium, nequè enim tunc videretur sic deputatus aliquid sibi possedisse, & in consequens præscripsisse, *cap. si diligenti*, vbi hoc notat *Io. Andr. nu. 1. de præscript. Castr. d. cons. 116. sub num. 2. vers. tertio propter defectum, lib. 2.* vt
219 de eo, qui † loco Exemptionis produxit vnionem, censuit *Rota apud Verall. decis. 361. num. 2. vers. & licet verum sit cum duobus seqq. par. 2.*

Et quamuis me non lateat, Abbatē *in d. cap. auditis, sub nu. 14. vers. nèc puto, de præscript.* vide-
220 ri † voluisse innuere, pro titulo hoc putatiuo sufficere scientiam, & conniuentiam Episcopi, quasi quod vidẽdo Episcopus, alium (vt ipse loquitur) Iura Episcopalia exercere, animo pusillanimi censeatur suam possessionem deseruisse, & eã in exercentem transtulisse, tamèn loquitur in simplici pos-
221 sessorio, & nihilominùs etiàm in hoc † iudicio, id accipiendū est de illa pusillanimitate, quæ concludat ad suspicionem repulsæ, & ad abdicationem voluntatis possidendi, iuxta *tex. in l. 3. §. si quis nunciet*, & in *l. clàm possidere, §. qui ad nundinas*, vbi notant scribentes, *de acquir. poss.* & declarat *Hostien. in cap. dilectus, sub num. 1. vers. nisi aliter amittat possessionem, de cappell. Monach.* traditquè etiàm *Bellam. cons. 33. num. 55.* & pleniùs id explicatur ex doctrina *Innoc. in c. conquerente, num. 3. de off. Ord.*

222 Adeò vt nèc sufficiat † immemorabilis circa simplicem vsum Iurisdictionis, vt ibi expressè ait *Innoc. & in cap. dilectus, paulò ante num. 3. sup. verb. possessoriũ, vers. imò nèc præscriptio eius temporis, cuius non exstat memoria, currit, de capell. Monach.*

223 Licet enim immemorabilis † hoc casu æquiparetur titulo, *Abb. in d. cap. auditis, sub num. 23.*
224 *vers. & intellige, de præscript.* cum habeat † vim Priuilegij, vbicunque Ius resistit, *glo. in cap. super quibusdam, §. præterea, in verb. non exstat, de verb. signif. Gozad. cons. 8. num. 37. Paris. cons. 27. num. 80. lib. 1.* cum allegatis in causa *Burgen. emolumentorum sigilli, 28. Ianuarij 1591. coram bo.*
225 *me. D. Penia*, faciatquè † præsumi meliorem titulum de mundo, vt vbiquè loquuntur nostri, quos citat *Menoch. cons. 90. num. 65.* etiàm ad hunc ipsum effectum præscriptionis iurisdictionis, vt per eum in *cons. 80. num. 43. & 44.*

Nihilominùs, basis istius immemorabilis alia
226 non est, quàm † quadragenaria de visu, ad quam non potest concludi, nisi probata patientia, & acquiescentia, vt suprà dictum est; remota igitur quadragenaria, non potest tractari de immemorabili, cum tunc deficiat principale eius requisitum, *glo. in d. cap. 1. in verb. memoria, de præscript. in 6. Rota decis. 254. num. 1. ad finem, par. 1. in recent.*

Vndè existimo, doctrinã Abbatis *in d. cap. auditis, sub num. 23.* dùm æquiparat titulum putatiuũ, & effectum immemorabilis, intelligendam esse, quandò immemorabilis est etiam super fama præexistentis tituli, non quandò est simpliciter super
227 possessione, quià † tunc semper erit titulus fictus, qui non videtur attendendus in hac materia odiosa, & præiudiciali, vt punctualiter dixit *Rota decis. 744. nu. 6. & 7. par. 1. diuers.*

Quem-

Quemadmodùm verò sufficeret pro Titulo puta-
tiuo immemorabilis, si probata esset ex supradicta
circumstantia prohibitionis, tanquàm ex certo si-
gno remouente æquiuocum circà animum acqui-
tendi priuatiuè, vel subiectiuè, ità sufficeret pro
228 eodem † Titulo, si cum præscriptione concurreret
Exemptio plena, hæc enim impedit, nè etiam in
casu negligentiæ fiat deuolutio à Prælato exempti
ad Episcopum cui talis Prælatus non est subiectus,
vt benè explicat *glo. in cap. graue, quod est penult. in verb. corrigere de off. Ordin.* quam sequuta est
Rota decis. 716. num. 3. par. 4. in recentior. Seraphin. decis. 1278. num. 4. Quippè per plenam
229 exemptionem, idest nedùm † loci, & personarũ,
sed etiàm Parrochorum, & Parrochianorum, iuxta
terminos *text. in c. per exemptionem de priuileg.*
230 *in 6.* Priuilegium † diffundit Iurisdictionem Prælati
Exempti in Populũ. *Rota decis. 324 nu. 6. par. 1. in recent.* & sic intelligeretur soluisse ex toto Iuris-
dictionem Episcopi, etiàm respectu facultatis sup-
231 plendi negligentiam, *d. decis. 716.* quod est † vnum
ex illis quatuor, in quibus conseruatur Iurisdi-
ctio Episcopi, in habitu tantùm, *Abb. in supradicto cap. cum contingat num. 18. & 19 de for. compet.*
Deniquè quod pertinet ad tertium Articulum
circa facultatem Episcopi in præscribendo contra
exemptum per exercitium suæ Iurisdictionis or-
232 dinariæ; *Feder. de Sen. cons. 14. num. 5.* † consu-
luit, posse exemptum renunciare fauori suo, &
prorogare Iurisdictionem Ordinarij: Cæterùm
233 illius † sententiam condemnat, & eius argumenta
confutat *Abb. in cap. significasti num. 10. & 11. de for. compet.* & ibi etiàm *Socin. num. 42.* cum
pluribus alijs congestis per *Hieron. Cened. canon. quæst. 26. sub n. 9. vers. cogitandũ tamèn.* Vbi ipse
distinguit inter exẽptionem procedentem ab Epi-
scopo, & procedentẽ à Papa, vultquè in illa affir-
matiuam sententiam obtinere, in hac verò negati-
uã: quæ distinctio manifestè confunditur, siue soli
auctoritati innitamur, ex quo *Feder.* loquitur in
terminis Exemptionis procedentis à Papa, nequè
cum diuerso supposito, illum reprehendit *Abb.* siuè
innitamur rationi, cum & in tota præcedenti quæ-
stione, & in hac ipsa suprà *ex num. 171.* latè osten-
derimus, nullo casu Exemptionem ab Episcopo
efficacitèr procedere posse.
Ego crederem, id pendere à distinctione duo-
rum casuum, qui diuersimodè possunt in Exem-
ptione occurrere, siuè ea procedat à Papa, siuè à
legis permissu in limine fundationis: Prior est,
quando vèl Papa, vèl Lex. ex fundationis præscripto
ità exemit, vt locum, vel personas exemptas ipsius
Papæ Iudicio immediatè nõ reseruauerit, sed alium
inferiorem Iudicem ei dederit, vel Conseruato-
234 rem deputauerit (nequè † enim valet illatio ab
exemptione ad subiectionem immediatam ipsi
Papæ, inquit *Butr. in supra allegato cap. cum inter num. 4. ad fin. versic. & erit dare Ecclesiam Exemptam*, quem ibi sequitur *Imol. num. 7. de consuet.*) & hoc † sanè casu proce-
235 dit opinio *Federic. d. cons. 14.* vt Iurisdictio Epi-
scopi prorsus sit prorogabilis, non obstante Papæ
priuilegio super Exẽptione, idquè fauore ordina-
riæ, & naturalis Iurisdictionis, ad quam facilis est
reditus, & ità in his terminis Federicum sequutus
est *Felyn. in cap. cum omnes sub num 8. versic. quarto probatur, & in cap. cum accessissent sub n. 6. vers. ad idem, quod notat de constit. & Ias. in l. si vnus §. pactus, nè peteret nu. 9. de pact.*
236 Nihil enim † est, quin subiectus ex Iure speciali
alicui inferiori ab Ordinario, possit prorogare Iu-
risdictionem ipsius Ordinarij, sine consensu, vèl
scientia illius, cui talis Iurisdictio eo Iure speciali
competit, vt plenè consuluit *Abb. cons. 25. sub n. 1. vers. sed dubium est, numquid hoc procedat in Clerico sine licentia, par. 1.* quem sequutus est *Dec. in cap. 1. in prima lectura nu. 85. de Iudic.* atquè
ità censuit *Rota apud Seraphin. decis. 595. nu. 7.*
237 Et † hoc semper intelligerem respectu illius mo-
mentanei actus, àc præiudicij ipsius prorogantis,
vnde nèc afficeret successores; *Ferret. cons. 102. nu. 18. vers. secùs si tractatur, Seraph. vbi supra vers. & hoc quando non redundat.*
238 Alter est casus, quando quis † ità immediatè su-
bijcitur Papæ, vt ipse solus censeatur Iudex, & Diœ-
cesanus Exempti, iuxta regulam, quam ponit *glos. in cap. auctoritate in verb. Sedis Apostolica, de*
239 *priuileg. in 6. Gemin. cons. 83. num. 8* & hoc † sanè
casu dicendum est, Iurisdictionem Episcopi non
esse prorogabilem ob implicitum præiudicium Se-
dis Apostolicæ, vt extat *text. in cap. 2. §. nos igitur de in integr. rest. in cap. cum tempore de arbitr. & in cap. cum olim il secondo §. nos igitur ext. de priuil.* & ità procedunt ea, quæ scribit *Abb. in cap. significasti num. 10. & 11. de foro competent. Felyn. in cap. P. & G. sub num. 13. vers. & intellige de off. delega. Roderi. de Regul. tom. 1. quæst. 36. art. 5. vers. præterea facit & tom. 2. quæst. 64. artic. 10. per tot.* cum alijs citatis per *Hieronym. Cened can. quæst. 26. sub num 9 vers. cogitandum tamèn,* & tenuit *Rota apud Crescent. decis. vlt. eodem tit. de foro competen. Seraph. decis. 1025. paulò ante num. 16. Aloys. Ricc. decis. 163. num. 6 par. 1. & est tex. ad literam in cap. cum tẽpore extra de arbitr.* quem sic expendit *Faccbin. cons. 55. num. 10. & cons. 56. num. 9. lib. 1.* & est etiam casus *in cap. Abbatem 36. de elect. in 6.* hancquè distinctionem se-
quuta quoquè est Rota apud *Crescen. decis. 325. nu. 23. respondendo, Federic. de Sen. in d. cons. 14.*
240 Fortiùs autèm procederet † hæc negatiua sen-
tentia, si in literis Exemptionis adesset decretum
irritans, *Crescen. d. decis. vlt. num. 2.* Quicquid
241 enim † fit post Exemptionis priuilegium, dicitur
præsumptum contra auctoritatem Papæ eximen-
tis, *can. frater qui in ordine est 52. 16. quæst. 1.* &
242 quidem † eò ipso quod est plumbatum, seù bul-
latũ, quàmuis adhùc non deuenerit ad manus Exẽ-
pti, cùm ex eo tempore, dicatùr auulsa omnis po-
testas ab inferiori, *Hostien. in cap. 1. nu. 13.* quem
ibi sequitur *Ioan. Andr. sub nu. 5. de priuileg. in 6.*
243 adeò † vt si interim inferior, quantumcunquè igna-
rus excommunicaret, vèl interdiceret Exemptum,
Excommunicatio, vel sententia interdicti, esset Iu-
re ipso nulla ex defectu potestatis, *Rota decis. 12. n. 1. ad med. vers. argumento eorũ, quæ dicuntur de Cappellanis Papæ, & Exemptis, de præben. in nou.*

Et licèt respectu exempti possit exemptioni
244 præscribi, tamèn † respectu Papæ eximentis nulla
datur præscriptio, *glo. in cap. dilectus in verb. generetur de Cappell. Monach.* hincquè exemptum
245 semper † posse tueri contra obiectam præscriptionem, dicendo non esse completam contra Papam,
& sic allegando Ius tertij, post longam disputationem concludit *Abb. in cap. ad audientiam sub*
num. 12. vers. in contrarium tamèn de præscript.
& eum sequitur *Felyn.* qui ait, hanc opinionem
tanquàm nouam esse benè notandam *sub num. 17.*
vers. & nota benè; Idemquè repetit *in cap. cum*
olim sub num. 3. vers. & addè quod si exempti eodem titulo cum alijs, quos sequitur *Gened. dict.*
quæst. 26. num. 9. ad finem.

Crederem tamèn aliud dicendum respectu sum-
246 marijssimi possessorij Retinendæ, nàm nisi † cum
Priuilegio concurrat possessio exempti, datur manutentio Episcopo, *cap. cum persona de priuileg. in 6. Rota decis. 491. sub num. 4. vers. respondetur, quod ad euitandum manutentionem par. 1.*
in recent.

247 Quicquid sit, vbi † Episcopus prætenderet manutentionem ex sola assistentia Iuris, quo casu si
priuilegium exemptionis esset clarum, minimè ei
esset concedenda, cum iam hinc illa assistentia redd-
datur euidentissimè turbida, vt est *tex. in præalleg. cap. cum persona, §. quod si tales, de priuil. in 6.*
248 Etenim, † vt Episcopus manuteneatur cõtra priuilegium clarum, debet docere de quasi possessione
per actus positiuos, & non æquiuocos in loco exẽpto, scientibus, & patientibus ipsi exemptis, ex doctrina *Innoc. in cap. auditis in princip. de præscript.*
quam licèt ad alium effectum, probauit *Papien. in forma libelli in confess. in verb. plenam, num. 11.*
quos fuit sequuta *Rota in præcitata Theatina de*
Buelanico.

249 Hæcquè † priuilegij (vt ità loquar) claritudo,
nedùm pendet ex tenore illius claro, & perspicuo,
250 *iux. tex. in cap. porrò de priuileg.* sed etiàm † ex
illius forma, quæ, circumscripto effectu obseruãtiæ, nedùm exigit diem, annum, & alia substantialia, sed etiàm subscriptionem aliquorum Cardinalium, secundùm *Rotam in antiq. de priuil. decis. 1.*

251 Hincquè etiàm fit, † quòd licèt Episcopus contra prohibitionem *can. luminoso 18. quæst. 2. &*
cap. cum Episcopus, vbi glos. in verb. non exempto,
252 *de off. Ordin. in 6.* possit in loco † exempto Tribunal erigere, si consentiat Prælatus loci exempti,
253 *Gemin. cons. 35. nu. 7.* tamèn talis † consensus semper censebitur præstitus per modũ precarij, iuxta
254 terminos *d. tex. in can. luminoso,* procedit † enim
præsumptio cum sua causa, *l. cum in testamento*
255 *de reb. dub.* nec † præiudicabitur exempto, etiàm
si ibi habuerit Episcopus Tribunal per mille annos,
l. voluntaria C. de excusat. tut.

256 Nèc † poterit præsumi consensus Papæ, quià
non admittitur talis præsumptio, ex quo inferior
habet facultatem in hoc consentiendi, & dissentiendi, *Feder. de Sen. cons. 3. sub num. 4. vers. nec*
est verum, quod locus exemptus.

257 Minusquè † cẽsetur Exẽptionibus derogatũ per
derogationes generales; cùm semper obstet Regula de Iure quæsito, *Seraphin. decis. 182. num. 4.*
258 Nequè † enim modicæ est, imò maximæ considerationis Ius istud, cùm plurimum intersit non habere tot Dominos inquit *Felyn. in cap. dilecti sub*
num. 1. vers. quia interest subditorum de maior. &
259 *obed.* magisquè † iuuat esse sub supremo Domino,
quàm sub inferiori; *Rolan.* qui id latè prosequitur *cons. 1. ex num. 37. vol. 1.*

Vt hinc perperàm videatur quæri, an aliquo casu possit Episcopus exercere Iurisdictionem in
260 exemptos, nihil enim † certius constitui potest,
quàm non posse: Vèl enim nondùm est liquidus
exemptionis articulus, & quàmuis dùm liquida-
261 tur, † non impediatur in Episcopo exercitium
Iurisdictionis, iuxta *tex. in d. cap. cum persona de*
priuileg. in 6. tamèn hoc nihil ad rhombum, quià
262 non † procedit tùnc Episcopus tanquàm contra
exemptos, sed tanquàm non exemptos, renetquè
processus mero Iure, ex dispositione *d. cap. cum*
263 *persona ad fin.* nequè in ea cognitione ipse † cẽsetur pars, sed Iudex inter Ecclesiam suam, & prætendentes exemptionem, *Abb. in cap. ad audientiam num. 8. de appell. Surd. cons. 286. num. 18.*

Vèl est liquidus per priuilegium clarum, aut
264 rem iudicatam, & profectò ineptum † est dicere,
Episcopum posse in exemptos Iurisdictionem
suam ordinariam exercere, *l. vlt. vers. idem & si*
ff. de Iurisd. omn. Iud.

265 Nèc † quempiam mouere debet, vèl argumentum libri, vèl longa casuum series, quibus videtur
Episcopum posse Iurisdictionem hanc ordinariam
in Exemptos exercere, quos cumulauit *Erasm. à*
Coek. de Iurisd. ordin. in exempt. par. 2. quæst. 45.
quià casuum huiusmodi maior pars supponit non
Exemptionem, idest obiectam Exemptionem non
attingere casum propositum; vt enim suprà dixi,
266 nihil est, posse aliquem † pro parte eximi à potestate alicuius, & pro parte non, *Gemin. in cap. si*
Papa §. idem num. 2. & 3. de priuileg. in 6.

Alia verò pars eorundem casuum, respicit Potestatem delegatam, quam in plurimis casibus habet
Episcopus tanquàm delegatus à Sede Apostolica;
nequè verò istæ Potestates sunt confundendæ, nàm
267 cùm † Episcopus exercet Iurisdictionem ordinariam, facit actum cõtrarium priuilegio exemptionis, & sic supra suam potestatem perperàm effer-
268 tur, *d. l. vlt. de Iurisd. omn. Iud.* quãdo † verò exercet delegatam, potiùs præseruat, & conseruat exẽpto tale priuilegium, cum vtatur Iurisdictione
mandantis, *l. 1. §. qui mandatam ff. de off. eius cui*
mand. est Iurisd.

269 Propterea dùm † supponitur Priuilegium clarũ,
quià si actus proponatur gestus Iure proprio, foret nullus, sic illum interpretamur, vt in dubio censeatur factus Iure alieno, quo validè fieri potuit,
l. quoties de reb. dub. Aym. cons. 322. sub num. 3.
vers. sed magis in terminis; atquè ità respondit
Rota, me scribente, in præallegata causa *Theatina*
siuè nullius Iurisdictionis de Buelanico 23. Iunij 1614. coram Reuerendissimo Domino Coccino.

270 Nequè † Regula hæc inflectitur ex causa excessus, quatenùs exemptus abutatur suo priuilegio;
nàm licèt hoc casu possit Ordinarius reprimere
illius

illius impetum, declarando super articulo talis abusus, vt post *Laurent.* latè disputat, & concludit *Card. in Clemen. 1. num. 16. per tot. de off. Ordin.*
271 tamen † id intelligitur, si talis abusus sit notorius,
272 & sic explicat *ibi Card.* quo casu † nihil determinat contra exemptum, tanquàm exemptum, sed tanquàm non exemptum; quatenùs enim exemptus abutitur sua Exemptione, in eo quod illa abutitur, & fines suos excedit, non dicitur Exemptus, & propterea si ob talem excessum esset dictus Exēptus priuandus, non potest ipse Episcopus eum contra tenorem priuilegij priuare, sed si de fuga suspicetur, potest tantùm illum vincere, & ità vinctum transmittere ad Iudicem suum, *Abb. in cap. vlt. num. 17.* & ibi etiam *Felyn num. 7. de foro cōpet. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 20. num. 25. & cap. 15. num. 8. Cened. can. quæst. 26. num. 31.* adeò vt hoc casu omninò illæsum remancat priuilegium.

273 Sic etiam † vbi procedit ad exhumationem, Excommunicati intra Ecclesiam, vel Cœmeterium loci exempti, id ei conceditur, quià hoc casu *Clem. eos de sepult. in fin.* abrogat omnia priuilegia, & sic non datur exemptio, vt etiàm considerat *Abb. in cap. sacris num. 7. vers. & hoc quia, tex. eodem tit. de sepult.*

SVMMARIVM.

1 *Exemptionum origo.*
2 *Exemptiones concessæ à 5. Kalendas Aprilis 1378. vsquè ad diem 25. Martij 1417. reuocatæ per Martinum Quintum.*
3 *Et huic reuocationi, quid causam dederit.*
4 *Clementis VII. in schismate Electi acta, nusquàm per Ecclesiam approbata.*
5 *Exemptiones extortæ in Schismate ab anno 1378. vsque ad annum 1417. indistinctè reuocatæ.*
6 *Exemptio citrà constitutionem propriæ Diœcesis exempti, non soluit potestatem Ordinis in Episcopo.*
7 *Exempti, tenentur ab Episcopo recipere Chrisma, Oleum Sanctum, Consecrationes, & Ordines. Præterquàm si non esset Catholicus, aut particeps Apostolicæ gratiæ.*
8 *Vel si alitèr disponatur in exemptionis priuilegio.*
9 *Exemptione concessa cum constitutione propriæ Diœcesis, adhùc Episcopus decernit Dimissorias pro ordinandis Clericis secularibus, Et cur.*
10 *Mandari, vel concedi non potest facultas, quàm quis non habet.*
11 *Cura animarum, non abdicatur ab Episcopo per simplicem Exemptionem.*
12 *Ecclesiarum Regularium qualitèr fiat prouisio.*
13 *Institutio auctorizabilis quæ.*
14 *Exemptio plena, soluit etiam Ius Episcopale, respectu Curæ animarum.*
15 *Exemptio plena, respectu Curæ animarum, in pluribus elisa per Sacrum Concilium, excitando potestatem Ordinariorum, nimirùm in lectione Sacræ Scripturæ.*
16 *In approbatione Prædicatorum.*
17 *In residentia Indultariorum.*
18 *In deputatione Coadiutorum pro ignaris, & in potestate amouendi incorrigibiles.*
19 *In visitando.*
20 *Etiam Monasteria.*
21 *Visitari possunt Exempti habentes statum nullius Diœcesis per viciniorem Episcopum.*
22 *Nisi Territorium exempti, sit circumseptum limitibus alicuius Territorij Episcopalis, quo casu per Episcopum eius Territorij fit visitatio.*
23 *Visitandi facultas, nunquàm censetur auulsa ab Episcopo, per generalem concessionem exemptionis.*
24 *Quidquid sit respectu Exemptionis plenæ, cum quasi Episcopali Iurisdictione.*
25 *Visitandi facultas non censetur ab Episcopo auulsa per Exemptionem, & translationem facultatis corrigendi, carcerandi, & mulctandi.*
26 *Visitandi Ius non est simplicitèr annexum Iurisdictioni.*
27 *Iurisdictionem qui habet in principali, eam quoquè habet in dependentibus.*
28 *Visitare volenti Episcopo, tanquàm Sedis Apostolicæ Legato ex dispositione Concilij, non potest obijci aliqua Exemptio.*
29 *Visitationi subijcitur ne dùm Ecclesia materialis, sed etiam Mystica.*
30 *Visitandi forma à Concilio præscripta omninò seruanda.*
31 *Visitationis factæ per inferiorem rationes exiguntur ab Episcopo.*
32 *Visitatores inferiores, subijciuntur Episcopo.*
33 *Præterquàm si esset Abbas, Iurisdictionem quasi Episcopalem habens.*
34 *Abbas Regularis, cui est Iurisdictio quasi Episcopalis, dicitur sponsus Ecclesiæ.*
35 *Et per eius obitum, dicitur vacare Ecclesia.*
36 *Abbas secularis adhùc subijcitur Visitationi Episcopi, etiam si haberet quasi Episcopalem Iurisdictionem.*
37 *Ordinis Episcopalis, quæ sunt, qualitèr fieri possit concessio inferiori ab Episcopo.*
38 *Iurisdictio quasi Episcopalis manca, & mutilaquæ.*
39 *Visitatio vbi pluribus cumulatiuè competit, si discordent, ad quem recurratur.*
40 *Pares in potestate si discordent, ad Superiorem recurritur.*
41 *Par in parem non habet Imperium, nequè si extedat, cum iudicat.*
42 *Visitatorum Decreta vbi concordant, eorum executio ad maiorem pertinet.*
43 *Exempti seculares Clerici, subijciuntur Episcopis residentibus, quoad punitionem delictorum, etiam extra actum Visitationis.*
44 *Et an id locum sibi vindicet in Priuilegiatis secundùm Extrauag. cum Matthæus de Haretic.*
45 *Exempti ratione delicti, extrà actum Visitationis, non subijciuntur Episcopo, si habeant Ordinarium in Diœcesi.*
46 *Exempti subijciuntur Episcopo ratione cultus Diuini.*
47 *Item ratione tollendi abusus in celebratione Missarum, & exactionibus eleemosynarum.*
48 *In executione Priuilegiorum super perceptione fructuum primi anni.*

QVÆSTIO XXV.

Exemptiones à potestate Episcopi, quomodo elidantur.



1 ONTRA exemptionum virulentiam, quarum † pleræque fœdam etiam sortitę sunt originem, quod pudet referre ex coniectura Viri prudentissimi Iacobi Cuiacij *in cap. cum non liceat, ad fin. versic. & ex iniquitate de præscriptio.* multa Sacri Canones, multa Patres in Sacro Tridentino Concilio sanxerunt, quæ sicuti verbosa commentatione non egent, ità breui nobis tantum sunt percurrenda methodo.

2 Ab hac autem † indagine separandæ sunt Exemptiones omnes per Romanos Pontifices concessæ à V. Kalen. Aprilis 1378. quo vita functus fuit Gregorius XI. vsque ad diem 25. Martij 1417. quo
3 Martinus † Quintus in Concilio Constantiensi eas omnes

omnes reuocauit per suam Constitutionem, super
qua exstat celebre *Gemin. conf. 35.* & quàmuis
Schisma tùnc intercidens huic reuocationi causam
dederit, omnes tamèn exemptiones complectitur,
siuè à Schismaticis, qualis fuit Clemens VII. cuius
4 ideò acta nusquàm † per Ecclesiã approbata fue-
runt, *Seraph. decis. 612. num. 3. Reuerendissimus*
5 *D. Coccin. decis. 295. num. 3.* † siuè à veris Pontifi-
cibus emanauerint, prout resoluit *Rota apud*
Gregor. decis. 509. ex num. 2. & per tot.

Itaquè, cum Episcopalẽ dignitatem suprà consti-
tuerimus ex Ordine, Administratione, Imperioquè,
6 & Iurisdictione contentiosa; Quoad † Ordinem, si
Exemptio non est cum cõstitutione propriæ Diœ-
cesis, qualiscunquè ea sit, satis constat, per eam nõ
solui potestatem Ordinis, in Episcopo Diœcesano
semel à Canone constitutam, quominùs personæ
exemptæ teneãtur ab eo recipere Chrisma, Oleum
Sanctum, Consecrationes Altarium, seu Basilicarũ,
necnòn Ordines, prout anteà statutum fuerat ex
antiquissimo decreto Calixti II. de quo *in can.*
Interdicimus 16. q. 1. & super hac declaratione
exemptionum est *text.* clarus *in cap. veniens 9.*
7 *Chrisma verò, de præscript.* præterquàm in † sub-
sidium, si fortè Episcopus non esset Catholicus, vèl
gratiæ Apostolicæ particeps, vt ibi deciditur, vèl
8 in † ipso exemptionis priuilegio hoc disponeretur,
quod possent exempti, hæc ab alieno Episcopo Se-
dis Apostolicæ communionem habente, suscipere,
Io. Andr. in cap. 1. num. 7. de priuileg in 6.

Si verò Exemptio esset supremi gradus cum
constitutione Diœcesis, adhuc potestas in Episco-
9 po remanet intacta † respectu facultatis conce-
dendi literas dimissoriales pro Clericis Seculari-
bus ordinandis, vt expressè statutum legitur in Sa-
cro Tridentino Concilio *sess. 23. cap. 10.* cuius rei
ea est ratio, quià cum facultas ordinandi non pos-
sit esse in inferiori ab Episcopo, etiam si esset Ab-
bas, *cap. cum contingat, de ætat. & qualit.* & ex-
pressè etiam ibidem Concilium statuit, conse-
10 quens est, † vt nec per talem Prælatum inferiorem
possit id alijs demandari, *l. traditio, de acquir. rer.*
domin. l. nemo plus, de reg. Iur. cum alijs citatis per
Rebuff. conf. 186. num. 11.

Quo verò ad Administrationem, cuius subiectum
posuimus in Cura animarum, cui perpetuò cohæ-
ret Iurisdictio fori pœnitentialis, adhibenda est di-
stinctio inter Exemptionem simplicem sine Popu-
lo, & Parrocho, & plenam cum Populo, & Par-
11 rocho, nàm † si versemur in priori, nihil per eam
detractum censetur in hac parte potestati Episco-
pali, etiamsi aliàs Ecclesia pertineat ad præsenta-
tionem Regularium, *cap. 1. §. verum, de præben.*
12 *in 6.* prælatatur enim Rector † Episcopo, vt ab
ipso, tanquàm ab vniuersali Parrocho suæ Diœce-
sis, recipiat Curam, de qua ei soli rationem redde-
re tenetur, *Io. Andr. in cap. cum & plantare, n. 4.*
13 *de priuileg. & ibi etiam Soc. num. 8.* & hæc † di-
citur Institutio auctorizabilis, sine qua impossibile
est Curam exerceri, vt ibidem tradit *Soc. num. 23.*
& in cap. Cum Venerabilis, de censib. & communi-
tèr omnes sentiunt, prout in specie *Io. Andr. sub*
num. 7. versic. tertium secundum cum, & Butr.
num. 12. ad finem, versic. Ioannes contra.
14 Si autèm versemur † in altera Exemptionis spe-
cie, fatendum est inspecto iure communi, nullas
partes sibi posse Episcopum vindicare, *gloss. in d.*
cap. 1. §. Verum, in verb. exempti, de preben. in 6.

Quod cùm multa inconuenientia secù traheret,
Sacrum Concilium multiplicitèr limitauit, exci-
tando ordinariam Episcoporum Iurisdictionem,
tàm circa munus doctrinæ, & prædicationis, de-
15 cernendo † per eos posse compelli Regulares ad
habendum lectionem Sacræ Scripturæ, etiam in ip-
sis eorum Monasterijs, & Conuentibus, *sess. 5. c. 1.*
16 *de reform.* vrgeriquè exemptos † etiam nullius
Diœcesis per Metropolitanum ad prædicationem
in Parrochialibus, Regulares autèm prædicare vo-
lentes in proprijs Ecclesijs benedictionem, in ali-
quis verò licentiam positiuè ab Episcopis teneri
impetrare, *vt eadem sess. 5. cap. 2.* Quàm circa solli-
citudinem Curæ animarum, decernendo per eosdẽ
17 Episcopos cogi † Indultarios super residentia, ad
18 dimittendũ Vicarios, *sess. 6. c. 2.* literarum † igna-
ros ad recipiendum Coadiutores, cum potestate
amouendi incorrigibiles, *sess. 21. cap. 6.* simul-
19 què † attribuendo eisdem Episcopis amplissimam
facultatem visitandi, nedùm personas, & Ecclesias
20 exemptas, *sess. 6. cap. 3. & 4.* necnòn † Monaste-
ria, in quibus non viget regularis obseruantia, cum
illorum Ecclesijs tàm exemptis, quàm non exem-
ptis, & data negligentia, ea etiam, in quibus viget
21 talis obseruantia, *sess. 21. cap. 8.* & quatenùs † sint
in statu nullius diœcesis; refusa hac potestate in vi-
ciniorem Episcopum, *sess. 24. cap. 9.* si videlicèt
Territoriũ non sit circumseptum finibus Diœce-
22 sis; quià sit in parte limitum, si enim † sit circum-
septum, eadem hæc potestas in Episcopum refu-
sa censetur, cuius est Diœcesis, vt ex mente S. Con-
gregationis declarauit *Rota decis. 501. num. 5. ad*
23 *fin. par. 2. in recent.* Sed etiam † Hospitalia, &
quæcunque opera pia, cum amplissima facultate
exequendi legata, & alia huiusmodi, quemadmo-
dùm, & visitandi Montes pietatis, & loca similia, vt
legitur *sess. 22. cap. 8.*

Adeò, vt respectu visitationis, nullum hodiè suf-
fragetur priuilegium exemptionis, vel enim de ea
in specie non fit mentio in ipso exemptionis priui-
legio, & hoc casu non est necessaria prouisio Con.
cilij; quià sub generali concessione Exemptionum
non comprehenditur Exemptio à visitatione, etiãsi
concessa fuisset alteri facultas corrigendi, carce-
randi, & mulctandi, tamètsi enim, hæc videantur
cohærere Visitationi, adeò vt istis translatis, cen-
seatur quoquè translata ipsa Visitatio, vt in pun-
cto est *Achill. decisio 15. nu. 2. de priuileg.* tamèn
24 nisi versemur † in plena Exemptione, & sic esfor-
mata ex quasi Episcopali Iurisdictione, in cuius ter-
minis potest sustineri eadẽ *Achill. decis. 15. & 14.*
eodem tit. vbi voluit, solui Ius obedientiale, quod
25 etiam in præcedenti firmauimus, tamèn † in minùs
plena, contrarium est tenendum, vt in huiusmodi
simplici exemptione nusquàm censeatur præiudi-
catum Episcopo, circa Ius visitandi, etiamsi fuerit
translata facultas, corrigendi, carcerandi, & mul-
ctandi, cum hæc possint referri ad ea, quæ fiunt ex-
tra

tra Visitationem,vt ità respondit *Rota decis.* 186.
num. 2. *vers. minùs etiam facit,par.* 1. *diuerso.*
Et ad hos terminos est reducenda doctrina *Ma-*
rian. Soc.in tract. de Visit. num. 16. qui non satis
videtur assequutus vim hãc discretiuam plenæ Exē-
ptionis, à minus plena; quod processit ex eo,quòd
26 existimauit † Ius visitandi simplicitèr esse annexum
Iurisdictioni,vt ibi per eum in *vers.idem etiam ar-*
bitror, cũ veriùs sit annexa parti illi Iurisdictionis,
cui subijcitur Cura animarũ, & quæ ideo tenaciùs
hæret personæ Episcopi, *cap. Cum Venerabilis,de*
censibus, & etiã in præcedenti annotauimus,præci-
puè ex *Cuiac. in c.cum non liceat de præscription.*
Et propterea, cùm Visitatio dependeat à Iuris-
dictione circa Curam animarum, intrat regula, vt
27 qui † habet Iurisdictionem in principali, illam
quoquè habeat in dependentibus,*Felyn.in c.super*
literis,num 20. *de rescript. Marsil. singul.*251. *ad*
med.vers. & faciunt, & cons. 84. *num.* 18. *Man-*
*dell.cons.*322. *num.* 24. *&* 45.
Vèl de ea fuit specificè actum saltim implicitè,
quià cõcessa fuerit, nõ vt loquitur Socinus,vniuer.
28 salitèr ad omnia,† sed plenè, & sic cum Populo,&
Parrocho;& tùnc subintrat virtus dictorũ decreto-
rum Concilij, Vt Episcopus possit visitare loca
exempta, etiam tanquàm Legatus Sedis Aposto-
licæ, contra quem non potest allegari aliqua exē-
ptio,quo minùs visitet; *Soc. d. tract. de Visit. sub*
*eodem num.*16. *vers. prædicta tamen arbitror.*
29 Diffunditurquè eius † hæc facultas, quoad soli-
dum visitationis subiectum, videlicèt Ecclesiam
materialem, & mysticam, quod latè pertractar *Pa-*
*uin. in tract. de visitat.par.*1. *quæst.*7. *ex num.*14.
vers. verum quoniam, vsque ad finem, quod non
30 prosequor, † & huius visitationis finem, ac scopum
proponit *S. Concil d.sess.*24. *cap.* 3. *§. in visitatio-*
num autem, à quo aberrare minimè fas est.
31 Et quatenùs in hoc † decreto statuitur, Episco-
pum posse exigere rationes Visitationis factæ per
Archidiaconum, vel alium inferiorem per exhibi-
tionem actorum, certam habet in se rationem,
32 quià † isti tales habentes Ius visitandi, dicuntur
Episcopo subiecti, *Innoc.in cap. in Lateranen.*81.
sub nu. 4. *vers. nisi alitèr obtinet.de præben.* qua-
33 proptèr † in alijs hoc non procederet, vtputà in
Abbate, qui haberet quasi Episcopalem Iurisdi-
ctionem, & tãquàm talis Regularis esset Præfectus
Ecclesiæ Seculari, iuxta terminos *tex. in cap. ex*
34 *transmissa,de renunciat.* adeò vt † illi ster Eccle-
sia pro sponsa, iuxta *Bellam. cons.* 20. *num.* 11. *ad*
35 *finem*, & per eius obitum † contingat vacatio,
*Bertrand.cons.*2. *ex num.*13. *lib.*3.
36 Si enim esset † Secularis, adhùc vrgeret dispo-
sitio Concilij, nisi haberet solida Iura Episcopa-
lia, vsque ad ea, quæ Ordinem tangunt,cuiusmodi
37 est reconciliatio Ecclesiæ pollutæ, quæ † non po-
test concedi, nisi cum graui offensa Iurisdictionis
Episcopalis,nèc de potestate ordinaria, *Bellam.d.*
*cons.*20. *num.* 20.
Vt enim,suprà quoquè diximus,datur Iurisdictio
38 quasi Episcopalis mutila, & manca, † idest quoad
aliqua tantùm, *Vital. in Clem.* 1. *num.*38. *de reb.*
Eccles. non alien.

Cùm verò est simplicitèr locus Visitationi cu-
39 mulatiuæ, si † discordant Visitatores in decretis,
nèc inferior ab Ordinario in hoc ei subijcitur, re-
curritur ad Papam tanquàm ad delegantem, & il-
lius Iudicio statur, *Hostien.in cap. Romana, nu.*3.
de censib.in 6. vbi etiam *Io. Monach.nu.*3. *&* 4.
40 Sunt enim pares † in potestate, vndè si conten-
dant,ad Superiorem recurritur, *l. duo Iudices, de*
*re Iud.l.in offerendis,C.de appell.Surd.cons.*47. *ex*
41 *num.* 11. & cùm † Iurisdictio sit penes duos in
solidum,par in parem nnn habet imperium, vt di-
cit *tex. in cap. Innotuit,* 20. *§. quamuis ad fin. de*
elect. nèc ideò alter potest per alterum iudicari,
Abb. in cap. prudentiam,nu. 12. *de offic. deleg.*
42 Si autèm concordant, † exequutio decretorum
pertinet ad Episcopũ, velùti eum, cuius est potior
prærogatiua, *Mandell. cons.*188. *num.*13. *lib.*2.
Deniquè quoad Imperium, & Iurisdictionem
contentiosam, multis casibus eam sic excitat, vt
contra illum nulla prorsus exemptio præualeat,
43 tùm, vt delicta coerceantur,† prout in casu *cap.*4.
sess. 14. quo iussum est, quoscunque Seculares Cle-
ricos qualitercunque exemptos, etiam extra Visi-
tationem, per eosdem Episcopos in suis Ecclesijs
residentes de eorum excessibus, & criminibus,ac
delictis, quotiès,& quandò opus fuerit,corrigi, &
castigari debere, præcipuè respectu criminis in-
continentiæ, *sess.* 25. *cap.* 12. quod aliqui negant
44 procedere † in priuilegiatis, secundùm extrauag.
cum Matthæus *de hæret. inter Communes,Cened.*
*in collect.ad clem. & extrauag.collect.*14. *ex n.*3.
quod tamèn ego non probo,licet hic resoluere su-
persedeam. Interim tamèn prætereundum non est,
45 decretum † dicti *cap.* 4. non procedere,si intra
diœcesim Episcopi sit Ordinarius inferior, cui sit
Exemptus subiectus, proùt ita declarauit S. Con-
46 gregatio; Tùm † vt nè Diuinus cultus detrimen-
tum suscipiat, velùti cùm iubet,tertiam partem
fructuum in distributiones quotidianas conuerti,
47 *sess.* 22. *cap.* 3. Tùm vt nè † scandala introdu-
cantur, velùti cum iubet abusus in celebratione
Missarum, & exactionibus eleemosynarum remo-
ueri, *sess.*22. *in decreto de obseruandis, & euitan-*
48 *dis in celebrat. miss.* & † cognosci de priuilegijs
super perceptione fructuum primi anni, *sess.* 24.
49 *cap.* 14. mandatquè † Notarios examinari, *c.*10.
50 *sess.* 22. & denique † dùm & Concilium,& Ius ip-
sum commune, ratione rei, loci, & personarum
eandem Iurisdictionem ordinariam promonent.
Etenim satis constat ex decreto Innocentij
51 Quarti,in Concilio † generali Lugdunen. celebra-
to anno Domini 1274. & relato in *cap.*1. *de priui-*
leg. in 6. definitum fuisse, vt Exempti quantacun-
que gaudeant libertate, nihilominùs tamèn, ratio-
ne delicti, siuè contractus, aùt rei,de qua contra
ipsos agitur,ritè posse coram locorum Ordinarijs
conueniri,& illos quoad hoc suam in ipsos Iurisdi-
ctionem, proùt ius exigit,exercere; cuius decreti
ea est patens ratio,quod locus exēptus est ratione
personæ, & persona ratione loci; quapropter quē-
52 admodùm † si extraneus, qui alioqui est subditus
Episcopo,delinquat in loco exempto,subijcitur Iu-
risdictioni Episcopi,cuius Diœcesis non est soluta,
vt

vt latè consuluit *Federic. de Sen. cons. 2. sub nu. 4. vers. in contrarium arguitur*, quem ita expendit, & sequitur *Fel. in cap. graue, sub num. 2. vers. con-*
53 *sidera benè, de off. Ord.* Ità subijcitur † exemptus, si extra locum, vel proprium domicilium in ipsa Diœcesi crimen aliquod committat, cessante Iure speciali in contrarium, vt est *text. in cap. cum contingat, de for. compet.* quod quidem *Concil. sess. 7.*
54 *cap. 14. de reform.* ampliauit † ad causas mercedum, necnòn quascunque ciuiles miserabilium personarum intentas contra exemptos, siuè Seculares, siuè Regulares extra monasterium degentes, etiam si ij certum Iudicem habeant, & deniquè ad omnes alias ciuiles cum quibusvis personis, si Iudicem
55 certum † non habent, vt explicat *Guttier. pract. quaest. ciuil. lib. 3. quaest. 10. num. 2.*

Est tamèn ab ipso Guttierez hoc loco cauendũ, quatenùs præseruatiuam hanc certi Iudicis collocat in persona Conseruatoris; quàmuis enim Concilium in clausula derogatoria deroget etiam Cõseruatorum deputationibus; tamen in ipsa dispositiua non loquitur de alio, quàm de Iudice, constat
56 autèm Conseruatorem † nullas partes hac in re sibi posse vindicare, nec consequentèr causas inter exemptos, & alios iudicare, cùm illius potestas, vltrà se non extendat, quàm vt defendat exemptos à manifestis iniurijs, & violentijs, cõtra priuilegia, interdicta sibi penitùs quacunquè Iudiciali indagine, *cap. 1. de off. deleg. in 6. gloss. in cap. auctoritate, in verb. reuocamus, de Priuileg. in 6. August. Triumph. de potest. Eccles. quaest. 75. in 4. art.* & firmauit *Rota in vna Toletana Iurisdictionis, 23. Febr. 1604. coram bo. me. Card. Lancellotto.*

Et hæc quidem cum ità fuerint statuta respectu aliorum locorum, & Ecclesiarum, necesse etiam
57 fuit † prouideri (prout sanctissimè prouisum fuit per S. Conciliũ) Episcoporũ, (quinimò Reipublicæ Christianæ) indemnitati, respectu Capitulorum ipsarum Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum, in quibus priuilegia hæc Exemptionum omnium scandalorum, & delictorum fomitem præstabant; Proindequè S. Conc. *sess. 6. cap. 4. de reform.* ità statuit.

Capitula Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum, illorumquè personæ, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententijs, Iuramentis, concordijs, quæ tantùm suos obligent auctores, non etiam successores, tueri se possint, quominùs à suis Episcopis, & alijs maioribus Prælatis per se ipsos solos, vel illis, quibus sibi videbitur adiunctis, iuxta Canonicas sanctiones, totiès, quotiès opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari, etiã auctoritate Apostolica possint, & valeant, quod decretum fuit cõfirmatum, *sess. 25. cap. 6.* ampliatumquè, & declaratum in hæc verba, *quod obseruetur, non solum, quando Episcopus visitauerit, sed & quotiès ex Officio, vel ad petitionem alicuius contra aliquem ex contentis in d. decreto procedat, ità tamèn, vt cùm extra visitationem processerit, infrascripta omnia locum habeant: Videlicet vt Capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel eius Vicarius, tàm in formando processum, quàm in cæteris omnibus actibus, vsquè ad finem causæ inclusiuè, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, aut consueto Tribunali procedere teneantur: Vnum autem tantùm sit vtriusque votum, possitquè alter Episcopo accedere.*

Ex quo textu ità coniuncto, primum educitur, exemptionem, hoc casu penitùs elisam ex illis verbis *nullis exemptionibus, &c. tueri se possint*, &
58 propterea † sublato impedimento priuilegij, ipsam ordinariam potestatem reduci ad actum, vt erat priùs ante exemptionem; *Felyn. in cap. cum ex officij, sub num. 32. circa finem, vers. vnde remoto de præscript.* quod etiam insinuat litera Decreti in illis verbis *etiam auctoritate Apostolica*, ponderan-
59 do illud *etiam*, cuius vis † est augere, *Ruin. cons. 53. nu. 19. & cons. 61. nu. 9. vol. 2. Bellam. decis. 734. num. 5.* cum alijs per *Cened. sing. 51. num. 3.*

Deducitur secundò ex eodem *text.* necessitas in casu processus per Episcopum contra aliquem de Capitulo, adhibendi saltim duos de eodem Capitulo, vt hic disponitur; quod nec nouum, nam etiam
60 in † Concilio Carthaginensi 4. *cap. 23.* dispositum fuerat, vt Episcopus nullius causam audiat, absquè præsentia Clericorum suorum, alioquin irrita sit sententia, nisi præsentia Clericorum confirmetur, sunt verba Concilij relata in *can. Episcopus, qui est*
61 *penult. 15. q. 7.* quod optimè aduertit *Rota apud Mantic. decis. 202. nu. 9.* indèquè receptum, vt † in grauibus, in quibus procederetur ad sententiam suspensionis, foret necessarium Capituli Iudicium, *cap. 1. de excess. Prælat.* idest consensus, vt explicat *Felyn. post alios in cap. irrefragabili, sub num. 3. vers. sed dic quod imò, de off. ordin.*

Quamuis in leuibus sufficiat Consilium, vt post *Salcad. in praxi crim. cap. 3.* tradit *Roderic. de Regul. tom. 2. quaest. 22. in 7. art.*

62 Illud ergò, quod † hic nouè statutum est de adhibendis his duobus Adiunctis, à supradictis antiquis Canonibus profluxit, seruaturquè in Capitulis exẽptis, nisi agatur de crimine per totum Capitulum perpetrato, vt nec quidem supersint duo innocui, qui possint adhiberi; hoc enim casu, Episcopus procederet solus, ex his, quæ censuit Rota apud *Seraph. decis. 1050. num. 1. & 4.* prout nec obtineret istud decretum, si procederetur contra aliquẽ Capitularem, qui per accidens esset subiectus liberè, & absolutè potestati Episcopi, idem *Seraph. decis. 1058. num. 2.*

63 Ducitur hinc tertiò, istos † Adiunctos omninò assumendos esse ex personis, quæ verè sint de Capitulo; ibi, *eligat ex Capitulo duos*. Vndè regularitèr alij non possunt eligi, quàm Canonici, qui
64 soli † cum Prælato suo faciunt Capitulum, non itèm Cappellani, neque Assisij, siuè Portionarij, iuxta doctrinam *Compostell. in cap. 1. sub num. 2. vers. respondeo Curia Romana, de elect.* vbi ait, Curiam Romanam tenere hanc opinionem. *glo. in cap. pen. in verb. Assisios*, & ibi *Butr. nu. 8. Abb. num. 9. eo. tit. in 6.* cum latè adductis per *Rotam decis. 296. ex num. 1. par. 1. in recent. & decis. 708.*
65 *num. 1. par. 2.* Et ratio est, quià isti clerici, † Canonicis inferiores, sunt introducti non ad faciendũ consortium cum ipsis, sed adseruiendũ, iurant enim obe-

obedientiam, & reuerentiam, nedùm Episcopo, sed
etiàm Ecclesiæ, sub qua appellatione continetur
Capitulum, vt est singularitèr expressum in *c. cum*
clerici, 19. de verb. signif. quem *tex.* ad hoc ponde-
rat *Abb. in cap. cum non liceat, sub num. 2. vers. &*
aduerte de præscript. cum alijs adductis per *Cæs.*
de Graff. decis. 131. aliàs 4. num. 8. de his, quæ fi. à
ma. par. Cap.

66 Veruntamèn cùm † de consuetudine, statutouè
ecclesiæ possint ijdem, effici de Capitulo, vt admit-
tit *Compostell. loco mox citato*, ponens exemplum
in Ecclesijs Legionen. & Oueten. *Gemin. in cap.*
vlt. nu. 5. vers. aut quærimus, & *ibi etiam Franeb.*
num. 6. de præben. in 6. Abb. in cap. scriptum, nu. 4.
de elect. & in cap. cum olim, num. 8. vbi etiam
Fel. num. 4. de sent. & re iud. Rota diuers. de-
cis. 713. num. 5. par. 1. cum alijs copiosè adductis
in *d. decis. 296. nu. 5.*

Quemadmodùm dicitur etiam de Dignitatibus,
67 vt de Decano, † quamuis non habeat Canoni-
catum, siuè præbendam Canonicalem, pronuncia-
uit *Abb. in cap. cum inter vniuersas 18. num. 2.*
& in cap. auditis, 29. sub num. 3. vers. nota tertiò,
de præscript. & vniuersalitèr de omnibus Dignita-
tibus, censuit *Rota d. decis. 708. num. 3. par. 2. re-*
centior.

68 Vbicunquè Beneficiati, † vel alij huiusmodi sunt
tales de Iure speciali, in illis optimè verificatur
supradictũ decretum Concilij, vt ex mente S. Con-
gregationis fuit resolutum in præcitatis duabus
decisio. 296. par. 1. & 708. par. 2. & priùs idem
fuerat decisum in *Calagurritana Iurisdictionis, 25.*
Maij 1598. coram bo. me. D. Corduba, distinguen-
69 do tamèn † inter effectum statuti hoc disponentis,
& effectum Consuetudinis, vel etiam statuti quoad
aliqua, quæ distinctio est desumpta ex doctrina
Gemin. in cap. vlt. sub nu. 5. ad fin. vers. aut quæ-
rimus de Iure statutario, de præben. & dignit.

Nèc iuuaret eosdem possessio quoad aliqua, vt
70 hinc posset induci Consuetudo, aùt possessio † vni-
uersalis, pro qua est necessaria, vèl possessio om-
nium rerum, vèl possessio circa ea, quæ sunt signa
vniuersalitatis, vt benè deducit *Reuerendissimus*
D. Coccin. decis. 497. nu. 2. Habet enim hoc casu
locum Regula tritissima, tãtùm præscriptum, quã-
tùm possessum, eo quod non præexistat causa vni-
uersalis, iuxta theoricam *Abb. in cap. 1. sub num. 3.*
vers. solutio ex dictis, de relig. dom. omninò enim
ad hunc effectum requiritur talis causa, *Bald. in*
repet. l. 1. nu. 24. ad med. C. de emancipat. liber.

Et nihilominùs in terminis Portionariorum, in
eadem causa, in qua processerunt dictæ duæ deci-
siones, maxima fuit inter DD. controuersia, adeò
vt priùs, pro maiori parte, sub die 24. Aprilis 1606.
coram Reuerendissimo D. Ortembergo, fuerit cõ-
tra Portionarios responsum, & anteà tèr causa
proposita, sempèr vota fuerint æqualitèr secta, &
potissima fundamenta, quæ afferebantur pro Di-
gnitatibus, & Canonicis, erant duo; Alterum, quòd
in eodem *cap. 6. sess. 25. in §. qui si aliquid*, fiat mẽ-
tio de Canonicis in indiuiduo, ibi, *qui si aliquid*
Canonicis ad deliberandum proponant, relata ra-
tione ad Episcopum, nèc est dubium, vocem illam
Canonicis esse expressiuam Vniuersitatis, & sumi
71 pro Capitulo; Vbi verò † in aliqua dispositione
fit mentio nùnc de Canonicis, nùnc de Capitulo
simplicitèr, tùnc appellatione Capituli non veniunt
alij, quàm Canonici, etiamsi exstent alij qui sint
de Capitulo Iure aliquo speciali, vt videtur sensisse
Franeb. in cap. fin. sub num. 6. vers. & hoc etiam
probat, de præben. in 6.

Potissimùm, vbi id etiàm natura subiectæ mate-
riæ persuadet, nequè enim munus istud iudicandi
est eiusmodi, vt est Ius votandi, aùt aliud simile,
cuius actiuitas æquè conueniat Portionarijs, ac
Canonicis, & Dignitatibus: Nam pro munere hoc
72 iudicandi absoluendo † non simplicitèr exigitur
intellectus, & capacitas, sed maiestas quædam, &
decus circa personam, vt est *tex. in cap. statutum,*
vbi glo. in verb. Canonicis, de rescript. in 6. per
73 quem † *tex.* in indiuiduo prohibetur, attẽta hac ra-
tione, causas delegari Portionarijs, seù Beneficia-
tis Ecclesiæ: maximè vt ità fiant Iudices ipsorum-
met Canonicorum, vndè videatur perturbari Ordo
74 Ecclesiasticus, dùm † inferior constituitur Iudex
maioris, contra *tex. in can. vlt. vbi glo. in verb.*
& potiores, 89. dist.

Alterum, quòd cùm sempèr ista qualitas adhæ-
reat personis Portionariorum de Iure speciali, non
sit verisimile, Legislatorem illam habuisse in consi-
75 deratione, sed in sua dispositione voluisse † tantùm
includere, qui essent Capitulares de Iure commu-
ni, quià cum Iura huiusmodi specialia sint facti, &
in facto consistant, non censetur Legislator ad ea
se referre, *cap. 1. de constit.* per quem *tex* ità docet
Gemin. in præcit. cap. vlt. sub num 6. ad fin. vers.
ad propositum ergo, & ibi etiam *Franeb. itidem*
sub nu. 6. vers. si ergò Papa, de præbend. in 6. quod
plurimum fuit ponderatum in *vna Corduben. Iu-*
risdictionis, 17. Martij coram bo. me. Orano.

Cæterùm iure optimo, & Sacra Congregatio,
& Rota censuit, Portionarios hoc casu posse eligi
in Adiunctos, seù Coniudices, cum enim, & ij pos-
sint de Iure speciali esse de Capitulo, iuxta doctri-
nam præallegatam *Compostell. in cap. 1. sub nu. 4.*
vers. nunquid Portionarij, de elect. æquè verè ta-
76 les dicentur, ac si essent † de Iure communi, iuxta
tex. in l. de quibus, cum seqq. de legib. ac proindè
77 cum in talibus verificentur † verba Decreti, mili-
tabit etiam eiusdem Decreti dispositio, *l. 4. §. To-*
tiès de damn. infect. & in simili dicimus, non solùm
78 verè esse † Ciues, qui origine tales sunt, sed etiàm
qui adoptione, aùt manumissione tales sunt effecti,
l. ciues, C. de incol. lib. 10. sicuti etiam allectione,
idest adscriptione in numerum ciuium, vt ibid. ex-
plicat *Cuiac. & vertit Gottofr.* vndè etiàm tales
79 Ciues ex Iure speciali, putà ex † Priuilegio, non
fictè, & impropriè, sed verè, & propriè sumpto vo-
cabulo Ciues sunt, vt latè scripserunt *Decian. con-*
sil. 44. num. 13. lib. 4. & Cephal. in cons. 451.
num. 16. 27. 30. & 60. præcipuè in fauorabilibus,
80 vt † post *Barbat. in cons. 23. num. 9. vol. 1.* dixit
Boer. decis. 13. num. 20. quem probauit in termi-
nis capacitatis beneficiorum Ciuibus tantũ desti-
natorum *Rota in vna Bononien. Canonicatus 21.*
Iunij 1610. coram bo. me. D. Penia, & in alia si-
mili

mili *Bononien. Canonicatus, 28. Iunij eiusdem anni, coram Reuerendissimo D. Coccino.*

Neque vllo modo obstant superiùs contra Portionarios obiecta: Nàm etiàm quod Franchus (qui satis perplexè loquitur) intenderet id, ad quod suprà fuit allegatus, nihilominùs non applicaretur, quià sunt orationes diuersæ, & diuersas dispositiones continentes. Neque vrget, quòd agatur de
81 munere iudicandi, quià † Portionarij casu quo eligantur in Coniudices, repræsentant ipsum Capitulum, à quo procedit illa potestas, & sic cessat illa indecentia, prout in simili dicimus de Canonico, qui præsidet in Capitulo, in quo non potest considerari aliqua indecentia, etiàmsi exerceat potestatem suam in Dignitates, cum illa potestas non originetur in ipso, sed in Capitulo, per quod deputatur, vt fuit resolutum in *Seguntina præsidentiæ, 21. Februarij 1614. coram bo. me. Archiepiscopo Seleucien.* & latè explicauimus suprà *quæst. 16. ex num. 69.*

Et ex præmissis cessat etiam aliud, quod Legislator non censeatur contemplatus personas Capitulares de Iure speciali, doctrinæ enim superiùs allegatæ procedunt in rescriptis, non in legibus vni-
82 uersalibus, in quibus † ex natura subiectæ materiæ referuntur etiam ad Ius commune ea, circa quæ Ius commune defert consuetudini. Vndè cum ex permissu Iuris communis, Portionarij, & Canonici, ad effectum essendi de Capitulo ex consuetudine, seu statuto cuiuslibet Ecclesiæ, æquipa-
83 rentur, sequitur, vt lex † noua superueniens quidquid disponitur circa vnum ex æquiparatis, censeatur disposuisse circa alterum, *l. si quis seruo persuaserit, C. de furt. Menoch. cons. 272. num. 21. &*
84 *num. 64.* & satis † est, Decretum supradictum generalitèr conceptum esse ad eos, qui sunt de Capitulo, *l. 1. §. & generalitèr de leg. præstan. l. de pretio. ff. de Public. cum simil. per Ias. in l. non dubiū, num. 38. C. de legib. Dec. cons. 339. num. 2. Franc. Becc. cons. 87. num. 4.*

Ducitur hinc quartò, cōcordias desupèr in contrarium initas inter Episcopos, & Capitula nō obstare, sed & ipsas sublatas esse in illis verbis prioris decreti, *Concordijs, quæ tantùm suos obli-*
85 *gent auctores,* quæ verba † afficiunt etiam futuras concordias, *Cas. de Graff. decis. a. num. 2. & 3.*
86 *de iuretur.* quod sanè ett accipiendum, vt non † intelligatur de Concordijs circa modum procedendi factis, & specificè confirmatis per Sedem Apostolicam, prout sæpè fuit per Sacram Congregationem responsum, *Seraph. decis. 475. num. 3. Achill. decis. 3. num. 2. de pact. Mantic. decis. 202. nu. 10:*
87 quæ est Regula perpetua, vt † dispositio derogatoria nusquàm complectatur actum ità confirmatū, iuxta *gloss. in clem. dudum, §. nos etenim in verb. pacta, de sepult. Cas. de Graff. decis. a. num. 7. de iuretur. Put. decis. 172. num. 2. lib. 3.* cum alijs per *Gonzal. ad reg. de mens. gloss. 25. nu. 14. & glo. 31. num. 41.*
88 Dicitur † autèm specificè, & ex certa scientia confirmata; si totus tenor sit relatus in ipsa confirmatione, vel saltim tota substantia narrata, iuxta *glos. in cap. Pastoralis, §. prætereà, in verb. ex certa scientia, de off. Deleg. Roman. cons. 327. n. 7. ad finem, Gabr. cons. 183. nu. 14. lib. 2.* cum alijs adductis per *Rotam decis. 192. num. 3. par. 1. in recentior.*

Tota enim vis consistit in relatione tenoris, aût
89 substantiæ huiusmodi, nàm sine illa, † clausula, *quorum tenores,* quæ aliàs solet operari perindè, ac si totus tenor relati esset insertus, iuxta celebrè *Butr. cons. 2. aliàs 49. sub num. 5.* nihil operatur, *Dec. cons. 142. sub num. 7. vers. non obstat,* neque
90 per se, inducit † causæ cognitionem, vt aliquid posit dici concessum ex certa scientia, *Ferret. consil. 38. num. 2.* & latè fuit decisum in *vna Valentina Decimarum 28. Nouembris 1603. coram bo. me. Cardinali Lancellotto,* & è conuerso fa-
91 cta † tali relatione, clausula, *licitâ tamèn, & honesta,* quæ aliàs formam communem præsefert, refertur ad alia non expressa; atque ità non minuit vim specificæ confirmationis concordiæ, aût alterius actus narrati, prout in puncto huius articuli, censuit *Rota apud Seraph. decis. 460. nu. 3. & 4.*

Atque ex his optimè colligitur, quandò censeatur Episcopo excitata etiam ordinaria Iurisdictio, vel tātùm cōcessa delegata, quod suprà generalitèr resoluimus, ex doctrina Abbatis: Etenim cum hæc omnia mandentur Episcopo, non ex delegatione aliqua particulari ad hanc, vel illam causam, neque
92 tanquàm Iudici, sed tanquàm Episcopo, † nihil est, quin omni casu censeatur illi excitata ordinaria, etiamsi Concilium adijciat delegatam: Quam-
93 uis enim † videatur hoc non posse subsistere, cum duæ Iurisdictiones ordinaria, & delegata non sint compatibiles, neque concurrant in vna, eademque persona, vt censuit *Butr. in d. cap. cum ex officij, sub num. 8. vers. non puto, de præscription.* tamen contraria sententia *Innocentij ibidem, sub num. 2. in verb. auctoritate,* est verior, & magis communis, per *tex. in cap. significauit, de corp. vitia. & in eod. cap. cum ex officij,* hancque tanquàm magis veram, & communem latè tuentur, *Abb. ex n. 18. vers. ex hac enim litera vsque ad num. 26. Ancharan. num. 10. Io. de Imol. nu. 11. Felin. sub nu. 21. vers. nihilominùs ommissis istis,* vbi quod ab hac opinione nusquàm est recedendum propter argumenta Scholastica, & *Paris. nu. 23. Curt. Iun. in l. & si Prætor num. 6. ff. de Off. eius cui mand. est Iurisd. Albert. Brun. in tract. de augm. in 4. conc. num. 14.*
94 Nec proptereà cogi † potest Episcopus ad declarandum, qua potestate velit procedere, *Innoc. in eod. cap. cum ex officij, num. 3. Anchar. nu. 12. Felyn. num. a3. ad fin. vers. & dum dicitur, Abb. sub num. 18. vers. & ex hoc notat etiam, & Paris. num. 27.*

Neque in contrarium facit, si quis dicat, suppo-
95 sita † Iurisdictione ordinaria, frustratoriam videri delegatam, quià nihilominùs maximi adhùc est momenti, non solùm, vt geminata virtute, ex duabus vna mista conficiatur, vt prædicti Doctores loquuntur, sed etiam, vt in articulo exequutionis, delegata magis promoueat ordinariā, vtque in casu permissæ appellationis, ea emittatur ad ipsam Sedem; prout ità in specie ibidem considerat *Abb. num. 19.*

num.19.& 25. Imol. num.11. & Parif. num.23.

96 Addo † & aliud, vt remoueatur indè omnis scrupulus, si incideret dubitatio, an ex aliquo non prçuiso, vèl non benè explicato posset super ordinaria Iurisdictione dubitari; vt videtur considerasse *Rota apud Put. decis. 212. num. 5. lib. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Monasteria, dicta loca, in quibus habitat multitudo Monachorum.*
2 *Monachium, pro Monasterio vsurpatum.*
3 *Monasteria frequentiùs Ruri, quàm in Vrbibus posita.*
4 *Monasterium dictum locus Pœnitentia, & Carcer.*
5 *Monachi, nuncupati silentiarij.*
6 *Abbatia, enumerata inter Beneficia Maiora.*
7 *Monasteria noua, non possunt erigi sine licentia Episcopi.*
8 *Et insuper sine auctoritate Papa, quod infrà declaratur.*
9 *Licentia Episcopi pro adificando nouo Monasterio, sub qua forma concedenda sit.*
10 *Licentia Episcopi pro erectione noui Monasterij habet cōcursum auctoritatis Papa, & quomodò.*
11 *Exceptio firmat Regulam in non exceptis.*
12 *Monasteria cùm de nouo ponuntur, sufficit licentia Episcopi.*
13 *Neque sunt necessaria requisita in cap. Ad audientiam de Eccles. adificand.*
14 *Commodi priuati detractio, non potest impedire opus publicum.*
15 *Damno non imputatur, quod ab vno detrahitur, & alteri applicatur, modò vtrique sufficiat.*
16 *Monasterium dirutum, non potest readificari, sine licentia Episcopi, secùs si agatur de simplici eius reparatione, aùt restauratione.*
17 *Abbatia an sint referenda inter Maiora Beneficia, vndè fuerit apud aliquos dubitatum.*
18 *Abbas non habet excellentem Dignitatem.*
19 *Abbatiam, tenere medium locum inter maiora, & minora Beneficia ex sententia Io. Andrea.*
20 *Abbatiam referri inter maiora Beneficia, praterquàm si tractetur de Abbatia claustrali.*
21 *Abbatia qua ratione reputetur inter maiora Beneficia.*
22 *Pontificalia ornamenta concessa Abbatibus, reputantur sterilia, & infructuosa.*
23 *Abbas, est pater Monachorum.*
24 *Abbas promouetur per electionem Conuentus, & confirmationem Papa, vel alterius ex commissione Papa.*
25 *Abbas per confirmationem Papa, recipit ordinariam Iurisdictionem cum mero Imperio in Monachos sibi subiectos.*
26 *Religionem aliquam vbi Papa confirmat, confert Pralatus illius Ius plena administrationis, & gubernationis.*
27 *Monasterium, stat Abbati loco Territorij.*
28 *Monasteria, an veniant appellatione Ecclesiarum.*
29 *Episcopus, dicitur culmen Dignitatum.*
30 *Episcopali ordine, non datur maior in Ecclesiastica Hierarchia.*
31 *Papa, cùr vocet se Episcopum.*
32 *Monasteria, circa modum prouidendi, aquiparantur Ecclesijs Cathedralibus.*
33 *Vota tria substantialia Regula.*
34 *Regularis obseruantia austeritas, non nisi priuilegio Papa alterabilis.*
35 *Conuentuum defectus in aliquibus Monasterijs, vndè contigerit.*
36 *Electionibus, quales abusus olim inciderent.*
37 *Monasteria, qua conuentu carent, cadunt sub reseruationibus Apostolicis.*
38 *Quemadmodùm, & Monasteria commendata.*
39 *Electiones, qua hodie vigent, nituntur priuilegijs Summi Pontificis.*
40 *Electio quo Iure nitatur.*
41 *Monasteria non secùs, ac Episcopatus prouidentur Consistorialitèr.*
42 *Monasteria, qua sunt infrà ducentos ducatos de Camera, non prouidentur consistorialitèr.*
43 *Electio cessat, vbi adest reseruatio.*
44 *Prouisio, que fit per Papam in Consistorio, habet vim Electionis, & Confirmationis.*
45 *Consiliū Procerū maturitatem Decreti concludit.*
46 *Consistorialitèr prouidendi ratio de Monasterijs, vndè educta.*
47 *Monasteria consistorialia possunt prouideri per Papam extra Consistorium, cum Decreto, quod valeat, perindè, ac si prouisio esset facta consistorialitèr.*
48 *Monasteria omnia sunt electiua.*
49 *Monasteria vbi prouidentur per Electionem, Confirmatio aliquandò fit consistorialitèr, aliquandò verò secùs, nèc desinit Monasterium dici consistoriale.*
50 *Taxa, qua fit in tertia parte veri valoris, de Monasterijs consistorialibus, cùr fiat.*
51 *Taxa eadem, quando probet reseruationem.*
52 *Taxa eadem, semper probat Consistorialitatem, etiamsi tèr ducta, non constituat summam ducentorum ducatorum, Et quarè.*
53 *Consistorialitas imprimitur Beneficio ex descriptione in libris Camera.*
54 *Libri Camera, in quibus reperiuntur taxata Beneficia, cùr vsitati.*
55 *Consistorialitas probatur ex descriptione in libris Camera, indistinctè.*
56 *Consistoriale Beneficium potest pro libito Papa extrà Consistorium prouideri.*
57 *Consistorialitèr facta Prouisione, non habet locum Regula de Infirmis, ob prasumptam causa cognitionem.*
58 *Pensio consistorialitèr reseruata, non potest argui de obreptione, vèl subreptione.*
59 *Consistorialitèr gratia expedita, nulla eget iustificatione.*
60 *Praterquàm si aliquid sub conditione positum sit.*
61 *Consistorialiter, & non consistorialitèr prouideri, quid referat.*
62 *Monasteria Monialiū, & earum Abbatissa, in quo differant, vel conueniant cū Monasterijs virorū.*
63 *Monasteria Monialium cùm in perpetuum prouidentur in Consistorio, soluitur Summo Pontifici vestis linea, nèc subijciuntur Regula de valore.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXVI.

Monasteria, an inter Maiora Beneficia enumerentur, & hac de causa, an, & quatenùs sint Consistorialia.



PISCOPATIBVS proxima
1 sunt Monasteria, † idest loca, in quibus habitat multitudo Monachorum, vt explicat *gloss. in l. Generali in verb. Monachio C. de Sacrosanct. Eccles.* sumendo
2 † Monachium pro Monasterio, vt interpretatur *Mandos. ad regulam secundam Cancell q 3. nu. 6.*
3 Ruriquè † potiùs à principio fuerunt posita, vt etiàm nunc conspicimus, quàm in Vrbibus, vt per eum textum notat *Turrecrem. in can Luminoso, num. 2. 18. quæst. 2.* & hinc Hieronymus ad Paulinum; *Si cupis esse, quod diceris Monachus, idest solus, quid facis in Vrbibus, quæ vtiquè non sunt solorum habitacula, sed multorum?* vt refertur in
4 *can. Si cupis, 16. quæst. 1.* Nèc † ideò ineptè Monasterium nuncupatum aliquibus fuit locus Pœnitentiæ, & Carcer, vt ait idem *Turrecrem. in can. in primis, num. 4. 2. q. 1.* & *in can. mandamus, num. 1. 19. q. 3.* propter scilicèt districtam vitam, quæ ibi ducitur, vt idem explicat *in can. Hoc nequaquam, num. 4. 7. q. 1.* iniuncto etiam
5 silentio, vndè Monachi † vocati silentiarij in *authen. de Monachis §. cogitandum, Paleot. de Noth. & Spur. par. 4. quæst. 11. vers. aduertendum deindè, ad finem.*

Ecclesiæ igitur Monasteriorum huiusmodi dictæ
6 sunt Abbatiæ Regulares, & non secùs † àc ipsi Episcopatus reputari cæperunt inter maiora Benefic. cia, ex prærogatiua scilicèt Dignitatis, & Ordinationis, *Tholos. de Benefic. cap 10. num 9.* Dicunturquè Abbates Prælati, prout latè exposui suprà *quæst. 17. ex num. 9.*

Vndè, quemadmodùm in cōstitutione nouæ Sedis Episcopalis exigitur Papæ auctoritas, vt vidimus suprà *quæst. 11. per tot.* ità in fundatione
7 noui † Monasterij vltrà licentiam Episcopi ex Decreto Concilij *sess. 25. de Regular. cap. 3. in fin.* quod etiam priùs statutum fuerat in *can. De Monachis, cum seqq. 18. quæst. 2.* & dixi etiam suprà
8 *quæst. 21. ex num. 59.* exigitur † eadem Papæ auctoritas, *cap. vnic. de excess. Prælat. in 6.* & respondisse Sacram Congregationem, refert *Roderic. de Regular. tom. 1. quæst. 23. art. 3.*
9 Circa quod est aduertendum, † licentiam hanc nequè posse ità passim, & ex abrupto hodiè concedi, sed vocatis, & auditis aliorum in eisdem Ciuitatibus, & locis existentium Conuentuum Prioribus, seù Procuratoribus, & alijs interesse habentibus, & vbi causa, seruatis seruandis cognita, constiterit, in eisdem Ciuitatibus, & locis nouos huiusmodi erigendos Conuentus sine aliorum detrimento sustentari posse; Quod si ab Ordinariorum sententijs ad Summum Pontificem, & Apostolicam Sedem prouocari, & appellari contigerit, statutum est, ipsos Ordinarios tandiù erectionem nouorum Conuentuum suspendere debere, quousque ab eisdem Pontifice, & Apostolica Sede in eadem causa pronunciatum exstiterit, vt ità punctualitèr fuit decretum per Sanctæ me. Clementem Octauum 23. Iulij 1603. quæ est ipsius constitutio *99. in nouo Bullario.*

Per quam sanè Constitutionem cessat iàm præmissa disputatio, an vltra licentiam Episcopi exiga-
10 tur auctoritas Papæ; siquidèm † vbi Episcopus concedit licentiam sub hac forma, Papæ auctoritas cum illa, & quidem principalitèr concurrit, *l. 1. §. qui mandatam, ff. de off. eius, cui est mand. Iurisd.* nequè ideò alia magis distincta exigitur, præterquàm in casu prouocationis, vel appellationis;
11 exceptio † enim firmat regulam in non exceptis, *l. cum prætor, de Iudic. cum simil.* adductis per *Franch. decis. 499. num. 2.* & dixi suprà *quæst. 12.*
12 *num. 31.* Vndè † iure merito, tàm ex dicto decreto Concilij, quàm ex dicta Constitutione Clementis Octaui, cessat hodiè necessitas illa præcisa obtinendi hoc casu specialem licentiam à Papa, de qua in *d. cap. vn. de excess. Prælat.* prout ità in specie responsum fuit per *Rotam decis. 745. nu. 1. par. 2. in recent.* vbi etiàm declaratum fuit, nequè
13 hoc casu concurrere debere † requisita in *cap. ad audientiam, il primo, de Eccles. ædifican.* & *Conc sess. 21. cap. 4. de reform.* quæ procedunt respectu erectionis nouæ Patrochialis; nequè in æstimando præiudicio Ecclesiarum antiquarum considerari emolumenta prouenientia ex mera voluntate, & electione fidelium, vt sunt sepulturæ, funeralia, & huiusmodi, hæc enim pertinent ad priua-
14 tum, & singulare commodum, cuius ratio † tanti non est facienda, vt hinc impediatur opus publicum, tendensquè in publicam vtilitatem, vt ex multis concludit *Alexand. consil. 194. num. 11. lib. 2.*
15 Perceptio enim † minoris emolumenti quàm anteà, non æstimatur pro damno, modò id, de quo agitur, vtrique sufficiat, *Bart. in l. quominus, n. 12. ff. de flumin. Aym. de antiq. temp. par. 4. sectio. circa præmissa, num. 27.*

Et hæc quidem omnia intelligenda sunt de ædi-
16 ficatione noui Monasterij, siuè in eo loco † nusquàm anteà fuerit Monasterium aliquod exstructum, siuè fuerit quidem exstructum, sed posteà dirutum, itaùt egeat noua ædificatione, secùs verò si tractetur de illius simplici reparatione, aùt restauratione, vt declarat *glos. in præcitat. can. de Monachis, in verb. nouum 18. quæst. 2.* & *in cap. vn. in verb. domum de relig. dom.* & *in præcit. cap. vn. post expositionem casus circa fin. vers. nota etiam, de excess Prælat.*
17 Quamuis autèm me non lateat † plerosquè dubitasse, an Abbatia sit referenda inter maiora, vèl potiùs inter minora beneficia, per *tex. in cap. per tuas, de simon.* vbi videtur distingui inter Episcopatum, & Abbatiam, vt Episcopatus sit excellentior Dignitas, per quem *tex. Panorm. ibi num. 7.*
18 dixit, Abbatem † non habere excellentem Dignitatem, sed potiùs esse in numero Dignitatum infe-
19 riorum, Contrà † autèm *Io. Andr. in cap. maiori*

bus, num.1. de praeben. voluerit, Abbatiam tenere medium locum inter maiora, & minora, quem ibi sequitur idem *Panorm.num. 2.*

20 Tamèn veritas est, cum cætera † omnia reputentur inferiora, Abbatiam reputari inter maiora, *can.si quis deinceps, 16.quaest.7.Lap.alleg.83.n.11.* Præterquàm si tractetur de Abbatia claustrali, vt latissimè declarat, & distinguit *Port. de Imol.consil.165. sub num.27.vers. non obstant.*

21 Hæc enim Maioria † non consistit in eo solo, quòd sit Dignitas, aût Personatus, vèl quià habeat præsidere Collegio, & plus quàm alijs honorari, vt post eos, quos allegat, existimauit *Silu. de benefic. par.1.quaest.2. ex n.81.* & diximus suprà *quaest.17. ex num.6.* (hac enim ratione inter maiora beneficia, quamplura secularia recenserentur, quæ tamèn *tex. in d. can. si quis deinceps* reijcit inter minora) quemadmodùm nèc consistit in orna-

22 mentis Pontificalibus, † quæ in honorem Ecclesiarum, non autèm in amplitudinem officij concessa sunt, & propterea in Abbatibus reputantur sterilia, & infructuosa, vt pronunciant *Io. Andr. in cap.vt Apostolicæ sub nu. 3. vers. quinta glos. de priuil. in 6.* & eum sequutus *Port. de Imol.d consil. 165. sub num. 34. vers. & ideò subijcit.* Sed

23 ex † eo, quod Abbas sit Pastor Monachorum, non secùs, àc Episcopus Pastor aliorum, *cap.officij 38.de*

24 *elect.* Vndè non secùs, † àc ipse Episcopus, Abbas per electionem Conuentus, & confirmationem Papæ, vèl alterius, cui Papa vices suas mandauerit, constituitur, vt probat *tex. in d. cap. officij*, in-

25 dèque † recipit ordinariam Iurisdictionem, cum merο Imperio in Monachos sibi subiectos, *Oldra. cons.204. num.5.* & quidem immediatè à Summo

26 Pontifice, qui † cùm aliquam Religionem confirmat, eo ipso tribuit potestatem Prælatis illius, plenè administrationis, & gubernationis, vt post *Bannes, 2. 2. quaest.1.dub.8.concl 2.* tradit *Roder. de Regul. tom.1. quaest. 17.art.1.in princ.*

Et cum suprà *quaest.23. ex num. 13.* probauerimus, non dari Iurisdictionem, quæ non cohæreat Territorio, aût subiectiuè, aût circumscriptiuè, sa-

27 tis constat, Monasterium† ipsum stare Abbati pro Territorio, *cap. cum illorum, §. si verò claustralis, de sent. excomm.* per quem *tex.* ità censuit *Card. in clem.1.in princip.sub nu.5. ad fin.vers. decimo nota de stat. Monach.* & cum sequutus est *Mandos.ad reg.2.Cancell.quaest.3. sub nu. 26. vers. & dixit Cardinalis.*

28 Vndè fit, vt † tamètsi in materia stricta, appellatione Ecclesiarum non veniant Monasteria, quantumcùnque ea sit vtrisquè proportionata, vt concludit *Gemin. in cap. grandi, sub n. 12. post med. vers. possent iungi ista*, quem ibi sequitur *Franch. sub num. 8. vers. si verò subiecta materia, de supplen. neglig. Prael.* & censuit *Rota apud Seraph.*

29 *decis.606. num. 9.* Et Abbas † non possit concurrere in Dignitate cum Episcopo, qui dicitur culmen Dignitatum, *cap. Venerabilibus, de praebend. glos.in cap. 1. in verb. Dignitatum eo. tit. in 6.* &

30 diximus suprà *quaest. 9.n.68.* neque respectu † Ordinis, detur Ordo in Ecclesiastica Hierarchia, qui sit maior Ordine Episcopali, vndè Papa vocat se

31 Episcopum, † vt considerat *glo.in proo princ. in verb. Episcopus, vers. itior Bertrand. cons.73. num. 10.lib.1.in pbin. d. decis. 606. nu. 10. & 11.*

Nihilominùs, propter symboliza

32 dictis resistantem, æquiparantur M clesijs Cathedralibus in multis, pot culo prouisiuo, *can. si quis deinceps* per eum *tex.* tradit *glos. in cap. ni §. statuimus, in verb. regularis*, ...

Eadem namquè forma seruatur Abbatijs per ipsum Summum Pontif

33 uatur in prouidendis Episcopatibus, e uertendum, vltra tria vota substanti Obedientiæ videlicèt, Paupertatis, & quibus in *cap.cum ad Monasterium, Monach.* in aliquibus Religionibus rum fundatores superinductas multas formanda quadam Regula austera, & Monasteria dicta sunt loca pœnitenti propter scilicèt eam asperam, & aust normam, vt dicebam suprà *num. 4.*

34 Hæc verò austeritas † in limine ip nis inuecta, semper tanti fuit per Sa æstimata, vt facilius tolerauerint mu tus Ecclesiæ, siuè Monasterij de regul. rem, quàm relaxationem Regulæ qua. austeræ, & rigidæ: Nàm primum volu. præscribi, vt est *tex. in cap. cum de beneficio. bend. in 6.* istud verò vltimum de relaxation gulæ, non alitèr vnquàm permiserunt, quàm ex speciali priuilegio Apostolico, vt benè aduertit *Praepos. in can. ante triennium, in 2.col. vers. & sic habetis, 31.dist.*

35 Hinc verò factum est, † vt meritò renuentibus Summis Pontificibus, quæ sanctè, & piè à sanctissimis, & pijssimis fundatoribus Religionum introducta, & per Pontifices ipsos sancita fuerunt (vtcùnquè alijs aspera nimis visa) emollire, multa Monasteria, Conuentu fuerint destituta, & pleraque etiam in laxiorem obseruantiam degenerarint; Quapropter in electionibus etiam ea prodigiosa

36 scelera frequentèr committerentur, † quæ in lucem protulit *Rebuff. in concord. tit. de elect. derog. à princ. vsquè ad fin.*

37 Quæ igitùr Monasteria destituta fuerunt † Conuentu, vt alitèr quàm per electionē prouiderentur inferre, necessè fuit, proindèquè cadit sub reseruationibus Apostolicis, *Seraph decis.1498.nu.7.* quæ autèm retinebant Conuentum, cœperunt com-

38 mēdari etiàm Secularibus, atquè † ità ratione commendæ, subijci Apostolicis reseruationibus, prout hodiè subiecta sunt, *Sarnen. ad reg. de surrog.coll. litig. quaest.15. circa fin.vers. non datur etiam derogatio, Mandos.in pracit.reg.2.quaest. 3. num.2. Rota decis.88.num.1.par.1.in recent.* quæ loquitur de regula reseruatoria mensium, *Seraph. decis. 1305. num.6. & decis.1498. nu. 2. & 6.*

Adeò vt hodiè, circumscriptis his duobus casibus, quandò videlicèt Monasterium, aût Conuentu caret, aût si non caret, reperitur commendatum, Ius eligendi quatenùs permissum sit Conuentibus,

39 potiùs videatur niti priuilegijs Summorum † Pontificum

tificum diuersis Ordinibus Religionum concessis, quàm dispositioni Iuris communis, vt considerat *Mandos. ead. quæst. 3. num. 5.* & sensit etiam *Rota apud Seraph. ead. decis. 1498. nu. 6.*

40 Et hæc non † obseruauit *Ferret. cons. 301. nu. 9.* vbi Regulas Cancellariæ, quatenùs reseruant Monasteria, & Ecclesias Cathedrales, carpit, & sugillat, asserens, viam electiuam ordinatam fuisse de Iure Diuino in Capitulis Ecclesiarum, quod etiam erroneum est, cum solida hæc potestas fuerit ab initio per CHRISTVM in Petro Apostolorũ Principe constituta, *can. 1. 22. dist.* & per eundem Petrum cõmunicata cæteris, totique Collegio Apostolorum, non ex necessitate, sed ex mera humilitate, vt benè demonstrat *Rebuff. in d. tit. de elect. derog. statim ab initio.*

41 Quemadmodùm igitùr † de Episcopatibus, ità de Abbatiis, siue Monasterijs Papa consistorialitèr prouidet, *Lap. alleg. 73. sub num. 11. versic. item de illis expeditur*, & in hoc, vt dixi, benè æquiparantur Ecclesiæ Cathedrales, & Monasteria, *Rota decis. 584. num. 2. & 3. lib. 3. par. 3. diuers.* vt videlicèt hinc longè pinguiùs satisfiat necessitati maturioris consilij, eo quod poterat haberi per quæcunque Conuentum, ex adhibitione amplissimi Ordinis, in quo etiam videtur conseruari electionis species, *l. Humanum, C. de legib. Ferret. dict. cons. 301. sub eodem num. 9.*

Non tamèn omnia Monasteria prouidêtur con-
42 sistorialitèr; sed ea dumtaxàt, † in quibus propter earum (vt ità dixerim) pinguedinem, maius subest periculum, per indirectum, prolabendi in ea mala, quæ *Rebuff. vbi supra* cõmemorat; videlicèt quorum valor ascendit ad ducatos auri de Camera ducentos, hacquè ratione reseruata sunt per *reg. 2. Cancellariæ*; nèc propterea in his admittitur ele-
43 ctio, † cum reseruatio eam penitùs submoueat, *Dec. in cap. 1. paulo ante num. 10. vers. & hodiè generalitèr, de electio. Mandos. ad reg. 2. in prima quæst. num. 3.* indèque subintrat ratio prouidendi
44 consistorialitèr, quià cum hæc prouisio † debeat habere vim electionis, & confirmationis, *gloss. 2. in cap. 1. in verb. prouisionem, de elect. in 6. Rip. in cap. cam te, nu. 11. de rescript.* cum alijs per *Mandos. d. quæst. 1 num. 5. Rota decis. 475. num. 12.*
45 *part. 1. in recentior.* valdè rationabile † est, vt fiat cum summa maturitate, quæ vix seiungi potest à consilio Procerum, *l. dubium non est, C. de repud.* propterea in Lateranensi Concilio *sess. 4.* ordinatũ
46 fuit, vt talia † Monasteria valoris ducatorum ducentum, consistorialitèr omninò prouideantur, *Rot. decis. 540. num. 4. part. 3. diuers.*

Quamuis neque in hoc sit coangustata Papæ auctoritas; cõsueuerũt enim hæc Monasteria reseruata, consistorialitèr quidem prouideri, vt ad *d. reg. 2.*
47 notat *Alph. Soto*, sed tamèn † nihil est, quin si velit, possit etiam Papa extra Consistorium prouidere, ad tradita per *Paleott. de Sacr. consistor. consult. part. 1. quæst. 2. vers. quod verò ad publicam*, tuncquè adijcitur in prouisione clausula, qua decernitur, valere prouisionem, perindè, ac si consistorialitèr facta fuisset, *Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 6. num. vlt.*

Quæ verò sunt infrà dictum valorem, permittit electioni Conuentus, quatenus eum habeant, iuxtà
48 antiquos Canones, secundùm quos, omnia † Monasteria sunt electiua, *cap. cum terra de elect. Verall. decis. 296. num. 2. par. 1.* nèc confirmationes
49 tunc † consistorialitèr expediri consueuerunt, cùm cesset ratio supradicta, præsumanturquè Electores de vita, moribus, & alijs requisitis Electi, satis priùs indagasse, quando eis hæc meliùs comperta fuisse verisimillimum sit, *cap. 3 eod. tit. de elect.* Veruntamen etiam si precedat Electio (quià videlicèt cessat reseruatio) cõsueuit adhùc tamèn aliquandò Papa prouidere cõsistorialitèr, & hac ratione Monasteriũ paritèr dicitur consistoriale: ad hunc enim effectum satis est, quòd consueuerit ità prouideri, vel quod, tametsi nusquàm antea fuerit prouisum, nihilominùs propter dictam Regulam, & Decretum Concilij Lateranen. supradictũ, debeat consistorialitèr prouideri, *Rota dicta decis. 540. num. 4. & decis. 561. num. 3. part. 3. diuers. & fuit decisum in vna Palentin. Abbatiæ de Beneuiuere, 14. Aprilis, 1617. & 14. Decembris 1618. coram Reuerendissimo Domino* Coccino.

50 Vt hinc percipias, effectum Taxæ † in tertia parte veri valoris Monasteriorum, quæ fieri, & adnotari consueuit in libris Cameræ Apostolicæ pro solutione annatæ, seù communis seruitij, de qua per *Galles. in tract. de annat. num. 3. & 24.*

51 Quamuis enim ex illa † non probetur reseruatio, nisi tèr ducta constituat eam quantitatem ducatorum ducentorum, iuxta dictam Regulam, pro-
52 batur nihilominùs qualitas † consistorialitatis, siuè sit suprà, siuè infrà dictam quantitatem, vt resoluit *Sacra Congregatio super rebus Cõsistorij 9. Iunij 1591.* quam meritò sequuta fuit Rota in præallegata *Palentina Abbatiæ*; & ratio est, quià illa taxa non fuit ad alium effectum, quàm vt prouisio consistorialitèr deinceps fieri debeat; Si quidèm commune illud seruitium, in cuius causam cedit solutio dictæ taxæ, id necessariò supponit, ex quo nihil est aliud, quã portio, cuius dimidia datur Papæ, & altera Sacro Consistorio, *Galles. vbi supra, nu. 3.* successitquè loco integræ annatæ, quæ priùs soluebatur ex Constitutione Nicolai Quinti, vt per eundem *Galles. ibidem num. 24.*

Vndè parùm refert, si ea prouisio fieri debeat, tanquàm de reseruato, vèl non reseruato, & multò minùs si postquàm est facta talis descriptio, prouideatur exindè consistorialitèr, vel non consistoria-
53 litèr; nàm qualitas † hæc statim imprimitur ex ea descriptione, *l. si Peraquatore, & l. Qui grauatos, cum duabus seqq. C. de censib. lib. 11.* neque enim ad alium finem instituti sunt ij libri, quàm, vt scia-
54 tur valor † beneficiorum consistorialium debentium eam taxam pro seruitio loco annatæ, vt benè tradit *Sarnen. super regula de valore in procem. num. 6. col. mihi 3. vers. secundum valorem, & in quæst. 3. paulò ante finem, vers. aut sunt consisto-*
55 *rialia*, adeò vt ex illa † descriptione in libris Cameræ, optimè inferatur ad hanc qualitatem, prout etiam inferre visus est *Vestr. in prax. lib. 1. cap. 1. n. 2. & Paris. de resign. lib. 2. q. 2. n. 10.* & fuit decisũ *in præalleg. Palentina Abbatiæ de Beneuiuere.*

Porrò eam qualitatem per suam prouisionem extra Consistorium factam, Papa non mutat, cùm
56 nihil fit,quin beneficium † quod semper fuit consistoriale, possit pro libito Papæ prouideri extra Consistorium, *Alph. Soto ad reg. 2. post princ. vers. sed si sine Consistorio*,licèt quatenus fit extra Consistorium, dicatur facta cum minori causæ cogni-
57 tione; quemadmodùm enim, vbi prouisio † ipsa facta est consistorialitèr,inducitur præsumptio plenitudinis causæ cognitionis, vndè non habet tùnc locum Regula de infirmis, vt ad eam Regulam concludit *Gomez. quæst. 14.*
58 Neque si reseruetur † Pensio fructuum, prætendi potest obreptio,vel reductio,eo prætextu,quòd non remaneant mille pro Episcopo secundùm decretum Concilij (de hoc enim censetur priùs fuisse cognitum, & consequentèr etiam Concilio derogatum, vt fuit responsum in *vna Sancti Angeli Pensionis, 16. Decembris 1594. coram bo. me Car-*
59 *dinali Pamphilio*) & vniuersalitèr gratiæ † expeditæ per Consistorium, non egent iustificatione, *Rota decis. 612. nu. 1. part. 2. in recentior.* nisi ap-
60 pareat † aliquid sub conditione positum, vt ibi *n. 7.* ità è conuerso cessat hæc ratio, si facta sit extrà Consistorium.
61 Quo fit, † vt tota differentia consistat in modo prouidendi; si enim extrà Consistoriũ,quamuis beneficiũ hinc non desineret esse consistoriale, prouisio tamen non posset dici consistorialis,nisi ad effectum simplicis validitatis, vel alios expressos in decreto,& sic per fictionem;In reliquis verò,quos ratio supradicta non attingit,attenderetur veritas, & ideò talis prouisio admitteret tàm Regulam de infirmis,quàm alias omnes, vt in specie Regulæ de annali benè declarat *Put. decis. 490. lib. 2.* & secuta fuit *Rota in dicta Palentina Abbatiæ 14. Aprilis 1617.*

Quæ verò diximus de Monasterijs Virorum, ac de Abbatibus,eadem penè dicenda sunt de Mona-
62 steri s † Monialium,& earum Abbatissis,in quibus minor cadit Administratio, & Iurisdictio, præterquàm circa vsum clauium, & ea,quæ hunc vsum consequuntur, *cap. dilecta vbi gloss. in verb. Iurisdictioni de maiorit. & obed.* & latè tradit *Roderic. d. tom. 1. quæst. 17. art. 12. per tot.* etiam si non sint taxata in libris Cameræ,ea ratione,qui pro huius-
63 modi prouisionibus † quantumcunque fiant in Consistorio, quæ ad Abbatissatum promouentur, non soluunt commune,nèc propterea fuit necessaria taxatio; sed tradunt Papæ (loco annatæ) vnam vestem lineam, siuè Rocchettum, vndè nec prouisiones eæ subijciuntur Regulæ de valore,vt ad eam notat *Gomez. dicta quæst. 3. vers. & in summa.*

SVMMARIVM.

1 *Electo canonicè debita est confirmatio de Iure.*
2 *Confirmatio canonicè electi, est actus necessitatis.*
3 *Electo ante confirmationem interdicta est omnis Administratio.*
4 *Præterquàm, si periculum sit in mora, quid agatur de re tempore peritura.*
5 *Honorem sibi nemo debet assumere.*
6 *Electus administrans ante confirmationem, quas pœnas incurrat.*
7 *Electus, post confirmationem consequitur plenam administrationem eorum, quæ sunt Iurisdictionis, & Imperij.*
8 *Consecratio actiua non acquiritur Episcopo, nisi absoluta consecratione personæ ipsius.*
9 *Episcopi promotione contrahitur diuersis respectibus duplex spirituale Matrimonium.*
10 *Episcopo nec dum consecrato, Ecclesia dicitur adhùc viduata respectu eorum, quæ sunt Ordinis.*
11 *Episcopi electi beneficia non vacant ante consecrationem, vel tempora illius elapsa, & vbi nam intelligantur vacare.*
12 *Consecrationis tempora, ad fauorem Episcoporum specialitèr indulta fuerunt.*
13 *Episcopus, ante consecrationem non potest dici Episcopus.*
14 *Episcopus, antè consecrationem potest accusari, & ob crimen repelli.*
15 *Episcopus ante consecrationem, non intelligitur obligatus ad Curam animarum.*
16 *Nec desponsatus Ecclesiæ.*
17 *Et propterea liberè potest renunciare.*
Etiam tacitè per assecutionem incompatibilis.
18 *Abbas electus, & confirmatus illicò dicitur Abbas, & si tèr petierit benedictionem ab Episcopo, nèc obtinuerit, potest ipse Monachis suis benedicere, & alia exercere.*
19 *Abbatis benedictio quem gradum teneat.*
20 *Abbas electus, ante ordinationem non debet vocari Abbas.*
21 *Episcopo consecrato, & Abbati benedicto, quæ potestas adquiratur.*
22 *Abbati aliquandò conceditur priuilegium benedicendi, non expectata benedictione Episcopi.*
23 *Installatio solemnis, quid? remissiuè.*
24 *Episcopus, & alij Prælati ante installationem administrant.*
25 *Ni aliud obtineat Consuetudo.*
26 *Dummodò possessio sit vacua.*
27 *Installatio non tribuit possessionem, aut proprietatem Episcopo, sed confirmatio, seù collatio.*
28 *Episcopalis Sedes intelligitur vacare, vsquequò apprehendatur possessio respectu reseruationis reg. 3. Cancellariæ.*
29 *Secùs verò ad alios effectus.*
30 *Episcopus, non potest apprehendere possessionem, neque administrare, nisi antequam litteræ sint expeditæ, & ostensa Capitulo.*
Et quarè hoc sit inductum.
31 *Extrauagans iniunctæ de Elect. Qua ratione emanauerit.*



QVÆ-

QVÆSTIO XXVII.

Quid electio electo, & quid Iuris Confirmatio conferat confirmato?



X sola electione, quæ expectat adhuc confirmationem, non est dubium, vix quæri Ius ad rem, tàmetsi electi † desiderio, (nisi ali-
1 quid ei obest) deferri conueniat, *cap. postquam de electio.* per quem *tex. Abb.*
2 *ibid. num. 1.* notat, † confirmationem esse actum necessitatis, ponderando illud verbum, quo vtitur text. idem, ibi, *implean-tur*, concepto per modum imperandi, vt ponderat ibi *Dec. itidem num. 1.* quod similiter probat *text. in cap. vlt. de elect.* & censuit *Rota apud Greg. decis. 240. nu. 12.* & fuit etiam dictũ in vna *Ferrarien. Canonicatus 26. Aprilis 1624. coram bo. me. D. Rē-*
3 *boldo.* Interim tamèn omnis † administratio huic sic electo est interdicta, *cap. Nosti 9. & cap. Qualitèr*
4 *17. eod. tit. de elect.* præterquàm si † aliquid faceret ad saluandam rem aliàs tempore perituram, nèc posset per alium quàm per ipsum Officium huiusmodi adimpleri, vt docet *gloss. in d. cap. Qualitèr, in verb. administrationi*, quæ ait, cautius esse, si se abstineat.

Et quoniàm huic legi fraus consueuerat fieri, ex quo Electi procurabant se deputari in Oeconomos, vel Procuratores, hincque tàm sub his nominibus, quàm diuersis aliis coloribus se ingerere in administratione, quod repræsentabat turpissimam speciem Auaritiæ, & Præsumptionis, ex quo (vt re-
5 fertur *in eo cap. Qualiter*) nemo † sibi debet honorem assumere, sed qui vocatur à DEO tanquàm Aaron; emanauit Constitutio Gregorij X. in Con-
6 cilio Lugdunen. qua huiusmodi technæ † penitùs fuerunt præcisæ, cum decreto, vt omnes, qui secùs fecerint, iure (si quid eis per electionem quæsitum fuerit) eo ipso priuati sint, ità refertur *in cap. Auaritiæ de electione. in 6.* cuius materiam alibi expendimus.

Confirmatione autèm iàm obtenta, assequitur
7 confirmatus † plenam administrationẽ omnium, quæ ad Iurisdictionem pertinent, cum mero Imperio, *cap. transmissam 15. eodem tit. de electione. Archidiacon. in can. si quis num. 4. 18. quæst. 2.* Et si
8 Episcopus † sit, qui ideò consecrari debeat, nonantè assequitur potestatem actiuæ consecrationis, quàm ipse sit perfectè, & absolutè consecratus, idest tota ea solemnitas confirmationis consumata, *cap. Quod sicut §. super eo autem, eod. tit. de elect.* & benè declarat *gloss. in pracit. cap. Transmissam in verb. de talibus.*

9 Etenim, duplex † spirituale coniugium diuersis tamen respectibus in promotione ad Episcopatum contrahitur: alterum scilicèt inter eligentes, & electum, quod confirmatione consumitur, & alterum inter confirmatum, & Ecclesiam, quod non nisi cõsecratione absoluitur, *cap. inter corporalia §. sicut enim de translat. Episc.* Vndè *gloss. in dict. cap.*
Transmissam, dixit, eatenùs Ecclesiam videri vidua-
10 tam, quod † intelligitur respectu eorum, quæ ordinis sunt, vt declarat *Hostiens. in cap. de multa nu. 3.*
11 *de preb.* nec † priusquàm sint lapsa consecrationis tempora, vacant beneficia electi, & confirmati, *cap. cum in cunctis, §. cum verò eodem titul. de elect.* &, si tempore consecrationis possessionem habeat, & in Curia consecretur, vacant in Curia, si autèm possessionem non habeat, intelliguntur vacare in partibus ex eo tempore, quo possessionem Episcopatus in partibus apprehendit, *glo. pragm. sanctio. de elect. cap. licèt, §. censuit in verb. Promotus.* De his autèm temporibus habemus Decretum Pelagij Papæ *in canon. 1. §. si verò consecrandi di-*
12 *stin. 100.* quod † esse indultum specialitèr ad fauorem Episcoporum demonstrat *Hostien. in d. cap. de multa nu. 4.* & probauit etiam *Oldrad. cons. 14. num. 1 in princ.* & de hoc etiam agetur *lib. 3.*

Quod verò dicitur de Episcopo circa consecrationem, nullatenùs trahendum est ad Abbatem respectu benedictionis, nimis enim diuersa est ra-
13 tio: nàm electus † confirmatus, adhùc non potest dici Episcopus, seu ad Episcopatum promotus, nisi sit consecratus, *Zabarell. in cap. eam te num. 1. de*
14 *rescrip.* cùm † anteà possit quandocùnque, ingruẽte contra eum accusatione super crimine, repelli,
15 *cap. super his de accusat.* nec † priùs intelligatur cum iuramento, & ex voto se obligare ad curam animarum, & Ecclesiarum suæ Diœcesis, *Zabarell. in cap. cum venerabilis nu. 9. de censibus*; Nec dùm
16 enim intelligitur † inter ipsum, & Ecclesiam consolidatum matrimonium spirituale, *d. §. sicut enim,*
17 vndè † & potest liberè renunciare, & per acceptationem incompatibilis, inducitur talis renunciatio, iuxta doctrinam eiusdem *Card. in clem. gratiæ nu. 9. de rescript.* quem sequitur *Prapos. in can. 1. in 3. colum. vers. sicut dixit D. Cardinalis, 23. dist.* vbi reprobat *Geminian.* volentem, dispositionem *text. in cap. de multa* non habere locum in Episcopatibus.

18 Electus † verò, & confirmatus in Abbatem, illicò Abbas est, neque ea benedictio est de essentia, quod manifestum est, quià si Episcopus tèr debitè requisitus eum benedicere distulerit, potest ipse Abbas Monachis suis benedicere, cæteraquè omnia exercere, quæ ad eius officium pertinent, vt est expressum *in cap. 1. de supplen. neglig. Prælat.* & firmat *Oldrad. d. cons. 14. num. 3.*

19 Ea † enim benedictio media est, seu mixta inter simplicem, & ordinariam per manus Episcopi impositionem, quæ soli Presbytero fit, *Hostiens. in cap. tuam sub num. 8. & 9. de ætat. & qualitat.* Qui quatenùs *sub num. 7. vers. Quinimò nec de-*
20 *buit vocari Abbas*, voluit, electum † in Abbatem, adhùc tamèn non benedictum, non debere vocari Abbatem, sed Electum, non meruit tam acritèr carpi ab *Oldrad. vbi supra*, nàm loquitur expressè de electo ante Ordinationem, & sic de eo, in quem facultas benedicendi, nèc quidem in potentia cadit.

21 Cæterùm † perfecta confirmatione, & consecratione in Episcopo, vel etiam benedictio Abbate, seu per eum consequuto Apostolico priuilegio, vt

non expectata benedictione Episcopi, Monachos suos benedicere possit, aliaquè omnia fungi, quæ
22 ad Abbatialem dignitatē pertinēt, de quo † priuilegio latè agit *Rodr. de Regul tom. 1. q. 18 art. 2. per tot.* controuertunt Doctores; An possit administrare tàm ea, quæ sunt ordinis, quàm quæ sunt Iurisdictionis, ante installationem, super quo multa conuoluit *Garz. de benef. par. 5. cap. 4. ex nu. 242.* permiscens cum hoc articulo materiā *Extrauag. iniunctæ de electio. inter communes*, loquentis de necessitate expeditionis, & præsentationis literarū; supponens, tenentes affirmatiuam non fuisse memores *d. Extrauag.* vt ait *num. 251.* cum tamèn reuera omnes separent materiam *d. Extrauag.* ab hoc articulo præsertim *Felyn. in cap. in DEI, sub num. 6. vers. quarto limita, de simon.* ad quod ipse *Garz.* non aduertit.

Ideò pro remouendo æquinoco, dicimus, aliud esse, quòd Episcopus, vel Abbas velit administrare ante installationem, & longè aliud quòd velit ipse installari, vel se ingerere in administratione, antequàm literas ostendat Capitulo, vel Cōuentui, hęc enim prorsus diuersa sunt, cùm probabile sit, Epi-
23 scopum, † vel Abbatem adhuc non esse installatum ea solemni installatione, de qua per *Felyn. in dict. cap. in DEI num. 3. de simonia*, & tamèn iàm expediuisse literas, hisquè suo Capitulo ostensis, aliquem actum fecisse: Hoc posito, si quæratur de veritate articuli supradicti, an videlicèt ante ipsam
24 installationē, † literis tantùm ostensis, possit administrare, itàut in alio non consistat difficultas, quā in huiusmodi installatione cōcludas, posse, hancquè potestatem ei acquiri eo momento, quo est confirmatus, tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus, & tàm in colligendis fructibus, quàm in exercendis actionibus, & tàm in conferendis beneficijs, & Dignitatibus, quàm in recipiendo iuramēto à Vassallis, ità *Innocen. in practi. cap. transmissam nu. 1.*
25 *& e. de elect.* sequitur *Hostien. num. 5.* qui † tamèn hoc limitat, nisi aliud habeat consuetudo, vel nisi etiàm obijciatur crimen cum infamia, vel ibidem censet *Io. And. sub n. 6. vers. vel nisi*, sequitur *Card. sub num. 3. & Abb. itidèm sub num. 3.* qui testatur
26 de cōmuni, & † vult, eam procedere, nisi alius sit in possessione, seu quasi eiusdem Prælaturæ, qui proptereà priùs debeat citari, & seruatis seruandis detrudi iuxta regulam *cap. licèt Episcopus de praben. in 6* prout ibi per eum *in vers. ego pro concordantia:* Hancquè sententiam viuis rationibus, & solidis auctoritatibus comprobat *Felyn. vbi supra ex num. 2.* sequitur etiàm *Cappell. Tholos. decis. 444. vbi Aufrer.* sub distinctione prædicta, *num 4.* cum propè infinitis, quos sub eadem distinctione approbat *Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 16. num 6. & glo. pragmat. sanctio. cap. licèt §. censuit in verb. Promotus vers. quod limita, de elect.* cum alijs quos retulit idèm *Gonzal. loco præcitato num. 244.*
27 Quippè, illa installatio, † quæ idem est, ac Inuestitura, quandò præcessit Confirmatio, non est actus per se, qui possessionem tribuat, aut proprietatem, vtrumque enim pendet ab ipsa confirmatione, seu collatione, & propterea neque esset considerabilis eius effectus, si possessio de facto esset occupata per alium, quemadmodùm dictum est de effectu confirmationis, docet *Compostell. in eod. cap. transmissam num. 3. de elect.* totum ergò attribuitur confirmationi, per quam imprimuntur omnia, quæ sunt Iurisdictionis, licèt non ea, quæ sunt Ordinis, *glo. in eod. cap. transmissam in verb. de talibus* sicuti neque potestas circà causas maiores, vt aduertit *Butr. nu. 8.*
28 Neque vrget, quod † scripsit *Gonz. ad regul. de mens. glos. 15. §. 2. sub n. 87. vers. quod hodiè minori caret difficultate, in nouis,* vbi ait, ex *reg. 2. quæ hodiè est 3.* inductā esse vacationem Sedis Episcopalis, usquè ad prouisionem illius, adeptamquè pacificam possessionem. nàm hoc est verum ad certum, & singularem effectum, videlicet durationis
29 reseruationis, de qua in eadem regula, nèc † propterea ad alios trahendum, *l. quoa verò eum duab. seqq. ff. de leg.* & hanc opinionem probasse videtur *Rota decis. 475. num. 12.* & apertiùs *num. 17. vers. quia pro administratione part. 1. in recent.*
30 Si autèm quæratur, an hæc † eadem valeant, antequàm literæ sint nedùm expeditæ, sed etiam realitèr ostensæ Capitulo Cathedralis Ecclesiæ, Qui articulus est penitùs diuersus; dicendum est, non valere, esseque locum *d. Extrauag. iniunctæ, de elect.* & hoc est, quod dicit *Decis. in Burgen. Canonicatus relata per Garz. vbi suprà sub n. 252.* id enim ipsum est, quod disponit *d. Extrauagant*, videlicèt, vt ostēdantur literæ Collegio, antequàm Prælatus administret, vel recipiatur, quod est fun-
31 datum † super eo, vt non possit dubitari de prouisione, & quod ille talis sit Prælatus, vt rectè post alios aduertit *Felyn in cap. eam te paulò antè n. 4. vers. sed caue quia illi*, & docuit *Abb. in c. innostra 32. num. 71. vers. dicit tamen, de rescriptis.*
32 Emanauitquè † eadem constitutio ad tollendos abusus aliquorum Prælatorum, qui volebant sibi credi super prouisionibus sine literis, & sua auctoritate, malo more, concutiebant Collegia ad se recipiendum. Quo etiàm fit, vt cum id de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, non sit temerè possimus suspicari, receptum quoque sit, ad illos dictam *Extrauagan* non extendi, cum finalis ratio illius, non videatur Cardinalibus vllo modo conuenire, vt punctualitèr dixit *Rota apud Seraph. decis. 1144. n. 2. vers. alia verò ratione, & decis 1148. nu. 1.* Atquè hæc de electionis effectu, prout ordo tractationis expostulat, cæterùm de ea, & eam contingentibus latiùs, & fusiùs sequenti libro dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiarum alteratio circa statum, procedit ex dismembratione, Suppressione, & Vnione.*
2 *Dismembratio prohibita.*
3 *Permissa tamèn est ex causa.*
4 *Dismembratio exigit causam, & solemnitatem, seu alienatio rerum Ecclesiæ.*
5 *Dismembratio exigit citationem Rectoris Ecclesiæ.*
6 *Vnio potest fieri, non vocato Rectore Beneficij.*
7 *Secùs verò dismembratio.*

8 Clau-

8 *Clausula* vocatis vocandis, *semper adijcitur in litteris dismembrationis.*

9 *Operaturquè, vt Rector possit appellare ad vtrumquè effectum.*

10 *Dismẽbrationi si Rector vocatus nolit consentire, Executor datus in literis ad eam procedit ipso inuito.*

11 *Nisi exigeretur consensus pro forma.*

12 *Dismembrationi iam factæ si superueniat consensus Rectoris, ea reconualescit.*

13 *Consensus superueniens reualidat actum, quandò exigebatur ratione præiudicij ipsius consentientis.*

14 *Consensus non exigit scripturam, sed benè illam exigit Decretum superioris pro validitate alienationis.*

15 *Dismembratio vt conualidetur ex superueniente consensu Rectoris, necessè est, vt præcesserit tractatus.*

16 *Alienatio, ex superuenienti consensu Rectoris conualescit proptèr vtilitatem Ecclesiæ, ex tempore ipsius consensus adhibiti.*

17 *Consensus Rectoris adhibendus dismembrationi, debet esse expressus, & explicitus.*

18 *Rector Beneficij, ad effectum consentiẽdi Dismembrationi, quis dicatur.*

19 *Vicarius ad exercendam curam animarum, non dicitur Rector, ad effectum, vt debeat consentire dismembrationi.*

20 *Vicarius idem, dicitur habere Curam actualem, non habitualem.*

21 *Capitulum vbi habet tanquàm Rector consentire Dismembrationi Ecclesiæ, debet consentire Capitularitèr, nèc sufficit consensus singulorum.*

22 *Dismẽbratio vbi fit de Ecclesia vacante, debet eidẽ Ecclesiæ prouideri de Defensore, & quomodò.*

23 *Patroni consensus, non requiritur in alienatione rei Ecclesiæ.*

24 *Dismembratio exigit causam exprimi, & quam.*

25 *Dismembrationis causa quæ reputetur legitima.*

26 *Parrochialis Ecclesiæ noua positio, qua causa nitatur.*

27 *Text. in cap. ad Audientiam de Eccles. ædificand. expositus pro iusta causa dismembrationis.*

28 *Populi numerositas, an sit iusta causa eximendi nouam Parrochialem.*

29 *Loci distantia, an sit iusta causa construendi nouam Parrochiam.*

30 *Alienatio rei Ecclesiæ, exigit causam necessariam euidentèr.*

31 *Necessaria causa alienationis, quæ dicatur.*

32 *Necessitas vndè dicta.*

33 *Causæ necessariæ veritas pro alienatione aliàs prohibita, non potest pendere ex assertione partium, vel etiam superioris authorizantis.*

34 *Dismembrationis causa, non exigit processum scrupulosum.*

35 *Loci inspectio per accessum Iudicis, iustificat necessitatem.*

36 *Debet tamèn in actis redigi, aliàs non statur assertioni Iudicis.*

37 *Solemnitas extrinseca, non præsumitur minori spatio 30. annorum.*

38 *Nèc tunc nisi probato consensu eius, de cuius agitur præiudicio.*

39 *Temporis decursus, non inducit præsumptionem substantiæ actus.*

40 *Causa necessaria pro substantiando actu non præsumitur ex cursu temporis.*

41 *Causæ veritas præsumitur ex cursu temporis, si res sit dubia, & solemnitates necessariæ fuerint adhibitæ.*

42 *Causa necessaria sublata, non admittitur præsumptio solemnitatis ex tempore aliquo.*

43 *Dismembratio Ecclesiæ non potest fieri per inferiorem a Papa.*

44 *Auctoritas Superioris non præsumitur adhibita ex tempore, nisi illius scientia probata.*

45 *Parrochiæ nouæ erectio, singularitèr prohibita.*

46 *Text. in cap. Ad audientiam de Eccles. ædificand. quomodò procedat.*

47 *Cappellam ædificans, & dotans de reditibus Ecclesiæ, cum reseruatione Iuris Patronatus pro suis, perperam agit, & grauitèr peccat.*

48 *Ecclesiæ filiali quomodò, & qualitèr sit prouidendum.*

49 *Decima quatenùs permittendæ Ecclesiæ filiali, vel debita Matrici.*

50 *Decimæ non transeunt ipso Iure in Ecclesiam filialem.*

51 *Matrici Ecclesiæ honor debitus, & in quo consistat honor huiusmodi.*

52 *Matrici Ecclesiæ, in erectione filialis, Decimæ, & alia Iura Parrochiæ possunt reseruari, in signum subiectionis.*

53 *Baptizandi, & sepeliendi, aliaquè Iuris huiusmodi necessariò non requiruntur pro constituenda Parrochiali, quamuis sint Iura Parrochialia.*

54 *Præbendarum sectio, prohibita.*

55 *Præbendarum sectio, duplicitèr contingit.*

56 *Numerus præbendarum per Papam constitutus, per ipsum solum potest dissolui.*

57 *Nisi ex post, fructus creuerint, vel decreuerint.*

58 *Sectio Præbendarum pro augendo numero in Ecclesia, vt valida sit, quæ sint necessaria.*

59 *Sectio non inducitur ex simplici collatione vnius præbendæ duobus facta.*

60 *Sectio præbendæ, non potest fieri, nisi de consensu Capituli.*

61 *Sectio non potest fieri per solum Capitulum.*

62 *Sectionis præbendarum causa rationabilis, quæ.*

63 *Sacrificiorum multitudine, non propitiatur Deus.*

64 *Cultus Diuinus, non adstruitur ex numero Ministrorum, nisi Ecclesia suis debitis seruitijs ob illorum defectum defraudetur.*

65 *Ecclesiæ Curæ, & gubernio duæ personæ sufficiunt.*

66 *Sectionis causa, in pietate.*

67 *Pietas quomodò reputetur iusta causa sectionis.*

68 *Sectionis iusta causa, non est litis alicuius extinctio.*

69 *Dismembratio, siuè vnio ex causa necessaria, non subijcitur Regulæ Cancellariæ reuocatoriæ.*

70 *Necessitatis casum lex nulla complectitur.*

71 *Necessitas nullam legem agnoscit, aùt patitur.*

72 *Necessitas cuicunque legi derogat, & omnem humanitatem excludit.*

73 Re-

140 Ca-

140 *Capitulū, Sede Episcopali vacante an possit vnire.*

141 *Vnio vt validè fieri possit, exigitur iusta causa, vel euidentis necessitatis, vel vtilitatis.*

142 *Necessitas, vt sit iusta causa vnionis, debet esse euidens, & præcisa.*

143 *Necessitas eadem, non inducitur ex tenuitate redituum, si cum illis eatenùs Rector se sustentauit,*

144 *Vnio vbi fit propter necessitatem, non debet excedere eius modum.*

145 *Discretio, qualitèr dicatur adhiberi in Vnione.*

146 *Vnionis causa si apparet minus sufficiens, Vnio remanet ipso Iure nulla.*

147 *In quo articulo Rota variauit, & hodiè affirmatiua sententia recepta est.*

148 *Delegatus ad vniendum, seruare tenetur formam in literis præscriptam.*

149 *Decreti vim, obtinet mandatum Principis.*

150 *Legatus Apostolicus in vniendo Beneficia non tenetur seruare aliquem formā, non secùs, ac Papa.*

151 *Vnionis solemnia circa quæ versentur.*

152 *Vnio, debet fieri præcedente tractatu in Capitulo.*

153 *Tractatus circa alienationes rerum Ecclesiæ, cùr debeat fieri per Episcopum in Capitulo.*

154 *Et cùr non exigitur, cum sit Vnio, vel alia alienatio per Legatum Apostolicum.*

155 *Vnio an possit fieri per Episcopum, non præcedente tractatu in Capitulo, quandò procedit, tanquàm delegatus Papæ.*

156 *Vnione facta sine Capitulo, an detur actio pro illius rescissione extraneo à Capitulo.*

157 *Vnioni si patroni Ecclesiæ consentiant, an adhùc requiratur consensus Capituli.*

158 *Consensus Capituli vbi exigitur, an sufficiat illum subsequi.*

159 *Vnio quando fit, quænam personæ vocari debeant.*

160 *Vnio quandò fit per Papam, non vocantur interesse habentes, modò intelligat Papa præiudicium, quod infert.*

161 *Papa potest Vnire beneficia sine causa aliqua, dùmmodò id faciat ex certa scientia.*

162 *Vnio facta per Papam de beneficio Iuris Patronatus, sine certa scientia huius qualitatis, corruit ex mentis defectu.*

163 *Quemadmodum, si tendat in præiudicium Collatoris inferioris ab Ordinario.*

164 *Vnio longissimo tempore obseruata, præsumitur facta ex certa scientia, itàut non possit allegari præiudicium alicuius.*

165 *Vniri potest beneficium liberum alteri beneficio de Iure Patronatus, etiàm per Episcopum, & qua ratione.*

166 *Vnio vbi fit per Episcopū, vocandi sunt omnes, qui possunt lædi, siuè Patronus, siuè inferior Collator.*

167 *Vnio, quomodò intelligatur inferre præiudicium Patrono.*

168 *Vnio, extinguit Patronatum.*

169 *Vnio, cui non assensit Patronus, est nulla.*

170 *Et si plures sint Patroni, omnium etiàm consensus requiritur.*

171 *Vnio, potest fieri non vocato Rectore beneficij.*

172 *Vnitū beneficium, resignari adhuc potest, daturquè tunc clausula suspensiua vnionis.*

173 *Clausula, Vnionis suspensiua, quæ sit virtus.*

174 *Clausula* cum primum per cessum, *quæ adijcitur in Vnionibus Apostolicis, intelligitur de cessione pura, & libera, non de ea quæ fit ad fauorem.*

175 *Clausula suspensiua Vnionis, implicat sufficientem expressionem Vnionis factæ.*

176 *Etiam si sit inserta inter clausulas generales.*

177 *Vnio si fieret in forma præiudiciali Rectori per inferiorem à Papa, nihil valeret.*

178 *Vnio effectuata, impedit vacationem.*

179 *Vnio, quæ est compatibilis cum præseruatione Iuris alterius, sustinetur eo non vocato.*

180 *Vnione facta de Ecclesia sæculari ad Regularem, adhùc beneficium vnitum tenetur ad Annatas, & Iura Episcopalia.*

181 *Vnio effectum non sortita, nisi facta sit in executionem Decretorum Concilij Tridentini, subiacet regulis reuocatorijs Cancellariæ.*

182 *Vnio, permissa ex Decreto Concilij pro erectione Seminarij.*

183 *Item, pro conflanda massa distributionum in Collegiatis.*

184 *Item, pro sustentatione depauperatæ Parrochialis.*

185 *Vnio, facta ex permissu Concilij de beneficio reseruato, an valeat.*

186 *Interpretatione prudentum frangenda est captiosa liberalitas.*

187 *Interpretationis proprium, est exponere verba, non perimere.*

188 *Mens talis præsumitur, qualis est vulgatus sensus verborum.*

189 *Princeps solus interponit partes suas contra verba clara legis.*

190 *Lex quamuis dura, seruanda est.*

191 *Vnionem effectuari aliud, & longè aliud exequi.*

192 *Emptio aliud, & aliud emptionis executio, inter quæ, datur medium.*

193 *Forma dat esse rei.*

194 *Traditio consumit executionem.*

195 *Dominium non nisi traditione, concurrente præexistenti titulo, transfertur.*

196 *Commissi pœna non incurritur ob alienationem contra prohibitionem, nisi secuta traditione.*

197 *Traditio facta per Constitutum, non inducit caducitatem in casu prohibitæ alienationis.*

198 *Vnio permissa de reseruatis, vel affectis, quomodò intelligatur.*

199 *Effectum sortiri opponitur actui frustratorio, & perperàm gesto.*

200 *Vnio facta in vim Concilij dicitur sortita effectum, licèt dilata sit executio, donèc sit consumpta Reseruatio.*

201 *Vnio facta de beneficio reseruato, & vacante, siuè reseruatio præcesserit, siuè inciderit vacationi, non tenet.*

202 *Vnitum beneficium adhùc prouidetur per Papam, si reseruatum sit, Et qua ratione.*

203 *Reseruatio non consumitur, nisi per prouisionem Papæ.*



QVÆ-

QVÆSTIO XXVIII.

Quomodo contingat alteratio Ecclesiarum, in earum substantia, per sectionem, suppressionem, & vnionem.



1 QVÆ autèm alterant † Ecclesiarum statum, præcipuè curatarum, siuè sint Collegiatæ, siuè simplices, tria sunt; sectio videlicèt, siuè dismembratio, suppressio, & Vnio, de quibus nùnc videndum est sigillatim.

Et quoad dismembratio-
2 nem, illa quidem † dudùm etiam respectu quorumuis beneficiorum prohibita fuit in Concilio Turonensi, vt legitur in *cap. maioribus, & cap. tua de*
3 *preben.* Permissa est tamèn † ex causa, † in *cap.*
4 *ad audientiam, de Eccles. ædifican.* tùncque † ceù in alienationibus rei Ecclesiæ, exigitur, & causæ, & solemnitatis concursus, idest vocatio Rectorū, causæ expressio, causæ veritas, tractatus, & aliæ solemnitates Iuris, de quibus in *can. sine exceptione 12. quæst. 2. cap. dudum, de reb. Eccles. non alien. in 6. Rota in nou. decis. vn. num. 1. eod. titu.* & censuit *in vna Elboren. Dismembrationis, 17. Nouembris 1600. coram bo. me. D. Iusto, in Toletana Parrochialis, de Madrid, 19. Nouembris 1601. coram bo. me. D. Corduba,* & in vna *Aquilana Nullitatis erectionis, 24. Maij 1610. coram R. P. D. Pirouano,* quæ legitur impressa *in recentior. par. 2. decis. 288. num. 1.*

Et quoad vocationem Rectoris, illa est omni-
5 nò † necessaria, propter graue præiudiciū, quod ei infertur, ad *tex. in l. de vnoquoque, de re iudic. Rota apud Seraph. decis. 414 n 1. & decis. 1062. n. 2.*
6 Vnde licèt † vnio vnius Ecclesiæ regulariter possit fieri Rectore non citato, *Clem. si vna, vbi Anchar. nu. 5. de reb. Eccl. non alien.* tamèn dismem-
7 bratio † siuè alienatio partis ipsius non potest fieri, nisi ipso vocato, *glos. in d. Clem. si vna, in verb. vocatus,* vbi etiam *Io. Andr. in verb. defensor,* & optimè *Imol. nu. 12.* vbi reprobat *Hostien;* quem citat gloss. prædicta, confundentem terminos vnionis, & dismembrationis; atquè ità non benè accipientem verba *Innoc.* qui de dismembratione loquitur, *in cap. Vt nostrum, sub nu. 6. vers. sed cum Dignitas non vacat, vt Eccles. benef. sine diminut. conferan. Rot. d. decis. vn. num. 2. Tholosan. de instit. benef. cap. 13. sub n. 11. vers. si verò diuisionem, Rebuff. in compend. alien. re. Eccl. n. 68.* & fuit responsum in vna *Mediolanen. Vnionis, 16. Nouembris 1594. coram Orano.*

Hincquè, inoleuit vsus in literis, quæ super dismembrationibus expediuntur à Cancellaria, sem-
8 per apponendi clausulā *vocatis vocandis,* quæ † arctat Executorem ad procedendum via ordinaria, iuxta doctrinam *Felyn. in cap. de cætero, num. 10. de re. Iudic.* & dicemus, *lib. 4.* cùm de potestate executoris literarum Apostolicarum agetur; ope-
9 raturquè vt Rectori permissa † sit appellatio ad vtrumquè effectum, adeò quòd si intra decendium datum ad appellandum, procedatur ad executionem, ea sit nulla ex generali regula, *cap. non solum de appell. in 6.* prout ita in puncto fuit decisum in vna *Cæsaraugustana Dismembrationis, 25. Iuny 1607. coram bo. me. Cardinali Sacrato.*

10 Est tamèn verum, si vocatus † Rector noluerit consentire, posse Episcopum eo inuito (si subsistitista causa) procedere ad talem dismembrationem, vt probat *tex. in d. c. Ad audientiam ad finem, vers. si verò persona,* & censuit *Lap. allegat. 66. num. 3.*
11 atque ità cùm † requisitio consensus non exigatur pro forma (quo casu aliud dicendum foret, ex *Innoc. in cap. dudum, sub num. 3. vers. Item pra-*
12 *statur, de reb. Eccles. non alien. in 6.*) cū † *tex. in d. cap. Ad audientiam,* id non declaret, nèc ratione auctoritatis requiratur, sed dùmtaxat ratione præiudicij; existimarem pro validitate actus, sufficere, si postea talis consensus superueniat, iuxta
13 regulam, quam † ponit post alios quos allegat *Surd. decis. 99. sub num. 13. vers. & non refert, & num. 14.* & in terminis subiectæ materiæ, *Innoc. in d. cap. dudum, sub num. 3. vers. Episcopi autèm, Rota decis. 3. sub num. 4. vers. hanc regulam, de confess. in nou.*

Vndè nèc consensus huiusmodi exigit scripturā,
14 quam † tamèn exigit decretum Superioris, quod alienationem præcedere debet, inquit *Innoc. loco*
15 *proximè allegato, num. 3.* Necesse est tamèn † ad effectum, vt attendatur talis consensus ex post, quòd eum præcedat tractatus, in quo deliberetur, dismēbrationem fieri oportere propter Ecclesiæ vtilitatem, iuxta distinctionem *Innoc.* quam sequutus fuit
16 *Franch. in d. cap. dudùm nu. 13.* & ità † alienatio conualescit propter vtilitatem Ecclesiæ ex nùnc, non ex tùnc, *glos. in d. cap. 1. in verb. tractatus.*
17 Itèm † necesse est, quod talis consensus sit expressus, & explicitus, tacitus enim, & implicitus non sufficit, *gloss. in d. c. Dudū, quod est 1. in verb. perpetuū, de reb. Eccles. non alien. in 6.* & ità decisum in *d. Elboren. dismembrationis 18. Nouembris 1600. coram D. Iusto.*
18 Intelligitur autèm Rector beneficij, † ad istum effectum, qui habet illius defensionem, vt est *tex. in d. cap. 1.* Vndè cum Ius Parrochiæ censeatur residere penès Prælatum, non autèm penès Vicariū, vt dictum est suprà *quæst. 20.* & docet etiam *Abb. in repet. cap. extirpanda, 30. §. qui verò, num. 15.*
19 *de prabend.* erit requirendus † consensus Prælati, seù Capituli, si apud Capitulum sit cura, non autèm Vicarij, qui solùm habet exercitium, & suam congruam, *Rota decis. 288. num. 4. vers. nec*
20 *suffragatur consensus Vicarij,* Quamuis enim, † & Vicarius hic dicatur habere curam, id prorsus referendum est ad curam actualem, non autèm ad habitualem quoque, *Rota decis. 710. num. 5. par. 2. in recent.* & dictum fuit *in vna Barchinonen. Vicaria, 17. Maij 1624. coram R. P. D. Merlino.* Et
21 vbi † habet consentire Capitulum, non sufficit cōsensus singulorum de Capitulo, sed requiritur consensus Capitularitèr, *Felyn. in cap. Cum omnes, num. 24. & 28. de constit. Rota decis. 484. num. 6. par. 1. in recentior.*
22 Vbi verò vacaret † Ecclesia, debet ad istum effectum

fectum illi deputare Episcopus Defensorem, ad cuius officium pertinebit disquirere de legitimitate, & veritate causæ necessariæ; & in cuius deputatione cauere debet, nè talem deputet, qui possit corrumpi, vt elegantèr dixit gloss. in d. cap. 1. in verb. defensore, de reb. Eccles. non alien. in 6. & eam probauit Rota in d. Toletana Parrochialis, S. Sebastiani, 19. Nouembris 1601. coram bo. me. D.
23 Corduba, ex quibus etiam consequitur † consensum patronorum minimè exigi, vèl curari, vt latè resoluit Rota apud Cassad. decis. 3. sub num. 4. vers. sed conclusum fuit, de Iur. patron.
24 Quod attinet † ad expressionem causæ, illa ideò exigitur, vt ab ea dimetiatur Iustitia dismembrationis, quod satis innuit tex. in l. 1. ad finem principij, ff. de reb. eo. Iusta autèm illa tùnc regularitèr reputatur causa, quæ implicat animarum periculum, cui alia ratione non potest prospici, iuxta terminos cap. Ad audientiam, de Eccles. ædifican. &
25 dixi regularitèr, † quià aliquandò, vèl sola pinguedo redituum vnius, & exilitas fructuum alteriùs Ecclesiæ reputatur iusta causa pro dismembratione, vt in casu, quo Episcopus constituit ministrum in Ecclesia Parrochiali, qui adiuuet Rectorem, & ad hunc effectum illi assignat pensionem ex reditibus Ecclesiæ loco beneficij, quod facere potest, Abb. in cap. Conquerente, sub num. 1. in 1. notab. & num 5. de Cler. non resid. Gambar. de off. legat. lib. 5. sub tit. de dismemb. num. 9. & 10. cum alijs per Rotam apud Seraph. decis. 428. n. 1. & hoc casu, sat est, quod remaneat sufficiens portio pro Rectore, vt ibi, vbi etiam fuit consideratum, illam excedere portionem assignatam in primitijs, & quibusdam oblationibus.
26 Et hinc est, quod † si intra mœnia Ciuitatis includatur antiqua Parrochia, ad quam saltim noctù non pateat accessus Comitatensium, qui illi priùs suberant, hæc sit iusta causa dismembrandi hanc Parrochiam, & aliam extra Ciuitatem erigendi, vt in casu Lapi, allegat. 66. in princ. & num. 1. Simi-
27 litèr † si extet medius fluuius, vel Torrens inter Ecclesiam, & partem populi illi subiectu, qui sæpè exundans ità iter obsideat, vt aliquandò cogantur infirmi sine Sacramentis Ecclesiæ mori; hæc similitèr reputabitur iusta causa, vt probat tex. in d. cap. Ad audientiam, vbi gloss. in verb. magna difficultate, de Eccles. ædifican. & fuit decisum in Lucana dismembrationis 9. Maij 1611. coram Reuerendiss. D. Ortembergo.
At si ex diuerso, nil aliud pro causa proponatur,
28 quàm † numerositas populi, cui succurri potest per multiplicationem Ministrorum, vt in dicta Toletana, ad quam adigi possunt Rectores, ex Concilio sess. 21. cap. 4. (quicquid ante decretum istud Concilij dicendum fuisset, ex can. Præcipimus, iuncta gloss. in verb. debeas 16. quæst. 1.) hæc non reputabitur iusta causa dismembrationis, vt fuit decisum in præfatis Elboren. dismembrationis, & Aquilana Nullitatis erectionis.
29 Minùsquè reputabitur pro iusta † causa, loci distantia, vel etiam angustia Ecclesiæ, si per nouam ædificationem, aut ampliationem Ecclesiæ, atquè in loco accessibili possit his difficultatibus occurri;
30 exigit enim Canon † non quamlibet necessitatem, sed necessitatem euidentem, d. cap. 1. de reb. Ec-
31 cles. non alien. in 6. idest, † cui aliud remedium non possit adaptari, vt explicat I. C. in l. magis puto, §. non passim, ibi, si igitur deprehēderit, non posse aliundè exsolui, ff. de reb. eor. atquè ità censuit Rota in præallegata Aquilana Nullitatis dismembrationis 10. May 1613. coram D. Pirouano: necessitas enim, † siuè necessum à cesso
32 deductum est, quià non sit in eo cessandum, vt per Io. Kal. in lexico Iuridico, verb. necessum, vbi satis egregiè de duplici necessitate absoluta videlicèt, & respectiua, vèl consequutiua.
33 Tandèm quoad veritatem † causæ, ea non habet pendere ex assertione partium, vèl etiam ipsius Episcopi, aùt alterius dismembrationi auctorizantis, sed debet de ea positiuè constare ex processu desupèr facto, vt post Gemin. & Anchar. latè deducit Franch. in d. cap. 1. num. 4. & tenuit Rota in præallegata Toletana Parrochialis S. Se-
34 bastiani. Vnde licèt † non sit necessarius processus scrupulosus, & secundùm Iuris subtilitatem, sufficiatquè ideò simplex processus; vt per Lap. d. allegat. 66. sub num. 1. vers. quæritur, quod reme-
35 dium, & quoad ipsam † causam, sufficiat pro eius verificatione accessus Ordinarij ad locum, & illius inspectio, sub num. 7. ad med. vers. nàm quæstio
36 Parrochianorum: hæc † tamèn omnia debent in actis publicis reduci, aliàs non staretur Iudicis assertioni, quod locum ipsum vidisset, & negotium in tali statu reperisset, c. quoniam contra de probat. Soc. cons. 47. num. 15. lib 4. Aym. cons. 171. n. 7. & in terminis visionis, & inspectionis Iudicis, censuit Rota in vna Sabinen. Aquæ 29. Martij 1604. coram Reuerendiss. D. Ortembergo.
37 Et hinc existimo, nisi causa † euidens sit, nullius temporis lapsum ad sustinendam dismembrationem sufficere; sufficiet autē temporis decursus, (qui in hac materia non debet esse minor triginta annorum, cap. peruenit, vbi Imol. num. 10. & 13. de empt. & vendit. & fuit dictum in præallegata
38 Elboren. 18. Decembris,) pro inducenda † præsumptione solemnitatis extrinsecæ, quam possessor allegat, dùm tamèn probetur consensus illius, de cuius agitur præiudicio, vt exponendo intellectū d. cap. Peruenit, rectè animaduertit Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 132. n. 64. vers. cæterum hæc
39 opinio, † sed nō sufficiet pro inducēda præsumptione substantiæ ipsius actus, vt per Aym. de antiquit. temp. par. 3. in princ. n. 22. vers. quarto limitatur,
40 cum alijs per Menoch. loco præcitato nu. 7. nèc † in consequens pro inducenda præsumptione causæ illius, à qua actus substantiatur, & mensuram Iustitiæ assumit, vt pulchrè deducit Natta cons. 162. num. 24.
41 Et quamuis admittatur, quod † præsumenda sit veritas causæ, vbicùnque versamur in dubio, & cæteræ solemnitates apparent adhibitæ, Gemin. cons. 48. num. 6. vers. nec præsumitur, & in terminis dismembrationis decidit Rota apud Seraph.
42 decis. 414. num. 2. sublata verò † causa, quatenùs supponitur, talis actus clarè, & euidentèr, remaneret minùs solemnis, àc in consequens non admit-

admittit præsumptionem solemnitatis ex tempore aliquo, *Grammat. decis. 79. sub num. 21. vers. præsertim cum liqueat*.

Et propiùs ad terminos materiæ huius dismembrationis; supposito defectu causæ, aùt volumus ex cursu temporis inducere præsumptionem auctoritatis Episcopi, seù alterius inferioris à Papa; &
43 inutilitèr, cum talis † inferior non possit dismembrare, aùt dismembrationi auctorizare sine causa prædicta, resistente Concilio Turonen. relato in præcitato *cap. Maioribus, de præben.* contra cuius sanctionem nil potest moliri, atquè ità præsumptio non est attendenda, nè quando magis pollere videatur, quàm rei veritas: Aùt volumus inducere
44 præsumptionem † auctoritatis Papæ; & clarum est, quemcunque lapsum temporis non sufficere pro ea inducenda, nisi iustificata ipsius Papæ scientia circa talem dismembrationem, *Alex. cons. 9. nu. 8. lib. 3. & cons. 17. num. 8. lib. 4. Afflict. decis. 107. sub num. 7. vers. & eum non sit probatum, Aym. de antiq. temp. 3. par. principali in princ. sub n. 17. vers. ideo si in alienatione, Ruin. cons. 23. num. 19. vers. & ità notabiliter lib. 5. Crott. ad l. sciendum sub nu. 25. vers. tertiò fallit de verb. oblig. Menoch.* qui alios allegat, vbi suprà n. 70. & 71. & præmissa quidem versantur circa ipsam dismembrationem.

45 Quo verò ad erectionem † nouæ Parrochiæ, quę alia particulari dispositione est interdicta, *Abb. in eod. cap. Ad audientiam, num.* 2. est diligentèr obseruanda dispositio *tex. in d. cap. Ad audientiam*, quæ non habet locum, nisi pluribus concurrentibus, videlicet.

46 Primò, vt † reseruetur Ius præsentandi Rectorē nouæ Ecclesiæ, ipsi Rectori Ecclesiæ Matricis, à qua fit dismembratio (quasi in recompensam, inquit *gloss. ibi in verb. Rectoris*) quod intelligitur vbi Ecclesia antiqua contulit de suo pro dote Ecclesiæ nouitèr constructæ, vt ibi per *Abb. num.* 10. Neque hinc quæritur patronatus consanguineis Rectoris, sed ipsi Ecclesiæ; Vndè *Abb. ibidem n.* 11.
47 ait † se credere peccare illos Clericos, qui cum reditibus Ecclesiæ ædificant Cappellas, illas attribuentes consanguineis, & vendicantes sibi, vt priuaris, Ius patronatus illarum: Propterea Rota in præallegata *Aquilana Nullitatis erectionis, 24. Maij 1610. coram D. Pirouano*, ex hoc maximè inclinauit pro annullatione dismembrationis, quià Episcopus, qui illi auctorizauerat, reseruauerat in ea Ius patronatus suis proprijs consanguineis.

48 Secundò, vt eidem † nouæ Ecclesiæ Rectori assignentur pro eius sustentatione oblationes pro modo Parrochiæ dismembratæ, quo nomine veniunt etiam decimæ, vt latè disputat, & concludit *Lap. d. allegat. 66. sub num. 3. vers. quaro igitur, & num. 4. & 5.* Ità vt † Ecclesia filialis, sic de nouo erecta, habeat fundatam intentionem super perceptione decimarum contra Matricem, *Card. cons. 2. vers. sed contra secundum membrum, de decim. Rebuff. de decim. quæst. 6. nu. 14. & 23. Abb.* qui attestatur de communi *in cap. Cum contingat, sub num. 8. vers. quartus casus de decim.* & firmauit *Rota in vna Comen. decimarum, 28. Iunij 1602. & 27. Nouembris 1606. & 1. Februar. 1608. coram bo. me. Cardinali Sacrato*, ac tandem, reprobata contraria sententia *Io. Andr. in Mediolanen. decimarum, 9. Martij 1609. coram bo. me. Cardinali Marcomontio, quæ est decis. 178. par. 1. in recent.*

49 Hæc verò necessitas † assignationis decimarum, non est præcisa, sed causatiua, in defectum scilicet aliorum redituum Ecclesiasticorum, *Mandos. consil. 31. num. 9. ad finem*, atquè ideò si aliàs congruè dotetur Ecclesia, nihil est, quin decimæ debeantur ipsi matrici, maximè si concurrat obseruantia, vt censuit *Rota decis. 419. num. 9. & decis. 448. num. 2. par. 1. in recent.* quippè decimæ
50 non † transferuntur ipso Iure in nouam Parrochialem, sed remanent penès Matricem, quæ ideò satis fundat intentionem de Iure communi pro illarum exactione, *cap. Non est, & cap. tua nobis, de decim. Rota decis. 541. nu. 4. par. 1. in recent.*

51 Tertiò tandem, vt competens honor † in ea pro facultate loci, Matrici Ecclesiæ reseruetur, vt dicit idem tex. in *cap. Ad audientiam*, idest annua
52 aliqua pensitatio † arbitrio Episcopi moderanda, inquit *gloss. ibidem, in verb. honor*, vix enim est, vt illa verba *pro facultate loci* possint ad aliud referri, vt rectè mihi aduertisse videtur ibi *Abb. sub num. 16. vers. & pro hoc intellectu*.

53 Non tamen nego, † quin etiam in signum subiectionis, possint matrici Ecclesiæ reseruari ea, quæ aliàs Iure Parrochiæ in filialem trāsfunderentur, vt sunt non solùm ipsæ decimæ, sed etiam Iura sepulturæ, & baptizandi, vt per *Butr. in eo. cap. Ad audientiam, sub num. 12.* & censuit *Rota decis. 376. num. 3. par. 1. in eisdem recent.*

54 Quāmuis † enim actus baptizandi, & sepeliendi, necnōn decimarum, ac oblationum, & primitiarum perceptio, necessariò non requirantur pro constituenda Ecclesia Parrochiali, neque ex illis rectè inferatur ad statum Parrochialitatis, vt latè habetur *decis. 52. nu. 27. par. 2. diuers.* & vidimus suprà *quæst. 20. ex nu. 57.* hæc tamēn sunt Iura Parrochialia, vt declarando *Roman. cons. 356. ex nu. 3.* tradit *Rota ea. decis. 52. num. 34. cum seqq.*

Hæcquè de dismembratione, seù sectione Ecclesiæ particularis cùm exposita sint, non est penitùs extra rem nūnc tractare de sectione præbendarum in Collegiatis, quę est propria materia *c. Maioribus, de præb.* Reducitur què tota hæc indagatio ad Ecclesias numeratas, de quibus latè agimus suprà
55 *q. 14. ex n. 12.* & in his quidem † alteratio numeri duplicicitèr contingere potest, per sectionem videlicèt, ad effectum augendi eundem numerum, & per suppressionem, ad contrarium effectum, videlicèt minuendi eundem, de quibus sigillatim agendum est; sed priùs hoc generalitèr statuendum, neque secādo, neque supprimendo aliud magis obseruandum esse circa potestatem secantis, vel supprimentis, quàm auctoritatem, cum qua semèl nu-
56 merus constitutus est: nām † si constitutus foret auctoritate Summi Pontificis, non posset Capitulum ex se, sine eiusdem Pontificis auctoritate talē numerum alterare, *Io. Andr. in cap. Cum accessissent, num. 19. de constit.* Quod † intelligitur,
57 nisi ex post fructus creuerint, vel decreuerint, vt est

tex.

tex. in cap. cum M. *eod. tit. de constit.* & latè di-
stinguendo tradit *Abb. in præcitat. cap. cum acces-*
sissent, n. 4. & Felyn. n. 17. vbi etiam latè de effectu
Iuramenti, & de consensu Patroni, vel fundatoris.
58 Igitur, † secundùm *Abb. in cap. Vacante, 26. n. 2.*
eod. tit. de praben. quem ibi sequuntur *Anchar.*
sub nu. 8. vers. ad hoc autem, & Io. de Anan. n. 2.
quoad sectionem gratia augendi numeri in eadem
ecclesia; pro eius validitate quatuor concurrere
debent, quorum si alterũ deficeret, prorsus redde-
retur actus inutilis, vt dixit ibi *Io. de Anan. eo. n. 2.*
Primum, quòd secantes hoc facere intendant,
59 nàm si vnam † præbendam vacantem, duobus sim-
plicitèr cõferrèt, actus esset frustratorius, eo quòd
huiusmodi spirituale ius diuidi, seù cõmunicari nõ
valet, nèc posset referri ad sectionem, ex qua emer-
geret præmissa hęc creatio noui spiritualis Iuris, vt
est *tex. in d. cap. Dilecto, in §. pratcrea,* & ibi *glos.*
in verb. augmentare.
60 Secundum, vt concurrat consensus † Capituli,
proptèr status Ecclesiæ alterationem, *Clem. 2. de*
reb. Eccles. non alien. & istud secundum requisi-
61 tum † referas ad Prælatum Superiorem ipsius Ca-
pituli, nàm Capitulum nunquàm ex se id potest, sed
omninò requiritur auctoritas Episcopi, si tamèn
Episcopus non sit de Capitulo, vèl habeat bona
communia cum ipso Capitulo; tùnc enim exigitur
auctoritas Metropolitani, vèl Papæ, vt docet *Io.*
Andr. in præalleg. cap. Cũ accessissẽt, n. 19. de cõstit.
62 Tertium, vt subsit causa † rationabilis, putà
defectio Canonicorum, & augumẽtatio cultus Di-
uini; & circa istud, quod est causa finalis præmissæ
sectionis, dilìgentèr obserua, quòd cum melius ser-
uiatur Ecclesiæ per plures, quàm per pauciores, vi-
detur frustratoriè adijci, ex quo in omni sectione
augetur numerus seruientium, & proptereà id re-
ferendum est ad præcisam necessitatem Ecclesiæ;
cum non semper expediat, plures adesse ministros,
63 multitudine enim † sacrificiorum non propitiatur
Deus, inquit *glos. in cap. vn. in verb. nimiam, de*
religios. domibus in 6. atque ideò causa ista cultus
Diuini non habetur in consideratione ex solo nu-
64 mero Ministrorum, nisi † vbi Ecclesia proptèr de-
fectum illorum, suis debitis seruitijs defraudatur,
vt ex *Petro de V bald. in tract. de canon. Episcop.*
cap. 7. num. 6. declarauit *Rota*, pronunciando, nul-
lam esse sectionem ex simplici huiusmodi causa fa-
ctam, in *vna Calagur: tana beneficy de Ariola 14.*
Maij 1593. coram bo. me. Gipsio, vbi firmatum
65 etiam † fuit, duos Beneficiatos regularitèr suffice-
re pro cura, & gubernio vnius Ecclesiæ, *cap. Vt*
quisque, vbi Abb. num. 1. de vita, & honest. cleric.
cap. Proposuit, de fil. presbyt. Cassad. decis. 19. sub
num. 1. vers. sed pro affirmatiua, de praben.
Vndè etiam declaratur id, quod voluit *Hostien.*
in dicto cap. Vacante, sub num. 5. dùm repu-
66 taur † causam sectionis rationabilem, si in
Pietate consistat, quem sequitur ibi *Io. de Anan.*
67 *num. 2.* nempè † vt intelligatur de Pietate, quæ
exercetur in casu præcisæ necessitatis, vt putà nè
quis fame moriatur, proùt sic loquitur *D. Ambros.*
relatus in can. Non satis est, 86. distinct. quem
68 allegat *Hostien.* pro dicto suo, & hinc est, † quòd
quàmuis pium sit litis in Ecclesia extinguere, ta-
mèn proptèr extinctionẽ huiusmodi litis, non sunt
secanda beneficia, cum alitèr cõponi, vel terminari
possit, vt respõdit *Rota in d. Calagurit. de Ariola.*
Quod summoperè est notandum pro interpre-
tatione d. Regulæ Cancellariæ, reuocatoriæ vnionũ
69 effectum non sortitarum; nàm † supposito quòd
aliqua dismembratio, seù vnio facta sit ex tali cau-
sa necessaria, indubitatum est, eam non cadere sub
70 dispositione dictę Regulę, † nulla enim lex, quãtum-
cunquè generalis, & vniuersalis complectitur casũ
necessitatis, *cap. vlt.* ibi, *nisi necessitas vrgeat, vel*
71 *pietas suadeat, de ferys*, nequè vllam † legem ip-
sa necessitas agnoscit, aùt patitur, *gloss. in l. vn. §.*
72 *expedire, ff. de off. Consul.* sed è conuerso † ipsa
veluti semper posterior, cuicunque legi derogat, &
omnem humanitatem excludit, *Decian. cons. 51.*
nu. 1. vers. necessitas enim, lib. 3. cum his. Quos in
hanc materiam conferunt, *Guilliel. de Benedict. in*
cap. Raynutius, in verb. & Vxorem nomine Ade.
lasiam, ex num. 1033. de testam. Bobad. in polit.
lib. 2. cap. 18. n. 298. & 317. & in puncto dictæ Re-
73 gulæ † *Mohed. decis. 7. de priuileg. Rota diuers. de-*
cis. 1143. par. 3. lib. 3. Seraph. decis. 982. n. 1. Gõzal.
ad reg. de mẽs. gloss. 5. §. 7. n. 47. & 48. & fuit etiàm
responsum in *Cæsaraugustana fructuum* 10. *De-*
cembris 1595. coram Iusto, in Perusina Vnionis 1.
Aprilis 1596. coram Blanchetto, & in Brixien.
Cappellaniæ, 12. Maij 1595. coram Litta. Quæ cõ-
74 clusio † licèt fuerit in dubium reuocata in vna
Toletana Cappellaniæ de Pastrana 23. Ianuarij
1608. coram Reuerendissimo Pamphilio, tamèn
etiàm secundùm lecturam modernarum Regularũ
eam procedere, latè firmatum fuit in *Alerien. bene-*
ficij, 15. Ianuarij 1618. corã Illustrissimo D. Card.
Caualerio, & etiam admisit *Rota in Algaren. dis-*
membrationis, 14. Nouembris 1616. & 11. Ia-
nuarij 1619. coram bo. me. D. Remboldo; Clausula
75 enim illa † adiecta in noua Regula *nècnon pro*
dotatione, seù fundatione, augumento, &c quæ cau-
sam necessariã implicare videtur, respicit causam
Collegiorũ, & locorũ Piorũ, non autèm omniũ Ec-
clesiarũ, in quibus nõ est tanta ratio amaritudinis.
76 Quartum denique requisitum est, vt † reditus
cuiuscunque portionis dissectæ, sufficiant compe-
tentèr pro victu cuiuscunquè Beneficiati, vt in *d.*
cap. Vacante, in cuius rei determinatione, non est
habenda consideratio alimenrorum dumtaxàt, ve-
rùm etiàm onerum Episcopalium, & hospitalitatis,
vt dixit *gloss. vlt. in cap. Expofuisti, eod. tit. de pra-*
ben. quod semper probandum est per eum, qui se-
ctioni innititur, vt in *d. Calagurtana beneficy 28.*
Martij 1583. coram bo. me. Card. Scipione Lancell.
Est tamèn diligentèr obseruandum, dismembra-
tiones consuetas fieri ab vna ecclesia, ad aliam, sæ-
pius fieri de bonis, & Iuribus, quæ constituunt cer-
tam quantitatem redituum; & quamuis Papa in
77 literis eam positiuè faciat, nihilominus † semper
eget ministerio Exequutoris, respectu liquidatio-
nis quãtitatis, ante quam impossibile est, Ecclesiam
cui sit applicatio, talium bonorũ possessionem ac-
quirere, *Bald. cons. 165. lib. 4. Castr. cons. 169. ad*
fin. lib. 2. Aym. cons. 164. n. 2. & fuit decisum in *Cæ-*
saraugustana fructuum, 31. Ianuarij 1597. coram
bo. me. Cardinali Pamphilio.

78 Quantum verò attinet ad suppressionem: † cum
ea euidentèr tendat ad diminutionem Diuini cul-
tus,atquè ideò difficiliùs permittatur, *d. cap. cum
accessissent,& cap.ex parte, de constit.* exigit cau-
79 sam † præcisè necessariam , quæ secundùm *Tholo-
san.de benef. cap. 19.* triplex est .
80 Prior quidem est fructuum † diminutio,quæ as-
signatur per *tex.in cap.vlt.de verb signif.*vbi *gloss.
& Doct. Felyn.* post alios *in d. cap.Cum accessis-
sent, num. 17.* & quoad iustificationem causæ hu-
ius,cadunt aliquæ circumstantiæ diligentèr atten-
dendæ : Quarum præcipua est, vt rectè articuletur
81 valoris diminutio , non † in genere , sed specificè
cum sua causa , cum possit esse temporaria ; & in
specie,probationem genericam per Testes simpli-
citèr dicentes , fructus esse diminutos, reiecerunt
DD. me informante, in *vna Calaguritana benefi-
cij de Trespuentes, 28. Nouembris 1605. coram
Reuerendiss.D.Pamphilio,*& vbi deficit causa hæc
82 Testibus cognita,articulandus † est valor per decē
annos continuos retroactos, computato fertili cū
sterili, *Rota diuers. decis. 189.num.4. par.1.*
83 Altera est,vt articuletur † non simplex diminu-
tio, sed talis , vt persona idonea non possit cum
fructibus illis viuere, atquè perferre, & absoluere
omnia onera,vt nō obscurè censuit *Fely.in.d.cap.
Cum accessissent , paulò ante num. 20. vers.aut ex
84 causa necessaria* , quæ † tamèn circumstantia ve-
stienda est ornatu Imperatorio . *Non enim opor-
tet, ad mensuram expensarum quærere etiam pos-
sessiones , hoc enim simul ad auaritiam , impeta-
temquè perducit,sed ex his,quæ sunt, expensas me-
tiri* , ità Iustinianus in *authen. vt determinatus sit
num. Cleric.§. Cum verò Deo,vers.non enim.* qui
habet aures audiendi , audiat .
Et alia deniquè,vt articuletur,probeturquè ista
85 diminutio,non † simplicitèr , sed habito respectu
quantitatis assignatæ à principio fundationis,aliàs
nō cōcludet,quià si beneficiati prædecessores diu-
turno tempore contenti fuerunt ea portione , &
quantitate , non est minuendus numerus , sub hoc
prætextu insufficientiæ redituum , vt aliàs respon-
dit Rota apud *Seraph. decis.1385. num. 3.* in qua
allegatur alia resolutio *in Calaguritana Portio-
nis de Narbaia 3. Iulij 1589. coram bo. mem.
Penia* .
86 Et si hinc indè sunt † factæ probationes super
sufficientia, & insufficientia, seù super non diminu-
tione , & diminutione , præualebit probatio pro
sufficientia, & non diminutione, non solùm fauore
87 cultus Diuini , (cùm ad † eum pertineat, in quali-
bet Ecclesia haberi quamplures beneficiatos , &
tot , quot possint ex reditibus sustentari, *cap. 1.*
vbi *Abb.*& alij *de Instit.Seraph.d.decis.1385 n.5.*)
Sed etiàm ratione verisimilitudinis,& præsumptio-
88 nis, cum † reditus cuiuscunquè beneficij præsu-
mantur sufficiētes,prout hucusquè fuerunt, *gloss.in
cap. final.in verb. sufficiebant, de præsumpt.* Qui-
89 nimò potius aucti , † quàm diminuti, *Angel. con-
sil.274. sub num.4.Seraph. vbi supra* , & latè fuit
deductum *in d. Calaguritana de Trespuentes, quæ
fuit confirmata 13.Februarij 1606.* Elidereturquè
90 prorsus † intentio supprimentis,si appareret pau-
lò ante,numerum fuisse iuratum , vt apud *Seraph.
vbi supra*, nèc existimo,tùnc quicquam proficere
91 quamuis probationem,nàm † imputandum est ei,
qui depauperatum beneficium acceptauit, *gloss.in
can.1.in verb. necessitatem,21.quæst.1. Rota de-
92 cis. 56.num.11.par.2. diuers.* & † propterea hoc
casu exigitur iustificatio depauperationis post ip-
sam acceptationem,vt dixit *gloss.in d. can. 1.*
93 Secunda est causa † reducendi numerum,quan-
dò fuit in eo excessum contra determinationem
fundatorum,quam videtur agnouisse *Iustinian. in
d. authen. Vt determ. sit nu. Clericor.*
94 Et tertia † deniquè , vbi in nimiam esset effusus
multitudinem; dequè his agit *Tholosan.vbi supra*;
Verùm , vt parùm sunt frequentes proptèr Iura-
mentum super numero præstari consueto,& in fo-
ro vix cognitæ,illas vberiùs tractare omittimus.
Quemadmodùm verò , (vt ità dixerim) filia-
95 sectionis, † quæ fit pro augendo numero, est ere-
ctio noui cuiusdam tituli , vt expresè legitur in
*præcitat.cap.ex parte.de præben.*ità filia illius, quę
fit pro diminutione,est ipsa Titulorum Vnio .
96 Quæ in effectu † non est aliud , quàm duorum ,
vel plurium beneficiorum in perpetuum conjun-
ctio,vt colligitur ex *tex. in c.sicut vnire, de excess.
Pral. Tholos de benef.cap.20.num.3.*& duplex est,
Altera Titulorum coniunctiua , simùlquè conser-
uatiua,de qua nùnc non est agendum, Altera verò
subiectiua,& extinctiua Tituli, qui vnitur;per hanc
enim Titulus vnitus efficitur quodammodò scabel-
lum, seù sedes illius , cui fit vnio , vt distinguit has
species Vnionum , & istud subiectionis symbolum
proponit *gloss. in cap.1.in verb. vniendo . Ne sed.
vacant.* quæ colligit tres modos vniendi,quos latè
prosequitur *Gonzal. ad regulam de mensib. gloss.
5. §.7. ex num.26.*
Hæc igitùr,cum aliæ impropriè vniones cēseantur
sola verè , & propriè dicitur vnio, *Tholosan. de be-
nefic.d.cap.20.sub nu.2. vers. omittemus namquè*
per quam nimirùm extincto altero, vnus tantùm
remanet Titulus,quod nominis ratio suadet , sicùt
97 enim † separatio facit duo,cū pars separata à toto,
non sit sub toto,sed sit totum per se , ità vnio faciat
vnum, & in consequens beneficium vnitum non sit
ampliùs beneficium, quemadmodùm explicat Ro-
*ta decis.11.num.1. & 2. de Reb.eccles.non alien.
98 in antiq.* Quæ optimè concludit † Vnionem abo-
lere nomen beneficij vniti , & sic facere cessare ti-
tulum, quod latè prosequitur *Gonzalez dict. §. 7.
ex num. 5. & 33. Reuerendissimus D. Cocci-
nus decis. 328. num. 1.* quibus addi possunt *Garz.
de benefic.par.12.cap.2.ex nu.12. Rot. in recent.
decis.199. num.5.& 710.nu. 2.par.2.*
99 Adeò vt capta † possessione ecclesiæ,seù benefi-
cij, cui est facta vnio, censeatur etiàm capta pos-
sessio ecclesiæ , seù beneficij vniti , *Gonzalez dicto
§.7.n.6.Rota in recent.par.1. decis.658.sub nu.2.
ad fin.* vbi allegatur alia similis decisio in *Caputa-
quen. Vnionis. 20. Febr. 1589. coram Bubalo,* &
hoc etiam notauit *bo.me.Dominus Beltraminus ad
Gregor.decis.112.sub num. 5. vers. Et propterea
capta possessione* , quòd fit non alia ratione , quàm
100 illius annexionis subiectiuæ; apprehendens † enim
possessionem ecclesiæ censetur simùl apprehende-
re possessionem bonorum,& iurium illius *Aretin.*
in

in l. possideri, sub nu.8. vers. Dicunt enim prædicti
Doctores de acquiren. possess. argumento textus
in l. si adoptauero, cum ibi notat. de precario,
& in §. 1. in Instit. de adquisit. per adrogat.
sequitur Natta cons. 562. num. 13. Couarr. qui mul.
toi congerit variar. resolut. lib. 3. cap. 16. num. 3.
Rota diuers. decis. 19. num. 3.
101 Etenim, etiàm † defuncto Prælato, siuè Re-
ctore Ecclesiæ, aùt beneficij, quàmuis vacet pos-
sessio Ecclesiæ, non tamèn vacat possessio bonorũ,
& Iurium illius, nàm hæc semper est penès ipsam
Ecclesiam, vt omnes prædicti Doctores asseuerant,
102 & propterea, † qui possidet beneficium vnitum,
non possidet vt titulum Beneficij, sed vt prædium
tituli, Verall. decis. 349. num. 2. par. 3. Ecclesia
103 enim hoc † casu repræsentat personam fictam,
quæ possideat, Innocent. in cap. Cum super sub n. 4.
de caus. poss. & propriet. Rota decis. 1. in addition.
sub num. 4. vers. respondeo ad primum, de restit.
spoliat. in nou. & d. decis. 19. nu. 8. par. 2. diuers.
& in prælleg. decis. 658. sub n. 3. par. 2. in recen.
104 Vndè vnioni † nil magis repugnat, quàm sup-
positio status collatiui, Gregor. decis. 77. nu. 3. per
eam enim impéditur vacatio, & in consequens col.
latio, vt per eundem dicta decis. 112. num. 3. &
passim tradunt Doctores cumulati per Gonzal. di.
cto §. 7. n. 7. & per bo. me. D. Beltramin. ad eandem
decis. 112. sub num. 5. vers. Hinc etiam sequitur.
Vndè ob magnam Iuris resistentiam, circum-
105 scripto titulo vero, & patenti; necessaria † est, vèl
immemorabilis, vèl quadragenaria cum titulo pu-
tatiuo, Felyn. cons. 2. nu. 12. vers. si verò, & seq.
Milis in verb. vnio potest probari per Testes, Put.
decis. 8. de vnion. & decis. 232. num. 2. vers.
tamèn contrarium, lib. 1. quos sequuta fuit Rota
in recent. decis. 233. sub nu. 5. vers. nec per tempus
sufficiens, par. 1.
106 Negari † & si nequeat, ex enunciatiuis antiquis-
simis, idest suprà centum annos, vnionem ipsam
sufficientèr probari, Put. decis. 204. num. 1. lib. 2.
107 in correct. qui † tamèn loquitur de enunciatiua
suprà annos nonaginta, Seraph decis. 1272. nu. 1.
Rota decis. 724. num. 3. par. 2. in recent & fuit de-
cisum in Barcbinonen. Vicaria 9. Februarij 1624.
coram R. P. D. Merlino.
108 Habent † enim tales ennnciatiuæ nedùm vim
famæ, Rota decis. 163. num. 2 & decis. 472. nu. 1.
& decis. 541. num. 5. par. 1. in recent. & par. 2.
in eisdem decis. 360. num. 4. 673. num. 6. & 674.
num. 2. quæ in antiquis plenè probat, vt in termi-
nis vnionis, ait Verall decis. 344. n. 2. & 3. par. 3.
& firmauit Rot. in d. Barcbinonen. Vicariæ 2. Octo-
bris 1624. coram bo. me. D. Vbaldo, præcipuè si
essent enunciatiuæ factæ simùl ab Episcopo, &
Capitulo, qui possunt vnire, Mantica decis. 355.
num. 6. & decis. 359. num. 7. Rota decis. 580. par. 2.
in recent. quos in his terminis sequuta est Rota in
eadem Barcbinonen. Vicaria; quicquid sit, vbi pro-
cessissent ab Episcopo tantũ; cui non est creden-
dum circa factas à se vniones, Alex. cons. 70. n. 10.
vers. non obstat lib. 3. nisi alia quoquè cõcurrãt, Re-
uerendiss. D. Coccin decis. 468. n. 3. sed etiam pos-
sunt iustificare immemorabilem, vt per eundem
Verall. ead. par. 3. decis. 347. num. 2. cum seq.
109 Quæ † conclusio procedit, etiàmsi enunciatiuę
huiusmodi non essent conceptæ in indiuiduo super
vnione, sed virtualitèr tantùm, vt censuit Rota in
recen. p. 1. decis. 626. sub n. 2. vers. qua enunciatiua
110 Cæterùm quià † Gonzal. loco præcitat. & post
eum Garz. in 12. part. sui tract. de benef. cap. 2.
per tot. & Ioan. à Cock. ad Regul. 22. satis plenè
tractant hanc materiam, vt superuacuum sit, quæ
ipsi scripserunt circa varios effectus Vnionis, &
eius species, hìc recensere, (modico enim egent
additamẽto) tantũ decreui aliqua ab ijs, vèl cõfusè
posita, vel omissa, cõtractiori exponere methodo, vt
quæ ipsi dixerũt meliùs, quo cõsistãt, intelligantur.
111 Itaquè † causa efficiens Vnionis est auctoritas
Papæ, vel Episcopi, priuatiuè quoad omnes alios
inferiores Prælatos: sicùt enim vnire Episcopatus,
atquè potestati subijcere alienæ ad Summum Pon.
tificem pertinere dignoscitur, ità Episcopi est Ec.
clesiarum suæ Diœcesis Vnio, & subiectio earun-
dem, sunt verba text in cap. sicut vnire de excess.
Præl. Et rectè quidem suæ Diœcesis, cum nequeat
vnire beneficia alterius diœcesis, Reuerendissimus
D. Coccin. decis. 249. nu. 3. ex quo text. Doctores
112 notant, facultatem † vniendi esse vnum ex casibus
reseruatis Episcopo, & denegatis Inferioribus
Prælatis, etiàm si ad eos pleno Iure Ecclesiæ spe-
ctent, vt ibi per Abb. & Ioan. Andr. vtrunquè
num. 2. Archidiac. num. 3. Butr. num. 4. Cardin.
consil. 96. num. 3. Paris. consil. 36. num. 8. lib. 4.
113 nisi ista † plenitudo moueatur in Iurisdictione quasi
Episcopali, quæ sit in tali Inferiori, vt pulchrè de-
clarat Cardin. in cons. 47. sub num. 1. vers. quo
casu dico, & num. 3. & benè etiam docuit Abb.
in eodem cap. sicut vnire sub num. 3. vers. aut iste
Prælatus, Caccialup. in tractat. de vnio. artic. 9.
num. 20. & 21. Tholos. de benefic. cap. 20. num. 7.
Rota in practicabil. de Vnion. num. 11. & de hac
114 plenitudine † nisi intelligatur Innocen. in cap. Sta-
tuimus num. 2. ad finem, vers. de Abbatia autem,
& gloss. quæ eum recitat in Clemen. 1. in verb. pro-
prys de reb. Eccles. non alienan. ea opinio non
potest alitèr videri iuridica, ex præcitatis, qui-
bus addi potest gloss. in Clem. 1. § ad hæc, in verb.
Ordinarios de stat. Monach. proùt eam sine hoc
salis grano intellectam expresse reijcit Cardin. d.
115 cons. 47. sub d. num. 1. & ratio est, † quià sicùti
soli Papæ, vèl Episcopo, aùt Prælato habenti Iu-
risdictionem quasi Episcopalem concessa est facul-
tas instituendi beneficia, vt suprà firmatum fuit
quæst. 5. ità eisdem solis licet eadem beneficia
accessoriè vnire, cùm per eam vnionem extingua-
tur beneficium, iuxta reg. l. Nihil tàm naturale
cum ibi not. de reg. Iur.
116 Et hinc est, quòd quià Legatus Apostolicus † in
Prouincia sibi mandata habet ordinariam Iurisdi-
ctionem, & maiorem, quàm habeat ipse Episco-
pus, vel alius Ordinarius, cap. 1. & 2. de Offic.
117 Legat. in 6. æquè, † ac ipse Episcopus potest
vnire, vt censuit Rota in nou. de Offic. Legat. de-
cis. 1. & 2. Cardin. in dict. cap. sicut vnire nu. 5.
de excess. Prælat. vbi recedit ab opinione contra-
ria, quam tenuerat in cap. vltim. de confirmat.

vtil. vel inutil. & hanc eandem sententiam post *Lap.* probauit idem *Cardin. in Clemen. 1. num. 4. in 5. quæst. de stat. Monach.* quod hodiè non habet aliquam dubietatem, vt post alios latè tradit *Gambar. de Offic. Legat. lib. 5. in princ. ex n. 41.*

118 Hincquè etiàm est, vt Vicarius Generalis † eandem facultatem habeat; quod tamen articulus cum sit aliquantulum controuersus, vt patet ex citatis in vtranquè partem per *Gratian. forens. discept. cap. 278. num. 35. & 36.* & in ea controuersia procedant Doctores cum aliquibus æquiuocis, Ideò singulari eget discussione: Porrò quòd Vicarius talem facultatem non habeat, videtur hinc

119 primò suaderi, quòd Archidiaconus † sit Vicarius Episcopi ordinatus à lege, *cap. 1. extr. de Of-*

120 *fic. Archidiac.* & nihilominùs † non possit vnire, vt docuit *Innocen. in cap. Ad hanc sub num. 1. in verb. ardua, eod. tit. de offic. Archidiacon.* ergò

121 neque † habebit hanc facultatem Vicarius hic Generalis, ita inferendo arguit *Gemin.* qui hanc opinionem tenuit *in cons. 38. num. 10.*

122 Præterea vnire † beneficia reputatur inter ar-

123 dua, *d. cap. sicut vnire*, ardua † autèm non veniunt in mandato generali, ità *Gemin. vbi supra*, & post ipsum sententiam hanc probauit *Rota apud Put. decis. 53. num. 2. lib. 3.*

124 Vndè † neque censebitur hæc potestas data Vicario, si post facultatem conferendi sit adiecta Clausula, potestatis faciendi maiora expressis, iuxta reg. *Qui ad agendum de procur. in 6.* & hanc opinionem probauit *Rebuff. in praxi titu. de forma Vicarij num. 102. Hojed. de benef. incompat. par. 2. cap. 3. sub n. 7. vers. nõ est etiam omittendũ*, cum alijs, quos citant *Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 115. num. 3. Gratian. d. cap. 278. num. 33.*

125 In contrarium facit, quòd vnire † sit de Iurisdictione ordinaria, & quidem contentiosa, cum actus vnionis subsistente causa exerceatur in inuitũ, *l. 2.*

126 *ff. de off. Proconf.* omnia verò, † quæ sunt de Iurisdictione ordinaria, transeunt in Vicarium Generalẽ, *Felyn. in cap. eam te, num 17. in princ. de rescript.* cum alijs per *Sbroz. d. lib. 2 quæst 52. num. 2.*

Et quàmuis possit controuerti, An sit de Iurisdictione voluntaria, potiùs quàm de contentiosa, ex quo potest expediri extraiudicialiter, nec attenditur contingentia contradictionis, & consequutiua expeditio actus in inuitum, ut in simili vide-

127 mus, manumissionem † esse actum voluntariæ Iurisdictionis, & nihilominùs aliquandò reddi in inuitum, *l. vlt. §. sin autèm libertatis, & §. licèt enim*

128 *C. de testam. manum.* constat nihilominùs † Vicarium ex generali deputatione cõsequi etiam exercitium voluntariæ, *Felyn. in cap. ex parte in vltim. col. vers. non obstat, quod ea, quæ sunt voluntariæ, de constit.* ità *Mohed. decis. 3. de offic. Vicar.* quicquid in contrarium scripserit *Mil. in verb. Vicarius Episcopi habet vnum*, cuius dictum potest tamèn esse verũ in Iurisdictione simpliciter mãdata, secùs verò in simplici exercitio, vt loquitur *Felyn.* & quod ideò habeat facultatem vniendi, concludit *Gabr. cons. 200. num 3. lib. 1.*

Neque arbitror vrgere, quæ pro cõtraria sententia superiùs dicta sunt: Primum enim argumentum deductum ab Archidiacono, & illius auctori-

129 tate, facilè euitatur, cum Archidiaconus † dicatur quidem Vicarius Episcopi, sed specialis, & cum limitata facultate, videlicèt ad duo tantùm conten-

130 ta *in cap. 1. de Off. Archidiac.* cum † tamèn Vicarius Generalis Episcopi, dicatur illi associari in administratione Ecclesiæ, prout loquitur *tex. in can. in nona actione, qui in ordine est 22. 16. q. 7.* seu in Iurisdictione, vt vertit *Abb. cons. 81. sub n. 3. vers. ad secundum argumentum par. 1.* vndè dicitur habere Iurisdictionem ordinariam, & facere vnum Consistorium cum Episcopo, vt diximus suprà *quæst. 23. num. 45. cum seq.*

131 Alterum verò † facillimè remouetur, quià illa arduitas non consistit in alio, quàm in excutiendo causam, & illius Iustitiam, postquàm verò est excussa causa, & apparet iusta, factũ Vnionis non reputatur arduum, cum Ius eam permittat, ac proptereà nihil est, quin veniat etiam in generali man-

132 dato, prout in simili dicimus de † cognitione causæ matrimonialis, illa enim per Vicarium proculdubio cognosci potest ex mandato generali, vt post *Cucch.* qui alios refert *de Episcop. lib. 2. Instit. tit. 6. num. 123* tradit *Sbroz. d. tract. de Off. Vicar. lib. 2. quæst. 43. sub n. 2. vers. & in generali*

133 *mandato*, & tamèn † reputatur inter negocia ardua, *cap. 1. de procur. in 6. Menoch. de arbitr. cas. 205. num. 7.* pertinent enim causæ huiusmodi non tantùm ad Iurisdictionem, quantùm ad dignitatem Episcopalem, vt dixi suprà *quæst. 24. nu. 194.*

Circumscripta verò hac quasi Episcopali Iuris-

134 dictione, impossibile est, vt talis inferior † ab Episcopo habeat hanc potestatem de Iure communi, etiam prætextu Exemptionis, licèt possit eam habere Iure speciali, putà ex priuilegio Apostolico, *Roderic. quæst. Regul. tom. 3. q. 80. art. 1. vers.*

135 *circa quam concessionem*; siuè vero, † siuè præsumpto ex immemorabili, *gloss. in præallat. Clem. 1. §. ad hæc, in verb. Ordinarios, ad finem, de stat. Mo-*

136 *nach.* vèl ex quadragenaria † cum titulo, id enim cum non sit Ordinis, sed Iurisdictionis tantùm, vtriquè est præscriptibile, vt per *d. gloss.* quam ibi tuetur *Card. num. 11. Lap. Abb. sub num. 11. Io. de Imol. sub num. 31. vers. iuxta hoc quæro, & Vital. sub nu. 8. vers. nec obstat.* Ita tamèn, vt huius Iuris

137 singularis nulla admittatur † extensio, vel illatio, *l. quod verò cũ duobus seqq. ff. de leg.* Quapropter si

138 concessum esset priuilegium † pro facultate instituendi beneficia, vèl ea fuisset præscripta, hinc tamèn non posset inferri ad facultatem hanc destituendi, & minuendi, ex plenè deductis per *Felyn. in*

139 *cap. de Auditis, n. 12. & 13. de præscr.* nec † similitèr se extẽdet ad casus speciales, in quibus ea permissa est Episcopis, *l. 1. de Off. eius cui mand. est iurisd.* quod pluriès censuit S. Congregatio, vt refert *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 75.*

140 Ex quibus arbitror, † non esse probabilem opinionem *Lap. Abb. in supracit. clem. 1. num. 12. de stat. Monach.* dicentis, posse Capitulum Sede Episcopali vacãte, beneficia vnire, nisi aliquid depereat Iuri Episcopali, quem visi sunt sequi alij, quorum meminere *Caesalup. de vnion. art. 3. sub num. 19. vers. sexto quæro, & Tholos. de benef. cap. 20. nu. 8.*

moti,

moti, quod vnire sit Iurisdictionis, & in consequens transeat in Capitulum, *cap. vnic. de maioritat. & obedien. in 6.* nàm vnio est de reseruatis Episcopo, vt suprà dictum est, implicatque alienationẽ, & extinctionem Tituli, quæ sede vacante ideò in specie est ipsi Capitulo prohibita, vt est *text. in cap. 1. extrà nè sed. vac.* vndè meritò eam doctrinam post alios reijcit *Franc. Pauin. de Offic. & potest. Cap. sed. vac. par. 2. quæst. 3. num. 17.*

141 Vt autem † validè procedat vnio, pre cæteris duo sunt pro eius formalitate obseruanda: Intrinsecum vnũ, quod versatur in Iustitia causæ, nimirùm euidentis necessitatis, aut vtilitatis, *cap. exposuisti, de*
142 *prabend.* adeò vt non sufficiat vtilitas, † vel necessitas simplex, sed debet esse euidens, & præcisa, qua excludatur quæcunque dubietas, *Barbat. cons. 40. num. 1. lib. 1.* cum alijs quos sequuta est *Rota decis. 65. num. 17. par. 2. diuers.*

Vndè est, vt si propter indigentiam fiat, & tenuitatem redituum, opus sit occurrere difficultati, quæ oritur ex eo, quod vsque tùnc Ecclesia, cui fit
243 Vnio, se substentauerit; istud enim † sufficit ad euertendam causam hanc, *Oldrad. cons. 262. sub num. 1. vers. sicut non subfuisse dicitur*; præcauendumque
144 nè † excedat causam suã, & eo prætextu fiat Vnio in immensum, vt latè per *Oldrad. d. cons. 262. n. 2. & cons. 260. num. 1. & 2.*

Et alterum extrinsecum, videlicèt in modo di-
145 squirendi de causa huiusmodi, quod vocatur † discretio, vt deciditur *in eo. c. exposuisti*, adeò quòd hæc duo sic cohæreant, vt istud vltimum videatur comparatum causa primi, vt benè colligitur *ex eod. tex. ibi ficit, discretione praula, expedire videbis.*
146 Quo fit, † vt quàmuis præcesserit ista discussio, si tamèn postmodùm appareat, causam fuisse minùs sufficientem, Vnio sit ipso Iure nulla, exemplo rei minoris, quæ licèt possit alienari ex causa per Iudicis decretum approbata, si tamèn postmodùm liqueat, causam esse falsam, decreto non obstante, alienatio est nulla, In tantum vt res ipsa non intelligatur exijsse de dominio minoris, *l. magis puto §. vlt. ff. de reb. eor.* & hoc simili vtitur *Odrad. d. consil. 260. sub num. 1. vers. sed hic causa inopia.*
147 Et quàmuis † in hoc articulo Rota variauerit, cũ antiquiores tenuerint, eam mero Iure valere, sed rescindendam, *Rota decis. 2. de reb. Eccl. non alien. in antiq. nu. 1. cum seqq.* quicquid sit, vbi liquebat, factam esse sine vlla causa, vt ibidè, & tradit etiam *Tholosa. sapèeitat. cap. 20. num. 13.* moderniores tamèn tenuerunt, eam esse ipso Iure nullam, vt refert *Milis in verb. Vnio facta ex falsa causa, ad finem*, & hodiè hoc Iure vtimur, *Cassad. decis. 8. incip. dicebant maiores num. 6. de concess. prabend. Ferret. cons. 3. sub n. 44. ver. & quia si causa*

Summus tamèn Pontifex minimè est obnoxius formæ huic, quæ circà indagationem causæ versa-
148 tur, † & si eam committat alteri, tùnc ille tenetur formam rescripti simpliciter obseruare, cum præter illam, omnes aliæ solemnitates censeantur interuenisse, *Abb cons. 41 num. 3. par. 1.* quem sequitur *Dec. cons. 341. sub nu. 11. vers. sed quandò con-*
149 *cessio, Cappe. decis. 16. num. 4.* mandatum † enim Principis habet vim decreti, *l. 2. C. quan. decret.*

opus non est, Rol. cons. 96. num. 22. cum seq. lib. 1
150 sicuti † neque huic formæ obnoxius est eius Legatus, *Bellamer. decis. 513. cum duabus sequen.*
151 Quo igitur ad solemnitates † istas extrinsecas; eæ versantur circa duo, videlicèt circa tractatum, & circa vocationem eorum, qui possunt lædi: & re-
152 spectu tractatus, † in quo habetur summa ea disquisitio causæ necessariæ, ille debet fieri in Capitulo, *d. Clemen. si vna de reb. Eccles. non alienan.*
153 vbi *Vitalin. num. 6. & 20.* non † ob aliud, quàm propter arctissimam coniunctionem, quæ est inter Episcopum, & Capitulum suum, cum quo ideò omnia negotia ardua debet expedire, iuxtà *cap. Nouit, de his quæ fiunt à Prælat. sinè consen. Capit.* & benè obseruauit Rota apud *Aegid. d. decis. 513.*
154 *cum seq.* vbi ideò dicit † Legatum Papæ tamètsi ordinario Iure pollentem, non teneri ad præmittendum huiusmodi tractatum, cùm nulla illi sit cõmunio cum Capitulo, sicùt est Episcopo, nèc in consequens teneri ad præmittendum tractatum aliquem, cum ille tractatus alibi non debeat expediri, quàm in ipso Capitulo.
155 Est autem aduertendum † si Legatus, vel Papa committat substantiam Vnionis ipsimet Episcopo, (nisi aliter ex forma rescripti appareat necessitas hæc remissa, vt suprà est dictum) debere Episcopum adhùc sui Capituli consensum adhibere, *Fattol. dub. 5. num. 2.* & quàmuis aliàs Rota
156 existimauerit † solum Capitulum de hoc defectu dare posse, *vt in 2. par. diuers. decis. 133. num. 10.* quam etiam retulit *Grat. d. cap. 278. num. 31.* tamèn posteà contrariam sententiam est amplexa, vt quilibet scilicèt, qui habeat interesse, possit dare de tali defectu, cum solemnitas hæc sit introducta fauore Ecclesiæ, & sic fauore publico: Ità *in vna Vercellen. Vnionis 23. Aprilis 1610. coram bo. mem. Cardinali Lancellotto*, & tenuit etiam *Garz. par. 12. cap. 2. ex num. 164. Rota decis. 455. n. 5. versic. & cum solemnitas part. 2. in recent.*
157 Vt † propterea hinc sequatur, etiàm in Ecclesijs de Iure patronatus, nõ ideò minùs tale consilium requiri, etiàm si Patroni consentiant, *Imol. in cap. Cum dilectus num. 21. de consuet.* & maturè discusso articulo, responsum fuit per *Rotam decis. 688. num. 2 par. 1. in recent.*
158 Fatendum † est tamèn, sufficere pro actus validitate, si postmodùm Capituli consensus accedat, vt optime deducit *Alex. cons. 219. nu. 16. vol. 6.* & nervosè defendit *Soc. Sen. cons. 15. ex num. 39. versic. alij verò lib. 1.* cum quibus videtur transijsse *Boer. decis. 345. nu. 3. vers. alij volunt, Gratian. d. c. 278. num. 32.* & sufficit præsumptus, etiam ex simplici temporis decursu, *Gabr. vbi suprà allegato consil. 200. num. 5. & 6. lib. 1.*

Quoad vocationem eorum, qui possunt interes-
159 se prætendere, ij † duo sunt; Patronus, vel ille, cui Ecclesia subest, & Collator, *Zabarell. in d. Clem. si vna num. 17.* ij igitur vocandi sunt ex necessitate.
160 Quæ tamèn † necessitas singularitèr Papam nullo modo tenet, etiàm si gratia ipsius alteri præiudicium inferat, proptèr eius absolutam potestatem, *Bald. cons. 1. n. 2. lib. 1.* etiam sine † causa, dummodò ex certa sciẽtia, *Rot. decis. 506. n. 4. par. 2. in recent.*

Q 3 sufficit

sufficit igitur, eum habere scientiam præiudicij,
quod patrono, vel Collatori huiusmodi inferr, qua
non concurrente, Vnio corruit ex mentis defectu,
162 vt de † Patrono censuit *Zabarell. cons. 96. sub nu. 3. vers. nam etiam Papa, Fassol. dub. 6.* & fuit deci-
sum *in vna Aquen. Archipresbyteratus 7. Nouembris 1602. coram bo. me. Cardinali Lancellotto*, &
163 de † Collatore inferiori ab Episcopo (porrò de
præiudicio ipsius Episcopi non hæsitatur in Papa,
qui satis illud noscit) est decisio *in Taruisina Plebis de Medala 18. Iunij 1593. coram Illustrissimo Cardinali Millino impressa per Marchesan. tom. 1. fol. 683.*
164 Hæc verò † certa scientia Papæ, satis deducitur
ex longissima obseruantia, vltra triginta annos,
etiàm quòd posset videri facta Vnio nedùm sinè
causa, sed contra regulas vtputà, quià beneficium
liberum prætendatur vnitum patronato, *Rota*
in præallegata *decis. 506. num. 2. & decis. 698. n. 3.*
165 *par. 2.* quod tamèn ex causa etiàm † est permissum
Ordinario, cùm non censeatur tùnc beneficium liberum redigere in seruitutem, sed extinguere, &
illud constituere prædium alterius, *Rota decis. 222. n. 2. ead. par. 2. in recent.*
166 In Episcopo verò, talis † vocatio prorsùs est necessaria, idest tàm patroni, seù eius cui Ecclesia
quoquo modo subest, quàm Collatoris, vt latè docet *Zabarell. vbi supra.*
167 Patroni enim vocatio, † duplici ratione requiritur; Tùm scilicèt quòd cum per Vnionem contingat Ecclesiam quodammodò capite minui, eius defensio ipsi Patrono hoc casu competit: *Zabarel. sub*
168 *dict. num. 3.* Tum quià per eandem, † iàm perditur patronatus, & sic versatur in ipsa Vnione manifestum Patroni præiudicium, vt considerat idem
Zabarell. dict. consil. 96 sub num. 3. versic. quoad
169 *causam secundam*, & ità † debet omninò Patronus
assentire, aliàs Vnio est nulla, *Fassol. d. dub. 6.* &
170 si plures † Patroni sint, omnium requiritur consensus, *Verall. decis. 246. par. 3.* & dixit *Rota in præalleg. Vercellen. Vnionis.*

De Rectore verò omnes conueniunt, eius vocationem non esse necessariam, vt superiùs diximus,
171 quià illi † nullum fit præiudicium, cùm hoc sit de
ratione Vnionis, vt suspendatur eius exequutio
donèc qui beneficium vnitum obtinet, cedat, vel
decedat, *cap. Consultationibus de donat. Calderin. de reb. Eccles. non alienand. consil. vlt. num. 2.*
172 Hinequè is † passim admittitur ad resignandum
cum clausula suspensiua Vnionis, quæ nusquàm
deleri consueuit, ea viua ratione quòd nullum, vel
modicum inferatur præiudicium illi cui est facta
Vnio, cùm facile sit, vt contingat citiùs mori Resignatarium, quàm Resignantem, vt considerat *Put. decis. 347. n. 5. lib. 2. in nou. Paris. de resign. lib. 2. quæst. 9. ex nu. 8. Gratian. foren. discep. cap. 278. num. 29. Rota decis. 38. nu. 5. part. 1. in recentior.*
173 & sanè † super hoc est maxima adhibenda diligentia, nè dicta clausula omittatur; nàm sine ea purificaretur Vnio per mortem resignantis, vt fuit resolutum *in vna Eugubina beneficij Sancti Stephani 9. Decembris 1596. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio.*

174 Ea autèm apposita, † non potest purificari, nequè
per obitum Resignantis, vt suprà dictum est, nequè
per ipsam resignationem, seù cessionem: cùm clausula apponi consueta in Vnionibus *cū primum per cessum, &c.* intelligatur de cessione libera. & pura,
per quam simpliciter introducatur vacatio; non
autem de resignatione ad fauorem, per quam videlicèt sit alij prouidendum, cùm Papa non consueuerit alijs tùnc prouidere, quàm illi, ad cuius fauorem fit, *Cassad. decis. 3. num. 1. de resignat. Put. decis. 347. num. 1. & 2. Rota d. decis. 38. nu. 2. & decis. 111. num. 3. par. 2. in eisdem recent.*
175 Implicat † verò clausula supra dicta suspensiua
Vnionis, sufficientem expressionem Vnionis factæ,
Rota vbi suprad. *decis. 38. n. 3. & decis. 105. ad fin.*
176 *par. 2. in recen.* & sufficit † esse insertam inter clausulas, & decreta generalia apposita in supplicatione, vt latè ibi concluditur *num. 6. & 7.*

Atquè ex his constat, cessare prorsùs quodlibet
Interesse Rectoris, & in consequens nullo modò
esse vocandum; quòd si vnio per inferiorem à Papa
177 fieret in tali forma, † vt ei esset præiudicialis,
vtiquè sinè eius consensu non valeret ex regula,
quam ponunt omnes *in d. Clem. si vnà, præcipuè Card. num. 17.*
178 Procedit autèm † necessitas hęc, proptèr interesse citandi, cum lædatur Ius ipsius ex Vnionis natura, cui se non potest compati, vt in præsentatione
Patroni, & Iure conferendi, nec enim hæc se compatiuntur cum Vnione, ex quo, effectuata Vnione,
beneficium vnitum non potest deinceps vacare,
Feder. de Sen. cons. 200. num. 2. Rota in recent. decis. 196. num. 2. par. 2. & dictum est supra
num. 104.

Si verò illud Ius non possit lædi, quià fit cum
179 vnione compatibile, vtiquè talis necessitas † non
ingruit, sed censetur præseruatum vt declarat *Rota d. decis. 659. num 11. par. 2. in eisdem recent.* cu-
180 iusmodi sunt priuilegia † exigendi annatas, & Iura
Episcopalia, si fiat Vnio Ecclesiæ secularis ad Regularem, *cap. Pastoralis, de priuileg. Io. And. in cap. tua nobis num. 3. de verb. signific. Rota dict. decis. 659. num. 5.*
181 Vtcunquè tamèn facta prætēdatur † siuè Vnio,
siuè suppressio, siuè dismembratio, etiàm ab ipso
Papa, si non etiàm sortita sit effectum suum ante
Papæ obitū, subiacet regulæ 13. Cancellariæ Vnionum reuocatoriæ, quæ vix præseruat factas in exequutionem Concilij Tridentini, quatenùs id decreuit Vniones fieri ex altera de tribus causis: qua-
182 rum † prior est, pro erectione Seminarij, *ex sess. 23.*
183 *cap. 18* Altera † quandò in Ecclesia Cathedrali, vèl
Collegiata insigni adeò tenues præbendæ sunt, vt
cum distributionibus quotidianis non sufficiant
decenti Canonicorum gradui pro loci, & persona-
184 rum qualitate sustinēdo, *ex sess. 24. cap. 15.* & † Vltima deniquè, quandò aliqua Ecclesia curata est
adeò pauper, vt alitèr status ipsius pro dignitate
nequeat conseruari, *ex sess. 21. cap. 5.*

Quatenùs verò in supradictis omnibus decretis
id fuit definitum, posse Episcopos tanquàm Sedis
Apostolicæ delegatos, vnire etiàm affecta, vel reseruata, prout in specie *ex d. cap. 18.* ibi *etiam si*

bene.

beneficia sint reseruata, vel affectā, aduertendum
185 est, distinctionem † illam factam inter reseruatio-
nem, vel affectionem existentem de tēpore Vnio-
nis, & reseruationem, vel affectionem superuenien-
tem post Vnionem, quam in pluribus causis sequu-
ta est *Rota*, prout commemorat *D. Beltram. in*
addit. ad Greg. decis. 419. num. 5. aliquibus visam
esse nimis duram, & contra verba, & expressam
mentem Concilij: Verba enim non possunt esse
magis clara, ibi *huic Collegio applicabunt, &*
incorporabunt, quod locum habeat, etiam si benefi-
cia sint reseruata, vel affecta, quæ postrema clau-
sula, cum non stet per se, sed accessoriè ad præce-
dentem, & sic prout qualificat beneficia, si iunga-
tur præcedenti verbo *applicabunt, & incorpo-*
rabunt videtur contra sensum apertissimum, di-
cere, quòd debeant intelligi de reseruatione, vel
affectione superuenienti, cùm qualitas iuncto ver-
bo, referatur ad tempus ipsius verbi, *l. in delictis,*
§. si extraneus, ff. de noual. cum simil.

Et quamuis *D. Beltram. vbi supra*, subodorans
hoc motiuū valdè vrgere contra dictā distinctionē,
subdat, hoc esse fundatum in eo, vt fraudes euiten-
tur in Ordinarijs, qui aliàs possent vnire omnia
reseruata in præiudicium Papæ quasi quòd opus
186 fuerit *captiosam † liberalitatem, Prudentum inter-*
pretatione frangi, vt ait *tex. in l. cum Aquilianam,*
ff. de transaction.

Nihilominùs arbitror, interpretationem tanto-
rum Patrum iuridicam esse, nequè eo egere admi-
187 niculo † cum proprium rectæ interpretationis sit
exponere verba, non perimere, *cap. cum dile-*
cti, de accusat. Tirsquel. ad l. si vnquàm, in verb.
libertis, num. 14. C. de reuocan. donat. Io Baptista
Valenz. cons. 63. num. 169. nèc satis aptum foret,
188 negare Concilium habuisse † mentem conformem
vulgato sensui verborum, *l. labeo, §. vlt. ff. de supel-*
lect. legat.

Nequè verò adeò etiàm magnificanda est ratio
occurrendi fraudibus Episcoporum, nàm quan-
189 do illa † vrgeret, prout eam non vrgere inferiùs
ostendam, non ideo foret recedendum à decreto,
donèc Summus Pontifex, qui est supra Concilium,
illud expresè declararet, *l. 1. C. de legib.* Interim
190 enim † lex quamuis dura, est seruanda, *l. prospexit,*
ff. qui, & à quibus.

191 Est igitùr aduertendum † aliud esse effectuationē
Vnionis, quæ in eius perfectione, & essentia con-
sumitur, & longè aliud Vnionis exequutionem; si-
192 cùt aliud est † perfectio emptionis, & venditionis,
quæ, vt est conuentum de pretio, inducta cense-
tur, *Instit. de empt. & vendit. in princ.* & longè
aliud est illius exequutio, quæ non nisi traditione
consumitur, at inter ipsam traditionem, & perfe-
ctionem contractus datur actus medius, siuè signū,
cuiusmodi in vino est degustatio, *l. 1. ff. de pericu.*
& comm. re. vend. & declarat *Bald. in rub. nu. 3.*
ad finem vers. interdum contractus, C. eod. tit. At-
què ità in simili, vbi vnio est facta iuxta formam
193 Concilij, dicitur perfecta, forma enim † dat esse
rei, *l. Iulianus, §. si quis, ff. ad exhib. Menoch. con-*
sil. 219. num. 18. cum alijs vulg. sed nondùm
est exequutioni demandata, nèc potest demanda-
194 ri, nisi deuentum sit ad traditionem, in qua † ipsa
exequutio consumitur, *l. traditionibus, C. de pact.*
195 nequè enim † pro translatione dominij, seù qua-
si, sufficit præcedens pactum, vt in *d. l. traditioni-*
bus dicitur, nequè etiàm sufficit sola traditio sine
pacto, sed vtrunquè requiritur, videlicèt & tradi-
tio, & præexistens pactum, ex quo inducatur ter-
minus habilis ad transferendum, iuxta doctrinam
Bart. in l. 1. num. 4. ff. pro dot. Rota diuers. de-
196 *cis. 146. nu. 2. par. 1.* Vndè videmus, † facta venditio-
ne rei alienari prohibitæ, non incurri commissum,
nisi facta traditione, *Ias. in l. vlt. num. 132. C. de*
iu emphyt. quem, reprobato Beroio, *in cap. potuit,*
num. 102. de locat. sequutus est *Ladercb. de Imol.*
cons. 105. num. 5. & ante eum *Clar. in §. emphy-*
teusis, quæst. 13. num. 3. Menoch cons. 28. num. 3.
197 adeò vt † nèc sufficiat actus fictus, veliti traditio
per constitutum, *Guid. Pap. decis. 101. ex nu. 1.* cum
alijs copiosè adductis per *bo. me. D. Beltram. ad*
Gregor. decis 388. num. 9.

198 Quatenus ergò † decernit Concilium, vt non
possit suspendi, vel impediri vnio, ex quauis reser-
uatione, vel affectione, id non est referendum ad
exequutionem, cum nèc possit dari terminus habi-
lis; sic enim solueretur & reseruatio, & auctoritas
ipsius Papæ reseruantis ex facto inferioris, contra
prima principia, sed est referendum ad effectuatio-
nem ipsius Vnionis, vt scilicèt, tamètsi beneficium
sit reseruatum, vel affectum, non impediatur vnio
sortiri suum esse, & perfectionem, quam Conciliū
d. cap. 15. vocat effectum, proùt in Iure effectus
199 opponitur † actui frustratorio, & perperàm gesto,
vt in *l. quod sponsa, C. de donat. ante nupt.*

200 Hinc verò Primum consequitur, vt † facta Vnio-
ne in vim, & exequutionem Concilij, de beneficio
reseruato ante vacationem, ipsa vnio quoad sui
substantiam intelligatur omnem effectum sortita;
eius tamèn exequutio dilata, donèc consumpta
sit reseruatio, & hoc est, quod expresè censuit *Ro-*
ta decis. 4. & 6. de reb. Eccles. non alien. in antiq.
cum alijs, quos allegat *Gonzal. glos. 5. §. 7. sub*
num. 136. vers. si verò facta fuerit Vnio.

201 Secundum est, vt si fiat † vnio de beneficio re-
seruato, & vacante, siuè reseruatio præcesserit siue
vacationi inciderit, ea quidem teneat; sed tradi-
tio suspensa remaneat, & si quæ fiat, sit nulla tan-
quàm attentata in contemptum ipsius Papæ, cui
est aperta ipsa vacatio, nèc verba, nèc mens Con-
cilij potest hoc casu Vnioni suffragari: & hoc est,
quod sæpè resoluit S. Congregatio innixa decreto
Clemen. VIII. proùt refert *Garz. de benef. par. 12.*
cap. 2. sub num. 102.

202 Tertium ex his colligitur † durationem reser-
uationis posse nihilominùs integro manēte decre-
to Concilij, transferri auctoritate Papæ: nequè
enim Concilium id negat; ac proindè si Papa cō-
ferat tanquàm reseruatum, prouisio huiusmodi
Apostolica est valida: nàm quæ præcedit vnio, ad-
húc non consumpsit vacationem, quamuis enim
sit in esse deducta, & per consequens videatur eo
momento, quo Rector obijt, beneficium vnitum
effectum prædium alterius, & indè impedita vaca-
tio, *Oldrad. cons. 257. num. 25. & 26, Rebuff. in*

praxi

praxi tit. de vnion, num. 12. ad finem, quos sequuta est Rota in Caputaquen. beneficij 12. Decembris 1608. coram bo. me. Cardinali Marcomontio, & dictum est supra; tamen id intelligitur, vbi est exequutioni demandata per traditionem, ex qua dumtaxat proprietas transfertur, d. l. traditionibus, C. de pact. Interim vero nihil est, quin Papa conferendo transferat beneficium cum sua qualitate, quæ eatenus durat, donec sit consumpta vacatio,
203 cum † reseruatio non tollatur, nisi per Papæ prouisionem, Rota decis. 13. & 14. de praben. in antiq. Cassad. decis. 9. num. 3. eod. tit. & decis. 4. num. 4. de caus. poss. & propr. Simonet. de reseruat. quæst. 55. num. 4. cum seqq. Put. decis. 146. num. 4. lib. 2. quos fuit sequutus Gonzal. ad reg. de mens. glos. 5. §. 7. num. 141.

Hæcque ita se habent, vbi decretum reseruationis, simplex est, neque facultatem etiam vniendi explicite, vel implicite ab inferioribus aufert; etenim si etiam ipsam hanc potestatem auferat, aliud est dicendum; prout in sequenti explicabitur.

SVMMARIVM.

1 Quindenniorum origo, & causa.
2 Quindenniorum, & Annatarum exactioni subiecta omnia beneficia, & Officia, aut taxata in libris Cameræ, aut excedentia valorem florenorum auri 24.
3 Quindenniorum solutio debita pro vnitis, etiam mensis Capitularibus, & pro quotidianis distributionibus, necnon Collegijs, & alijs locis pijs.
4 Itemque pro pluribus beneficijs vnitis vnicis litteris, etiam quod singulorum valor non excedat ducatos 24. dummodo simul posita hunc valorem excedant.
5 Quindennia, esse accidentia inseparabilia à Iure Annatarum, & introducta ad reparandum præiudicium Cameræ Apostolicæ.
6 Quindennia, nomine tantum, & accidenti, non etiam specie differre ab Annata.
7 Annata, quæ soluitur Cameræ, quid differat ab illa, quæ soluitur Capitulis, aliquo Iure speciali.
8 Penitus, dictio, in Consistorio adiecta, habet vim latæ sententiæ.
9 Præsumere, verbum, sonat in contemptum.
10 Vniones inualidæ, per suos antecessores factæ, qualiter per Episcopum retractentur.
11 Vniones Apostolicæ non possunt retractari per Episcopum.
12 Vniones Apostolicæ factæ à 40. annis citra ante Concilium, reuidentur per Episcopos.
13 Et computatur huiusmodi tempus 40. annorum ex die, quo auctoritate Pontificis Concilium fuit promulgatum.
14 Vniones non effectuatæ, reuocantur per Regulas Cancellariæ.
15 Regula vnionum reuocatoria non se extendit ad factas ex causa necessaria dotationis, vel augumenti dotis.
16 Vniones factæ pro dote in limine fundationis beneficij, non subiacent Regulis reuocatorijs.
17 Vnionis causa necessaria ex dotatione, vel dotis augumento, quomodo consideretur.
18 Dos modica, & dos nulla æquiparantur.
19 Commodè sustentari, qualiter intelligatur.
20 Comparatiuum, perpetuò supponit positiuum.
21 Vnio facta pro commodiori sustentatione ministrorum Ecclesiæ, subiacet Regulis reuocatorijs.
22 Vnio facta ex causa necessitatis, non comprehenditur sub regulis reuocatorijs, ex defectu mentis Legislatoris.
23 Vniones factæ in vim contractus, qualiter excipiantur à regulis reuocatorijs.
24 Vniones, aut effectuatæ, aut factæ in executionem Decretorum Concilij Tridentini, excipiuntur à Regulis reuocatorijs.
25 Vnio, quantumcunque facta cum præseruatiua aduersus statutas Regulas, adhuc illis subijcitur.
26 Successor in Principatu, non tenetur seruare legem sui antecessoris.
27 Vnio, quando dicatur habuisse effectum.
28 Dismembratio, quando dicatur habuisse effectum.
29 Dismembratio, olim non cadebat sub Regulis reuocatorijs Vnionum.
30 Vnionem effectuari aliud, & longè aliud differri effectuationis executionem.
31 Dismembratio fructuum non eadem ratione prohibita qua Vnio.
32 Vnio, an possit aliquo modo præseruari aduersus futuras Regulas successorum.
33 Clausula ex nunc, prout ex tunc, quid operetur.
34 Expectatiua cõcessa cum clausula ex nunc, prout ex tunc, non expirat morte concedentis.
35 Regula Vnionum reuocatoria, capit etiam Vniones factas cum clausula ex nunc, prout ex tunc.
36 Clausula cedente, vel decedente, &c. adiecta in Vnione quid importet.
37 Clausula ex nunc, prout ex tunc, nihil operatur respectu retrotractationis, vbi non datur habilitas extremorum.
38 Clausula eadem operatur effectuationem in Vnione, vbi nihil incidit, quod impediat extrema coniungi.
39 Vnio quæ fit permissa in executionem Decretorum Concilij.
40 Vnio de Iure communi, poterat fieri per Episcopum de quibusuis Ecclesijs præter Cathedrales, & Religiosorum.
41 Vnio de reseruatis, an fieri possit per Episcopum.
42 Reseruata collatione beneficij, illa est compatibilis cum Vnione.
43 Secus verò, vbi est reseruata nedum collatio, sed etiam omnis alia dispositio, tunc enim prorsus impeditur Episcopus vnire.
44 Vniri potest beneficium, in casu permisso per Concilium, vbicunque reseruatio non incidit tempore, quo fit ipsa Vnio.
45 Vnio permissa in casu tenuitatis prabendarum, non potest fieri Capitulari Mensæ.
46 Vnio, permissa pro Officio Pœnitentiariæ.
47 Vnio, vt validè fieri possit Seminario, exigitur, vt iam sit erectum per formalem Institutionem Collegij puerorum, reprobata contraria sententia Gonzalez.

48 Lo-

48 *Locus non est de essentia rei, cuius locus est.*
49 *Vnio, non potest fieri Collegio futuro.*
50 *Et latè explicatus articulus.*
51 *Seminarium quando dicatur erectum, & quæ sint necessaria, & quæ requirantur, vt vnio ad illius fauorem fieri possit.*
52 *Possessorium retinendæ non redditur ei, qui illam ex falsa causa apprehendit.*
53 *Collegium non esse erectum, diuersa est exceptio ab ea, quòd fuerit nullitèr erectum.*
54 *Seminarium, vbi non est erectum ante Vnionem, non potest manuteneri in quasi possessione beneficij vniti.*
55 *Nullitas erectionis Seminarij, siue Collegij non admittitur in possessorio retinendæ, sed reijcitur in petitorium.*
56 *Collegium nullitèr erectum est capax possessionis, & eorum omnium, quæ facti sunt.*
57 *Vniuersitas, quæ non habet formam Vniuersitatis, non potest posidere.*
58 *Facti quæ sunt, non possunt posideri ad effectum consecutionis Iuris, data incapacitate.*
59 *Directò quod non licet proiut Iuris est, remouet habilitatem obtinendi, quod facti est, ex quo Ius sequitur, quod tamen reprobatur.*
60 *Seminario vt validè fiat Vnio ex suppositione necessitatis, quid requiratur.*
61 *Seminario vt validè fiat vnio, quæ debeat præcedere detractio fructuum.*

QVÆSTIO XXIX.

Quo pacto eadem Ecclesiæ reducantur in pristinum.



BENEFICIA, siuè de Iure, siuè de facto vnita, triplici via ad pristinum statum reducuntur, videlicet aùt virtute Cõstitutionis Pauli II. de qua mòx dicetur, aùt ex dispositione Concilij Tridentini, *sess. 7. cap. 6.* aùt denique vigore regulæ Cãcellariæ, super reuocatione vnionum nondùm effectum sortitarum, de quibus singulis, sed breuitèr est agendum.

1 Et quoad primam; constat † Paulum II. per suam Cõstitutionem sub Datum Anno Incarnationis 1469. 8. Idus Ianuarij, quæ in nouo Bullario est 6. in *§. 4.* expressè constituisse, Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Dignitates, Personatus, Administrationes, Officia, & beneficia, quibuslibet alijs similibus, aùt etiàm Fabricis, & Pijs locis vnita, pro quibus Cameræ Apostolicæ, annata, seù alia Iura solui consueuerant, vèl deberet annatã, siuè medios fructus vnius anni, in posterũ singulis quindecim annis perpetuò sequuturis Camerario soluere teneri, & debere, & in *§. 5.* ad hoc eos, quorum interest, infra anni spacium se in eadem Camera efficaciter, & cum effectu ad hanc solutionem obligare debere, & demùm in *§. 6.* adiecisse, si à solutione, aùt obligatione præmissis cessare præsumerent, vniones, annexiones, & incorporationes huiusmodi haberi penitùs pro infectis, & sic vnita Monasteria, Prioratus, Præpositutas, Præpositatus, Dignitates, Personatus, Administrationes, Officia, & cuiusvis qualitatis, aùt generis beneficia huiusmodi, tanquàm verè vacantia, posse liberè à Sede Apostolica impetrari.

2 Quam constitutionem post † plures alios Romanos Pontifices confirmauit Paulus IV. sub Datum Anno Incarnationis 1508. 10. Kal. Februarij in eodem nouo Bullario Const. 17. illam extendens ad omnes omninò Congregationes tàm seculares, quàm regulares, etiàm Ordinis Cassinensis, Montis Oliueti, ac Camaldulensis, decernens, eosdem ad id ipsum per sententias, censuras, & pœnas, etiàm priuationis, & dissolutionis vnionum, annexionum, incorporationum, & submissionum prædictarum cogi, & compelli posse, vt in *§. 8.* Et nè vlla posset proponi exceptio illiquidationis facti circa debitũ annatæ, & aliorum iurium Cameræ, quæ communia seruitia nuncupantur in *§. 1.* eiusdem Constitutionis; sub hoc Edicto cõplexus fuit tàm Ecclesias, & Monasteria Virorum, quæ taxata reperirentur in libris Cameræ, quàm omnes Dignitates, Personatus, Officia, & beneficia, secularia, & regularia, quæ excederẽt valorem annuorum vigintiquatuor florenorum de Camera, & in fine d. *§. 8.* generalitèr constituit, eadem Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Dignitates, Personatus, Administrationes, Officia, & beneficia vnita, sèper huiusmodi onus solutionis communium, & minutorum seruitiorum, ac annatarum, & aliorum iurium prædictorum habuisse, & habere cum clausula sublata, & decreto irritanti, vt sequitur in *§. 9.*

3 Hasque rursus Constitutiones † sub eisdem, & fortioribus decretis innouauit, & confirmauit Pius V. in eius Constitutione 38. etiàmsi apparerent vniones factæ quibusvis Cathedralibus, etiàm Metropolitanis, seù Collegiatis Ecclesijs, aùt Capitularibus Mensis, etiàm pro quotidianis distributionibus, aùt alijs vsibus, necnon Collegijs, Vniuersitatibus, Congregationibus quorumvis Ordinum, Monasterijs, Domibus, Hospitalibus, Fabricis, ac vtriusque sexus personarum pijs locis, quantumvis priuilegiatis, & exemptis sub quibuscunquè tenoribus, & formis, Apostolica auctoritate, seù aliàs quomodolibet &c. decernens, omnia hæc sub Pauli II. litteris, & aliorum præcessorum suorum comprehendi, & includi, vt in *§. 3. & 4.*

4 Denique constat, Sixtum V. 14. Maij 1586. † per suam Cõstitutionem, quæ in eodem nouo Bullario est 33. decreuisse, vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & submissiones, de quibuscunquè beneficijs Ecclesiasticis, tàm secularibus, quàm regularibus, etiàmsi Monasteria Monialium, & Hospitalia fuerint, quę tamèn tempore ipsarum vnionum, Cura, Conuentu, & Hospitalitate caruerint, & quorum singulorum, vèl (si plura beneficia vnicis litteris comprehensa sint, quorum quodlibet annuus valor vigintiquatuor ducatos auri de Camera secundùm communem æstimationem non excedat, dummodò tamèn omnium insimul illum transcendat, cuicunquè Ecclesiæ, Monasterio, Collegio,

legio. Domui, Societati, Congregationi, Ordini,
Militiæ, Hospitali, Seminario, aut alij loco pio, tam
per quoscunque Romanos Pontifices, Sedisquè
Apostolicæ Legatos, Nuncios, & alios quoscunque
Subdelegatos, & alias quomodolibet, auctoritate
Apostolica, quàm per quemcunque loci Ordinariũ
in qualibet mundi parte eatenùs factas, & facien-
das, etiamsi manualia, & de Iurepatronatus laico-
rum, etiàm Imperatoris, &c. sub Constitutionibus
suprà relatis comprehendi, & includi, & propte-
reà omnia, & singula Ecclesiarum Capitula, &c.
Monasteria, & pia loca. & quosuis alios, in quorum
fauorem vniones, annexiones, incorporationes, ap.
plicationes, & submissiones huiusmodi factæ repe-
riantur, aut indè fient, quantumcunquè exemptæ, &
priuilegiatæ existant, etiamsi se super indè in Ca-
mera Apostolica non obligauerint, dummodò be-
neficia ipsa possideant, ad solutionem quinden-
niorum præfatorum ratione vnionum, &c. sin-
gulis quindecim annis, à die, quo illæ suum sor-
titæ fuerint effectum, iuxta tenorem litterarum
prædictarum teneri, & obligatos esse, & ad id per
sententias, censuras. & pœnas in ipsis litteris con-
tentas cogi, & compelli posse, vt in §. 2.

Ex his verò Constitutionibus satis liquet, quin-
5 dennia † hæc non esse accidentia inseparabilia
à Iure annatarum, & fuisse introducta iustissima de
causa, videlicèt. vt, quià per vnionem extingueban-
tur beneficia, cum deinceps impediretur vacatio,
vndè inferebatur præiudicium Cameræ Apostolicæ
respectu annatæ, necessè fuerit huic dãno adeò eui-
denti occurrere, reducendo obligationem de sol-
uendo certum quibus statis temporibus, antiquitùs
vsitatum, ad tempus quindecim annorum ex dicta
Constitutione Pauli I I. à qua sumpsit initium exa-
ctio huiusmodi quindenniorum, vt deducit *Ant.*
Mass. in tract. de annat. ad fin. vers. est aliud
quoquè annata nomen per tot. vbi vult, quindenniũ
6 non differre † specie, sed accidenti, & nomine tan-
tùm ab annata, & censuit *Rota apud Seraph. de-*
cis. 1401. num. 2. & 3. cum seq. & decis. 1410. n. 10.
7 vbi latè exponitur differentia † inter annatas istas,
quæ soluuntur Cameræ Apostolicæ (nimirùm ex
causa onerosa pro reparando præiudicio ab vnio-
ne resultante, & in quarum propterea locum sub-
rogata sunt quindennia) & annatas, quæ ex Iure ali-
quo speciali, titulo merè lucratiuo, consueuerunt
solui aliquibus Capitulis, quibus propterea eadem
quindennia non debentur de vnitis, vt latiùs pro-
sequitur eadem *decis. 1410. ex nu. 14 & nu. 22.*

Hæc igitùr est prima via, per quam beneficia
vnita reducuntur ad pristinum statum, dicta enim
Constitutio Pauli I I. nisi quindennia hæc soluan-
tur, & de illis soluendis obligatio fiat, expressè de-
cernit, vniones penitùs haberi pro infectis, & sic vni-
ta tanquàm verè vacantia posse liberè à Sede Apo.
stolica impetrari, atquè ità resoluit vnionem ipso
8 Iure, licet † enim dictio illa *penitùs* non semper
sit latæ sententiæ, & quandoquè hanc vim perdat
ex subiecta materia, tamèn in casu nostro, vbi per-
git Constitutio explicare effectum sui decreti, dùm
vult, eadem beneficia, tanquàm verè vacantia pos
se impetrari, certè, dictio hæc *penitùs* huiusmodi
vim suam retinet, & inducit canonem latæ senten-
tiæ, *l. solutum. §. si in sortem, ad fin. de pignor. act.*
Tiraq. qui alios allegat *ad l. si vnquàm, in verb.*
reuertatur, num. 108. C. de reuoc. donat.

Arbitror tamèn impetrãtem ex hoc capite, pro
adstruenda huiusmodi vacatione non satis habere,
si simplicitèr ostendat; cessatum esse in solutione
quindenniorum, vèl in obligatione de illis soluen-
dis, dicta enim Constitutio, exigit contemptum in
huiusmodi cessatione, ibi *si à solutione, aut obliga-*
9 *tione præmissis cessare præsumpserint*, nàm † ver-
bum *præsumpserint* inducit contemptum, vergens
ad dolum, & temeritatem, vt benè explicat *Card.*
in clem. 1. sub num. 22. vers. contrarium consului,
de priuil. Nauarr. in manual. cap. 27. num. 155.
cum seq vbi sic etiã interpretatur Constitutionem
Pij I I. contra malè promotos, quod etiam firma-
uit Rota *in Aquen. Irregularitatis, 14. May 1607.*
coram Illustrissimo D. Cardinali Caualerio.

Quoad secundam, ex dispositione videlicet Sacri
Conc. Trident. *d. sess. 7. cap. 6 de reform.* ea satis est
10 plana Episcopo enim † licèt de Iure permissum
sit vniones per suos præcessores factas quandocun.
què reuidere, & si minùs canonicæ sint, illas dis-
soluere, & irritare, siuè per viam simplicis graua-
minis, adhibito consilio Capituli, nisi detrectet cõ-
sentire, siuè per viam iudiciariam, citatis iis, quo-
rum interest prout hos duos modos, siuè vias pro-
11 ponit *Oldrad cons. 262. num. 5.* non tamèn † eidẽ
est permissum retractare vniones factas per Sedem
Apostolicam, *cap 1. & 2. de confir. vtil. vèl inutil.*
Rota in recent. decis. 737. num 2. par 2. in recent.
12 Proindequè respectu † vnionum, quæ processerunt
à Sede Apostolica. & nihilominùs per obreptionẽ,
& subreptionem fuerunt extortæ, opus fuit dicta
prouisione Concilij, vt videlicèt reuiderentur per
Episcopum, tanquàm ipsius Sedis Legatum, quæ ta.
mèn, nè induceretur summa aliqua rerum pertur-
batio, restricta legitur ad vniones factas intra qua-
13 draginta annos retroactos, quod † tempus compu.
tatur ex die, quo auctoritate Pontificis Concilium
est promulgatum, *Azor. instit moral. par. 2. lib 6.*
c. 28. in quæst. 22 & ex mente S. Congregationis re-
tulit *Zypæ. in Analyt. lib 5. de excess. præl. sub n. 1.*
vers. vbi computari.

Quod pertinet ad tertiam, non potest negari,
quin pleniùs, & absolutiùs hac in re procedatur,
14 quandoquidem ex † reg 12. Cancellariæ (quæ cũ
alijs publicari consueuerit in crastinum assumptio-
nis ad Pontificatum) quisquè Romanus Pontifex,
reuocat omnes omninò Vniones, suppressiones, &
dismembrationes, siuè Apostolica, siue quacunquè
alia auctoritate factas, quæ suum non sunt sortitæ
effectum, præterquàm si sint factæ in exequutio-
nem decretorum S. Concilij Tridentini, vt patet
ex regula.

15 Quę tamèn non se † extendit ad factas ex causa
necessaria, putà dotationis, vel augumento dotis
necessario pro sustentatione cultus diuini, *Mohed.*
decis. 7. num. 1. de priuileg. Crescen. decis. 1. nu. 1.
de Parroch. Put. decis. 331. & 337. lib. 1. Rota
decis. 1143. lib. 3. par. 3. diuers. & fuit decisum in
Virdunen. Canonicatus, 29. Maij 1587. coram
Gipsio,

*Gypſio, firmauitquè etiam Rota in vna Cæſarau-
guſtana fructuum 20. Decembris 1595.* & tradit
etiàm *Genuen. in ſuis practicab. quæſt 440.*

Quàmuis enim *in vna Toletana de' Paſtrana
28. Iunij 1610. coram Reuerendiſſimo D. Pam-
philio* obitèr dictum fuerit, modernas Regulas cō-
plecti etiàm Vniones factas pro dote, & in augmē-
tum cultus Diuini; tamēn ſi ad dotem neceſſariam,
augmentumvè neceſſarium id referatur, itàvt verè
facta ſit Vnio ex cauſa Diuini cultus, id minimè
admittitur; præterquàm ſi facta ſit Vnio ad fauo-
rem alicuius Collegij, aùt alterius loci pij, vt ex-
preſsè caſum hunc excipit Regula, & fortè id fuit
æquiuocum, quod facilè potuit deſumi ex vitio
Scriptoris: nàm antequàm illa verba eſſent ità ex-
tenſa in Regulis modernis, Rota tenebat hanc cō-
cluſionem etiàm in Vnionibus factis Collegijs, &
locis pijs, vt patet ex *Achill. decif. 338. per tot.*

Et propterea, ſententiam hanc noſtram etiàm
ſecundùm modernas regulas firmarunt Domini in
vna *Alerien. beneficij 15. Ianuarij 1608. coram
Illuſtriſſimo D. Cardinali Caualerio*; proceditquè,
ſiuè fiat pro beneficio iàm erecto, ſiuè in ipſa eius
16 erectione, quo caſu † alia concurrit ratio, vide-
licèt quià ſicùti Regula non reuocat erectiones;
ità nèc Vniones illis conſequutiuas, *Creſcent. d.
decif. 1. num. 1. de Parroch.* vti firmando tàm pri-
mam, quàm ſecundam concluſionem, latè deducit
Seraphin. decif. 982. num. 1. quam ſequuti fuerunt
etiàm Domini *in d. Alerien.* & regiſtrauit *Garz. de
benef. par. 12. cap. 2. ex num. 283. & 284. verſ.
& licèt eum ſeq.*

17 Diciturautèm cauſa † neceſſaria ex dotatione,
vel augumento dotis (Itàvt concludatur ad cultum
Diuinū. iuxta *d. decif. 1143. par. 3 diuerſ.* quam ſe-
quuta eſt *Rota in d. Alerien.*) Vbicunquè, vel nulla
eſt dos, vèl ità tenuis, vt prorſus inſufficiens ſit ad
18 ſuſtentarionem miniſtrorum: paria enim † ſunt, vèl
nullam habere dotem, aùt inſufficientem, *Natta.
conſ. 37 num. 3. Theſaur decif. 192. nu. 12.* & con-
ſiderant præallegatæ deciſiones; & in hoc plurimū
19 attenduntur verba Vnionis, an videlicèt † dicatur,
eam fieri, quià aliàs non poſſint ibi miniſtri com-
modè haberi (quo caſu iàm concluditur ad neceſ-
ſitatem, niſi poſſet cogi alius ad dotationem, vel
ad augendum dotem, & benè aduertit Rota apud
Achill. in praeitat. decif. 388. num. 7.) an potiùs,
vt ibi commodiùs habeantur, vèl ſuſtentent ur, nàm
illud *commodius*, præſupponit ſatis commodè
20 euſquè ſuſtentari, cum † natura comparatiui ſit
præſupponere poſitiuum, *Io. Andr. in cap. duobus,
ſub num. 9. verſ. qua verba de reſcript. Ancharan.
conſ. 205. ſub num. 8. verſ. decimo quia ex omni-
21 bus:* Et quod vbi Vnio aſſeritur facta † pro com-
modiori ſuſtētatione, iàm hinc dicatur excludi cau-
ſa neceſſitatis, & ſubiaceat Regulæ reuocatoriæ, id
ipſum eſt, quod reſoluit *Rota in dict. Toletana
de Paſtrana 13. Ianuarij* 1618. & 28. *Iunij* 1610.

22 Præter hanc autèm † exceptionem cauſæ neceſ-
ſitatis, quæ educitur ex defectu mentis Legiſlato-
ris, vt patet ex ſuprà allegata *Mohed decif. 7. de
23 priuileg.* & rurſus † pretèr aliam, ſi facta eſſet Vnio
ex cauſa veri contractus, & realitèr initi; non autē
ficti ex clauſula roboratiua actus, quæ adijci ſolet,
vt diſtinguit *Put. decif. 50. num. 1. & 2. in no. lib 1.*
vbi *num. 1.* notat, in his materijs penitus explodi
24 conſiderationem contractus; duas † limitationes
ponit Regula: Prima eſt, ſi iàm Vnio effectum ſuum
eſt ſortita; Alia verò, cùm facta eſt virtute Conci-
lij; extra quos duos caſus declarat Papa, ſe omninò
irritare quaſcunquè Vniones cum quibuſuis clau-
ſulis, & decretis factas, adeòvt non obſtet clauſula
præſeruatiua à futuris Regulis, tàm ſuis, quàm
25 ſucceſſorum; nàm cum † Regula procedat per viā
legis generalis, cum clauſula, vt obſtantia habean-
tur pro expreſsis, ſatis dicitur huic præſeruatiuæ
derogatum, *But. cōſ. 2. Mohed. decif. 1. de reſcrip.* &
fuit in ſpecie *deciſū in d. Toletana de Paſtrana die
23. Ianuarij 1608.* nequè enim poteſt Præceſſor
26 imponere † legem ſucceſſori, *cap. innotuit. 20. §.
quamuis autèm de elect. l. ille à quo §. tempe-
ſtiuum ff. ad trebel. glo. in cap. vlt. in verb. figura.
verſ. licèt ſucceſſor, de haret. in 6.* & in terminis de
clauſulis prçſeruatiuis, & derogatiuis Regularū ſuc-
ceſſorū, eſt *decif. 666. n. 1. ad finem par. 2. in recent.*

Et quoad primam; dicitur Vnio, ſiuè diſmem-
27 bratio, aùt ſuppreſſio, tùnc demùm † effectum ſuū
ſortita, cùm ſequuta eſt tandèm vacatio per ceſ-
ſum, vel deceſſum obtinentis, ſimulquè apprehenſa
poſſeſſio, vt ad eam Regulam ſcripſerunt *Gloſſator
antiq. & Mandoſ. quæſt. 5. ex num 3.* & pluriès
cenſuit *Rota*, vt refert *Garz. d. cap. 2. ex nu. 281.*
Quod apu[illegible]e non tranſit ſinè diſtinctione; nàm ſi
agatur de Vnione, annexione, vel alia diſpoſitione,
quæ ſit prioris tituli extinctiua; Idem ipſe ſentio, vt
videlicèt conſumetur effectuatio illius per ade-
ptionem poſſeſsionis, & non anteà, ſecundùm ea
tamēn quæ dicta ſunt in præcedenti, at ſi agatur de
28 ſimplici † diſmembratione fructuum, intacta ſub-
ſtantia tituli, contrarium ſit dicendum. Moueor,
quià opinio illa non fundatur ſuper alio, quàm ſu-
per quadam conſtitutione Martini Quinti, vt re-
fert *Gloſſat. antiq. ad d. regulam, circà med. verſ.
& in quantum iſta Regula*; de tempore autèm
illius Pontificis, nèc indè vſquè ad Clem. VIII.
concepta ſic vſquàm fuit Regula, vt complecteretur
tur huiuſmodi diſmembrationes fructuum.

29 Et propterea, maiores noſtri † ſemper tenue-
runt, huiuſmodi diſmembrationes non cadere ſub
Regula. *Creſcen. d. decif. 1. n. 3. de Parroch. Seraph.
decif. 982. ſub num. 1. verſ. pratered rationes, &
num. 2.* quicquid ſit, vbi fieret diſmembratio fru-
ctuum in totum, Itàvt extinguatur titulus bene-
ficij, quo caſu intraret argumentatio, *Mandoſ.* qui
hac in re titubauit, ad eā Regulam *quæſt. 2. ex n. 4.*
Semota enim dicta conſtitutione, & inſpecta di-
ſpoſitione Iuris communis, non video, quin etiàm
ante poſſeſsionem adeptam, ſiuè Vnio, ſiuè diſmē-
bratio, & quæuis alia ſimilis diſpoſitio poſsit effe-
ctuari, dicaturquè verè effectuata, ſi Princeps ità
30 decreuerit, cum aliud ſit, quòd † talis diſpoſitio
effectuetur, & longè aliud, quòd differatur illius
effectuationis exequutio, vt latè deducit *Oldrad.
conſ. 223. num. 7. & 8.* & diximus in præceden-
ti; nèc ea Conſtitutio Martini extendi debet ad
alios caſus, qui tùnc ſub Regula non comprehen-
debantur

debantur, *l. quod verò, cum seq. ff. de legibus*.
31 Præsertim † cum non sit eadem ratio reuocan-
di istas dismembrationes fructuum, quæ est reuo-
candi alias, dispositiones, titulorum extinctiuas; Si-
quidē ratio Regulæ fundatur super odio, quatenùs
contra Iuris dispositionem Ecclesia per vnionem
desinit esse, & proprio Rectore amisso, alteri famu-
latur, in quo consistit verè, àc realitèr diminutio
cultus Diuini, vt optimè considerat *Glossat. antiq.
ad eam*, & suprà etiam vidimus; quæ vtiquè ratio
non habet locum in dismembrationibus huiusmo-
di, quæ fiunt eodem titulo, eodemquè statu re-
manente.

Quatenùs verò vrget Regula, videtur in eo ma-
32 ximè consistere difficultas, an † sit dare remedium
præseruatiuum contra futuras Regulas successorū;
nàm secundùm ea, quæ nùnc diximus, videtur ne-
33 gatiuè respondendum; & quàmuis † si decernatur
vnionem, seù aliam huiusmodi dispositionem, ex
tùnc effectum suum plenè esse sortitam, non possit
de Iure controuerti, ex ea clausula inductam esse
talem effectuationem, actumquè consumi, *l. huius-
modi 64. & l. si ità stipulatus 120. vbi Bart. n. 2. de
verb. obligat.* cum allegatis per *Alex. cons. 83. sub
num. 6. vers. confirmatur hoc, lib. 2.* operenturquè
ea verba, vt vnum tempus alteri insit, *Negus. de pi-
gnor. membr. 2. 2. par. nu. 5.*
34 Hincquè si Papa concedat † expectatiuam de
beneficio vacaturo cum clausula simili *ex nunc,
proùt ex tùnc*, gratia vsque adeò dicatur perfecta,
vt non expiret morte concedentis, vt fuit decisum
in *vna Calaguritana Canonicatus, 1. Iulij 1592.
coram bo. me. Penia,* cuius meminit *Gonzal. ad re-
gul. de mens. glos. 12. num. 42. vers. sic etiam*.
35 Nihilominùs cautela hæc † satis videtur explo-
sa in nouis Regulis, in quibus inter alia sic decerni-
nitur, *etiam si in eis decretum esset, illas ex tùnc ef-
fectum sortitas esse*: Vndè clausulam, seù decre-
tum huiusmodi de nihilo inseruire, responsum fuit
in præcitata *Toletana Capellæ de Pastrana 23. Ia-
nuarij 1598.*

Cęterùm ego considero duos casus: Primus est,
quandò vnio secundùm vèl naturam, vèl circumstā-
tias actus non potest sortiri effectum, de tempore,
quo fit, non quià sit facta cum clausula *cedente,
36 vel decedente*, isthæc enim clausula † non suspen-
dit vnionem, vèl illius perfectionem, sed tantùm
executionem, nequè importat conditionem, ve-
rùm demonstrat dumtaxàt tempus omninò exstitu-
rum, quo exequutioni mitti debet, vt benè per *Ol-
drad. d. cons. 223. num. 9. & cons. 257. sub num. 15.
vers. per vnionem tamèn prædictam, & num. 19.*
sed quià interponitur aliquid, quod impediat per-
fectionem, & submoueat extremorum habilitatem;
37 & hoc sanè casu existimo, clausulam † prædictam
ex nunc, proùt ex tunc, nihil operari contra futuras
regulas, cum deficiat habilitas extremorum, vt be-
nè deducit *Dec. cons. 247. sub num. 8. vers. non ob-
stat, quod dicit Alexander*, nèc hoc casu fit retro-
tractio, *gloss. in Clem. vn. in verb. ex tùnc*, & ibi
*Cardinal. num. 9. Ancheran. num. 6. Imol. nu. 10.
Vital. ex num. 17. de concess. præben. Cassad. eod.
tit. decis. 3. num. 15.* cum alijs adductis per *Rotam*,
quæ ità respondit in *præallegata Toletana Cappel-
la de Pastrana, 23. Ianuarij*.
38 Alter est, quandò nihil decernitur, † quod impe-
diat talem effectuationē, & quominùs decretū hu-
iusmodi perfectionē operetur ex tùnc; & hoc sanè
casu ex rationibus suprà deductis tenendū est, cau-
telam subsistere, nèc talem vnionem tanquàm iàm
effectuatam per decretum Principis cadere sub di-
cta Regula irritāte vniones non effectuatas, & hoc
est quod in terminis respondit *Rota in vna Por-
talegren. vnionis, 6. Martij 1598. coram bo. me.
Orano, & in præcitata Alerien. beneficij, 15. Ianua-
rij 1618. coram Illustrissimo D. Card. Caualerio.*

Quoad aliam limitationem, quando videlicèt
vniones factæ sunt in exequutionem Decretorum
39 Concilij, breuitèr † sunt percurrēda eiusdē Conci-
lij decreta: Respectu nāquè inferiorum à Papa, vt-
cunquè ea facultas competat, ipsis est limitata, nè
obtineat quoad beneficia diuersarum diœceseon,
vèl quę prætenduntur vniri Monasterijs, Collegijs,
vèl alijs locis pijs, ex decreto *9. sess. 14. de reform.*
Interdictumquè est, nè vniant Parrochiales Mona-
sterijs quibuscunquè, aùt Abbatijs, seù Dignitati-
bus, aùt Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vèl Col-
legiatæ, siuè alijs beneficijs simplicibus, aùt Hospi-
talibus, Militijsuè, vt cantat decretum *sess. 24. c. 13.
§. In vnionibus*, & in hoc plurimùm est Ius com-
40 mune coangustatum, nàm eo † inspecto, facultas
vniendi competens Ordinario, refertur ad omnia
beneficia, prætèr Ecclesias Cathedrales, & Religio-
sorum, vt latè post *Petrum de Perus. in tract. de
Vnion. Eccles. cap. 4. ex num. 28.* resoluit *Rota
in præallegata decis. 222. num. 3.* vbi subinfert ad
potestatem vniendi etiàm beneficia libera Ecclesijs
Iuris patronatus.
41 Est quoquè eadem † facultas limitata à Iure, nè
videlicèt se extendat ad reseruata; in quo articulo,
vt etiàm dicebā in præcedenti; licèt multa conuol-
uat Garz. *cum ais, quos allegat lib. 12. cap. 2. ex
num. 92.* tamèn quæ sibi fuerunt visa contradicto-
ria, possunt facillimè ad vnam consonantiam redu-
ci, si distinguantur duo casus: Primus est, quandò
Papa simplicitèr sibi reseruauit collationem alicu-
ius beneficij; & tùnc, aùt quæritur, an Episcopus
possit simplicitèr vnire, & dicendum est, posse, quià
reseruatio non tangit aliud, quàm collationem, quæ
sicùti non impedit beneficium vniri, Ità nèc impe-
42 dit vnio ipsa † collationem fieri, cum beneficium
possit esse eodem tempore, & collatum sine præ-
iudicio vnionis, & vnitum sine præiudicio collatio-
nis, *cap. Consultationibus, de donat.* & propte-
reà hoc casu tenet vnio, sed suspenditur eius ef-
fectus, donèc reseruatio consumetur, ità & non
alitèr docet *Zabar. in Clem. si vna num. 15. de reb.
Eccles. non alien.* & consuluit etiàm *Feder. de Sen.
cons. 112. sub num. 7. ad finem, vers. Item quæritur,
an pendente reseruatione*, quē sequutus est *Frāch.
in cap. si tibi absenti, nu. 12. de præben. in 6 Felyn.
in cap. In nostra, num. 23. vers. prædicta intellige
de rescript. Rota decis. 4. & 6. de reb. Eccles. non
alien. in antiq. Cald. eod. tit. cōs. 13. n. 2. Mandos. ad
reg. 3. quæst. 5. n. 3.* cum alijs per *Garz. d. n. 91.* &
hoc procedit, siuè vnio fiat ante reseruationem
siuè

fiuè post,*vt in d.decis. 4.* & hoc etiàm in superiori docuimus.

43 Alter est casus, quandò Papa non † simplicitèr reseruauit sibi Collationem, sed quamcunquè aliam dispositionem, illam expressè auferendo ab Ordinarijs; & hoc sanè casu non potest Ordinarius vnire, quià cum appellatione *dispositionis* veniat etiam Vnio proptèr generalitatem vocis huius, de qua per *Gonzal.* qui alios allegat, *glos. 20. num. 1. cum seq.* non potest inferior à Papa istud attentare, *cap. Vt nostrum de appellat.* & istud est, quod docuit sic distinguendo *Abb. in cap. sicut vnire sub num. 7. ad finem vers. & hoc intellige de excess. Prælat.* quod ex mente S. Congreg. *aliàs in vna Auersana beneficiorum 31. Iunij 1606. coram bonæ memoriæ Cardinali Sacrato.* decisum fuit, Vnionem de beneficijs reseruatis per extrauagan. ad regimen, de præben. inter communes innouatam per reg. 1.Cancellar. factam per Episcopum, quantumcunquè ad fauorem Seminarij, & seruata in reliquis forma decretorum Concilij, esse nullam, quam opinionem iterùm amplexa est *Rota decis.201.num.5.par.2. in recent.*

44 Hicquè casus † non debet excedere limites suos, videlicèt cùm de tempore Vnionis iàm vrget impedimentum istud ex reseruatione, si enim cesset, valet Vnio, nèc solùm non annullatur, sed nèc suspenditur, cùm per eam impediatur vacatio, & quæcunquè generalis reseruatio, vt de mente *S.Congregat. respondit Rota in vna Caputaquen.beneficij 12.Decembris 1608.coram bo. me. Cardinali Marcomontio.*

45 Decernit ergò † Concilium *sess. 24. cap. 15.* vt in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeoquè tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loco, & personarum qualitate, non sufficiat, liceat Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquot beneficia simplicia, non tamen Regularia, ijs vnire, quæ particula,*ys,* refertur ad præbendas,itàvt Vnio fiat singulis præbendis distributiuè,non autèm mensæ, sic enim corrueret ex potestatis defectu,vt fuit sæpissimè decisum, *Rota decis.565. per tot. par. 2. in*

46 *recent. Zypæ. vbi suprà n.4.* Itèm † præter Vnionem præbendæ Officio pœnitentiariæ, de qua *in sess.24 cap.8.* decreuit,Vnionem fieri ad fauorem Seminarij, *vt in cap.18.sess.23.*

Procuius quidem Vnionis fauore Seminarij fa-

47 ctæ forma,primùm † ex igitur, vt Seminarium iàm sit erectum, idest Collegium puerorum formalitèr institutum, vt sæpissimè fuit decisum,Rota, quæ aliàs resolutiones allegat *decis. 361. num.3. & 5. par. .2. in recent.* & etiàm quamplures resolutiones *S.Congreg.*refert *Garz.d.cap.2. ex num.193.* quicquid dicat *Gonzal. gloss. 5. §. 7. ex num. 76.* nàm eius fundamenta non attingunt rationem præmissæ conclusionis,quæ eò non tendit,an possit aliquid disponi ad fauorem futuri Collegij, sed an possit disponi per viam Vnionis, quod est penitùs impossibile, cum Vnio fiat per accessum vnius ad aliud,seu per coniunctionem, quod est impossibile, non data essentia subiecti,cui illa accessio fiat, non entis enim nullæ sunt qualitates,*l. eius qui in prouinciaff. si cert.pet. cum simil.*Verba autèm Concilij, quæ ipse expendit *sub nu. 77.* non faciunt ad punctum,qui à benè etiàm consistit Collegium sine fabrica, & sine illis omnibus, quæ ibi ipse refert, nèc propterea sunt de essentia Collegij, licèt pertineant ad illius conseruationem,& durationem;& sic decretum Concilij loquitur de Collegio formali,nonautèm de loco Collegij,qui dicitur Collegium materialitèr tantùm, vt dicit *Rota d. de-*

48 *cis.361.nu.5.*Et locum esse † de essentia rei, quod existimauit *Gonzal.*est contra doctrinam *Aristo-*

49 *tel.4.Physico cap.4.in princ.*& propterea † etiam cessante omni suspicione fraudis, opinio hæc noua Gonzalez est reijcienda,non solùm quià est contra declarationes factas per Sacram Congregationem super Cōcilio,vt dixit *Garz de benef par.12. cap.2. ex nu. 193.* & contra frequentes decisiones Rotales, vt pronunciauit *Rota in vna Adiacen. beneficij 15.Aprilis 1622. coram Reuerendissimo*

50 *D.Coccino,*sed etiam † quià est contra apertissimā Iuris rationem, quam ipse minimè attigit, minùsquè *Gratian.* qui eū fuit sequutus *forens.disceptat. cap.248.num.71.& cap.358.num 5* & quem ideò simul in hoc *Rota in eadem Adiacen.* vnà cum Gonzalez reiecit, vt propterea cauendum sit *à bo. me. mem. D. Beltram.* qui mecum etiàm in dicta causa scribebat,qui *in addit.ad Gregor.decis.258. sub nu.* 10. inclinat pro opinione Gonzalez,& Gratiani,nàm(vt ipse ibi ait) tempore quo illam additionem fecit, nondùm emanauerat ea decisio, in qua Rota pergit explicare, quæ necessaria sint, vt dicatur Seminarium legitimè erectum, ad effectū, vt vnio de aliquo beneficio ei valide fiat: Primùm

51 scilicet † præparatio domus conductæ, vèl emptæ, & introductio puerorum,*Rota in recen. decis.361. nu.3.cum seqq. par.2* Secundùm, electio duorum Canonicorum pro regimine, & gubernio Seminarij;Tertiùm, electio duorum Consultorum pro instituendis taxis, & faciendis vnionibus, alterius de Capitulo & alterius de Clero;præter totidē alios, per Capitulum scilicèt vnum, & per Clerum alterum,hæc enim omnia videntur exigi ad constituendum formam ipsius Collegij,qua non data, vtiquè nèc in articulo summarijssimi possessorij retinēdæ, possunt eius partes sustineri in persona eius, qui possessionem cœpisset nomine ipsius Seminarij,

52 eo non præexistente; Prætor † enim eius possessionem non tuetur, qui ob falsam causam ipsam apprehendit, quoniàm lex causam huiusmodi nullam existimet,*l. 1. §. Hæc verba ff.nè vis fiat ei, Port. Imol.cons.75. nu.11.* nèc quidquam etiàm faceret auctoritas Episcopi, qui eam possessionem tradidisset,*Bald.cons 135.num.2.lib.3.*

Quidquid sit, vbi apprehensa esset possessio, non nomine tantùm ipsius Seminarij,sed etiàm Oeconomorū illius,vt admittebāt *DD.in ead. Adiacen,*

53 Est tamèn † verum, exceptionem hanc non præexistentis erectionis,diuersam esse ab exceptione,

54 præexistentis quidem,sed minùs legitimæ.nā † vbi excipitur de non existentia de facto, proculdubio conclusio caret omni dubio, cùm non entis nullæ

sint qualitates, *vulg. l. eius qui in prouincia ff. si cert. petat.* & in terminis fuit decisum *in Corduben. Praestimonij 7. Nouembris 1601. coram bo. mem. Litta*, impressa per *Marchesi. tom. 1. pag. 341.* & *in Leodien. Beneficiorum 19. Nouembris 1602. coram bo. me. Cardinali Lancellotto, apud eundem*
55 *pag. 956*. Vbi † verò constat de erectione de facto, sed excipitur, illam esse nullam, reijcienda est in petitorium, & interim Seminario datur manutentio, qualecunque illud sit, vt mòx plenis suffragijs, ità distinguendo decisum fuit in eadem *Adiacen. Beneficij 16. Nouembris eiusdem anni 1622.* per doctrinam *Bald. in l. 1. §. quibus autèm num. 1. ff. quod cuiuscun. Vniuersi. nom.* dicentis, post *Iacob.*
56 *de Rauenn.* Collegium † ordinatum de facto habere ea, quæ facti sunt, & per factum deueniri ad Ius, & consequentèr possidere, nisi esset Collegiū Hæreticorum, sequitur *Ias. in l. 1. §. municipes sub num. 9. ad fin. vers. amplia istum tex. ff. de acquir. possess.* Et licèt sententiam hanc in dubium reuocet *Socin. Sen. in eodem §. municipes sub num. 4. vers. quae opinio.* Tùm quià nomen Vniuersitatis sit nomen Iuris, & ideò non dicatur Vniuersitas, nisi
57 sit approbata; vndè † nèc potest possidere, argumēto *text. in l. non putauit §. non quauis ff. de contra*
58 *tab.* Tùm quià † non valeat consequentia, quòd licèt quis non possit directò quæ sunt Iuris, quià reprobata, possit tamen ea, quæ sunt facti, ex quo Ius sequatur, cum seruus possit in commodum suum ea quæ sunt facti, *§. sed cum factum Instit. de stipul. seru.* & tamèn non possit id quidèm quod facti est, quandò ex tali facto sequitur Ius, *l. quod seruus 24. eo. tit. de acquir. possess.*

Nàm ista duo Argumenta coincidunt in vnum, quod contra *Bald. & Ias.* ipse *Socin.* assumit, vide-
59 licèt ei, † cui non licèt directò id quod Iuris est, nèc etiàm liceat, quod facti est, ex quo Ius sequatur, quod tamèn non probat, aùt *tex. in d. § non quauis*, qui loquitur de simplici effectu Iuris, aùt *tex. in d. l. quod seruus 24. de acquir. possess.* factum enim illud serui non erat intensum, nequè intendi potuit ad sibi acquirendum, cùm quicquid acquirit, acquirat domino, Iure singulari seruitutis, *Instit. per quas pers. nob acquir. in princip.* ex quo non potest Regula vniuersalis constitui in aliis, *l. Ius singulare eum ibi not. ff. de legib.* & ideò malè his terminis applicatur; vt censuit *Rota in dict. Adiacen. Beneficij*.
60 Secundùm † exigitur, vt instet necessitas relata in supradicto Decreto, quæ sit præcisa, expendaturquè cum consilio deputatorū, de quo ibi, itàvt non sufficiat causam extitisse, nisi etiàm fuerit adhibitum tale consilium, siuè agatur de Vnione, siuè de applicatione fructuum dismembratorum, *Cas. de Graff. decis. 132. ex num. 1. & per tot.* & sic vtrumquè requiri, idest consilium istud, & necessitatem præcisam, explosa quacunquè consideratione commodioris sustentationis, vèl amœnitatis, & recreationis gratia, vt censuit *Rota in Mediolanen. pratensa Vnionis 16. Nouembris 1594. coram bo. me. Orano.*
61 Tertiùm denique, † exigitur pro forma, vt præcesserit detractio fructuum de mensa ipsius Episcopi, & aliorum beneficiorum ipsius Diœcesis, ad præscriptum supradicti decreti, vt sic respondit S. Congregatio, & decidit *Rota in Auersana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram bo. me. Cardinali Sacrato*, & sequuta est in alijs causis, vt in præallegata *decis. 361. n. 7. par. 2. in recent.* Nisi fortè loco illius dismembrationis à propria mensa, Episcopus pinguiùs mentem Concilij adimpleuisset, assignando pecunias, & reditus ex proprio patrimonio, vt fuit per *S. Congregat. responsum in vna Tirasonen. Vnionis de anno 1610.*

SVMMARIVM.

1 *Altare, locus est proprius beneficij.*
2 *Locus cuiusquè rei duplex est, proprius, & communis.*
3 *Templū locus Altaris, Altare autē locus sacrificij.*
4 *Altare vndè dictum, quid differt ab Ara, harum vsus Ethnicorum.*
5 *Altare vndè dictum, & in qua significatione apud nos vox ista retenta.*
6 *Altare propriè, super quo recipitur victima per verba consecrationis effecta.*
7 *Mensa Domini, pro Altari.*
8 *Ara Sacra, quid apud nos significet.*
9 *Altare, pro beneficio.*
10 *Altari eget ecclesia.*
11 *Altare, aliquandò ponitur pro ipsa Ecclesia.*
12 *Altaris per constructionem, dotationem, & fundationem, acquiritur Ius Patronatus.*
13 *Praeterquàm si sit Altare portatile.*
14 *Altare portatile, est diuersum ab alijs, & de eius materia remissiuè.*
15 *Altaris portatilis vsus, an etiam hodiè possit concedi per Episcopum, & quibus casibus.*
16 *Altaria diuersa, & plura in eadem ecclesia semper fuerunt.*
17 *Altaria, nihil aliud erant in primitiua ecclesia, quàm sepulcra Martyrum.*
18 *Altare, in quo nequè corpus, nequè reliquiae sunt alicuius Martyris, venit demoliendum.*
19 *Altare vt non consecretur, nisi inclusis Martyrum reliquijs, vndè fuerit introductum.*
20 *Altare, non nisi lapideum construitur.*
21 *Altaria lignea, qua ratione constituerentur in primitiua Ecclesia.*
22 *Altaris consecratio, interdicta non habenti ordinem Episcopalem.*
23 *Consecrationis, & alia, quae sunt potestatis Ordinis, non possunt per Episcopum alteri non habenti huiusmodi Ordinem delegari.*
24 *Altaris consecratio, solis Episcopis demandata vsque de tempore Apostolorum.*
25 *Altaris consecratio vt fiat, & vti destituatur, & quando opus sit noua consecratione.*
26 *Altari concessa priuilegia, non extinguuntur sed suspenduntur, dum illud demolitur, ad effectum reponendi, vel transferendi.*
27 *Altare, an & quomodò possit erigi in corpore alicuius ecclesiae, inuito illius Rectore.*
28 *Oblationes factae Altari, seù Imagini in eo depictae cui debeantur.*

29 Par-

29 *Parrochialis ecclesia fundat intentionem suam de Iure communi super Oblationibus.*

30 *Oblationes facta imagini depicta super pariete alicuius domus priuata, non possunt percipi per laicum Dominum illius domus.*

31 *Oblationes non debentur parrochiali Ecclesia, quandò offerens contemplatus fuit aliam Ecclesiam, aùt personam.*

32 *Oblationes, qua non possunt applicari persona secundùm intentionem offerentis, propter illius incapacitatem, an possint auferri per Parrochum, aùt potiùs sint permittenda distributioni Episcopi, & concludatur pro Episcopo.*

33 *Oblationes facta imagini in aliquo Oratorio, debentur tali Oratorio.*

34 *Oblationes facta altari accedunt doti altaris.*

35 *Si autèm non habeat dotem, accedunt Ecclesia.*

36 *Oblationes facta imagini, vèl altari in Ecclesia regulari, permittuntur illi Ecclesia.*

37 *Altare prasumitur constructum ab eo, ad cuius commodum, & vtilitatem vergit talis constructio.*

38 *Altare, quod reperitur constructum, censetur constructum per illum, cui mandatum est construi.*

39 *Altare prasumitur erectum in titulam beneficij, si id ostendatur ex eius vltimo statu.*

40 *Altare ad vnum, sub diuersis tamèn inuocationibus, possunt institui plura beneficia.*

41 Altare, *vox in literis Apostolicis prouisiuis exponitur pro Ecclesia, siuè beneficio collatiuo.*

42 *Altare, succedit in bonis Altarista fine consanguineis defuncti.*

43 Altarista, *vox quid significet.*

QVÆSTIO XXX.

Altare, quatenùs est proprius locus beneficij, quomodò erigatur.



QVÆ verò hactenùs de loco beneficij, *ex quæst. 13.* hucusquè decurrendo, disseruimus, videntur quidèm pertinere ad Ecclesiam, in qua beneficium erigitur, atquè ità ad locum communem, non autem proprium cuiusquè beneficij: Quando-
1 quidèm proprius locus † beneficij est Altare, in quo fit sacrificium, & Beneficiarius per se, vèl per alium pensum suum absoluit: Nèc enim est nouum,
2 dari duplicem † locum, proprium scilicèt, & communem, vt auctoritate *Aristot.* probat *Tholos. syntagm. Iuris lib. 30. cap. 6. num. 6.* licèt nostri Iurisconsulti hunc tantùm, qui cuiusquè rei proprius est, pro naturali loco agnoscant, communem verò, fundum, vèl quid aliud, pro qualitate corporis nuncupent, vt *in l. locus 60. de verbor. signification.*
Cùm ergò erigitur beneficium, designatur illi lo-
3 cus proprius, qui est Altare, Templum enim † est locus Altaris, Altare autèm est locus beneficij, àc proindè sine Templo potest sacrificari, modò exitet Altare, sinè Altari autèm nullo modo, etiàm in Templo ipso, quod docet *Bellarm. controuers. tom. 3. de miss. lib. 1. cap. 14. vers. deniquè idem Paulus.*
4 Dictum est autèm † Altare antiquis etiàm Ethnicis, ab altitudine; in eleuatis enim à terra ædificijs sacra faciebant Dijs superis, quos sibi effingebant, sic enim Poeta *Eclog. 1. Bis senos cui nostra dies, altaria fumant*; In locis autèm depressis ijdē sacrificabant Dijs terrestribus super Aris, quæ vt erant ansatæ, dictæ sunt Aræ; Vndè illud eiusdem *Poeta, in 6. Aeneidos, Talibus orabat dictis, Arasquè tenebat,* & ex Varronis auctoritare, notauit *Bellarm. loco mox allegato, cap. 2. vers. sextum argumentum*; quàmuis alij existimauerint, Aram dici, quod pura esser area, vbi victima ardebat, vèl, & rectiùs quidam, ab imprecationibus, quas Græci ἀρὰς dicunt, quemadmodùm existimauit *Tholos. syntagm. Iur. lib. 2. cap. 1. num. 6.* Vndecunquè autèm vox ista deriuet, significat aliquid depressius Altari ipso, super quo non immolabatur, proùt in Altari: Hinc Poeta, idem *lib. 8. Aeneid. Ante aras terram cæsi strauere iuuenci*; Infernalibus deniquè Dijs non nisi in scrobibus faciebant, vt præ cæteris ex nostris notauit *Tholos. d. cap. 1. num. 6.* constatquè id auctoritate Homeri, apud quem *lib. 10. Odyss. ad fin.* Circe docet Vlyssem modum inferis sacrificandi, in hæc verba, *Fossam fode cubitalem, quoquò versùm, Inquè illam libamen funde omnibus mortuis.*
Ex quibus omnibus constat, vt dictum est, Alta-
5 re † Latinis à forma, & ritu nomen istud sortitum, quasi altum, siuè alta Ara, & apud nos retentam hanc vocem ad significandum locum illum, in quo sacrificatur Deo Cœli, reiecta voce Aræ, in qua veteres sacrificabant suis salsis Deis, vt præter *Bellarm. & Tholos. in locis præcitatis*, scripsit *Turrecrem. in can. de fabrica num. 1. & 2. de consecr. distinct. 1. Paul. de Cittadin. in tractat. de Iur. patronat. par. 1. in princip. sub num. 83. versic. tertio sciendum, Lambert. eo. tract. lib. 1. part. 1. quæst. 11. art. 8. num. 2. & 3.*
Et meritò Ecclesia nuncupationem hanc reti-
6 nuit, cùm † illud propriè sit Altare, super quo recipitur victima per verba consecrationis effecta, vt benè explicat *Bellarm. eo. lib. 1. de Miss. cap. 27. in 4. colum. vers. secundò in consecratione*, quàm-
7 uis † Apostolo *in 1. ad Corinth cap. 10.* nuncupetur mensa Domini, *non potestis* (inquit) *mensæ Domini, & mensæ Dæmoniorum participes esse*, ibi enim clarè opponitur mensa Eucharistiæ, mensæ Idolothytorum, relato termino *mensa* ad Altare, sicùt explicat idem *Bellarm controuers. tom. 2. de cultu sanctor lib. 3. cap. 4. vers. probatur igitùr hoc mo-
8 do*; Nequè vtimur † nuncupatione Aræ, nisi impropriè loquamur ad significandam tabulam ipsiùs Altaris, & tùnc nèc simpliciter, sed cum adiuncto, vocando illam Aram sacram, vt benè loquitur *Azor. moral. institut. tom. 1. lib. 10. cap. 27. in 1. quæst.*
9 Hinc Beneficiarius, Altari † seruire dicitur, & de Altari viuere, quo significatur beneficium ipsum,

& illius effectus, in *cap. cum secundùm Apostolum, de prabend.* quàmuis enim Ecclesia possit videri nedùm locus communis, sed proprius beneficij,
10 tamèn exigit † proprium, & singulare Altare, cui totum id teferatur, proùt patet ex *tex. in can. si quis in atrio, 16. quaest. 4.* vbi ponitur pro eodem
11 Altare, quod Ecclesia, quemadmodùm etiàm † id ipsum obseruatur ex *can. quaesitum, 1. quaest. 3.* & notauit etiàm *Abb. in cap. 1. sub nu. 4. vers. ex hoc infertur, de success. ab intest. Lambert. in praeit.*
12 *lib. 1. par. 1. quaest. 11. art. 9. num. 9.* vbi voluit † ex *num. 11.* non secùs acquiri patronatum ex constructione, vèl fundatione, aùt dotatione Altaris, quàm ex dotatione, fundatione, vèl constructione Ecclesiae, vt consuluit *Card. cons. 82. nu. 1.* praeter-
13 quàm † si sit Altare portatile, vt declarat *Lambert. ibid. eo. art. 9. sub num. 12. ad fin. Mandos. ad*
14 *reg. de annal. quaest. 17. num. 7.* vbi quod † etiàm Altare huiusmodi, est diuersum ab alijs Altaribus, & de eo latè agit idem *Mandos. in tract. de signat. grat. §. Altare portatile:* A quo tamèn est cauen-
15 dum, dùm asserit, † eius vsum posse concedi per Episcopum, quàmuis enim secundùm antiquos canones hoc verissimum sit, *cap. in his, vbi Abb. n. 2. & Butr. num. 7. de priuil.* Tamèn hodiè penitùs est interdictũ ex Sacro Tridentino Concilio *sess. 22. in decreto de obseru. & euit. in celebr. miss. Nauarr. in manual. cap. 25. n. 81. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 10. cap. 26. in 3. quaest. vers. nunc verò post Concilium, Roder. de Regul. tom. 1. quaest. 43. in 6. art.* cum alijs collectis per *D. Barbos. super d. cap. In his, num. 4.* tametsi fatendum sit, hinc non impediri, quin adhuc liceat celebrare super Altare portatili, propter necessitatem aliquam, sine Episcopi licentia, vt paritèr tradit *Nauarr. d. cap. 25. num. 82.* vbi ait, hoc esse notandum pro terris, in quibus frequentissimè supplicationes fiunt, ad aliqua parua Eremitoria, prae quorum fotibus solet dici Missa, vt ab omnibus audiatur, & pro primitijs, seù primis Missis Sacerdotum, ad quas maxima multitudo solet conuenire, quàm possit capere Ecclesia; & hanc eandem sententiam probauit *Guttierez can. quaest. lib. 1. cap. 30. nu. 25.* Licèt negari nequeat, etiàm hodiè posse Episcopum in suo Episcopatu concedere talem vsum ex aliqua iusta causa, iuxta *tex. in can. concedimus, de consecr. dist. 1.* proùt aduertit idem *Nauarr. de priuileg. cons. 5. num. 2.*

16 Indequè etiàm fit, vt in eadem ecclesia † diuersa, & plura sint Altaria; Nàm licèt cauillatores fidei orthodoxae negent, à principio fuisse ità aedificatas Ecclesias, vt in eis essēt plura Altaria, tamèn de facili conuincitur error hic, ex epistola *Gregorij 50. in registr. lib. 5. Indict. 14.* in qua fit mentio de decem, & tribus Altaribus in eademmet Eccle-
17 sia positis, cùm ea nihil essent † aliud, quàm sepulchra Martyrum, & vbicunquè esset Martyr conditus, illic, & Altare erigi consueuisset, proùt ostendit *Baron. in anno 57. sub num. 104. vers. & hoc quidem, & ad Martyrolog. Roman. 9. Nouembris,* cui addi etiàm potest *Bellarm. controu. to. 2. de reliq. Sanctor. lib. 2. cap. 3. vers. Ex Aphrica,* & diximus etiàm suprà *quaest. 13. num. 44.*

18 Adeò, vt si quod Altare etiàm † in memoriam Martyrum cōditum reperiatur alicubi, in quo non exstet vi corpus Martyris, vèl saltim reliquiae, illud prorsùs demoliri mādauerit Conciliũ Aphricanum relatum *in can. placuit, de consecr. dist. 1.* traditquè etiàm *Bellarm. loco proximè citato, & Azor. moral. institut. tom. 1. lib. 10. cap. 27. in 8. quaest.*

19 Cuius rei ea est ratio, † quòd B. Ioannes in *Apocalypsi, cap. 6.* ità scripserit, *Et cùm aperuisset sigillum quartum, vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habent: & clamabant voce magna, dicentes, vsquequò Domine sanctus, & verus, non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum de ijs, qui habitant in terra? & data sunt illis singula stola alba, & dictum est illis, vt requiescerent, adhuc tempus modicum, donèc compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicùt & illi.* Quam rationem retulit *Bellarm. in praeit. cap. 3. vers. Octauo probatur.*

20 Hincquè non nisi † lapideum Altare erigitur, *can. altaria, de consecrat. dist. 1.* ea potissimum ratione, vt significet sepulchrum Christi Domini, quod lapideum fuit, *D. Thom. in 3. par. quaest. 83. art. 3.*
21 *in resp. ad 5.* Quàmuis enim † olim Altaria essent lignea, velùti, quae saeuiente persequutione Infideliũ contra Ecclesiam, de domo in domum, & de Ciuitate in Ciuitatem transferri opus erat, tamèn Ecclesiarum libertate sub Constantino Magno stabilita, lapidea firmitate solita construi ceperunt, vt ex verbis *Alex. de Ales in 4. par. quaest. 36. memb. 1.* commemorat *Reuerendissimus D. Germon. in tract. de Sacr. immun. lib. 3. cap. 2. num. 12.* Vt hinc etiàm liqueat, Nouatores falsò aliquandò id retulisse ad nouitatē in ecclesia Catholica, quod exemplo etiàm confutat *Bellarm. controuers. tom. 1. de Verb. Dei, lib. 4. cap. 12. vers. tertia causa.*

22 Nequè verò vlli Sacerdotum † fas est consecrare Altare huiusmodi, qui non sit in Ordine Episcopali, *can. nullus de consecrat. dist. 1.* In tantum,
23 vt † nèc facultas ista possit per Episcopum cuiuis simplici Presbytero delegari, est enim Ordinis Episcopalis, non autèm Iurisdictionis, vt ità arguēdo, demonstrat *Azor. d. to. 1. c. 27. in 6. quaest.* quod
24 sanè †. ordinatione Diuina institutum fuit, quemadmodùm auctoritate *S. Dionysij de Eccles. Hierarch. cap. 4. & 5.* (quem apertè constat vixisse tēpore Apostolorum) probat *Bellarm. in praeit. controu. tom. 2. de cleric. lib. 1. cap. 14. vers. idem argumentum, & de cult. Sanctor. lib. 3. c. 5. in 3. col. vers. in statu Euangelij.*

25 Qualitèr autèm Altare consecretur, † latè explicat *Silu. de benef. par. 1. quaest. 5. ex num. 101. Azor. tom. 2. instit. moral. lib. 9. cap. 4.* & ea consecratio quandò deficiat, itaùt noua consecratione Altare egeat, aperit *tex. in cap. 1. & 3. de consecr. eccles. vel altar. Azor. vbi suprà, Emman. Sà in aphorism. Confess. in verb. Altare,* & etiàm post eos, quos allegat, benè explicat *D. Barbos. in collect. ad d. cap. 1. num. 2.* vbi *num. 3.* etiàm agit de effectu pollutionis; Quae non prosequor.

26 Semel verò Altari canonicè erecto, † si illud

demoliri

demoliri contingat, ad effectum vt restauretur, vèl
aliò transferarnr, indè non soluitur Ins illud spiri-
tuale, nèc quoduis eins priuilegium, sed tantùm
suspensum remanet, donèc restauretur, *Azor. dict.*
lib.9.cap.3.quaest.13.vers.idem Iuris est, auctori-
tate *Syluest. & Palud.*
27 Potest tamèn in † Ecclesia erigi Altare, etiàm
inuito ipsius Ecclesiæ Rectore, modò tamèn acce-
dat Episcopi licentia, vt latè deducit *Paul. de Cit-*
tad. in pracit. tract. de Iu. patro. 3. par. in princ.
n.83. vers. requiritur tamèn etiàm, & n.90. & qui-
dem etiàm absquè dote, & in consequens itàvt nèc
sit beneficium ecclesiasticum, dummodò ecclesia
sit sufficienter dotata, vt latè tradit *Lambert. cod.*
tract. lib.1. par.1. quaest.3. art.1. num.8.
28 Quod maximè dignoscere refert pro † determi-
natione articuli, cui debeantur legata, aùt oblatio-
nes factæ huiusmodi Altari, seù Imagini in eo adpi-
ctæ; si enim habuerit certa bona, seù reditus cum
Rectore, erit quoquè capax oblationū, modò fiant
nō simplicitèr in Altari, sed ipsi Altari, & illius cō-
templatione, vt videtut sensisse *Abb. in c.1. sub n.3.*
vers. ex hoc etiàm habes, de success. ab intest. quē sic
expēdit *Fel. in c. ex parte il secondo n.4. de rescrip.*
29 Enimuerò † super his oblationibus fundatā habet
intentionem de Iure communi Rector Parrochia-
lis ecclesiæ, *cap. Pastoralis de his quæ fi. à Præl. sin*
30 *cons. cap.* quod intelligitur, nisi refragetur † intētio
offerētis. Vndè si offeratur Imagini adpictæ parie-
ti domus alicuius priuati, quàmuis nō possint ob-
lationes acquiri tali domino, nèc valeat quæuis
contraria consuetudo, propter Iuris resistentiā, nè
spiritualia laicis applicentur, *cap. Messana & cap.*
Sacrosancta de elect. Soc. de oblat. libel. 18. num.4.
Maluet. eo. tract. in 4. dub. n.6. & fuit respōsum *in*
Calaguritana oblationum 21. Octob. 1588. corā bo.
me. Card. Hieronymo Pāphilio, cuius quoquè me-
minit *Marescot. var. resolut. lib.2. cap.42. nu.5.*
31 Tamèn id intelligitur, nisi † offerens contempla-
tus fuerit in indiniduo aliā personā, vèl locū, quàm
ipsum Parrochū, vel Parrochialem ecclesiam; hoc
enim casu, si persona, vèl locus sit capax istarum
oblationū, non est flectēdū ab intētione offerētis,
Soc. loco proximè citato sub n.5. ad fin. vers. hac ta-
men opinio, vt etiàm de oblationibus factis pro fa-
brica ecclesiæ, vèl pro celebrandis Missis, tradunt
Rebuf. de decim. q.1. n.29 & 30. Aufr. ad Cappell.
Tholos. q.483. vers. conclusio igitur sit, & per tot.
quos retulit, & sequutus fuit *Maresc. d. c.42. nu.1.*
32 Si autèm persona † nō sit capax, quià scilicèr sit
laicus, tūc nequè ipse Parrochus eas sibi aufert, sed
Episcopus illas pro arbitrio suo in vsus pios distri-
buir; licèt enim contrariū visum fuerit *Marescot. d.*
cap.42 n.6. & 7. qui testatur de communi opinio-
ne pro Parrocho, quæ videtur probari per *tex. in*
d. cap. pastoralis, & in cap. cum inter vos, de verb.
signif. & cum qua visus est transire *Abb. in rubr. de*
Parroch. sub n.2. vers. & per hoc arguit, & in cap.
quoniam, n.1. de decim nihilominùs contrariū est
verius, aliud enim est quòd arceatur laicus à per-
ceptione huiusmodi oblationum, & longè aliud,
quòd eas capiat Parrochus contra manifestā intē-
tionem offerentis, quod saperet manifestā iniqui-
tatem, & propterea dùm non potest inferri ab vno
ad alind, pertinent ad dispositionem Episcopi, *can.*
præter hoc §. præcipientes dist.32. vbi expressè ob-
lationes fidelium dispositioni Episcoporum com-
mittuntur, qui debeat illas distribuere secundùm
consuetudinem, vt ibi notat *glo. in verb. in disposi-*
tione, & hanc sententiam probarunt etiàm *Fel. in*
cap. dilectus paulò ante nu.1. vers. tamèn per ea, de
off. Ord. quæ fuit sententia *Petr. de Vbald.* quem ip-
se allegar, & sequitur, aitquè, meliùs tractasse hanc
materiam, quàm alium quēuis, *in tract. de quart.*
canon. & Episc. cap.4. num.4. & 5. & sequutus est
Card. Mantic. in tract. de tacit. & ambig. lib.13.
tit.21. sub nu.88. vers. sed est aduertendum.
33 Quocircà vbi non † potest supponi incapacitas,
simplicitèr istæ oblationes debentur illi, qui tali
Imagini præest, veluti cùm fiunt oblationes Imagi-
ni depictæ in aliquo Oratorio, nihil enim est, quin
ipsi Oratorio debeantur, iuxta *tex. in §. si quis in*
nomine vers. si quis autèm vnū in auth. de eccles.
tit. Abb. in c.1. n.4. de stat. Monach. Dec. cons.148.
n.a. quos sequutus est *Mātic. loc. præcit. n.38. ad fi.*
34 Atquè ità in proposito † articuli præmissi; si Al-
tare exstructum in aliqua ecclesia habeat dotem
suam, & Rectorem, & aliquid ei, siuè Imagini in eo
adpictæ legetur, siuè offeratur, totum illud eidem
Altari acquiretur per accessionē, vt loquitur *Abb.*
35 *in d. c.1. sub n.3. de succes. ab intest.* si verò † nō ha-
beat nequè dotem, nequè Rectorem, acquiretur
ipsi ecclesiæ, in qua est illa Imago, vèl Altare, vt
36 dictum est de Oratorio; præcipuè si esset † eccle-
sia regularis, *cap.1. de stat. Monach.* cum adductis
per *Marescot. d. cap.42. num.3.*
37 Cæterùm, cùm dubitatur, quis Altare † aliquod
construxerit, semper præsumitur constructū ab eo,
in cuius commodum vergir, illud cōstructum esse,
ex his, quę tradit *Rocch. in tract. de Iur. patron. in*
38 *verb. construxerit nu.29* & si appareat † de man-
dato alicuius præcedente, censebitur constructum
in exequutionem illius mandati, siuè præcepti, ex
generali regula *l.2. C. de alim. pupil præst* vt ità de-
terminat *Abb. cons.54. sub n.2. vers. sed his non ob-*
stantibus par.1. quē probauit *Rot. apud Caputaq.*
decis.271. lib.1. in manuscrip. & in vna Vercellen.
Cappellæ 7. Maij 1601. corā Reuerēdiss. D. Attreb.
39 Dùm autèm non apparet † an fuerit erectum in
beneficiū, vèl secùs, attēditur illius status vltimus,
Altare enim, quod datur in titulum, dicitur benefi-
cium, & venit appellatione beneficij, *Dec. cons.210.*
40 *nu.4.* Quinimò & † ad vnicum Altare posse plura
beneficia instirui, constar ex his, quæ de noua præ-
bēda in Collegiata scripsit *Rocb. in præcit. tract.*
de Iu. patr. in verb. & dotauit nu.30. sub diuersis
tamèn inuocationibus, prout ità pronūciauit *Rota*
in vna Hipporegien. Capellania Sancti Martini
5. Decembris 1608. & 28. Maij 1609. corā bo. me.
Penia, & diximus suprà *quæst.2. num.46.*
41 Hincquè est, vt quemadmodùm Altare † in lite-
ris Apostolicis concernentibus materiā prouisiuā,
semper exponitur pro ecclesia, siuè pro titulo be-
neficiali, *Abb. in præall. cap.1. sub nu.3. vers. ex his*
infertur de succes. ab intest. vbi monet, hoc esse be-
42 nè notandū, quià † Clericus habens huiusmodi Al-

tare, si decedat sine consanguineis, bona ad ipsum
43 Altare transmittuntur, ità nomine Altaristæ † ipsũ Rectorẽ, seu Ministrũ Altaris non ineptè nuncupamus, vt in specie aduertit *Rot decis. 216. sub nu. 2. vers. tùm quià verbũ Altarista par. 2. in recen.* quę fuit confirmata 19. *Ianuarij* 1609. in eadem ipsa causa *Recanaten. Beneficij*, & coram eodem *Card. Lancellotto*, in qua fuit relata vox ista ad ipsum Sacerdotem; quod vti se habeat, *in lib. 3.* explicabimus, cùm de annexione ordinis agemus.

SVMMARIVM.

1 *Dos non minùs necessaria Ecclesiæ, vel beneficio, cùm fundatur, quàm mulieri, cùm nubit.*
2 *Onera beneficij, quibus debet commensurari dos, quanàm sint.*
3 *Dotis congruæ cõstitutio necessaria pro beneficio, & sine ea Episcopus nõ debet consentire fundationi.*
4 *Dotem cogitur assignare constructor ecclesiæ, vel illius hæres.*
5 *Etiàmsi constructio facta fuerit sine auctoritate Episcopi.*
6 *Et quid de fundatore Capellæ.*
7 *Dotem augere, siuè integrare tenetur fundator, qui incongruam assignauit dotem.*
8 *Dos incongrua, habetur pro non dote.*
9 *Dos cõgrua quæ dicatur, pẽdet ex arbitrio Iudicis.*
10 *Arbitrium autem illud, quomodò reguletur.*
11 *Dos beneficij, qualitèr æstimetur congrua.*
12 *Monialis effecta, non debet consequi tantam dotẽ, quanta fuit data sorori, quæ carnalitèr nupsit.*
13 *Congrua pro Episcopo, & Parrocho, qualitèr statuta per Concilium.*
14 *Dos qualitèr constituatur in beneficio, cui est annexa residentia præcisa, vt possit dici congrua.*
15 *Et qualitèr in beneficio non exigente huiusmodi residentiam.*
16 *Dote beneficij deperdita, vel depauperata, qualitèr procedatur ad illius reintegrationem, vel ad manutentionem ecclesiæ; quod fusiùs explicatur num. seq.*
17 *Popularis actio datur contra occupatores bonorum ecclesiæ.*
18 *Alienatione rei ecclesiæ nullitèr facta per Prælatum, possessio non transfertur ab Ecclesia.*
19 *Dote in totũ deperdita, si tertius à patrono, præuenerit in redotando, an acquirat Ius Patronatus*
20 *Et quid, si dos non sit in totum deperdita, sed notabilitèr depauperata.*
21 *Dote beneficij depauperata, non acquiritur redotanti, vel supplenti Ius Patronatus contrà voluntatem Patroni.*
22 *Et quid si ecclesia sit libera.*
23 *Ius Patronatus concessum in ecclesia libera, prætextu augumenti dotis, semper dicitur ex priuilegio.*
24 *Dote amissa non desinit esse beneficium.*
25 *Beneficium de pertica quod dicatur, & an sit permutabile.*
26 *Beneficium de pertica potest permutari, si cesset fraus.*
27 *Permutatio cum beneficio de pertica semper præsumitur fraudulenta.*
28 *Permutatio facta de beneficio pingui cum beneficio valdè tenui, præsumitur fraudulenta, & non tenet.*
29 *Nisi purgata sit talis præsumptio.*
30 *Dos congrua quomodò æstimetur circà Canonicatus, & præbendas.*
31 *Et quomodò in Monasterijs, & ecclesijs regularibus.*
32 *Monasteriorum noua erectio, qualitèr per Episcopum sit examinanda.*
33 *Dotis beneficij in examine maximè venit consideranda qualitas fundi.*
34 *Dos beneficij, in Manso.*
35 *Mansus quid.*
36 *Dos ecclesiæ, debet constitui in fundo libero ab omni tributo, respectu ipsius dotantis.*
37 *Et cuiuscunquè alterius, quod latè explicatur.*
38 *Iurisdictio Principis, nihil habet commune cum dominio vtili, vèl directo singulorum.*
39 *Dote beneficij constituta in fundo emphyteotico, vèl feudali, nullum infertur præiudicium Domino directo.*
40 *Et est necessarius illius consensus.*
41 *Emphyteotico fundo legato ecclesiæ, cogitur ecclesia illum vendere alteri priuato, & loco rei, recipere pretium.*
42 *Dote ecclesiæ constituta in certo fundo, illicò talis fundus remanet liber ab omnibus tributis, & vectigalibus, & quocunque onere procedente à Iurisdictione.*
43 *Potest tamèn fundator eadem onera in fundationis limine expressè præseruare.*
44 *Bona Ecclesiastica prorsus sunt exempta ab exactionibus laicorum.*
45 *Coloni ecclesiæ an teneantur ad onera imposita per laicos.*
46 *Doctrinæ ratio, non Doctoris opinio perpendenda.*
47 *Merces, dicitur pretium laboris.*
48 *Immunitas ecclesiastica læditur, si grauantur oneribus laicorum eius coloni mercenarij.*
49 *Et idem in colono partiario.*
50 *Colonica portio quomodò reducatur ad Iustitiam.*
51 *Colonus partiarius ecclesiæ, qua ratione sit immunis à collectis laicorum.*
52 *Locator tenetur refundere conductori, quidquid illi deperit cum lucro suo.*
53 *Aliàs contractus esset iniquus.*
54 *Valor rei, minuitur ex onere adiuncto.*
55 *Prohibita directò, prohibita etiàm censentur indirectè.*
56 *Fraus lègi non debet fieri.*
57 *Laici emẽtes à clericis, nõ tenẽtur soluere gabellã.*
58 *Federici de Senis cons. 111. num. 10. de solutione onerum laicorum per colonos ecclesiæ latè declaratur.*
59 *Opinio Doctoris malo innixa fundamento, non est attendenda.*
60 *Dos ecclesiæ non debet assignari per modum stipendij.*
61 *Oratoria priuata, & Hospitalia possunt habere bona annexa, ex quorum reditu alentur eius ministri, nequè hinc infertur ad statum beneficij ecclesiastici.*

QVÆ-

QVAESTIO XXXI.

Dotis beneficij constituenda, augendaue qua ratio, quiue modus.



VISO de loco beneficij, prosequendo institutum ordinem, videndum est nunc de
1 Dote, † quæ non minus est necessaria Ecclesiæ, vel beneficio pro illius spirituali coniugio, quod cōtrahitur cum Christo, quàm quæ mulieri constituitur pro supportandis oneribus matrimonij, vt benè deducit *Paul. de Cittadinis, de Iur. patr. part. 3. §. secunda causa, num. 5 & 6.*

2 Onera † autem sunt alimenta Rectoris, *cap. Cum secundum Apostolum, de praeben.* impensæ ad sarta tecta habenda, *cap. 1. de Eccl. ædific.* ac pro luminibus, & Sacra supellectili, de qua latè in *can. Altaris palla, qui in ordine est 39. cum septem seqq. de consecrat. dist. 1.*

Quapropter iàm hinc sequitur, constitutionem
3 dotis † huiusmodi fore præcisè necessariam, neque aliter Episcopum suum consensum fundationi beneficij adhibere debere, quàm illi assignata dote congrua, *can. nemo ecclesiam ædificet, qui in ordine*
4 *est 9. eadem distinct. 1.* Quod † si prorsùs neglectum, vel prætermissum sit, poterit fundator (nisi malit perdere totum Ius suum patronatus) vèl ipsius hæres ad id compelli, *glos. in can. pia mentis,*
5 *in verb. collata 16. quæst. 7.* etiàm † si constructio sit facta sine auctoritate Episcopi, *Abb. cōs. 89. n. 2.*
6 *par. 2.* si tamen † agatur de ecclesia aliqua, non etiàm si de Cappella, vel Altari aliquo in ecclesia iàm erecta, & competentèr dotata, causâ simplicis deuotionis constructo, vt in his terminis loquitur *Ioann. de Anan. cons. 24 sub num. 2. vers. his non obstantibus. cum seqq.* & ibi etiàm *Adden. num. 6. & 7.* quem fortè non benè accepit *Dec. cons. 210. num. 4.* dum existimauit, *Ioan. de Anan.* hoc ibi velle simplicitèr, nè dos sit necessaria pro simplici beneficio, neque enim de Cappella loquitur *Io. de Anan.* prout est beneficium, quià impossibile est, beneficium institui sine dote, quamuis possit durare sine dote, vt infrà explicabitur, quod ipse Decius ibi confudit,

7 Idemquè dicendum, si † non prorsus prætermissum fuerit, sed minùs sufficientèr prouisum, quià videlicèt sit assignata dos incongrua, vt latè tradit *Lambertin de Iur. patr. lib. 1. par. 1. quæst. 5.*
8 *art. 13. num. 2.* paria † enim sunt, vèl nullam, vèl incongruam assignari dotem, vt ibi per eum in *21. art. ex nu. 1.* sumpto argumento à dote, quæ Mulieri assignatur, in qua perpetuò hoc Iure vtimur, etiàm ad effectum dispositionis *auth. præterea, C. Vnd. vir, & vx.* vt post infinitos, quos allegat, scribit *Decian cons. 70. sub num. 12. vers. tertio, & vltimo, lib. 2 & cons. 111. num. 16. lib. 3. Gratian. forens. discept. cap. 120. ex num. 1.*

In statuenda autèm dote cōgrua, quãuis maximè versetur Iudicis arbitrium, vt post *Bursat. cons. 80. sub num. 15. vers. vel Iudex, lib. 3. & cons. 45. sub n. 32. ad med. vers. & glossa lib. 4. Raphael Cuman. cons. 46. sub num 3. vers. aquitas tamen,* & alios, quos latissimè cumulat tradit *Menoch. de arbitr. cas 149. ex num. 34.*

Hoc tamèn arbitrium alijs est regulandum cir-
9 cumstantijs, † quàm reguletur in statuendo con-
10 gruam dotem mulieri; nam † cùm de dote mulieris agitur, facultatem dotãtis, legitimam mulieris debitam, & alia huiusmodi perpendimus, de quibus *Menoch. loiuem ex nu. 2.* quæ non adæquantur rationi constituendæ dotis huius ecclesiasticæ.

11 Porrò cum † beneficia dotentur pro sustentatione pauperum Clericorum, non quærimus in his conseruationem splendoris alicuius, vel Dignitatis familiæ cuiuspiam, sed simplicem sustentationem
12 paupertatis; Vnde nèc quæ † ingreditur Monasterium, vt in paupertate pauperi Christo famuletur, vt ait *tex. in cap. nimis praua, de excess. Prælat.* tantam habere debet dotem, quantam habuit soror eius, quæ matrimonium carnale contraxit, cum non valeat illatio ob rationis nimiam discrepantiam, *Gregor. decis 63. nu. 21. per tot.*

13 Itaquè † vbi non est taxata quantitas à Iure, prout in Cathedralibus, & Parrochialibus, ex Concilij Tridentini decreto *sess. 24. cap. 13. de reform.* nihil potius est contemplandum, quàm an sufficiat ad onera prædicta, & sustentationem necessariam ipsius Beneficiarij in ministerio Altaris, non habita ratione alimentorum, vèl congruæ sustentationis extra ministerium huiusmodi; nàm si beneficium
14 esset † residentiæ præcisæ, & continuæ, vtiquè foret illi constituenda dos sufficiens pro sustentanda vita, in loco ipsius beneficij, nè quando mendicet, contra *text. in d. cap. cum secundum Apostolum, de praeben.* inspecta etiàm qualitate loci, si videlicèt populo frequens, si propter Peregrinorũ confluxum annonæ Charitate laborans, vel potius si heremus, vt considerat *Io. de Anan. in cap. de Monachis, sub nu. 4. vers. & dic quod debet, de præbend.*

15 At si † simplex, & Beneficiarius non sit arctatus ad residentiam, satis est tantum habere in reditu, cum quo satisfiat impensis necessarijs pro onere Altaris ex fundationis lege adiecto, ita tamèn, vt non sit minus aureorum viginti quolibet anno; infra enim hanc quantitatem, prorsus dos foret incongrua, secundùm senten iam *Abb. per eum tex. in cap. conquerente, sub nu. 3. in 1. notab. de Cler. non resident.*

Hæcquè sine difficultate procedunt, cùm de erigendo beneficio est controuersia, illiquè dote congrua assignanda; vel cùm etiàm sitatur, quæ & qualis dos fuerit ex constituta à principio, vt si incongruè fuerit vsque ab initio dotatum, possit fundator, vel eius hæres cogi ad supplendum, vt
16 suprà dictum est. Cæterùm si † beneficium (vt multoties contingit) ità sit de pauperatum, vt remanserit fine dote, vèl cum dote ità modica, vt habenda sit pro non dote; quæritur, quid circa beneficium huiusmodi sit decernendum? Et si agitur de Parrochiali per Populũ fundata, Populus cogi potest ad integrandam dotem vsque ad eius sufficientiam, propter necessitatem administrationis Sacramento-

mentorũ, *Archid. in can. si plures, nu. 1. 16. quæst. 7.*
17 Poteſtquè † hoc caſu quilibet de Populo agere rei vindicatione contra occupatores bonorum, quæ prius eccleſia habebat, *cap. si quis Presbyterorum, vbi gloſſ. in verb. perſonis, & Bero. nu. 34. & 35. de reb. eccleſ. non alien.* quin & ipſe ille, qui diſtraxit, ſeù alienauit, non obſtante cuiuſcunque iuramenti vinculo, *Pinell. ad l. 1. in 3. par. ſub num. 73. verſ. idem probatur, C. de bo. mater. Barboſ. in l. 1. in 5. par. nu 17. & 19. ſol. matrim. Guttierez de iuram. confirm. par. 1. cap. 1. nu. 96. Surd. de alim. tit. 7. quæſt. 38. num. 8.* cum pluribus, quos collegerunt, & ſequuti ſunt, *Cened. collect. 71. n. 2. & D. Auguſt. Barboſ. ad tex. in d. cap. ſi quis presbyterorum, nu 8.* vbi addit, poſſe hoc caſu Eccleſiã, nullo pretio reſtituto, res malè alienatas repetere, neque emptorem poſſe contra ipſam retentione vti, *Rebuff. in compend. alien. num. 115. cum ſeq.* cum alijs ibi per eum adductis *num. 9.* & licèt id temperet, ſi pretium ſit conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ, ex his quæ tradit *Hieron. Portoles de Conſortib. cap. 15. num. 11.* tamen id debet admodùm clarè liquere, aliàs non impeditur reintegratio eccleſiæ, *Gregor. deciſ. 116. num. 3. verſ. non obſtat, quod in ho: caſu.*

Nàm vbi eccleſia eſt ſpoliata, etiàm facto ſui Rectoris, probato primo extremo, illicò reſtituitur, *Verall. deciſ. 170. & 181. par. 3. Rota deciſ. 473. nu. 2. par. 2. in recent.* cum adductis per *Gregor. ea. deciſ. 116. num 1.* & per *bo. me. D. Beltram. ad eam nu. 4.* vbi addit *num. 5.* imò adhùc ſemper competere Eccleſiæ manutentionem, quàmuis Prælatus illius ha'uerit ſe pro ſpoliato, *Seraph. deciſ. 1417. num 3.* quod fuit etiàm reſponſum *in Theatina Iuriſdictionis S. Ioannis in Venere 10. Maij 1621. coram Reuerendiſſimo D. Coccino*; Ea ratio-
18 ne, † quòd ex contractu Prælati nullo, non transferatur poſſeſſio rei eccleſiæ, *Bart. in l. ſi vir vxori num. 3. de acquiren. poſſ. Verall. deciſ. 182. num. 8. par. 3.*
19 Si verò † fundata fuerit per priuatum, tenebitur, & is quidem eadem ratione redotare, ſed liberabitur cedendo Iuri ſuo, & ſi abſque vlla ceſſione quiſpiam præuenerit, iſte conſequetur Ius patronatus, ſecundùm tamèn diſtinctionem, quam ponit *Lambert. d. lib. 1. quæſt. 6. art. 4. n. 5. & 6.*
20 Procedunt † verò hæc cum ſuppoſito totalis extinctionis dotis; quod ſi duntaxàt fuerit notabilitèr depauperata, vèl ità à principio conſtituta, vt inſufficiens omninò ſit; maior ſuccedit dubitatio, ſi quis iterùm dotem conſtituat, vèl augeat; An hic nouus dotator, vèl augmentator patronatum de Iure communi acquirat; in qua re duo ſunt diſtinguendi caſus.
21 Prior eſt, † cùm beneficium, ſeù eccleſia eſt in ſtatu patronatus; & tùnc reſolutio pendet à voluntate Patroni, nèc ſinè illa is qui ità dotat, vel ità ſupplet, patronatũ acquirit, *Lambert. ead. quæſt. 6. art. 6. nu. 4. & 5.* etiàm ſi illi non inſurgat patrotus aliundè, quàm ex dotatione, quicquid ſit, vbi dos in totum periit, prout ità poſt alios loquitur *Cardina. in cap. quoniam, num. 2. ad finem verſ. ſed in patronatu de Iu. patron.*

22 Alter † eſt, quando eccleſia eſt in ſtatu libertatis; & tùnc diſtinguitur, vèl dos penitùs defecit, reductaquè eſt ad non dotem; & is, qui redotat, efficitur Patronus, tanquàm verus dotator; vèl non defecit penitùs, ſed valdè eſt diminuta; & tùnc per quodcunque augumentum non quæritur huic ſuppléti Ius patronatus de Iure communi, neque enim vlla ratione poteſt dici Patronus, vel dotator, ſed ſimplex benefactor, & ditator, *Abb. in prœcitat. cap. quoniam, num. 10. de Iur. patron. Roch. in eod. tract. in verb. & dotauit num. 9. Lambert. ead. quæſt. 6. art. 2. num 8. 12. & per tot. Rota deciſ. 167. ſub num. 2. verſ. ſiquidem pro reſponſione, & num. 3. par. 2. diuerſ. Seraph. de-*
23 *ciſ. 1103. nu. 1.* Vndè † ſi prætextu talis argumenti, Papa concedat alicui Ius patronatus, illi competet ex mero priuilegio, & quanto efficaciores inferentur clauſulæ, tanto magis vrgebit cauſa ipſa priuilegij, & dicetur Ius patronatus cõpetere ex priuilegio, non autèm ex diſpoſitione Iuris, *Lãbert. loco proximè citato*, & latè fuit deciſum *in Compſana Iuriſpatronatus*, quæ eſt deciſio *58. nu. 8. & deciſ. 88. num. 2. par. 1. in recent.* & de hac re fuſiùs agetur in ſequenti libro.
24 Interim verò, etiàm quòd ignoretur † beneficium congruentèr ab initio dotatum fuiſſe, non amittit ſtatum beneficij; neque benè infertur, non habet dotem, ergò non eſt beneficium, cum multa potuerint contingere, vt dos depauperaretur, vèl etiàm penitùs deficeret, *Bertran. conſ. 251 ſub n. 1. verſ. ſed his non obſtantibus, & num. 2. per tot. vol. 6.*

Nèc quicquam vltrà operatur defectus hic do-
25 tis, quàm † vt dicatur beneficium de pertica, & impermutabile, ſecundùm opinionem *Rotæ*, de qua per *Gomez. deciſ. 2. lib. 1. & deciſ. 28. in vlt. col. verſ. tamen his non obſtantibus, lib. 2. & in reg. de infirm quæſi. 19.* ob ſcilicèt præſumptam
26 fraudè, qua † ideo ceſſante adhùc poſſet fieri permutatio. & ſuſtineretur, vt declarat *Dec. conſ. 210. num. 5.* & ipſemet *Gom: z. d. deciſ. 28.*
27 Regularitèr † autèm nedùm ſi fiat permutatio beneficij alicuius reditus, cum beneficio de pertica, fraus præſumitur, *Gomez. d. quæſt. 19. Tholoſ.*
28 *de benef. cap. 31. num. 15.* Sed etiàm ſi † fiat de beneficio pingui cum beneficio tenui, *Abb. in cap. quià veriſimile, nu. 1. de præſumpt. Lofred. conſ. 17. num. 36. Tiraquel.* qui alios cumulat *ad l. ſi vnquàm, in verb donatione largitus, num. 122. ad finem, verſ. & quod dici ſolet, C. de reuocan. don. & Pariſ. de reſignat. lib. 13. quæſt. 4. num. 8.* & conſideratum fuit in vna *Gerunden. beneficij, 9. Martij 1622. coram Reuerendiſſimo D. Coccino & in vna Burgi S. Sepulchri beneficij, 4. Iulij 1625. coram R. P. D. Merlino*, & propterea conſide-
29 randum eſt, an † talis ſuſpicio fuerit purgata ex facto, & auctoritate Superioris, ſtatum ſcilicèt ſcientis, & tamèn talem promotionem admittentis citra fraudem cuiuſpiam, vt cõſuluit *Dec. d. conſ. 210. num 5.* Quod ideò vix poteſt practicari in inferiori à Papa.

Hæcquè de beneficijs quibuslibet extra Colle-
30 gium, ſi enim agatur † de Canonicatibus, vèl Præbendis

bendis in Cathedralibus, vèl inferioribus Collegiatis non potest tradi certa doctrina, vt inquit *Lambert. eod. lib. 1. par. 1. quaest. 5. art. 21. num. 16.* qui *ex num. 57* multa circa rem hanc cumulat: Verùm circà hæc frustratoria est indagatio, cùm istarum prębendarum erectiones minimè fiant per inferiores à Papa, qui priùs omnia examinat, & suo æquissimo arbitrio omnia decernit; & de his Præbendis satis suprà egimus.

31 Et quod attinet ad Ecclesias, † & Monasteria Mendicantium, quorum Ministrorum sustentandi ratio posita est in arbitrio Episcopi, *Auth. vt null. fabr. Orat. Dom. §. 1. cap. vlt. cum ibi not. de ecclef.*
32 *ædif.* Lex hodiè est Episcopis præscripta † circa permissionem nouæ alicuius erectionis huiusmodi, ex numero, & quantitate vetustorum, & frequentia Populi; Vt nè scilicet veteribus Monasterijs egestas, nèuè Ciuibus dolores, & incommoda inferantur, Cùm ex *Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de Regul.* Tùm ex *Constitut. Clem. VIII. in noua Bullario 99.* & latissimè tradit *Zypa. in Analyt. lib. 3. de Regul. ex num. 35.* Præcipuè cùm iàm, & hos, teneat luxus sumptuum in ędificijs exstruędis, proùt aduertit *Roder. de Regul. tom. 3. quaest. 29. art. 14. ex vers. secundo probatur, vsque ad finem.*

33 Præter † autèm quantitatē hanc redituum, & illius sufficientiam, Episcopus aliud considerare debet, videlicèt, vbinàm ea fundetur; nisi enim percipiatur ex decimis (vt alicubi, & passim in Hispa-
34 nia) necesse est, dotem † beneficij cōstitui in Manso, vt loquitur *tex. in can. secundùm canonicam*
35 *cum seq. 23. q. 8.* Est † autèm Mansus, quasi mensus; idest ager certæ dimensæ quantitatis, vt ex pluribus explicat *Io. Kal. in eius lexico Iuridico*, & quidem libero; vt enim dos, quæ assignatur Ecclesiæ,
36 debet esse libera, ità & fundus † illius liber esse debet, & immunis à quocunquè tributo, non solùm ergà ipsum dotantem *gloss. in can. si quis basilicam ad finem de consecr. dist. 1. Lambert. in praecitat.*
37 *quaest. 5. art. 4. nu. 4.* sed etiàm respectu † cuiusvis alterius, vt decernitur *in d. can. secundùm*, qui *tex.* intelligitur de ipsa dote, vt sentit ibi *glos.* nequè extenditur ad alia, quę titulo emptionis, vèl simili, donantur Ecclesiæ, sed ea tantùm quæ piè offeruntur, vt explicat *Turrecremat. ibidem.*

Quòd tamèn eget declaratione; nàm ista subiectio ex parte rei, quæ donatur ecclesiæ in causam dotis, seù simplicis oblationis, potest respectu tertij duplicitèr considerari: primò ratione dominij directi, altero verò ratione simplicis Iurisdictionis; sunt enim hæc prorsùs diuersa, nequè etiàm
38 supremi † Principis Iurisdictio quicquàm habet commune cum dominio vtili, vèl directo rerū singulorum, *Abb. in cap. nimis 30. sub num. 1. vers. ex quibus collige, & vers. nèc obstat si opponatur, de Iur. Iur.* cum alijs adductis per *Menoch. cons. 437. num. 7. & 8. & Cabed. Lusitan. decis. 18. num. 12. par. 2.*

39 Cùm igitùr subiectio † procedit à dominio, vt putà quià fundus sit emphyteoticus, & pendat canonem Domino directo, proculdubiò illius causa transit cum ipso fundo in ecclesiam, nèc quicquam Domino ipsi pręiudicat, vt etiam admittit *Suarez in defen. fid. Cathol. lib. 4. cap. 20. ex num. 5. vsque*
40 *ad num. 11.* & ideò si † dos beneficij constituatur in fundo emphyteotico, vel feudali, exigitur consensus Domini directi, & nihilominùs saluum semper est illi Ius directi, *Lambert. in praecit. quaest. 5. art. 4. sub num. 3. vers. si verò nos loquimur.*

Eo autèm reluctante, hoc est impossibile, quià auferretur ab eo spes deuolutionis, & sic Ius quæsitum, quod est prorsùs intolerabile, Vndè videmus,
41 si † quis huiusmodi bona Ecclesiæ relinquat, ipsam cogi ad vendendum alicui priuato, locoquè rei, ad recipiendum pretium secundùm sententiam *Specul. de emphyt. §. nunc aliqua num. 143.* quam probauit *Ias. in l. fin. sub num. 91. versic. dicit tamen Speculator C. de Iur. emphyt. Alexand. cons. 120. n. 4. lib. 1. Franc. de Marcb. decis. 535. nu. 6. par. 1. Vincent. de Franch. decis. 659. nu. 2. Caldas de Iur. emphyt. lib. 1. quaest. 19. num. 7. Gratian. disceptat. forens. cap 481. num. 67.* & sæpissimè fuit responsum, vt in *recent. par. 1. decis. 368. num. 1. & decis. 603. itidem ex nu. 1. & par. 2. decis. 543. num. 3. ad finem.* & plenis suffragijs fuit etiàm decisum *in Romana domus 3. Martij huius anni 1625. coram bo. mem. Archiepiscopo Seleucien.*

42 Quandò autèm subiectio, † pro qua aliquid penditur, ab alio non procedit, quàm à Iurisdictione, cuius vi imponuntur per Princeps laicos tributa, vectigalia, & alia huiusmodi onera: tùnc si fundus assignetur in dotem beneficij, siuè simplicitèr donetur, vèl offeratur Ecclesiæ, prorsus dissoluitur talis subiectio, nèc onera cum ipso fundo transeunt in Ecclesiam, sed remanet penitùs liber, & exemptus, vt probat *tex. in d. can. secundum, cum seq.* & latè tradunt *Ioan. Guttier. in tractat. de Gabell. quaest. 92. ex num. 62. Suarez ubi suprà ex num. 13.*

43 Fatendum est tamèn, fundatorem, † vèl Oblatorem, siuè dotantem hoc posse in limine fundationis adijcere, vt onera hæc per Ecclesiam perferantur, & in eam transeant, cùm cuiquè donanti rem suam Ecclesiæ, liceat adijcere quas vult conditiones, & onera, *cap. verum de condit. appos.* per quam rationem ità consuluit *Ancher. cons. 217. num. 3.* & sequitur *Sigismun. Loffr. cons. 3. num. 23.*

44 Circumscripto † verò hoc casu expressæ reseruationis, & voluntatis fundatoris, non potest in dubium reuocari exemptio, & libertas huiusmodi, cùm & Ecclesias, & personas ecclesiasticas, resquè ipsas, quisquis est Catholicus, admittat, esse non solùm Iure humano, sed etiàm Diuino, à secularium exactionibus immunes, vt pronunciauit Bonifacius Octauus *in cap. quanquàm, quod est pe-*
45 *nul. de censib.* quod adeò est verum, † vt licet sint, qui existiment, immunitatem hanc non suffragari Colonis Ecclesiæ, quominùs teneantur soluere gabellas de parte fructuum eis contingentium, & alia onera subire, quæ imponuntur per Dominos temporales, duplici ratione subnixi, quòd pars fructuum contingens Colonos in nullo sit priuilegiata, & quòd separatorum separata sit ratio, vt ità videtur consuluisse *Feder. de Sen. cons. 111. nu. 10.* quem sequutus fuit *Capra conclus. 96. num. 85.*

& ad

& ad Federicum etiàm (non tamèn aliundè discus-
so articulo) se remittit *Parpal. in repet. l. placet, sub
num. 73. vers. ideò videatis, C. de Sacrosanct. Ec-
cles.* eundem Federicum simplicitèr etiàm sequu-
tus fuit *Geminian. in d. cap. quanquàm num. 11. de
censib.* cum alijs, quos congerit *Thessaur. decis. 116.
num. 8.*

Tantaquè est Federici auctoritas, vt nonnulli,
qui in aliquibus de Immunitate controuersijs pro
Ecclesia scripserunt, dictum eius dogma veriùs
mollire, quàm impugnare visi sint; illud restringen-
tes ad eum casum, quo grauatur Colonus ratione
fructuum iàm à solo separatorum, id etiàm co-
iectantes ex argumento à simili ducto, quo idem
Federicus vtitur, dùm addit, emptores fructuum ab
Ecclesia, seù Clerico teneri soluere gabellam, quæ
in Porta Ciuitatis exigitur, si eos transferre velint,
inter quos *Natta cons. 419. sub num. 8. vers. ex
superioribus*; hoc enim demùm casu, sibi nō videtur
agi de rebus Ecclesiæ, quià vbi fructus sunt à solo
separati, spectant ad Colonum, vndè nil mirum, si
pro illis cogitur soluere, ex quo & persona, & res
ipsa, laicis est supposita, non secùs, àc dici potest in
emptore quoquam, Ità *Surd. cons. 301. sub nu. 89.
vers. nàm illud contingit*.

Cæterùm, quià Federicus generalitèr loquitur
de omnibus omninò oneribus, nèc se restringit ad
gabellas, vt benè etiàm monet *Gaspar Ant. Thes-
saur. in addit. ad d. decis. 116. in penult. col.* & etiã
reducto consilio Federici ad istos terminos, facilli-
mum esset laicis, ex hoc capite nouas fraudes con-
struere, arbitror potius simplicitèr respondendum,
Colonos hoc casu non teneri, & Federici consi-
lium, nullum huic sententiæ negotium facere, si per
46 nos † non Doctoris opinio, sed doctrinæ ratio
ponderetur, iuxta monitum *B. Hieronym.* quem
refert *Anchar. in cap. literas, num. 22. de restit.
spoliat.*

Enimverò, si ecclesia curet prædia sua coli per
Rusticos, illis certa mercede constituta in pecunia
numerata, non arbitror, quempiam esse, qui simili
Edicto de soluenda gabella, vèl alio onere, etiàm
simplicitèr pro fructibus imposito, tales Rusticos,
seù Colonos mercenarios subijci contendat: mer-
ces enim illa, quæ sibi soluitur, non est fructus Præ-
47 dij, cum detur † pro labore, & dicatur pretium
laboris, *Castr. in l. ex conducto, 16. §. Item cum
quidam sub num. 9. vers. dic ergo, ff. loca*; & pro-
pterea neque verba, neque in consequens ipsum
Edictum eos afficeret, *vulgat. l. 4. §. toties, de damn.
48 infect.* iàmquè hoc casu apertè læderetur † Immu-
nitas, si grauaretur ecclesia pro parte illa rustica,
siuè operaria, *Anchar. in præalleg. cap. quanquàm,
sub nu. 5. vers. secus si ecclesia, de censib. in 6.* cum
alijs citatis per *Bursat. cons. 42. num. 17.*

49 Hoc verò posito, idem erit † dicendum in Colo-
no partiario, siquidèm ea portio, quæ illi cedit,
quàmuis dicatur portio fructuũ, quatenùs ex terra
procreati sunt, tamèn non est talis secundùm Iuris
intellectum, quo fructus dicuntur deductis omni-
bus expensis, vt benè explicat *Bald. in l. 1. num. 2.
C. de fruct. & lit. expens.*

50 Et propterea † talis portio sibi cedit in dupli-
cem causam, primam quidèm, & potissimam sum-
ptuum omnium necessariorum pro cultu; quod ve-
rò est reliquum, pro mercede impensæ operæ: in
his enim duobus simul iunctis consistit Iustitia as-
signationis illius portionis, vt post alios aduertit
Barbos. in l. fructus, nu. 17. ff. solut. matr.

51 Hinc verò fit, vt Colonus † partiarius ecclesiæ,
si collectetur, vèl quouis modo ratione istius por-
tionis colonicæ grauetur, dicatur percepisse ab Ec-
clesia id minus, quod ex contractu cum Ecclesia si-
bi debebatur; Vndè nè detur istud absurdissimum
absurdum, quòd ecclesia retinendo, aùt mercedem
pauperis, aùt pecunias alienas pro ipsa expositas,
locupletetur cum alterius iactura, necesse est alte-
52 rum de duobus fieri, videlicèt, aùt quòd † per ec-
clesiam refundatur ipsi Colono, quod ab eo fuit
exactum, *l. Aediles, §. quicunque autem, ff. de via
publica*, per quem *tex.* ità decidit *Bald. in l. 1. sub
num. 10. vers. & si Colonus, C. de Iur. emph. Alex.
cons. 35. sub nu. 12. vers. vndè dicit Baldus, vol. 4.*
vèl quod ab initio contractus, habeatur ratio istius
oneris, debeatquè ipsa Ecclesia, maiorem partem
fructuum eidem Colono assignare in eius portio-
53 nem colonicam, cùm aliàs contractus † esset ini-
quus, vt est tex. clarus in *l. generali, 32. §. vlt. vers.
Item quæsitum est*, & ibi optima *gloss. in verb. præ-
54 standum, ff. de vsu, & vsufr. lega.* Ratione † enim
oneris adiuncti reputatur res minùs valere, *l. fundi
partem, ff. de contr. empt. Abb. in cap. cum aliquibus
num. 2. de decim. Dec. cons. 167. nu. 4.*

Hæc verò Ratio adeò est viuida, vt per eam pos-
sit sedari quiuis turbidus intellectus in contrariũ,
vt degustatis alijs fundamentis, simulquè reiectis,
in hoc deniquè, cui nullum patet responsum, resedit
Senatus Pedemontanus apud *Osasc. decis. 73. sub
nu. 6. vers. Idcircò ad aliam rationem, cum seqq.*

55 Huius verò Rationis, Ratio est, quià quæ † dire-
ctò prohibentur fieri, prohibentur etiàm per indi-
rectum, *vulg. cap. cum quid vna via de reg. Iur.
56 in 6.* aliàs † fraus legi fieret, *l. fraus legi, de legib.*
& in his terminis loquens sensit *Bart. in l. bi penes
nu. 2. C. de Agricol. & cens. lib. 11. Felyn. in cap. 2.
sub nu. 3. vers. est autem prohibitum, de foro com-
peten.*

57 Adeò vt nèc audiendi sint, † qui in articulo so-
lutionis gabellæ istud limitant in laicis ementibus
frumentum, vel alia huiusmodi à Clericis, prout
latissimè consuluit *Menoch. cons. 136. ex num. 7. &
per tot.* & plures congerit, & sequitur *Surd. in
præcitat. cons. 301. num. 8.*

Neque his aduersatur in aliquo præallegatum
58 Federici *cons. 111. nu. 10.* † si attentiùs legatur;
nàm ipsemet temperat dictum suum in *vers. verun-
tamèn si dominus*, vt eatenùs procedat, quatenùs
vsque adeò non grauetur Colonus, vt Ecclesia non
reperiat, qui sua prædia colat: quod tùnc effici-
tur, cùm tale supponitur grauamen, vt necesse sit
illius rationem haberi in ipso contractu conductio-
nis, ad saluandam eius Iustitiam, vt suprà dictum
est; nàm tùnc proculdubio illud grauamen refle-
ctitur in Ecclesiam, quæ cogitur, vèl incultas suas
possessiones dimittere, vèl laicorum peccato quo-
dammodò cooperari, soluendo illis de suo onus
istud

istud contra omne Ius,Diuinum, scilicèt, & humanum interpositum, atquè ideò ex subiectà ibi modificatione,clarè insinuat Federicus,assumptum suũ procedere, si agatur de modica aliqua collectà, vel gabella, ob cuius solutionẽ nulla sit faciẽda deductio,iuxta dispositionẽ *tex. in l. si vno anno 17. §. cum quidam, ff. loca*, & ideò non est attendenda eorum sententia, qui in terminis huius controuersiæ contra Ecclesiasticam Immunitatem scripserunt; Tùm quià contraria est verior, vt patet ex supradictis, & est etiàm magis communis, *Eugen. conf. 96. num. 8.* & plures alij, quos citat, & sequitur *Surd d. conf. 301. nu. 79.* quicquid dicat *Menoch. de arbitr. cas. 562. num. 37.* qui plurimos refert, qui nihil minùs dicunt, vt in specie nupèr aduertit præstantissimus *I. Consultus Hieronymus Buccafer. in respons.* super hac eadem re edito; Tùm quià patet ex eorum lectura, ipsos non satis perpendisse verba, & mentem *Federici in d. conf. 111.* super quo omnes se fundarunt, vndè & paruifacien-
59 da † est eorum opinio, *Corn. conf. 112. nu. 28. lib. 2, Gabr. conf. 113. nu. 60. vol. 2.*
60 Postremò, obseruare † debet Episcopus in hac constitutione dotis, vt nuncupatim fiat hoc nomine, non nomine stipendij, vel salarij pro Cappellano, seù Sacerdote; nequè enim nouum est, priuata
61 Oratoria, & † Hospitalia, ac alia loca Pia posse habere annexa bona aliqua, ex quibus personæ, Ecclesiæ deseruientes percipiant annuos reditus, *l. illud, C. de Sacr. San. Eccles.* & tamèn non sint beneficia, nequè indè possit inferri ad statum beneficij ecclesiastici, vt fuit responsum in Auximana *Residentiæ, 23. Maij 1609. coram Illustrissimo Domino Patriarcha Hierosolymitano.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum instituendorum ratio.*
2 *Fundatorum voluntas circa leges institutionis beneficij, Ius plurimùm defert.*
3 *Etiam quòd eadem leges Iuri repugnent, modò per Superiorem approbentur.*
4 *Legum fundationis beneficij causa efficiens, est Episcopi auctoritas.*
5 *Beneficium dum fundatur, inquirit Episcopus de loco, de Dote, & de legibus fundationis.*
6 *Episcopi consensus, circa leges à Iure exorbitantes, aut illi contrarias, qua apponuntur in limine fundationis beneficij, debet esse expressus, nèc sufficit, quòd fuerit simplicitèr petitus, vèl aabibitum consilium;*
7 *Dos congrua præsumitur assignata beneficio in limine eius fundationis, vbi constat, in ea interuenisse Episcopi consensum.*
8 *Fundationis leges, non possunt post actum fundationis perfectum, etiàm de consensu Episcopi, mutari, vel alterari.*
9 *Dos non potest qualificari in præiudicium mulieris, post perfectum actum constitutionis illius.*
10 *Beneficium liberum non debet redigi in seruitutem.*
11 *Beneficium non est magis grauandum ex post, quã fuerit grauatum in sua erectione, exemplo liberti manumissi sine reseruatione operarum.*
12 *Ius patronatus vnitum in persona vnius, non potest scindi in plures.*
13 *Consensus Episcopi adhibitus in fundatione beneficij, facit præsumi, omnia alia necessaria in ea interuenisse.*
14 *Fundatoribus beneficiorum, cùr tantùm faueat Ius circa ipsius fundationis leges.*
15 *Episcopus admittens leges Iuri contrarias in fundationibus beneficiorum, non dicitur aliquid contra Ius attentare.*
16 *Etiam si res ipsas ecclesiasticas seruituti subijciat.*
17 *Episcopo negante consentire alicui ordinationi fundatoris beneficij, datur recursus ad Superiorem, qui eum cogat, vèl consentiat pro ipso.*
18 *Fundatorum ordinationes, in quacunque dispositione præseruantur.*
19 *Leges quæ reijciantur in fundationibus beneficiorum?*
20 *Defunctorum dispositiones, dicuntur leges.*
21 *Institutionibus, quæ inutilitèr adijciantur conditiones?*
22 *Conditiones nimiùm difficiles, impossibilibus æquiparantur.*
23 *Quemadmodùm, quæ sunt contrà bonos mores.*
24 *Et quæ sunt contra substantiam Testamenti.*
25 *Vel etiam contra perpetuam legum prohibitionem.*
26 *Impossibile dicitur, quòd est huiusmodi secundùm rerum naturam.*
27 *Vel quià indè lædatur pietas, aùt alicuius existimatio, siuè verecundia.*
28 *Actus, destruitur per contraria.*
29 *Conditio derisoria, quæ dicatur.*
30 *Leges in fundatione adiecta, quæ sunt à Iure improbata, dicuntur derisoria.*
31 *Conditiones quæ non intelligantur esse in alicuius potestate?*
32 *Leges, seù conditiones, quæ reputentur contra perpetuam prohibitionem Iuris?*
33 *Prohibitio Iuris, quæ dicatur perpetua?*
34 *Pueris prohibentur conferri beneficia.*
35 *Nisi tamèn contrarium in limine fundationis constitutum sit.*
36 *Infanti, an possit prouideri de beneficio.*
37 *Electio, an possit fieri de persona extrà Collegium.*
38 *Successorem nemo sibi potest eligere in beneficio.*
39 *Præterquam si alitèr in fundationis limine cautum sit.*
40 *Et qua ratione id sustineatur.*
41 *Fundationis beneficij in limine, potest Episcopus sibi præiudicare.*
42 *Incompatibilium beneficiorum pluralitas, damnata.*
43 *Toleratur tamèn ex contraria lege fundationis.*
44 *Ius patronatus ecclesiasticum, potest exerceri tanquàm laicum, si ita sit in limine fundationis statutum.*



QVÆ-

QVÆSTIO XXXII.

Quænam leges admittendæ, quæuè reijciendæ in fundationis limine.



1 ABBAS in cap. *significatum*, † *quod in ordine est 11. sub nu. 5. ad finem, vers. ex prædictis, de præben.* posuit practicam instituendi beneficia, secundùm quam ait, fundatorem posse ordinare, prout sibi videtur, & illum ordinem porrigere postmodùm Episcopo, vel Papæ; indeque Superiorem posse instituere beneficium, & apponere illa onera, vel modos, qui sibi legitimi videbuntur.

2 Ex cuius dictis habes, plurimùm † deferri voluntati fundatorum in ipso fundationis limine, circa leges ipsas constituendas, vt notauimus suprà *quæstion. 23. num. 58.*

3 Cæterùm, quatenùs † deflectant ab orbita Iuris, vel illi aduersentur, id totum pendere ab auctoritate Episcopi, *Imol. in cap. cum dilectus, sub n. 22. vers. aut Collegium*, & ibi quo què *Butr. nu. 10. 11. & 41. de consuet. Rota decis. 530. sub num. 2. vers. etiamsi Iuri communi, par. 1. in recent.*

4 Quæ propterea † auctoritas dicitur causa efficiens legum huiusmodi, vt pulchrè deducit *Lambertin. de Iur. patr. lib. 1. par. 1. in 9. quæst. art. 2. num. 69.*

5 Ad ipsum Episcopum enim, † pertinet examinare locum erectionis, Dotis congruentiam, & futurum regimen, vt scribit *Calderin. cons. vlt. in 1. col. vers. & ratio, qua, eod. tit. de Iur. patr.* & in idem coincidunt rationes, de quibus per *Roch. de iur. patr. in verb. pro eo, n. 7.*

Nec ideò sufficeret consilium, aùt ipsius consen-
6 sus petitio, nàm † exigitur consensus expressus, vt
7 per *Lambertin. vbi suprà n. 131.* de quo † vbi constat, omnia prædicta alia præsumūtur ab eo diligèter excussa, etiàm circa congruentiam dotis, *Lambertin lib. 1. par. 1. quæst. 5. art. 11.* & sequuta est *Rota decis. 521. nu. 1. par. 2. in recent.* quod intelligitur de consensu adhibito in ipso fundationis li-
8 mine, nàm † post fundationem, tales leges non possunt de cōsensu ipsius Episcopi apponi, aùt quæ appositæ sunt, alterari, vt pariter aduertit idem ibidem *num. 37. gloss. in cap. cum dilectus, in verbo constitutum ad finem*, & ibi *Abb nu. 5. & Imol. num. 22. de consuet. Rota decis. 561. num. 2. par. 2. in recent.* vt in simili dicimus de promissione dotis,
9 quæ † non potest qualificari eius actu perfecto, & absoluto, *l. ex morte, §. vlt.* & ibi *gloss. in verbo oblationis, C. de pact. conuent.* quo simili vsus est pro hac sententia adstruenda. *Io. Andr. in c. generali, num. 6.* & ibi etiam *Geminian. sub num. 12. vers. ad finem gloss. de elect. in 6.*

10 Hinc dicimus, † beneficium semèl constitutū in libertate, non posse redigi in seruitutem, sed potiùs è conuerso, si in seruitute sit, fore in libertatē (quātū Ius patitur) reducendū in idquè enitendum esse, *Bald. in cap. significauit, n. 1. de testib.* cum alijs per *Felyn. in tract. quando lit. apost. noceant patron. col. 2. vers. corroborari*, & præterea neque est feren-
11 dum † vt magis grauetur, quàm fuerit grauatum in fundatione, exemplo liberti, qui non impositis operis, est manumissus, quiquè ideonò potest compelli ad eas præstandū, etiāsi aliquo tēpore ex sua voluntate præstitisset, *l. operis, 31. ff. de oper. libert.*
12 quæ est ratio † nè patronatus semèl in persona vnius vnitus, rursus possit in plures discindi, *Gemin. in cap. hoc consultissimo, §. laici, num. 3. de*
13 *reb. Eccles. non alien. in 6.* Probato † autèm consensu huiusmodi, indè resultat præsumptio, quòd omnia alia de Iure necessaria interuenerint, *Rota decis. 521. nu. 1. par. 2. in recent.*

Ratio autèm, cùr in statuendis hisce legibus tantum deferatur voluntati fundatorum, constituta
14 est † super fauore Ecclesiæ, vt ij alliciantur, & non retrahantur à fundationibus, Ideoquè procùldubio illis pro arbitrio de rebus suis licet disponere, *l. in re mandata, C. manda.* vt considerat *Anchar. cons. 129. sub nu. 1. vers. præterea quilibet.* nèc enim
15 intelligitur † Episcopus tùnc quicquam contra Ius moliri, cum id efficiat Iuris permissu, inquit *Butr.*
16 *in eod. cap. cum dilectus, n. 42.* etiàm res ipsas † ecclesiasticas seruituti subijciendo, *Gemin. in d. cap. hoc consultissimo, §. contractus, sub n 7. vers. sed quare, de reb. eccles. non alien. in 6.*

17 Vndè si Episcopus † deneget his legibus fine causa legitima consentire, potest fundator recurrere ad Superiorem, qui eum cogat ad consentiendum, vel, si contumax sit, ipse Superior consentiat, *Lambertin. ibidem num. 112.* post *Felyn. in cap. cum Venerabilis, sub num. 33. vers. & si Episcopus, de except. per doctrinam Innoc. in cap. In Lateranen. n. 5. de præben.* & totam materiam hanc locupletissimè examinat *Lambertin. vbi suprà.*

18 Quo fit, vt in qualibet dispositione Iuris † noui inductiua, semper præseruentur contrariæ fundatorum ordinationes, vt in *Clem. Quia contingit, §. hoc autem de relig. dom. can Eleutherius, §. hac igitur, 18. quæst. 2. Concil. Trident. sess. 22. cap. 1. de reformat.*

Difficultas stat in discernendo, quando sint tales leges, quas possit Episcopus, vel alius Superior reij-
cere, vel etiàm si Episcopus consentiat, eæ tamen
19 non obligent; & sanè † videtur satis tutò firmari posse, eas tantùm in hunc numerum recensendas, quæ vel natura impossibiles, vel turpes, vel contra substantiam beneficij, vel deniquè, quæ contra Iu-
20 ris prohibitionem fiunt; nàm licet Ius adeò † deferat defunctorum voluntatibus, vt velit, eas vim legis quodammodò obtinere, *§. disponat, in au-*
21 *then. de nupt.* nihilominùs † Institutionibus quoquè inutilitèr eæ conditiones adijciuntur, quæ vel sunt secundùm rerum naturam impossibiles, *l. si*
22 *quis ità de condit. instit.* seù quæ † impossibilibus æquiparantur, proptèr nimiam difficultatem, vt in
23 *l. cum hæres, §. vlt. de stat. liber.* vel sunt † contra bonos mores, *l. conditiones, quæ eod. tit. de condit.*
24 *instit.* vel contra substantiam † Testamenti, *l. Institutio eod. tit.* & vel deniquè contra perpetuam
25 legum † prohibitionem illas improbantium, *l. Cōditiones, l. 2. quæ in ordine est 14. cum l. seq. eod. tit.*

atquè

atquè ità (maturè discusso articulo) hanc sententiam probauit in terminis huius quæstionis *Rota in vna Romana Iuris patronatus 31. Maij 1613. coram bo.me. Card. Sacrato.*

Cùm enim impossibilium nulla sit obligatio,
26 omnes † eę leges impossibiles reputantur, siuè impossibilitas sit secundùm rerum naturam, *§. si impossibilis instit. de inutil. stipul. vbi optima gloss. in verb. cui natura*, siuè secundùm mores, per
27 quos † videlicèt lædatur pietas, existimatio, vel alicuius verecundia: tales enim turpes sunt, & ideò inter impossibiles referuntur, ex Papinianiam sententia *in l. filius, eod. tit. de condit. Instit.*

Nèc ab huiusmodi qualitate recedunt; quæ vel contra substantiam beneficij sunt, vel contra per-
28 petuam Iuris prohibitionem; qui enim † contra substantiam beneficij leges meditatur, vtiquè destruit quod agit, cùm, illis positis, subiectum corrumpatur, *l. cum precario ff. de precar.* suntquè eæ,
29 quas † I. C. *in d. l. conditionem, la seconda*, vocat derisorias; Quemadmodùm etiàm qui adijcit
30 leges † à Iure improbatas, vt *in d. l. filius, & in l. si stipuler, 35. vers. Item quod de verb. obligat.*
31 Horumquè omnium † vna est ratio, quià scilicèt eæ non intelliguntur esse in cuiusvis potestate, vt ait I. C. *in ead. l. filius*, & latiùs explicat *Cuiac. ad Papin quæst. lib. 16. in prin.*
32 Verùm videndum est, quandò † censeatur aliquid appositum contra prohibitionem Iuris; & sanè *Rota in præallegata Romana Iuris patronatus* videtur id referre ad indiuiduam prohibitionem, nè tale quidpiam apponatur; quod tamèn videtur confundi *ex tex. in d. l. si stipuler*, quatenùs prohibitionem refert ad nuptias, non autèm ad stipulationem, quod patet; Nàm licèt lex prohibeat nuptias inter fratrem, & sororem, nullibi tamèn prohibet, super huiusmodi nuptijs stipulationem interponi.

Ego (salua semper tanti Auditorij reuerentia) dicerem, illam intelligi prohibitionem perpetuam, quæ habet causam à Iure perpetuo, & immutabili, itàvt hæc perpetuitas opponatur possibilitati variationis ipsius Iuris, quemadmodùm in materia
33 prohibitionis † nuptiarum sumitur apud *Siluestr. in verb. matrimonium quæst. 9. ad finem, & Sanchez de matrimon. lib. 4. disputat. 4. num. 8.* ac ideò quoad nuptias cum sorore adoptiua, I. C. stipulationem quidem vitiari, æquè pronunciat, sed non ratione perpetuæ prohibitionis, verùm quià contra mores.
34 Hincquè tametsi † pueris ecclesiastica beneficia conferri Ius prohibeat, tamèn quià prohibitio est variabilis, veluti à mero Iure positiuo dependens,
35 *cap. 2. & 3. de ætat & qualit.* nihil erit † quin toleranda sit lex fundatoris, qua mandatur, puerum, quinimò Infantem institui in beneficio, vt fuit decisum *in Granaten. Cappellaniæ 12. Ianuarij 1607. coram bo mem. Card. Marcomontio*, etiàmsi fundator aliàs voluisset, beneficium esse Sacerdotale, *Rota decis. 4 de testamen. in antiq.*
36 Et quàmuis cessante hac lege † *Io. Silua in tract. de Iureiur. quæst. 4 n 16.* tenuerit, Papæ scientèr mandanti beneficium conferri Infanti, obediendū non esse, tamèn parùm cautè loquutus videtur, cū nimis ampla sit in his Papæ potestas, nèc *Felyn* quem citat *in cap. inquisitioni nu. 4. de senten. excommun.* hoc dicit, Nequè simile, de illiterato, quo ipse vtitur, applicatur, quià infans potest fieri literatus, & sic non est intercisa spes doctrinæ. Videtur tamen hoc dicere *Felyn. in cap. si quando sub n. 4. vers. secus si est Infans, de rescript.*

Verùm hæc doctrina sano modo accipienda est, idest secundùm terminos, cū quibus loquitur *Bald. in cap. cū adeò sub n. 10. vers. ego dico eod. tit.* videlicet, si Papa simplicitèr rescribat pro Impubere, & de facto sit infans, de quo Papa nō censeatur cogitasse, sed potius de proximo pubertati, quo casu non dicit Baldus non esse Papæ obtemperandum, quià non valeat iussus, sed eo, quòd possit dubitari de eius voluntate, vt meritò debeat secunda iussio expectari, iuxtà terminos *cap. si quando de rescript.*
37 Sic, quàmuis sit contrà Ius, † vt fiat Electio actiua, vèl passiua de personis extra Collegium, *cap. 1. de elect.* Nihilominùs, quià hoc non habet perpetuam causam prohibitionis in contrarium, *can. Quam sit necessarium 18. quæst. 2.* tolerabitur, si secùs in fundatione cautum fuerit, *cap. Abbate, de verbor. significat. Innocen. in cap. Cum dilectus num. 2. de consuet.*
38 Et quàmuis nequè † Episcopus, nequè quiuis alius Beneficiarius possit sibi eligere successorem, *can. Episcopo, cum duobus seqq. 8. q. 1.* tamèn, quià hęc absoluta prohibitio nō habet causam perpetuā
39 à Iure naturæ, nihil est, quin † si in fundatione dispositum fuerit, vt Rector beneficij designet sibi successorem, qui beneficium obtineat, sine aliqua alia Institutione Ordinarij, talis dispositio seruanda sit, vt latè disputat, & concludit *Lamber. in præcit. quæst. 9. art. 3. num. 17 & per tot.*
40 Habet enim illa † designatio, seù nominatio, vim præsentationis, quatenùs inductum est, vt simplicitèr fiat; & quatenùs adiectum fuerit, vt alia institutio Ordinarij non requiratur, non censetur exclusa Institutio, sed ipsa habet vim Institutionis, tanquàm facta per Ecclesiasticam personam, quod non est contra naturam beneficij, proùt esset, si ordinatum foret, vt sine institutione alicuius possit beneficium obtineri, *Lambertin. vbi supra*, quem sequuta fuit *Rota in præallegata decis. 530 par. 1.*
41 *num. 3. in recent.* nihil enim † est, quin Episcopus statuere possit, quicquid vult, in sui dumtaxàt incommodum, *Butr. in sæpècit. cap. Cum dilectus num. 41. de consuet.*
42 Similitèr, licèt † Canones vbiquè damnent pluralitatem beneficiorum, tamèn quia id non habet perpetuam prohibitionem à Iure naturæ sed dumtaxàt à positiuo, & penitùs in hac parte variabili, *cap. de multa de praben.* toleranda erit lex con-
43 traria † in fundatione apposita, vt firmatum fuit *in Valisoletana Archidiaconatus 16. Nouembris 1616. coram Reuerendissimo D. Coccino.*
44 Pari modo, cùm Ius † commune non repugnet, quominùs Ecclesia habeat Ius patronatus, quod exerceat tanquàm patronatum laicalem, ferenda erit fundationis lex id ipsum decernēs, *vt in suprà allegata Romana Iuris patronatus*, in qua fuit

etiàm animaduersum, indè non insurgere impossibilitatem aliquam Iuris, ex concursu duorum contrariorum in eodem subiecto propter diuersos respectus, Iuris scilicèt, & exercitij, ex doctrina *Bart. in l. si duo nu. 4. versic. si constaret ff. vti possidet.*

SVMMARIVM.

1 *Manualitas quid.*
2 *Manuale beneficium, quodnàm dicatur.*
3 *Qualitas accidentaria non præsumitur.*
4 *Manualitas implicitè narratur, si narretur, beneficium esse regulare.*
5 *Manualitas aliter incidit Regularibus, quàm secularibus beneficijs.*
6 *Manualitas adiecta in limine fundationis beneficij secularis, seruanda est.*
7 *Siuè fundator sit laicus, siuè Ecclesiasticus.*
8 *Regularia beneficia censentur manualia.*
9 *Etiàm si militaria sint.*
10 *Manualitas in regularibus, oritur ex obedientia.*
11 *Regulare beneficium sui naturà est perpetuum, quàmuis ab eo moueatur persona religiosa vi obedientiæ.*
12 *Precarij causa efficiens, sunt preces pro simplici vsu.*
13 *Et quidem sine aliqua certitudine, aùt destinatione.*
14 *Precario possidenti, non redditur interdictum vti possidetis.*
15 *Nisi contrà regulas precarij sit transfusa possessio.*
16 *Prouisiones, quæ fiunt ab inferioribus à Papa de beneficijs, procedunt Motu proprio, prouidenturquè beneficia de personis, non persona de beneficijs.*
17 *Beneficio regulari concesso in titulum personæ regulari, consequitur facultas disponendi de fructibus, sine alterius consensu, vèl auctoritate.*
18 *Prouisio facta de beneficio Regulari personæ Regulari, censetur facta animo, vt perpetuò duret.*
19 *Regularis non debet amoueri à possessione beneficij, donèc causa amotionis discutitur.*
20 *Manualitas in beneficio seculari, aduersatur naturæ beneficij ecclesiastici.*
21 *Et impedit manutentionem.*
22 *Quod intelligitur, quando lex fundationis clarè inducit arbitrium absolutum.*
23 *Manualitas etiàm in secularibus, dùm discutitur causa remotionis, non impedit manutentionem.*
24 *Beneficia Regularia quæ dicantur.*
25 *Canonici Regulares, àu dicantur habere beneficia.*
26 *Canonici Regulares an comprehendantur sub dispositione text. in cap. statutum de rescr. in 6.*
27 *Canonicus Regularis Cathedralis ecclesiæ, dicitur habere portionem priuilegiatam loco præbendæ.*
28 *Beneficium Regulare, dicitur quæcunquè Præfectura regularis.*
29 *Regularis obtinens Præfecturam, siuè beneficium regulare, an possit moueri sine causa.*
30 *Obedientia vera, non admittit discussionem super iustitia, vèl discretione præcepti.*
31 *Præpositorum sollicitudo vt sit vtilis, & laudabilis, quid requiratur.*
32 *Malitia arguitur in eo, qui aliquid facit, quod salua conscientia fieri nequit.*
33 *Nemo alterius aliquid commissum, regulari debet à ratione, & Iure naturali.*
34 *Obedientia indiscreta, referenda est ad perfectionem vitæ Christianæ.*
35 *Religiosus, in quibus teneatur obedire suo Superiori.*
36 *Causam subesse, aliud, & longè aliud, causam exprimi, pro remouendo Regulari à beneficio.*
37 *Regulares Superiores in Italia, consueuerunt sibi reseruare facultatem amouendi Prælatos inferiores, nuda voluntate, & sinè causa.*
38 *Quod tamèn intelligitur de expressione causæ, non autèm de illius defectu.*
39 *Statur tamèn dicto reuocantis, quòd subsit iusta causa in genere.*
40 *Et quando non esset facta deputatio sub ea lege, causa debet exprimi in specie.*
41 *Religiosus motus ab officio siuè beneficio, sine iusta causa, potest recurrere ad Superiores, ad instar serui, & quomodò istud argumentum procedat.*
42 *Religiosus, cùr non possit moueri sine causa à suo officio.*
43 *Christi omnis actio, nostra debet esse instructio.*
44 *Superior, cui notus est defectus subditi ex propria conscientia, non potest hinc grauare personam.*
45 *Religiosus dum mouetur ab officio, vel beneficio, ex causa expressa, an interim dum causa iustificatur, retardanda sit motio.*
46 *Dilapidationis sola suspicio, priuat possessorem possessionis commodo.*
47 *Prælatus Regularis, quibus ex causis possit remoueri à Prælatura.*
48 *Regularis quomodò possit præfici ecclesiæ per eum, cui non est obedientiarius.*
49 *Regularis prouisus à Papa in titulum perpetui beneficij, non potest indè per suos Superiores Regulares amoueri.*
50 *Et quæ sit ratio.*
51 *Regularis præpositus Ecclesiæ in perpetuum per Papam, respectu illius Ecclesiæ, dicitur emancipatus a potestate Superiorum Regularium.*
52 *Manuale beneficium, si conferatur per Papam in perpetuum, censetur ablatum à potestate inferioris.*
53 *Idemquè si collatum sit per Legatum Apostolicum habentem ad hoc legitimam facultatem.*
54 *Nisi Papa conferat Iure deuoluto.*
55 *Clausula* quoad vixeris, *alterat naturam beneficij aliàs manualis, etiam si aliàs fiat collatio Iure deuoluto.*
56 *Manuale beneficium si conferatur tanquàm reseruatum, suspenditur virtus manualitatis, donèc sit consumpta reseruatio.*
57 *Et quid si Papa conferat Iure concursus.*
58 *Manualitas non suspenditur ex simplici prouisione Papæ, nisi id exprimatur.*
59 *Quod intelligitur, si conferat Regulari, secùs verò seculari.*

60 Ma-

60 *Manualitatis taciturnitas non vitiat gratiam, vbi Papa prouidet Regulari.*

61 *Regularis prouisus à Papa de beneficio manuali in perpetuum, poterit adhùc per suos Superiores priuari propter crimen, modò non incurrat quæstio super validitate, vèl inualiditate prouisionis Apostolicæ, non secus, ac secularis per Episcopum.*

62 *Reatus, priuilegium tollit.*

63 *Manualitas alteratur per electionem canonicam.*

64 *Electionis causa efficiens, est Collegium, materialis, Prælatio cum Iurisdictione, finalis, desponsatio electi.*

65 *Electiua beneficia, dicuntur Abbatiæ.*

66 *Itemquè Prioratus Conuentuales.*

67 *Priores Conuentuales in Monasterijs, quibus præsunt, & in quibus non degunt Abbates, habentur loco Abbatis.*

68 *Habentquè dignitatem, & sunt capaces delegationis Apostolicæ.*

69 *Habent enim iurisdictionem.*

70 *Priores Claustrales nullam habent Administrationem, aut Officium cum Iurisdictione, sed simplicem Procurationem, & Agentiam.*

71 *Prior Conuentualis non potest reuocari, secùs verò Claustralis.*

72 *Prior Claustralis non potest moueri, si subsit malitia in mouente.*

73 *Electio impedit reuocabilitatem prouenientem à virtute obedientiæ.*

74 *Electus, Ius quod habet, non recipit ab eo, cui est obedientiarius, sed à Collegio, siuè Conuentu.*

75 *Abbas, qui nullũ aliam habet Superiorem Regularem, non potest reuocari ab ipso Conuentu, cum illi ampliùs non subijciatur.*

76 *Prior Conuentualis, non potest reuocari, nequè per Conuentum, nequè per superiorem, cui est obedientiarius.*

77 *Regularis Prælatus, siuè Prior Conuentualis potest remoueri ex causa, adhibita tamèn eiusdem causæ cognitione, & non aliàs.*

78 *Obedientiæ ius in Regulari alteratur, ex commissione Curæ animarum.*

79 *Beneficia Regularia curata, sunt perpetua.*

80 *Monachi, non debent præfici Parrochialibus.*

81 *Monachi non sunt incapaces Curæ animarum, ex sola natura Monachismi.*

82 *Monachi quinàm arceantur à Cura animarum, & qui non.*

83 *Monachi, non debent se ingerere proprio motu Curæ animarum, sed expectare, quod vocentur.*

84 *Monasterium, potest habere Curam animarum.*

85 *Cura animarum incumbens Monasterio, non potest collocari in obedientiario amouibili, & quæ sit ratio.*

86 *Cura animarum competens Monasterio, quomodò regenda.*

87 *Et ex consuetudine potest exerceri per ipsos Regulares.*

88 *Cura animarum hodiè Regularibus parciùs est committenda, propter abundantiam Clericorum secularium.*

89 *Cura animarum, diuersa ab illius exercitio.*

90 *Cura animarum, potest exerceri per Regularem amouibilem, ex lege fundationis, & in quo tùnc Cura censeatur posita.*

91 *Cura animarum, quando incumbit Collegio, potest exerceri vice, ac nomine ipsius Collegij.*

92 *Nisi commissio illius exercitij fiat in perpetuum.*

93 *Vicarium perpetuum quando teneatur deputare Collegium, siuè Capitulum, cui incumbit cura animarum, & quando sufficiat deputare temporarium, & amouibilem.*

94 *Obedientiæ vis non soluitur in Regulari, ex mandato simplicis exercitij Curæ animarum.*

95 *Parrochialis, non potest conferri per Regulares ad beneplacitum, præterquàm ex speciali priuilegio.*

96 *Beneficium Regulare curatum, qualitèr possit esse amouibile.*

97 *Manualitas, præscribi potest in beneficio curato Regulari, spatio 40 annorum.*

98 *Manualitas procedens vi Obedientiæ, cessat, vbi interuenit institutio auctorizabilis Episcopi.*

99 *Institutio auctorizabilis quomodò differat ab Institutione collatiua.*

100 *Eadem, non habet locum in exemptis.*

101 *Institutio auctorizabilis est implicita institutioni collatiuæ, quandò Ecclesia pleno Iure spectat ad Monasterium.*

102 *Prioratus curati etiàm non Conuentuales, sunt perpetui, & in hoc æquiparantur Conuentualibus.*

103 *Et qua ratione.*

104 *Prior Curatus habet Iurisdictionẽ in Vicariũ suũ.*

105 *Iurisdictio, impedit amouibilitatem sine causa rationabili.*

106 *Vicarius est temporarius, & amouibilis.*

107 *Vicarius perpetuus, cui est commissa Cura animarum, non tenetur respondere de Cura principali Rectori.*

108 *Regulares, non possunt prædicare in Parrochiali sibi subiecta, in qua adest Vicarius perpetuus.*

109 *Vicarius perpetuus, dicitur propriè Rector Ecclesiæ.*

110 *Vicarij perpetui, impropriè dicuntur Vicarij.*

111 *Curæ habitualis prætextu, non potest quis se ingerere in ipsius curæ exercitio.*

112 *Vicarij perpetui obitu, dicitur vacare Ecclesia, & viduari, tanquàm per obitum Prælati secundarij.*

113 *Beneficium, quo casu possit conferri Regulari per secularem.*

114 *Episcopus, cui est Cathedralis Regularis, habetur ibi tanquàm Abbas, & Episcopus.*

115 *Canonicus Regularis, prouisus per Episcopum de Canonicatu, vèl Dignitate in Cathedrali Regulari, non potest amoueri per Superiores Regulares.*

116 *Regularis in Ecclesia Cathedrali, subijcitur Episcopo, tanquàm Abbati, in concernentibus Regulam, in alijs, tanquàm Episcopo.*

117 *Episcopus, cuius est Ecclesia Cathedralis Regularis, dùm confert beneficium in illa alicui Regulari, censetur conferre, tanquàm Episcopus, non tanquàm Abbas.*

118 *Correlatiuorū vno destructo, destruitur & aliud, respectu eiusdem actus.*

119 *Episcopus si conferat beneficium obedientiario tanquàm Abbas, non soluitur respectu eiusdem beneficij ius Obedientiæ, quominus possit amoueri.*

QVÆSTIO XXXIII.

Manualitas quid? & quandò imprimatur, vel impressa alteretur.

1 ANVALITAS, † quæ Iurisconsultis dicta est, manuum iniectio, nihil est aliud, quàm rei, vti Iuris nostri, apprehendendæ, abducendæquè facultas, vt probatur ex *text. in l. Titius, quæ est penultima ff. de seruis exportan. in l. causam §. puellam de manumiss. in l. si hac lege §. 1. ff. de in ius vocan in l. 1. §. similiquè modo C. de lati. libert. tollen. in l. 1. & 2. C. si seru. export. ven.* & fusè explicat *Brisson. de verb. Iur. signif. lib. 11. & de formul. & solemn. Pop. Rom. lib. 6. vers. interdum venditione.*

2 Ex quo iàm intelligimus † illud esse beneficium manuale, quod Superior, qui illud contulit, pro libito ad manum suam potest reuocare, exemplo (quo passim Doctores nostri vti consueuerunt) rei precario concessæ, quo vtitur *Mandos. ad reg. de ann. quæst. 11.* & eum sequutus *Gonzal. ad regul. de mens. glos. 5. §. 6. num. 3.* quod exemplum

3 an † quadret manualitati, mòx videbitur. Hæc igitur qualitas, cùm non sit à Iure communi, sed contingibilis, nequè aliter, quàm extrinsecùs adueniat, haud quaquàm præsumitur, *l. si verò §. qui pro rei qualitate ff. qui satisd. cogan. Menoch. lib. 1. præsump. 28. num. 5. & præsump. 37. num. 3.*

Vndè, & exprimenda, & probanda est pro euitanda

4 subreptione, vel † explicitè, si beneficium sit seculare, vel implicitè, si regulare sit, narrando ipsam regularitatem, id enim sufficeret, iuxta *Cassad. decis. 4. num. 5. de preben.*

5 Diuersimodè † autem vim hanc manualitatis constituimus in Regularibus, quàm constituamus in secularibus; porrò in istis secularibus ea constituitur in ipsa substantia beneficij, virtute dispo-

6 sitionis adiectæ in limine fundationis, quæ † vbi per Superiorem approbata est, omninò venit seruanda, *iuxt. reg. text. in l. legem C. de pactis, & in l. in traditionibus ff. eodem titul. & in l. 1. §. si conueniat ff. depositi*; per quæ Iura ità firmat *Mandos. dict. quæst. 11. sub num. 2. vers. non obstat.*

7 Quod † non solùm intelligendum venit, si fundator sit laicus, verùm etiàm si sit Clericus, quinimò si vel ipsa Ecclesia, quæ sibi constituat Cappellam succursus, sub hac eadem lege manualitatis, iuxta terminos *text. in cap. ad audientiam de eccles. ædifican.* vt plenè tradit *Lapus allegat. 66. sub nu. 6. vers. quaro nunquid in casu thematis.*

At in Regularibus qualitas hæc manualitatis, non constituitur aliquo modo in substantia benefi-

8 cij, quia † tamètsi ea reputentur manualia, *Mandos. ad regul. 3. quæst. 10. num. 5. & quæst. 11. nu. 3. cum alijs per Gonzal. d. glos. 5. §. 6. nu. 6.*

9 etiàm si † militaria sint, *Mohed. decis. 10. de caus.*

10 *possess. & propriet.* id tamèn non † ex natura ipsorum beneficiorum, sed procedit à virtute professionis Religiosi, qui cùm sit sub obedientia sui Superioris, nec habeat velle, aùt nolle, cogitur statim, vt reuocatur, beneficium dimittere, in tantum vt contrarium nequeat constitui, secundùm ea, quæ scribit *Federic. de Sen. consil. 259. num. 1. & 2.*

11 Vndè vis † manualitatis stat in ipsa Obedientia, non autèm in natura beneficij, quod perpetuum est, nec tale desinit esse per remotionem obedientiarij, ità docuit *Aegid. decis. 701. num. 2.* quem sic expendit *Gambar. de offic. legat. lib. 4. in princip. n. 15. & 16.* videturquè probari per *text. in clemen. vnic. §. præmissa verò de supplen. negligen. Prælat.* vbi, vim hanc manualitatis restringit ad simplicem reuocationem Religiosi de beneficio ad Claustrum, & hoc ipsum fusiùs, & clarius docuit *Idem Aegid. in cap. per tuas sub nu. 4. column. 6. versic. quid dicendum, de maiorit. & obedient.*

Hinc ducitur, exemplum precarij penitùs extraneum esse à manualitate, nàm precarij efficiens

12 causa, † sunt preces pro simplici vsu, *l. 2. ad fin. versic. habere precariò, cum l. seq. ff. de precario,*

13 & quidem † sinè aliqua certitudine, aùt destinatione, super quo est fundata facultas ad libitum reuocandi, vt docuit *Abb. in cap. vlt. sub nu. 12. vers. sed in precario, de precario,* & sequutus fuit *Menoch. de arbitr. cap. 23. num. 2. & 3.* post *Didac. variar. resolut. lib. 3. cap. 15. nu. 1. & 3.*

14 & † contra reuocantem non redditur interdictum Vti possidetis, *l. qui precario ff. eodem tit. l. 1. ad finem ff. vti possid. glos. 1. in l. 2. eod. titul. §. quorum vis, vers. hodie Instit. de interdict.* nisi

15 etiàm † excedendo illius terminos contra eius Regulas possessio ipsa sit translata, *l. Pomponius §. si es, de acquir. possess.* & declaraui supra *quæst. 23. ex num. 50.*

In prouisionibus autèm, quæ fiunt Regularibus de beneficijs, per eorum Prælatos, non interue-

16 niunt preces, cùm omnes † inferiores à Papa Motu proprio prouideant, & quidem beneficia de personis, non autèm personas de beneficijs, *Cardin. in clemen. 2. sub num. 13. vers. Laurentius de Pinu, de offic. Ordin. Felyn. in cap. ad aures sub num. 15. de rescript.* Fitquè ipsa prouisio ad

17 certum, & determinatum vsum, videlicèt vt † possit solus, & sine consensu alterius, sui beneficij fructus pro libito expendere, vt plenè docet *Nauar.*

18 *in comment. 2. de Regularibus nu. 11.* & † intelligitur prouisio eo animo facta, vt non nisi ex causa reuocari debeat, *Aegid. in dict. cap. per tuas sub num. 4. colum. 6. vers. Imò plus fateor, de*

19 *maiorit. & obedient.* Vndè † donèc causa excutitur, non debet à sua possessione, amoueri, & si amo-

amoueatur, debet restitui, *Rota decis. 6. ad finem vers. Item interest de restit. spoliat. in antiq. Felyn. in eodem cap. per tuas, sub num. 4. post med. vers. si tamen esset priuatus.*

Et quàmuis respectu articuli liberæ remotionis,
idest sine causa, & ex abrupto, circa secularia sit
attendendus omninò tenor fundationis, iuxta re-
gulam, de qua suprà, adeò quod, si ille sit clarus, vt
20 possit quis ad libitum, & nutum reuocari † (quo
casu potest dubitari, an sit beneficium, vel non, ex
his quę tradit *Staphile. de expectat. in 9. form. n. 42.*
21 *& 43.*) id consequatur, nèc † nisi ad tale reuoca-
tionis tempus eum possidere, nequè propterea pos-
se intentare manutentionem, vt late disputat *Gut-
tier. pract. ciu. quæst. lib. 3. quæst. 11. per tot.* & post
22 eum *Garz. par. 1. cap. 2. num. 86. & 87.* Ità † vbi
verba aliquo modo sunt dubia, semper erunt ità
interpretanda, vt debeant referri ad arbitrium
regulatum, ex latè traditis per *Menoch. lib. 1. de
arbitr. Iudic. quæst. 7. ex num. 45. vsque ad 58.* In-
23 dequè † æquè, àc in Regularibus, dùm discernitur
causa remotionis, dandum esse mandatum de ma-
nutenendo prouiso tanquàm de manuali seculari,
respondit Rota in *vna Pacen. Cappellaniarum,
29. Iunij 1609. corā Illustriss. D. Cardinali Caua-
lerio*, Circa verò Regularia, quià, vt dixi, causa ma-
nualitatis est ipsa Obedientia, tota hæc disputatio
ad tres reducitur inspectiones: Prior est, quàndo
Regularis mouetur à beneficio per Prælatū Regu-
larem, qui ipsum eidem beneficio præfecit.

Altera est, quando mouetur per Regularem, qui
tamèn eum non præfecit, sed cui nihilominùs ipse
est obedientiarius.

Tertia est, quando mouetur, vèl moueri præten-
ditur per eum, qui illum quidèm præfecit, sed cui
ipse nō est obedientiarius, vices tamèn Prælati Re-
gularis gerit, cui aliàs ipse ità prouisus obedien-
tiarius foret.

Ad quorum declarationem antequàm deuenia-
tur, & nè ignoremus illud præcipuum, de quo di-
24 sputatur, aduertendum est, pro † beneficijs regu-
laribus non sumi portionem illam, quam quilibet
Monachus, vèl Regularis sumit de mensa Mona-
sterij, nèc enim ratione talis portionis regularis
dicitur habere beneficium, præterquàm impro-
priè, vt benè docet *Abb. in cap. super inor-
dinata, num. 10. de præben.* & tradit etiàm
Azor. instit. moral. lib. 3. cap. 26. in 7. quæst. par. 2.
25 nisi † fortè agatur de Canonicis Regularibus, vt
ibi per eundem *Azor. ad fin. d. quæst. vers. nihilo-
minus tamèn*, motum auctoritate *Abb. in Clem. di-
spendiosam, sub nu. 2. vers. Sed si ageretur de Mo-
nachatu, de Iudic.* qui tamèn *Abb.* non loquitur
simplicitèr de Canonicis Regularibus, sed de Ca-
nonicis Regularibus Cathedralis Ecclesiæ, dato ca-
su, quod Ecclesia Cathedralis sit in manibus Regu-
larium ex Institutione, priuilegio, vèl consuetudi-
ne, iuxta notata in *cap. Deus qui, & in cap. Quo-
niam de vita, & honest. Clericor.* & hoc sanè casu
26 tales Regulares, dicuntur & verè sunt † Canonici,
caduntquè sub dispositione *tex. in cap. statutum,
de rescript. in 6.* secundùm opinionem *Abbatis in
cap. causam quæ, nu. 9. de Iudic.* pro cuius tamèn
opinionis veritate videndi sunt, *Felyn. & Barbat
in d. cap. Causam quæ il primo, ille ex num. 5. &
27 iste, ex num. 46. de Iudic.* & in consequens † di-
cuntur habere beneficium, seu portionem priuile-
giatam loco præbendæ, vt explicat *Præposit. in
can. Quorundam, circa finem, vers. tamen non
possunt, distinct. 74.*

28 Sumitur † ergò pro quacunquè Præfectura Re-
gulari, quouis titulo nuncupetur, siuè Abbatiæ, siuè
Prioratus, Administrationis, Commendæ, Præce-
ptoriæ, & cuiuscunque alterius conferentis pote-
statem fructus ad libitum expendendi, vt benè de-
clarat *Nauar. in supracitat. Coment. 2. de Regu-
lar. num. 11.*

Itaquè quoad primam inspectionē, duplex cadit
quęstio: Prima est, An Obediētiarius possit moue-
ri sine causa: Secūda, & posito quòd requiratur cau-
29 sa, qualitèr ea iustificari debeat? Et quoad † pri-
mā, Laudensis fuit in opinione affirmatiua, prout
eum refert *Ancher. in Clem. vn sub num. 13. vers.
circa istam reuocationem, de supplen. neglig. Præ-
30 lat.* & videtur in promptu ratio; Nàm † vera obe-
dientia, super qua radicatum est istud Ius mouendi,
non admittit discussionem hanc, an mandatum Su-
perioris sit iustum, vèl iniustum, discretum, vèl in-
discretum, vt per eum *tex.* notant in *can. sciendum;
Archid. & Beltam: sub num. 1. in explicatione
verbi* simplicitèr *8. quæst. 1.*

Contrarium verò, quòd requiratur causa ratio-
nabilis, deducitur ex *tex.* in *d. Clem. vn. de supplen.
neglig. Prælat.* vbi non permittitur simplicitèr
reuocatio Regularis à beneficio, sed modificatè,
cùm scilicèt oportuerit, ad idem est *tex. in cap.
Cum ad Monasterium, §. tales autèm, de statu
31 Monachor.* & est ratio, quià † Præpositorum sol-
licitudo ratione non ventilata, nequè vtilis, nequè
laudabilis est, potiusquè ad furorem pertinet, si
ratione careat, indequè eorum potestas sub ra-
tione restringenda venit, ex sententia Diui Gre-
gorij in *can. Illa Præpositorum, qui in ordine
est 67. 11. quæst. 3.* & benè facit *tex. in l. Rele-
gati ad finem, ff. de pœnis*, ibi *nisi Imperator ex
aliqua causa, &c.* & hanc opiniōnē videtur ample-
xus *Imol. in d. Clem. vn. sub num. 44. vers. D. An-
tonius, de supplen. neglig. Prælat.*

Et licèt contrarium videatur sentire *Card. in
ead. Clem. vn. §. præmissa sub num. 4. vers ego pu-
to*; nihilominùs existimo, sententiam hanc esse
veram, quantumcunquè *Butr.* super cuius doctri-
na fundat se *Imol. in cap. præsenti, sub num. 3.
vers. quærò an valeat, de off. Ordin. in 6.* loqua-
tur in diuerso casu, vbi scilicèt præponens promisit
non amouere, nàm nimis vrgent Iura, & rationes
suprà deductæ.

32 Nequè obstat † quòd sufficiat abesse malitiam,
& quòd huiusmodi beneficia dicantur reuocabilia
ad nutum, nàm remota ratione, & causa reuoca-
tionis, vtiquè emergit malitia in reuocante; ex
quo enim reuocatio procedit sine ratione, atquè
ità resoluitur in impetum, *d. can. Illa Præposito-
rum*, salua conscientia non potest fieri, & in con-
sequens dicitur malitiosè facta, vt benè deducit
Menoch. cons. 09. ex num. 34.

33 Facultas † autem aliquid faciendi nutu, quatenùs refertur, prout hoc casu referri debet ad materiam Canonis eam concedentis, vtiquè regulatur à ratione, & Iure naturali, *Dec. in d. cap. 1. in 1. lectu. num. 27. de constit. cum alijs quos sequutus est Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. quæst. 7.*
34 *nu. 52.* & quod † suprà dicebam de vi obedientiæ, referendum est ad effectum perfectionis vitæ Christianæ, & ità procedit *tex. in d. can. sciendum*, quæ consistit in promerendo, vt benè ibi aduertunt *Gemin. & Præpos.* & propterea non applicantur obedientiæ, ad quam restrictum est Votum Reli-
35 gionis, cùm † Religiosus, in multis, quæ extranea sunt à regula, quàm est professus, possit reluctari, non solùm præter, sed etiàm contra voluntatem præcipientis, vt post *D. Thomam 2. 2. quæst. 104. in corp. & in resp. ad 3.* tradidit *Nauar. in praallegat. comment. 2. sub num. 39. vers. nàm multa potest, de Regul.*

36 Nequè obstat auctoritas † Cardinalis, & quòd eam approbauerit *Rota in impress. diuers. par. 1. decis. 778. num. 2. & in d. Paren. Cappellania 22. Iunij 1609. corã Illustriss. D. Card. Caualerio*, cum alijs relatis per *Garz. de benef. par. 1. cap. 2. nu. 88.* quià dùm Cardinalis exigit, vt absit malitia (proùt eum sic quoquè intellexit Rota, seù malus animus, vt loquitur *Roderic. de Regul. tom. 1. q. 34. art. 9. in princip.* cum relatis per *Garz. vbi suprà*) accipienda est doctrina ipsius, non de defectu causæ malitiã excludẽtis, sed de eius expressione: Ità quòd nè includatur malitia, debeat causa subesse, iuxta suprà allegata, quàmuis nõ sit necesse, quòd mouens, illam exprimat; Et hoc patet, quià si is, qui mouetur, reluctet contra mouentem, & dicat, eum irrationabilitèr agere, & malitiosè, cogitur mouens causam exprimere, nèc aliter potest purgari exceptio malæ voluntatis, quàm per huiusmodi expressionem, & declarationem, & hoc est, quod dixit *Imol. in d. clem. vn. sub num. 44. vers. si verò non constat de mala voluntate, de supplen. neglig. Prælat.* dùm supponit, ideò non constare de mala voluntate, quià reuocans allegat causam rationabilem.

37 Et ità † quoquè intelligerem facultatem reuocandi nuda voluntate, & sine causa, quam consueuerunt Superiores Regulares in Italia sibi reseruare, de qua Consuetudine attestatur *Io. Andr. in cap. cum singula sub num. 2. vers. Item Abbates de praben. in 6.* cum alijs congestis *per Rotam d. de-*
38 *cis. 778. num. 1.* nàm † id accipiendum est de ipsa expressione causę, nè fortè Superior cogatur eam exprimere, quam non expedit alijs innotescere, vt per *Imol. in d. clem. vn. sub d. num. 44. vers. potest enim habere notam aliquam causam occultam*, secundùm tamèn declarationem, quam mòx infertam.

Posito ergò, quod omninò causa subesse debeat, subintrat altera disputatio, qualitèr hæc causa debeat probari? & sunt constituendi tres casus; Primus est, quandò non est expressa causa, & fuit Religiosus cum hac lege præfectus, vt posset reuocari etiàm sinè causa, iuxta consuetudinem prædictã; &
39 tùnc † statur verbo reuocantis, quòd subsit causa in genere, dato tamèn concursu duorum, integritatis scilicèt personæ mouentis, & quod non appareat positiuè de aliqua causa odij, Ità *Imol. vbi suprà, Franch. in d. cap. cum singula sub num. 5. vers. in dubio tamèn, Rota, quæ alios allegat, d. decis. 778. num. 3.*

40 Secundus est, quandò † non est expressa causa, nequè prouisio facta fuit cum hac lege, vt sinè causa posset reuocari; & tùnc nõ est satis affirmare, causam subesse in genere; sed debet specificari, vt possit discuti, an rationabilis sit; quàmuis verũ sit, indaginem hanc fieri summariè, & extraindicialitèr, sinè aliqua causæ cognitione, *Imol. vbi suprà vers. si verò non constat de mala voluntate*; vbi dùm supponit, abesse malam voluntatem, vtiquè insinuat, quòd si extet præsumptio talis malæ voluntatis, non erit sufficiens ista extraiudicialis indagatio.

41 Hisquè † duobus casibus, poterit Religiosus ad instar serui habere recursum ad Superiores, qui voluntatem mouentis restringant ad limites rationis, vt per *Ioan. Andr. in d. cap. cum singula num. 1.* traduntquè *Card. Imol. & alij in d. clemen. vnic.* & quàmuis seruus non audiatur, nisi respectu propriæ personæ, secùs verò respectu bonorum, vèl simplicis hortationis, *l. cum affirmes, vbi gloss. in verb. hortabitur C. de liberal. cau.* atquè ità argumentum nõ videatur petitum à simili, nihilominùs illud optimè procedit, ptopter fauorem Ecclesiæ, seù loci, à quo remouetur; vt propterea debeat esse cautus Religiosus dùm conqueritur, nè suum proprium interesse prætexat, sed simplicitèr promoueat interesse talis Ecclesię, vèl loci; hoc enim casu benè intrat argumentatio à seruo, atquè ità *in d. cap. cum singula* declarant *Anchar. sub nu. 4. vers. posset fortè dici, & Franch. sub num. 5. vers. 2. quod Monachus, de præbend. in 6.*

42 Nullo † ergò modo, potest Superior euitare necessitatem hanc docendi, & propalandi causam, sub prætextu quòd vetè subsit, scilicèt sibi tantùm
43 nota, quià non sic docuit Christus, † cuius omnis actio, nostra debet esse instructio, *can. Deus omnipotens §. cuius exemplo monemur 2. quæst. 1. cap. significasti, vbi Abb num. 1. ad finem, vers. nota quarto, de elect.* Ille enim Iudam de Apostolatu ad quẽ eum semèl vocauerat, mouere noluit, licèt subesset causa, ex quo illa alijs nota non erat, Imò eũ cum alijs ad prædicandum misit, proprioquè corpore cibauit, *can. Christus, qui in ordine est 88.*
44 *1. q. 1.* Superior † enim, qui talẽ causam solus scit, non scit tanquàm Index, sed tanquàm Deus, & ptopterea non potest nuncupatim grauare personam, est *tex. in cap. 2. de offic. Ordin.* & ità eum expendit in hanc ipsam rem *Roman. cons. 467. sub num. 6. vers. tertio demonstratur.*

45 Tertius † est casus, quandò in ipso articulo motionis, Superior mouẽs, causam exprimit; & si quidem negetur per Religiosum, nihil est, quin debeat iustificari; Difficultas in eo consistit, an interim retardetur motio: in qua re est adhibenda distinctio: aùt remotio fit ex causa, quæ nullam infert iniuriã ipsi moto, sed tamèn est rationabilis, putà fundata super maiori bono Religionis, & tùnc nõ differtur exequu-

exequutio, nequè datur illicò restitutio ipsi moto
ad pristinum locum, sed tantùm de veritate inqui-
ritur, vt vera subsistente causa, postmodùm seruato
Iuris ordine restituatur, *Innoc. in cap. olim n. 1.
de accusat.*

Aút infert iniuriam, quià sit causa famosa; &
tùnc retardatur exequutio, & si ante illius plenam
excussionem moueatur, illicò reintegratur, com-
petit enim ei possessorium Recuperandæ; Ità ex
doctrina *Innoc. in d. cap. olim*, docuit *Vitalin. in
præcitat. Clem. vn. §. præmissa, num. 3. de supplen.
neglig. Prælat.* & tradit Rota in *præallegat. de-
cis. 6. de restit. spoliat. in antiq.*

46 Nisi prætendatur crimen † circa malam admi-
nistrationem; nàm tùnc intraret Regula, vt pro-
pter solam suspicionē dilapidationis priuetur Pos-
sessor commodo possessionis, *cap. vlt. in fin. de ac-
cusat. gloss. in cap. 1. in fin. in verb. deferre Cru-
cem, vt lit. pend.* cum alijs per *Lancell. de attent.
lit. pend. in 4. declarat. ex num. 20. Rota d. de-
cis. 6. de restit. spoliat.*

47 Sunt † enim omninò quatuor causæ, ob quas
motio legitimè contingere potest in Prælato Re-
gulari; si Præuaricator sui Ordinis fuerit, atquè
contemptor; si circa suum officium negligens, aút
remissior nimis, idest notabilitèr (exigitur enim
negligentia magna) *gloss. in d. cap. cum ad Mona-
sterium, in verb. negligens, de stat. Monach.* vbi
etiàm *Abb. num.* 20. si dilapidator fuerit; vt dictum
est; & dequè si incontinentèr viuat, vt ex *tex. in
d. cap. cùm ad Monasterium, §. Abbas verò*, & alijs
multis, colligit *Roman. d. cons. 467. n. 8.*

Quoad secundam inspectionem, difficilius est as-
48 sequi, quomodò id possit contingere, vt † Regula-
ris, præficiatur per eum cui non est obedientia-
rius, quàm hoc intellecto, propositum articulum
resoluere: contingit hoc autèm, vbi præfecturam
hanc promouet maior quædam (vt ità dixerim) vis,
quàm in ipso sit Superiori Regulari, propter quam,
respectu ipsius beneficij, alteretur status Obedien-
tiæ in ipso prouiso, quod sanè triplicitèr accidere
49 potest. Primùm, quando † Papa prouidet de be-
neficio Regulari personam Regularem in titulum
perpetui beneficij; hoc enim casu, quià constat
apertè de mente Pontificis, & potestas est extra
omnem controuersiam, non poterit sic prouisus
amoueri per eum cui est obedientiarius, vt in præ-
cedenti deduximus, ex *Cald. cons. 26. de præben. ad
finem vers. aut dicetur, Gambar. de off. legat. lib. 4.
num. 17. vers. fallit tamèn hoc in Papa*; Et ratio est,
50 quià respectu † huius beneficij, Collatarius, factus
dicitur obedientiarius Papæ, vt post *Paul. de Elea.
zar. in præcit. clem. vn. de supplen. neglig. Prælat.*
considerat *Felyn. in cap. per tuas, sub num. 3. cir-
ca finem, vers. in quantum concludit, de maior. &
obedient. Butr. in cap. porrecta, nu. 2. vers. & per
hanc administrationem, de confirm. vtil. vel inu-
51 til.* censeturquè, † quoad tale beneficium Superio-
ri Regulari emancipatus, *Gemin. in cap. præsenti,
sub num. 9. vers. quia quantum ad hoc, de off. ord.
in 6. Ioan. Andr. in cap. cum inter 16. num. 13.
de elect. Archid. in can. si* Monachus*, sub num. 2.
vers. Sed Vincentius, 16. quæst.* 1. & sic remanet
52 elisa † potestas inferioris ex præcedēti actu Supe-
rioris, qui censetur exemisse beneficium, quantum-
cunquè manuale ità in perpetuum collatum, ab in-
ferioris potestate, vt punctualitèr dixit *Lap. alle-
gat. 9. sub num. 5. vers. Quià tùnc*, Idemquè Iuris
53 est † si collatum fuisset per Papæ Legatum, suffi-
cientem in hoc potestatem habentem, vt respon-
dit *Lap. allegat. 32. ex num. 1.* aliàs minimè, *Gam-
bar. vbi suprà.*

Plurimùm autèm refert, quo Iure Papa conferat;
54 nàm † si conferat Iure deuoluto, non est, qui non
agnoscat, in aliquo non alterari facultatem reuo-
candi, quam habet inferior, ex dispositione *d. clem.
vn. vbi gloss. in verb. reuocari*, & plenè tradit *Ge-
min. in d. cap. præsenti, sub num. 9. vers. Paulus di-
cit, de offic. ordin. in 6.* & sequitur *Felyn. in d. cap.
55 per tuas n. 4. de maior. & obedien.* nisi † exprimat,
addatquè clausulam *quoad vixeris*, vt per *Felyn.
ibidem num. 3. vers. in quantum concludit, Dec. in
cap. ad nostram num. 16. de confirmat. vtil. vel
inutil.*

56 Paritèr, si conferat † præcedente aliqua reserua-
tione, non est dubium, quin censeatur velle, quòd
beneficium perpetuò sit penès prouisum; siquidèm
per reseruationem videtur inducta perpetuitas,
donèc reseruatio consumetur, *Lap. d. allegat. 9. sub
num. 3. vers. reseruando ergò, Butr. in præallegat.
cap. porrecta, sub num. 2. circa finem, vers. Vndè
reseruando, Alexand. de Neuo. in præallegat. cap.
ad nostram, paulò ante num. 10. vers. quando Pa-
pa mandat, & nu. 11.* Difficultas versatur in eo ca-
57 su, † quādo Papa confert simplicitèr Iure cōcursus,
nàm Ioānes Calderinus existimauit, ex hoc alteratā
esse naturam ipsius beneficij, nèc prouisum posse
reuocari vi illius emancipationis, de qua suprà:
Contrà autèm sensit *Collect. in d. cap. Per tuas*, &
hanc opinionem in effectu probauit *Lap. dict. alle-
gat. 9. sub num. 4. vers. ego credo.*

58 Nequè enim † Papa conferendo simplicitèr, vi-
detur voluisse alterare naturam beneficij, & facere
perpetuum, quod erat amouibile, vt dicit *Alex. de
Neuo in d. cap. ad nostram, sub num. 10. ad finem,
vers. Vnde simplicitèr conferendo*, & istud est, quod
dixit *Calderin. d. cons. 26. ad finem*, exigi expres-
sionem Papæ, & sine illa non esse existimandum,
quòd voluerit, collationem fore perpetuam, & ir-
reuocabilem: Idemquè probauit *Lap. alleg. 26. sub
59 num. 3. ad fin. vers. Vndè si Papa*, nisi † fortè con-
ferret seculari, quià sat esset, Papam sciuisse natu-
ram beneficij; vt censeatur voluisse eius vsum, ea
vice, inuertere, & perpetuò prouidere, *Rebuff. de
pacif. poss. num. 335. ad finem.*

60 Vndè cùm Papa † confert Regulari, non corruit
gratia Apostolica propter vitium subreptionis, si
tacita fuerit qualitas manualitatis, secundùm regu-
lam, quam suprà posuimus, nàm id obtinet, vbi prę-
tenditur perpetuitas, & sic quòd gratia Papæ plus
operetur, quàm posset operari simplex prouisio Su-
perioris Regularis, iuxta *tex. in d. cap. Ad nostram,
& cap. Porrecta, de confirmat. vtili, vel inutil.* aliàs
secùs, ex supradictis; atquè ità fuit etiàm declara-
tum in *vna Pampilonen. Thesaurariæ, 13. Nouē-
bris, 1617. coram Reuerendissimo D. Coccino.*

61 His

61 His † autèm casibus, quando videlicèt Papa, vel vi reseruationis, vel aliter quomodocunquè confert Regulari beneficium cum hac expressa lege, vt perpetuò mansurum sit apud prouisum; poterit nihilominùs Superior Regularis propter crimen aliquod, Iuridicè procedendo, auferre beneficium à tali prouiso, citra tamen quæstionem aliquam cadentem super validitate, aùt Iniustitia gratiæ Apostolicæ, *Innoc. in cap. de cætero, num. 3. de sent. & re. iudic. Butr. in cap. Cum inter R. sub n. 27. vers. aduerte tamèn, de elect.* cũ pluribus congestis per *Felyn. in d. cap. Per tuas, sub nu. 4. vers. quod autèm Abbas*, & optimè consuluit *Panorm. consil. 25. sub nu. 2. vers. & sic poterit priuari, par. 1.* Idemquè obseruamus in secularibus; nihil enim est, quin Prouisus à Papa ex superuenienti delicto
62 possit deponi per Episcopum, Reatus † enim priuilegium tollit, inquit in proposito *Bald. in c. illud n. 2. eo. tit. de maiorit. & obedien.*

63 Accidit † secundò alteratio hæc, vbi prouidetur per Electionem canonicam quod vt facilius perci-
64 piatur, aduertendum est, causam † efficientem Electionis (omissa formali) esse Collegium, siuè Conuentum, *cap. 1. de elect.* materialem verò forè Prælationem in ipsum Conuentum cum Iurisdictione, *cap. ne pro defectu 41. eo. tit. cap. Quorundam, 24. §. circa Religiosos, eo. tit. in 6.* & finalem deniquè, vt Electus fiat sponsus Ecclesiæ, & in Collegium Iurisdictionem propriam habeat, vt ex eisdem Iuribus colligitur, & optimè tradit *Azor. moral. Instit. par. 2. lib. 6. cap. 14. in 2. quæst. ad fin. & in 5.*

65 Erunt ergò electiua beneficia huiusmodi, † Abbatiæ, *cap. officij tui 38. eod. tit. de elect.* necnòn Prio-
66 ratus † Conuentuales, *cap. 2. §. Priores autèm, de*
67 *statu Monach.* sunt enim Priores † huiusmodi in Monasterijs, quibus præsunt, & in quibus non degunt Abbates, loco Abbatis, *Panorm. in cap. cum*
68 *illorum, num. 13. de sent. excom.* & dicuntur † habere dignitatem, vt tanquàm tales sint capaces Apostolicæ delegationis, *Clem. 2. vbi gloss. in verbo conuentualem ad finem, de rescript. Bellam. decis. 477. Abb.* qui rationem exponit in *c. nisi essent, 21. sub num. 6. in vlt. notab. de praben.* videlicèt,
69 quià habent Iurisdictionem in Conuentum: † nàm vt Præfectura Regularis quocunquè nomine nuncupetur, dicatur dignitas, nihil aliud attenditur, quàm id ipsum, an talem Iurisdictionem obtineat, *Ferret. cons. 365. n. 11.*

70 Secùs ideò † Claustrales, cum eorum nulla sit propria Administratio, aùt Officium cum Iurisdictione, sed quædam simplex Procuratio, & Agẽtia; Indequè reuocabiles sunt, vt probat *tex. in cap. cùm ad Monasterium, §. tales autèm, de stat. Monach.* quem de ijs Claustralibus esse intelligendum tradit *Tholosan. syntag. Iuris, lib. 15. cap. 18. ex num. 1.*

71 Et proptereà, quòd † Prior Conuentualis ad differentiam Claustralis, sit irreuocabilis, proba uit *Feder. de Sen. in cons. 132. num. 2.* optimè *Paris. cons. 44. num. 3. lib. 4. Rota apud Bellam. decis. 203. incipien. quilibet Prioratus.*

72 Quod † tamèn, & in Claustrali semper intelligitur, si malitia cesset, quamuis enim is, qui ad nutum moueri potest, possit vtiquè moueri etiàm sinè causa, semper tamèn id accipitur, si malitia cesset, vt suprà exposuimus, & in terminis horum Prioratuum, censuit *Rota in præallegata decis. 778. n. 4. par. 1. diuers.* quibus addi possunt relati per *Garz. de benef. par. 1. cap. 2. nu. 88.*

73 Si itaquè beneficium † concessum fuerit per electionem, non erit reuocabile ad nutum Superioris Regularis, prout cætera alia, propter virtutẽ ipsius Electionis, vt dicit *tex. in d. cap. 2. §. Priores autèm,* vbi optima *gloss. in verb. non mutentur, de stat. Monach. Bellam. d. decis. 203.* & est ratio, quæ à
74 principio suprà posito, euidenter ducitur, quià † scilicèt iste sic Electus, Ius quod habet in beneficio, non recognoscit ab eo, cui est obedientiarius, sed illud habet à maiori quadam vi, & potestate, nempè ab ipso Collegio, in quo radicatur, & à quo fluit, ac refluit omnis Iurisdictio, vt probat *tex. in can. 3. 4. & 5. §. defuncto verò 18. quæst. 2.*

Quo fit, vt si de Abbate agatur, qui nullum ha-
75 beat Superiorem Regularem, is non † possit ab ipso Conuentu reuocari, etiàm quod electio Conuentus haberet vim confirmationis; nàm vbi est electus, vlteriùs non subiacet potestati Conuen-
76 tus, *can. nullum, ead. quæst. 2.* si verò de † Priore Conuentuali, is non possit reuocari, nèc per Conuentum eadem ratione, nèc per ipsum Superiorem, cui est obedientiarius, cùm talis Superior non possit infringere, quæ à Capitulo gesta sunt, etiàm si in eadem electione interuenisset, ex latè adductis per
77 *Feder. de Sen. cons. 100. n. 5. & 6.* quòd † si causa aliqua vrgens ex suprà positis, subsit, nihil est, quin possint & ij remoueri; semper tamèn causæ huiusmodi cognitione præhabita, & non aliàs, vt latè per *Roman. d. cons. 467. ex num. 4.* per eundem *tex. in d. §. Priores.*

78 Alteratur tertiò deniquè † vis ista Obedientiæ ex qualitate beneficij, propter scilicèt curam ani-
79 marum; Vndè nostri passim tradunt, omnia † regularia curata esse perpetua, *Aegid. decis. 203. Cassad. decis. 4. num. 3. & decis. 12. num. 9. de praben. Paris. cons. 44. nu. 3. lib. 4. Marsil. Colum. de redit. Eccles. par. 2. cap. 15. num. 16.*

Quà in re, vt dilucidiùs procedatur, est aduer-
80 tendum, licèt Monachi † non debeant præfici Parrochialibus, ex Cõcilio Lateranen relato in *c. 2.*
81 *extra de stat. Monach.* tamèn † ex sola Monachatus natura, huius officij non esse incapaces, vt est *tex. in can. doctos, 16. quæst. 1.* cuius dispositionem procedere proùt de Iure, scripsit *Præpos. in can. hoc nequaquàm, num. 3. 7. quæst. 1.*

82 Et proptereà, † quod prohibuit Eugenius, per Monachos curam animarum exerceri, in *can. Placuit, il 2. 16. quæst. 1.* referendum est ad Monachos non habentes populum, sed exeuntes de Monasterio temerario ausu, vt præficiantur curæ animarum in illis Ecclesijs, vt satis apertè insinuat litera illius textus, & hunc intellectum ibi agnouit *glo. in verb. placuit, & Turrecrema. ante num. 1. in expositione litera,* & similitèr sequuta fuit Rota in vna *Vlixbonen. Iuris conferendi, 13. Iunij 1607. coram bo. me. Cardinali Lancellotto, qua est decis. 204.*

sis.204.par.2.in recent. nihil enim est, quin Monacho cõmitti possit cura animarum, vt iam indè repetetur inter eos, quibus dictum est, *euntes docete omnes gentes*, iuxta *Matthæi Euangel. cap. vlt.* prout ità docet idem *Turrecrem. in can. Monachus, pariter ante num.1. in exposit.litera,ea. 16.*
83 *quæst.* 1. tantùm, vt † se non ingerat proprio motu, sed à Superiore vocetur, vt ibi per *Archidiac. num. 1.*
84 Paritèr est aduertendum, † de Iure non esse prohibitum Monasterio habere curam animarum, siuè quià habeat populum, vt dicitur in *cap. 1. de Cappellis Monach.* siuè quià aliqua Ecclesia Parrochialis sit illi vnita, vel de mensa ipsius Monasterij, *Clem. vn. §. quidam etiam ecclesias, vbi glos. in verb. ad mensam, de excess. Prælat.* sed tantùm
85 prohibitum † esse, nè obedientiarius in ipsa cura instituatur, qui possit ad nutum Superioris remoueri, atquè ità Canones non improbant aliud, quàm amouibilitatem, nè videlicet inter Præfectũ curæ animarum, & ipsam Ecclesiam contractum, censeatur matrimonium temporale, ipseque Parer videatur habere temporales filios, vt benè explicat *gloss. in cap. vn. in verb. perpetui, eod. tit. de Cappell. Monach. in 6.*
86 Vndè fit, quod licèt † Vrbanus Tertius statuerit, vt in Ecclesijs, vbi Monachi habitant, per Monachū Populus non regatur, sed Cappellanus, qui Populum regat, ab Episcopo per Consilium Monachorum instituatur, Itaut ex solius Episcopi arbitrio, tàm Ordinatio eius, quàm depositio, & totius vitæ pendeat conuersatio, vt in *d. cap. 1. extr. de Cappell. Monach.* & successiuè Bonifacius Octauus expressiùs ordinauerit, nè Presbyteri, qui ad curam Populi per Monachos in eorum Ecclesijs præsentantur Episcopis, & instituuntur ab ipsis, cùm debeant esse perpetui, consuetudine, vel statuto quouis contrario non obstante, ab eisdem, nequeat Ecclesijs, nisi per Episcopos, & ex causa rationabili amoueri, vt pariter dicit *tex. in d. cap. vn. eod. tit. in 6.* Nihilominùs improbatio consuetudinis, vt dixi, referenda est ad consuetudinem regendi curam per Vicarios temporales, siuè seculares, siuè obedientiarios, manente semper in hoc integra vi ipsius obedientiæ.
87 Nàm † quòd Ius simplicitèr non improbet consuetudinem regendi, vel exercendi curam per ipsos Regulares, ideoquè istud induci possit consuetudine, post alios docuit *Abb. in practt. cap. 1. nu. 6. ad fin. vers. sed credo consuetudinem, de cappell. monac.* & firmauit *Rota in præallegata Vlixbonen. Iuris conferendi*; Idquè esse de Iure, videtur sentire *Ioan. Andr. in cap. statutum 22. nu. 3. de elect. in 6.* licèt controuerti nequeat, hodiè id parciùs
88 tentandum, ob frequentiam † clericorum secularium, in quorũ dumtaxàt defectum, videntur Religiosi ad munus istud euocari à suis Claustris, in quibus naturalitèr degere debent, vt videtur resoluere *Bellam. in can. In Parrochia n. 9. 16. q. 1.* vbi sic intelligit *text. in can. doctos cum seqq. ead. quæst.* & docet etiam *Io. Andr. in cap. 2. sub n. 16. vers. ego dico de stat. monach.*

In his ergò Ecclesijs Parrochialibus, subiectis alicui Monasterio duo cadunt subiecta, videlicèt
89 Cura † ipsa animarũ, & Curæ exercitium, Ità inter se disiuncta, vt vnum non contingat necessariò alterum, *Abb. in cap. extirpanda 30. §. qui verò in 1. lectur. num. 6. de praben. & in 2. lectu. num. 15. Fastol. dub. 25. cum alijs per Mandos. de signatur. grat. §. erectiones, vers. Vicaria huiusmodi*, ac proindè potest dari, quòd apud vnum sit Cura saltim habitualis, vt dicit *Abb. vbi suprà* & apud alium sit nudum exercitium, de qua re satis diximus suprà *in 20. quæst.*

Vt autèm percipiatur, qualitèr in hoc contingat alteratio Obedientiæ, siuè exilio; distinguendi sunt tres casus principales.
90 Prior est, † quando ex præscripto legis adiectæ in limine fundationis, Cura debet esse penès Monasterium, siuè Prælatum illius, & mandatur nihilominùs, eam exerceri mediante aliquo ex Regularibus subiectis, & amouibilitèr ad nutum; tamètsi enim talis lex videatur contra regulas Iuris communis, quià tamèn non est contra substantiam actus, omninò est seruanda, secundùm ea, quæ in præcedenti quæstione cõstituimus: Et hoc sinè casu iste Regularis, & obedientiarius poterit quandocunquè reuocari, manebitquè semper integra vis obedientiæ, nequè tamèn inde sequetur absurdum deductum ex temporalitate inter patrem, & filios, quià pater est ipse Abbas, aut alius Præfectus Monasterio, qui virtute electionis perpetuus est, quemadmodùm superiùs firmauimus, nequè hic obedientiarius habet aliquem titulum, sed nudum exercitium alieno nomine promouet, quod non est nouum, etiàm quoad seculares collegiatas Ecclesias, in quibus cura est penès Collegium, non penès singulos, *Rom. cons. 325. num. 3.* secundùm ea, quæ explicauimus *suprà quæst. 20. ex nu. 117.*
91 nàm etiàm in istis † vbi per Collegium, siuè Capitulum Cura alicui de ipso Collegio cõmittitur, is non dicitur suo Iure administrare, sed alieno, & Iure, & nomine, vt latè probat *Gabr. consil. 190. num. 10. lib. 2.*
92 Nisi tamèn † commissio fieret in perpetuum; vt enim præmisi, hoc semper intelligitur, si fiat amouibilitèr, nèc quidpiam aliud mandetur, quàm simplex, & nudum exercitium quod se benè compatitur cum ipsa amouibilitate, prout discernunt *Prob. ad Io. Monach in cap. super eo sub num. 17. vers. facit præterea de prabend. in 6. Oldrad. consil. 67. sub num. 2. vers. & non solum.*
93 Nequè verò inspecto Iure communi, † Collegiata ecclesia, præcipuè Regularium, quæ habet Parrochialem pleno Iure subiectam, etiàm circumscripto effectu legis fundationis, tenetur Curam exercere per Vicarium perpetuum, sed sibi permittitur eius cõmissio in exercitio, amouibilitèr, & ad nutum, *glo. in clem. vn. §. quidam etiam in verb. ad mensam circa fin. vers. aut pleno Iure spectat de excess. Prel. Bellam. in sum. 16. quæst. 2. sub num. 1. vers. item hoc verum.* Quidquid sit, vbi eam haberet, non pleno Iure, sed titulo simplicis Vnionis, quo solo casu arctatur administrare per Vicarium perpetuum, ex dispositione *text. in cap. extirpanda §. qui verò extrà de præben.* quem ità expli-

explicat, & cum praall. glo. conciliat Prob. in
pracit. cap. super eo, sub num. 69. post med. vers. &
dic per Vicarium perpetuum, eo. tit. in 6.

94 Atquè itá nulla subest ratio, † vt vis obedientię
hoc casu soluatur, vt in his terminis respondit Re-
buff. cons. 613. num. 1. 2. & 3. vbi tamèn quate-
nùs considerat effectum obedientiæ distinctum á
Iure singulari fundamentalis statuti Ecclesiæ, non
satis videtur discreuisse terminos istos, nàm totum
id in effectu pendet á Iure singulari, & sic intelli-
git Lap. in sapècit. cap. vn. sub num. 7. vers. vèl di-
cendum, iuncto vers. hoc quod dicitur, de cappell.
Monach. in 6. vbi quod primùm præsupposuit,
95 posse † per Monachos cōferri Parrochiales ad be-
neplacitum, statim explicat, vt procedat, si super
hoc exstet priuilegium, & itá quoquè est intelli-
gendus Franch. ibid. sub num. 5. simùlquè in hoc
96 verificari potest, quòd beneficium † curatum re-
gulare, possit esse amouibile, vt de hac circumstan-
tia debeat fieri mentio in impetratione, secundùm
Cassad. decis. 4. num. 4. de praben. vt enim dixi, Iu-
97 re singulari hoc potest induci, vndè etiàm † præ-
scriptibile est spatio quadraginta annorum, iuxta
dispositionem tex. in cap. eum de beneficio, de pra-
ben. in 6. & videtur sensisse Rota apud Seraph. de-
cis. 950. num. 2.

98 Alter est casus † quandò iuxtá dispositionem
d. cap. 1. & cap. vn. præsentatur per Monasterium,
& præsentatus confirmatur per Episcopum, seù in-
stituitur is, qui vice ipsius Monasterij habet gere-
re curam animarum, & qui propterea nuncupatur
Vicarius; Et hoc sanè casu euidentèr alteratur
vis obedientiæ, propter interuentum auctoritatis
Episcopi, etiàmsi non Presbyter secularis (vt in eis-
dem Iuribus disponitur, in quem non cadit huius-
modi Ius obedientiæ,) sed etiàm si aliàs sit merè
obedientiarius, qui ex Iure aliquo singulari contra
dispositionem Iuris communis sic debeat institui;
& secundùm hos terminos (quidquid aliqui alitèr
distinguant) quando videlicèt collatio facta est
obedientiario, loquuntur Silu. de benef. par. 2.
quæst. 22. sub num. 50. vers. & si per Episcopos, &
glo. pragmat. Sanctio. tit. de collatio. §. item quòd
Parrochialis in verb. perpetuis. Quippè tota hæc
alteratio prouenit ex facto ipsius Episcopi, Silu.
vbi suprà, ex ponderatione tex. in cap. ad hæc, de
offic. Vicar. & quòd id operetur auctoritas Epi-
scopi, & prærogatiua curæ Populi, docuit etiàm
Fel. in cap. per tuas, sub num. 4. vers. & quando
tales de maior. & obed. & clariùs exponit Franch.
in eo. cap. vn. sub num. 5. vers. & hoc operatur, de
cappell. Monach. in 6.

99 Concurrunt † siquidèm hoc casu duæ diuersæ,
& ad diuersa institutiones, videlicèt collatoria ti-
tuli, cuius subiectum est beneficium ipsum, & quæ
manat non ab Episcopo, sed á Superiore Regulari,
& altera, quæ ad differentiam huius dicitur institu-
tio auctorizabilis, cuius subiectum est simplex Cu-
ra, nèc procedit á Superiore Regulari, sed ab ipso
Episcopo tātùm, in quo radicatur ipsa Cura, proùt
docent Franch. post glo. in verb. ipsis, in praalleg.
cap. vn. sub num. 1. in 2. notab. & sub nu. 3. vers.
sed si ad Monachos, & sub num. 5. vers. & siuè ta-
lis fuerit, Gemin. nu. 2. qui omnes sentiunt, subie-
ctum istius auctorizabilis institutionis aliud non
esse, quàm ipsam Curam, & itá quoquè docuerunt
in cap. de Monachis, Butr. sub nu. 8. vers. Hostien-
sis verò, & Abb. num. 7. de praben. sicùt (vt dixi)
subiectum institutionis collatoriæ non est aliud,
quàm ipsum beneficium, vt benè etiàm declarat
Felyn. in supracit. cap. per tuas, num. 4. vers. &
quandò per tales Prioratus, de maior. & obed.

Et licèt, si ecclesia Parrochialis pleno Iure per-
tineat ad Monasterium, non videatur Episcopo
100 permissa institutio hæc auctorizabilis, quæ nèc † lo-
cum habet in Exemptis, Seraph. decis. 1304. nu. 3.
nihilominùs id referendum est ad actum personæ
101 ipsius Episcopi, quià in † effectu illa est implicita
prouisioni Abbatis ipsius Monasterij, qui censetur
Iure proprio instituere Vicarium, institutione col-
latiua, & eundem vice Episcopi, institutione aucto-
rizabili, vt docent Io. Andr. in cap. de Monachis,
num. 10. & Anchar. sub num. 7. vers. secundo ca-
su, extra de praben. & hanc quoquè vim discreti-
uam institutionis auctorizabilis á vi prouisiua ip-
sius beneficij agnouit Rota in Pampilonen. The-
sauraria, 23. Ianuarij 1617. coram Reuerendiss.
D. Coccino, & diximus etiàm suprà quæst. 25.
num. 13.

102 Postremus deniquè est casus, quando † Mona-
sterium habet Prioratum, qui licèt non sit Conuē-
tualis, est nihilominùs curatus, & tamèn Cura non
exercetur per Priorem, sed per Presbyterum secu-
larem, iuxtá terminos tex. in clem. 1. §. caterum de
stat. Monach. Et hoc sanè casu, nequè iste Prior,
(quantumcunquè Regularis, & obedientiarius) ne-
què ille secularis, qui vice Prioris curā exercet, po-
test amoueri; de seculari enim nō est dubium, pro-
pter implicitā auctorizabilem institutionem, quæ
originalitèr ab ipso Episcopo deriuat; de Regulari
autèm, idest de ipso Priore, multò minùs, quià
Prioratus ipsius est curatus, non simplex Admini-
stratio, & in hoc á pari procedunt Prioratus Con-
uentualis, & Prioratus Curatus, quià scilicèt tales
Priores debeant promoueri ad Sacerdotium, &
residere in Prioratibus, vèl Administrationibus,
non autèm in Monasterijs, quemadmodùm docet
Io. Andr. in cap. 2. sub num. 10. super verb. tradan-
103 tur, extrà de stat. Monach. hinc enim † insurgit
ratio perpetuitatis, nè videlicèt promotus ad Sa-
cerdotium, intuitu, & ad titulum talis Prioratus, si
indè mòx moueatur ex abrupta voluntate Abbatis,
reperiat se ordinatum, & non habere titulum, qui-
nimò ab ipso titulo reiectū sine causa, quod latiùs
explicant in pracit. clem. 1. §. caterum. de stat. Mo-
nach. Vital. nu. 19. cum tribus seqq. & Bellam. in
manuscrip. Capranic. notab. 70. qui vltimus repro-
bat glo. & Paul. de Elcazar. qui visi fuerunt con-
trarium sentire.

104 Præterquàm, quòd iste Prior † videtur etiàm
habere spiritualem Iurisdictionem, etiàm actu, su-
per illum ipsum Vicarium suum, per tex. in cap.
super eo, & ibi Franch. sub nu. 3. de prabend. in 6.
& clarè docet glos. in extrauag. vn. §. quantum
autem ad modificationem, in verb. Vicarios perpe-
105 tuos, de praben. inter extrauag. Io. 22. quæ † so-

la

la Iurisdictio sufficit, vt non possit moueri sine cau-
sa rationabili, *Prob. ad Io. Monach. in eo. cap. vn. num. 3. de Cappell.* Monach *in 6.*

Quæ autèm de Vicario diximus, intelligi opor-
106 tet de perpetuo, non de temporario, qui † neque
Rector ecclesiæ dicitur, neque ex eius persona in-
ducitur vacatio, *Vital. in clem. vn. sub num. 7. su-
per verb. Rectoribus, de off. Vicar.* & cui ideò vix
107 nomen istud competit. Nã † ab eo nimis diuersus
est Vicarius perpetuus circa potestatem, huic enim
tandèm dicitur creditus grex; adeò vt cura eius-
dem gregis pertineat ad Rectorem ecclesiæ, cui
nèc tenetur ipse Vicarius quasi capiti respondere,
cum habeat Ius in re, *Vital. in ea. clem. vn. nu. 24.
& 28. vers. licèt Guglielmus*, & pro hac sententia
facit *glo. in can. adijcimus 16. quæst. 1.* quatenus
108 habet, † Monachos non posse in tali ecclesia præ-
dicare ratione Curæ, cum potestas ligandi, & sol-
uendi sit penès alium.

109 Et sanè † isti Vicarij, in quos transfusa est quo-
què cura, minùs propriè Vicarij dicuntur, cùm
nèc gerant vices Rectorum ecclesiæ, vèl ab eis de-
pendeant, sed habeant Administrationem auctori-
tate Iuris, adeò quòd non possint per Monachos,
seù Rectores ecclesiarum impediri in ipsius curæ
exercitio, *Prob. ad Io. Monach. in d. cap. super eo,
num. 19. & 20. de præbend. in 6.*

110 Atquè ideò † respectu ipsius curæ, sunt veri Re-
ctores, nè aliter possũt dici Vicarij, quã impropriè,
significatione ad aliud relata, videlicèt ad directam,
& principalem Rectoriam, vt benè explicat *Bella-
mer. decis. 701. incip. supposito, quod Episcopus,
sub num. 3. vers. Præterea Vicarius, & num. 5.* &
111 quòd ideò tales † Rectores non possint se ingere-
re in ipsius curæ exercitio prætextu habitus, ex-
pressiùs voluit *Abb. in præcitat. cap. extirpanda,
§. qui verò num. 15. vers. ex quo sequitur, de præ-
112 ben.* quo etiàm fit, vt † mortuo huiusmodi Vica-
rio perpetuo, dicatur Ecclesia per eius obitum
vacare, & esse viduata secundario Prælato, vt con-
cludit *Bellam d. decis. 701. nu. 5. ad fin. vers. modo
si propriè, Staph. l. de lit. grat. rubr. de qualit. &
stat. benef. §. circa secundam qualitatem, sub n. 10.
vers. hoc solum.*

Quoad vltimam inspectionem, pro illius intelli-
113 gentia scire oportet, posse dari casum hunc, † vt
Regularis obtineat beneficium ex collatione Præ-
lati secularis fungentis vice Prælati Regularis, quã-
do videlicèt agitur de Ecclesia Regulari, quæ vèl
sit Cathedralis, vèl Cathedrali sit vnita, tùnc enim
114 Episcopus † est etiàm loco Abbatis, vt est *text. in
cap. Causam quæ il primo, de Iudic.* & ibi notat
*Anchar. sub num 4. vers. primo oppono, Hostien. in
in princ. Io. Andr. num. 3. Abb. antiq. num. 2. Bel-
lam. sub num. 1. in verb. Abbatem, & num 2. Butr.
num. 8. Ioan. de Anan. nu. 2.* & alij, & vidimus su-
prà *quæst. 18. per tot.* quamuis hoc raro contingat,
vt dixit ibidem *Bald. nu. 4.*

115 Hoc itaquè casu, non † poterit Canonicus Re-
gularis, aùt obtinens dignitatem regularem amo-
ueri, nàm censetur alteratum Ius Obedientiæ, re-
spectu enim Prælatorum Regularium, quibus aliàs
essent subiecti, res videtur clara, vèl ex sola promo-
tione de ipsis facta per Episcopum, *can. Ne pro
cuiuslibet, qui in ordine est 37. 16. quæst. 1. Felyn.
in d. cap. causam quæ, num. 5. de Iudic.*

116 Respectu † autèm ipsius Episcopi, idèm prorsus
dicendum est, nàm propter excellentiam Episco-
palis dignitatis, quatenùs præest Regularibus, im-
mediatè præesse dicitur, nèc alienam repræsentat
personam, sed propriam, etiam in his, quæ respiciũt
Religionem, cum reputetur religiosior quouis Ab-
bate, & tanquàm verus Abbas Monachos recipiat
ad professionem, vt pulchrè docet *glos. vlt. in cap.
Nullus Religiosus, de elect. in 6.*

Vndè in eo repræsentatur duplex persona, vi-
delicèt proprij, & veri Abbatis, in his, quæ con-
cernunt Instituta regularia, & quæ ipse peragit,
mediante persona alicuius Regularis, vt declaran-
do *d. glos.* exponit *Gemin. in eod. cap. nullus Re-
ligiosus, sub nu. 7. vers. in ead. glos. de elect. in 6.* &
simul proprij Episcopi, quoad reliqua scilicèt non
pertinentia ad regularia Instituta, vt patet ex ea-
dem *gloss. & scribentibus in d. cap. Nullus Reli-
giosus*, & latissimè explicauimus suprà *d. quæst. 18.*

117 Quo fit, vt † dùm confert Canonicatum, aùt Di-
gnitatem in sua Cathedrali Ecclesia, non conferat
tanquàm Abbas, sed tanquàm Episcopus, neque
enim vllibi est Iure cautum, in ecclesijs Cathedra-
libus Abbati competere Ius cõferendi, & propterea
licèt Episcopus etiàm ibi sit loco Abbatis, tamèn
dùm actum collationis, non exercet tanquàm Ab-
bas, sed tanquàm Episcopus, impossibile est, vt eũ-
dem exerceat tanquàm in suum obedientiarium,
118 cũ † correlatiuorũ vno destructo, destrũatur etiàm
aliud, *l. vlt. de acceptil. cum simil.* quod perpetuò
est verum respectu eiusdem actus, *Menoch. con-
sil. 1192. num. 18.* & hanc sententiam probauit *Ro-
ta in præalleg. Pampilonen. Thesauraria 23. Ia-
nuarij 1617. coram Reuerendissimo D. Coccino.*

119 Quæ conclusio † ad hos ipsos terminos est re-
stringenda, vbi videlicèt Episcopus confert bene-
ficium, tanquàm Episcopus, si enim conferret, tan-
quàm Abbas, ex suppositione quòd ad Abbatem
pertineret, profectò vigeret adhùc Ius obedien-
tiæ, *Corn. cons. 193. litera B. ad fin. vers. nam abso-
num videretur, lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 Status vox, *significat qualitatẽ, & conditionẽ rei.*
2 *Status beneficij, quid.*
3 *Status beneficij mutatur spatio 40. annorum, pro-
prietas verò secus.*
4 *Qualitas faciliùs inducitur, quàm substantia.*
5 *Status beneficij, diuersus à beneficij vsu, & quomo-
dò differant inter se.*
6 *Clerici, alij Regulares, alij seculares.*
7 *Beneficia, alia secularia, alia regularia.*
8 *Beneficia aliqua per Regulares secularibus confe-
ribilia.*
9 *Regularia beneficia, non mutant statum in secula-
rem, si fuerint per spatium 40. annorum recta
per seculares, neque è conuerso; nisi fuerit sta-
tutum à principio, aùt per Episcopum, aùt per
Prælatum Regularem, habentem Iurisdictio-
nem quasi Episcopalem.*

10 *Bene-*

10 *Beneficia dependentia à Monasterio, vbi impetrantur per Clericos seculares, aut talis dependentia exprimitur, aut explicitè narratur quod sit consuetum conferri secularibus.*
11 *Beneficia, alia libera, alia subiecta Iuri Patronatus.*
12 *Beneficium seruitorium quid.*
13 *Beneficium Sacerdotale, aut simile, per annexionem ordinis.*
14 *Beneficia patrimonialia quæ ? remissiuè.*
15 *Beneficia Doctoralia, & de his remissiuè.*
16 *Beneficia Magistralia, quæ? remissiuè.*
17 *Beneficia debita certo generi personarum, cadunt sub reseruationibus Apostolicis, cum sua tamen causa.*
18 *Status beneficij probatur ex tenore fundationis.*
19 *Item ex legitima præscriptione.*
20 *Status beneficij præsumptiua probatio, quomodò deducatur.*
21 *Status vltimus beneficij attenditur, pro iudicando illius naturam.*
22 *Et quæ sit ratio.*
23 *Possessionis suæ commodo non est quis priuandus.*
24 *Status vltimus beneficij, præsumitur ab initio impressus, nisi constet de contrario.*
25 *Status vltimus beneficij, quàm latè differat à statu, siuè quasi possessione conferendi.*
26 *Possessio, siuè quasi conferendi, vèl præsentandi, prævalet proprietati, & sola attenditur.*
27 *Collatio supposita in reseruatione, vèl literis Apostolicis, refertur ad exercitium, non ad proprietatem.*
28 *Conferendi quasi possessio, seù eligendi, aut præsentandi, non suffragatur, vbi adest mala fides.*
29 *Proprietas, ad effectum vt absorbeat possessionem, debet constare notoriè, & quando probatio huiusmodi dicatur notoria.*
30 *Notorium constituitur ex publico instrumento.*
31 *Instrumentum quando dicatur Notorium constituere.*
32 *Proprietas, ad effectum, vt præiudicet possessioni in materia prouisiua beneficij, exigit liquidationem, antequàm actus prouisionis sit completus.*
33 *Possessio, siu quasi Iuris præsentandi, quomodò suspendatur lite pendente.*
34 *Ripæ doctrina in cap. cum Ecclesia Sutrina sub num. 130. vers. Ego consideraui, de causs. poss. & propr. reiecta.*
35 *Status vltimus beneficij, iudicatur secundùm tempus impetrationis.*
36 *Status rei, iudicatur secundùm tempus dispositionis.*
37 *Præsumptio, veritati cedit.*
38 *Status vltimus, & præsumptus, cedit probationi status antecedentis verè probati.*
39 *Et quæ sit ratio.*
40 *Status vltimus perpetuò attenditur, vbi agitur de iustificatione Gratiæ.*
41 *Nisi deducatur ex titulo infecto.*
42 *Vel qui non probetur effectuatus.*
43 *Effectuatio actus prouisiui, non datur nisi ex subsecuta possessione.*
44 *Status vltimus, nusquàm attenditur contra tertium impetrantem, & deducentem statum legitimè impressum.*
45 *Status antecedens, vt mutetur per subsequentem, exigitur tempus 40. annorum & continuum, & completum.*
46 *Itemquè bona fides.*
47 *Bona fides, pro inducendo statu beneficij, an debeat esse continua, & an sint coniungenda tempora.*
48 *Bona fides eadem, quomodò inducatur.*
49 *Status beneficij non potest mutari, nisi ab habente potestatem.*
50 *Status beneficij, vt possit mutari per inferiores à Papa, exigitur, vt ad eos collatio pertineat.*
51 *Status beneficij, si fuerit impressus per Papã, nullo casu potest mutari per inferiores ab ipso.*
52 *Status beneficij non censetur mutatus, nisi vltra potestatem concurrat etiam voluntas in mutante.*
53 *Voluntatis hominis status, triplex, concepta videlicet, probata, & scripta.*
54 *Voluntas, excluditur in ignorante.*
55 *Ignorantia facti, in dubio præsumitur.*
56 *Scientia, probari debet ab allegante.*
57 *Voluntas in mente retenta, nihil operatur.*
58 *Status beneficij, nunquàm censetur immutatus per actum eum eo compatibilem.*
59 *Status secularis non mutatur, si Religiosus Ecclesiæ præponatur iuxta cap. Quod Dei timorem de stat. monach.*
60 *Regularis, quomodò promoueatur ad Parrochialem, & hoc casu debet habere socium.*
61 *Et quomodò possit præsentari ad beneficium seculare.*
62 *Beneficium Iuris patronatus, si simpliciter confertur per Episcopum, hinc non colligitur animus præiudicandi Iuri patronatui.*
63 *Manuale beneficium, si per Papam conferatur in titulum perpetuum alicui Regulari, non censetur hinc mutatus status manualitatis.*
64 *Statum beneficij declarant literæ Apostolicæ, sed non mutant.*
65 *Præcipuè, si prouideatur tanquàm de reseruato.*
66 *Nisi etiam concurrat expressa voluntas mutandi.*
67 *Status beneficij legitimè impressus, non mutatur ex prouisionibus, siuè Ordinarijs, siuè Apostolicis.*
68 *Status beneficij mutandi voluntas, non præsumitur in Papa.*
69 *Etiam si prouideat Motu proprio, cum indè non remoueatur defectus intentionis.*
70 *Intentionis defectus Papæ circa mutationem status beneficij, perpetuò datur, nisi ostendatur, eum fuisse informatum de statu huiusmodi.*
71 *Status Ecclesiæ malè infertur ex statu beneficij, cum possit dari beneficium seculare in Ecclesia Regulari.*
72 *Beneficium seculare, quomodò possit esse in Ecclesia Regulari.*
73 *Ecclesiæ Regulari non potest præfici clericus secularis, neque è conuerso Regularis potest eligi ad Dignitatem secularem, præterquàm ex consuetudine.*

74 Secu-

74 *Seculares, prapositi beneficio in Ecclesia Regulari, non possunt indè amoueri nisi per Episcopum.*
75 *Beneficium seculare, potest mutari in Regulare, & è conuersò, per Episcopum, ex causa legitima.*
76 *Ecclesia Regularis, qua dicatur.*

QVÆSTIO XXXIV.

Status beneficij quid, quotuplex; qualitèr imprimatur, & mutetur.



EX hactenùs deductis, manifestum est, Ecclesiasticorum beneficiorum vnã esse substantiam, & formam: at nõ easdem, sed penitùs diuersas qualitates, ex quibus cõtingit, diuersimode quoquè alterum ab altero iudicari: Quam verò vnumquodquè imaginẽ, vt ità dixerim, contrahit ex cir-
1 cumpositis qualitatibus, nos statũ vocamus, † idest conditionem, & qualitatem, *l. Abducti, C. ad leg. Flau. de plagiar.* quasi quòd ex illis qualitatibus certum statum, idest certum habitum, & soliditatem in eo, recipiat, vt in *l. A Titio 108. §. vlt. ff. de verb. obligat.*

2 Est ergò status † beneficij, quid penitùs diuersum ab eius substantia, vbicunquè enim quæritur de statu, iàm supponitur beneficium, nèc quicquam aliud in controuersiam venit, quàm eius qualitas; vbi verò quæritur de beneficio, idest an sit, vel non sit; venit ipsa proprietas; Quod maximè præscire iuuat.

3 Nàm status † beneficij (vt infra latiùs dicemus) solo 40. annorum spacio mutari potest, secùs verò eius proprietas, *Put. decis. 232. num. 3. & per tot.*
4 *lib. 1. in nou.* faciliùs enim † inducitur qualitas, quàm substantia, *gloss. in l. talis scriptura 30. §. vlt. in verb. vniuersa, ad finem, vers. Item ibi substantiam, de legat. 1. Ias. in l. si seruum stichum 91. §. nunc videamus, sub num. 5. vers. faciliùs enim, de verbo. obligat.* atquè ità firmauit circa statum beneficij, Rota in *Perusina Sancti Benuenutis 13. Maij 1588. coram bo. me. Cardinali Pamphilio.*

5 Differt autèm † status beneficij, ab vsu beneficij; nàm status de quo loquimur, dicitur impressio illa certarum qualitatum, quę facit, beneficium à beneficio specie differre, Vsus verò dicitur simplex cõtingentia qualitatis aduersantis statui beneficij, in personam beneficiati, absquè huiusmodi impressione, cõtrario simplici vsu mutabilis, vt si seculari, de Regulari, vel è contra prouideatur ab eo, qui vt velit, prouidere potest, *Gemin. in cap cum de beneficio sub n. 8. vers. Item quia vbi non agitur, de preben. in 6. Felyn. in cap. In nostra, num. 43. de rescript. Seraph. decis. 950. num. 2. ad finem*, optimè *Rota in recent. decis. 188. num. 2. par. 1.* vel si qui potest prouidere, sine, & cum concursu, prouiderit cum concursu, *Rota in recent. decis. 646. num. 6. par. 1.*

Quamuis verò ex qualitates possint videri penè infinitæ, de quibus latè agit *Garz. de benefic. par. 1. cap. 6. per tot.* vt propterea status beneficiorum possit ad innumeras species referri; tamèn est aduertendum, omnes qualitates posse reduci ad tres species: Prima est, earum, quæ differunt inter se, ratione Collatariorum; & hæc efformat dupli-
6 cem beneficiorum statum, nàm † quemadmodùm Clericorum (qui soli capaces sunt beneficiorum, vt suprà vidimus) duplex est status, prout scilicèt alij sunt Clerici seculares, alij Regulares, *can. Duo sunt 12. quæst. 1.* Ità summa beneficiorum diuisio,
7 quoad statum spectat, hæc est; vt beneficia † horũ causa comparata, alia secularia, alia Regularia sint, iudicàturquè secularia ea, quæ secularibus, & Regularia, quæ Regularibus conferuntur, *cap. cum de beneficio, de praben. in 6.* nèc curatur, an Collator sit secularis, vel Regularis, sed qualis sit persona, cui confertur, *Felyn. in cap. in nostra num. 44. de rescript. Rota decis. 54. sub num. 1. vers. non obstat primum priuilegium, eod. tit. in antiq. Gonzal. ad reg. de mensib. gloss. 8. num. 38 & 39* non attento
8 per quem conferantur, † cum nihil sit, quin etiàm ipsi Regulares possint habere beneficia, quæ secularibus dentur in titulum perpetui beneficij, *Abb. in cap. de Monachis num. 9. ad finem de prabend. Rota decis. 54. num. 1. vers. Nec obstat dictum, de rescrip. in antiq. Felyn. in cap. in nostra num. 44. vers. septimo nota, in fine de rescript.* cum alijs allegatis *in causa Baren Prioratus 18. Aprilis 1614. coram bo. me. Cardinali Sacrato*, quæ legitur *in recentior. par. 1. decis. 578. num. 1.*

9 In quo statu imprimendo, † non idem est modus; quià si nõ repugnet Ius commune, pro imprimendo statu sufficiet simplex præscriptio quadraginta annorum, iuxtà terminos *tex in d. cap. cum de be-*
10 *neficio, de praben. in 6.* at † si repugnet, quià scilicèt tractetur de imprimendo statu seculari, beneficio Regulari, vèl è conuerso, nõ sufficiet talis præscriptio, nisi ostendatur, aut Episcopum, aut Prælatum Regularem (habẽtem tamèn quasi Episcopalẽ Iurisdictionẽ) beneficiũ ità à principio instituisse, vt *in eo. cap. cum de beneficio* docèt *Lap. Abb. sub nu. 1. & Gemin. num. 9.* ac etiàm *Felyn. in preallegat. cap. in nostra sub num. 41. versic. secundo, nota diligentèr de rescript.*

Hincquè inoleuit vsus, vt dùm confertur per Sedẽ Apostolicã beneficium, tãquàm dependens à Monasterio, exprimatur in indiuiduo talis depẽdẽtia, vèl quòd sit consuetum prouideri secularibus, vt notat *Paul. Hieronym. in pract. Cancell. super vacant. non referu. vers. Item si beneficium vacans fol. mihi 624.*

11 Altera est † earum, quæ differunt ratione actus prouisionis, siuè collationis beneficij, videlicèt, an collatio sit libera, vèl potiùs fiat ad Electionem, Nominationem, vèl Præsentationem alterius; nàm ex his qualitatibus, diuersus insurgit status ipsi beneficio impressus, vt indè iudicetur, vèl liberum, vèl seruum, *cap. significauit de testib. Lambertin. de Iur. patron. lib. 1. par. 1. quæst. 1. art. 3. num. 5.*

Et tertia denique est earum, quæ differunt ratione annexi, putà certi seruitij, vndè dicũtur aliqua
12 beneficia seruitoria, † ad differentiã merè simpliciũ, velùti cùm instituta sunt pro seruiendo Sacer- doti

doti in ministerio Altaris, *Staphil. de qualita. & stat beneficio. in princip. num.* 3. vel etiam Ordi-
13 nis, vndè † contingat beneficium esse Sacerdotale, vel Diaconale, aut alterius Ordinis, de quo statu dicetur *lib.* 3. Aut dignitatis, vel Officij, de quo statu visum est in superioribus quæstionibus, cùm de Cathedralibus, Collegiatis, Parrochialibus, & alijs Dignitatibus, & Officijs egimus; vel deniquè certæ qualitatis personæ, quià ad hoc fit institutum, seu fundatum beneficium, vt non nisi habenti talem qualitatem conferatur,
14 qualia sunt beneficia omnia † patrimonialia, de quibus latè agit *Gonz. ad reg. 8. de mensib. Gloss. 9.*
15 *§. 1. per tot.* vel Doctoralia, † seu Magistralia, de
16 quibus † idem tractat *ead. gloss. 9. §.* 2. aut aliàs de-
17 bita † certo generi personarum: Quibus casibus Ius illa prouidendi semper insidet, vel transfertur cum sua causa, etiamsi prætedatur reseruatio cum derogatione Statutorum, *iuxta gloss. vltim. in cap. cum in ecclesia tua, ad finem vers. Consuetudini ergò de praben. in 6. Aen. de Falco. de reser. q. 3. principal. num. 22. Seraph. decis. 1420. num. 1. & 2. Put. decis. 368. num. 1. & per tot. lib. 1. in nou. & decis. 229. num. 1. lib. 2.* & fuit responsum *in Meleuitana beneficij 14. Nouembris 1605. coram bo. me. Penia, & in Toletana Iuris optandi 27. Februarij 1614. coram Reuerendiss. D. Pamphilio,* qua de rè fusiùs in libro sequenti agetur.

Modus itaquè deprehendendi statum cuiusuis beneficij, duplex est: per veram scilicet eius probationem, & per præsumptam: Vera probatio dicitur,
18 quæ elicitur † aut ex tenore fundationis, *can. Monasterium cum seq. 16. quæst. 7. Milis in verb. beneficium vers. beneficia omnia sunt secularia, ad*
19 *fin.* aut ex legitima † præscriptione, *d. cap. cum de beneficio*, quæ tamèn vbi repugnat statui vltimo, eget plena, & concludenti probatione, *Seraph. decis. 1120. num. 1.*
20 Præsumpta dicitur, † quæ oritur ex simplici vltimo statu, prout colligitur ex eodem *tex. in d. cap. cum de beneficio, Bald. in l. si mater tua n. 3. C. ne de stat. defunct.* vbi quod si beneficium aliquandò fuit curatum, posteà verò fuit rectum, tanquam sine cura, debeat haberi pro non curato, & *Baldum* sequuta est *Rota ead. decis. 1120. num. 2.* post *Dec. cons. 126. num. 1.* & ità declarari totam *decis. 2. de praben. in no.* tradit *Felyn. in pract. cap. in nostra num. 44. in 7. notab. eo. tit. de praben.*
21 Vt iam nihil magis protritum sit, quàm † cùm agitur de iudicanda natura beneficij, attendi oportere illius vltimum statum, quod ex Modernioribus latissimè tradunt, *Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 55. per tot. & Genuen. in prax. Neapolitan. cap. 101. ibidem per tot.* occurrentquè passim doctrinæ, & decisiones, quas latissimè cumulat *Rota in recent. decis. 737. num. 3. par. 2.* & apud *Gregor. decis. 482. num. 7.*
22 Et ratio huius sententiæ est, quià status † ille præsens, consideratur tanquàm subiectum possessionis existentis apud ecclesiam, siue beneficium; vndè duo necessariò cõsequuntur: Primum & prin-
23 cipale, nè ecclesia, vel beneficiũ † priuetur commodo possessionis, *§. commodum instit. de interd.*
24 *l. 1. ff. vti possid.* & alterũ, vt † talis status censeatur ab initio impressus, quemadmodum docuit *Innoc. in cap. postulasti sub num. 1. vers. si autèm non apparet, de Iur. patron.* quem sequitur *Abb. in cap. nobis sub num. 8. vers. si verò non apparet de origine, eo. tit.*
25 Hinc verò resultat, quàm † lata sit differentia inter statum hunc beneficij, cuius materia continetur *in d. cap. cum de beneficio*, & statum collationis beneficij, quæ est propriè materia *cap. querelam de elect. & cap. consultationibus de Iur. patronat.* Siquidèm status beneficij, est subiectum possessionis existentis apud ipsam Ecclesiam, aut beneficiũ circa illius qualitates; status autèm collationis est subiectum possessionis existentis apud Collatorem aut, præsentantem, vel eligentem, tanquàm fructus ipsius collationis, præsentationis, vel electionis, vt ex mente *Rota decis. 188. sub num. 1. & decis. 229. num. 2. & 3. par. 1. in recent.* benè adnotauit *bo. me. D. Beltram. ad d. Gregor. decis. 77. sub num. 12. ad fin. vers. praedictis est conformis.*

Quapropter nò eadem est vis vltimi status beneficij, quæ est vltimi status, seu possessionis conferendi, vel eligendi: Nàm quando de hac quasi pos-
26 sessione † conferendi agitur, & indè causato vltimo statu, non attenditur quiuis anterior status contrarius (veriùs enim confligunt inter se antiquior, & recentior possessio, quàm antiquior, & recentior status aliquis) quo fit, vt manuteneri debeat qui postremo loco possidet, iuxta regulam *§. retinenaa Instit. de interdict.* etiàm si constaret nedùm de anteriori possessione, sed de proprietate alterius, cuius exceptio in hoc articulo nõ admittitur, *l. 2. ff. vti possid.* satisquè est, non detegi dolum, seu malam fidem, vt hoc casu sola opinio pertinentiæ, præbeat titulum, & in consequens operetur irretractabilitatem actus, vt benè docet *glo. in eod. cap. consultationibus in verb. credebatur, & in verb. remoueri*; Vndè etiàm in reseruationibus
27 & mandatis Apostolicis, in quibus † reseruantur, vel mandantur prouideri beneficia spectantia ad collationem, electionem, vel præsentationem aliquorum, non habetur in consideratione proprietas istorum Iurium, sed simplex, & nudum exercitium, atquè ità nuda, & simplex possessio, *Calder. cons. 23. sub num. 1. ad fin. vers. & hac videntur de prabend. Simonet. de reseruat. quæst. 70.* cum alijs adductis per *Gregor. d. decis. 77. num. 9. & D. Beltram. ad eam num. 12.*
28 Sufficit ergò hoc casu, ista quasi † possessio cum bona fide, si enim doceretur de mala fide, vel antequàm consumaretur actus, illa superinduceretur ex manifestatione veritatis; tùnc quidèm remaneret elisa ipsa possessio, & absorpta per proprietatem, iuxtà opinionem *Abb. in eod. cap. consultationibus num. 9.*
29 De qua tamèn proprietate † debet constare notoriè, idest vel per confessionem, vel per rem indicatam, *Seraph. decis. 555. num. 8.* vel per publicum instrumentum, cum instrumentum quoquè dicatur probatio euidens, & facere rem notoriam, *cap. cum dilecti, vbi Abb. num. 3. de donatio. Bart. in l. 1. in princ. num. 8. de nou. oper. nunciat. Alex. cons.*

conf.135.num.5. lib.6. Dec. conf.423. ex num. 9. Soc. Iun. conf. 127. num.7. lib. 3. & non secùs ac iudicatum, habet vim definirionis causæ, *Bald. conf.233. num.1. vol.1. Francisc.Becc.conf.339. num. 3.*

30 Et hanc opinionem, quòd † sufficiat hoc casu probatio proprietaris per instrumentum publicũ, tenuit *Rota in vna Lucana Iuris patronatus 23. Ianuarij 1612. coram bo.me. D. Pena,* & postmodùm *in Papien. Iuris patronatus 8. May 1613. coram Illustrissimo D. Patriarcha Hierosolymitano, & in Sancti Seuerini Cappellania 12. Ianuarij 1615. coram bo.me. Cardinali Saerato.*

31 Quod semper intelligerem, dummodò † non solùm instrumentum sit in forma authentica, verùm etiàm si contra illud nihil (saltim coloratè) releuans opponatur, vt post alios declarat *Soc. Sen. conf.266. sub nu.4. vers. vèl ad minùs, lib.2. Bursat. conf. 305. num. 3. & conf. 349. num.9.* & ità accipiendum est, quod de oppositione, & illius simplici effectu, scripsit *Dec. in cap. licèt causam num.106. secundum modern. impress. de probat.* & tùnc demùm instrumentum operari hanc notorietatem, quando fuit in forma authentica, & productum, decretaquè copia parti, (iuxtà practicam, quã docuit *Bart. in l. si quis obrepserit n.2. & 3. ff. ad l. Cornel. fals.*) nihil contra illud, quod releuet, oppositum est, colligitur ex eadem doctrina *Decij,* & explicat *Neuiz. conf.37. num. 20.*

32 Hæcquè notorietas probationis, † (vt suprà innui) exigitur, antequàm processum sit ad actum, ità enim loquitur *Abb. vbi suprà,* & qui eum sequuti sunt, *Paul. de Cittadin. de Iur. patro. par.6. art.3. quæst.7. num.16. Lambert. eod. tract. lib.2. par. 1. quæst.3. art.6. sub num. 4. vers. tertius est casus.* Si enim processum esset ad actum ante huiusmodi probationem, etiàm quòd postmodùm illa fieret, nullo modo haberetur in consideratione pro retractando actu iàm consumato, semèlquè sortito statum validitatis, quod patet ex doctrina supradictæ *glos. in eod. cap. Consultationibus,* & benè etiàm ità distinguendo, firmat *Rota diuers. par.2. decis.567. sub num. 9. vers. sed pro responsione dicitur,* vt enim dictum est, non habetur ratio proprietatis, quantumcunquè cum illa concurreret antiquior possessio, *Oldrad. conf.312. sub num. 2. vers. præterea cum litera,* præualet enim perpetuò posterior possessio, *Put decis.200. num.1. lib.1. Mohed. de priuileg. decis.8. Ferret. conf.132. n.10.* & sufficit vnicus actus pro aequirenda huiusmodi quasi possessione, quemadmodùm subdit *Ferret. ibidem num. 11.* traduntquè omnes *in cap. cum ecclesia Sutrina,* vbi in specie *Rip. num.91. de caus. possess. & propr. Alexand. conf.74. num.16. lib. 4.*

Atquè ità exigitur, quòd hæc posterior posses-
sio sit elisa ex probatione notoria, qua supposita,
33 non † officit illi, qui sic probauit litis pendentia,
quasi quòd possessor non debeat lite pendente pri-
uari commodo suæ possessionis, nàm in effectu non
inducitur huiusmodi priuatio, sed dumtaxàt suspẽ-
ditur actus, donèc de proprietate cognoscatur, dif-
ferendo illius exequutionem, cuius suspensionis ea
est ratio, quòd mota controuersia super proprietate, & super illa facta contestatione litis, non est dubium, possessorem in euentum succumbentiæ teneri ad restitutionem omnium fructuum; Vndè si institueretur (verbi gratia) præsentatus per possessorem lite pendente, & præsentator mòx succumberet in petitorio, non posset possessor restituere illum fructum, quià legitimè institutus remoueri non debet, ex *præalleg. cap. consultationibus,* proindequè satius est differre, & suspendere institutionem, donèc de proprietate cognoscatur, & si alitèr fieret, actus esset nullus, vt plenè declarat *Abb. in cap. ex literis num. 8. & 9. per tot.* & ibi etiàm *Butr. num.12. in princ. & ad fin. vers. tertius casus, de Iur. patron.*

34 Quàmuis † enim *Rip. in d. cap. cũ ecclesia Sutrina sub num.130. vers. ego consideraui, de caus. possess. & propriet.* circà hanc sententiam Abbatis, (quæ sibi visa fuit cõtraria doctrinæ eiusdem *in d. cap. consultationibus nu.9.*) considerauerit, posse distingui inter casum, quo constat de Iure proprietarij, & non constat de Iure possessoris, & casum quo constat de Iure proprietatis talitèr, vt etiàm indè liqueat de non Iure possessoris, velitquè in primo casu præualere actum possessoris, in secundo verò secùs, tamèn hæc eius distinctio nullo modo est recipienda, quià est contra dispositionem *text. in eod. cap. ex literis* in illis verbis, *vèl antequàm de Iure patronatus inter Abbatissam, & Militem controuersia esset suborta,* & contra rationem supradictam, proùt etiàm animaduertit ibi *glos. in verb. vèl antequàm per tot.* ac proindè fuit eadem distinctio plenis suffragijs reiecta in præallegata *Lucana Iuris patronatus 23. Ianuarij 1612. coram bo. me. Pena, quæ est inter recent. decis. 374. num.4. par.1.*

Quando autèm agitur de simplici vltimo statu
35 ipsius beneficij (quem † metimur secundùm tem-
pus impetrationis, *Rota decis.737. num.5. par.2.*
36 *in eisdem recent.* & regulare est, † vt vnaquæquè
res iudicetur secũdùm tempus dispositionis, *l. cum*
ad præsens 37. ff. si cert. pet. Decian. conf.69. n.11.
lib.1.) quià talis status (vt præmisimus) innititur
nudę & simpliei præsumptioni, quemadmodũ præ-
37 sumptio † veritati cedit, *l. continuus §. cum ità de*
verb. obligat. l. vltim. in princ. quod met. cau. cum
simil. adductis per *Decian. conf.40. num.84. & con-*
sil.44. num.82. lib.4.

38 Ità, & hic vltimus status † præsumptus cedit probationi status contrarij legitimè impressi, vt colligitur *ex text. in d. cap. cũ de beneficio, de præbend. in 6. vbi glos. in verb. post,* & ibi etiàm *Gemin. n.8. & Franch. num.5. Felyn. in supracit. cap. in nostra nu.44. de rescript. Milis in verb. beneficium, vers. beneficium si est impetratum tanquàm seculare,* & ità censuit Rota ex ponderatione *eiusdem tex. in cap. cũ de beneficio, in supracitat. decis 188. sub n.1. vers. quià licèt verum sit,* vbi attestatur de communi, *& decis. 229. sub num. 3. vers. cùm tamèn agitur de statu, par. 1. in recent.*

39 Ratio autèm præmissæ † Cõclusionis est euidens, quia dato statu antecedẽti legitimè impresso, iàm nõ agitur simplicitèr de inducendo nouo statu, sed

simùl de immutando præcedenti, quæ quidem immutario non poreſt contingere, niſi detur ſtatus fortior, & præualens, & ſic legitimè præſcriptus, vt benè docet *gloſ. in præalleg. cap. cum de beneficio in verb. poſt, Rota in præalleg. deciſ. 188. ſub num. 2. verſ. quià tunc primus ſtatus, par. 1. in recent.* nihil enim tàm naturale eſt, quàm vnumquodquè diſſolui eo vinculo, quo colligatum eſt, *l. nihil tā naturale, vbi Dec. & Cagnol. de reg. Iur.*

40 Et propter eà, ſicùti cùm agitur † ad effectū ſimplicis iuſtificationis gratiæ, poteſt conſtitui perpetua Regula, vt ſufficiat vltimus ſtatus hic præſumptus, *Aegid. deciſ. 116. ad fin. Seraph. deciſ. 1229.*
41 *nu.* 2. niſi deducatur † ex titulo aliquo erroneo, &
infecto, *Rota deciſ. 710 nu. 6. par. 2. in recent.* vèl
42 qui † non probetur effectuatus, *Rota ead. par. 2.*
43 *deciſ. 315. num. 6. ad fin.* ideſt ex † ſubſequuta poſ-
ſeſſione, & non anteà, *Rip. in ſupracit. cap. cum ecclesia Sutrina ſub num. 93. verſ. ſexto quæritur, de cau. poſſeſſ. & propriet. Oldrad. conſ. 229. nu. 2. Verall. deciſ. 237. num 2. cum duabus deciſ. ſeqq. par. 2.* cum alijs cumulatis per *Gonzal. ad reg. de menſ. glo 45. §. 2. nu. 37.*

44 Ità, vbi agitur † cum Tertio, qui probauit anteriorem ſtatum legitimè impreſſum, nullo modo attenditur ſtatus vltimus præſumptus, vt patet ex ſupradictis, fuitquè originalis diſtinctio *Bellam.* quæ placuit *Rota deciſ. 2. nu. 2. de præben. in nou. & in antiq. de probat. deciſ. 22.* & optimè etiàm explicat *Reuerendiſs. D. Coccin deciſ. 737. nu. 6. par. 2. in recent.* quæ ſuperiùs etiàm fuit allegata.

45 Vt autèm ſtatus præcedens † legitimè impreſſus, contrario ſtatu mutetur, plura concurrere debent, & primum quidem eſt tempus quadraginta annorum completum, & continuum, vt dicitur in *d. cap. cum de beneficio, vbi gloſſ. in verb. legitima, Rota d. deciſ. 2. de præben. in nou. Gonzal. d. gloſ. 7. ex num. 24. Seraph. d. deciſ. 950. n. 2.*

46 Secundum eſt, quòd tàm ij † qui hoc tēpore fuerunt prouiſi, quàm is, qui prouidit, ſint in bona fide, *Gemin. in d. cap. cum de beneficio, num. 9* & cæteri paſſim, *Rota deciſ. 229. num. 8. par. 1. in recentior.*

47 Quæ † bona fides, debet eſſe etiàm ipſa continua per totū dictū tempus, nàm tamètſi *Lap. Abb. in d. cap. cum de beneficio num. 1. ad finem, verſ. licèt poſtea,* quem ibi ſequitur *Gemin. d. num. 9. verſ. fatetur tamèn,* voluerit, non data bona fide in primo, poſſe nihilominùs continuari poſſeſſionem cum bona fide per alios ſequentes, nihilominùs nō poſſunt coniugi tempora ad firmandum ſtatum, ſed deducendum venit totum illud rempus, quo poſſeſſor malæ fidei beneficium obtinuit, ex his quæ ſcribit *Couar. ſuper regul. poſſeſſor §. 9. ſub num. 6. verſ. ſeptimo apparet, de reg. Iur.* & firmauit *Rota in Peruſina Sancti Benueniatis, 13. May 1588. & 17. Maij 1589. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

48 Inducitur autèm bona † fides, & mala excluditur, vbi non ignoratur ſtatus beneficij, ſecundùm quem, prouiſus illud non poteſt obtinere, ſaltim prout ſibi fuit collatum, *l. bona fidei, de verb. ſignif. can. ſi Virgo 34. quæſt. 1. vbi gloſſ. cum ſimil. Abb. in præallegat. cap. Conſultationibus, num. 5. de Iurepatr.*

49 Tertium, exigitur poteſtas † mutandi in ipſo Collatore, nàm ſicùti in Inſtitutione beneficij Eccleſiaſtici, atque ita in productione illius ſubſtantiæ, & qualitatis, requiritur factum, vèl Papæ, vèl Epiſcopi, ita in collatione ipſa alterutrius ipſorum exigitur factū, adeò vt alij Inferiores Prælati, tamètſi ad eos pertineat Collatio, nō poſſint cōferēdo mutare ſtatum beneficij, vt in *d. cap. cum de beneficio,* notant *Lap. n. 1. Archid. n. 7. Gemin. n. 7. verſ. Itē ſtatus,* & firmarūt Domini in *d. Peruſina Sancti Benueniatis,* & licet quoad Papā nō cadat quæ-
ſtio hæc poteſtatis, ſed tantùm voluntatis, de qua
50 infrà dicetur, tamen quoad Epiſcopos, † vèl alios
habentes Iuriſdictionē Epiſcopalē, dicendū eſt, eos poſſe ſtatū huiuſmodi mutare, ſi duo concurrant. Primum, quòd ad ipſos, & non ad alios pertineat Collatio, ſi enim ad alios pertineret Collatio, tunc nequè intraret bona fides; ex proximè dictis, nèc quicquam talis Collatio, velùti nulla, poſſet operari, *cap. cum noſtris, de conceſſ. præben. Gomeſ. ad reg. de triennal. quæſt. 27. in princ. Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina, ſub num 92. verſ. quarto requiritur de cauſ. poſſ. & propriet.* & firmatum fuit in *d. Peruſina Sancti Benueniatis,* rurſuſquè in *una Vrgellen. Parrochialis 13. January 1606. coram bo. mem. Cardin. Marcomontio,* & poſteà in *Ferrarien. Prioratus 1. Decembris 1606. coram bo. me. D. Penia.*

51 Alterum, vt ſtatus præcedens non † fuerit inductus per ipſum Papam, ſicùti enim vbi Papa prohibet (verbi gratia) beneficium alijs, quàm Regularibus cōferri, ſi Epiſcopus Secularibus conferat, nihil agit, propter expreſſam prohibitionem Superioris præſertim ſi habet decretum irritans, *Archid. in d. cap. cum de beneficio, ſub nu. 2. verſ. ſed pone quod Papa,* & ibi etiàm *Ambar. num. 2. verſ. ſecundo quæro, Gemin. nu. 5. & Franch. n. 3.* Ita, vbi ipſe ſtatum inducit, non poteſt inferior eundem ſtatum mutare propter ſcilicèt tacitam prohibitionem, *ex cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil.* atquè ità deciſum in his terminis in *d. Peruſina Sancti Benueniatis, 17. May 1589.* quo verò ad alios Inferiores ab Epiſcopo, neganda eſt abſolutè ea poteſtas, vt omnes ſcribunt in *præallegat. cap. cum de beneficio.*

52 Quartum, concurrere † debet voluntas mutandi, ab initio, aliàs non dicitur nouus ſtatus impreſſus, *Felyn. in præallegat. cap. In noſtra, ſub num. 41. verſ. ſecundo nota diligentèr, de reſcript. Silua de benef. par. 3. quæſt. 11. ſub num. 40. verſ. Item notandum eſt, Rebuff. ſuper concord. tit. de collat. gloſ. 2. in verb. regularia, Rota deciſ. 254. num. 5. & deciſ. 368. num. 4. par. 2. in recent.* & fuit plenè deciſum in *præallegatis Peruſina, Vrgellen. & Ferrarien.*

53 Proindequè cum multiplex voluntatis † ſtatus in homine conſideretur, conceptæ videlicèt, prolatæ, & ſcriptæ, vt poſt *Bald.* tradiderunt *Boer. deciſ. 1. nu. 8. Magon. Flor. deciſ. 57. num. 65. & Coſta de factis ſcient. inſpect. 1. num. 34.* vt de hoc voluntatis extremo doceatur, neceſſe eſt in primis iuſti-

iustificare scientiam de priori, & antiquo statu in
ipso, de cuius agitur voluntate; nèc enim quisquam
54 potest † animo concipere, aût quicquam velle cir-
ca id, quod ignorat, *l. & si consensum, §. si rem
meam, ff. de contrahen. empt. cum simil.* ignoran-
55 tia † autèm hæc in dubio præsumitur, *cap. ignoran-*
56 *tia, de reg. iur. in 6.* & qui scientiam † supponit,
eam probare debet, *l. omnes ad finem, C. de agri-
col. & cens. lib. 11.* latè *Rebuff. ad l. labeo. §. item
si Dominus, col. 3. vers. vigesimo secundo, de verb.
signif.* Mòx necesse est docere de voluntatis mani-
57 festatione, voluntas † enim in mente retenta, nihil
operatur, *l. si repetendi C. de condict. ob caus.* &
58 quòd illa sit clara, & perspicua; vndè si detur † ali-
qua compatibilitas cum statu antiquo, non est
censendus Superior animū habuisse eū immutandi,
Cald. cons. 19 vers. & hoc patet ex eo, de preben.
59 Hinc † si Religiosus præponatur Ecclesiæ Secu-
lari, iuxta *cap. Quod Dei timorem, de stat. Monach.*
licèt talis ecclesia per quadraginta annos per eum
gubernetur, non censebitur eius status immutatus
de Seculari in Regularem; quiá nisi Superior hoc
declarauerit, nō cēsebitur vnquàm voluisse, vt Regu-
laris ibi deseruiat regularitèr, sed secularitèr; atquè
ità nèc simplicem quidem vsum circa regimen mu-
tare, *Lap. in eod. cap. cum de beneficio, n. 2.* & ibi
etiàm *Gemin. num. 9. vers. dicit tamen.* Nil enim
60 prohibet, † quominùs Regularis promoueatur ad
Parrochialem, non tanquàm Claustralis, sed tan-
quàm Rector, & Clericus Secularis, ità ut tanquàm
alienatus à Monasterio, cum eo nullam retineat
communionem, nèc (tamètsi aliàs non deberet
stare solus, inquit *gloss. in Clem. vn. in verb. reuo-
cari, de supplen. neglig. Prælat.*) tenetur habere ibi
socium, vt voluit *Abb. in cap. Constitutis 47. sub
num. 2. vers. Idem dic si Monachus, de elect.*
61 Et hinc est, quòd † licèt Regularis non possit
præsentari ad beneficium consuetum regi per se-
culares; tamèn quiá id intelligitur si præsentetur
tanquàm Claustralis, aliàs secùs, *gloss. in Clem. Vn.
in verb. Secularibus, de supplen. neglig. Prælat.* Su-
metur interpretatio ad excludendam intentio-
nem mutandi statum, poteritquè talis Ecclesia,
consumpta prouisione, per secularem impetra-
ri, *Felyn. in d. cap. In nostra, num. 41. vers. & sub-
dit Dominicus.*
62 Similitèr, † si Episcopus contulerit beneficium,
non facta mentione Iurispatronatus, non censebi-
tur mutatus status, nèc interturbata possessio Pa-
troni; Sumitur enim interpretatio, quòd contu-
lerit, si Patrono placuerit, *Rota de Iurepatrona-
tus, decis. 10. in antiq. num. 5. Verall. decis. 189.
num. 2. par. 3.*
63 Hinc etiàm est, quòd licèt † Papa prouideat in
perpetuum alicui Regulari de Prioratu, qui de sui
natura est manualis, aût prouisionem idm factam
ad nutum per Inferiorem, in perpetuum confir-
met, quiá potest fieri interpretatio pro dispensa-
tione in persona, absquè eo, quod Papa habuerit
animum mutandi statum, semper sumatur interpre-
tatio pro exclusione voluntatis mutandi statum,
Calder. cons. 26. ad fin. de praben. consumptaquè
ea prouisione per vacationem, Prioratus resumat,
seu continuet naturam suam pristinam, *Butr. in
cap. Porrecta, sub num. 2. vers. & dicit, quod per
hoc, de confirmat. vtil. vel inutil. Felyn. in d. cap.
In nostra, nu. 45.* cum congestis per *Lap. allegat. 9.
sub num. 4. vbi Mandos.*
Ex eisdem paritèr sequitur, prouisiones Aposto-
64 licas, quàmuis, si † de contrario non appareat, op-
timè declarent statum, *Rota decis. 315. num. 1. &
decis. 580. num. 7. par. 2. in recent.* tamèn cùm de
mutatione agitur, vix esse, vt immutent statum
beneficij, *Aegid. decis. 107. Achil. de Iur. patr.
decis. 13 Seraph. decis. 1273. num. 2. & 1367. n. 4.
Rota decis. 337. sub num. 2. vers. hic autem non
adest voluntas, par. 2. in recent.*
65 Potissimùm † si Papa prouideat ex causa reser-
uationis, quæ beneficium in quocunque statu af-
ficiat, vèl concurrat possibilitas alterius reseruatio-
nis cum Clausula *siuè præmisso, &c.* velùti si proui-
deat tanquàm de dignitate, vacante tamèn in men-
se Apostolico; quàmuis enim ea prouisio sit fortì-
ta effectum, tamèn quiá potuit fortiri effectum
ex causa reseruationis mensis, indè non probabitur
status Dignitatis, *vulg. l. non ob hoc C. vnde legit.
Rota in supra allegata decis. 482. num. 1. vers. hoc
verò fundamentum, par. 2. in recent.*
66 Quod ità † recipiendum est in Papa, si non etiàm
concurrat eius scientia, & enixa mutandi volun-
tas, *Seraph. decis. 1301. num. 2.*
67 Nec enim † attenduntur ad istum effectum tales
prouisiones, prout nèc ipsorum Ordinariorum, vbi
constat de statu antecedenti contrario, ex supradi-
ctis, & dixit *Rota decis. 580. num 7. ead par. 2.* &
in his terminis firmauit *in d. Vrgellen. Parro-
chialis coram bo me. Cardinali Maremontio,* &
priùs *in Hostunen. Cappellaniæ, 17. Decembris
1599. coram bona mem. Cardinali Lancellotto.*
68 In Papa enim concurrit † duplex præsumptio,
voluntatis, videlicèt, quiá factum circa statum præ-
cedentem ignoret, & quiá sit difficilis circa vsum
potestatis in mutando, vt est *tex. notab. in cap. por-
recta, vbi Butr. ad fin.* & alij *de confirmat. vtil.
vel inutil.* Idquè locum sibi vindicat, etiàm si Pa-
69 pa prouideat † motu proprio, quiá indè non remo-
uetur defectus intentionis ipsius, *Paris. cons. 1. n. 76.
lib. 1. Gabr. de clausul. conclus. 2. nu. 18.* & firmauit
Rota in præallegata Perusina Sancti Benuenutus:
70 Qui defectus eatenùs intrat, quatenùs nō datur † in
eo scientia prioris status, quam nullus temporis
cursus potest inducere, vbi ex prouisionibus liquet,
vèl cum fuisse minus benè informatum, vèl ignoras-
se antiquum statum, ad tradita per *Dec. cons. 445.
sub num. 69. vers. sed ab ista præsumptione, Castr.
cons. 81. sub num. 3. vers. & si dicatur lib. 2. Alex.
cons. 1. num. 21. lib. 4 Gabr. de præsumpt. concl. 1.
num. 52.* & ita firmatum fuit *in d. Perusina 13.
Maij 1588.* & hæc quidèm procedunt, quando agi-
tur de ferendo Iudicio, ex propria qualitate bene-
ficij desumpta ex præmissis.
Etenim in hac materia prorsùs excluditur illa-
tio, quæ aliàs à proximo, vèl à contento, secun
dum Iuris permissionem posset deduci: Vndè ex
71 statu † beneficij non potest inferri ad statum
Ecclesiæ, in qua beneficiū consistit, cum nil sit, quin

in aliqua ecclesia regulari possint esse beneficia Secularia, & consueta per ipsos Seculares regi, vt est *tex. in cap. vlt. §. præcipimus, de stat. Monach.*
72 licèt † enim stent simùl, tamèn non permiscentur, vt ibi tradunt *Anchar. num. 15. vers. quod intellige, Io Andr. num. 15. & Butr. num. 16.* per eum *tex.* quod est in Iure argumentum efficax, sicuti
73 ti † Clericus Secularis non potest præfici in Prælatum, vèl fratrem ecclesiæ Regulari, ità & Religiosum non posse præfici in Decanum, vel Priorē, seù Præpositum, aùt fratrem in ecclesia Conuentuali Seculari, vt per *Hostien. ibidem nu. 25. vers. & sunt hæc*, vbi voluit hoc idem obtinere in Canonicis Regularibus, *vers. nunquid idem, & de Canonicis*, nisi fortè contrarium habeat consuetudo, vèl statutum fundamentale ecclesiæ, aut aliud Ius singulare, *Io. Andr. vbi upra sub eo. nu. 15.*
74 Vndè & † tales Seculares non per ipsos Monachos, vbi causa expostulauerit, sed per ipsum Diœcesanum debent remoueri, vt ibi notat *Hostien. n. 25. & Io. And. vbi supra*; quæ sanè intelliguntur,
75 durante videlicet eodē statu, nihil enim est † quin causa legitima subsistente, possit Episcopus procedere ad mutationem status de Seculari in Regularem, vel è contra, vt latè, qui rem hanc benè explicat, tradit *Gratian. forens. discept. cap. 473. ex num. 1. & per tot.*
76 Interim verò, Ecclesiam † Regularem eo à seculari distinguimus, quòd habeat Collegium Clericorum, vèl Conuersorum sinè proprio viuentium, cum Iure eligendi, vt post *Innoc. Compostellan. & Hostien.* docuit *Bellamer. in cap. ne pro defectu, num. 6. de election.* quod etiam superiùs attigimus *quæst. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Prastimonia, hodiè enumerata sunt inter beneficia Ecclesiastica.*
2 *Olim, vt, & ad quid introducta.*
3 *Quibus concessa.*
4 *In quibus consisterent.*
5 *Habent naturam diuersam ab alijs beneficijs.*
6 *Qua forma, olim per Sedem Apostolicam prouiderentur.*
7 *Prastimonia, nisi prouideantur in titulum perpetuum, non sunt beneficia.*
8 *Vbique tamèn hodiè conferuntur in titulum perpetui beneficij.*
9 Pensionis *vox in lata significatione significat omne debitum annuum, vèl menstruum.*
10 *Et omne debitum distributum per certa tempora.*
11 *Pensio, strictè quid significet.*
12 *Pensio, secundùm aliquos, à pendo pendis.*
13 Pendo, *pro soluo.*
14 *Pensio, à pendeo, quasi pendeat à beneficio, aliquibus dicta.*
15 *Species, est de genere suo.*
16 *Pensio, vndè verè dicta.*
17 *Pendentia dicuntur, quæ pendent ex tempore futuro.*
18 *Perpetuum dicitur, quod reseruatur alicui ad vitam.*
19 *Papa solus potest obligare successores in beneficio, extra eorum consensum.*
20 *Pensio perpetua super fructibus beneficij, per solum Papam reseruari potest, non etiàm per Episcopum, exeussa, & reprobata contraria sententia.*
21 *Pensio temporaria, aliquo casu potest reseruari per Episcopum.*
22 *Veluti in casu cap. nisi essent, de prebend.*
23 *Vel in casu cap. conquerente de Cleric. nō resident.*
24 *Vel denique pro seruitio Ecclesiæ, ex propria mensa.*
25 *Pensio reseruata per Episcopum, iuxtà terminos cap. nisi essent, de praben. non afficit successores in beneficio.*
26 *Sicuti, neque in alijs casibus sibi permissis.*
27 *Pensio reseruata per Episcopum, super fructibus suæ mensæ, pro seruitio Ecclesiæ impenso, quatenùs sustineatur.*
28 *Argumentum à contrario sensu, non admittitur in doctrinis Doctorum.*
29 *Pensionis reseruatio, facta per Episcopum, nunquàm afficit successores.*
30 *Pensio per Episcopum reseruata bona fide, excusatur à simonia.*
31 *Nisi tamèn præcesserit pactio.*
32 *Papa solus determinat, an licita, vel illicita sint pactiones, quæ cadunt in spiritualibus, siuè annexis, seu ordinatis ad illa.*
33 *Pensio perpetua, quòd possit reseruari per Episcopum, fundamenta adducta, & confutata.*
34 *Episcopos amisisse facultatem reseruandi pensiones ecclesiasticas ob eorum imperitiam, aliquibus creditum.*
35 *Episcopi hodiè non promouentur, qui non sint graduati.*
36 *Pensionis reseruatio, aliquibus casibus Episcopo permissa.*
37 *Arguere à Iure singulari, non permittitur.*
38 *Pensio si reseruetur per Episcopum, etiàm in casu permisso, Signatura non dat clausulam præseruatiuam executionis.*
39 *Pensionis reseruatæ per Episcopum, nusquàm datur per Papam confirmatio.*
40 *Et quarè?*
41 *Pensio temporaria, & manualis potest reseruari per Prælatum Regularem alicui Regulari.*
42 *Et est semper amouibilis.*
43 *Pensio temporaria, non habetur in consideratione, aùt respectu Regulæ de valore, aùt solutionis Annata.*
44 *Pensionis perpetuitas, respectu Regulæ de valore, quomodò æstimetur.*
45 *Pensionis perpetuæ causa impulsiua, quæ, & quæ finalis.*
46 *Causa impulsiua dicitur, quæ simpliciter occasionem præstat.*
47 *Pensionis reseruationis causa finalis, perpetuò est alimentatio.*
48 *Pensio, vbi reseruatur ex causa cessionis Iurium in casu concordiæ, quid consueuerit obseruari pro auertenda fraude.*
49 *Pensio reseruata ex causa cessionis Iurium, est iustificanda, & quomodò.*

50 Clau.

50 *Clausula*, vt commodiùs, vèl vt decentiùs sustentari valeas, *adiecta in literis pensionis, quomodò debeat iustificari*.
51 *Pensio, semper censetur reseruata ex causa alimentorum, præcipuè sit sit reseruata pro Clerico*.
52 *Pensio, reseruatur super fructibus beneficij*.
53 *Ij tamen fructus sunt in obligatione, non in solutione*.
54 *Pensio, non reseruatur de fructibus, sed de certa quantitate pecuniæ*.
55 *Fructus, aùt illorum quantitas, quo casu consueuerint reseruari loco pensionis*.
56 *Fructus, vbi reseruantur loco Pensionis, reseruatarius illos sibi percipit auctoritate propria, ad instar vsufructuarij, cui adsimilatur*.
57 *Fructuum reseruatarius loco pensionis, non tenetur ad iustificationem valoris*.
58 *Nisi quota fructuum esset taxata ad certam pecuniarum quantitatem*.
59 *Pensionarius, tenetur capere pensionem de manu Titularis*.
60 *Procurator ad resignandum sub reseruatione fructuum, aùt quota, non potest resignare sub reseruatione Pensionis*.
61 *Fructuum appellatione, omne emolumentum, & commodum continetur, latè sumpto vocabulo*.
62 *Propriè autèm aliud non venit, quàm quod ex fundo funditur, & renascitur*.
63 *Loquendi vulgarem vsum sequimur*.
64 *Pensionis Ecclesiasticæ vsus, quando, & quomodò aliquibus visus fuerit introductus*.
65 *Causa formalis pensionis, est concursus auctoritatis Papæ, & consensus Titularis*.
66 *Pensioni frustra consentitur sine auctoritate Papæ*.
67 *Pensioni cõsentiens, potest pœnitere, antequàm accedat auctoritas Papæ*.
68 *Pensionis reseruatio sine consensu, non conualidatur ex illius superueniêntia*.
69 *Consensus in pensionibus, alius formalis, & alius causalis, & quid differant*.
70 *Consensus formalis respicit formam literarum, non autèm gratiæ substantiam*.
71 *Et huic Papa passim derogat*.
72 *Consensui causali in pensionibus, Papa nunquàm derogat*.
73 *Et quare?*
74 *Rescriptum Principis, est indiuiduum*.
75 *Consensus pro parte, & pro parte dissensus, non potest dari in indiuiduis*.
76 *Consensus ad validitatem actus necessarius, sufficit, vndequaquè colligatur*.
77 *Scriptura vsui in vna parte, inducit approbationem in totum*.
78 *Acceptatio scripturæ in vna parte, ad ea quoquè se extendit, quæ propter aliud prolata sunt*.
79 *Supplicationes sub eadem, expediens prouisionem beneficij, censetur consensisse pensioni in eadem reseruatæ*.
80 *Etiàm quòd non ipse porrexisset supplicationem, sed alius pro eo*.
81 *Quod tamèn declaratur*.
82 *Ratificatio præsumpta, non trahitur ad ignota*.
83 *Ratihabitio, quando retrahatur*.
84 *Ratihabitionis retrotractio quando, & quomodo fiat*.
85 *Retrotractiua vis, pendet ex aliquo principio, quod ad se actum veluti finem, iure rapit*.
86 *Pensio si reseruaretur beneficio adhuc vacante, non esset locus regulæ de consensu formali*.
87 *Nequè tamèn adhuc excluderetur consensus causalis*.
88 *Pensione grauatum beneficium acceptans, conuenitur actione personali*.
89 *Pensio cùm reseruatur super beneficio Iuris patronatus, non est necessarius consensus Patroni*.
90 *Quod, quomodò intelligatur, explicatur*.

QVÆSTIO XXXV.

Pensio vndè dicta, quid sit, quæ eius causa efficiens, finalis, materialis, & formalis.



QVÆ hucvsquè percurrimus, eam partem Rei Beneficiariæ concernunt, quæ sub stricta appellatione beneficij continetur, nèc tamen rem ipsam perfectè trademus, si eam prætermiserimus, quæ sub lata quidem nuncupatione, sed ità proxima est strictæ, vt in pluribus communicet, nèc vsu minùs frequens sit, videlicet pensionis ecclesiasticæ materiam, quam tametsi à varijs, & ijs quidem egregijs Doctoribus antè hàc pertractatam, non grauabor hìc etiàm, eo contexere ordine, qui nèc à suscepto extraneus videatur, nèc Lectori ingratus sit.

Præstimonia olim huius fermè fuerunt condi-
1 tionis; priusquàm † enim concederentur in titulum beneficij perpetui, & inter beneficia enumerarentur, quemadmodùm enumerantur, *in cap. vlt. de concess. præben. in 6.* Vndè absolutè hodiè reputantur beneficia, vt in *cap. postulasti 27. de rescript.* docent *Hostiens. nu. 10. & Io. Andr. n. 4.* traditquè etiam *Staphil. de qual. & stat. benef. in princ. num. 4. Oldrad. consil. 81. sub nu. 1. vers. nam præstimonia*, quibus possunt addi propè infiniti congesti per *Gonzal. ad reg. de mens. glos. 5. §. 2. ex*
2 *num. 1. & per tot.* nihil aliud † erant, quàm certæ portiones fructuum deputatæ, atquè ideò præstari consuetæ per Capitula ecclesiarum, ijs qui literarum studijs incumberent, vt deducunt *Marsil. Colum. de Eccles. redit. orig. par. 2. cap. 14. num. 1. & Pacian. de probat. lib. 2. cap. 31. sub nu. 1. vers. & præstimonia*, cum multis, quos adduxit *Gonzal. vbi suprà, num. 2. & 3.*
3 Nequè verò alijs, quàm † Canonicis, vèl ipsius Ecclesiæ Clericis concedebantur, *Io. Andr. loco*
4 *superius allegato*; Iurequè id optimo, cum † in decimis, & alijs spiritualibus cõsisterent, vt per eũdem *ibid. sub nu. 7. ad fin. vers. saluo etiàm*, vndè
5 & † hodiè videntur, cùm dantur in titulum, adhuc diuersam naturam ab alijs retinere, *Abb. consil. 47. sub num. 4. vers. opitulatur huic conclusioni, & vers.*

6 *vers. si enim essent idem.* Et dùm † Sedes Aposto-
lica super illis rescribebat, inserebatur literis Clau-
sula, *admitti mandamus*, quoniàm ad Canonicos
Ecclesiæ originalitèr pertineat admissio, vt notauit
*Paul. Hieron. in pract. Cancell. Apost. inter no-
tab. super vacantibus non reseruatis vers. quandò*
7 *prouidetur, pag. mihi 674.* & sicubi † hodiè non
prouidentur, adhùc primordialem retinent natu-
ram, nequè inter beneficia reputantur, vt aduertit
*Milis in verb. beneficij appellatione continentur
præstimonia*: Cæterùm cum ferè vbiquè con-
8 sueuerint † dari in titulum, vt aduertit *Gonzal. d.
§. 2. n. 15.* iàm sub stricta beneficij appellatione
veniunt, *d. cap. fin. de concess. præben. in 6.* viden-
turquè eorum vices, respectu significationis latissi-
mæ, subiuisse eæ, de quibus nùnc acturi sumus, Pen-
siones ecclesiasticæ.

9 Pensionis autē vox, † dupliciter sumitur: primùm
latè, vt significet omne debitum annuum, vèl men-
struum; sic mercedem rei conductæ, pensionem re-
ctè dicimus, *l. diuortio 8. §. non solum vers. de
pensionibus, ff. solut. matrim. l. Paulo Callimacho,*
10 *§. Iulius de legat. 3.* & vniuersalitèr † quidquid per
certa tempora distributum, præstatur, *l. 3. §. si le-
gatum, & §. sed si ità, de ann. legat.* & mòx stri-
11 ctè, vt denotet † annuam pecuniæ quantitatem, ali-
cui in perpetuum debitam à Beneficiario, in eius
vitæ subsidium, super ipsius beneficij emolumentis,
per Papam reseruatam, de qua acturi sumus.

In vtraquè autèm significatione, vocis huius idē
12 est Ethymus: Dicta † est enim pensio non à pen-
do pendis, vt putauit *Gambar. de offic. legat. lib. 6.*
13 *num. 39.* quod est † soluo, *l. & in contraria 37.
ad finem, de vsur. l. si legatum, de oper. publ. l. si re-
munerādi, §. apud Iulianum, ff. mandat.* (hac enim
ratione omnis quantitas debita posset dici Pensio,
quod absurdum est;) sed dicitur à pendeo pendes,
14 non quia † pendeat à beneficio, vt post *Laurent.*
arbitratus est *Cardinal. in clem. 1. §. eadem nu. 4.
in 4. quæst. de supplend. neglig. Prælat.* quem se-
quuti sunt *Paul. Roman. de pension. Eccles. c. 2. n. 1.
Caccialup. eod. tract. quæst. 1. 2. & Gig. eo. tract. quæ-
stio. 1. n. 9.* (nàm vltra quòd assumptum dependentiæ
huius, non est verum, vt suo loco dicetur, sic indu-
ceretur diuersitas deriuationis inter eandem vocē
sumptam in genere, & sumptam in specie, quod
15 esse non potest, cum species † perpetuò sit de
suo genere, *l. 1. ff. si cert. pet. cum simil. ib.*) sed quià
16 ex † sui natura perpetuò pendet, idest debitum
stat in suspenso, siquidèm soluto debito vnius an-
ni, quod pendebat, incipit alterius anni debitum
pendere; atquè ità non datur, vèl minima tempo-
ris intercapedo, quo vi distributiua ipsius tem-
poris, non dicatur debitum pendere, idest in su-
spenso esse, vt pulchrè edisserit *Connan. in com-
ment. Iur. ciuil. lib. 4. cap. 15. num. 9. versic. nequè
enim propriè*, quem sequutus est *Ioann. Kal. in
suo lexico iuridico, in verb. pensitandum.*

17 Nequè enim minùs, vèl magis, aiìt † vniuersaliùs
pendentiam ex tempore, quàm ex re, cui cohæret,
æstimamus; sic fructus pendentes dicimus, quo-
rum colligendorum tempus nondùm aduenit, *l. &
quæ nondum, in princ. de pignor.* sic vindemiam
pendentem, *l. qui pendentem 26. de actio. empt.* sic
oliuam pendentem, in *l. si debitor 39. de contrahend.
empt.* & sic denique multa, quæ non iuuat hùc con-
gerere.

Huius verò pensionis Ecclesiasticæ causa effi-
18 ciens solus est Papa, quia cùm de illius † ratione
sit, vt duret ad vitam personæ cui reseruatur, & sic
dicatur constituta in perpetuum, *l. 1. ff. pro soc.
cap. ex literis, de constit.* cum alijs per *Bellam. de
permut. benef. par. 2 quæst. 5. num. 2. Bero. cons. 18.
num. 5. vol. 3. & Menoch. cons. 275. num. 35.* Ac
in consequens opus sit decernere, quòd afficiat ne-
dum præsentem titularem, qui ex proprio consen-
su obligatur; sed etiàm successores, quorum per-
sonæ prorsùs ignorantur, adeòvt illa eadem obli-
gatio transfundatur in successores prædictos, pote-
stas hæc maior est, quàm vt cadere possit in infe-
19 riori à Papa, qui † solus potest obligare successo-
res citrà eorum consensum, *Cassad. decis. 4. num. 6.*
20 *de pension.* atquè ità † indubitatum sit, Pensiones
istiusmodi perpetuas, non posse per alium, quàm
per ipsum Papam concedi, *Staphil. de liter. iustit.
§. 5. incip. Ad prædicta facit maximè num. 15.*
quod etiàm tradit *Mandos. de signat. grat. tit. ex-
tinctiones vers. distinguendum*, quem sequuta est
*Rota in recentior. decis. 437. sub num. 2. vers. cùm
pensiones perpetua part. 1.*

Et quàmuis multi opinati fuerint, Episcopos ex
aliqua causa posse reseruare pensionē ad vitā, quod
censuerunt *Gig. quæst. 6. num 2. Rebuff. de pacif.
poss. num. 120. & in praxi lib. 1. de reseruat. tàm
general. quàm special. num. 28. Camill. Caut. de
pensionib. Episcopalib. in princip. & ex num. 1.
Paul. Roman. de pension. cap. 4. num. 10. Caccia-
lup. eod. tract. quæst. 13. num. 4. Gambar de offic. le-
gat. lib. 6. ex nu 77. Hippolyt. Riminald. cons. 298.
nu. 26.* quam etiam opinionem (quàmuis ad alium
effectum) simplicitèr videtur approbasse *Rot. in
vna Meliten. Canonicatus 9. Martij 1595. coram
Illustrissimo Domino Cardinali Mellino, impressa
apud Marches. tom. 1. fol. 651. & in recentior.
part. 2. decis. 166 num. 4. quæ duplicatur part. 3.
decis. 234. num. 6.* & hanc opinionem latissimè co-
natus fuerit defendere *Garz. de benef. part. 1.
cap. 5. ex num 225.*

Nihilominùs isthæc assertio, ità simplicitèr acce-
21 pta, non procedit: Nàm † si intelligitur de pensio-
ne, latè sumpto vocabulo, pro quacunquè annua
præstatione, aliquo casu potest esse vera; & quidē.
22 Primo † quando Episcopus ex compromissaria
potestate inter duos super beneficio cōtendentes,
vni illorum beneficium adiudicat, & pro bono
pacis iubet, per eūdem, dùm vixerit, alteri aliquam
annuam quantitatem persolui, absquè vllo præiu-
dicio successoris, vt in casu *cap. nisi essent 21. de
præbend.* prout in his terminis consuluit *Anchar.
cons. 279. sub num. 1. vers. vndè computatis red-
ditibus*, quem probarunt *Dec. cons. 141. num. 4. &
cons. 436. sub num. 11. vers. & nedùm auctoritate,
& Felyn. in cap. ad audientiam, il secondo, sub n. 2.
vers. exemplifica conclusionem de rescript.*
23 Secundò † quando egente aliqua Ecclesia Mini-
stro, de consensu illius Rectoris, erigeret nouum
bene-

beneficium, & ex eiusdem Ecclesiæ superexcrescentibus fructibus vellet instituere annuum reditum, qui deinceps deseruiret pro dote noui beneficij erecti, iuxta terminos *text. in cap. conquerente, vbi Abb. num. 5. de Cleric. non resid.*

24 Tertiò, † quando assignatur per Episcopum certus reditus, ex propria mensa, alicui pro certo seruitio Ecclesiæ; quod si sit proportionatū, toleratur, ex latè deductis per *Oldrad. conf. 226. per tot.*

Hi verò tres casus non pertinent ad pensionem hanc, secundùm magis propriam, & strictam signi-
25 ficationem, nàm † in casu *cap. nisi essent*, illa pensitatio non transit ad successores in beneficio, neque potest Episcopus obligare successores in beneficio, quantumcunquè sit iusta transactio, vt præter dictum textum, qui hoc dicit in verbis, clarè etiàm decidit *glos. in cap. audiuimus in verb. pensionem, de colluf. detegen.* & dicitur ista pensitatio census, potiusquàm pensio, sic enim tam vocat *tex. in cap. de cetero, de transactio.*

26 In casu verò *cap.* † *conquerente* non fit reseruatio personæ alicui, sed rei, idest nouo beneficio; & denique in casu Oldradi tractatur de assignatione in remunerationem certi seruitij Ecclesiæ de consensu Capituli, quod non pendet ex potestate aliqua Episcopi, nisi in quantum ipse actum
27 auctorizat, sed à Iustitia causæ, & propterea † eatenùs etiàm ea sustinetur, quatenùs seruitium illud præstatur, & retributio est illi adæquata, aliàs nulla est eius assignatio, neque successores in Ecclesia afficit, & latè per eundem *Oldrad. ibidem ex nu. 6.* atquè ità non minùs tertius hic casus, quàm duo præcedentes ex toto recedunt à terminis pensionis, quæ personæ in perpetuum, illius mero intuitu reseruatur.

Addo, neque in casu isto Oldradi, illam assignationem esse perpetuam, vt successores afficiat, quod ipse expressè declarat sub *dicto nu. 6. vers. in casu tamen*; & licet in motiuis in contrarium per eum priùs adductis aliud asserat, & illis respondendo, neget iustitiam causæ suppositæ: Vnde *Gigas* à contrario sensu infert, subsistente ea institia, affici suc-
28 cessores, tamèn ista † argumentatio à contrario sensu non admittitur in doctrinis, & dictis Doctorum, vel glossarum, vt post *Euerard.* monent *Neuszan. conf. 16 sub num. 9 vers. præterea ità induc̄ere, & Ludouic. decis. Lucen. 53. nu. 55.* & constat,
29 quacunquè † res vertatur, eā assignationem ex sui natura non potuisse afficere successores, vt etiàm probat *Vital. in clem. 1. num. 51. & 52. de reb. Eccles. non alien.*

Si verò id intelligitur de pensione hac, strictè sumpto vocabulo, ea opinio minimè vera esse potest; & dum *Rebuff. Gig. Ҟiminal.* & alij suprà citati mouentur auctoritate *Anchar. Felyn. Dec. & Oldrad.* suprà citatorum, fuerunt falsa specie elusi; fateor tamèn, eorum opinionem quantum-
30 cunquè erroneam, † sufficere ad excusandum actum à labe simoniæ, prout in his terminis huic sententiæ simpliciter hæsit Rota in præcitatis duabus de-
31 cisionibus: quæ tamèn † excusatio non admittetur, si in priori casu aliquo modo præcederet pactio inter ipsas partes, nàm tùnc etiàm sub prætextu boni, concordiæ, & pacis; neque actus subsisteret, neque à simoniæ labe posset excusari, vt ità clarè disponitur in *eo. cap. nisi essent, Ҟebuff. eod. tract. de pacific. possess. num. 122. Camill. Caut. d.*
32 *tract. de Episcop. pension. nu. 5.* Solius enim † Romani Pōtificis est approbare pactiones huiusmodi, *Menoch. cons. 1117. num. 5.*

Neque huic sententiæ refragatur ratio conside-
33 rata † per *Ҟebuff. vbi supra num. 120.* quòd vbi aliquid permittitur à Iure, & Romanus Pontifex non reseruat sibi facultatem, possit Episcopus illud facere, nàm argumentum optime quidèm concluderet, si ipse ostenderet, quonam iure vnquàm fuerit permissum Episcopis reseruare pensiones perpetuas ad commodum alterius, grauādo Titulares, & successores in beneficio; causæ enim, seu casus per ipsum positi sub *num. 124.* non pertinent ad terminos pensionis huius perpetuæ, de qua agimus.

Hinc etiàm colligitur leuitas alterius assumpti ipsius *Rebuff. in praxi lib. 1. de reseruatio. tam ge-*
34 *nerali, &c. num. 28.* vbi scripsit, † nedùm per Papam (quod voluit *Hostien.*) sed per ipsummet Episcopum posse constitui pensionem Clerico, quousquè fuerit illi prouisum de beneficio; Verùtamen Episcopos ob eorum ruditatem, & literarum inscitiam (quam ipse vocat ignorātiam) ex non vsu facultatem hāc hodiè amisisse; Vndè *Camill. Caut. d. tract. de pensio. Episc. num. 4.* videtur subinferre, Episcopos hanc facultatem hodiè sibi resumere
35 posse, cùm ex † decreto Concilij, *sess 22. cap. 2. de reformat. & sess. 24. cap. 16.* debeant esse in Theologia, vel in Iure graduati, vt culpa suos tantùm teneat auctores. En, vt in re adeò seria, & periculi plena, abissus abissum inuocet? Ait Rebuff. Hostien. sem *in cap. cum essent, de simon.* docuisse per solum Papam posse alicui pensionem ad tempus reseruari, donèc beneficium Ecclesiasticum eiusdem reditus obtineat, Vitalinū autèm contrarium censuisse, in *clem. 1. de reb. Eccles. non alien.* sed fallitur, quià hæc sunt verba Vitalini ex num. 49. *Clerico etiam concedi potest certa Pensio, duratura donèc sibi fuerit prouisum de beneficio, vt notat Hostien. in cap. cum essent de simon. & Papa pluriès facit, & habui de facto*; atquè ità nihil de auctoritate Episcopi in hac re Vitalinus adstruit.

36 Neque etiàm † valet argumentatio à facultate singulariter aliquibus casibus Episcopo concessa ad facultatem reseruandi pensionem, proùt argumentatur *Paul. Roman. in supradicto cap. 4.*
37 *num. 10.* nàm † istud est arguere, nedùm ex diuersis, sed etiàm à Iure singulari, contra regulam *tex. in l. quod verò, cum duab. seqq. de legib.*

Atquè ex his concluditur, Episcopum, neque aliū inferiorē à Papa, citrà auctoritatem ipsius Papæ, posse pensionē reseruare alicui, quæ successores afficiat: Et propterea *Gomez in cōpend. vtriusquè signaturæ circa fin. vers. & est aduertendum*, non ità laxè loquitur, vt faciunt præcitati Doctores; sed
38 restringit se ad præmissos casus, in quibus † etiàm negat, exequutiuè procedi, neque per Signaturam rescribi cum clausula præseruatiua exequutionis, quod

quod etiam censuit *Vestr.in praxi lib. 3. cap. vlt.*
num.1. licèt præmissorum Doctorum aliquis, effu-
siùs videatur loquutus.
39 Et hinc est, † quòd si de facto Ordinarius pen-
sionem reseruet, petaturquè illius confirmatio à
Papa, nusquàm talis confirmatio conceditur; vèl
enim reijcitur supplicatio, vèl ipsemet Papa, nulla
habita ratione præcedentis facti per Ordinarium,
prouidet de beneficio, & pensionem reseruat, *Re-*
buff.d. tit. de reseru n.17. ad fin. vers. & confirma-
tio pensionis, quod alia ratione non constat, quàm
40 quià † Ordinarius funditùs hac in re caret omni
potestate, vt etiàm aduertit *Mandos. de signat.*
grat. §. confirmationes, vers. pensionis ab ordi-
nario.
Ab hac tamèn disputatione remouenda est Pen-
41 sio illa temporaria, & manualis, quæ † consueuit
per Prælatum Regularem super beneficio manua-
li, & amouibili, alicui Religioso, itidèm obedientia-
rio suo reseruari, *Abb. in præcitato cap. nisi essent,*
nu. 12. de præbend. est enim extra terminos istius
42 Pensionis perpetuæ, cum † vt dixi, sit amouibilis,
vt etiàm declarat *Cardinal. in præcitat. clem. vnic.*
in princ. sub num. 4. vers. quinto oppono, & latè
firmauit Rota *decis. 302. in recentior. par. 2.*
43 Vsquè adeò autèm † Pensiones istæ, ità dictæ
temporariæ, extraneæ sunt à Pensionibus, de qui-
bus nùnc agitur, & earum natura, vt non habeantur
in aliqua consideratione, aùt respectu Regulæ de
valore, aùt respectu solutionis Annatæ, in expedi-
44 tionibus, *Gregor. decis. 490. num. 3.* licèt † ad ef-
fectum Regulæ, perpetuitas ista alitèr considere-
tur, quàm existimauerint ibi relati per *Adden. n. 9.*
quod alibi declaro.
Quantum ad causam finalem, est aduertendum,
quòd licèt plures esse possint causæ impulsiuæ, qui-
bus impellitur Papa ad reseruandam pensionem
hanc, de qua nùnc tantùm agimus, nihilominùs
45 vnus dumtaxat est finis: causæ verò impulsiuæ † duæ
principales sunt; videlicèt resignatio, seù cessio, siuè
simplex, siuè pro concordia, & contingens noua
vacatio; omnes enim aliæ, vèl ad has duas reducun-
tur, vèl Pensionis huius terminos excedunt, velùti
cùm reseruatur pro stipendio, aùt simili alia causa;
finis in vtraquè est alimentorum suppeditatio: itàut
46 ista sit causa finalis, illæ verò impulsiuæ, cùm † sim-
plicem occasionem præstent, iuxta doctrinam
Bald. in l. generalitèr, num. 10. vers. secundo prin-
cipalitèr, C. de Episc. & Cler. quem sequitur *Franc.*
Becc. cons. 20. sub num. 10. vers. alibi.
Quocunquè enim Iure Papa prouideat alicui sub
47 reseruatione pēsionis, siuè ex causa † simplicis resi-
gnationis, siuè ex causa cessionis Iuriū pro concor-
dia, aùt simplicitèr pensionem reseruet, tàm in sup-
plicatione, quàm in procemio literarū inserit clau-
sulam expressiuā causæ huius alimentorum: nàm in
casu Cessionis etiàm ex concordia, concipitur per
hęc verba, *nè ex cessione tua huiusmodi nimium pa-*
tiaris detrimentum, &c. & cùm ex natura subiectæ
materiæ id referatur ad personam Clerici dimit-
tentis beneficium, vèl Ius in eo, præsefert intentio-
nem Papæ, eam reseruandi in causam alimentorum,
vt benè aduertit *Gabriel. cons. 187. nu. 11. lib. 2.*

48 Et quàmuis in simplici cessione Iurium † ex cau-
sa concordiæ, ob facilitatem fraudis, admodùm sit
inuigilandum, *cap. audiuimus de collus. deteg.* nihi-
lominùs etiàm in eius terminis datur dicta Clau-
sula, cum decreto afficiente successores in benefi-
cio; quibus tamèn nè fraus fiat, circa hoc est pro-
49 uisum, vt Pensionarius † teneatur, si non iustificate,
saltim docere de aliquo Iure cessibili, nàm quic-
quid sit, cùm agitur cōtrà eum, cui facta est cessio,
& pensioni consensit, contrà successorem hoc est
indubitatum, *Put. decis. 333. nu. 2. & 3. lib. 1. in no-*
uis Seraphin. decis. 677. num. 2.
50 In alio verò † casu simplicis reseruationis, cùm
vacat, vèl prouidetur beneficium, inseritur clausu-
la hæc *vt cōmodiùs*, vel, *vt decentiùs sustentari va-*
leas, &c. quicquid enim sit de hac clausula in lega-
tis, vèl alijs priuatorum dispositionibus, in hac ma-
teria Pensionis adiecta in supplicatione, & in lite-
ris Apostolicis causam alimentorum necessariò in-
fert; comparatiua enim illa *commodiùs, & decen-*
tiùs, exponuntur ex suppositiuo non conuenientiæ,
sed præsentaneæ possibilitatis, vt considerauit *Ro-*
ta diuersor. decis. 454. num. 10. ad finem, versic.
aiebant enim part. 1. & hanc sententiam probauit
Caccialup. de pens. quæst. 9. num. 13. qui licèt *n. 14.*
distinguat inter indigentiam, & non indigentiam
Pensionatij, hæc tamen eius distinctio facilè ener-
titur, cùm Papa illam supponat, & super supposito
ipso disponat, *clem. 1. cum ibi not. de probat.* hanc
eandem opinionem simplicitèr amplexus est *Gig.*
eod. tract. quæst. 51. num. 20. & sequuta est *Rota in*
recentior. part. 1. decis. 99. num. 3.
Quicquid ergò sit in alijs (vt ità dixerim) ano-
malis Pensionibus, in hac non cadit distinctio, an
sit reseruata ex causa alimentorum, vèl secùs, nàm
51 semper † hæc causa, vi dictarū clausularum censetur
implicita, quantūcunquè de alimētis non facta ex-
pressa mentione, vt latè consuluit *Hippolyt. Rimi-*
nald. in cons. 298. num. 11. & 13. præcipuè cùm
gratia fit Clerico, *Gabriel. cons. 191. num. 9. lib. 2.*
Causa materialis pensionis est certa pecuniarum
quantitas, nàm quàmuis pensio imponatur super
52 fructibus, † & emolumentis omnibus beneficij,
Gig. de pension. cons. 35. num. 9. Rota in recen-
tior. decis. 508. sub num. 3. vers. quod autèm par. 2.
53 fructus † tamèn hi, & emolumenta sunt in simplici
obligatione, *Put. decis. 10. num. 6. lib. 1. Seraphin.*
decis. 1429. num. 5. & Rota in recentior. dict. de-
cis. 99. num. 2. part. 1. non autèm in solutione.
54 Vsus † enim Sedis Apostolicæ non est reseruare
pensiones de fructibus; sed de certa quantitate pe-
cuniæ, vt rectè aduertit *Couarr. variar. resolut.*
lib. 1. cap. 15. sub num. 13. vers. tertio fructibus.
Hippol. Rimin. cons. 634. num. 4.
55 Et licèt ex magna † causa, & intuitu personæ ali-
cuius eximiæ, concedatur quādoquè gratia reser-
uationis fructuū, vèl quotæ illorū, tamē ea nō di-
citur Pensio, sed reseruatio fructuū, aùt quotæ nun-
cupatim loco Pensionis; quod innuit, illā esse quid
penitùs diuersum ab ista, *can. præcipimus 93. dist.*
56 & sic non † pertinet ad hanc tractationē, quinimò
nèc tali reseruationi fructuum, seù quotę, conuenit
nomen Pensionis latissimè sumpto vocabulo, cum
nihil

nihil tùnc Reseruatario pendatur, vèl pendeat, ex
quo auctoritate propria sibi, & ex se fructus perci-
pit, ad instar veri vsufructuari), *l. fundi Trebatiani*
de vsufr. legat. cui ideò æquiparatur in distinctio-
ne Pensionarij, vt aduertit *Rota decis. 508. sub n. 3.*
versic. reseruatarius autèm part. 2. in recentior. &
facit *Crescent. decis. 3. num. 4. de solut.* vndè iste
57 Reseruatarius non † tenetur iustificare valorē nar-
ratum, cum gratia non sit de quota valoris, sed de
quota fructuum, quā omninò percipit, siuè sint in
magna, siuè sint in minima quantitate, *Rota de-*
cis. 764. par. 3. lib. 3. diuers. hęcquè procedūt, nisi ea
58 quota † esset taxata ad certam quantitatem pe-
59 cuniarum; *Aebil. decis. 3. de renunc.* quod † non
contingit in pensione, quam tenetur Pensionarius
capere de manu alterius, vt per *Couarr. & Rimin.*
vbi supra, & per *Gambar. de offic. legat. lib. 6. n. 55.*
& 56.

Vndè, vsquè adeò hæc inter se diuersa sunt, vt
60 qui † habet mandatum ad resignandum sub reser-
uatione fructuum, aùt quotæ illorum, censeatur
excedere suos fines, & ità nihil agere, si resignatio-
ni consentiat sub reseruatione Pensionis in certa
quantitate, vt fuit decisum *in vna Zamoren. Parro-*
chialis 28. Maij 1586. coram bo. me. Gypsio, quam
probauit Rota *in recentior. decis. 293. ex num. 1. &*
per tot. par. 2.

61 Licèt enim nomen *fructuum*, † latissimè sum-
ptum omne emolumentum, & commodum com-
plectatur, *l. videamus. & l. vlt. de vsur.* tamèn
62 in sua propria significatione † nihil aliud significat,
quàm id quod ex fundo funditur, & renascitur, *l. di-*
uortio §. si vir. ff. solut. matrim. cui proprietati,
communis etiam vsus loquendi magis accedit,
quo. fructus à pecunia distinguitur; Vndè, & hunc
63 sequi † cōuenit, pròut in omnibus alijs sequimur,
Abb. in cap. 2. nu. 1. versic. nàm in omni dispositione
de arbitr. quod ponderatum fuit *in d. decis. 293.*
num. 1.

64 Minùs † ad tractationem hanc pertinet assigna-
tio illa possessionum Ecclesiæ, facta Prælato, vèl
Rectori, ex causa aliqua indè deturbato; ad illius
vitæ sustentationem, nihil enim habet commune
cum pensione, præterquàm, Misericordiam, nè fa-
me conficiatur, quàmuis hunc primum fuisse vsum
pensionum incœptum sub Sixto Tertio Anno 532.
existimauerit *Bursat. cons. 126. sub num. 90. vers.*
Sixtum Tertium.

Causa deniquè formalis pensionis huius, est con-
65 cursus † consensus Titulatis, & auctoritatis Papæ,
nàm nequè sine illo, Papa gratiam hanc facit, *Cas-*
sad. decis. 4. num. 6. de pension. Bursat. consil. 395.
66 *num. 28. Valenz. cons. 48. num. 1.* nequè † consen-
sus partium sine auctoritate Papæ aliquid præstat,
67 *Ferret. cons. 319. num. 4.* & si † pręueniat ante ob-
tentam gratiam, quandocunquè, nō obstante quo-
uis iuramento, reuocabilis est, vt apud *Rotam de-*
68 *cis. 437. nu. 2. par. 1. recentior.* & si † subsequatur,
gratiam non conualidat, *Cassad. d. decis. 4. num. 6.*
vers. nec obstat, quod ex post facto.

69 Est autèm aduertendum, duplicem exigi † con-
sensum, vnum & principalem, qui dicitur consensus
causalis, ità dictus, quià per modum causæ tàm in
supplicatione, quàm in literis narratur, & sic super
eo radicatur gratia: Alterum formalem, nimirùm,
qui præstatur in expeditione literarum, iuxtà Re-
gulam *Cancellar. 45. ad finem vers. nèc litera re-*
70 *seruationis.* De hoc secundo † nùnc non agitur, re-
spicit enim (vt dixi) formam expeditionis literarū,
non antèm substantiam gratiæ; *Mohedan. decis. 5.*
num. 1. & 2. de renunciat. Sarnen. in reg. de impe-
tran. benef. per ob. famil. quæst. 11. nu. 3. ad finem.
Paris. de resignation. benef. lib. 8. quæst. 8. nu. 117.
71 *Seraph. decis. 1465. nu. 7.* † vndè & Papa illi con-
sueuit derogare, *Paris. loco præcitato*, & causas de-
rogationis refert *Choek. ad Glossat. antiq. super ea*
ipsa Reg num. 47.

72 Primo † verò, idest, causali minimè vnquàm
derogat; quod fortè existimauit *Chock. ad reg. 43.*
de consen. num. 47. dùm ex vsu derogandi dictæ re-
gulæ infert, Papam posse reseruare pensionem sine
consensu Titularis, nequè enim in his cadit quæ-
stio potestatis, sed simplicis voluntatis, & vsus; &
non aduertit ad distinctionem horum duorum di-
uersorum consensuum: Enimverò tantùm abest, vt
primo illi cōsensui causali vnquàm deroget, vt imò
talis derogatio prorsus sit impracticabilis.

73 Nàm † quando Papa reseruat pensionem super
fructibus beneficij de Iure, & de facto vacantis, se-
cundùm terminos, in quibus versatur hæc nostra
disputatio; non procedit sub vna, & reseruat sub
altera supplicatione, vèl data; sed sub eisdem sup-
plicatione, & data vni confert beneficium, & alteri
pensionem reseruat, & in ea parte supplicationis,
in qua petitur reseruatio, adijcitur hæc clausula,
cuius (scilicèt titularis) *ad hoc expressus accedit*
consensus, quæ postmodùm in literis repetitur; quo
fit, vt semper Papa supponat consensum huiusmodi
causalem, illius verò probatio eo ipso iustificetur,
quòd titularis, velit, nolit, cogitur sub eadem sup-
74 plicatione literas expędire, † nàm rescriptum Prin-
cipis est indiuiduum, *l. 1. C. de diuers. rescript.* in
75 indiuiduis autèm non potest dari consensus † pro
parte, & pro parte dissensus, *l. cum quæreretur 17.*
de administr. tut. Angel. cons. 304. num. 5. versic.
quinimò.

76 Et regularitèr, † consensus ad validitatem actus
necessarius, sufficit vndequaquè colligatur, *Cassad.*
de renunc. decis. 1. num 3. & benè in casu præmisso
colligitur, cum ex sola receptione, & multò magis
77 ex † vsu vnius scripturæ, inducatur illius approba-
tio, vt per eum *text.* notat *Bart. in l. cum tabernā*
§. idem quæsiuit num. 4. de pignor. Mathesila.
78 *sing. 22.* quæ † acceptatio se quoquè extendit ad
ea, quæ proptèr aliud prolata fuerunt, *Ancharan.*
in clem. 1. num. 2. de Iureiur. & optimè faciunt tra-
79 dita per *Put. decis. 100. num. 2. lib. 2.* per † quæ ità
resoluit *Rota in vna Casalen. Pensionis 13. Iu-*
nij 1608. coram Illustrissimo D. Cardinali Caua-
80 *lerio*, vbi fuit hoc † etiàm ampliatum ad casum,
quo non ipse principalis porrexisset supplicatio-
nem; sed alius pro eo; si tamèn posteà expeditis li-
teris, in vim earum adeptus esset possessionem be-
neficij, quià tùnc censetur ratificasse gesta illius
nomine, ex *Caputaq. decis. 193. par. 1.*

81 Quod tamèn ego † non simplicitèr probo, tùm
quià

quià indè non cōcluditur ad scientiam Titularis de
reseruatione pensionis, cum in literis prouisiuis
nusquàm de pensione fiat mentio, & sic ratificatio
82 nèc † potest referri, & retrotrahi ad ignota, *Oldr.*
cons.329.num.10. Alexand.cons.135.num 2.lib.7.
cum alijs per *Surd.cons.28. num.118.*
83 Tùm quià, † ille consensus debet esse simulta-
neus, nèc sufficit, eum superuenisse ex post facto,
iuxtà Bellam. decis.4. suprà allegatam: Sed tùnc
demùm id procedere intelligerem, si ille idem, qui
porrexit supplicationem, positiuè consensisset no-
mine absentis, & constaret itidèm positiuè de ra-
tificatione Titularis, hoc enim casu, verè ratificatio
retrotraheretur, & haberet vim specialis mandati
à principio, iuxta *cap. ratihabitionem cum ibi not.*
de reg. Iuris in 6. Mohedan. decis.8.num.1. de Pro-
cura. aliàs ista retroctatio esset impossibilis, cum
remoueatur habilitas termini ad quem, nequè
84 enim † ratificatio retrotrahi potest, nisi vi præce-
dentis contractus, & vinculi illius, iuxtà pulchram
Theoricam *Bald. in cap.1.nu.16. & 17. de summ.*
85 *Trin. & fid. Cathol.* tota namquè † virtus retro-
tractiua pendet ex aliquo principio, quod ad se
suum finem rapit, vt elegantèr considerat idem
Bald. in l.1. sub num.11. post med. versic. non ob-
stat primum C. si plures vna sent.
Si autèm Papa (quod tamèn nunquàm contigis-
86 se vidi) reseruaret † pensionē, beneficio adhùc va-
cante, vtiquè nequè esset locus præfatæ Regulæ de
consensu formali, vt fuit consideratum *in vna Cu-*
sentina pensionis 31. Ianuarij 1596. coram bo.me.
D. Litta, impressa apud Marchesan. tom. 1.
87 *fol. 621. num. 4.* nequè † etiàm deficeret forma
hæc ex consensu causali, Papa enim illum tantispèr
suspendit, non autèm remouet, quià vt mòx proui-
det de beneficio, & prouisus illud acceptat pen-
sione grauatum, dicitur de facto consentire, & qua-
si contrahere, *§. hæres quoquè instit. de obligat.*
88 *quæ ex quasi contract. nasc.* vndè, † & contra eum
æquè ac contrà illum, qui positiuè consensit, & se
obligauit, datur actio personalis, *Verall. decis. 13.*
num.1. & 2. par. 1. & decis. 302. num. 1. part. 2.
Rota in recentior. decis.176. num.1. & 3. par. 2.
Ex hoc autèm, quòd causam formalem pensionis
statuimus in concursu consensus Titularis, & au-
ctoritatis Papæ, sequitur, vt supposito etiàm Iure
89 patronatus laico in beneficio, minimè † sit neces-
sarius patroni consensus; vt optimè deducit *Gigas*
de pensio.q.23.ex n.8. vers. istis tamen non obstan-
tibus, vbi sub *num. 11.* scribit etiàm, ex vsu, & sty-
90 lo Curiç ità receptum esse: Quod est † referendū ad
simplicem statum validitatis gratiæ ab initio, non
autèm ad illius durationem; quià nisi talis consen-
sus fuerit adhibitus, si patronus ad egestatē deue-
nerit, ità vt debeat alimentari, (secundùm ea quç in
91 sequenti libro exponemus) proculdubio † ad eius
instantiam remouebitur istud grauamen à benefi-
cio, siuè illius Rectore, quià cum iste sit vnus ex fru-
ctibus Iuris patronatus, vtiquè, patrono qui nō cō-
sensit à principio, non potuit inferri præiudiciū ali-
quod, *Abb. in cap. postulasti 30. n.2. ad finē vers.*
hæc procedunt, & nu.5. vers. aut ecclesia est Iuris
patronatus, de Iu. patron. sicquè est intelligendus
Graff. decisio. lib. 2. cap.50. num.12. cùm ibi cen-
set, ex dicta doctrina *Abba.* cōsensum patroni fore
necessarium, scilicèt nè adueniente casu, quo ipse
debeat recipere alimenta, pensio reuocetur, & sic
melior est hæc responsio, quàm allata per *Gigan.*
sub d. num.11. in vers. nec obstant adducta.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis ecclesiasticæ vsus, quo Iure fuerit intro-ductus.*
2 *Et an sit de Iure positiuo.*
3 *Text. in cap. extirpandæ §. Qui vero in vers. illud autem de præbend. explicatur.*
4 *Text. in cap. prohibemus, de censib. explicatur.*
5 *Pensionis reseruatio non pertinet ad Edictum, vt ecclesiastica beneficia sine diminut. conferātur.*
6 *Text. in cap. Audiuimus, de collus. detegend. explicatus.*
7 *Argumentum valet, à vi separationis partis à toto.*
8 *Indiuidua non habent partes, neque naturales, nequè intellectas.*
9 *Pensionis vsum, nèc quidem agnitum fuisse à Iure communi.*
10 *Pensionis vox, in quo sensu sumatur in cap. Audiuimus, de collus. detegend.*
11 *Ius commentitium, quodnàm in Iure dictum.*
12 *Iuris commentitij in promptu ferè semper ratio.*
13 *Pensionis vsus introductus, vt de superfluis egenis prouideatur.*
14 *Pensio antequam reseruetur, aliquibus visa est odiosa.*
15 *Pensio dùm reseruatur, quæ consueuerint per Sedem Apostolicam obseruari.*
16 *Pensio alij non reseruatur, quàm capaci beneficij.*
17 *Pensio, quibus hodie possit reseruari ex Constitutione 73. Pij V.*
18 *Pensionis Ecclesiasticæ sunt incapaces Clerici coniugati.*
19 *Pensio alteri reseruata, quàm capaci beneficij, videtur reseruata contra intentionem Canonum.*
20 *Pensio reseruata alicui tanquàm Clerico, est nulla, si non sit Clericus tempore reseruationis, nèc conualidatur ex superuenientia Clericatus.*
21 *Pensio illi validè non reseruatur, qui non habet Clericatum exequibilem.*
22 *Clericorum appellatione, latè sumpto vocabulo, veniunt etiàm Religiosi, & Deo deuoti.*
23 *Milites Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, veniunt sub lata significatione Clericorum.*
24 *Milites Regulares, dicuntur personæ Ecclesiasticæ.*
25 *Conuersi, dicuntur Religiosi.*
26 *Donati Religionis Hierosolymitanæ, sicut & ipsi Milites, sunt capaces Pēsionis, quod declaratur.*
27 *Pensionis Ecclesiasticæ, super fructibus beneficij secularis, non sunt capaces Regulares.*
28 *Regularis Militiæ, alij Fratres Milites, alij Fratres Capellani, siuè Clerici.*
29 *Et Fratres Milites, respectu Ordinis ordinatorum, dicuntur Laici.*
30 *Milites Hierosolymitani, emittunt tria vota substantialia Regulæ, & sunt veri religiosi.*

31 Et

31 Et quamuis degant extra Conuentum, & praestiantur Commendis, tamen pendent à nutu Magni Magistri, & eorum Commenda, seu Praeceptoria sunt amouibiles.
32 Milites Regulares, qui Matrimonio vtuntur, impropriè dicuntur Religiosi.
33 Religioni nihil magis repugnat, quàm Matrimonium carnale.
34 Votum continentia, commutatum in votum Castitatis coniugalis, non mutat substantiã Regula.
35 Milites Regulares, qua ratione dicantur persona Ecclesiastica.
36 Ecclesiastica persona dicitur, quicunque sortitur forum Ecclesiasticum.
37 Regularis non potest reputari, neque propriè, neque impropriè, qui ad libitum suum potest retrocedere ab Ordine.
38 Pensio super fructibus simplicis beneficij, non consueuit excedere medietatem eorundem fructuũ.
39 Residentia hodiè, ex generali consuetudine, non incumbit beneficijs simplicibus.
40 Pensio cùm imponitur super fructibus Parrochialis, aut mensa Episcopalis, qui modus seruetur.
41 Clausula dummodo, &c. adiecta in reseruatione pensionis, si non iustificetur, gratia corruit non obstante consensu, quem ipsa qualificat.
42 Pensionis reseruatio, nullo modo potest dici odiosa.
43 Superflua dispensandi inter egenos, nedùm Clericis, sed etiàm omnibus Christianis necessitas incumbit.
44 Pensionis reseruatio fauorabilis est, vanaque in hac re Titularium querimonia.
45 Praecipuè vbi facta est reseruatio tẽpore vacationis.
46 Pensio non reseruatur per Papam, nisi de consensu Titularis.
47 Pensiones, non inferre diuisionem beneficiarum.
48 Neque esse contra ordinem natura, & charitatis.
49 Congruentia redituum, non proprio affectu, qui in homine est inordinatus, sed ex arbitrio Legislatoris constituenda est.
50 Sumptuaria leges Fania, & Licinia, quid olim disponerent apud Romanos.
51 Pensio, malè apud aliquos audit, sed iniustè.
52 Liberè vox, adiecta in clausula dummodò quid importet.
53 Hospitalitas, per sacros Canones clericis indicta.
54 Destinata ad vnum vsum pium, non possunt in aliũ cõuerti, salua Sedis Apostolica auctoritate.
55 Fructuũ reseruatio loco pensionis, quatenùs odiosa.
56 Pensionis transferenda facultas, à solo Papa procedit.
57 Transferendi pensionem facultas, sub qua forma concedatur.
58 Regressus à priuatione ad habitum, non datur.
59 Pensio translata, an eadem sit numero cum prima.
60 Pensionis vox, in duplici sensu sumitur.
61 Actio, est Ius persequendi.
62 Pensionario contra Titularem datur actio personalis.
63 Pensio, est Ius quoddam.
64 Actio, dùm non extinguitur in persona transferentis, semper eidem directè competit.
65 Pensio, prout est Ius, idest actio, facta illius translatione, non est eadem cum prima.
66 Renouare aliud, & aliud de nouo quidpiã facere.
67 Pensio renouata, non dicitur noua pensio.
68 Pensionis cassatio, ad effectum translationis, quorsium fiat.
69 Actus agentis, non operatur vltra eius intentionẽ.
70 Correspectiuorum natura qua?
71 Pensionis translatio, non infert nouum grauamen Ecclesia.
72 Pensionis extinctio, qua contingit in illius translatione, tanquàm momentanea, non habetur in consideratione.
73 Aditio haereditatis ad effectum renunciandi, non obligat adeuntem.
74 Transferentis, & Translatarij coniungenda sunt tempora possessionis, ad effectum praesumendi iustificationem Gratia.
75 Pensio translata, in substantia semper est eadem cum prima.
76 Translata pensione, durat eadem obligatio Titularis, & fideiussorum illius.
77 Pensio translata, respectu persona Translatarij, censetur diuersa à prima.
78 Res eadem, diuerso Iure diuersa censetur.
79 Transferendi pensionem facultas, tribus ex causis concedi consueuit, qua his explicantur.
80 Translatio facta in quantitate excessiua, sustinetur pro modo permissa facultatis.
81 Transferendi pensionem facultas, diuersimodè conceditur intuitu persona, & intuitu Ordinis.
82 Nùnc dictio, restringit effectum ad tempus dispositionis.
83 Clausula nùnc & pro tempore reseruandas adiecta in facultate transferendi, refertur ad tempus translationis.
84 Qualitas iuncta verbo, inspicitur de tẽpore verbi.
85 Pro tempore clausula futura comprehendit.
86 Transferendi pensionem facultas concessa persona intuitu Ordinis, aut Officij, non durat vltra tempus, quo obtinetur Ordo, vel Officium.
87 Et quando dicatur potiùs contemplata persona, quàm Officium, vel Ordo.
88 Et quid si officium esset emptum pecunijs alienis, cum reseruatione libera dispositionis.
89 Officialis is reputatur, qui est descriptus in matricula, etiàm quòd Officium sit reseruatum dispositioni alterius.
90 Pensionis confidentiaria vsus, qualiter, & qua ratione introductus.
91 Pensionis commodum potest esse penès vnum, & actio ad illam penès alterum.
92 Pensionis confidentiaria vsus quis?
93 Et quomodò probetur reseruatio facta in cõfidẽtia.
94 Libro Dataria adhibetur fides, circa confidentiam in pensione reseruata.
95 Mandatum procuratorium in rem propriam, est irreuocabile.
96 Pensionarius confidentiarius constitutus Procurator, non potest reuocari, etiàm si in mandato deficiat terminus irreuocabilitèr.
97 Confidentialis pensio, si declaretur nulla, Reseruatarius liberatur à restitutione exactorum, cedendo actionem contra confidentiarium.

98 *Confidentiarij morte, extinguuntur omnes actiones in persona Reseruatary pensionis.*
99 *Pensio extinguitur cum persona Reseruatarij, in quo illa radicatur, etiam in casu confidentia.*
100 *Transferendi necessitas, in casu reseruationis pensionis confidentiaria.*
101 *Confidentia, qua ad euitandum Pragmaticas admittitur in pensionibus, non permittitur in alys casibus, vbi hac ratio cessat.*
102 *Praterquàm in casu, quo Papa prospicit alicui miserabili persona aliàs incapaci.*
103 *Pensio Ecclesiastica alys non assignatur, quam Ecclesiasticis.*
104 *Confidentiam alleganti, atquè ità simulationem ad commodum suum, incumbit onus probandi, cum causa ipsa simulandi.*
105 *Simulatio coniecturis probatur.*
106 *Confidentia adhibita in reseruatione pensionis, coniecturis probatur.*
107 *Confidentia in reseruatione pensionis, quibus coniecturis probari possit, vèl contrarijs excludat.*
108 *Transferendi facultas, non conceditur in reseruationibus pensionum super fructibus beneficiorum Italia.*
109 *Confidentiaria dispositionis effectus, totus intenditur in commodum, & vtilitatem persona contemplata.*
110 *Pracipuè si vtilitas sit intensa ad pietatem.*
111 *Pensio confidentialitèr reseruata, si sit nulla ex defectu persona Reseruatarij, adhuc sustinetur in radice causa finalis, ad commodum persona contemplata.*
112 *Trãslatio pẽsionis, quãdo reputetur odiosa, vèl secus.*
113 *Pensionis translatio, prorogat onus beneficio.*
114 *Futura ab euentu qua pendent, non habentur in consideratione, respectu damni & praiudicij.*
115 *Pensionis translatio, representat quandam speciem hareditaria successionis.*
116 *Consensum alterius, Papa supplet de potestatis plenitudine.*
117 *Pensionem potest Papa reseruare sine consensu Rectoris Ecclesia, de plenitudine potestatis.*
118 *Obligatio alicuius, non potest prorogari sine eius consensu.*
119 *Pensione translata, non transit quasi possessio trãsferentis in translatarium, nisi eo modo, quo transit possessio defuncti in haredes, scilicèt post apprehensam possessionem.*
120 *Surrogatio ad possessionem, quid operetur in translatione pensionis.*
121 *Adipiscenda possessionis remedium, datur tàm pro incorporalibus, quam pro corporalibus.*
122 *Possessorium retinenda, exigit possessionem in petente, & ideò non redditur simplicitèr surrogato.*
123 *Possessio semper est eadem ratione Dignitatis, licèt varietur persona.*
124 *Pensionis translatio, an valeat, in qua non est facta mentio de alijs oneribus, quibus grauatur beneficium? & concluditur negatiuè.*
125 *Translatio pensionis, quatenus sit odiosa, etiam vbi transfertur in vim simplicis facultatis.*
126 *Eadem, prorsùs non est odiosa, vbi fit per Reseruatarium in casu confidentia.*
127 *Pensio transferri non potest, qua dùm exigitur, implicat grauamen vltrà medietatem fructuum.*

QVÆSTIO XXXVI.

Quo Iure pensionis Ecclesiastica vsus fuerit introductus.



PATEFACTA ex præcedentibus tota Pẽsionis substantia, nùnc nobis est dis-
1 serendum, quo iure † fuerit illius vsus introductus; nàm sunt, qui existiment, cum à Iure reprobatum, cum *Hostien. in cap. ad audientiã, num. 2. de rescript.* sunt ex
2 diuerso, † qui asserunt, talem vsum esse de iure positiuo, non secùs ac sunt beneficia, *Gig. de pension. quæst. 2. sub num. 3. versic. sicuti ergò.*

Pro priori sententia Hostiensis affert tres textus,
3 primum † in *cap. extirpanda, § qui verò ad finem versic. illud autem, de præbend.* Verùm hic non facit ad rem, simpliciter enim prohibet dismembrari fructus ab Ecclesia Parrochiali, per quam dismembrationem ipsa efficiatur alterius Ecclesiæ censuaria; quod non conuenit terminis Pensionis; & de hac dismembratione, & illius iustitia alibi
4 agimus; Secundum in † *cap. probibemus, de censibus*, qui est Canon conciliaris, quo, duo prohibentur, videlicet, aùt Ecclesiam fieri alterius Ecclesiæ censuariam, vèl collatorem partem fructuum sibi appropriare, quod etiam decernitur *in cap. vnic. §. omnibus, ad finem, vt eccles. benef. sine dimin. confer.* sed nequè id ferit pensionem: Papa enim alijs, non sibi pensiones applicat, nequè etiam constituit vnum beneficium censuarium alterius; simplicitèr enim grauat personam Rectoris in certa pecuniarum quantitate, quod non pertinet ad grauamen aliquod ipsius Ecclesiæ, nisi quis nimis tropicè loquatur.
5 Et quod Edictũ illud † *vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferatur.* & pensionũ reseruatio verè, & realitèr se ad inuicè non contingant; quamuis aliqui parùm consideratè ex eo indè deducant nimiam contra pensionem inuidiam, agnouit etiam *Rota decis. 240. nu. 25. part. 1. diuersor.*
6 Tertium denique, † in *cap. audiuimus de collus. detegen.* vbi, si collusione facta inter duos, alter sustinuerit, se super beneficio ab alio molestari, vt sic illi cedenti, ex causa transactionis reseruetur annua pensio, decernitur, collusione decreta, colludentes ipsos beneficijs, super quibus collusum fuerit, spoliari. Quod euidentèr paritèr Hostiensis assumptum non probat, cùm per *d. textum* non prohibeatur vsus, sed abusus, non Pensio, sed collusio.

Pro sententia verò *Gigan.* quòd vsus hic sit de
7 Iure positiuo, affertur argumentum † ductum à vi separationis partis à toto, *cap. ad audientiam, de Eccles. ædific.* Vt quemadmodùm beneficia sunt de Iure positiuo, ita pensiones, quæ ex illis extrahuntur: quæ tamèn argumentatio non subsistit: nàm etiam

etiam quòd concedamus, beneficia esse de Iure positiuo, quod vti se habeat, suprà explicauimus, nulla ratione potest dici, Pensionem ex beneficio extrahi; cùm enim beneficium sit ius, atque ità quid indiuiduum, est quoque expers cuiusvis extractio-
8 nis, ex quo indiuidua † non habent partes, neque naturales, neque intellectas, *l. 4. & l. stipulationes non diuiduntur 72. de verb oblig.* quòd si pro beneficio intellexit reditus, & emolumenta beneficij, neque adhùc argumentatio procedit, quià reseruatio Pensionis fit in quantitate pecuniæ, penitùs distincta, & seiuncta ab ipsis fructibus, vt suprà quoque docuimus.

9 Ego verò existimo, † Canones vsum hunc pensionum Ecclesiasticarum nunquàm vel introduxisse, vel respuisse, imò nec agnouisse, & propterea rectè pronunciasse *Gabr. conf. 191. num. 1. lib. 2.* super hac materia non haberi leges, vel Canones; licèt enim in aliquibus fiat mentio de Pensionibus, constat tamen eos loqui de Pensionibus, latissimè sumpto vocabulo, non de hac, quæ per Papam ad
10 vitam alicuius pro alimentis reseruatur; Et † quamuis videatur posse opponi *text. in d. cap. audiuimus, de collus. deteg.* tamen si attentiùs legatur, non loquitur de hac Pensione, sed de præstatione voluntaria ex causa confictæ transactionis sine aliquo Papæ assensu, & sic (etiam citrà collusionis vitium) inefficaci, vt ibi aduertit *Abb. sub num. 1. ad finem versic. vnde conclude*: neque id alio consilio fiebat, quàm, vt staret pro indicio considerabilis alicuius Iuris, illius cui soluebatur, nè quando, vel collator, vel successor in beneficio cum in exactione impediret, vt considerat ibi etiam *Marian. Soc. sub num 8.*

Vndè minimè verum est, vsum prædictum inue-
11 ctum esse de Iure positiuo, † idest constituto à lege, vel à Principe; sed potius de Iure illi opposito, quod Paulus in *l. si pœna 10. ff. de pœn.* vocat commentitium, non ità dictum, quòd sit falsum, vel mendax, vt quidam perperàm comminiscuntur, nèc quòd sit fictitium, vt malè Budæus interpretatus est, quem simpliciter refert *Ioann. Kal. in suo lexico Iuridico, in verb. commentitium*, sed quià non à lege aliqua, vel à Principe constitutum, vel positum sit; sed simpliciter citra vllam Cõstitutionem, ab antiquo tempore receptum, vt explicant ad eandem *l. si pœna, Gothofre. in verb. commentitio, & Antonius Fab. ad tit. instit. de Iust. & Iur. in 2. princ. illat. 5. vers. Iuri positiuo.*

12 Huius verò † Iuris commentitij naturæ id perpetuò cõtingit, quod tamẽtsi Iuris positiui plerunque non possit assignari ratio, *l. non omnium, ff. de legib.* istius vix est, vt non possit, quià nèc facile sit, vt quod sine lege recipitur, etiàm sine ratione recipiatur, vt optimè aduertit *Antonius Fab. loco mox allegato*.

13 Inuestiganda † est igitùr istius introductionis ratio, quæ tamen non videtur obscura, quià cum constituerimus, finem esse prouidendi Egenis de alimentis, supponendi necessariò veniunt termini habiles, videlicet superefflluentia redituum in Titulari. Vndè breuitèr concludi potest, rationem fuisse prouidendi Egenis de eo, quod alteri superabundaret, quam attigit *Burfatt. conf. 126. sub num. 90. vers. secundo, vt Egeno*.

Neque enim alitèr reseruat pensionem Papa, quàm sub hac animaduersione, & sic communi & æqua lance vtendo, prout requiri ex sententia Diui Thomæ, tradit *Sot. de Iustit. & Iur. lib. 9 quæst. 7. in primo artic. col. 1 It. vers. ad vltimam denique particulam*.

Egeni verò, cùm semper fuerint, iuxta illud Domini *Pauperes semper habebitis vobiscum*; Punctus stat in firmanda ista superfluentia; nam qui illius mensuram, & rationem ignorarunt facillimè
14 pronunciarunt, † Pensiones in ipso reseruationis articulo esse odiosas, quicquid sit, postquam est facta reseruatio, vt post alios tradit *Gig quæst. 96. ex num. 1.* quem simplicitèr est sequutus *Gonzal. ad regulam mensium in 6. §. proœm. n. 21.*

15 Itaquè est prius aduertendum, † vti se habeat vsus Sedis Apostolicæ, circa duo: Primum in delectu personæ, cui Pensionem reseruat; Alterum circa dimensionem illius superefflluentiæ fructuum respectu personæ Titularis. Et quoad primum:

Quamuis ex natura subiectæ materiæ, laicus sit
16 capax Pensionis, vt suprà dictum est, tamen ex † vsu Sedis Apostolicæ, non consueuit aliis reseruari, quàm Clericis itàut eadem capacitas exigatur pro obtinenda Pensione, quæ est necessaria pro obtinendo beneficio simplici, *Nauarr. conf. 11 num. 2. de temp. ordin. Sanch. de Matrim. lib. 7. disput. 44. sub num. 9. vers. preterea quia incapax*, cum alijs per *Garz. de benef. par. 1. cap. 5 sub nu. 121.*

17 Vndè Sanctæ memoriæ Pius V. p. † suam Constitutionem sub *Datum 5. Idus Octobris 1568. quæ in nouo Bullario est 73. in §. 2.* cùm videretur vsus hic aliquo modo perturbari, statuit, vt deinceps, prætextu quorumcunquè priuilegiorum (quæ prorsùs irritauit, & reuocauit) laici etiam extra coniugium in cœlibatu viuentes, ac bigami, & Clerici coniugati, nullas nouas pensiones, aùt fructus, aùt omninò alias res Ecclesiasticas habere, nèc ipsi etiàm, qui coniugati non sunt, si ad primas, aut alias nuptias transierint, antiquas deinceps percipere; Clerici verò, & alij matrimonium etiam cum vnica, & Virgine contracturi, postquam illud contraxerint, nèc antiquas retinere, nèc nouas as-
18 sequi possent: Per quam Constitutionem † hodiè tenendum est, Clericos coniugatos haud quaquàm esse capaces Pensionum ecclesiasticarum huiusmodi, vt deducit *Henric. in summ. lib. 13. cap. 13. §. 2. & Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 17. ad finem, & num. 27.*

Neque tamen istud est Ius nouum, sed potiùs
19 declaratoriũ † Iuris antiqui, vt interpretemur, Sanctissimos Pontifices, cùm vsum hunc introduxerint, hanc quoquè habuisse mentem, vt non alijs personis, vellent pensiones istas reseruari, quàm quæ essent capaces Tituli, super cuius fructibus reseruarentur, nè quid in fraudem Canonum videretur attentari, vt docet *Abb. in cap. ad audientiam. il secondo, quod in ordine est 31. sub num. 5 vers in glo. 1.* & ibi etiam *Fel. num. 2. de rescript. Quintin. Had. in cap. de multa, sub num. 6. vers. qui tamen, de praben.*

20 Quæ quidem capacitas † requiritur de ipſo
tempore reſeruationis, nèc ſufficeret communis
reputatio,& mòx ſuperuenientia clericatus, *Rota*
decis.20. par.3. lib.3. diuerſ. & in recent. decis.
158. ex num.2. par.1.

Hincquè etiàm eſt,quòd ſicuti clericus, qui non
habet clericatum exequibilem, non eſt capax be-
21 ficij,ità nèc idem † ſit capax penſionis, vt contra
ſententiam *Nauarr.in conſ.11.num.5. de tempor.*
Ordin. Rota cenſuit, vt adnotatum eſt in fine illius
conſilij, *Gabr.conſil.189.ſub num.6. ad fin.verſ.*
tamen puto,& num.12.verſ.tamèn quià Papa,
volum.1.& rurſùs *conſ. itidem 189. num.6. vol.2.*
Pariſ.de reſign.lib.6.quæſt.4.ſub num.33.verſ. &
huiuſmodi translatio.

Similitèr hinc ſequitur, vt quàmuis appellatio-
22 ne † Clericorum, latè ſumpto vocabulo, veniant
etiàm Religioſi, & Deo deuoti, vt legitur *in can.*
duo ſunt 12. quæſt. 1. cùm nequeat in dubium
reuocari, etiàm ipſos Religioſos fore electos in
ſortè Domini,vt ibi refertur,vndè & Rota cenſuit,
23 Milites † Ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani
poſſe in hac lata ſignificatione dici Clericos, *Cæſ.*
de Graſſ.deciſ.47. aliàs ſub tit.de probat. deciſ.1.
24 *num. 15.* ſiquidem † omnes ij reputantur perſonæ
Eccleſiaſticæ, vt de Templarijs Militibus ibidem
pronunciauit *gloſ. in verb. conuerſi ad fin. verſic.*
25 *item licèt Templarij*; & de conuerſis † canon ille
expreſsè loquitur, qui cenſentur Religioſi ratione
habitus, & ſeruitij Religionis, cui ſunt addicti,
Abb.conſ.53. ſub num.3.verſ. multò fortius par.2.
*Rota deciſ. 8. de Iur. patron. in antiq.*Et in con-
ſequens etiàm ij omnes cenſeantur capaces Pen-
ſionis eccleſiaſticæ, vt pro Conuerſo, ſiuè Donato
26 Religionis † Hieroſolymitanæ, reſpondit *Rota*
deciſ.382.num.2. par.2.in recentior. quam ſenten-
tiam latè probauit *Gambar. de Offic. leg. lib. 6. ex*
num. 44.

Nihilominùs (quidquid ſit, vbi Papa intelligit
eorum ſtatum,in quibus terminis ij loquuntur) vbi
27 ſimplicitèr agitur † de capacitate ad Penſiones
ſuper fructibus beneficiorum ſecularium, vèl quæ
conſueuerunt ſecularibus prouideri, quià neque ij
ſunt capaces beneficiorum eorundem, ſimilitèr
neque erunt capaces Penſionis ſuper fructibus be-
neficiorum huiuſmodi; *Gig. de penſio. quæſt. 16.*
28 *num.6.& quæſt.17. ex num. 5.* ſiuè ſint † Fratres
Milites, vt in ſpecie Militum S. Ioannis Hieroſoly-
mitani,reſpondit Rota *in Nolana Penſionis 10.Ia-*
nuarij 1610.coram bo.me.Card.Sarrato, quæ legi-
tur impreſſa apud *Marcheſ.tom.1. pag.621. nu. 2.*
ſiuè ſint Fratres Cappellani, ij enim omnes,Regu-
lares ſunt, licèt diſtinguantur ratione Ordinis, vt
alij dicantur conſtituti in Ordine Militari, alij in
Ordine Clericali,*glo.in cap.1. in verb. perſoluant*
29 *de verb.ſignif.in 6.* itàvt qui ſunt Milites,† dican-
tur laici in comparatione Fratrum qui ſunt Cleri-
ci,qui eſt verus ſenſus dictæ gloſſæ, ſi rectè ponde-
retur, quæ non conſtituit differẽtiam inter Milites
Regulares,& Clericos, ſed inter Fratres Milites,&
Fratres Clericos; atquè ità accipiendi ſunt ij, qui
pronunciarunt,Milites Templarios,Hoſpitalarios,
& huiuſmodi eſſe laicos, non clericos, vt pronun-
ciauit *Innocen.in cap.1. ſub nu.4. verſ. laicos au-*
tem de celebrat. Miſſ. quem eſt ſequutus *Gemin.*
in cap.ex eo §.in eccleſiæ ſub num.3. verſ. quæro,
qui comprehendantur,de elect.in 6.Lamber.de Iu.
pat.lib.2.par.1.quæſt.7.art.5.nu.2.& art.7.nu.6.

Neque enim poteſt negari,quin ſint perſonæ ec-
cleſiaſticæ;quidquid ſit,an poſſint dici perſonæ ve-
rè Religioſæ, quià non omnes emittunt tria vota
30 ſubſtãtialia † Regulæ, prout emittunt Milites Hie-
roſolymitani,& qui propterea verè dicuntur Reli-
gioſi,nèc habent velle,& nolle,ſed depẽdent à nu-
tu Magni Magiſtri, etiàm reſpectu Præceptoriarũ,
quæ prorſùs manualia ſunt,vt cõcludit Rota apud
Mohed.deciſ.10.n.2.de cau. poſſ.& prop.Gratian.
diſcep.for.cap.457.ex n.24.Rota in recent. par.2.
deciſ.87.n.2.& fuit reſponſum *in Interamnen. bo-*
norum,apud Greg.deciſ.87.n.4.vbi bo.me.D.Bel-
31 *tram.alios cumulat:*Etſi enim † degant extra Con-
uentum,& præficiantur Præceptorijs, nihilominùs
in eis nuſquàm ſoluitur obedientia, neque proprij
quid habent;cum(vt dictum eſt)& eædem Præcep-
toriæ, ſint ad nutum amouibiles,vt in eadem cauſa
fuit reſponſum apud eundem *Gregor. deciſ.109. ex*
num.3. quæ latè fuit confirmata *die 10. Decembris*
1604. coram bo. me.D.Penia.

Quàmuis enim(inquam)iſti alij,qui Matrimonio
vtuntur, nõ poſſint dici verè,ac propriè Religioſi,
cum non emittant tria vota ſubſtantialia Regulæ,
32 ſed tantùm † impropriè, & largè, ob quendam
modum Regularem viuendi, vt poſt alios tradit
Socin. Sen. conſ.13. num.36. verſ. nonnulli verò
ſunt,lib.1.Seraphin.deciſ.121. num.3.

33 Et ſanè iure merito,cũ nihil magis† ex arce repu-
gnet Religioni, quàm carnalis Matrimonij nexus,
vt viuis rationibus demõſtrat *D. Thom 2.2.q.186.*
art.4.in corpore,& Domin.Sot.de iuſt.& iu.lib 7.
quæſt.5.art.3.in 2.col.verſ.concluſio tamèn noſtra,
34 etiàm † quòd admittatur, commutationem voti
conſcientiæ in caſtitatem coniugalem non mutare
Regulæ ſubſtantiam,vt in Militibus Calatrauæ pro-
nunciauit *Rota deciſ.266 nu.6 par.2. diuerſ.* & in
prællegata *Terulen. Penſionis 28. Iunij 1586.*
coram bo.me.D. Penia; dicuntur tamèn largo mo-
dò tales, vt per *Socin. ibidem,*ideſt,ſecundùm quid,
videlicèt quatenùs participant de aliquibus, quæ
ad ſtatum veræ Religionis pertineant, vt probant
iidem *D. Thom.d.art.4.in reſp. ad 3. & Soto, vbi*
35 *ſupra in vlt.colum. verſ. & ne primus,*& ſic † di-
cuntur perſonæ eccleſiaſticæ,iuxta *glo.in d.canon.*
duo ſunt: ex quo enim in aliquo proportionantur
Ordini eccleſiaſtico, & ideò habitum mutant, di-
cuntur perſonæ eccleſiaſticæ, vt pulchrè docet
Butr.in cap.vn. ſub num.13.ad fin. de obligat. ad
ratiocin.

36 Hinc enim ſortiuntur † forum eccleſiaſticum
ratione illius qualiſcunquè Religionis,& in conſe-
quens non poteſt controuerti,quin ſint eccleſiaſti-
cæ perſonæ, per *text. in eo. can. duo ſunt genera*
12.quæſt.1.Dec.in cap.eccleſia Sancta Mariæ ex
num.25. de conſtit. Nauarr. de redditib. eccleſ.
monit.55.num.15. Duard.ad Bull.Cœn.Domin.
lib.2.can.15.in 4.quæſt.

37 Quicquid dici poſſit † de illis, qui nullam emit-
tunt

tunt professionem, & ad libitum possunt recedere ab Ordine, ij enim nec propriè, nec impropriè reputari possunt Regulares, etiamsi habitum aliquẽ distinctum ab aliis gestent, vt determinat *Abb. in rubr. n. 4. vers. sed isti* Rectores. de Regul.

Quo vtiquè ad aliud cosistens in dimetien-
38 da hac superfluentia; si † beneficium sit simplex, non consueuit grauare Papa Titularem vltrà medietatem iusti valoris, vt ait *Gig. quæst. 9. sub num. 2.* altera verò medietas plusquàm superflua est, præcipuè respectu beneficiorum omninò simplicium, id est, quibus non est annexus Ordo, vel
39 munus residẽtiæ à Iure aliquo speciali; Hodiè † enim ex consuetudine generali, necessitas residendi in his simplicibus est antiquata, quæ tamen antea vigebat, *Innoc. in cap. final. sub n. 1. de Cler. nõ resid.* vbi etiàm *Card. n. 16. & Imol. n. 9. Tholos. de benefic. c. 7. n. 1. Cou. var. resolu. lib. 3. cap. 13. n. 3.* & sæpissimè Rotam respondisse constat ex *Cas. de Gras. decis. 115. aliàs 4. n. 4. de preb. & Greg. dec. 108. aliàs n. 4. & dec. 175. n. 2.* & aliis, quæ passim occurrent.
40 Si verò † beneficium sit curatum, non dat pensiones, nisi cum clausula *dummodò remaneant centum liberi pro Rectore*, si Ecclesia sit Parrochialis, vel cum clausula *dummodò remaneant mille pro Episcopo*, si sit Cathedralis, ex decreto Sacri Tridentini Concilij *sess. 24. cap. 13. §. ad hæc*
41 *de reform.* quæ clausula, *dummodò, &c.* † reddit gratiam conditionalem, & ità conseruat Iustitiam illius, adeò quòd ea non iustificata, gratia sit nulla, tamẽtsi consensus Titularis accesserit, qui sub eadem conditione censetur præstitus, *Cassad. decis. 10. sub n. 8. de rescript.* & inferiùs explicatiùs dicetur.
42 Quibus positis, resultat, reseruationem † Pensionis nullo modo dici odiosam, habet enim duas firmissimas causas Iustitiæ, videlicèt alterã ex parte eius, cui Pensio reseruatur, vt scilicèt egeat, & alteram ex parte eius, qui in opinione hominum grauari videtur, sed in rei veritate non grauatur, videlicèt, vt ei reditus Ecclesiastici superfluant; Quòd enim prorsus iustum sit, & sanctum, ex superfluis
43 ab † vno auferre, vt detur egenti, per eum, cui teditum Ecclesiasticorum absoluta est administratio, non arbitror quempiam esse, qui in dubium reuocet, cum nedùm Clerici ad horum erogationem in pauperes districtissimè teneantur, *can. sicut, 8. distinct. 47.* sed etiàm omnis Christianus, vt latissimè demonstrat *Cardin. Bellarm. in opusc. de arte benè moriend. cap. 4. per tot.* Atquè ità ex his
44 duabus circumstantijs † gratiam reseruationis pẽsionis penitùs honestari, & fauorabilem reddi, concludit *Fel. in cap. ad audientiam, il secondo, sub num. 2. vers. secunda conclusio, de rescript. Rota decis. 240. sub num. 24. vers. licet enim beneficia, par. 1. diuers.* & iniustissimè queri Titulares, quos acerrimè increpat, viuis rationibus probat *Gambar. de off. leg. lib. 6. ex num. 111. & Mandos. ad reg. 19 quæst. 11. ex num. 4.* præcipuè vbi agitur
45 de pensione reseruata † tempore vacationis, non de reseruanda ex post, vt ità accipienda est distinctio, quam faciunt aliqui apud *Gig. de pensio. quæst. 94. in princ. Gonzal. ad reg. de mensib. in §. 6. procem. num. 21.* & hanc sententiam probauit *Rota in Firmana pensionis 21. Februarij 1625. coram bo. me. D. Remboldo*. Quod igitur in nullo, Iuri communi aduersatur, immò valdè congruit, odiosum minimè dici potest, præcipuè vbi concurrit consensus eius, qui videtur grauari, quod suprà
46 ostendimus esse de forma pẽsionis, & in quod † perpetuò Papa defigit oculos, *Cassad. loco proximè allegato*, vndè abstergitur omnis consideratio odij, & iudicatur dispositio absolutè fauorabilis, vt tradit *Ancharan. cons. 153. num. 6.* & clariùs statuetur ex refutatione fundamentorum contrariæ sententiæ, quæ quatuor sunt præcipua, & quidem.
47 Primum, † per Reseruationes Pensionum, beneficia scindi, contra prohibitionem Conciliarem, in *cap. maioribus, de prebend.* & alibi; ità post multos *Gig. de pensio. quæst. 96. num. 1.* & per *Rotam decis. 454. num. 4. & 9. diuersor. par. 1.* quod tamen est erroneum, vt suprà ostendimus, cùm explicauimus causam materialem Pensionis.
48 Secundum, Pensiones † esse contra ordinem naturæ, & charitatis, ex quo, victus de Altari, subtrahitur seruienti Altari, cõtra doctrinam Apostoli, & è cõuerso applicatur non laboranti, vt ità fermè ex multis tradit *Gomez. ad reg. de infirm. quæst. 16. vers. prædictis tamen per tot.* & amplificat *Gig. dicta quæst. 96. sub eod. nu. 1.* nimis enim durum videtur, & irrationabile, vt cùm pensionarius in Ecclesia non laboret, nequè seminet, nihilominùs ex illa metat, & fructus sine labore manducet, vt ijdem aiunt, & scribit *Gonzal. ad reg. de mensib. glo. 5. §. 5. num. 39.*

Verùm, & istud cessat ex facto; quia quatenùs Beneficiarius seruit Altari, sibi relinquitur quod ei sufficit ad victum, & vltrà, nec potest queri de insufficientia mille, si sit Episcopus; vel centum, si sit Parrochus; cùm Sacrum Concilium statuerit, quantitates istas esse valde congruas: Congruentia enim
49 non † pendet à proprio affectu (qui, vt in homine est inordinatus, quod ex pluribus docet *Senec. in 3. de benef. c. 3.* ità perpetuò est contrarius æquitati, *cap. vlt. de elect. in 6.* facileque hinc resolutus in cupiditatem, nequè satietatem, nequè vllum admittit finem, *can. sicut ÿ §. interdum vers. nec satietas 47. distinct. glos. elegans in cap. vn. in princ. in verb. insatiabilis, de praeben. inter extrauag. Io. 22.*) sed pendet ab æstimatione, & arbitrio Moderatoris Reipublicæ, cuius præcipua cura est modum priuati cuiusque sumptibus ponere, & sta-
50 tuere, quemadmodùm † olim in Romana Republica, præcipuè in mensis obseruatum est, latis scilicèt duabus saluberrimis legibus sumptuarijs, Fania videlicèt, cuius summã refert *Athenæ. in conui. sapient. lib. 6. cap. vlt. post med.* & Licinia, quarum meminere *Macrob. in Saturnal. lib. 3. cap. 17. Gell. noct. Atticar. lib. 2. cap. 24.* & alij, quos ex nostris Iuris Consultis retulerunt *Io. Kal. de legib. in verb. Fania, & verb. Licinia, & Castill. de Bouadill. de Repub. lib. 3. cap. 4. num. 6.*

Quinimò semper cessat amaritudo hæc, propter consensum Titularis, qui ideò nõ potest allegare, se esse circumuentũ, *vulgat. c. scienti de reg. Iur. in 6.*
51 Tertium adducitur, quòd pensio † sit plaga fœtida ex percussione nerui Ecclesiasticæ discipli-

næ similitudinariè inflicta; Itâ, & plura alia dicteria in pensionum hunc vsum, excogitauit *Paulus de Roma dicto tractat. de pension. cap.8. num.22.* & confirmat *Gig. d. quæst.96. sub d. num.1. versic. & Paulus, & num.* 2. dicens, hinc multotiès accidere, vt detracta pensione non remaneat tantum Rectori, quod possit onera, ad quæ tenetur, persoluere, quorum præcipuum est Hospitalitas, pręter alia quatnor onera Episcopalia: Sed facilis est remotio istius querimoniæ, nępè ex facto, cũ semper præcaueat Summus Pontifex, vt remaneat congrua Titulari, pro cuius conseruatione, & plena cautione consuetæ Clausulæ, *dummodo remaneant mille, vel*
52 *centum*, † addit, *liberè*, idest sine aliqua diminutione, *Ruin. cons. 269. nu.3. lib.1. Gozzad. cons.47. num.9. Card. in clem. vlt. num.2. de ætat. & qualit.* atquè itâ deductis omnibus oneribus, *Felyn. in cap. ad aures, n.13. de rescript.* & infrà etiàm dicetur.
53 Et quoad onus † Hospitalitatis, scio equidem illud districtissimè impositum omnibus clericis, & Sacros Canones mulra circa Hospitalitatem huiusmodi religiosissimè decreuisse, vt legitur *in 42. distinct.* sed etiàm scio, onus istud passim transmitti.

Quartum deniquè est, quòd per reseruationes huiusmodi, destinata ad vnum pium vsum, in alium
54 conuertantur, † contra textum in *Clem.2. de Relig. Domib.* quod magnifecisse videtur *Rot. decis. 454. num. 6. par. 1. diuers.* quod tamèn nihil est, quia exigitur Sedis Apostolicæ auctoritas, quæ intacta in hoc, & illibata per eundem textum reseruatur ibi, *salua quidem Sedis Apostolicæ auctoritate*.

Atquè ex his concluditur, reseruationes Pensio-
55 nis nihil in se amari habere; quicquid † dici possit de fructuum reseruatione loco Pensionis, in cuius terminis loquitur prædicta decisio *454.* ea enim videtur quadantenùs repugnare Iuri communi, vt post alios tradit *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. ex num.* 3. tamètsi causæ honestas præualere adhùc valeat, *Rota d. decis.240. num. 24. par. 1. diuers.*
56 & † quicquid etiàm dici possit de reseruatione Pensionis in vim specialis facultatis transferendi, quæ aliquibus quandoquè concedi consueuit per Papam, qui solus talem facultatem potest indulgere, *Rota decis.129. num.3. par.1. in recent.*
57 Nàm † est aduertendum, in facultatibus huiusmodi, semper vèl præscribi, vèl præscriptam censeri formam hanc, vt Indultarius veterem pensionem per Papam reseruatam extinguat, & mòx aliam eiusdem quantitatis, vigore Indulti, super eisdem fructibus reseruet ad fauorem cuiuslibet, de qua forma attestatur etiàm *Cassad. decis. 10. sub nu.8. vers. vnde de extinctione, de rescript. Gig. de pens. quæst.74 num.1. Vestr. in praxi lib.3. cap. vlt. n.2. vers. communis eius forma:* Vndè inducitur diuersitas subiecti; ex quo noua pensio non potest cen-
58 seri eadem numero cum prima, nè † contra naturam à priuatione ad habitum detur regressus, *l. manumissiones. ff. de Iust. & Iur. Menoch. cons.204. num.38.* supposita autèm hac diuersitate, nihil est, quin hæc secunda pensio possit diuerso iure censeri à prima.
59 Verùm, primùm id resoluendum est, an † verè, & realitèr Pensio translata, sit eadem cum prima; & mòx videndum, an in illa militet ea ipsâ causa fauoris, quæ militabat in prima. Quod plurimum controuersum in Sacro Palatio obseruaui, & etiàm decisum; sed non adeò declaratum, vt cuiquè benè pateat vera resolutionis ratio.
60 Est igitur præmittendum, † Pensionem (quod pertinet ad hanc materiam) in duplici sensu accipi, passiuè videlicèt, proùt est subiectum, in quod agitur, constitutum in simplici materia, & actiuè, prout est ius agens, constitutum in persona Pen-
61 sionarij: nequè enim aliud est † actio, quàm ius persequẽdi, vt tradit *Imperator in princip. Instit. de*
62 *action.* Vndè, † vt suprà etiàm explicauimus, contra Titularem datur Pensionario actio personalis, *Verall. decis.13. par.1. & 302. par.2. Rota in recentior. decis.676. nu.3. par.3.*

Hùcquè respexerunt nonnulli, qui in definiendo, quid sit Pensio, quamuis non fuerint concordes in
63 differentijs, concordarunt tamèn in genere, † vt sit Ius, videlicèt *Nauarr. cons. 63. nu.6. de Simon. & in Manual. cap.23. num. 116. Vgol. de Simon. in prima tab. de Simon. gen. cap.28. §.3. num.3. & Tolet. in Summ. lib.5. cap.82.* quos omnes retulit, & sequutus fuit *Garz. sæpè citato cap. 5. ex nu. 166.*

Cùm igitur quæritur, an Pensio translata sit eadem cum prima, adhibenda hæc est distinctio; Aut quęritur de Pensione, proùt est Ius, idest actio comparata alicui ex gratia Papæ; & proculdubio non est eadem, cùm sicùt opus fuit illam omninò ex-
64 tingui (aliàs † semper directò eidem transferenti competeret, *l. si delegatio, C. de nouation. Castr. in l. facta, §. si hæres, num.4. ad Trebell.* cum alijs per *Olasch. decis.62.*) itâ posteà quàm fuit extincta,
65 absurdum est dicere, quòd hæc † nouitèr creata ad fauorem Translatarij eadem sit numero cum prima, & hoc est, quod (aliquantulum tamen subobscurè) voluit Rota in *Neritonen. pensionis 5. Nouembris 1601. coram Litta, impressa apud Marchesan. tom.1. pagin. 136. sub num. 50. ad finem vers. Ad illud autem:* Loquitur enim ea Decisio ad effectum identitatis actionis, & hùc tendunt etiàm suprà relata ex *Cassad. Vestr. Ferret.* & alijs, quæ prorsus verissima sunt.

Aùt quęritur de Pensione, proùt est subiectum, & materia ipsa, in quam Ius illud exercetur, & tùnc dicendum est, illam esse eandem cum prima, quià in effectu non extinguitur, nequè alteratur, sed simpliciter renouatur; quæ renouatio non efficit, vt di-
66 catur noua Pensio. Aliud est † enim renouare, & longè aliud quidpiam de nouo imponere. *Hostiens.*
67 *in cap. significauit, num.9. de censib.* & itâ † quòd Pensio renouata, non dicatur noua Pensio, docet *Vitalin. in Clement. vnic. §. eadem num.3. de sup-*
68 *plen. neglig. Prælat.* Ratio est, quià † cassatio, siuè extinctio illa præcedens, non fit ad effectum, vt vèl Ecclesia, vèl persona Rectoris liberetur; quapro-
69 ptèr † nè actus agentis operetur vltra eius intentionem, *l. non omnis. ff. si cert. pet.* remanet semper idem onus in suo fundamento, & sic non intelligitur inferri nouum grauamen Titulari, sed simplicitèr illi insinuari, cui deinceps pensionem soluat, iure quodam delegationis, vt pulchrè per *Paris. cons.5. num. 86.*

70 *num.86.vol.4.* & patet, † quià nisi teneret hæc se-
cunda, non subsisteret prima, ex natura correspe-
71 ctiuitatis, *l. lect.a. ff. si cert. pet.* atquè ità † exclu-
ditur omnis cōsideratio noui grauaminis, *Crescent.
decis.1. num.3. de reb. Eccles. non alienan.* vbi ex
hac causa infert, omnes derogationes, & decreta,
concernentia substantiam, & validitatem pensio-
nis ab initio, semper durare post ipsam transla-
tionem.

72 Nèc vis † fieri potest super illa nuda, & rudi
forma verborum, quibus dicitur, primam Pensionē
extingui, nàm (præterquàm quòd optimè verifica-
tur in Pensione, prouti est Ius, siuè actio pēsionarij,
vt iàm dictum est) ex præmissis etiàm patet, eam
extinctionem esse momentaneam, nèc fieri ad finē
amittendi, sed acquirendi alteri, nèc in consequēs
habendam esse in consideratione, verùm dumta-
xàt fore attendendam translationem, & creatio-
nem, propter quam principalitèr fit ea extinctio,
& secundùm hanc, illam regulari, vt in simili dici
73 mus, † aditionem hæreditatis, quæ fit non ad finem
habendi, sed alteri renunciandi, non obligare ad-
euntem, vt optimè consuluit *Socin. Sen. cons.53.
num.17. lib.4.* quem sequuta est *Rota apud Put.
decis.507. num.2. lib.2. in nou.* & in his terminis *in
recentior. decis.522. num.9. par.1.* in qua latissimè
74 firmatum † fuit, ideò tempora possessionis, seù
quasi exigendi translatarij, & trāsferentis, esse con-
iungenda, pro præsumenda iustificatione literarum,
quod priùs etiàm tenuerat *Rota eadem par.6. de-
cis.327. itidem num.9.* in qua latissimè fuit hic ar-
ticulus excussus, & quam (mutilam tamèn) conscri-
psit *Garz. sæpè citato cap.5. num.256.*

75 Et quòd † in substantia eadem semper sit Pensio,
quam non tangit aliquo modo accidentalis illa
personarum mutatio, inducta, vt simplicitèr sciatur,
cui facienda est solutio, notauit etiàm *bo. mem.
D. Beltram. ad Greg. decis.18. nu.11.* & nouissimè
maturè discusso articulo, fuit responsum *in Re-
gien. Pensionis 9. Februarij 1624. coram R. P. D.
Pirouano.*

Atquè ex his consequitur vnum, quod in hac ma-
76 teria perpetuò est obseruandū, videlicèt, † respe-
ctu Titularis semper censeri eandem Pensionē nu-
mero, ideòquè nedùm eius obligationē, sed etiàm
accessorias fideiussorum perdurare, quod latissimè
fuit decisum *in Segobien. pensionis 20. Maij 1598.
coram bo. mem. D. Corduba*, quam in hac quoquè
parte transcripsit *Garz. d. cap.5. nu.257.* Respectu
77 verò Translatarij, † in quo illud Ius creatur, non
censeri eandem, sed diuersam, diciquè pensionem
reseruatam veriùs, quàm translatam, vt censuit *Ro-
ta apud Gregor. decis.18. nu.4.* Nequè verò nouum
78 est, † vt eadem res diuersis respectibus diuerso Iu-
re censeatur, *Rip. in l. vltim. num.522. C. de reuo-
can. donat.* cum alijs per *Tiraquel. de retract. con-
sanguin. §.1. glo.18. num.23.* & per *Menoch.* qui
eandem regulam exornat, *cons.768. num.18.*

Hoc verò pro constanti supposito, descendendo
ad punctum controuersiæ principalis, vtrum tran-
slatio odiosa sit, vèl secùs; Pro illius resolutione
79 constituendæ sunt tres causæ, † ex quibus Papa fa-
cultatem huiusmodi concedere solet. Prior est trā-
scendens quidam affectus ipsius Papæ erga Pensio-
narij personam, cui vt vsquè ad summum faueat,
concedit, quòd vel in ipso articulo mortis, in alias
personas sibi gratas, & benè visas transferat,
quod raròt, & solis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-
dinalibus, aùt familiaribus suis, vèl Prælatis sibi
maximè charis, & plerunquè ad certam, præfini-
80 tam quantitatem indulget, † quæ si exceditur, non
tamèn indè corruit tota translatio, sed sustinetur
in quantitate non excessiua, cum summa semper
sit dimidia, vt resoluit *Rota apud Manticam de-
cis.153. n.1. & 4. ac per tot.* Cum qua etiā transiuit
*Rota in recentior. decis.733. num 10. vers. quie.
quid enim sit, par.2.* Secunda est Vniuersitatis ali-
cuius prærogatiua, vtputà cùm omnibus, & singu-
lis Militibus Lauretanis, aùt alterius Ordinis, ean-
dem facultatem concedit: & inter duas has causas,
seù casus, qui ex illis constituuntur, maximū versa-
tur discrimen.

81 Nàm † quādo cōceditur facultas transferēdi in-
tuitu personæ reseruatarij, licèt concipiatur Clau-
sula, *de pensionibus nunc, & pro tempore reseruatis*
quæ videtur restringere Indultū ad Pensiones tunc,
vèl anteà reseruatas ante tempus Datæ, iuxtà regu-
lam *cap. eam te de rescript.* ponderando illam di-
82 ctionem, *nunc*, † quæ videtur non posse verificari
de alio, quàm de tempore concessionis, *l.4. §. vlt.
de condit. & demonstr. Dec. cons.332. num.1. &
cons.451. num.6. Gozzad. cons.64. num.6. Me-
noch. cons.1010. num.10.*

83 Nihilominùs, † cum fauoris causa sit perpetua
cum ipsa persona, referuntur ea verba ad tempus
ipsius translationis, tàm ex natura subiectæ mate-
84 riæ quàm ex vi † verborum, cum illud participium,
reseruatas, &c. regatur à verbo, *cassare, extin-
guere, &c. ac postquam, &c. reseruare, &c.
vulg. l. in delictis. §. si extraneus ff. de noxal. Alex.
cons.143. num.1. lib.6.* quam regulam benè expli-
cat *Cardin. in cap. perpendimus sub n.7. vers. sed
redeundo, de sent. excom. & Gomez. decis.72. lib.1.*

Præcipuè ponderando dictionem *pro tempore*,
85 quæ † futura comprehendit, *Bald. in cap. cum
inter num.7. de re Iud.* cum adductis per *Rot. in
vna Lauden. Pensionis 29. Ianuarij 1591. coram
bo. mem. Penia*, quam amplè confirmauit *Rota de-
cis.733. num.3. & 4. par.2. in recent.*

86 Quando verò † conceditur ratione Officij, vèl
Dignitatis, ex quo fauoris causa est ipsum Officiū,
vèl Dignitas, ea clausula non excedit tempus, quo
persona tenet Officium, vèl Dignitatem, cessante
enim causa fauoris ex cessatione Officij in persona,
vtiquè cessare debet eius effectus, *Rot. decis.70.
num.2. part.1. diuersor.* & fuit etiàm firmatum
in d. decis.733. nu.5. & 6. vbi deciditur articulus,
87 quādo † in persona obtinente Officium, vèl Digni-
tatem censeatur contemplata potiùs persona,
quàm Officium, vèl Dignitas, ex ponderatione ver-
borum personalium *tibi* itèm *per te*, & ex præmis-
sione nominis proprij, vt ibi latè refertur *ex nu.6.*

88 Interim tamèn † si Officiū, emptum esset pecu-
nijs alterius, qui sibi reseruasset omnimodam di-
spositionem, nihilominùs istius Reseruatarij perso-
na in consideratione aliqua non haberetur, ad effe-
ctum

ctum fruendi hoc Indulto, sed persona solius Offi-
89 cialis, † & descripti in Matricula, *l. Matriculam, C. de agen. in reb. lib. 12.* prout in simili dicitur de
persona Officialis, ad sustinendum societatem offi-
cij, vt non habeatur in consideratione aliqua is, qui
suas pecunias exposuit in emendo officio cum re-
seruatione fructuum, & facultate disdicendi, quod
fuit resolutum *in Romana societatis officij 9. Maij 1596. corā bo. me. Gipsio*, impressa apud *Zacch. post tract. de societ. offic. decis. 31. num 9.* atquè ità in
terminis facultatis transferendi ex Indulto conces-
so Militiæ Lauretanæ, decidit *Rota in Papien. pensionis 19. Martij 1607. coram Reuerendissimo D. Ortembergo.*

Tertia causa, est mera necessitas sustinendi gra-
tiam reseruationis confidentialis, Plerunquè enim
90 Papa † reseruat Pensiones super beneficijs quarun-
dam Prouinciarum, in quibus viget Pragmatica,
nè Pensiones reseruentur ad fauorem exterorum,
tuncquè Pensionem reseruat ad fauorem, & vitam
alicuius Curialis originarij illius Prouinciæ, ad
commodum tamèn alterius extranei, quem iudi-
91 cat benemeritum, nequè verò Iuri repugnat, † quòd
Ius pensionis, idest ea actio, (proùt suprà explicaui-
mus) sit penes vnum, vt sic saluetur Pragmatica;
commoditas autèm sit penes alium, vt sic pensio
habeat mensuram Iustitiæ ex qualitate personæ, cu-
ius intuitu motus est Papa, *l. quidam cum filium, vbi omnes de hæred. instit.* Rota *decis. 399. num. 2. par. 1. diuers.* & sæpissimè fuit decisum, ex quo in-
telligimus, Pensionem, proùt est ius, longè aliud
diuersum esse à nuda commoditate illam percipiē-
di, nequè per cessionem commoditatis, censeri ces-
sam pensionem, *Greg. decis. 440. nu 7.*

92 Nè itaquè † moriente Prouinciali seù Nationali
huiusmodi, euanescat etiàm gratia respectu perso-
næ contemplatæ, hoc casu Titularis se obligat sol-
uere Pensionem, dato etiàm fideiussore, & cædula
bancaria statis temporibus, quousquè Pensio-
narius vixerit; simulquè Pensionarius ipse con-
stituit Procuratorem irreuocabilem personam il-
lam per Papam contemplatam, & in cuius commo-
93 dum cedit pensio, ad eam exigendum; ex ea † enim
vtilitate in alium transmissa, probatur confidentia,
Ruin. cons. 170. num. 4. lib. 4. & tenuit *Rota in Valentina Pensionis 3. Nouembris 1593. coram Illustriss. D. Card. Millino impressa apud Garz. d. cap. 5. num. 268.* & consueuit etiàm in libris Da-
tariæ, & in margine supplicationis adnotari perso-
94 na contemplata, † cui libro in hoc dandam esse
fidem, censuit Rota apud *Seraph. decis. 1088. n. 4.*

95 Confidentia verò hac data, Reseruatarius † re-
manet cum nudo nomine, nequè illud mandatum
potest vlteriùs reuocari, etiàm si nuncupatim non
fuisset irreuocabilitèr concessum, cum satis sit, con-
cessum fuisse in rem propriam, de necessitate,
iuxtà Theoricam *Baldi in l. 1. nu. 19. versic. & hoc teneas, C. de actio. & obligat.* quam in his ter-
96 minis probauit † Rota apud *Seraphin. decis. 531. num. 1. & per tot.*

97 Quo etiàm fit, vt † si quietantiæ solutionum
fiant nomine Reseruatarij, & contingat declarari
Pensionem nullam, tamèn ipse non teneatur ad re-
stitutionem, sibiquè sufficiat cedere actiones con-
tra Confidentiarium, quod cōstare manifesta æqui-
tate, resoluit *Rota diuers. lib. 2. par. 3. decis. 271. nu. 1. & 2.*

Cū itaquè duplex æquè immineat casus extinctio-
nis, videlicèt tàm ex persona cōtemplata, si præmo-
98 riatur (adeò quòd † cum ea euanescant omnes ob-
ligationes ad fauorem Reseruatarij, cuius actio re-
manet proptereà elisa, vt aduertit *Seraphin. d. decis. 1088. suo num. 1. versic. tamèn quia in contra-*
99 *rium,*) quàm ex persona ipsius † Reseruatarij, in
quo actio formaliter radicatur, iuxta *vulgat. decisionem in Hispalen. Pensionis*, quam transcripsit
Garz. supracit. cap. 5. nu. 226. illi primo non fuit
100 opus occurrere; sed tantùm huic † secundo, nè gra-
tia reddatur frustratoria: Hincquè ideò introductus
fuit vsus, simùl cū reseruatione cōcedere hanc facul-
tatem transferendi, vt occurrente periculo vitæ
Reseruatarij, translatio fiat, vt suprà dictum est.

101 Totùmquè istud † efficit, (vt suprà dixi,) necessitas
ad euitandum scandala, quæ aliàs possent oriri, si
Summus Pontifex, vtendo Iure suo, niteretur con-
tra dictas Pragmaticas pensiones reseruare pro
Curialibus benemeritis, vndè ratio hæc separandi
commoditatem pensionis ab illius substantia, non
extenditur ad alios casus, *l. quod verò cum seqq. ff. de legib.* & fuit responsum in *Nolana pensionis, 10. Ianuarij 1610. coram bo. me. Cardinali Serato*, impressa apud *Marchesan. tom. 1. pag. 621. num. 8.*

102 Ad exemplum verò istius, † alia etiàm similis ne-
cessaria translatio ex eadem causa confidentiæ,
(quàuis minùs frequens) inest respectu pensionum,
quæ reseruantur super beneficijs Italiæ, vèl alterius
Prouinciæ, in qua huiusmodi Pragmatica non viget;
videlicèt quando Papa reseruat pensionem ad cō-
modum alicuius miserabilis personæ non Ecclesia-
103 sticæ; Nàm † quamuis pensio sit quid merè tem-
porale, cuius (inspectis Iuris communis regulis)
capax est quæuis persona quantumcunquè pro-
phana, tamèn ex quadam honestate, & congruen-
tia non consueuit assignari, nisi Clericis, vt suprà
ostendimus hac eadem *quæst. ex num. 16.* vèl sal-
tim nisi personis ecclesiasticis, *Alciat. lib. 9. consil. 90. num. 7.*

Ad conseruandum ergò illibatum vsum hunc, si
quando Papa intendit subuenire alicui laico valdè
egeno, & miserabili, Pensionem reseruat in caput
Clerici, cū eadē facultate transferēdi, nè moriente
Reseruatario, persona illa frustretur gratia sibi fa-
cta, quæ cōfidentia in hoc casu difficilioris est pro-
bationis, cū expediātur literæ ad fauorem personæ
suppositæ, ideoquè si Reseruatarius, vèl Translata-
104 rius † negaret talē confidentiā, tunc præter causam
ipsam miserabilitatis, quæ semper est supponenda,
& iustificanda, cum sit basis simulationis, iuxtà
Bart. cons. 65. sæpe canonizatum, vt apud *Mantic. decis. 211. num. 14. & Greg. decis. 401. num. 15.*
105 *Farinac. quæst. 153. nu. 203.* recurrendum † est
ad coniecturas, quæ in hac materia sufficiunt; quod
est regulare in omni materia, quæ directò probari
non potest, *l. emptione, C. plus val. quod agitur, Alex. cons. 197. num. 7. lib. 7.* cum multis adductis

per

per *Franc. Becc. conf. 213. num. 12.* & in termi-
106 nis † confidentiæ pensionis,est *Seraph. decis. 1108. num. 1.* & magis in terminis huius, de qua nùnc agitur, censuit *Rota in Nouarien. pensionis 26. Iunij 1623. coram bo. mem. D. Buratto.* Quales
107 sunt, † quæ eo in casu consuebant, videlicèt supplices libelli Papæ per talem personam porrecti, attestatio Datarij illius temporis, remissio impensarum per Officiales in gratiam eiusdem miserabilis, condonatio Componendæ, & similes, quæ arguunt voluntatem Papæ extra ordinem fauendi personæ miserabili, quæ decisio fuit confirmata die 10. Maij sequentis anni 1624. licèt ex multis coniecturis in contrarium, Rota in eadem causa mutauerit sententiam sub die 11. Decembris eiusdem anni 1624. ea verò potissima, quòd in ipsa reseruatione non fuisset concessa facultas transferendi, sed obtenta post, & quidem ad fauorem affinis ipsius transferentis: Ex hoc enim videba-
108 tur excludi confidentia, cum in pensionibus † super beneficijs Italiæ, non detur huiusmodi facultas, quę tamèn ex alia causa non datur in his, quæ reseruantur super beneficijs eisdem, *Mandos. de signat. grat. §. translationes pensionum, vers. clausula cum facultate.*

109 His † ergò casibus, vbi Papa reseruat Pensionē, vèl eam transfert ad commodum alterius, quàm Reseruatarij, tota illa forma, quæ circa modum consumitur, consideratur simplicitèr tanquàm causa ordinata ad suum finem, finis verò, seù causa ipsa finalis gratiæ, ponitur ex toto super commodo, & vtilitate personæ contemplatæ, vt optimè aduertit *Bartol. in l. 2. §. Titio, sub num. 2. versic.*
110 *& videamus an modus, ff. de donat.* præcipuè † si vtilitas illa sit intensa ad pietatem, *Ang. cons. 124. sub num. 4. versic. circa quod considero*, cum adductis per *Rot. apud Greg. decis. 544. nu. 6.*

Quod plurimùm est obseruandum, quià si ex de-
111 fectu † aliquo personæ Reseruatarij, posset videri reseruatio nulla, adhùc tamèn sustineretur gratia in radice causæ finalis, ex pluribus adductis per *Tiraquell. ad reg. cessante causa limit. 1. nu. 41.*

His expositis, & circa vsum Romanæ Curiæ declaratis; Deueniendo ad resolutionem propositæ
112 difficultatis, sic videtur distinguendum: Aùt † versamur in primo, vèl in secundo casu, cùm transfertur Pensio per eundemmet, cui fuit reseruata, in personam sibi benè visam; & tùnc, actus est odio-
113 sus (non quià † simplicitèr prorogetur onus beneficij, vt ait *Verall. decis. 303. num. 10. par. 2.* id enim non pertinet ad pensionem simplicitèr reseruatam super quantitate pecuniarum per Titularem, quæ nullo modo grauat, vèl tangit beneficium, & vlteriùs non est considerabile tale præiudicium, nèc respectu ipsius Titularis, cum vt plerunquè contingere vidimus præmoriatur translatarius transferenti, etiàm facta translatione ab
114 eo, qui videbatur moribundus, & in his, † quæ pendent à futuro euentu, non possit firmari præiudicium, aùt damnum, *l. si Pater puellæ, C. de inoffic. testam. Ias. in l. quominus, num. 138 ff. de flumin. Natt. cons. 349. num. 13. & 16.* & sequuta est Rota, vt in suprà allegata *Regien. pensionis*) sed
115 quià per † eam, contra Iuris communis rationem, constituitur actio personalis in eo, in quo esse nullo modo potest, deficiente consensu Titularis à principio, restrictio ad vnius tantùm fauorem, atquè ita repræsentata quadam specie hæreditariæ successionis in illo ipso, in quo nèc datur, nèc dari potest, *Gamb. de offic. legat. lib. 6. nu. 579. cum seq. Franc. Becc. cons. 130. num. 12.*

116 Quamuis † enim Papa itá decernat, vt videatur illius obligationem prorogare cum derogatione Regulæ de præstando consensu, tamèn hæc videntur procedere ex potestatis plenitudine, quæ semper in se quidpiam habet amari; de potestate enim ordinaria consensum alterius non potest supplere, *Gomez in compen. Signat. sub num. 71. versic. idem est in consensu, Rota diuerso. decis. 458. num. 11.*
117 *part. 3. lib. 3.* & in terminis † pensionis, *Fel. in d. cap. ad audientiam, il secondo, sub num. 4. circa med. vers. undè impossibile est, de rescript.* quem sequitur *Caccialup. de pens. quæst. 19. nu. 28. Gig. quæst. 6. num. 17.* & in translatione Pensionis, ex qua profertur consensus, in *quæst. 12. num. 13* Im-
118 possibile est † autèm obligationem alicuius prorogari sine eius consensu, *l. obligationum substantia, & l. quacunquè de act. & obligat.* & itá firmatum in *Oxomen. pensionis 20. Maij 1598. coram bo. me. Litta*, quæ legitur apud *Garz. d. cap. 5. sub nu. 247. ad finem.*

119 Et hinc est, quòd in huiusmodi † translatarium non potest transire quasi possessio transferentis, nisi eo modo, quo trāsit possessio defuncti in hęredes, scilicèt post apprehensam possessionē, *l. cum haeredes, de acquir. possess.* Rota *in suprà alleg. decis. 153. num. 12. par. 1. in recentior.* & in *Mediolanen. translationis pensionis 17. Ianuarij 1606. coram bo. me. Litta apud* Marchesan. *tom. 1. pag. 629. num. 2.*

120 Et consequentèr, tamètsi † Papa expressè translatarium subroget etiàm ad possessionem, nihilominùs quià non datur fictio super impossibili, illa in-
121 seruiet quidem ad effectum immissionis, † quæ non minùs datur in incorporalibus, quàm in corporalibus, *Bald. in l. fina. num. 62.* & ibi *Zuccar.* qui testatur de communi, *num. 362. C. de edicto D. Adr. toll.* cum alijs citatis per *Menoch. de adipisc. re-*
122 *med. 1. ex num. 83.* àt minimè † vnquàm ad effectum manutentionis, quæ iuxta *§. retinendæ instit. de interd.* exigit possessionem in petente, vt fuit resolutum in *Sancti Marci pensionis 30. Ianuarij 1612. coram bo. me. Cardinali Sacrato, impressa per Marches. tom. 2. pag. 486.* Est † enim noua actio, non eadem, & in consequens non potest in
123 alia persona sustineri identitas possessionis, † quæ eatenùs repræsentatur in persona successoris, quatenùs sucessio fit in subiectum identificum, & inalterabile, vt cùm succeditur in Officio, vèl dignitate aliqua, iuxta *vulg. Guid. Pap. decis. 119. num. 4.* quam sæpè Rota canonizauit, vt in *nou. de restit. spol. decis. 1. cum allegatis in Tirasonen. fragmentiarum, 3. Aprilis 1615. coram R. P. D. Pirouano.*

Nequè tamèn etiā in hac parte supposito odio, consequitur id, quòd aliàs visum quibusdam fuit, vi-
delicèt

124 delicèt translationem † non procedere, si non sit facta mentio de alijs oneribus, quia licèt reseruatio Pensionis sit nulla, nisi fiat talis mentio, vt suo loco dicetur, nihilominùs in ipso actu translationis, seù reseruationis nouæ Pensionis, non est necesse facere de huiusmodi antiquis grauaminibus mentionem aliquam, ex quo, vt dictum est, actus iste non infert nouum grauamen, *Crescent. decis. 1. num. 1. de reb. Eccles. non alien. Rota decis. 122. nu. 9 par. 1. in recentior. Gregor. d. decis. 18. num. 8.* & fuit resolutum in *Veronen. pensionis, 14. Ianuary 1613. coram Reuerendissimo Domino Verospio, in Romana pensionis. 17. Iuny 1622. coram bo. mem. D Buratto, & in dicta Regien. pensionis coram R. P. D. Pirouano*.

125 Vsque enim † adeò, odium prædictum non prævalet, vt dicatur prorsùs irrationabile, si legitima causa (vt semper) sit Gratia cohonestata, quamuis enim id videatur deiumi ex *Rota decis. 454. par. 1. diuers.* veriùs tamèn ibi irrationabilitas refertur ad Gratiam retentionis plurium Ecclesiarū, quàm ad ipsam nudam facultatem transferendi, vt optimè fuit animaduersum in suprà allegata *Firmana pensionis*.

126 Aùt versamur † in translatione facta, ex necessitate sustinendæ gratiæ, secundùm suum finem à principio, & tùnc, conuersa ratione, in hac non cadit odium aliquod, cum nihil statuatur gratia prorogandi, vèl extendendi consensum Titularis, qui casibus suprà expressis à principio se obligat nedùm ad fauorem Reseruatarij, sed etiàm omnium illius translatariorum: militantquè hoc casu fundamenta suprà adducta, ad probandum, vsum reseruationis pensionis, esse omni ex parte fauorabilem.

127 Quocunquè tamèn in casu, † siuè de hac, siuè de illa translatione agatur, existimo locum sibi vendicare Regulam Sanctis. D. Nostri Vrbani VIII. editam, & publicatam 13. Ianuarij præsentis anni 1625. per quam volens prospicere exonerationi beneficiorum Ecclesiasticorum, omnes, & quascunquè facultates, indulta, & priuilegia transferendi quascunquè Pensiones annuas, quæ tamèn per exactionem integrarum pensionum huiusmodi ab ipsis translataris factam, realem & actualem effectum similitèr sortita non sunt; reduxit ad summā quæ medietatē valoris beneficij, cōputatis tamèn etiàm incertis, & distributionibus quotidianis (si etiàm super his reseruatio sit facta) non excedatità vt sustineatur circa eam quantitatē, sed minimè suprà: Decernēs nihilominùs, onus probandi excessum ad Titularem pertinere; nequè interim posse retardari processum exequutiuum, vèl solutionem integræ translatæ pensionis, si aliàs illi locus sit de iure. Circa quam primùm est aduertendum, per Regulam hanc, facta translatione in excessu, eam tantùm reddi inefficacē in ipso excessu, in reliquo sustineri, vt clarè habet in verbis, quod priùs resoluerat *Rota apud Mantic. decis. 173. n. 1.* Mòx id per eam vix constitui, tanquàm de forma ipsius trāslationis (quasi adiecta cōditione, vèl modo aliquo) vt propterea nō teneatur ipse translatarius aliquid circa id iustificare, sed dūtaxàt, vt Titularis possit agere ad reductionem, vèl de ea excipere; vndè ipsi incūbit onus probādi excessum hùc, iuxta regulam *l. 2. ff. de probatio.* & firmauit *Rota* in sæpiùs allegata *Salam. Pensionis 26. Martij 1593. coram Gipsio*, & in his terminis facultatum transferendi, non tamèn vltra medietatem, censuit *Rota* in supra citata *Papien. pensionis 19. Martij 1607. coram Reuerendiss. D. Attrebaten.*

SVMMARIVM.

1 *Gratia Principis, non potest probari aliter, quàm per rescriptum.*
2 *Clausula*, quod sola Signatura sufficiat, *remittit necessitatem expediendi litteras.*
3 *Rescriptum Principis, hanc habet conditionem, si litteræ desuper expediantur.*
4 *Literis non expeditis, an Pensio tuta conscientia exigi possit.*
5 *Glossatoris antiqui cautela, vt posset pensio exigi literis non expeditis.*
6 *Clausula,* nè possit exigi pensio ante literarum expeditionem, *introducta sub Greg. XIII.*
7 *Clausula annullatiua Pensionis,* nisi expediantur literæ infrà sex menses, *introducta sub Clemen. VIII.*
8 *Pensio exacta ante literarum expeditionem, hodiè est ipso Iure nulla.*
9 *Forma non seruata, succedit contraria forma actus destructiua.*
10 *Pensio exacta ante literarum expeditionem, redditur nulla, etiamsi literæ fuissent cœpta expediri.*
11 *Literæ tunc dicuntur expeditæ, quando sunt plumbatæ.*
12 *Pensio exacta ante literarum expeditionem, ità est nulla, vt nec possit reconualescere de consensu Titularis.*
13 *Exigitur tamen hoc casu, concludentissima probatio non expeditionis, & sine aliquo æquiuoco.*
14 *Pensio extinguitur per promotionem ad Episcopatum, nisi promoto expressè cōcedatur retentio.*
15 *Pensionis retentio cùm conceditur promoto ad Episcopatum, quid eidem præscriptum sit ex Constitutionibus Apostolicis?*
16 *Pensionis extinctio, non inducitur ex omissa expeditione super retentione in promoto ad Episcopatum.*
17 *Priuationis pœna, non infligitur, nisi in casibus à Iure expressis.*
18 *Pensionis extinctio nō inducitur ex neglecta expeditione super retentione in promoto ad Episcopatum, si is assequatur possessionem Ecclesiæ, in vim specialis Breuis Apostolici.*
19 *Pensio, non potest retineri per promotum ad Episcopatum, si habeat Gratiam signatam, extrà cedulam Consistorialem.*
20 *Probationes non coniunguntur, quæ in diuersa tendunt.*
21 *Dispensatio præuentiua, habet vim præseruatiuam ab incursu pœnæ legis.*
22 *Literæ expediendæ super retentione Pensionis in promoto ad Episcopatum, respectu temporis sunt*

sunt in ordine ad expeditionem literarum super ipsa promotione.

23 *Tempus in unum constituta, ad aliud non referenda.*

24 *Iuly 1 I. Constitutio de expediendis literis super retentione in promoto ad Episcopatum, non habet locum in Episcopo permutante.*

25 *Permutatio, semper censetur admissa pro Ecclesia utilitate.*

26 *Obtentorum mentio, non est necessaria in permutationibus.*

27 *Litera Apostolica super pensionibus, ad quemcunquè effectum agatur, perpetuò exhibenda, & producenda sunt.*

28 *Litera, non sunt de substantia reseruationis pensionis, sed de forma probationis illius.*

29 *Literas Apostolicas expeditas esse, non sufficit, nisi producantur.*

30 *Principis gratia, non potest iustificari per testes, pracipuè facta ad supplicationem.*

31 *Iurisdictio quaeritur Iudici, ex prasentatione rescripti.*

32 *Delegatus recipit Iurisdictionem in habitu ex die Data, exercitium verò, non nisi ex die prasentati rescripti.*

33 *Pensionis translatio, non potest fieri, nisi subiectis literis facultatis Executori.*

34 *Nec statur dicto ipsius Executoris, quòd sibi fuerint exhibita, ni simul apparerent registrata.*

35 *Translatio pensionis sustinetur, licèt litera non fuerint exhibita quandò est data facultas transferendi coram solis Notario, & testibus.*

36 *Potest tamèn Executor, hoc casu fidem adhibere exemplo.*

37 *Litera super reseruatione pensionis, nedum sunt producenda, sed etiam iustificanda quandò agitur contra eum, qui non consensit, & Pensionarius non est in quasi possessione exigendi.*

38 *Praterquàm, si reseruatio esset facta Motu proprio.*

39 *Vèl fuisset acceptata per Titularem.*

40 *Litera super reseruatione Pensionis exhibenda, & iustificanda, sunt in possessorio adipiscenda.*

41 *Et idem, in possessorio recuperanda.*

42 *Et qualis iustificatio sit necessaria.*

43 *Possessio non potest apprehendi, & apprehensa non potest perdi, nisi auctoritate eius, qui illam tradere potest.*

44 *Possessionem colorare quid sit, & in quibus color hic exigatur.*

45 *Color possessionis, ex supplicatione signata olim constituebatur.*

46 *Hodiè verò secus, propter Regulam de non indicando.*

47 *Literarum exhibitio, in Iudicio manutentionis pro pensione, an sit necessaria.*

48 *Manutentio in possessione, vèl quasi, datur pro simplici detentatione de facto.*

49 *Manutentionis iudicium, nullius tituli exhibitionem exigit.*

50 *Qualitas, qua est de intentione actoris, probanda est.*

51 *Possideri nequeunt, qua non sunt.*

52 *Probandi onus, dicenti incumbit.*

53 *Pensionario, in iudicio manutentionis an sufficiat exhibere supplicationē signatam absquè literis.*

54 *Supplicatio signata probat Gratiam perfectam.*

55 *Regula de non iudicando in quibus possessorijs sibi locum vindicet.*

56 *Litera super pensionibus, non sunt necessaria, nisi ad effectum probationis.*

57 *Praterquam si agatur de cancellatoria.*

58 *Pensionarius, qui habet clausulam,* nè possit exigere pensionem ante literarum expeditionem, *nèc quidem à sponte soluente, potest exigere.*

59 *Decretum, ne pensionarius exigat ante literarum expeditionem, impedit principium adquisitionis.*

60 *Clausula* non aliàs, &c. *resoluit actum vsque ab initio.*

61 *Decretum de non exigendo pensionem ante literarum expeditionem, & non aliàs, remouet omnes effectus Iuris, sed non facti, & ideo non impedit manutentionem.*

62 *Quod tamèn in dubium fuit reuocatum, vt hic.*

63 *Pensionis exactio, ante expeditionem literarum, contra formam Decreti resolutius, non suffragatur contra successorem in beneficio, in iudicio manutentionis.*

QVÆSTIO XXXVII.

An, & quatenùs litera Apostolica sint necessaria pro gratia reseruationis Pensionis, & produci debeant.



VM Pensionis causam efficiētem, solum Romanum Pontificem suprà constituerimus, Primum hinc in-
1 fertur, non alitèr † constare posse de gratia huiusmodi, quàm per eius rescriptum, *l. 1. C. de mandat. Princip.* sed dubium est, an literæ, & earum expeditio sint necessariæ; Et breuitèr procedendo, si in supplicatione ades-
2 set † clausula, *quòd sola signatura sufficiat*, quæ consueuit apponi in pensionibus confidentiarijs ad saluandas Pragmaticas, de quibus in præcedenti quæstione diximus, res caret difficultate, *Mandos. de Signat. Grat. §. derogationes Regularum, vers. Regula de non iudicando, Gig. de pens. q. 34. num. 5.* At tota controuersia est, vbi non adest talis clausula.

Est igitùr aduertendum, olim fuisse valdè con-
3 trouersum, an, tametsi rescriptum † Principis hàc habeat conditionem, si desupèr literæ expediātur, *l. vlt. C. de diuers. rescrip. Milis in verb. gratia Apostolica non censetur perfecta*, posset nihilomi-
4 nùs † tuta conscientia exigi Pensio sine expeditione huiusmodi; negatiuam tenente *Paulo Hieronymo in praxi Cancellaria Apostolica Rubr. Declaratoria super proponente vers. vbi Papa*; affirmatiuam verò *Gigan. d. quaest. 34. ex num. 7. Camill. de Laratha cons. 2. num. 4.* Sed quàm friuolis rationibus moueatur *Gig.* quisquè deprehendet, qui

eius

eius fundamenta contulerit his, quæ scribo *lib.4.* vbi latè articulum excutiam.

5 Postmodùm, † vt etiàm in iudicio posset vrgeri Titularis, vèl inuitus ad soluendum sine literis, *Glossator antiquus ad reg. Innoc.25.vers. item per hanc Regulam practicatur*, iactat se fuisse inuentorem vnius Cautelæ, videlicèt, vt ille qui consensit, faciat Instrumentũ ad partẽ de soluendo pensionẽ, etiàm literis non expeditis, renunciando expressè illi Regulæ; hęcquè Cautela adeò inualuit, vt forma. lẽ stylũ enixa sit, itá quòd desierit inseri inter alias quædam Regula antiqua, nè Pensiones soluerentur literis non expeditis, quià iàm videretur frustratoria, vt attestatur *Gomez. ad reg. de non iudicando quæst.6. in 2.col.vers. quinta regula.*

Idquè durauit vsquè ad Gregor. XIII. quo tem-
6 pore, † cœpit in supplicatione apponi decretum sub hac forma, *pensionem, vigore tamèn literarum desupèr expeditarum, nèc aliàs persoluendam*, vt post alios refert *Chok. ad Glossat. antiq. vbi suprà num.38.*

Verùm quià plurimi, nihili ducebant fraudem adhùc facere Officialibus Cancellariæ, omittendo expeditionem; ideò sub Sixto V. fuit reformatum extensumquè decretũ huiusmodi sub hoc tenore, *vigore literarum Apostolicarum desuper conficiendarum, nec antea, aliàs præsens reseruatio nul-*
7 *la sit eo ipso*, & sub † Clemente VIII. inducta est etiam limitatio temporis ad expediendum; prout refert idem *Chok. ibidem*, hodiequè vsus iste tenacissimè seruatur.

His stantibus, difficultas habet duo capita; primũ est circa expeditionem, alterum est circa productionem, seù exhibitionem: Quoad primum
8 constituenda est Regula; † si agatur de Pensione constituta sub hac noua forma, illam ipso Iure annullari, vbicunquè exacta probetur ante literarum expeditionem, cum enim dictũ decretum in-
9 ducat formam, ea cessante, † cessat formatum, & non seruata forma permissiua, succedit forma destructiua, & consequentèr actus ipso Iure nullus efficitur, vt post *Bald.* tradit *Ias. in l. Prætor ait, §. siuè antèm, num. 3. per eum tex. de nou. oper. nunc.* & itá resoluit Rota apud *Manticam decis. 286.* in qua refertur, aliàs id ipsum resolutum in vna *Veronen pensionis, 1. Iulij 1592. corã Illustrisi. D. Card.*
10 *Millino*, per quam etiàm reiecta fuit † excusatio, quòd cœpissent literę expediri, ea ratione, quod vbi est inducta forma, nihil actum dicatur, si quidpiam deficiat, *cap.1. de baptism. Bald. in l. 2.num.64. C. de seruit. & aqua, Sarnen. ad regul. de idiomate,*
11 *quæst. 8.* nèc dicuntur literæ expeditæ † nisi postquàm sunt plumbatæ, *Glossat. ant. ad reg.53. Sarnen. in reg. de non iudican. quæst.1.* prout in *d. decis. impressa in praxi A. C. lib.3.cap.4.ex nu.3.*

12 Nec gratia † itá extincta conualesceret de consensu Titularis, qui pateretur moram purgari, vt fuit dictum in *d. Veronen. pensionis, 30. Octobris 1593. coram eodem Illustrissimo D. Cardinali Millino, impressa apud Marches. tom.1. fol.627.n.5. & Caputaq. dec. 234 par.2. Put. decis.66.par.3. & decis.11. de transact. bo.me. D. Beltram. ad Gregor. decis.440.num.8.*

Quamuis antèm Rota, nullam in hac re videatur admittere excusationem vbi probata est exactio,
13 tamèn circa † factum exactionis exigit concludentissimas probationes, nèc admittit probationes æquiuocas; vt putà si iustificaretur Data relaxationis à plumbo, cum potuerint ibi diù ante illam, expeditæ retineri in ipsa plumbatione, sicùt nequè ex Data solutionis annatæ, cum dari possit Instantia expeditionis factæ, & non solutæ annatæ fortè ex causa intrusionis alicuius in beneficio, proùt has duas præsumptiones reiecit Rota apud *Gregor. decis.440. ex num.4.*

Difficultas tamèn maxima est, an necessitas hęc expediendi etiàm imposita sit Promotis ad Episcopatum, quibus indulgetur retentio pensionum,
14 sine quo indulto proculdubiò cessarent, † remanerentquè pẽsiones extinctæ, iuxta *Verall. decis. 313.*
15 *n.1.par.2.* vt enim † refertur in Constitutione Leonis X. publicata 3. Ianuarij Anno Incarnationis 1520. statuerant priùs Sixtus Quartus, & Iulius Secundus, vt literæ Promotionis non expedirentur sine literis retentionũ huiusmodi: Promoti verò, vt eluderẽt Officiales, omissa impetratione retentionis in Cedula consistoriali, curabant signari supplicationem super huiusmodi indulto retentionis ad partem, vt hinc expedirent literas ad eorum libitum, vndè ipse Leo decreuit, quascunque supplicationes etiàm Motu proprio itá signatas esse nullas, àc pensiones nihilominùs cassatas, & extinctas intelligi, nisi in Cedulis prædictis dispensatum esset, vt in dicta eius constitutione, quæ secundùm nouũ Bullarium est 35. *in §. 1.* Et deniquè Clemens Septimus, per aliam suam constitutionem publicatam 19. Aprilis 1524. quæ est in eodem Bullario 8. easdem Constitutiones innouauit.

Igitur, circa huiusmodi Cõstitutiones potest cadere duplex dubitatio: Prior est, An vt Promotus
16 expediuit † literas super Ecclesia, & non expediuit literas super retentione, illicò in vim dictarũ Cõstitutionum censeatur inducta cassatio, & extinctio pensionis? Et in hoc articulo constituenda est Regula negatiua, nàm eædem Constitutiones non determinant tempus, quo inducatur talis extinctio; &
17 propterea cum † pœna priuationis non habeat locum, nisi in casibus expressis, *Abb. in cap. vlt. n 8. de Iur. patr. Paris. cons.47. nu.88. vol.1.* cum aliis adductis per *Verall. decis.98. num.3. par.3.* expectandus est exitus, an expediantur tales literæ, antequàm Promotus adipiscatur possessionem Ecclesiæ, tùnc enim demùm inducitur huiusmodi cassatio, & extinctio; atquè itá dictas constitutiones interpretata est Rota apud *Achill. decis.37. alias 2. num. 3. de elect.*

18 Altera est, quandò Promotus † impetrauit Breue de capienda possessione ante expeditionem literarum, cum decreto annullatiuo ipsius promotionis, nisi infra tot menses literas expedierit, in cuius quidem Breuis vim, possessionem etiàm cœperit; Siquidèm hoc casu in ipso articulo apprehensæ possessionis, ante expeditionem literarum super indulto retentionis, videtur inducta pensionis extinctio.

Cæterùm, etiàm hoc casu tenenda est negatiua

sen-

sentẽtia, ex eadem regula, quod priuatio nunquàm
censeatur inducta, nisi in casu expresso: Nàm vèl
19 sit vis super dictis Constitutionibus; & † illæ non
annullant gratiam concessam super retentione, nisi
facta sit ad partem, in supplicatione seorsim signata
ab ipsa cedula consistoriali, vt disposuit Leo X,
(quippè antiquior cõstitutio Iulij Secundi nullum
prorsus habebat decretum annullatiuum, vt aduertit *Achill. in præalleg. decis. 37. num. 4.*)

Vèl sit vis super decreto annullatiuo adiecto in
Breui; & istud restrictum est ad priuationem ecclesiæ, & sic non potest extendi, vt operetur effectum
priuationis retentionis pensionum, nèc valet coniungi effectus istius decreti cũ effectu alterius adiecti in supradictis Constitutionibus, cùm tendant ad
20 diuersa; vt in simili de † probationibus in diuersa
tendentibus, tradunt Doctores in *cap. cum causam*,
vbi in specie *Fel. num. 10. & Dec. num. 33. de probat. & Bart. in l. 1. §. idem Cornelio, sub num. 3. vers. sed quando tendunt plura, ff. de quæstio.* & ità
in terminis respondit Rota apud *Veroll. ea. dec. 98. sub num. 4. vers. nam extrauagans, par. 3.*

Vel deniquè sit vis super apprehensione possessionis; & nequè hoc casu potest videri inducta extinctio, præcessit enim indultum, siuè dispensatio,
21 quæ vtiquè habet vim † præseruatiuam ab incursu
pœnæ legis, cuius rigorem relaxat, *glos. in can. requiritis, §. nisi rigor in verb. vt plerisque 1. quæstion. 7.* & tradunt omnes in *cap. dilectus, de temp. ordin.* vbi in specie *Innoc. num. 4. Io. Andr. n. 6.* & latè tradit *Sanch. de matrim. lib. 8. disput. 1. n. 1.* & benè explicat *Suarez de legib. lib. 6. cap. 11. ex num. 2. & per tot.*

Et quamuis opus sit expedire literas, tamèn
22 nequè † hæc necessitas sub pœna priuationis, est
simpliciter, & absolutè inducta respectu alicuius temporis; sed in ordine ad tempus, quo
expedientur literæ principales super promotione;
23 atquè ità nequit † ad aliud tempus referri, *l. Imperator, ff. de postulan. l. si quis ità, de vulg. & pupill.* cum similibus adductis per *Menoch. consil. 151. num. 46.* & ità obtinui decidi in causa
Mantuana pensionis 4. Decembris 1626. coram R. P. D. Merlino, licèt in decisione rationes prædictæ non fuerint explicatæ, sed DD. simpliciter
transierint cum illis, quià ex abundanti R. P. D.
Marcellus Stella, pro quo scribebam, impetrauerat
à Sanctissimo rescriptum sanatorium, vt in eadem
decisione refertur.

Proceduntquè eædem Constitutiones, cùm quis
promouetur ad Episcopatum; secùs autèm quan-
24 do † transfertur per modum permutationis, vt
25 concludit *Put. decis. 319. lib. 1.* Permutatio † enim
semper censetur recipi in ecclesiæ vtilitatem, ac
proindè fauorabilis fit interpretatio secundùm
æquitatem, & quocunque rigore abiecto, iuxtà
26 *Feder. cons. 73. num. 4.* vt nec attendatur † aliquorum distinctio, an quæ permutantur, sint æqualia, vèl inæqualia quoad reditum, & pinguedinem,
vtroque enim casu cessat consideratio ambitus, &
propterea de iure cõmuni, nequè in ea est facienda
de aliquibus obtẽtis mẽtio, vt pariter resoluit idẽ
Feder. in tract. de permut. benef. in 18. quæst. n. 28. præcipuè in *vers. indistinctè credo*, Quod si obtinet in beneficijs obtentis, multò magis obtinere
debet in pensionibus (quæ circumscripto Iure singulari ex stylo Curiæ, & dictis Constitutionibus)
non cessant, nequè extinguuntur per promotionem
ad Episcopatum, vt inferiùs suo loco dicetur.

Alterum caput, est circa exhibitionem, seu pro-
27 ductionem; & † in hoc, siuè agatur de censuris, vèl
alia pœna in literis comminata, siuè agatur simpliciter de illarum executione, non est dubium, literas esse nedùm exhibendas, sed etiàm intimandas,
non obstante, quod fuerit præstitus consensus, etiã
literis non intimatis, vèl exhibitis; præcipuè stante Regula *de non iudicando*, legem hanc Iudici
præscribente, qui ideò ab eius semita non potest
declinare, prout latè discusso articulo, tandèm in
hanc sententiam descendit Rota apud *Cassad. dec. 2. ex num. 12. de Pension.*

28 Itàvt nihil ad rem faciat, literas † esse de forma
probationis, sed non de substantia gratiæ, vt de literis pensionis loquẽdo, dicebat *Paris. cons. 5. n. 59. & 60. lib. 4.*

Quià in Iudicio, nõ tractatur de substantia in abstracto, sed in concreto ad effectum exequibilitatis,
cui est pro forma ipsa literarum exhibitio, vt Iudex
29 certior inde fiat de sua Iurisdictione; nàm † quamuis
Rota apud *Bisignet. decis. 4. num. 5. & per tot. de conceß. praben.* aliquandò existimauerit, de literarum expeditione, & mandato sibi facto posse Exequutorem fidem parti adhibere, & valide sub assertione illa procedere, si postmodùm ità esse compertum sit; tamèn in fine videtur contrarium sensisse,
prout perpendit *Roman. cons. 353. sub nu. 8. vers. & licèt decisio.*

30 Et ratio patet, cùm nèc † si examinasset Iudex
mille Testes, posset illis fidem adhibere, *l. vn. C. de mand. Princip.* præcipuè si gratia facta sit non motu proprio, *Milis in verb. Gratia Apostolica non*
31 *censetur perfecta*, & ideò recipit Iurisdictionẽ † ex
præsentatione, vt notat Rota *eod. tit. de conceß. præben in nou. decis. 19. sub nu. 2. in extremis verbis* & est *tex. in cap. super eo, de appellat. & in cap. si is cui, de off. deleg.* quos *tex.* ad id ponderat *Roman. loco suprà allegato.*

32 Licèt enim Delegatus † habeat Iurisdictionem
in habitu ex die Datæ; tamèn non recipit exercitium, nisi ex die præsentationis literarum, *d. cap. super eo*, per quem textum, ità infert *Felyn. in cap. eam te, n. 21. de rescript. Cassad. decis. 8. n. 12. de restit. spol.* & post longam, & exactam disputationem, ità resoluit Bellam. *decis. 110. sub num. 12. ex vers. quid dicendum, vsque ad finem.*

Et in puncto exequutionis literarum Pensionis,
est *Seraph. decis. 267 num. 1.* vbi quod nequè sufficeret ostendere facultatem retinendi.

33 Nèc solùm † id obtinet in Iudicio contentioso,
sed etiàm in voluntario, vtputà si tractetur de exequenda facultate transferendi; nisi enim literæ in
effectu præsententur Exequutori, actus remanet
nullus, ex generali *Regula d. cap. super eo, il secondo, de appell. Ferret. cons. 85. nu. 4. Crescent. decis. 13. de conceß. prabend. Rota decis. 143. num. 2.*
34 *par. 1. in recent.* vbi quòd † nèc staretur assertio-

ni Exequutoris, nisi actus exhibitionis fuerit per ex-
tēsū scriptus, vèl literę apparerēt in instrumēto trā-
slationis registratę, *Gratian. discept. forēs c. 551 n. 1.*
35 Præterquàm si cuipiā data esset † facultas trāsfe-
rendi coram Notario, & testibus solis, nequè enim
tùnc Notarius adhibetur velùti Exequutor, atquè
ideò nèc est talis exhibitio necessaria, *Rota in re-
cent par. 4 decis. 689 num 4. ad fin. vers. præterea
quandiu*.
36 Est tamèn verum, posse † Exequutorē hunc facul-
tatis trāsferendi, fidē habere exēplo, etiàm impresso,
d. decis. 689. sub eo. num. 4. vers. nèc facit, agitur
enim de actu, in quo non est citandus aliquis, &
sic merè extraiudiciali, cùm nemo de hoc oppo-
nat, *Dec in auth. si quis in aliquo, nu. 27. vers. eo.
fallit, C. de eden.* potissimùm si non sit merum
exemplum, vtputà quià esset insertum in aliquo
actu publico; idèquè si exēplans, vèl inserens attesta-
retur se vidisse originale; prout de literis facultatis
insertis in processu fulminato, latissimè probat
Rota apud *Put. decis. 245. in nou. sub num. 2. ex
vers. sed non obstante lib. 3. Achill. decis. 2. de off.
deleg.* quod etiàm firmatum fuit in *Romana, seu
Neapolitana translationis pensionis 10. Martij
1623. coram Illustrissimo D. Cardinali Caualle-
rio*, in qua fuit etiàm decisum, talem exhibitionem
posse probari per testes, si quando fuisset omissa
scribi per Notarium, ex his, quæ tradunt pro Re-
gula *Innoc. & Io. Andr. in c. quoniam contra, ille
ad fin. in verb. documentis, ibi n. 37. de probat.
Castr cons. 60. n. 2. lib. 1. Surd cons. 245. n. 50.* & fuit
allegata alia decisio in vna *Bononien. translationis
pensionis, 1. Iunij 1616. coram Reuerendissimo D.
Pamphilio*.
Hæcquè de plano procedunt etiàm respectu il-
lius, qui non est in possessione, nèc cum eo agit,
qui pensioni consensit; si enim eum successore sibi
37 sit controuersia, qui † expresse non consensit, &
cesset effectus quasi possessionis, nedùm tenetur
producere literas, sed eas plenè iustificare in om-
nibus narratis, *cap. 2. de rescrip. Cassad. eo. tit. de-
38 cis. 10. num. 8.* præterquàm † si gratia esset facta
motu proprio, *Seraph. decis. 1484. num. 10. Rota
in recent. decis. 645. num. 2. par. 1. & decis. 656.
39 num. 1. par. 2.* vèl † literæ huiusmodi essent per
Titularem acceptatæ, siuè expresse, siuè tacitè per
actum id implicantem; vt de actu procuratæ regi-
strationis, censuit Rota in eisdem *recent. par. 1. de-
cis. 636. nu. 5.*
Difficultas tota circa hunc articulum versatur
40 in possessorio: Etenim si versemur † in possessorio
Adipiscendæ, quod contingere potest, quando Trās-
latarius surrogatus in possessionem transferentis,
petit in eam immitti, iuxta resolutionem factam
in causa *Sancti Marci 30. Februarij 1612. coram
bo. me. Cardinali Sacrato*, quæ legitur impressa
penès *Marches. par. 2. pag 456. num. 3.* nullum
dubium est, quin literæ sint exhibendæ, cum
etiam verificari debeant ex supposito possessionis,
& capacitatis tàm Transferentis, quàm Translata-
rij, vt in eadem decisione firmatur.
41 Si autèm † versemur in possessorio Recuperan-
dæ, Rota tenet, agentem teneri docere de Iure
suo, & huiusmodi possessorium à petitorio separa-
ri non posse; Ità in terminis pensionis decisum ha-
betur in *antiq. de rest. spol. decis. 3. num. 2.* Quod
42 tamèn † est intelligendum non de plena iustificatio-
ne, sed de simplici colore, ità vt Iudici concludatur,
petentem restitui non temeritate propria, sed
auctoritate eius qui dare poterat, se aliquandò
possessionem eam habuisse, ad quam petitur rein-
43 tegratio: hoc enim † omnino esse necessarium
constat, cùm non possit quis possessionem assequi,
alitèr quàm auctoritate eius, qui potest eam tra-
dere, vti nequè per aliū priuari, vt docet *Innoc. in
cap. in literis, num. 11. de rest. spol.* & istud est pos-
44 sessionem † colorare, qui color semper exigitur
in causis Spiritualibus, vèl mixtis, *Rota decis. 20. de
rest spol. in antiq. Cassad. eod. tit. decis. 8. n. 1. & 20.*
45 Pro colore † autèm hoc, ante Regulam *de
non iudicando iuxta formam supplicationis*, suffi-
ciebat supplicatio, vt resoluit *Cassad. d. decis. 8. ex
46 num. 1. & 14. per tot* hodiè verò † minimè suffi-
ceret propter dictā Regulam *de non iudicando*, vt
admonendo Iuniores, docet *Mandos. ad d. reg.
quæst. 3. num. 3* & firmauit Rota *in Ausonitana
Pensionis 15. Iunij 1587. coram Cardinali Platto*.
47 Quòd si versemur in summarijssimo † possesso-
rio Retinendæ, duæ cadunt inspectiones: Prior est
an requiratur titulus? Altera, an pro titulo sufficiat
supplicatio, vèl potius necessarię sint literæ propter
dictam Regulam *de non iudicando*? Et quoad pri-
48 mam videtur nullum exigi titulum, cum † in hoc
manutentionis Iudicio, sufficiat nuda detentatio de
facto; nèc disquiratur, an possessio sit iusta, vèl iniu-
sta, quià semper est iusta respectu non possidentis,
l. 2. ff. Vti. possid & sic nedùm non est iustificandus,
49 sed nèc est exhibendus † titulus aliquis, *Rota decis.
595. num 8. par. 1. diuers. Seraph. decis. 582 nu. 5*
cum multis, quæ possent allegari.
Cōtrariū tamèn est tenendū; idquè ex natura su-
biecti ipsius actionis: qui enim petit manuteneri in
quasi possessione exigendi pensionē, non est similis
illi, qui petit manuteneri in quasi possessione exigē-
di certā pecuniarum quantitatem: iste namquè non
qualificat subiectum, sicùt ille; nequè enim asserit
simplicitèr se exegisse certam quantitatem pecu-
niarum, sed certam pensionem; tenetur ergò pro-
50 bare † qualitatem hanc, videlicèt id quod exegit
esse pensionem, non quid diuersum, *l. 4. §. hæc au-
tem actio, ff. Vi bono. rapto. cum simil.* Et conse-
quentèr cum Pensionis causa efficiens sit Papa, nèc
Papæ gratia alitèr possit probari, quàm per eius
rescriptum, *l. vn. C. de mand. Princip.* necesse est,
vt tale rescriptum in medium proferatur, alitèr im-
possibile est, vt dicatur constare Iudici de existen-
51 tia rei, quæ possideri prætenditur, † sine quo non
potest decerni manutentio, *Gregor. decis. 350. in
princ.*
Nequè huic conclusioni, præmissa aduersantur:
nàm ista productio non fit ad effectum adstruendi
titulum, vt super illo iudicetur, vèl de eo quouis
modo tractetur; sed tantùm, vt per illum iustifice-
tur qualitas subiecti secundùm intentionem acto-
52 ris, dicenti enim † incumbit onus probandi, *l. ei
qui, de probat. cum vulg.* & hæc est ratio, quam
intulit

intulit Rota apud *Achill. decis.4. nu.c. de rescript.*
quæ ab aliquibus minimè fuit perpensa.
53 Quo verò ad secundam † videtur, quod non sint
exhibẽdæ literæ, sed sufficiat sola supplicatio: Sup-
plicatio enim satis, superque probat illam præexi-
54 stentiam pensionis, cum gratia in ea † perficiatur,
*l. Sacri affatus, C. de diuers. rescript. cum institutio-
nis, vbi Turrecrem. num. 1. 25. quæst.* 2. ac ideò
nulla est necessaria literarum exhibitio pro titulo,
siuè consideremus naturam Iudicij, (vt iam dictum
est) siuè Regulas Cancellariæ; illa enim de non
55 iudicando † iuxta formam supplicationis, paten-
tèr non applicatur, procedit enim in illis possesso-
rijs, in quibus necessarius est titulus saltim colora-
tus, de quibus suprà dictũ est; Secùs verò in hoc, in
quo nullus prorsus exigitur, nèc dicitur iudicari
iuxta supplicationem, cùm non pronuncietur super
Iure aliquo, sed tantùm decernatur manutentio
super facto meræ possessionis; Atquè ità decisum
fuit in *dicta Anconitana Pensionis 15. Iunij 1587.
coram Platto, Garz. par. 1. c. 5. nu.* 446. potestquè
addi idem decisum in *Auximana pensionis 5. Maij
1589 coram Comitulo,* cuius meminit *Collect. clau-
sul. in clausu. nobis 145. num. 6.* Idquè pro vsu fori
Auditoris Cameræ, notatur in eius Tribunalis pra-
xi, *lib 3 cap 3. num.* 1.

Quod verum esse existimo, etiam si in ipsa sup-
plicatione exstaret decretum, quod (vt supra dixi)
conuenit iàm passim adijci, videlicèt vt si exiga
tur pensio literis non expeditis, ea, ipso facto sit
nulla; nàm hinc non tollitur, quin à principio gra
tia reseruationis pensionis fuerit in esse deducta,
56 sola enim signatura perficitur, † nequè literæ sunt
necessariæ ad alium effectum, quàm probatio-
nis, vt in terminis † pensionis respondit *Rota in re-
cent. par. 1. decis. 645 sub num 5. ad finem vers. &
propterea cum non agatur, & par. 2. decis. 656. iti-
dem num. 5.* quæ probatio non est necessaria in
57 hoc iudicio, sed tantum † cùm petitur canoniza-
toria, quæ non potest obtineri nisi literis expe-
ditis, *Mobeda decis. 26. sub num. 3. vers. & licet
Regula, de renunciat.*
58 Nequè arbitror, vrgere, stante † clausula supra-
dicta, non posse Titularem soluere, nequè Pensio-
narium Pensionem exigere. *Garz. de benefic. par 4.
59 cap. 1. num. 40* cum negari † nequeat, Decretum
huiusmodi impedire principium adquisitionis, vt
censuit Rota apud *Mantic. decis. 300. num. 4.* Nàm
id intelligi oportet de exactione de Iure, non autẽ
de exactione de facto, qui autèm petit manuteneri,
non videtur asserere se possessorem de Iure, cùm
sibi sufficiat possessio de facto, & nuda detentatio.
60 Et quãuis † Clausula, *nec aliàs &c.* videatur habe-
re vim Decreti irritantis, adeo vt omnia resoluat
vsque ab initio, *l. siquidem, cum ibi notat. per Bald.
num. 3. vers. nota glossam, C. de exceptionib. Soc.
sen. cons. 251. num. 4. vol. 2.* nihilominùs referen-
61 da † hæc veniunt ad effectus Iuris, vt responsum
fuit in *Oscen. Pensionis, 9. Iunij 1621. coram bo.
62 mem. D. Buratto,* licèt † non ignorem, postmo-
dum in vna *Parmen. Pensionis 23. Iunij 1625.
coram Reuerendissimo D. Coccino,* conclusio-
nem hanc in dubium fuisse reuocatam; Et crede-
63 rem esse distinguendum, † an petatur manutentio
cõtra eum met, qui soluit, an autem contra succes-
sorem in beneficio; vt in primo casu militent præ-
missa, secùs verò in hoc secundo, quià illud factum
præcessoris, nullum potest inferre præiudicium suc-
cessori; quæ distinctio videtur probata Rotæ, apud
*Mantic. eadem decis. 300. sub nu. 4. vers. Neque
etiam obstat, quod pensio.*

SVMMARIVM.

1 *Stylus Signaturæ, dùm rescribit in materia Pen-
sionum, latè exequitur.*
2 *Papæ mandatis, sine aliqua tergiuersatione pa-
rendum.*
3 *Alimentorum præstatio, & hac ratione, pensionis
solutio nullo pacto suspendenda.*
4 *Clausula executionis præseruatiua, & Clausula*
sine retardatione solutionis, *qua ratione conne-
ctantur in materia pensionis, & num. 7.*
5 *Clausula* sine præiudicio executionis, *præseruat
facultatem exequendi in ipso executore.*
6 *Per eam tamen, non plenè consulitur Pensionario.*
7 *Clausula* sine præiudicio executionis, *non impedit
deuolutionem, & cognitionem causæ in Iudice,
cui rescribitur, ante executionem perfectam.*
8 *Clausula* sine retardatione, *suspendit* Iurisdictio-
nem.
9 *Et præscribit legem* Iudici, *quæ nequit præteriri.*
10 *Clausula* sine retardatione, *impedit audientiam.*
11 *Testiũ examẽ in Curia, nusquàm cuipiã denegatur.*
12 *Præterquam Titulari contra Pensionarium, vbi
adest clausula* non retardata.
13 *Clausula* non retardata &c. *vis, durat vsque ad
finem litis, repetitaquè censetur in omnibus com-
missionibus.*
14 *Clausula* sine retardatione, *quibus casibus per Si-
gnaturam non detur.*
15 *Executioni præmittendum est* Iudicatum.
16 *Executiua via competit etiam pro dispositione sub
modo, vèl sub conditione.*
17 *Conditio donèc purificetur, gratia stat in suspenso.*
18 *Modus adæquatur conditioni, ad effectum suspen-
dendi executionem.*
19 *Clausula* sine retardatione, *non datur, vbi Pensio-
narius agit contra vnum ex obtinentibus ali-
quod beneficium de pluribus, super quibus est
facta reseruatio.*
20 *Pensio reseruata super pluribus beneficijs, non
intelligitur reseruata in solidum, sed pro rata.*
21 *Et quid referat, tùnc temporis reseruatam esse in
solidum.*
22 *Clausula* sine retardatione, *non datur, quando
Pensionarius simplicitèr non denegat solutionem,
sed prætendit deduci onera.*
23 *Clausula* liberam, immunem, & exemptam
*adiecta in reseruatione Pensionis, quid opere
tur.*
24 *Clausula eadem, nihil operatur respectu onerum
postmodum impositorum, cum Decreto, quòd
Pensionarius teneatur pro rata, & cum clausu-
la derogatoria.*
25 *Excusatum quid sit.*

26 *Exensatum, soluitur pro rata à Pensionario, nisi pensio reseruata sit libera ab illius onere.*
27 *Clausula* libera &c. *respectu Excusati, expirat cũ eiusdem Excusati quinquennali terminatione.*
28 *Posteriora, derogant prioribus.*
29 *Clausula* quorum tenores, &c. *habet vim specifica derogationis.*
30 *Clausula derogatoria derogatoriarum, nihil operatur contra enixam voluntatem Principis derogare volentis.*
31 *Successori Principi, non potest lex imponi.*
32 *Clausula* quorum tenores, &c. *ex stylo Curia introducta, & vim specifica derogationis sortita.*
33 *Clausula* libera, immunis, &c. *operatur respectu omnium onerum.*
34 *Et quid respectu onerum, qua de facto imponuntur per laicos?*
35 *Conductor suscipiens in se omne periculum, censetur suscepisse in se etiam extraordinaria, & insolita.*
36 *Clausula* libera, immunis &c. *comprehendit etiam extraordinaria, & imposita de facto per laicos.*
37 *Nisi sit restricta ad onera ordinaria.*
38 *Vel etiam nisi sint onera resistibilia.*
39 *Pensionarius, an teneatur contribuere expensis litis factis per Titularē in assequendo Beneficio.*
40 *Clausula* dummodo &c. *adiecta reseruationi pensionis, eget plena iustificatione, & qualificat totam gratiam.*
41 *Conditio, & modus quid inter se differant.*
42 *Modus adscriptus in legatis, pro conditione seruatur.*
43 *Modus, pro conditione aliquandò vsurpatur.*
44 *Clausula* dummodo, *non potest iustificari ex semiplena probatione.*
45 *Eadem in se rapit, vertitquè in propriam naturam consensum Titularis.*
46 *Clausula*, vt asseris, *relata ad pensionarium, si accesserit consensus Titularis, remanet iustificata.*
47 *Clausula* dummodo &c. *adiecta reseruationi pẽsionis, non iustificatur ex solo consensu Titularis.*
48 *Obligationis* Cameralis *forma, arctius ligat, sed non extendit obligationem ipsam.*
49 *Clausula* dũmodo, &c. *nõ est verificanda per pensionarium, vbi fuit narratus valor affirmatiuè ab ipso Titulari per assensum sub assertione habita informationis, & cum Iuramento.*
50 *Etiam, quod pratendantur onera extraordinaria, de quibus asserat, se non indagasse.*
51 *Iuramentum induicit prasumptionem perfecta cognitionis, & prahabita deliberationis.*
52 *Pensio dum reseruatur, nihil attentiùs obseruatur, quàm beneficij valor.*
53 *Valor negatiuè expressus, per non excessum, in quauis modica quantitate verificatur.*
54 *Pensio in obolo nulla, in totum corruit, vbi adest clausula* dummodo non excedat, &c,
55 *Et qua sit ratio.*
56 *Pensio, vbi reseruatur super beneficio iàm grauato, omnes antiqua pensiones debent exprimi.*
57 *Aliàs noua reseruatio est nulla, etiamsi facta sit motu proprio.*
58 *Nequè suffragatur scientia Papa aliundè probata.*
59 *Et nullitas hac inducitur ipso Iure.*
60 *Etsi antiquior esset, non ideo reconualescit reseruatio posterioris.*
61 *Pensio nullitèr reseruata non est exprimenda in reseruatione noua.*
62 *Pensiones antiqua, vbi narrantur in genere, id sufficit pro sustentatione noua reseruationis.*
63 *Pensionis antiqua omissa specificatio, quo casu non vitiet pensionis reseruationem.*
64 *Clausula* etiamsi super illius fructibus pensiones aliæ reseruatæ existant, *quando apponatur, & cuius sit effectus.*
65 *Clausula* dummodò omnes pensiones huiusmodi simul fructuum medietatem non excedant, *quando detur, & cuius natura sit.*
66 *Clausula* dummodo &c. *adiecta substantia reseruationis pensionis, quid operetur.*
67 *Clausula* dummodo omnes pensiones, &c. *quid operetur.*
68 *Clausula* dummodo ista vnà cum alijs pensionibus, &c. *quando reddat gratiam conditionalem.*
69 *Valor expressus in reseruatione pensionis, probandus est de tempore Data ipsius gratia.*
70 *Ita tamen, vt respiciat durationem.*
71 *Possessio releuat ab onere probandi.*
72 *Valor probari debet per pensionarium, quando Titularis agit petitorio, & qua ratione.*
73 *Pensionario, in quo suffragetur possessio exigendi, durante lite mota per Titularem in petitorio.*
74 *Pensionis solutio, non retardatur pratextu sententia, à qua est appellatum, etiàm si lis sit cũ successore in beneficio, qui expressè non consensit.*
75 *Pensionem annullare volenti ex falsa narratiua valoris, qua via consulatur.*
76 *Translatarius Pensionis si sit in possessione exigendi, non tenetur ad iustificationem clausula* dummodò &c.
77 *Translatarius Pensionis non iuuatur quasi possessione transferentis, nequè ad effectum manutentionis, nequè ad effectum iustificationis, nisi esset triennalis.*
78 *Possessio triennalis inducit prasumptionem iustificationis gratia Pensionis.*
79 *Tempora coniunguntur Translatarij, & Transferentis respectu possessionis.*
80 *Dummodo possessio sit benè formata ex concursu patientia, & exactionum.*
81 *Tempora non coniunguntur Transferentis, & Translatarij, vbi possessio fuit interrupta per sententiam, aut propter controuersiam.*
82 *Exigitur tamen hoc casu actorum validitas.*
83 *Possessio interrumpitur ex simplici citatione Iudicij introductiua.*
84 *Clausula executionis praseruatiua, adhuc datur in materia Pensionis, quamuis Gratia egeat iustificatione.*
85 *Litera adhuc nõ iustificata, probãt tamen gratiã.*
86 *Clausula* constito de literis, *iustificatur ex simplici literarum existentia.*
87 *Clausula eadem, quid operetur.*
88 *Pensionarius excommunicatus, arcetur à manutentione.*
89 *Clausula* sine præiudicio executionis, *non imponit neces-*

necessitatem exequendi, & modificatur ex alia Clausula Iustitiam faciat.

90 *Nisi aliud Papa decernat.*

91 *Signatura propria Papa, non autèm extensio qua sit per Regentem, debet attenai.*

92 *Rescriptum Papa pracisum, remouet quodcunquè obstaculum.*

93 *Excessus vbi datur in Executore, permittitur appellatio ad vtrunquè effectum.*

94 *Clausula executionis praseruatiua datur etiàm vbi reseruatio Pensionis facta est sub modo, vèl sub conditione.*

95 *Clausula eadem non datur, quando ex ventre literarum resultat, vèl notoria nullitas, vèl non existentia Gratia.*

96 *Et quando dicatur resultare huiusmodi exceptio ex ventre literarum.*

97 *Exceptio elidibilis ex possibilitate, putà Dispensationis, dicitur requirere altiorem indaginem, nequè ideò admittitur ad impediēda executionē.*

98 *Pensionis extinctio, si liqueat ex supplicatione signata, retardat processum executiuum.*

99 *Pensio vbi apparet notoriè indebita, Executor debet supersedere, donèc adeatur Signatura.*

100 *Aequitatē inter, & rigorē, solus Princeps dyudicat, nequè Iudex hāc sibi debet arrogare auctoritatē.*

101 *Clausula* arbitrio, &c. *Iuris rigorem relaxat, & confert Iudici facultatem sequendi aquitatem.*

102 *Et excutiendi validitatem literarum.*

103 *Eius tamen pratextu, non admittuntur exceptiones turbida, aut in progressu litis elidibiles.*

104 *Pensionarius, cui lite pendente denegatur pensio, in cuius exigendi possessione erat, dicitur spoliari.*

105 *Pensionis exactio non retardatur pratextu concessi arbitry, in possessorio retinenda.*

106 *Solutio vnica sufficit pro acquirenda quasi possessione exigendi.*

107 *Pensionarius constituitur in quasi possessione exigendi, per vnicam solutionem.*

108 *Solutio vnius prastationis annua, non sufficit ad prasumendum solutionem in prateritum.*

109 *Pensionis vnica solutio, suffragatur Pensionario pro adquirendo possessionem etiàm contra successorem in beneficio.*

110 *Actoris Ius, nusquam efficitur deterior ex variatione persona in Reo.*

111 *Persona eadem semper reprasentatur in Dignitatibus, & Officys.*

112 *Pensionarius, ex denegata sibi pensione per antecessorem, agit spolio contra successorem.*

113 *Pensionarius, ex vnica solutione sibi facta per antecessorem, intentat manutentionem contra successorem in beneficio.*

114 *Solutio vnica, vt constituat exigētem in quasi possessione, debet esse liquida.*

115 *Solutio, iustificatur per quietantias, seù Instrumenta solutionum.*

116 *Quietantia, perpetuò solutionem probat contra eum cui est facta, secus verò contra successorem illius, nisi constet de vera numeratione.*

117 *Solutio, probatur ex verbis Notary, exprimentibus numerationem coram se, & testibus factam.*

118 *Numeratio pecuniarum, probatur ex verbis Notary, quod pecunia fuerint data.*

119 *Solutio probatur ex quietantia, etiàm contra successorem, vbi concurrunt adminicula, & pro adminiculo sufficit rei verisimilitudo.*

120 *Iactatio sui, non prasumitur.*

121 *Pēsio exacta per triginta annos, inducit prasumptionem iustificationis literarum.*

122 *Media, prasumuntur iustificatis extremis.*

123 *Soluens partem vnius termini Pensionis ad bonum computum, constituit Pensionarium in quasi possessione exigendi in totum.*

124 *Possessio, seù quasi, in incorporalibus constituitur non ex latitudine facti, sed ex affectu, & patientia eius, contra quem adquiritur.*

125 *Possessio fundi, acquiritur per apprehensionem possessionis vnius gleba.*

126 *Et qua sit ratio.*

127 *Actus causa, magis consideratur, quàm exercitium.*

128 *Pensionis terminum minus integre soluens, quando non videatur constituere Pensionarium in quasi possessione exigendi.*

129 *Pensione minus integrè soluta illi, cui fuit reseruata sub Decreto annullatiuo*, nisi integrè &c, *hinc non impeditur manutentio Pensionary.*

130 *Pensionarius non potest constitui in quasi possessione exigendi, per alium, quàm per Titularem.*

131 *Possessio seu quasi, in incorporalibus pendet ex scientia, & patientia Domini.*

132 *Titulum qui non habet, non dicitur dominus, seù quasi, vt hinc possit praiudicare Ecclesia.*

133 *Emphiteuta, & synaicus, soluendo nō praiudicant domino ignoranti.*

134 *Pensionis solutio, facta per administratorem, vèl exactorem fructuum, non praiudicat Titulari.*

135 *Idemquè dicitur de solutione facta per sequestratarium.*

136 *Et per Cameram Regiam.*

137 *Et per Subcollectorem spoliorum.*

138 *Pēsionis solutio facta per Reseruatariū fructuum, praiudicat Titulari.*

139 *Pensionis solutio facta per Procuratorem, de cuius mandato non constat, non tribuit possessionem.*

140 *Et qua sit ratio.*

141 *Iactare suum, etsi quis non prasumatur, datur tamèn instantia facti possibilis in contrarium.*

142 *Mandatum de soluendo, non prasumitur pro solutione facta sine adminiculis.*

143 *Et pro adminiculo sufficit scientia, & patientia debitoris.*

144 *Et qua sit ratio.*

145 *Taciturnitas, in fauorabilibus arguit consensum.*

146 *Mandatum prasumitur in soluente pensionem nomine alterius, quando is, cui soluitur, iàm erat in quasi possessione exigendi.*

147 *Idemquè si proponerentur facta solutiones per plures annos.*

148 *Idemquè, si de vno tantùm termino, in quantitate tamèn non minima.*

149 *Idemquè, si notoria esset legalitas persona soluentis.*

150 *Pensio, vbi proponitur soluta per Procuratorem in vim certi mandati, expendendi veniunt fines mandati huiusmodi.*

213 Præ-

213 *Præscribi non potest ex solo tempore, possessioni naturali semèl adquisita.*

214 *Pensionarius, dicitur spoliari quasi possessione exigendi, si successor, qui non soluit, illam sibi denegat.*

215 *Pensionarius, cui est denegata solutio, amittit ciuilem quasi possessionem, si per decennium negligat pensionem exigere.*

216 *Possessio, decennio non perditur, nisi per aliquem fuerit occupata.*

217 *Pensionario petenti manutentionem, in quasi possessione semel adquisita, non potest obyci, quod non exegerit per decennium.*

218 *Et quæ sit ratio.*

219 *Seruire nemini res sua potest.*

220 *Pensionario intentanti manutentionem, frustrà obÿcitur, quod priùs intentauerit petitorium, aut possessorium ordinarium.*

221 *Possessio nihil habet commune cum proprietate.*

222 *Possessorium summarÿssimum potest concurrere cum possessorio ordinario.*

223 *Manutentio, potest intentari etiàm in gradu appellationis.*

224 *Possessorium summarÿssimum retinendæ, redditur officio Iudicis etiam, pro simplici detentatione.*

225 *Remedium ordinarium, non facit cessare extraordinarium, quandò extraordinarium pinguiùs prouidet.*

226 *Manutentio, datur non obstante sententia contra possessorem lata, cuius effectus est suspensus.*

227 *Sententia in summarÿssimo possessorio retinenda, reputatur mera interlocutoria, & ad libitum Iudicis reuocatur.*

228 *Pensio debita, si soluatur in vim sententiæ latæ in possessorio, an repetatur.*

229 *In Possessorio succumbēs, & parens, repetit solutū, si in eo non poterat exceptio sua discuti.*

230 *Actionis causa cessante, cessat Actio.*

231 *Solutionis causa reducta ad non causam, quod exindè soluitur, repetitur tanquam indebitum.*

232 *Pensio indebitè soluta, non repetitur tanquàm fructus, sed tanquàm simplex quantitas.*

233 *Ignorantia in facto proprio, non potest allegari.*

234 *Actio est inanis, quam inopia creditoris excludit.*

235 *Clericus pauper, innatur beneficio cap. Odoardus, de solut.*

236 *Pensionario denegatur beneficium cap. Odoardus, de solut.*

237 *Et quæ sit ratio.*

238 *Clericus non potest renunciare beneficio c. Odoardus de solut.*

239 *Obligationis Cameralis vis, circa renunciationem beneficÿ cap. Odoardus, de solut.*

240 *Remedium cap. Odoardus, de solut. an competat succumbenti per tres conformes.*

241 *Pensionarius, non arcetur à beneficio, cap. Odoardus, de solut. virtute simplicis Obligationis Cameralis.*

242 *Obligatio omnis intelligitur sub hac conditione, rebus videlicèt ità stantibus.*

243 *Paupertas quanam exigatur, vbi intentatur remedium cap. Odoardus, de solut.*

244 *Clericus an liberetur à creditoribus, facta cessione fructuum beneficy.*

245 *Beneficy fructus, non possunt assignari creditoribus, nisi in defectum patrimony.*

246 *Paupertas Clerici, vt suffragetur pro obtinendo beneficio cap. Odoardus debet esse adequata quantitati crediti.*

247 *Potest tamen summariè, & scrupulositate omissa, probari.*

248 *Clericus, vt intentet beneficium cap. Odoardus, de solut. an debeat constitui in carcere.*

249 *Beneficium, cap. Odoardus, de solut. non conceditur post Iudicatum, & relaxatas executoriales.*

250 *Et quæ sit ratio.*

251 *Clericus, pro euitanda solutione expensarum, in quibus condemnatus fuit, nusquam admittitur ad beneficium cap. Odoardus, de solut.*

252 *Cessionis beneficium, perpetuò denegatur illi qui ante sententiam non agnouit debitum.*

253 *Pensioni qui consensit, non potest allegare impossibilitatem soluendi, quin etiam alleget propriam turpitudinem, & sic excluditur à beneficio cap. Odoardus.*

254 *Clericus excluditur à beneficio c. Odoardus propter dolum, & quæ sit ratio.*

255 *Malitÿs hominum, perpetuò est occurrendum.*

256 *Fraudibus obuiari, publica simùl, & priuata vtilitas suadet.*

QVÆSTIO XXXVIII.

Qui sit vsus Signaturæ rescribendi in causis pensionis, & qualitèr instruendus processus.



X assumpto superiùs facto,
quòd causa finalis reserua-
tionis Pensionis sit alimen-
1 tatio, facilè est † consequi
rationem styli quo vtitur
signatura, dùm in hac ma-
teria rescribit: Duo enim
necessariò supponuntur, vi-
delicèt, ex causa efficiente,
Rescriptum Apostolicum, & ex causa finali, alimen-
torum debitum; atquè ità sicùt duplex concurrit
priuilegium exequutiuum, priùs ratione causæ ef-
ficientis, idest Papæ, qui solui præcipit, cui sine ali-
2 qua † tergiuersatione est parendum, *cap. si quando de rescript. Gig. de pens. quæst. 95.* & alterum ra-
tione causæ finalis, idest alimentorum, quorum
3 præstatio nullo † pacto est suspendenda, cum ven-
ter non patiatur dilationem, vt post alios latè tra-
dit *Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuileg. 60. n. 5.*
8. 10. & 11. Ità Signatura rescribens in causa Pen-
4 sionis, pro conseruatione prioris, adÿcit † clausu-
la *siuè præiudicio exequutionis*, qua præseruat
facultatem exequendi in ipso Exequutore, & pro
conseruatione alterius, huic connectit aliam, *&*
sine retardatione solutionis.
5 Ratio † enim istius connexionis est, quià licèt
prior clausula præseruet facultatem exequendi in
Exequutore, siuè in Iudice à quo; *Reuerendissi-*
mus

*mus D. Coccin. decis. 144. ex num.7. Gregor. de-
cis.232.nu.1. Rota in recentior. par. 2. decis.609.
n.1.vers.Domini responderunt*, cũ multis cõgestis
per *bo.me.D. Beltram.ad d.Greg. decis. 232.n.4.*
6 tamèn † hinc non plenè consultum est Pensiona-
rio, nequè satisfactum intentioni Iuris communis
respectu causæ finalis, scilicèt alimentorum; nàm
7 cùm † dicta clausula non impediat deuolutionem
negotij principalis ad Iudicem, cui rescribitur; &
quominùs ille cognoscat, & causam decidat, etiam
non facta, seù perfecta exequutione, *Seraph. de-
cis.845.num. 2.* & fuit plenè decisum in vna *Ouen-
ten. beneficij, 28. Nouembris 1597. coram bo. me.
Cardinali Horatio Lancellotto, impressa apud
Marches. tom. 1. pag. 435.* posset de facili fraus
fieri legi, nectendo moras exequutioni de facto, &
interim procurando, Pensionem aùt reduci aùt an-
nullari; ideòquè pro extrudenda fraude huiusmo-
di, inuectus est stylus hic connectendi Clausulæ *sine
praiudicio*, istam, *& sine retardatione solutionis
pensionis*, quæ coniunctio operatur, vt quamuis
Exequutor inhibitus, si adesset simplex Clausula
sine retardatione, attentet, *Gig. de pens. quæst. 69.
sub num. 5. in extremis verbis, Lancell. de attent.
post inhib. in 1.ampliat.num.28. Marescot. var.
resol.lib.1. cap.20.num.2.* tamèn saluetur exequu-
tio ab attentato, propter aliam Clausulam *sine
praiudicio, Reuerendiss. D. Coccin. a.decis. 144.
num.7.* Et vice versa, quamuis non impediatur ex
illa prima Clausula, cognoscere causam is cui re-
scribitur, impediatur tamèn ex hac secunda, cuius
præcipua est vis, vt dùm debitor pensionis vrgetur
ad exequutionem per Exequutorem, seu Iudicem
à quo, non possit audiri per Iudicem ad quem, seù
alium cui sit commissa causa in negotio principali,
cum ista Clausula, *& sine retardatione, &c.* vis
8 enim † istius Clausulæ est, rescriptum efficere con-
ditionale, si non retardetur solutio, qua conditione
non purificata, non censetur attributa Iurisdictio,
*cap. cum dilecta, de rescript. Paris.consil.94.nu.12.
9 lib.4.* Quippè † Clausula hæc legem Iudici præscri-
bit in ipso articulo Iurisdictionis, quam nullo mo-
do potest præterire, *Seraph. decis.664.nu.1. & 5.*
10 Ideoquè † debet ipsi debitori denegare audien-
tiam, *Put. decis. 32. circa med.vers.sed quia Iu-
risdictio, & ad finem vers. & ex quo Iurisdictio,
lib. 1.* atquè ità passim occurrent decisiones infi-
nitæ, quæ vim hanc agnoscunt, vt apud *Cas. de
Grass. decis. 101.alids 8. num.1.de sent.& re Iud.*
cum multis adductis in *Burgen Pensionis, 24.No-
uembris 1595. coram Blanchetto, apud Marches.
tom. 1. pag. 540. & in Mediolanen. pensionis 7.
Nouembris 1612. coram bo. me. D. Vbaldo*, apud
eundem *eo. tom pag. 608.*
11 Vsquè adeò, vt quàmuis † testium examen nus-
quàm in Curia denegetur, licèt ponatur ad par-
tem, iuxta stylum, quem seruat Rota, *Verall. de-
12 cis.297.lib.3.* tamèn hoc casu † repellatur debitor
pensionis, qui velit testes producere; dicta enim
clausula, nedùm ipsi os, sed etiam Iudici, tanquàm
Iudici aures obstruit, *Rota diuers. par. 3.lib.2. de-
cis. 182. num.3.*
13 Durat autèm tandiù virtus † Clausulæ huius,
quandiù durat lis ipsa, siuè in puncto nullitatis, siuè
in puncto reductionis, donèc prorsùs sit termina-
ta per tres conformes, vèl per vnam, quæ transierit
in Iudicatum, iuxta *Cassad. decis.10. num.8. de re-
script.* etiamsi in alijs commissionibus non fuerit
repetita, vt fuit decisum in vna *Nerstonen. pensio-
nis, 26. Nouembris 1607. corã Illustrissimo* D. *Car-
dinali Caualerio, impressa apud eundem Marches.
d. tom.1.pag.620.num.2.* & latiùs in *Abulen. pen-
sionis, 15. Nouembris 1610. coram R. P. D. Pi-
rouano, impressa eod. tom.pag.536.num.4.* vbi in
specie fuit considerata hæc ratio fauoris alimen-
torum, ex *nu.2.* quam rationem etiam considerat
Surd. in supracitat. priuileg.60.num.9. pro exclu-
dendo appellationis effectu suspensiuo in hac ma-
teria post *Gigan. quæst. 96. num.3. & 4.*
14 Sunt † tamèn aliqui casus, in quibus Signatura
sine hac clausula rescribere consueuit, quos nouem
esse refert, & prosequitur *Gig. de pension. quæst. 85.
per tot.* In qua tamèn re, vt etiam methodicè to-
tum mysterium explicemus; aduertas, eos omnes
casus ad vnam causam posse reduci: videlicèt quan-
do obligatio Titularis non est liquida; quod dupli-
citèr contingere potest; nimirùm ex defectu pote-
statis in causa efficiente, cùm enim illam suprà con-
stituerimus in ipso Papa, certum est, si supponatur
ex facto inferioris, actum videri esse in statu nullita-
tis, & consequentèr, vtcunquè in futurum possit
declarari validus; interim tamèn non esse exequi-
15 bilem, cum priùs † debeat canonizari per tres con-
formes, quàm mittatur exequutioni, *l.1.C.de exe-
quut.re. Iud.* & hæc ratio illiquidi decidit quatuor
casus, ex propositis per *Gigan.* videlicet, primum,
tertium, quintum, & septimum, vt ibi per eum ex
n. 1. 4. 6. *&* 8.
Item ex modificatione voluntatis eiusdem Papę,
16 certũ est enim † dispositionẽ sub modo, vèl sub cõdi-
tione factã, quamuis non sit expers viæ exequutiuæ,
vt probat *tex. in l. vlt.C.de edict. Diu.Hadr.toll.
Gregor.decis.307.num.22.* tamèn eatenùs esse illi-
quidam in exequutionis articulo, quatenùs illi-
quidum est, modum adimpletum, vèl conditionem
purificatam esse, & sic exequibilem; Conditionis
17 enim † ea est vis, vt gratia sub illa facta stet in sus-
penso, donèc conditio purificetur, *cap. si pro te*,
vbi *gloss. & Doct. de rescript. in 6. Clem. 1. de
concess.praben Paris.cons.82.ex num.7. lib.4.Me-
18 noch.cons.38.num. 15. & 16.* & † in hoc illi exæ-
quatur modus, *l. 1. vbi Corn.num.3.C.de his qua
sub mod.* idem *Menoch.cons.653.num.8.* Quæ mo-
dificatio non solùm inducitur expressè, de qua in-
19 feriùs agetur, sed etiàm tacitè; Velùti si Papa † re-
seruet pensiones super pluribus beneficijs, de qui-
bus aliquem prouiderit, mortuoquè Titulari illa
beneficia singulis personis cõferantur; si enim ege-
rit Pensionarius contra vnum pro solida pensione,
vtiquè perperàm aget, nèc ideo rescribetur cum
clausulis prædictis; Qui est quartus casus conside-
ratus à *Gigan.d.quæst.85.num.5.* & notauit *Ant.
August. in Epit cap.5.de solutio. pensio. nu.2.*
20 Nàm reseruatio † non intelligitur facta à prin-
cipio in solidum, sed è conuerso pro rata, *cap.
constitutus*, vbi hoc dicit benè esse notandum,
Abb.

Abb.num. 8. de religios. dom. quam doctrinam
sequuta est Rota, vt refert *Gomez.in compend.Signat. ad finem vers. potest & alius casus.*

21 Quod † vtiquè non procederet, si reseruatio
facta esset in solidum; foret enim túnc in electione
Pensionarij retinere solidam pensionem super vno
corpore beneficij, dummodò esset illius capax, vt
fuit resolutum in vna *Bergomen.pensionis, 10. Nouembris 1595. coram bo.me. Litta,* quam retulit,
& sequuta est Rota apud *Seraphin. decis. 1429. num.7.*

22 Paritèr, si Titularis † non denegaret soluere
pensionem, sed vellet dumtaxàt deduci onera pro
rata pensionis, respectu talis ratæ non rescriberetur
cum dicta clausula, cùm censeatur, Papam reseruationem ità modificasse, vt Pensionarius pro rata
sua onera subeat, qui est sextus casus illatus per
Gigan. vbi supra nu. 7.

23 Et ideò † ad submouendam exceptionem hanc
consueuit apponi in literis reseruationis clausula
hæc, *liberam, immunem, & exemptam*, qua stante Pensionarius non tenetur ad talia onera, *Gig.
quæst.59.n.6.* nisi post concessionē talis gratiæ im-
24 poneretur † per ipsum Papam onus cum decreto,
quòd Pensionarij tenerentur pro eadem rata, &
cum derogatione quarumcunque exemptionum
cum clausula *quorum tenores, &c.* vt latè fuit conclusum *decis.161. ex num. 3.par.2. diuers.* quæ est
in materia Excusati.

25 In qua est aduertendum, † quod Excusatum
conceditur Regi Catholico, de quinquennio in
quinquennium; & propterea dùm reseruantur pensiones super beneficijs Regnorum illius, decretum
exemptionis semper declaratur expresè, vt sit
immunis pensio in specie ab Excusato, quæ expres-
sio si omitteretur, vtiquè ad illud non porrigeretur
26 Clausula donationis, quæ † consueuit subijci, vt in
decimis, & Cōstitutione Apostolica præexistente,
declarauit Rota apud *Seraph.decis.331.n.1.& per
tot.* Posita itaquè expressa exēptione ab Excusato:
27 Quandiù durat illud quinquenniū † in quo incidit
reseruatio Pēsionis cum dicta Clausula, tādiù durat
effectus derogationis, & declarationis huiusmodi,
eo verò finito, expirat vis Clausulæ, nequè reintegratur, idquè propter pręgnantiores Clausulas, quæ
rursus inseruntur in nouo Indulto super Excusato
ad aliud quinquennium, quod latè firmauit Rota *d.
decis.161.* & rursùs maturè discusso articulo, idem
fuit decisum in *Asculana Pensionis, 7. Februarij 1586. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio,* & etiam tradit *Garz. de benefic. par. 1. cap. 5.
num. 173.*

28 Vis enim derogationis stat † in tempore posteriori, *vulg.l. sed & posteriores, ff.de legib.* iuncta
clausula remotiua obstantiarum, cum clausula *quo-
29 rū tenores, &c.* quæ habet † vim specificæ derogationis, iuxta *Butr. cons. 2.* sæpissimè per Rotā canonizatum, vt in specie fuit ponderatum in *d.
Asculana Pensionis*, itàut in vanum obtendatur
30 Clausula † derogatoria derogatoriarum in literis
reseruationis; quià nequè indè impeditur facultas
reuocandi, nequè effugitur voluntas enixa Papæ ex
Clausulis generalibus, vbi ęę, sua generalitate, (pro-
vt hic) omnem formam respiciunt, aliàs foret, vèl
iàm quid constituere contra plenitudinem potestatis, vt elegantèr considerat *Bald. in cap. cum
dilecta, sub num.12. vers. item ait, quod vbi Papa,
de rescript.*

31 Vèl certè ipsi Papæ legem imponere, † quod
esset ridiculum, vt post alios pronunciauit Rota
decis.666.nu.2.& 3. par.1. in recent. & superfluit
32 pro † sufficienti derogatione illa implicita remotio contrariorum, de qua per *Butr.d.cons.2.* quod
procedit ex stylo Curiæ, vt benè aduertit *Felyn. in
cap. accedentes, sub num. 5. vers. secundus casus,
de præscription.*

33 Et quod † dixi de Excusato, eadem ratione militat respectu subsidij charitatiui, & decimæ Papalis, & quorumcunquè onerum similium; de quibus
per ipsum *Gigan. dict.quæst.85.sub num. 7.* & de
decima, est præallegata *Seraph.dec.331.ex num. 1.
& per tot.*

34 Sed hæc quoad onera † ecclesiastica, quæ sunt
imposita auctoritate Ecclesiæ: maius enim est dubium respectu onerum, quæ de facto imponuntur
per quosdam Principes laicos; In qua tamèn tebreuitèr sunt distinguendi duo casus. Primus est,
quando pensio est reseruata libera, & exempta ab
omnibus oneribus, tàm ordinarijs, quàm extraordinarijs: & hoc sanè casu nemo dixerit, Pensionarium ad huiusmodi onera contribuere teneri;
cùm Titularis, iàm ex proprio consensu nullam
35 possit prætendere remissionē, vt dicitur † de conductore, qui omne periculum in se suscipit, cui ideò
est imputandū, quod nimis effuso sermone in paratum inciderit periculū, *l. vlt.ad finē C.de dot.promiss. Neuiz. cons.66.n.59.* cum alijs, quos allegat
Menoch.cons.27.ex n. 10. nisi casus esset nō solùm
valdè insolitus, sed qui etiàm abstulisset omnes fructus, *l. fistulas, §. frumēta, de cōtrab.empt. Neuiz.
cons.91.n.5.* cum alijs quos sequutus fuit *Menoch.
36 eod.cons.27.nu.18.cum seq.* & in † terminis pensionis, est *Mohed.decis.5. de loca.*

Secundus est, quandò Pensio fuit reseruata libera, & exempta simplicitèr, vèl ab oneribus ordina-
37 rijs tantùm; & tùnc † quià Papa non censetur cogitasse de extraordinarijs, & multo minus, de impositis contra Iuris prohibitionem, cuiusmodi sunt
onera hæc laicorum; Pensionarius tenebitur ad
contributiones, poteritquè Titularis prætendere
remissionem, vt conclusit Rota apud eundem
Mohedan. decis.4. num.5. de locat. nisi essent onera
38 restituibilia; Ità vt † remaneret actio Titulari ad
repetendum soluta ex obligatione ipsorum laicorū, prout ità explicat *Mohed.d.decis.4.nu.3.& 4.* &
secundùm hanc distinctionem regulanda est *Put.
decis.4.lib.1. quæ est in eadem causa.& decis. 376.
39 lib.2.* Qua ratione † confunditur etiàm, quod aliquibus visum fuit, dari retentionem Titulari, pro
expensis factis in prosequendo litem contra aliquem intrusum, videlicèt *Gomez. in compend. Signat. ad finem vers.& eodem modo, & Gig. de pensio. quæst. 85. nu.7.*

Expresè verò inducitur modificatio, ex clausu-
40 la *dummodò*, † vel alia simili; per eam enim ità qualificatur tota gratia, vt siuè modum, siuè conditio-
nem

nem importet, nihil actum censeatur, donèc plenè sit iustificata; vt fuit decisum in pluribus causis, præcipuè relatis per *Gregor. decis. 57. num. 2.* & per *Seraph decis. 1017. num. 4.*

41 Cuius rei ea est ratio, quòd † licèt inter conditionem, & modum hęc pręcipua sit differētia, quòd conditio suspendat, modus verò secùs, tamèn modus adhùc ipsam obligationem coarctat, itàut nisi impleatur, nihil debeatur, *l. si tibi legatum est ff. de leg. 3. l. cum in testamento ff. de fideicomm. libert.*
42 vndè † etiàm dicimus, in legatis, modum adscriptum, pro conditione seruari, *l. 1. C. de his quæ sub*
43 *mod.* multotiésquè etiàm, † modū pro conditione vsurpari animaduertimus, vt *in l. Mauia de manum. testamen. & in l. liberto §. Lucius de ann. legat.* ità *Cuiac. consult. 2. in 2. col. vers. nàm scio.*
44 Nèc sufficit † semiplena probatio, Idem *Seraph. decis. 1122. sub n. 2. vers. & hoc casu non sufficit, Beltram ad Greg. decis. 245. n. 11.* qui alios allegat. Cō-
45 ditio nāquè † in se rapit, ac in propriā naturā conuertit consensū Titularis, qui propterea quāuis cessante cōditione sufficiat pro iustificatione, & cōsequutiua liquidatione gratiæ, vt de clausula, *vt asse-*
46 *ris* relata † ad ipsum Pēsionariū pronunciauit *Rota decis. 518. ex num. 1. & per tot. par. 2. in recentior.*
47 tamèn † hoc casu secùs est, veluti fundatus super dispositione conditionali, *l. si quis sub conditione ff. quis omm. cau. testam.* & firmarunt DD. *in vna Salamantina Pensionis 26. Martij 1593. corā Gipsio; Garz. de benef. sapècit. par. 1. cap. 5. nu. 464. & D. Beltram. ad praecit. Gregor. decis. 57. num. 12.*

48 Nequè necessitatē † iustificandi clausulā *dūmodo &c.* hâc remittit forma obligationis Cameralis, cū illa arctiùs quidem liget, sed non extendat obligationem vltra formam reseruationis, *Sarmien. select. interpret. lib. 1. cap. 11. num. 2.* & sequuta est *Rota in Asculana pensionis 7. February 1586. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in Firmana pensionis 14. Decembris 1592. coram Illustrissimo D. Cardin. Millino, apud Marches. tom. 1. pag. 572. & in recent. decis. 255. num 3. par. 2.*

49 Ad euitandum autèm † scopulum hunc, consueuit adhiberi confessio Titularis super valore per ascensum sub narratiua preambulæ informationis, & cum iuramento; Quippe hoc casu clausula operatur effectum suum in conseruanda Iustitia gratiæ, & nihilominùs illius iustificatio resultat ex confessione huiusmodi, *l. cum precum C. de libera. Cau. cum simil.* & ità respondit *Rota in Romana pensionis 15. Ianuary 1627. coram R. P. D. Virili,*
50 vbi fuit † reiecta exceptio præsumptæ ignorantiæ onerum extraordinariorum, quæ licèt admittatur in teste, *Rota decis. 444. num. 5. par. 2. in recent.* vix est, vt admittatur in principali debitore affir-
51 mante valorē cum iuramento, quod inducit † præsumptionem perfectæ cognitionis omnium necessariorum ad deliberandum, *Butr. in cap. si diligenti 12. in ordine sub num. 18. circa fin. vers. & dico ex interuallo, de fo. compet. Alex. in Rubr. nu. 15. vers. propter hoc videmus, de verb. oblig.* cum multis alis congestis per *Seraph. de iuram. priuil. 49. nu. 42. & priuil. 64. ex num. 1.*

Adijcitur autèm præmissa clausula sumpta, pro meliùs explicanda mente Papæ, circa mensuram oneris, quod intendit imponere Titulari.

Ideoquè pro maiori instructione Iuuenum, est
52 aduertendum; † quod vbi imponitur Pensio super beneficio nulla priùs Pensione grauato; Papa nihil magis attendere consueuit, quàm valorem, qui tùnc sibi per Titularem exprimitur; & cùm ista
53 expressio fiat negatiuè per nō excessum, quæ † quidem potest verificari in quauis modica quātitate, *Mantica decis. 138. num. 2.* & fuit consideratum *in Rauennaten. Pensionis 20. Iunij 1597. coram bo. me. Litta* (nisi Pensionarius illum affirmatiuè per ascensum exprimat, quo casu tùnc sibi incumbit onus probandi ascensum huiusmodi per veras, & concludentes probationes, vt fuit *in d. Rauennaten.* conclusum, de qua re inferiùs suo loco agetur) si beneficium sit curatum, consueuit apponere clausulā hanc iustificatiuam ipsius gratiæ, videlicèt *dūmodò tot remaneant pro Rectore*, si verò non sit curatum, *dummodò non excedat talem partem fructuum*, quæ clausula videtur continere protestationem Papæ, quod nisi ità res se habeat, nolit
54 gratiam aliquam fecisse, & propterea, † si Pensio sit nulla ob defectum vnius oboli, non est locus reductioni, sed in totum corruit, *Gig. de Pensionib. quæstio. 35. num. 2.* Consideratur enim tanquàm
55 vnum integrale, quod † non potest pro parte valere, & pro parte non, vt benè per *Rotam diuers. decis. 626. num. 5. par. 1.*

Quando verò imponitur super beneficio idm
56 alijs Pensionibus grauato: Aùt † tales pensiones narrantur, & specificantur omnes ad vnam; & tùnc consueuit secundum narrationem hanc, Papæ mens
57 regulari, vt si vèl vna quantumcunquè † modica exprimi ommittatur, gratia corruat, cùm Papa non censeatur velle onerare beneficium, seù illius fructus, duplici onere; quod procedit etiā in gratia facta Motu proprio, vt pulchrè determinat *Cassad. decis. 3. ex num. 1 vsquè ad 5. de pension. Crescent. decis. 1. num 1 & 3. de reb. eccl. non alienan.*

58 Nequè suffragaretur † scientia aliundè probata, vt tenuit *Rota apud Accoramb. decis. 15 incip. li-*
59 *cèt resignans:* Et talis nullitas † vsquè ab initio inducitur, atquè ità non ope exceptionis, sed ipso Iure, vt disputat, & concludit *Cassad. d. decis. 3. sub*
60 *num. 5. vers sed quidquid sit.* adeò vt † si cesset prima, haud quaquàm hęc reuiuiscat, vt resoluit Idem *sub eod. tit. decis. 4. nu. 5.* Est tamèn semper referen-
61 da hæc necessitas † exprimendi antiquam pensionem, ad pensionem validam, non ad inualidā; quod enim nullum est, nullum producit effectum, *l. non putauit, in princ. versic. non quauis, de bon. poss. contra tab. cum simil.* atquè ità censuit *Rota apud Verall. decis. 301. num. 1. & 2. lib. 2. & in recent. par. 2. decis. 666. nu. 3.* vbi plures aliæ adducuntur, *& par. 4. decis. 733 nu. 3.* Itemquè ad substantiam, non ad qualitates accidentarias, *Verall. decis. 297. num. 1. & seq. par. 2.*

Aùt tales pensiones non specificantur, sed in ge-
62 nere † narrantur; & tùnc quià certi sumus de intentione Papæ, quod velit pensionem omninò su-
63 stineri, nèc † ideò admittitur ista exceptio, vt apud *Verall. decis. 295. nu. 1. cum seqq. par. 2.* illius substantiæ

ſtantiæ non adijcitur Clauſula ſupradicta, ſed po-
64 tiùs ampliatur gratia ex † Clauſula huiuſmodi
*etiàm ſi ſuper illius fructibus penſiones aliæ reſer-
uata exiſtant.* quæ ampliatio nè in immenſum ex-
creſcens, nimiùm etiam noceat Titulari, ſtatim
65 ſubijcitur † Clauſula *dummodò omnes penſiones
huiuſmodi ſimùl fructuum medietatem non exce-
dant.* Et huius quidem clauſulæ ratio, longè eſt di-
uerſa à natura prioris, quæ adijcitur ſubſtantiæ ip-
ſius reſeruationis.

66 Prior enim † illa adeò ſuſpendit gratiam, vt antè
illius iuſtificationē penſio non dicatur debita, nèc
poſſit cogi Titularis ſoluere, niſi per modū manutē-
tionis, ſi Penſionarius eſſet in quaſi poſſeſſione exi-
gendi, *iuxta Caſſad. dec. 10 nu. 8 de reſcript. Rota
dec. 547. n. 2. par. 1. in recēt.* & latiùs *in Neritonen.
penſionis 5. Nouēbris 1601. corā bo. me. Litta, im-
67 preſſa apud Marcb. tom 1. pag. 511.* Hæc verò † mi-
nimè, cum non ſit adiecta ſubſtantiæ gratię, ſed tan-
tùm ad qualificandum ipſam gratiam in certo caſu,
vbi ſcilicèt oſtēdantur aliæ penſiones priùs reſerua-
tæ; Itá vt Clauſula ampliatiua *etiàm ſi ſuper il-
lis, &c.* ex hac recipiat modificationem: Siquidèm
hoc modo Papa indicat ſe velle vtrique conſulere,
ideſt Penſionario, nè poſſit impugnari validitas gra-
tiæ, etiàm ſi aliæ anteriores Penſiones oſtendan-
tur. Titulari verò, vt hoc caſu non teneatur, niſi li-
queat de tali exceſſu, vt latè fuit deciſum in *Car-
penctoraten. penſionis, 15. Martij 1602. coram
bo. me. Cardinali Lancellotto, impreſſa apud eun-
dem Marcheſ. d. tom. 1. pag. 529. num. 1.* vbi tamèn
68 *ſub num. 3. verſ. non obſtat,* notatur † alia diffe-
rentia inter hanc clauſulam conceptam ad alias
penſiones, & clauſulam, quæ etiam ipſam nouam
includeret ſub hac forma *dummodò iſta vnà cum
alijs, &c.* quo caſu voluit Rota, non minùs reddi cō-
ditionalē ipſam quoquè gratiam in hoc, quàm in
caſu vbi eſt ſic concepta, *dummodo remaneat,* vèl
dummodò non excedat &c.

Hincquè reſultat maxima differentia inter eaſ-
dem clauſulas circa onus iuſtificandi: Etenim cùm
agitur de prima, qualificante, & modificante ſub-
ſtantiam gratiæ, & ſimpliciter quæritur, cui incum
69 bat onus iuſtificandi valorem, † (qui proculdubio de
ber probari de tempore Datæ ipſius gratiæ. *Alex.
conſ. 72. num 14. lib. 1.* & firmauit Rota in ſupraal-
70 legata *Rauennaten. penſionis,* & ita quidē † vt con-
tinuò duret, alioqui ex penſione venit ſupplendum,
quod Rectori deeſt, *Seraph. deciſ. 951 num. 4.*) Ro-
ta perpetuò hanc amplexa eſt diſtinctionem.

Aùt Penſionarius agit poſſeſſorio; & tùnc onus
probandi incumbit Titulari, quod ei non rema-
neant tot; nàm quaſi poſſeſſio (vt aliàs quoquè di-
71 ctum eſt) releuat ab onere probandi, nec † tene-
tur poſſeſſor cauſam ſuæ poſſeſſionis iuſtificare,
*l. 2. ff. vti poſſid. gloſſ. in l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur
in verb. poſſeſſoris, ff. ſi ſeru. vindic.*

72 Aùt verò † Titularis ipſe agit petitorio, dicens ſe
non teneri ad ſoluendum penſionem, quià reſerua-
tio eſt nulla; & tùnc Penſionario incumbit onus
probandi, quòd tot remaneant pro Titulari: neque
hoc caſu quaſi poſſeſſio releuat ipſum ab onere
probandi, cùm illa indicet ſtatum, qui non poteſt
eſſe de Iure communi; ſed tantùm de Iure ſpecia-
li, nimirùm ex priuilegio, & gratia Apoſtolica,
iuxta pulchram theoricam, quam ex mente *Cyn.
in l. ſolemnibus, C. de fid. Inſtr.* poſuit *Bald. in l.
Titia 34. ſub nu. 2. verſ. circa hoc vtrum poſſeſſio,
ff. ſolut. matr.* quam amplexus eſt *Rui. conſ. 154.
ſub num. 9. verſ quid ad hoc colligitur, lib. 4.* cum
alijs adductis per *Mantic. deciſ. 196. num. 2. 3. &
per tot.*

73 Satiſquè † operatur quaſi poſſeſſio in hoc, quòd
dùm lis durat, non retardatur ſolutio ſub præ-
textu, quod non ſit probatum, nèc attendatur ſen-
tentia à qua ſit appellatum, *Reuerendiſſ. D. Coc-
74 cin. deciſ. 125. num. 4. & 6.* † ſicùt nec quod agatur
contra eum qui expreſſè conſenſit, ſed contra ſuc-
ceſſores, vt per eundem *D. Coccin. ibidem n. 3.* cum
alijs latè adductis per Rotam in præcitata *de-
ciſ. 547. num. 4. verſ. & procedit etiam, par. 1. in
recentior.*

75 Vndè fori noſtri vſu receptum eſt, vt † Titularis
videns ſe trahi per longas moras litis, adeat Sanctiſ-
ſimum in eius Signatura, & obtineat cauſam ſuper
petitorio, committi in Rota cū clauſula *quod præ-
fixo vnico, & peremptorio termino ipſi Penſionario
ad iuſtificandum, procedatur appellatione remo-
ta,* vt fuit in ſpecie ſeruatum in vna *Feretrana
penſionis,* ſuper qua emanauit deciſio *19. Decem-
bris 1622. coram bo. me. Vbaldo,* & in alijs, quas
referre mitto.

Hæcquè eadem etiàm ſeruantur in Tranſlata-
76 rio, qui ſi ſit † in quaſi poſſeſſione exigendi, in iu-
dicio manutentionis, releuatur ab hoc onere pro-
bandi. *Mohed. deciſ. 9. nu. 2. de cauſ. poſſ. & propr.*
77 Quamuis † poſſeſſio transferentis in nullo ſibi ſub-
ſeruiat, neque ſcilicèt ad effectum manutētionis, vt
ſuprà viſum eſt, neque ad effectum iuſtificationis,
niſi eſſet poſſeſſio longiſſima triginta annorū; adeò
enim longa præſcriptio ſufficit ad inducendum præ-
ſumptionem tituli, *Felyn. in cap. licet, num. 10. de
78 ſimon.* nedùm ad fauorem † illius, cui eſt facta
gratia, & per tantum tempus exegit, *Rota de-
ciſ. 264 num. 5. par. 2. in recentior.* ſed etiam plu-
79 rium poſſeſſorum † virtute ſucceſſiuarum tranſla-
tionum, vt eſt *Rota deciſ. 122. num. 5. par. 2.
in recentior.* per quam aliæ referuntur: dummodò
80 ſcilicèt † poſſeſſio huiuſmodi, fuerit benè forma-
ta, videlicèt ex concurſu patientiæ eius contra
quem, & exactiones eius, pro quo præſcribitur,
Gabr. qui de communi *conſ. 36 ſub num 52 verſ.
concurrente igitur patientia, Ant. Gabr. concluſ. 1.
81 num. 59. & 64. de præſumpt.* vndè † ſi fuerit in-
terrupta, non debet attendi; vt in terminis Pen-
ſionis, ſuper cuius nullitate fuerat lata ſententia,
licèt poſteà fuiſſet continuatum in ſolutione, cen-
ſuit *Rota in Papien. penſionis, 23. Iunij 1608. co-
ram* Reuerendiſſimo *D. Attrebaten.* in qua fuit ha-
bita ratio, non tàm ſententiæ, quàm ſimplicis con-
trouerſiæ, & litis, ex qua intercipiebatur curſus hic
triginta annorum continuus in præſtatione pa-
tientiæ.

82 Et propterea, † quamuis Rota admitteret, ad
iſtum effectum exigi actus validos, ex *Abb. in cap.
Illud num. 14.* vbi etiàm *Fel. num. 5. de præſcript.*

Balb.

Balb.de præscrip.in 3.par.6.par. princip.quæst.4. num.35. & bona pars actorum cum ipsa sententia prætenderentur nulla, nihilominùs quià aliqua acta erant valida, præcipuè introductiua iudicij, fuit ex his conclusum ad interruptionem, pro qua
83 sufficit litis introductio ex simplici citatione, † saltèm de Iure Canonico, ex doctrina *Fel. in d.c. illud num.5. Marian. Soc. in tract. de citat. art.31. num.* itidem 31. *Balb. vbi supra num. 36.* & fuit dictum, ità aliàs decisum in *Meleuitana pensionis, 19. Februarij 1596. coram Litta.*

Reuertendo nùnc ad propositum; quamuis his casibus videatur modificata Pensio, nèc constet de
84 iustificatione, nihilominùs † Signatura non consueuit parcere dictæ clausulæ præseruatiuæ: perstat enim adhùc, & fauor literarum Apostolicarum, & causa alimentorum; cùm satis sit gratiam apparere factam, ex literis; & licèt literæ non iustificatæ, non
85 sint exequibiles, probant † tamèn substantiam
86 ipsius gratiæ, *Seraph. decis. 664. nu. 3.* nèc † clausula *constito de literis*, ex qua aliquandò qualificatur clausula præseruatiua, intelligitur de literis iustificatis, sed simplicitèr de literis, nudaquè earum existentia, *Put. decis. 225. nu. 1. lib. 1. in nouis.*
87 Neque tamèn per huiusmodi † rescriptum grauatur in aliquo Titularis; siquidèm impedit dumtaxàt, nè ipse in petitorio procedat; nèc quidquam ab eo contra Ius extorquetur.

Enimverò si Pensionarius est in possessione, Ius dictat, eum omninò manuteneri, vt suprà deductum
88 est; nisi fortè esset † excommunicatus, *Rota decisio. 275. num. 3. par. 3. in recent.* vbi aliæ allegantur. Si verò non possidet, indè tamèn ab eo non debet auferri priuilegium exequutiuum, in quo Indicio non imponitur necessitas Exequutori præci-
89 pitandi exequutionem, cum † dicta clausula intelligatur, prout de Iure, ex alia subiecta *& iustitiam faciat*, Quæ, omnia contenta in rescripto, ad Iuris terminos restringit, *Ias. in l. causas num.2. C. de transact. Crescen. decis. 1. de rescript.* prout ita censuit *Rota in vna Hispalen. & Caurien. permutationis 11. Martij 1596. coram Gipsio, impressa apud Marches. tom. 2. pag. 490. sub num. 1. circa fin.*
90 *vers. quoniam clausula prædicta*; nisi tamèn † ipsemet Papa ex certa scientia aliquid præcisè decerneret contra Iuris regulas; dicta enim Crescentij
91 decisio procedit † in rescriptis Signaturæ iustitiæ, secùs in rescriptis Signaturæ gratiæ, quæ signantur propria manu Papæ, quæ signatura sola, debet attendi, non autèm extensio Regentis, qui ea verba apponit, vt per *Seraphin. decis. 922. num. 1. & 4.*

Quatenùs ergò non versemur in rescripto ip-
92 sius Papæ præciso, cuius † ea est vis, vt remoueat Iuris obstaculum quodcunquè, iuxtà *Anchar. consil. 293. num. 3. Seraphin. ibidem num. 3.* sed versemur in rescripto, aùt Signaturæ Iustitiæ, aùt etiàm ipsius Papæ, sed non præciso; Si
93 Exequutor procederet non † iustificatis literis, vtiquè excederet; & hoc casu non esset abbreuiata manus Signaturæ in committendo causam grauaminis ab excessu, ad vtrunquè effectum, iuxta *tex. in l. ab exequutione, vbi glos. in verb. excedat, C. quo. appell. non recipiun.*

Ex quibus liquet, quantū pertinet ad stylum Si-
94 gnaturæ, nō † esse verum id quod *Gig. d. quæst. 85.* tradit; Videlicèt vbicunquè reseruatio pēsionis est facta sub modo, vèl conditione, non esse rescribendū cū supradicta clausula; Nàm licet *Cassad.* (super quo se fundat) *decis. 10. sub num. 8. de rescript.* in casu per ipsum proposito, neget fuisse rescribendū cum dicta clausula, & inter alia fundamenta istud afferat, quod nèc ipse quidem debitor pensionis sub modo, vèl conditione possit vrgeri ad soluendum, modo, vèl conditione non verificata; tamèn non dicit, nequè hoc casu Signaturam rescribere cum hac clausula; casus verò in quo firmat, cum clausula non esse rescribendum, longè aliam habet
95 rationem; videlicèt quando † ex ventre literarum resultat notoria nullitas, sinè non existentia gratiæ, *Rota par. 1. diuers. dec. 310. sub num. 2. versic. addebant etiam*, & pluriès fuit decisum; prout refert *Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 20. num. 18.*
96 Vbicunquè scilicèt ex † inspectione literarum per aliquod accidens extrinsecum, quod nequeat in dubium reuocari, resultat nullitas, vèl reductio gratiæ, de esse, ad non esse; isthæc enim demùm dicitur exceptio illa ex ventre oriens, quæ retardationem pensionis suadet, vt sic declarando *dictam decisionem Cassadori* censuit *Rota diuers. par. 3. lib. 3. decis. 649. nu. 3. & in recen. decis. 617. nu. 3. par. 1.*
97 Et ratio diuersitatis est manifesta, † quià in primo casu, exceptio est elidibilis ex iustificatione, pro qua satis est posse dari possibilitatem consistentiæ, vèl dispensationē, vt indè dicatur exceptio requirere altiorem indaginem, & sic egere discussione per tres conformes, seu rem indicatam, *Verall. decis. 317. num. 3. & 4. par. 2.* qui ponit casum in Monacho professo, cui non potest retardari pēsionis solutio, prætextu emissæ professionis, stante illa sola possibilitate dispensationis. In secundo ve-
98 rò nō est elidibilis, sinè ex decreto † aliquo apposito in literis resultet, siuè ex earum forma, quæ appareat destructa per publica acta, quæ nequeant in dubium reuocari, vt putà si ex Instrumento, vèl supplicatione signata resultet extinctio, vt *in Mediolanen. pensionis 5. Nouembris 1607. coram bo. me. Cardinali Martemontio*, & explicatiùs *in Cremonen. Pensionis 2. Maij 1622. coram bo. mem. D. Vbaldo.*
99 Cæterùm, si Signatura † cum præmissa clausula rescribat; videatquè nihilominùs Iudex ex aliqua facti circumstantia, æquitatem stare pro Titulari, hinc tamèn non recedet à lege sibi dicta; consueuit autē Rota his casibus tantispèr supersedere, donèc recurri possit ad Papam in eius Signatura, vt seruatum fuit apud *Seraphin. decis. 664. num. 5.*
100 superiùs allegata; ad solum † enim Principem spectat inter Iuris rigorem, & æquitatem suas interponere partes, *l. 1. C. de legib.* nequè satis sapere videretur Iudex, qui æquitatis prętextu facultatem hanc sibi arrogaret, *l. si seruus communis 9. quod vero ff. de furt. Cuiac. consult. 38. ad finem.*

Ad Signaturam ergò hoc casu recurritur, per
101 quam consueuit † rescribi cum clausula *arbitria*, quæ dictum rigorem penitùs relaxat; & tùm demum

mium, & non anteà Iudex poteſt Iuris ſcripti rigore
omiſſo, æquitatem ſequi, vt optimè monet *Bartol.*
102 *in dict. l. 1. num. 5.* etiàm † excutiendo validita-
tem literarum, *Seraphin. decis. 674. num. 4.* ta-
103 mèn æquitatis prætextu nuſquàm † deflectit à ri-
gore ſupradictæ clauſulæ, vbi exceptiones ſunt tur-
bidæ, aùt elidibiles in progreſſu litis, vt plenè fuit
deciſum in præallegata *Cremonen. Penſionis, ſiuè*
Prioratus 25. February. & 2. Maÿ 1622. & 23.
Iunÿ 1623.

Præcipuè ſi intentetur ex parte Penſionarij ſum-
104 mariſſimum poſſeſſorium Retinendæ: quo † caſu,
vbi lite pendente impediretur exactio, non ſolùm
indè non reſultaret æquitas, ſed maxima iniquitas;
cùm hac ratione, diceretur Penſionarius pati ſpo-
lium, *Gig. de penſion. quæſt. 62. num. 12.* ideò hoc
105 caſu † non intrat arbitrium aliquod pro retarda-
tione, *Seraph. decis. 1429. nu. 2. Rota in recentior.*
decis. 387 num. 1. & decis. 562. par. 2. & fuit latiſ-
ſimè deciſum *in Tullen. penſionis 22. Iunÿ 1609.*
coram Reuerendiſſimo Attrebaten. in Hidrunti-
na penſionis, 25. Iunÿ 1618. coram Reuerendiſ-
ſimo D. Coccino, & fuſiùs in *d. Cremonen. Priora-*
tus 25. February 1622. coram bo. me. D. Vbaldo.

Procedit autèm vis hæc quaſi poſſeſſionis, etiam
ſi fuiſſet acquiſita per vnicum tantùm actum exa-
106 ctionis; quod cum † in cæteris Iuribus incorpo-
ralibus obtineat, iuxta doctrinam *Ripa in cap. cum*
Ecclesia, nu. 53. de cauſ. poſſ. & propr. Rom. con-
ſil. 311. num. 7. & latiſſimè excuſſo articulo, ex-
plicat *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 113. per to.* tùm
maximè locum ſibi vindicat in hac materia exa-
107 ctionis † penſionis, *Rota decis. 196. num 2. par. 1.*
diuerſ. Seraph. decis. 436. num. 1. & decis. 1411.
num. 2. cum multis adductis in *Cuſentina penſio-*
nis, 4. Maÿ 1616. & in Spoletana penſionis 21. Iu-
nÿ 1619. & 1. Iulÿ 1620. coram eodem Vbaldo:
108 quicquid † ſit ad alium effectum, putà præſumen-
di ſolutionem in præteritum, quo caſu requiritur
ſolutio per tres annos, *Alex. conſ. 105. nu. 2. lib. 3.*

109 Quod obtinet etiam ſi intentaretur † remedium
iſtud ſummariſſimū Retinendæ, non contra eū, qui
ſoluit, ſed contra eius ſucceſſorem in beneficio,
110 nàm ex variatione † perſonarum, ex parte Rei nuſ-
quàm mutatùr, aut eliditur Ius actoris, *l. 2. §. ex his,*
111 *ff. de verb. oblig.* Præceſſorquè, † & ſucceſſor in
officijs, & dignitatibus reputantur vna, & eadem
perſona, *gloſ. in cap. quoniam Abbas 14. in verb.*
ſubſtitutum, de off. delegat. atquè ità in terminis
annuæ penſionis, his rationibus latiùs expoſitis, de-
cidit *Guidopap. decis 629. ex num. 1. & per tot.* vbi
112 vult † poſſe intentari ſpolium contra ſucceſſorem,
ſi penſionem ſoluere deneget, & eum ſequitur *Gi-*
113 *gas de penſ. quæſt. 47. num. 10.* & ſæpiſſimè † ex
vnica ſolutione facta per anteceſſorem, Rota pro-
nunciauit pro manutentione Penſionarij contra
ſucceſſorem in beneficio; prout in ſpecie in vna
Oſcen. penſionis, 25. Iunÿ 1618. coram R. P. D.
Pirouano, Gregor. decis. 275. ex num. 1. vbi bo. me.
D. Beltram. alias cumulat ſub *num. 17.* & in ſupe-
riùs relatis *Cuſentina, & Spoletana.*

114 Et hæc ſanè locum ſibi vindicant, vbicunquè † fa-
ctum ſolutionis eſt liquidum ex parte actoris, iuxta
l. vlt. C. de ſolut. & ſic, niſi inferatur aliqua turbi-
ditas, quæ conſueuit multiplicitèr deduci.

Et primò quidem ex defectu formæ actus ſolu-
tionis, vtputà ſi exſtet ſimplex confeſſio de rece-
pto; nàm licèt † regularitèr ſolutio huiuſmodi 115
probetur per quietantias, ſeù Inſtrumenta ſolu-
tionum, *Rota in recentior. decis. 122. ſub num. 7.*
verſ. hic autem par. 1. & decis. 387. num. 2. par. 2.
tamèn id intelligitur † ſi tales quietantiæ vèl fa- 116
ctæ ſint ipſimet contra quem agitur, quo caſu indi-
ſtinctè probatur ſolutio ob implicitam confeſſio-
nem illius ſuper facto ſolutionis, *l. pecunia, vbi*
Bald. num. 2. C. de ſolut. Dec. in l. 2. §. vlt. nu. 27.
ff. ſi cert. petat.

Vèl ſi agatur contra ſucceſſorem; aùt conti-
neant veram, & naturalem numerationem, quæ
tùnc demùm iuſtificetur, ſi Notarius dicat † coram 117
ſe, & Teſtibus ſolutum fuiſſe, etiàm quod non vta-
tur verbo *numerauit*, *Bart. in l. ſingularia, nu. 23.*
eod. tit. ſi cert. pet. vèl dicat † pecunias fuiſſe da- 118
tas, cuiuſmodi oratio excludit ſimplicem confeſ-
ſionem, importatquè veram, & realem numera-
tionem, *Bald. in l. ſi ex cautione, 14. C. de non*
nume. pecu. Bart. in l. ſi ità ſtipulatus 126. §. Chry-
ſogonus, num. 3. de verb. oblig. & fuit dictum in vna
Bononien. Cenſus 15. Februarÿ 1599. coram Pe-
nia, impreſſa per D. Doctorem Cenc. poſt tract. de
cenſib. decis. 127. num. 1. & 2. quam in his termi-
nis amplexi fuerunt *DD.* me informante *in Cala-*
guritana Penſionis 17. Iunÿ 1624. coram Illu-
ſtriſſimo D. Manzanedo Patriarcha Hieroſolymi-
tano.

Aùt ſaltim † ſint ſufficientèr adminiculatæ, 119
Tiraquel. in l. ſi vnquam, verb. donatione largi-
tus, num. 100. C. de reuocan. donat. & fuit pari-
tèr in his terminis reſponſum in *Cæſarauguſtana*
Penſionis, 3. Ianuary 1588. coram Gipſio, quam
etiàm eſt ſequuta Rota in *recent. par. 2. decis. 591.*
num. 2.

Sufficit autèm pro adminiculo, rei veriſimili-
tudo, *Gregor. in præallegat. decis. 275. num. 6.*
vbi pro inducenda hac veriſimilitudine, fuerunt
conſiderata præexiſtens reſeruatio, promiſſio de
ſoluendo, & quantitas non leuis: plurimum enim
iſtud vltimum veriſimilitudinis addit, cum † non 120
ſit veriſimile, quempiam faſſum fuiſſe, ſe recepiſſe
egregiam quantitatem pecuniarum, ſi verè non
exegiſſet, iactando ſuum, contra *tex. in l. cum de*
indebito.

Et vbi agitur ad alium effectum, quàm manuten-
tionis, vtputà euitandi onus iuſtificationis gratiæ
contra ſucceſſorem ex poſſeſſione longiſſima tri-
ginta annorum, quæ † facit præſumi gratiam iu- 121
ſtificatam, *Gregor. decis. 431. nu. 10. vbi Beltram.*
alios cumulat *ſub num. 13.* hoc Iure vtimur, vt
probatis extremis, † media præſumantur; atquè 122
ità continuatio in exactione probetur, *Alciat. de*
præſumpt. reg. 2. præſumpt. 21. num. 11. prout ità
pronunciauit Rota in *Bononien. penſionis 17. Maÿ*
1593. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Millino,
impreſſa apud Marcheſ. tom. 1. pag. 558. num. 2.
quam ſequuti ſunt etiam *DD. in recentior. par. 1.*
decis. 122. num. 7.

Ee præmissa, quando agitur ad effectum simpli-
cis manutentionis, vsque adeò vera sunt, vt nec ita
attendatur factum solutionis, quin magis attenda-
tur animus & soluentis, & exigentis; in quo tota
123 vis acquisitionis consistit; Vndè † si Titularis sol-
uat partem quantumcunquè minimam, cum pro-
missione soluendi residuum, & hoc animo etiam
exigat Pensionarius, id satis erit pro acquisitione
huiusmodi quasi possessionis exigendi in totum,
124 *Castr. cons. 130. num. 2. lib. 2.* in his enim † incor-
poralibus quasi possessio recipit suum esse non
ex latitudine facti extrinseci, sed ex affectu, & pa-
tientia illius, contra quem acquiritur, *l. si ego, §. 1.*
ff. de Publicia quemadmodū, & ex corresponden-
ti affectu volentis acquirere; neque enim & hic li-
125 mitatur † ex eodem facto extrinseco, sed vltrà ex-
tenditur, exemplo eius, qui intendit acquirere pos-
sessionem totius fundi, cui satis est apprehendere
possessionem vnius particulæ, vèl etiam glebæ ani-
mo apprehendendi possessionem totius, *l. 3. de acq.*
126 *poss.* & † in Iuribus incorporalibus satis est, quod
is, ex cuius facto quis nanciscitur partem, habeat
facultatem concedendi totum, vt censeatur acqui-
sita possessio in totum, *Bart. in l. 1. §. si quis hoc*
interdicto, sub num. 1. vers. nam probata quasi pos-
sessione, ff. de itin. actuquè priu. in his enim ma-
127 gis consideratur † causa actus, quàm exercitium,
Bald. in repet. l. 1. sub num. 24. versic. tu dic, C. de
emancipat. liber. Atquè ità in his terminis fuit re-
sponsum in superiùs allegatis decisionibus factis in,
Spoletana pensionis, quas DD. iterum me infor-
mante approbarunt in præallegata *Calagurritana*
pensionis, 17. Iunij 1624. coram Illustrissimè D.
Patriarcha Hierosolymitano. ex quibus constat, se-
128 cùs † dicendum esse eo casu, quo soluens, ità sol-
ueret, vt nollet deinceps, vèl vltra id, quod soluit,
aliud soluere, hac enim ratione non daretur ipsius
animus, & patientia, nisi limitatè, ex *Castr. loco su-*
periùs allegato, & conclusit *Rota in recentior. de-*
cis. 547. num. 8. par. 1. & latè probat *Gratian. di-*
scept. forens. cap. 426. num. 3. cum sequen. & admit-
mittebāt *DD. in præallegata Spoletana pēsionis, 1.*
Iulij 1610. in qua voluerunt, præmissa procedere
129 non obstante decreto, quod † nisi integrè per-
solueretur, pensio sit ipso Iure nulla; isthæc enim ex-
ceptio respicit nullitatem, & sic ad petitorium reij-
citur, quod etiam firmarunt in *præallegata Cala-*
gurritana pensionis.

Infertur secundò turbiditas ex defectu personæ,
vèl mandati soluentis, nàm certissimum est, solum
130 ipsum † Titularem posse soluendo constituere Pen-
sionarium in quasi possessione exigendi, cum totū
id pendeat ex eius animo. *l. quemadmodum, de*
131 *acq. poss. cum simil.* & in his † incorporalibus to-
ta vis acquisitionis consistit in scientia, & patien-
tia domini, *l. 2. C. de seruit. & aqua;* & propte-
132 reà † qui non habet titulum, non dicitur dominus,
seù quasi, vt possit Ecclesiæ, vèl vero Titulari præ-
iudicare. *Seraph. d. decis. 436. ex num. 3.* vt dici-
133 tur † de emphyteuta, & Syndico, qui soluendo non
præiudicant Domino ignoranti, sed sibi dumtaxàt,
quatenùs durat eorum Ius, & agitur contra ipsos,
iuxta doctrinam *Ripa in cap. cum ecclesia, n. 65.*
134 *de caus. poss. & propr.* & ideò † cessante huiusmodi
officio, extinguitur omnis actio ex tali solutione
resultans; sic in terminis de Administratoribus, &
deputatis pro exigendis fructibus ecclesiæ vacan-
tis, respondit *Rota diuers. decis. 184. nu. 1. & per*
135 *tot. par. 1.* & de † Sequestratario, *Seraph. d. de-*
136 *cis. 436. ex num. 3.* de † Camera Regia, *D. Gra-*
137 *tian. for. discept. cap. 113. num. 52.* & de † Subcol-
lectore spoliorum, per verbum tamèn, *fortè*, &
sic dubitatiuè, *Rota apud Gregor. decis. 275. nu. 8.*
& de his omnibus *D. Beltram. ibidem in addit.*
138 *num. 2.* qui alios allegat; Quicquid † sit de solu-
tionibus factis per Reseruatarium fructuum, qui
habet facultatem eos percipiendi propria auctori-
tate, vt latè discusso articulo firmauit *Rota in re-*
cent. decis. 568. num. 3. par. 2.

139 Meritò ergò † si quis pro alio soluerit, nec de
mandato illius constet, ex hoc facto non insurgit
quasi possessio liquidò probata, sed ex se ipsa satis
turbida, vt fuit decisum in vna *Pactensi pensionis, 5.*
Decembris 1594. coram Cardinali Pamphilio.
140 Potest enim esse, † quod soluens, vèl id effinxerit
in præiudicium alterius, vèl etiam simplicitate in-
ductus; proindequè valdè iniquum foret, si Titula-
ris ex facto alterius, tàm enormitèr prægrauare-
tur, quam rationem in his terminis ponderauit
Collect. in antiq. decis. 2. de caus. poss. & propr. ad
finem vers. licet videatur; & quamuis nemo præ-
sumatur iactare suum, *d. l. cum de indebito*, tamèn
141 hæc † præsumptio non sufficit, cum detur instantia
facti possibilis in contrarium, *l. non hoc, C. vnde*
legitim. cap. in præsentia, cum ibi not. de pro-
bation.

142 Et propterea Rota nusquàm voluit † admittere
hanc præsumptionem mandati de soluendo sine
alijs adminiculis, *Seraph. d. decis. 436. nu. 8.* quo-
143 rum † præcipuum est scientia, si quo modo possit
probari, *Verall. decis. 165. nu. 2. par. 3.* hanc enim
sufficere etiam sine alijs adminiculis, rectè censuit
vir ingenij acutissimi *bo. me. Oliuerius Beltramin.*
ad Greg. decis. 295. num. 20. & licèt non explicet
144 rationem, ea tamèn est in promptu, quia aliàs † vi-
deretur in ipso induci dissimulatio causa decipien-
di Pensionarium, quo casu sola scientia, & tacitur-
nitas, Iuris præsumptione, refertur ad consensum,
l. 2. vbi glos. optima, in verb. sciens, C. si al. res
pign. data sit, l. si sine, C. ad Velleian. Felyn. in
cap. nonne, num. 13. de præsumpt. cum allegatis
per *Ludou. Morot. cons. 78. num. 9.*

Neque verò potest separari causa deceptionis
alterius ab hac taciturnitate, quia factum impli-
cat etiam fauorem ipsius Titularis, quatenùs libe-
145 ratur, nè vlteriùs pro eo termino possit exigi, † qua
etiam ratione inducitur ex taciturnitate consensus,
l. qui patitur, ff. mand. Bald. in d. l. si sine nu. 7.

Præter autèm istud de scientia, & taciturnitate,
146 crediderim sufficere, quoduis † aliud argumen-
tum, per quod excluderetur sinistra illa præsum-
ptio doli, & machinationis; nàm ea qualitercun-
què elisa, contraria præsumptio *l. cum de indebi-*
to, remanet in suo pleno robore; & propterea, si
iàm Pensionarius fuisset constitutus in quasi posses-
sione exigendi per alias solutiones antecessorum, &
agondo

agendo contra successorem, ostenderet etiàm so-
lutiones eius nomine factas, frustrà sibi obijceretur
de defectu mandati soluentis; & hoc est quod di-
xit *Cassad. decis. 3. sub num. 4. vers. item secun-
dùm Rotam, de procurator.*

Quemadmodùm etiàm frustrà de hoc defectu
daretur, si solutiones proponerentur factæ per
147 plures † annos; nequè enim est verisimile, totiès
quem cum sua iactura peccasse, & verè hoc voluit
dicere *Rota in præallegata decis. 2. de caus. poss.
& propriet.*

148 Sicùti etiàm si solutio † esset quidem de vno tã-
tùm termino, sed quantitatis non minimæ, vt non
cadat sub sensum cuiuspiam sani capitis, quod vèl
soluens voluerit tantam iacturam facere, si de suo
soluit, vèl Pensionarius interdictum Retinẽdæ tan-
ti emere; hoc enim casu si correspondeat id ipsum,
quod est solutum, præexistenti causæ reseruationis,
de plano mandatum est præsumendum, vt tenuit
Rota apud Greg. d. decis. 275. num. 4.

Et hoc idem dicerem, si liqueret de notoria le-
149 galitate † personæ soluentis, *cap. nisi essent in prin.
de praben.* & argumentum istud amplexa, sequu-
taquè est *Rota in vna Alerien. pensionis 1. Iulij
1624. coram Reuerendissimo Domino Coccino.*

Et hæc sanè, quando versamur in mandato præ-
sumpto: si enim versemur in vero, quod prætenda-
150 tur insufficiens, † diligentèr eius fines sint expen-
dendi, iuxtà regulam *l. diligenter ff. mand.* si enim
151 mandatum est solui, nihil est † quin ea solutio facta
per mandatarium vim hanc obtineat, *Gregor. d. de-
cis. 275. sub num. 9. vers. vlteriùs adest mandatũ*;
152 quẽadmodùm † etiàm si ex pacto data fuerit cedu-
la bancharia, & Campsor, qui eam conscripsit,
153 pensionem soluerit: actus † enim attribuitur ordi-
nanti, non exequenti, *l. item eorum §. si Decuriones
ff. quod cuiusquè vniuers. nom. cap. cum aliquibus
de rescrip. in 6. cum simil. adductis per Aymon.
cons. 144 nu. 3. Surd. decis. 299. nu. 9. & decis 297.
num. 1. & Rotam decis. 167. num 2. par. 2. diuers.*
atquè ità in his terminis responderunt *DD. in
præallegata* Cremonen. *pensionis 25 Febru. 1622.
154 corã bo. me. D. Vbaldo*; in qua † fuit etiam decisum,
non suffragari Titulari controuersiam post ordinẽ,
seù mandatum huiusmodi super nullitate pensionis
contrà Pensionarium exortam, nisi talem ordinem,
seù mandatum reuocauerit, monendo in tempore
Campsorem, nè solueret, *per tex. in l. si fideiussor
in princ.* ibi, *potuit enim, atquè debuit, & in versic.
debuit enim notum facere, ff. mãda.* quod an etiàm
sufficiat, inferiùs explicabo.

Circà hanc tamèn cedulam (cuius vsus est fre-
quentissimus in Vrbe) est aduertendum, Campsorẽ
155 per † eam se obligare statis temporibus per tot
annos, vèl ad pensionarij, & Titularis vitam, se solu-
turum sub Iuramento, & obligatione Camerali,
absquè vlla prorsus exceptione, excepto casu mor-
tis Beneficiati, illamquè ità conscripta, eam consue-
uisse tradi ipsimèt Pensionario; Adueniente ergò
tempore solutionis, ostensa sibi per ipsum Pensio-
narium, vèl eius legitimum Procuratorem cedula,
Campsorem, vt soluit, consueuisse à tergo ipsius ce-
dulæ scribere, & adnotare quantitatem solutam,
cùm die, & anno, vt semper ex eadem scriptura iu-
stificetur obligatio Campsoris erga Pensionarium,
simulquè constet de illius diminutione per dictas
annotationes ad commodum ipsius Campsoris,
cum non possint fieri alitèr, quam de ipsius credi-
156 toris consensu, † quo stante vtrinquè insurgit pro-
batio pro, & contra, *iuxta l. Publia §. vlt. vbi glos.
vlt. ff. depos.*

Ex huiusmodi ergò vsu, in hoc ipso manutentio-
nis articulo, duæ oriuntur difficultates: Prior est, an
Pensionarius exhibendo eam cedulam, cum illis
annotationibus à tergo, dicatur sufficientèr proba-
re factum solutionis; Altera est, an talis solutio
Campsoris præiudicet in eodem articulo ipsi Ti-
tulari, pro quo cedulam cõscripsit, & dedit: & cùm
super his disputaretur in præallegata *Cremonen.
Prioratus*, me scribente; quoad primum fuit deci-
157 sum † satis probari factum solutionis, saltim iun-
ctis adminiculis, videlicèt ex præexistenti pacto de
dando cedulam banchariam, ex ipsa reseruatione,
correspondentia quantitatis solutæ, & temporis,
reiquè verisimilitudine, præcipuè ex stylo Merca-
torum, & huiusmodi; Verùm arbitror, hæc qui-
dem esse veritatis adminicula, siuè cooperentur,
158 sintquè ideò vehementia, † siuè simplicitèr confir-
ment tanquàm non vehementia, iuxta doctrinam
*Bald. in l. ea, quæ sub num. 9. vers. adminiculum
est duplex, C. de accusat.* quem sequutus est *Me-
noch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 7. ex num. 57.* qui-
bus addo *Paulum Grillan. in tract. de quæstion.
in 3. quæst. num. 9.*

159 Sed adminicula hæc † minimè sunt præcisè hic
necessaria; quod enim fuerit facta solutio, ex sola
confessione Mercatoris soluentis contra eum satis
iustificatur, *l. pecuniam, C. de solut.* cum alijs su-
160 prà relatis, qua nulla † maior probatio, cum supe-
ret Testes, & Instrumenta publica, *Neuiz. cons. 37.
num. 7.* cum alijs in hanc rem congestis per *Surd.
decis. 10. nu. 12.*

161 Et quàmuis hæc † confessio Campsoris non sit
confessio debitoris, nèc propterea attendatur in
eius præiudicium, vt per eundem *Surd. decis 135.
num. 8. & decis. 218. num. 4.* tamèn hoc respicit
secundam propositam difficultatem, an solutio præ-
iudicet.

162 Fateor tamèn, si Pẽsionarius † controuerteret so-
lutionem, aliud esse dicẽdũ, *Bardello. cons. 28. n. 13.*
quod ità intellexit Rota in eadẽ *Cremonen. Prio-
ratus*: Et hæc quoad dictam primam difficultatem.

Quoad alteram, ea pendet ab vno articulo, an
163 iste † Campsor dicatur habere mandatum ad sol-
uendum à principali debitore; nàm si ità sit, nihil
est, quin sit indè acquisita quasi possessio, cùm fa-
164 ctum mandatarij † sit factum mandantis, *cap. qui
per alium, de reg. Iur. in 6. Bald. in l. vn. §. nè au-
tem, num. 9. C. de caduc. tollen. Rota Genuen. de-
cis. 67. nu. 2. Fab de Anan. cons. 82. num. 21.* aliàs
secùs, ex superiùs deductis; Ideoquè in dicta Cre-
monen Prioratus, valdè discussum fuit, an hic Cam-
psor verè sit fideiussor, vèl potiùs Constitutor; nàm
si fideiussor sit, inclinauit Rota in hanc sententiam,
165 quod † censetur habere mandatum de soluendo
à principali debitore, pro quo fideinssit, per *tex. in*

l. indebitam 47. ibi (*quoniàm potest videri id ip-*
sum se mandasse, vt suo nomine solueretur, ff. de
condict. indebit. per quem *tex.* itá censuit *glos.*
vlt. in l. si quis mandato 29. ff. de neg. gest. Bald.
in l. si pro ea num 6. C. manda glos. in cap. vlt. in
verb. si diu, vers. quartus, de fideiussor. Mantica
de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 22. num. 4. Honded.
cons. 17. num. 34. lib. 2.

166 Habet enim † fideiussor mandati actionem con-
tra eum, postquàm soluit, *l. Idemquè, 10. §. Fide-*
iussor, ff. mand. l. 2. C. eod. tit. quapropter videtur
167 etiam habuisse á principio mandatũ † ad soluendũ;
mandati enim actio non potest competere, nisi
mandatum præcesserit, inquit *tex. in l. ex manda-*
to, §. vlt. ff. manda.

168 Et licèt Vltramontani † teneant, nullo modo
censeri mandatam solutionem, sed dumtaxàt obli-
gationem, & *tex. in d. l. indebitam*, intelligi de
mandato non hominis, sed legis; tamèn nostri cõ-
muniter contrarium tenent, & accipiunt textũ illũ
de mandato hominis facto á principio, vt attesta-
tur *Salyc. in d. l. si pro ea, sub num. 7. vers. Vltra-*
montani tenuerunt, C. mand.

169 Quòd verò Campsor † hic, dicatur fideiussor, si-
ne tamèn beneficio discussionis, tenet *Ias. in l. sin-*
gularia, num. 39. ff. si cert. pet. & ibi etiam *Bar-*
thol. Socin. nu. 16. & idem *Socin. in l. qui vsumfru-*
ctum, num. 14. de verb. oblig.

Verùm, fundamentum istud minimè æstimatur
170 tutum, quià cum opinione contraria † Vltramon-
tanorum videtur transire *Bart. in d. l. si quis man-*
dato, 29. nu. 1. de neg. gest. vbi etiam *Fulgos. n. 23.*
ad finem, Alber. nu. 3. & 4. qui dicit, contrariam
sententiam esse magnum, & communem errorem
Glossarum, & Doctorum.

Et hinc Rota in præallegata Cremonen. transiuit
171 ad alias responsiones, videlicèt Campsorem † non
esse propriè fideiussorem, sed constitutorem, cu-
172 ius † significatio latiùs patet, ex his, quæ ponit
Ioannes Kal. in suo lexico Iuridico, in verb. con-
stituere, & sic in vanum requiri stipulationem,
173 quæ † exigitur in fideiussione, nèc intèr alios, quàm
inter præsentes interponitur, *l. 5. §. talis acceptio,*
de verb. obligat. l. blanditus, C. de fideiuss. Cuiac.
postum. tom. 2. in interpret l. 60. §. ad eum, circa fi-
nem, ff. mand.

At vt ingenuè quid sentiam fatear; nequè istud
motiuum tollit difficultatem, quià nèc in Consti-
tutore necessarium est mandatum, & sic semper
reincidimus in idem, frustraquè asseritur iàm non
agi de mandato legis, sicùt in fideiussore, sed de
174 mandato hominis, cùm adeò istud non † sit de ra-
tione constitutæ, vt imò quisquè possit se cõstituere
nedùm absente, & ignorante, sed etiàm prorsùs re-
pugnante debitore, *l. vtrum, ff. de constit. pecun.*
175 tantùmq; hoc habet amplius † Constituta (quantum
ad rem nostram pertinet) vt Constitutor non pos-
sit excusari, quominùs soluat, eo quod debitor
principalis illi, nè soluat, denunciauerit, *d. l. vtrum*
ad finem.

176 Existimo nihilominùs, Campsorem † hunc ve-
rum Constitutorem esse, sed cum mandato expres-
so debitoris, quod licèt non sit de necessitate Con-
stitutæ, nil tamèn prohibet, quin interuenire pos-
sit, eodemquè tempore sit constitutor, & manda-
tarius; mandatum verò eo ipso datum censetur in
specie ad soluendum, quòd debitor passus est, qui-
nimò ex pacto efficit, vt ille velùti Campsor con-
177 stitueret, cum † onus soluendi non possit separari
á Constitutore, siuè nudam ipsam constitutam spe-
ctemus, *l. 2. C. de constit. pec. & d. l. vtrum*, siuè
178 etiàm attendamus † vim receptitiæ, cuius hæc fuit
solemnis forma, *recipio me pretium redditurum*, vt
declarat *Ioannes Kal. in verb. receptitia*, secun-
dùm quam penè formulam hodiè concipiuntur hu-
iusmodi Cedulæ bancariæ, satisquè notum est, re-
179 ceptitiæ † omnem vim, transfusam esse in consti-
tutam, *d. l. 2. C. de constit. pec. §. in personam quo-*
què instit. de action.

Quin si talis Campsor publicus, per stipulationẽ
180 fideiuberet, arbitrarer † illi esse mandatam solu-
tionem, eo ipso quod Campsor sit, qui ex Nouella
constitutione Iustiniani censetur datus ad soluen-
dum sine exceptione excussionis, cuius beneficium
181 alijs omnibus, ipsi † verò minimè competere po-
test, vt est expressum *in §. agnoscant, ad finem*
vers. Argentariorum quippè sponsionibus, authen.
de fideiussion.

Et consequentèr idem statuendum de quouis
alio, qui renunciaret eidem beneficio; tùnc enim
prorsùs cessarent rationes consideratæ per Vltra-
montanos, Bart. & alios superiùs allegatos, nè
videatur fideiussor datus, vt soluat, sed tantùm, vt
intercedat pro dilatione.

Hinc verò oritur alia non leuis difficultas, si re-
182 seruata † pensione cum clausula *dummodo, &c.* non
executioni, sed ipsi reseruationi adiecta, Titularis
ex pacto det Cedulam banchariam, in qua Camp-
sor promittat se soluturum *in pace, liberè, & absquè*
vlla exceptione, statis terminis, An lite per eundem
Titularem mota super nullitate pensionis ante ad-
uentum primi termini, ipse idem Titularis possit
denunciare, vèl prohibere Campsori, nè soluat,
adeo vt si Campsor soluerit, nullum sibi præiudi-
cium generetur, nèc Campsor ab eo repetat, ex di-
spositione *tex. in d. l. si fideiussor*? Videtur enim
negatiuè respondendum: Primò, quia Campsor
183 constituendo † se soluturum statis terminis in pa-
ce, liberè, & absquè vlla exceptione, censetur fi-
dem fallere, si quicquam apponat contra Pensiona-
rium, & super hac æquitate fundatur actio consti-
tutoria, *l. 1. in princ. ff. de constit. pec.* proindequè
184 cùm non debeat, † nequè possit hanc exceptio-
nem opponere, ex quo sui respectu, sit minùs hone-
sta, velùti simplex dilatoria, *d. l. si fideiussor, §. qua-*
dam tamèn, vbi præ cæteris *Salycet num. 2. & 3.*
ff. mand. l. idemque, §. generalitèr, eod. tit. talis
185 prohibitio non videtur † attendẽda, ex dispositione
d. tex. nequè etiam concedenda per Iudicem,
186 cum † iste Campsor non sit in lite, *Mandos. de*
inhib. quæst. 61. num 3.

187 Et hinc est, quod licèt † fideiussori, qui ità se obli-
gauit, competant omnes exceptiones, quæ cohæ-
rent rei, licèt non personæ principalis debitoris,
Marsil. in Rubr. num. 313. cum seq. de fideiuss.
188 Clausula † illa, *sine aliqua exceptione, &c.* non ex-
cludat

cludat exceptionem iustam, *Marsil. ibidem n. 319.*
cum multis in puncto Campsoris conscribentis
cedulam, adductis per Rotam, & quos sequuta est
decis. 392. num. 4. par. 2. in recent.

189 Nihilominùs † non possit per talem fideiussorem,
siuè Mercatorem excipi de literis pensionis adhuc
non expeditis, sinè quibus pensio non potest exigi,
nequè de regula de non Iudicando, vt latissimè fuit
deductum *decis. 446. ex nu. 1. & per tot. ea. par. 2.*
in recentior.

Vrget enim contra eum perpetuò rigor obliga-
tionis Cameralis, præcipuè si coram Auditore Ca-
190 meræ procedatur, qui † habet facultatem proce-
dendi contra Mercatores manu Regia, & sic etiam
de facto, *Natta in Clem. sæpe, §. non sic tamèn*
vers. visis suprascriptis, nu. 95. de verb. signif. cum
alijs ibidem per *Rotam citatis*, & fuit pariter de-
cisum in vna *Mediolanen. pensionis*, *23. Martij*
1620. coram R. P. D. Verospio.

Secundò, quià vbi Titularis mandauit Campsori,
vt det cedulam huiusmodi, videntur duo necessa-
riò consequuta: Vnum, quod habuerit clausulam
pro verificata, nè aliàs credatur voluisse iactare
suum, *vulgat. l. cum de indebito, de probat.* Et alte-
rum, quod subsequuta conscriptione, & datione ce-
dulæ huiusmodi, intercisa sit facultas reuocandi
191 mandatum, cum † hæc sit natura mandati, nè post-
quàm res desijt esse integra, possit reuocari; nequè
verò res integra videri potest, vbi conscripta, & cō-
signata est cedula Pensionario, præcipuè cum ob-
ligatione Camerali, quæ non admittit aliam exce-
ptionem, quàm solutionis, aut falsitatis, iuxta *Cas.*
sad. decis. vn. num. 2. de mut. pet.

Tertiò, quià (vt supra dictum est) iste Campsor
192 non est habendus pro simplici fideiussore, † qui
non potuerit in plus obligari, quàm foret obliga-
tus principalis, iuxta *l. Gracè, §. illud. de fideiussor.*
§. fideiussores, instit. eod. tit. Paris. cons. 164. n. 21.
193 *lib. 4.* sed est habendus pro Constitutore, † cuius
obligatio latiùs se extendit, *d. l. 1. ff. de constit. pe-*
194 *cun.* & propterea † nihil est, quin licèt obligatio
principalis sit conditionalis, ipse possit purè obli-
gari, vt docet *Cuiac. ad Papin. lib. 8. quæst. in in-*
terpret. l. 9. & 25. eiusdem tit.

Quartò, quià illa datio cedulæ habet vim solu-
195 tionis, dando enim † nomen Campsoris, & eo ac-
ceptato per Pensionarium, iàm pecunia censetur
ab ipso Titulari abesse, vi formalis delegationis, vt
est *tex.* expressus *in l. inter causas, §. abesse intelli-*
gitur, ff. mand. quapropter videtur constitutus
Pensionarius in quasi possessione exigendi; cum
iàm Campsor non videatur simplex adpromissor,
196 sed expromissor, † quem satis constat vim solu-
tionis habere, vt latè per *Connan. in Comment.*
Iur. Ciu. lib. 6 cap. 6. num. 2. & sic exemptus re-
manet pensionarius ab onere iustificandi dictam
clausulam, vt in decisionibus suprà allegatis.

Cæterùm pro contraria sententia facit disposi-
tio *tex. in d. l. si fideiussor.* & quod videtur etiàm
satis clarè censuisse Rota in *præallegata Cremo-*
nen. Prioratus; Nèc videntur vrgere contraria;
197 nàm illa verba † *liberè, in pace, & sine aliqua ex-*
ceptione, semper recipiunt eandem modificatio-
nem *dummodò &c.* ex qua cum oriatur exceptio
legitima, & canonica, ea minimè censetur exclusa,
Ant. Canar. de except. Instrum. quæst. 2. num. 2.
vbi plures *tex.* allegat, *Surd. consil. 246. num 26.*

198 Et propterea non applicatur † *decis. 446. par. 2.*
in recent. & alia facta *in Miranden. Pensionis co-*
ram R. P. D. Verospio, quià procedunt in obliga-
tione Mercatoris pura, & in exceptione minimè
præiudiciali Iudicio exequutiuo, sed in proposita
cōtrouersia agitur de obligatione (vi relationis) cō-
ditionali, & de exceptione percutiente defectum
causæ, quo casu eliditur actio etiam in Iudicio
exequutiuo, vt optimè declarat eadem *decis. 446.*
num. 2. & 3.

Ad secundum dicitur negari eā consequentiam,
quià datur compatibilitas, quod quis mandet solui
in certum diem, quod tamèn debet sub conditio-
ne, nèc ideò remittat effectum conditionis.

199 Ad tertium responderi potest, esse † quidem
differentiam inter Constitutorem, & fideiussorem,
respectu productionis actus, cum alter fiat sine sti-
pulatione, *l. 1. in princ. de constit. pec.* & alter nō sine
stipulatione, *l. blanditus C. de fideiusso.* postquàm
verò actus est productus, cum vtriusquè datio ten-
dat ad eundem finem, nulla, respectu eiusdem finis,
remanet inter eos differentia; quapropter quic-
quid affertur ex diuersitate formæ, pertinet ad dif-
ferentiam verbalem, quam ideò Iure meritò *Iu-*
stin. sustulit in *l. vlt. C. eod. tit.* & circa Campsores,
videtur cessare etiàm differētia illa respectu modi,
cum sola promissio habeat vim stipulationis, *Put.*
decis. 126. num. 7. lib. 3.

Et propterea, quod dicitur obligationem Con-
200 stitutoris † latiùs patere, debet referri ad ea, quæ
pendent ex libero consensu creditoris, cui consti-
tuitur, vtputà si pro pecunia numerata, cōstituatur
in Vino, Tritico, vèl alia specie, vt declarat *text. in*
d. l. 1. §. An possit, de constit. pecun. & eodem mo-
do debet intelligi, quod dicitur de soluendo purè,
vèl sub conditione, idest, vt tàm pro purò debito,
quàm pro conditionali possit constitui, cum Con-
201 stituta, † inducta sint propter has potissimum pe-
cunias, quæ nondùm peti possunt, *l. quod si mari-*
202 *tus ad fin. vers. adijcit labeo, eod. tit.* nàm id † quod
sub conditione debetur, siuè pure, siuè certo die
constituatur, eadem conditione suspenditur, vt exi-
stente cōditione teneatur, deficiente verò, vtraquè
actio depereat, idest tàm principalis, quàm consti-
tutoria, *l. id quod 19. vbi gloss. vlt. eod. tit.* alioquin
203 non † debitum, posset videri constitutum, contra
tex. in l. hactenus eod. tit. & considerat *Vuisembec.*
in parat. sub num. 9. vers. perindè autem est.

Ad vltimū, ex præmissis patet responsio, fateor
204 enim, † dationem cedulæ vim solutionis habere, si
delegatio formalis interuenerit, per quam scilicèt
fuerit liberatus Titularis à debito, vt ità loquitur
tex. in d. l. inter causas §. abesse, & ità declarauit
Rota apud Seraph. decis. 1419. ex num. 1.

Infertur deniquè turbiditas, ex remotione pa-
tientiæ ab actu solutionis; cum enim (vt suprà di-
ctum est) patientia, in his incorporalibus, succedat
loco traditionis, nèc aliter quæri possit quasi pos-
205 sessio, si soluens † protestetur, se compulsum, ac

metu censurarum soluere; vtiquè itâ protestando
remouebit animum ab actu, locoquè patientiæ in-
troducetur dissensus, & sic impedietur acquisitio
possessionis in Pensionario, *Put. decis. 273. num. 2.
lib. 2. Achill. decis. 11. de Pension.*

Nequè debet attendi iussus Iudicis ritè, & rectè
procedentis, qui potens sit ad transferendam pos-
sessionem, non obstante quacunquè contradictio-
206 ne, vt videtur † pronunciasse *Rota apud Seraph. de-
cis. 876. num. 4.* nàm ea decisio debet intelligi de
solutione, facta quidem in vim mandati Iudicis, sed
207 sine protestatione huiusmodi; vis enim † stat in ea
protestatione, qua cessante, præsumitur voluntas
obediendi, vt declarat *Innoc. in cap. olim il terzo
sub num. 2. vers. Idem etiàm intelligimus, de restit.
spol.* aliàs non posset sustineri, nequè alitèr excusa-
ri ab errore, nisi dicendo, quod perfunctoriè, obi-
terquè id fuerit pronunciatum, prouè optimè fuit
animaduersum in causa *Oscen. Pensionis 25. Iunij
1618. & 30. Martij 1620. coram R. P. D. Pi-
rouano.*

208 Fatendum † est tamèn, non facta tali protesta-
tione, non sufficere præexistentem iussum Iudicis,
etiàm sub censuris: quinimò nèc censurarum inie-
ctionem, quominùs per solutionem subsequentem
sit acquisita possessio, quiâ in illa Obedientia con-
tinetur patientia, nisi fuerit soluens protestatus,
Innoc. vbi suprà, & in his terminis est *Rota deci-
sio 196. num. 3. par. 1. diuers.* quam sequuti fuerunt
DD. in præcitata *Oscen. Pensionis 25. Iunij* 1618.

209 Nequè sufficit † simplex metus præexistentia
vt actus dicatur metu factus, nisi de metu prote-
stetur, quando protestatio non potest impediri;
Aym. qui alios allegat *consil. 114. num. 6.* quibus
addi possunt alij, quos refert & sequitur *Gratian.
forens. discept. cap. 113. ex num. 10.*

210 Et satis foret, † vèl vnam dumtaxàt solutionem
factam fuisse sine protestatione: posteriores enim
protestationes cõseruãt dissensum circa actus, qui-
bus applicitæ sunt, sed non sunt habiles ad reuo-
candam patiẽtiam semèl præstitam vnico illi actui,
qui sufficit ad acquirendam quasi possessionem, *re-
gula quod semel, &c.* vt itâ decisum fuit in præal-
legata *Oscen. Pensionis.*

211 An autèm ista quasi † possessio, decennio præscribi
possit; non leuis est controuersiæ: nàm non secùs
in istis incorporalibus, ac in corporalibus cadit
212 duplex possessio, † naturalis scilicèt, & ciuilis, vt in
istis terminis Pensionis demonstrat *Guid. Pap. de-
cis. 629. ex nu. 14.* vbi verò semèl est naturalis per
exercitium acquisita, semper præsumitur continua-
ta. nèc propterea intrat consideratio alicuius lap-
sus, aùt decennij, aùt vicennij, vt deducit *Couar. ad
reg. Possessor in 2. par. §. 1. sub num. 3. circa finem
vers. at si constet.*

213 Vndè qui excipit † de præscriptione huiusmodi,
primùm probare debet, illam naturalem, fuisse
amissam alitèr quàm ex tempore, probando scili-
cèt, pensionem fuisse semèl petitam, & Titularem
214 eam denegasse; quiâ illa † denegatio intensa est ad
spoliationem naturalis possessionis, vt latè probat
Guid. Pap. d. decis. 629. per tot. cuius sententiam
probauit *Rota apud Put. decis. 151. lib. 3.*

Nèc propterea sinè tali denegatione procede-
ret assumptum istud, vt optimè etiàm declarat *In-
noc. in cap. querelam, sub num. 3. vers. sed quando
petam pensionem,* vbi etiàm *Abb. sub num. 2. vers.
& nota quod eo ipso, de elect.* cum alijs quos se-
quutus est *Gratian. discept. forens. d. cap. 113.
num. 21.*

215 Posito autèm, quod naturalis † fuerit amissa,
videtur quod si illi denegationi Pensionarius per
decennium acquieuerit, negligendo petere, abiece-
rit etiàm animum possidendi, & sic ciuilem ipsam
per lapsum tanti temporis, quasi eius oblitus, ami-
serit, *Bartol. in l. siuè possidetis, num. 8. ad finem,
C. de probat. Rota in sæpe citato cap. cum Ecclesia,
num. 23. de causa possess. & propriet. Couar. loco
superius allegato, vers. nàm vbi possessio, Bald. con-
sil. 12. num. 11. lib. 1.* quibus accedunt relati per
Menoch. lib. 6. præsumpt. 64. nu. 43.

Rota tamèn exceptionem hanc reijcere con-
216 sueuit, eo † quod, vt sit locus amissioni ciuilis pos-
sessionis per lapsum istius decennij, id exigatur,
quod naturalis fuerit per alium occupata; quod
malè videtur applicari terminis istis, vbi adest sim-
plex denegatio ipsius Titularis: cùm non detur
terminus habilis, quod Tertius pensionem interim
exigat, itâ auctoritate *Bald. loco superius citati,* &
aliorũ, quos allegat, dictum assumptum declarauit
Rota apud Manticam. decis. 172. nu. 5. & per tot.
217 & in terminis † pensionis itâ fuit responsum in
*Aquilegien. pensionis, 21. Maij 1610. coram Illu-
strisS. D. Patriarcha Hierosolymitano,* cuius etiã
meminit *Gratian. forens. discept. cap. 310. nu. 52.
& 53.* vbi alios cumulat, & iterùm in *Bononien.
pensionis, quæ est 404. num. 7. par. 2. in recentior.*
& priùs in vna *Mediolanen. fructuum, 30. Maij
1588. coram bo. me. Cardinali Platto,* & longè an-
tea paritèr in proprijs terminis pensionis, apud *Se-
raph. decis. 299. num. 8.* vbi fuit animaduersum om-
nes Doctores superiùs citatos loqui in casibus, in
quibus vnus possidet naturalitèr tantùm, & alius
ciuilitèr tantùm; quod non potest applicari con-
trouersię super possessione, seù quasi, pensionis; nàm
218 licèt † Pensionarius, tantùm possideat ciuilitèr,
tamèn Titularis non potest possidere naturalitèr,
219 cùm pensio sit quædam seruitus, & res † sua ne-
mini seruiat, *l. in re communi, de seruit. Vrbanor.
prædio.*

Quemadmodùm verò mouenti summarijssimũ
istud possessorium manutentionis pro extinctione
pensionis, non obstat exceptio hæc præscriptionis;
220 itâ nèc refragatur alia præiudicij, † vèl ex ordine
simplicitèr, (quiâ fuerit inchoatũ vèl petitorium,
vèl etiam possessorium ordinarium, sicuti enim si
intentatum sit petitorium, res caret omni difficul-
221 tate, † ex regula *l. naturaliter, §. nihil commune,
de acq. poss.* itâ si intentatũ sit possessorium ordina-
222 rium, cum nihil † sit, quin istud cum illo possit con-
currere, *Capyc. decis. 96. nu. 10. & decis. 209. n. 1.*)
vèl ex statu litis, quiâ lata sit iàm sententia contra
ipsum possessorem, versetụrquè ideò negotium in
223 gradu † appellationis, *Bero. cons. 45. nu. 2. lib. 3.* siuè
sententia lata sit ad eius fauorem, aùt in petitorio,
aùt in ipso ordinario possessorio, quo casu si iuxta

Iuris

Iuris Canonici dispositionem sit appellatum, nihil
224 est † quin istud summarijssimum, & extraordinarium, quod redditur officio Iudicis pro simplici detentatione *glos. in l. 3. §. creditores in verb. posse ff. Vti possidet*. suspenso effectu sententiæ, possit
225 intentari in secunda instantia, cum omnia † remedia, quæ in prima instantia competebant, competant etiam in secunda, nec remedium ordinarium nusquàm tollat extraordinarium, *Bart. in l. 3. §. si in loco sub num. 4. vers. si verò non est famosum ff. de nou. ope. nunc. Capyc. d. decis. 96. n. 15.* atque ità fuit decisum in supracitata *Seraphin. decis. 299. per tot.* siuè fuerit lata contra illum, in ipso manutentionis articulo: nàm si pronunciatum sit tanquàm in ordinario, & plenario, hoc casu per
226 appellationem suspenso effectu sententiæ, † adhùc est locus manutentioni ex hoc summarijssimo, vt proximè dictum est, & probat *Ral. consil. 8. ex num. 24. lib. 4.* si verò pronunciatum sit, tanquàm in summarijssimo, non esse locum petitæ manuten-
227 tioni, hæc est mera interloquutoria † ad Iudicis libitum reuocabilis, & mutabilis, *Seraphin. decis. 1295. num. 5. Rota decis. 404. num. 2. & 3. par. 2. in recentior.*

Vndè nèc cuipiam censetur præiudicialis; nàm Iudex nihil aliud intendit, quam possessorem manutenere lite pendente in eo statu, in quo reperitur, præseruando Iura omnia tàm in petitorio, quàm in possessorio ordinario, *Neuizan*. qui alios allegat *cons. 81. num. 17. Rota decis. 641. num. 8. par. 1. diuers.* & ità in his terminis decisum apud *Gregor. decis. 275. ex num. 13. vsquè ad finem.*

228 Ex quo etiàm resultat, † cauendum esse à *Gig. cons. 32. per tot.* vbi respondit, Titularem condemnatum in spolio, ad soluendum pẽsionem, postquàm paruit sententiæ, non posse repetere, etiàm quòd reseruatio pensionis fuerit nulla, ex regula, quã ibi ponit sub *n. 6.* videlicèt quòd obtinens in possessorio, & succumbens in petitorio, nõ teneatur ad terminos pensionũ decursarum per se exactarũ, nisi à die litis contestationis super petitorio, citra, per doctrinam *glos. in cap. significauerunt 36. §. vlt. in verb. recursum, de testib.* & per ea, quæ scribit *Boer. decis. 340. num. 5.*

229 Nàm, cum in possessorio † non admittatur discussio aliqua super titulo, neque admittantur exceptiones super defectu proprietatis, præcipuè in possessorio summarijssimo Retinendæ, de quo iàm dictum est, si Titularis sic à Iudice coactus soluerit, nihil est, quin postmodùm repetere possit, quià solutum non potest videri debitum ex illo mandato, siuè præcepto Iudicis, qui ex natura iudicij non debebat, nequè poterat cognoscere, an esset debitum, vèl indebitum, vt benè docet *Bart. in l. 1. §. & parui, sub num. 10. ff. quod vi, aut clàm*, vbi quòd ità practicatur quotidiè, *Rota Genua decis. 3. num. 60.* & fuit etiàm decisum *in Romana conditionis indebiti, 29. Aprilis 1622. coram R. P. D. Merlino.*

230 Vbicunquè enim † cessat causa soluendi, cessat etiàm actio, & obligatio eius à quo petitur, *l. si procuratorem §. mandati actio, ff. mandat. glos. in l. ad comparãdas in verb. interest C. eo. tit. Tiraq. ad reg. cessante causa in princ. num. 22. 23 & 189.*
231 & pro eo, † quod est solutum, datur repetitio, quasi solutionis causa reducta ad non causam, *l. 1. de condict. sine cau. Castr. cons. 372. ante num. 1. vers. sed hic fuit datum, vol. 1. Guid. Pap. sing. 635.* & ità fuit responsum in vna *Claramontana pensionis 9. May 1575. coram Sancta me. Clem. VIII.*

Nequè ad rem facit doctrina supradictæ glossæ,
232 cui innititur *Gigas d. cons. 32. nu. 6.* nàm ea † loquitur de fructibus, qui bona fide percipiuntur per possessorem, quod non potest his terminis applicari; Pensiones enim non percipiuntur tanquàm fructus alicuius rei, sed tanquam quantitates debitæ actione personali, vt in præcedenti quæstione demonstrauimus, & ferè impossibile est reducta causa solutionis ad non causam, aliquid constituere, vndè cesset repetitio, præcipuè vbi prætenditur extinctio, quæ vt non potest separari à facto Pensio-
233 narij, ità non potest † ab eodem separari mala fides, *ex reg. l. non est ferendus, ff. de transactio.*

Hæcque videri possent satis esse pro enarratione styli Signaturæ, dù rescribit in hac materia, & pro instructione processus, qui desupèr conficitur, aùt pro promouenda, aùt pro impedienda ipsa solutione, nisi adhùc aliquid inferretur ex impossibilitate
234 soluendi ob inopiam Titularis, per † quam videtur inanis reddi actio ipsa, *auth. quod locum. C. de collat. l. nam is, ff. de dolo, glo. in cap. Odoardus in verb. non valentem, de solutio.* Et propterea id quoquè, hic venit explicandum.

235 Quamuis enim fauore † clericalis Ordinis constitutum sit, nè Clericus excommunicetur, vèl in persona molestetur à creditoribus, si propter inopiam soluere nequeat id quod debet, *cap. Odoar-*
236 *dus, de solut.* tamen cùm grauatus † onere pensionis prætendit illud remedium, ex stylo Signaturæ passim illi denegatur, *Gomez. in compend. Signat. ad fin. vers. est tamen vnum*, Qui nihilominus sub distinctione loquitur, an per se consenserit, vèl per alium; vt in primo casu absolutè denegetur, in altero verò concedatur; indistinctè tamen Gomezium aliqui acceperunt, quos refert, & simplicitèr sequitur *Graß. de eff. cleric. effect. 7. nu. 50.*

Ratio est, quià consentiens Pensioni obligat se de eam soluendo sub iuramento, & obligatione
237 Camerali, in qua † continetur renunciatio cuiuscunque remedij, & Iuris auxilij, & in consequens etiàm dispositionis dicti textus, vt post alios aduertit *Bellet. disquisit. clericał. par. 1 de cleric. debito. §. 1. num. 7.* Et propterea quamuis *Didac. var. resol. lib. 2. cap. 1. sub num. 9. vers. quotiès verò*, vi-
238 deatur rationẽ hanc conuellere, præcipuè † cum multi teneãt, huic priuilegio non posse renunciari, *Costa de remed. subsid. remed. 29. num. 8. Ceuall. com. quæst. 71. nu. 11. Suarez de Paz, in sua pract. tom. 2. par. 3. cap. vn. num. 6. Recc. dec. f. 160. nu. 11. par. 2.* cum multis quos collegit *D. August. Bar-*
239 *bos. ad d. cap. Odoardus, n. 24* nihilominus † *Farin. crimin. quæst. 27. sub num. 70.* ait, non esse recedendum ab opinione Gomezij, propter obligationem Cameralem, in qua obligans adstringit se, vt possit capi, carcerari, & detineri.

Cæterùm est aduertendum, *Couarr.* non dissentire

tire in dicto ab ipsoGomezio,sed tantùm in ratio-
240 ne illa, quam videtur intulisse,quod † condemna-
to per tres conformes non concedatur remedium
d. cap. Odoardus, sicùti nèc illi,qui iurauit, & non
quidem applicatiuè ad hanc speciem controuersiæ
super pensione, sed relatiuè ad debitum æris alieni;
prouùt ità argumentatur Gomezius,iàt in ipso prin-
cipali dicto,& in ratione,qua mouetur ipse Gome-
zius, Didacus prorsùs cum eo conuenit, videlicèt
vt ab hoc beneficio *cap.Odoardus* ideò excludatur
Titularis,quià Pensionario sit reseruatus regressus,
vndè infert,nō esse honestū,vt Titularis,qui se obli-
gauit pati regressum,mòx sub prętextu paupertatis
à se Pensionarium longè arceat, cum possit se li-
berare dimittendo beneficium ; & hanc rationem
probauit etiàm ipse Couarruuias, qui propterea
agnouit,illius singularitatem non applicari cæteris
casibus.

Difficultas ergò est in casu, quo non sit reserua-
tus,vèl regressus, vèl accessus ipsi Pensionario, vèl
alitèr illi non possit competere: Qui est casus ne-
què per Gomezium, nequè per aliquem (quem
hactenùs viderim) quouis modo tactus? Et idem
241 videtur dicendum, † modò Pensionarius obligaue-
rit se in forma Cameræ, ex ratione illata per Fari-
nacium vbi suprà, à quo tamèn quantum ad ra-
tionem hanc, ipse dissentio: Nàm illa promis-
sio, & obligatio intelligitur, *rebus sic stanti-
bus*, atquè ità data possibilitate, quæ tùnc aderat,
242 cum impossibilium nulla sit obligatio, † etiàm
quòd quis obstrinxerit se ad aliquid præstandum,
non obstante quacunque ratione, vèl causa, *Ruin.
cons. 137. num. 11. lib.* 2. cum multis adductis per
Menoch. cons. 212. num. 28. cum seqq.

Arbitror ergò, etiàm hoc casu, atquè ità indi-
stinctè, non posse Pensionarium frui beneficio *d.
cap. Odoardus*, cui vt locus sit, duo hæc concur-
243 rere debent; primum, vt † tanta sit paupertas,
quod nequè in totum, nequè in partem debitum
possit solui,vt habet idem *tex.* in verbis ibi *si con-
stiterit, quod idem O. in totum, vèl pro parte non
possit soluere debita supradicta*,ibiquè hoc tradunt
etiàm *glo. in verb. non valentem, Io. Andr. in
princip. super eo. verb. Abb. num. 5. & 9. & alij
passim.*

244 Adeò, vt non sufficiat † Clerico offerre cessio-
nem fructuum beneficij, nàm quāuis id voluisse vi-
deatur *Collectan.* quem refert *Abb. in cap. peruenit
sub n. 12. versic. Itèm Collectarius, de fideiuss.* ta-
245 mèn † hoc est accipiēdum de eo Clerico, qui nihil
aliud habet, quàm tale beneficium, & qui iustifi-
cauit, se non habere aliqua bona patrimonialia, in
quorum dùmtaxàt defectum,aliàs potest fieri fru-
ctuum huiusmodi assignatio, vt admittit *Abb. eod.
loco*, & ità declarauit *Rota in vna Hipporegien.
Cappellaniæ 10. Nouembris 1623. coram bo. mem.
D. Remboldo.*

246 Et cùm de hoc agitur, debet † talis paupertas iu-
stificari cum hac ipsa circumstantia,videlicèt quòd
sit tanta, vt non sufficiat ad solutionem illius
quantitatis æris alieni, quæ tùnc supponitur; vt pa-
ritèr fuit declaratum in eadem *Hipporegien. 12.
Decembris 1622. coram eodem*, ex deductis per
Costam de remed. subsid. remed. 29. num. 2. & per
*Rotam decis. 48. ex num. 2. par. 2. diuers. & de-
cis. 573. nu. 3. & 4. & decis. 532. num. 2. par. 2. in
recent.* & apud *Seraph. decis. 426. num. 3. & 4.*
247 Quàmuis summariè ad iustificationem hanc pro-
cedi possit, nèc in eo scrupulosè agatur, *Ricc. de-
248 cis. 81. num. 6. par. 1.* vbi latè firmat, † debito-
rem non teneri se constituere in carcere, quod in-
telligitur, parte non petente, vt ipsemet declarat
ea decis. num. 1.

Alterum, vt petens admitti ad huiusmodi bene-
249 ficium, sit miseratione dignus, idest carens † omni
suspicione doli, vèl temeritatis; vndè qui negasset
debitum, ex qua negatione fuisset lis excitata, &
continuata vsquè ad sententiam, & relaxationem
exequutorialium, excluderetur ab hoc Iuris bene-
ficio, vt concludit *Mohed. decis. 2. num. 2. & 3.
de solut.* & etiàm *Gomez. vbi suprà.*

Cuius rei ea est ratio, quòd *tex. in d. cap. Odoar-
250 dus*, † contemplatur debitum extra causam delicti,
vèl quasi delicti, & quòd aliàs posset videri debi-
tum in pœnam, cuiusmodi est debitum quod ius-
sum est solui in vim iudicati, cum expensarum con-
demnatione, in pœnam temerariæ sustentationis
251 litis, prouùt † egregiè tradit *Put. decis. 54. num. 3.
& 9. lib. 1.* vbi licet quoad euitandum carcerem
remanserit indeterminatum, nihilominùs *Rota in
dicta Hipporegien. Cappellaniæ*, indistinctè cum
hac negatiua sententia transiuit: Vndè in spo-
lio nusquàm admittitur Clericus ad tale benefi-
cium, *vt ibidem per Pute. num. 8.* & fuit latissimè
deductum *in Mediolanen. fructuum 7. Iunij 1596.
coram bo. me. Cardinali Pamphilio*, impressa apud
Marches. tom. 2. pag. 550.

Ex his verò consequitur, vix esse, vt nusquàm
detur locus dispositioni *tex. in d. cap. Odoardus*, ad
fauorem illius, qui pensionem debet; nàm vèl pas-
sus est sententiam; & res transit sine difficultate,
quià negādo, vèl tergiuersando solutionem, vtiquè
252 est in dolo, nèc etiàm Iure Ciuili inspecto, † mere-
tur cessionis beneficium, nisi clarè constet, eum
habuisse iustam causam negandi, & ante sententiā,
vt sibi compertum est teneri, eundem statim agno-
uisse debitum, iuxta Theoricā *Bart. in l. 1. n. 1. per
tot. C. qui bo. ced. poss.* quem in his terminis proba-
uit *Rota in præalleg. Mediolanen. fructuum*, in
qua firmatum fuit, ità negantem dici spoliare cre-
ditorem.

Vèl non est sententiam passus, nequè vnquàm
debitum negauit; & adhùc excluditur, quià sibi est
impossibile probare primum & principale extre-
253 mum dicti textus, † videlicèt paupertatem, ex qua
resultet illa impossibilitas satisfaciendi in totum,
vel pro parte, ex quo pensio ità semper constitui-
tur, vt nusquàm exhauriat omnes fructus beneficij;
nèc potest probari contrarium per Titularem,
nàm vèl id, quod proponit, est falsum, vèl est verū;
si falsum; malitia sua non debet foueri, *vulg. l. in
fundo de re. vendic. cum simil.* Si verum; Aùt po-
test dimittere beneficium; & dimittat, vt suprà di-
ctum est; aùt non potest, putà quià sit ordinatus ad
illius titulum; & tùnc dolosè cēsetur illud sub one-
re tantæ pensionis acceptasse, & sic non auditur, ve-
liti

lùti suam turpitudinem allegans, cum hinc concludatur, vel ad simoniam, si præcessit pactum, *Gig. de pens. quæst. 41, per tot.* vel cessante pacto, ad dolum manifestum, cuius ratione (vt suprà ostensum
254 est) excluditur † à beneficio *d. cap.* vt dicunt *Mohed. Put. & alÿs superius allegatis*: Nequè enim legis beneficium illi est concedendum, qui in legem committit, *l. Auxilium §. in delictis ff. de minor. l. verum in princ. ff. eod. tit.* prout hanc ipsam rationem in hoc ipso articulo, tenuit Rota *decis. 22. nu. 2. de rest. spol. in antiq.*

Et certè, si aperiretur via hæc Titularibus, quotidiè supplantarentur Pensionarij; quapropter prudentissimè, æquè ac iustissimè sẽper fuit per Signaturam, & per Rotam denegatum istud refugium, cũ
255 malitijs † hominum perpetuò sit occurrendum, *d. l. in fundo de re vindic. cap. Sedes de rescript. Dec. in l. ea est natura, 65. num. 2. de reg. iur. cum alÿs adductis per Menoch. cons. 738. num. 3.*

256 Fraudibus † enim obuiari, publica simul, & priuata vtilitas suadet, *l. si libertus 16. ff. de Iur. patron.* per quem *tex.* ità scribit *Aym. cons. 238. ante num. 1. vers. Quarto vltra.*

SVMMARIVM.

1 *Pecunia appellatione, id omne comprehendimus, quod nummo mensuratur.*
2 *Item id omne quod habent homines.*
3 *Strictiùs tamen, nummos, siue æscussum intelligimus,*
4 *Pecunia numerata, quæ dicta.*
5 *Pecunia appellatione, frequentiùs numeratam exprimimus.*
6 *Pecunia appellatione veniunt, quæ constant pondere, numero, & mensura, cùm de annuis præstationibus agitur.*
7 *Pensio nedum potest reseruari in pecunia numerata, sed etiàm in certa quantitate fructuum, itemquè alternatiuè; & hoc casu, electio est pensionarÿ.*
8 *Electio, siuè optio est creditoris, quando in eum confertur dispositionis executio.*
9 *Itemquè, quando alternatiua est ad eius fauorem posita.*
10 *Proceditq; regula in omnibus gratÿs, & beneficÿs, siuè Motu proprio.*
11 *Siuè ad supplicationem.*
12 *Itemquè procedit, etiàm data inæqualitate alternatorum.*
13 *Clausula* vel si mauis, *adiecta pro alternando subiecto pensionis, quid operetur.*
14 *Interpretatio, vbi verba sunt dubia, fit pro eo quod minus est, & explicatus tex. in l. 2. C. de Castrensian. lib. 11.*
15 *Rescriptum Principis ità interpretamur, vt nemini detrahat Ius quæsitum.*
16 *Electio inter inæqualia alternata, quomodo intelligatur denegari illi, cuius gratia est concessa.*
17 *Pensio reseruata in hac, vèl in minori quantitate, an dicatur alternatiuè reseruata.*
18 *Pensionarius, qui in vim alternatiua sibi concessa, semèl elegit, deinceps non potest variare, & quæ sit ratio.*
19 *Electionem qui habet per verbum successiuum, quid differat ab eo qui habet per verbum extensiuum,*
20 *Text. in l. si quis stipulatus 112. de verb. obligat. quomodò procedat.*
21 *Pensionarius, cui reseruati sunt fructus loco pensionis, vel illorum loco annua pensio tot ducatorum, cum hac clausula* si mallit, *facta electione, non potest variare.*
22 *Distributiones quotidianæ, non veniunt appellatione fructuum.*
23 *Etiam si persoluantur de fructibus.*
24 *Non solum respectu regulæ de valore, sed etiàm in reliquis dispositionibus.*
25 *Nequè augent corpus præbendæ, seù beneficÿ, sed dantur propter operam.*
26 *Fructus restituere condemnatus, non tenetur restituere distributiones quotidianas.*
27 *Distributiones quotidianæ veniunt appellatione fructuum, quando nulli alÿ sunt fructus,*
28 *Et quæ sit ratio.*
29 *Distributiones quotidianæ, veniunt appellatione redituum.*
30 *Pensio nusquam censetur reseruata super distributionibus quotidianis, nisi id habeatur expressum, & nuncupatim.*
31 *Et quæ sit ratio.*
32 *Distributiones quotidianæ sunt receptibiles hypothecæ pro pensionibus, quæ super illis imponuntur.*
33 *Distributiones quotidianæ, afficiuntur Pensionario, etiam in præiudicium Iuris accrescendi inter interessentes, & quæ ratione.*
34 *Pensio vbi reseruatur super distributionibus quotidianis, illæ remanent affecta, etiàm non præstito seruitio per Titularem.*
35 *Fructus, vbi reseruantur loco pensionis, excipiuntur distributiones, incumbitquè Reseruatario onus probandi, id quod petit, esse fructus.*
36 *Pensio, ex stylo Curiæ non imponitur, nisi super fructibus certis.*
37 *Pensio vbi imponitur etiàm super incertis, reputãtur in eã causã omnes qui potuerunt percipi.*
38 *Pensionario duplex oritur actio.*
39 *Actio personalis, oritur ex obligatione de soluendo.*
40 *Pensionario competit actio personalis contra successores in beneficio.*
41 *Idquè, vi Decreti Papæ.*
42 *Pensione grauatum beneficium acceptans, dicitur quasi contrahere cum Pensionario.*
43 *Scire, vèl scire debere, aùt de facili scire posse, paria sunt.*
44 Super, *dictio, quomodò importet hypothecam.*
45 *Etiàm in materia reseruationis pensionis.*
46 *Actio tàm realis, quàm personalis pro pensionario, quomodò exerceatur.*
47 *Actio personalis in rem scripta, quæ dicatur.*
48 *Pensionario, non competit actio contra non possidentem beneficium.*
49 *Nèc contra eum, qui nequè consensit, nèc consentienti successit, quantumcunquè possidat.*
50 *Clausula*, habita, vèl non habita, *quæ ratione fuerit introducta.*

51 Clau-

51 Clausula eiusdem vis, quando cesset.
52 Clausula habita, vèl non habita &c. vis, post triennium expirat, & qua ratione.
53 Modò adhibitæ fuerint omnes diligentiæ.
54 Clausula Decreti de soluendo pensionem, habita, vèl non habita &c. vsquè ad terminationem litis, vndè profluxerit, & qua ratione constet.
55 Clausula prædicta, intelligitur de lite iusta.
56 Nequè per eam impeditur recognitio bonæ fidei.
57 Impedit tamèn, nè talis recognitio suffragetur debitori pensionis.
58 Cedula bancharia vsus in pensionibus, quomodò introductus, & pactum super illius datione sine auctoritate Papæ simoniacum est.
59 Quomodò conscribatur.
60 Exceptio declarat, quid, & quantum in aliqua dispositione sit comprehensum.
61 Pensionario agenti contrà Campsorem, qui dedit cedulam bauchariam, frustrà obijcitur alia exceptio, quàm solutionis, aùt falsitatis, vèl quæ oriatur ex ventre ipsius cedulæ.
62 Resignatio, quando habeatur pro non facta respectu præiudicij Pensionarij.
63 Fructuum perceptio, præsumitur in possessore.
64 Pensionarius agens contra successorem in beneficio, debet probare eundem successisse in possessione.
65 Pensionario, quando refragetur exceptio non perceptionis fructuum.
66 Pensionis debitor, vrgetur ad illius solutionem, non obstante casu fortuito amissionis fructuum.
67 Et quæ sit ratio.
68 Sterilitas vnius anni, compensabilis est cum fertilitate alterius.
69 Pensionis debitor, probans alterum prætendentem Ius in beneficio, fructus percepisse, liberatur cedendo actiones.
70 Et quid si non probet, omnes fructus, sed vnam dumtaxat eorum partem fuisse occupatam?
71 Et quid, vbi excipit de deductione onerum?
72 Pensio est onus reale.
73 Pensio, quatenùs est onus reale, quodnam sit subiectum istius oneris.
74 Pensio non est onus reale respectu ecclesiæ, aùt beneficij.
75 Onus reale est illud, quod rem de directo, vèl eius æstimationem respicit.
76 Nèc attenditur mutatio personæ, cuiuscunque sit qualitatis.
77 Pensio dum reseruatur, non obligantur bona ecclesiæ.
78 Prælatus an possit obligare res ecclesiæ.
79 Pensio reseruatur in causam alimentorum.
80 Alimentorum fauore inducitur hypotheca.
81 Et qualitèr id procedat.
82 Fructus beneficij, subijciuntur hypothecæ fauore pensionarij.
83 Et ij soli designantur in ipsa reseruatione.
84 Pensio reseruata super pluribus beneficijs vnitis, dissoluta Vnione quomodò debeatur.
85 Optione prebendæ facta, per quem debeatur Pensio super Prebenda reseruata.
86 Pensio debet solui in loco beneficij, nisi alibi solutio sit destinata.
87 Pensionario, quæ actio detur contra successorem in beneficio pro terminis decursis, & nō solutis.
88 Pensionarius non admittitur ad agendum contra successorem in beneficio, nisi factis diligentijs contra decessorem.
89 Si tamèn successor spontè soluat, non repetit tanquàm indebitum.
90 Annuæ præstationes, tot sunt debita, quot sunt anni.
91 Et vbi debentur ex fructibus, vnaquæquè reciprocat cum fructibus sui anni.
92 Fructus ecclesiæ, sunt deputati pro oneribus incumbentibus toto anno vsquè ad nouos fructus.
93 Actiones confunduntur in herede vniuersali.
94 Successio in beneficijs, non regulatur secundum Ius hereditarium.
95 Hypothecaria actio habet pro extremo verificationem Dominij tempore obligationis.
96 Onus reale, quando transeat in successores.
97 Onus reale, quatenùs distinguatur ab onere prædiali.
98 Pensionario non dari hypothecariam contra successorem in beneficio, aliquibus visum est; quæ tamèn opinio refellitur.
99 Multitudini Doctorum, simplicitèr non deferendum in Iudicijs.
100 Ratione quod caret, despiciendum est.
101 Pensioni qui consentit, non solùm pro se, sed etiàm pro successoribus consentit.
102 Ratificatio habet vim retrotractionis.
103 Siuè respiciat Ius, siuè factum.
104 Ratificans actum nomine suo gestum sub obligatione Camerali, obligatur in eadem forma.
105 Retrotractio qualitèr fiat ex necessaria consecutione.
106 Finis rapitur per suum principium.
107 Pensionario datur actio realis, & etiam personalis in rem scripta, contra successorem in beneficio.
108 Diligentia necessaria contra decessorem, vt Pensionarius experiatur contra successorem, qua ratione constent.
109 Successor in beneficio pensione grauato, videtur accedere obligationi decessoris, qui fructus percepit, & ideò non potest cogi ad soluendum, nisi præmissa excussione.
110 Text. in l. si fideiussores 42. de fideiussor. expositus.
111 Fideiussor, qui non potest conueniri, nisi excusso debitore, quibus exceptionibus tueatur.
112 Excussio principalis debitoris non est necessaria, vbi alitèr constat, eum non esse soluendo.
113 Creditori mouenti actionem subsidiariam contra fideiussorem, non imputatur improuisus lapsus debitoris.
114 Etiamsi prius potuisset agere.
115 Negligentia creditoris in non agendo contra vnum, non priuat eum Iure agendi contra alterum.
116 Negligentiæ pœna in re propria, à nemine exigitur.
117 Pensionario imputatur negligentia in exigendo à decessore, cùm ille paulatim, & sensim decoqueret.
118 Mora sua cuiquè nocet, etiàm in exigendo credito.

119 Dam.

119 Damnum, quod quis propria culpa sentit, in alios non debet verti.

120 Diligentia non praesumitur, sed probari debet ab allegante.

121 Diligens, vel negligens quis fuerit, Iudicis arbitrio aestimatur.

122 Haecque aestimatio, pendet ex quatuor circumstantijs, quae hic explicantur.

123 Pensionario agenti contra successorem in beneficio, non imputatur negligentia in agendo contra decessorem, ubi iustificatur impedimentum, aut Iuris, aut facti.

124 Negligentia, non potest cadere in ignorante.

125 Actionis exercitium ubi impeditur, qui illam habet, equiparatur spiritui sine organo.

126 Impedimentum, ubi proponitur ex facto extrinseco, debet iustificari.

127 Et quidem cum hac circumstantia, quod non potuerit removeri per diligentiam.

128 Et quod diligentia fuerint adhibita in tempore.

129 Vel non potuerunt adhiberi.

130 Impedimentum, excusat impeditum, etiam quod non fuerit protestatus.

131 Impedimentum de facili remouibile, non excusat.

132 Quemadmodum neque affectatum, & quod dicatur impedimentum affectatum.

133 Impedimentum allegans, debet probare nisi illud obstitisset, fuisse processum ad actum.

134 Pensionarius urgens successorem in beneficio, debet iustificare, diligentias factas contra decessorem, tempestiuas fuisse.

135 Creditores nimium molestos in exigendo, mores nostri non patiuntur.

136 Creditoris festinatio cum sacco parato, reputatur inciuilis.

137 Creditoris nimia negligentia in exigendo, non vacat suspicione fraudis, & doli.

138 Modo sit ultra sex menses, cum agitur de annuis praestationibus.

139 Pensionarius, qui distulit ultra sex menses agere contra decessorem, cum non impediretur, habet quod sibi imputet, cum in subsidium nititur experiri contra successorem.

140 Diligentia, ut suffragentur Pensionario agenti contra successorem, debent esse Iudiciales, & validae.

141 Coactio, extra Iudicium nulla est legitima.

142 Censurae, ut afficiant, debent esse validae.

143 Exiguntque intimationem personalem.

144 Diligentia extraiudiciales contra decessorem, quo casu suffragentur Pensionario agenti contra successorem in beneficio.

145 Diligentia huiusmodi, ut suffragentur, debent esse omni ex parte absoluta, & perfecta.

146 Et quando dicantur absoluta, & perfecta.

147 Nihil agere, vel agi coepta intermittere, paria sunt.

148 Diligentia eaedem debent probari facta tam contra decessorem, quam contra illius haeredem.

149 Et si fuerunt inchoata contra defunctum, possunt continuari contra haeredem.

150 Pensionario urgente successorem in beneficio ad terminos decursos in vita decessoris, debet omnino relinqui congrua pro ipso successore.

151 Diligentia eadem an debeant etiam verificari, cum intentatur regressus.

152 Regressus per Pensionarium intentatus, afficit successorem in beneficio.

153 Si tamen sit productum Iudicium ad finem, vel omnis diligentia adhibita.

154 Regressus qua ratione impediat collationem, ubi Iudicium super eo intentatum, productum est ad finem.

155 Regressus euitatur per solutionem Pensionis.

156 Pensio non potest solui in alia, quam in specie pecuniae in qua est reseruata.

157 Pensio reseruata in certa specie nummorum, quorum nomen sit aequiuocum, debet intelligi de minus valentibus.

158 Statur tamen solutionibus subsecutis.

159 Etiam si una, vel altera dumtaxat proponatur.

160 Obseruantia declarat praecedentia ambigua.

161 Etiam non praescripta.

162 Solutiones subsecutae declarant qualitatem monetae deductae in stipulationem.

163 Nisi processerint ex probabili ignorantia, & inaduertentia.

164 Monetae species adiecta pro indicando valore nummorum, in quibus est facta reseruatio, quatenus attendatur.

165 Pensio reseruata in certa monetae specie, quae reperiatur, in ea omnino est soluenda.

166 Creditor cogitur accipere nummos in aliam formam, si inde nullum damnum passurus sit.

167 Moneta omnis, siue aurea, siue argentea, siue denique aerea, recipit functionem in genere suo.

168 Denarios stipulanti, recte promittuntur eiusdem quantitatis aurei.

169 Denarij, fuere nummi argentei.

170 Denarij unde dicti.

171 Monetae conseruari genus in identitate materiae, visum fuit aliquibus, quod reprobatur.

172 Pensio non potest solui in alia qualitate monetae, quam in ea, in qua fuit reseruata.

173 Et quae sit ratio.

174 Et quatenus aliud deferatur consuetudini.

175 Pensio ubicunque soluitur in diuersa specie monetae, Pensionarius debet conseruari indemnis.

176 Moneta unde dicta.

177 Triumuiri monetales unde dicti.

178 Nummus aereus quando primum cussus, & quando argenteus, & aureus.

179 Nummi coriacei, & cartacei aliquando.

180 Sed quorsum.

181 Nummorum usus, ad quid inuectus.

182 Nummus, unde dictus.

183 Nummus constat materia metallica, & forma, id est charactere publicam aestimationem indicante.

184 Pecunia, prout pecunia est, an admittat plures, vel potius unam dumtaxat bonitatem.

185 Nummi bonitas alia intrinseca, alia extrinseca.

186 Et extrinseca rapit ad se intrinsecam.

187 Monetam recusans pro valore ei imposito, punitur.

188 Nummi de ratione est symmetria, & proportio inter valorem metalli, & publicam aestimationem.

189 Nu-

189 *Nummi æstimatio publica, an admittat, vèl rejciat impensam in cudendo.*
190 *Moneta dicitur falsa, si valor materia, non correspondeat valori indicato.*
191 *Monetæ publica æstimatio, quando dicatur rapere in se valorem intrinsecum.*
192 *Eadem æstimatio, in quid intensa.*
193 *Et an referri debeat ad bonitatem intrinsecam.*
194 *Monetæ publica æstimatio, perpetua esse debet.*
195 *Numisma census non habuit æstimationem perpetuam.*
196 *Monetæ æstimatio est variabilis, extra tamen illius naturalem vsum.*
197 *Monetæ æstimatio publica, in articulo variationis, alitèr hodiè quàm olim consideranda.*
198 *Et quæ sit ratio.*
199 *Monetæ instit ia, per quos consueuerit seruari, vèl inuerti.*
200 *Monetæ æstimatio, qualitèr etiàm per optimos Principes ex necessitate alteretur.*
201 *Et quomodo per alios.*
202 *Pensio soluẽda est in specie reseruata, vèl in moneta vsuali, secundum ipsius valorem de tempore solutionis. Et quæ sit ratio.*
203 *Moneta grossa, æstimatur per minutam.*
204 *Monetam recipiens in bonitate intrinseca alteratam, dicitur minus debito recipere.*
205 *Monetæ inferioris præsumitur deteriorata bonitas intrinseca, quandò aucta est æstimatio monetæ grossæ, retenta bonitate intrinseca.*
206 *Monetæ augumentum perpetuò debetur creditori, quando contigit ex decremento bonitatis intrinseca monetæ minutæ.*
207 *Pensio, cùm soluitur in alia moneta specie, debet solui in tanta quantitate, quæ possit eius speciei, in qua est facta reseruatio.*
208 *Monetæ grossæ æstimatio non augetur, quando monetæ minutæ bonitas intrinseca decreuit, sed valor inferioris veriusadæquatur valori superioris*
209 *Et hoc casu frustrà agitur, ad quem pertineat augumentum.*
210 *Et in hac adæquatione, cuius temporis habeatur ratio.*
211 *Species noua, creatur per adiectionem, vèl detractionem.*
212 *Moneta antiquata, reputatur tanquàm merx.*
213 *Obligatio omnis, intelligitur rebus ità stantibus.*
214 *Moneta nouitèr recussa, quæ soluitur pro veteri, debet solui in tanta quantitate, quæ compleat æstimationem veteris.*
215 *Et hoc procedit indistinctè, siuè interuenerit mora, siuè secùs.*
216 *Monetæ bonitas intrinseca, non præsumitur alterata, sed hoc probari debet.*
217 *Et quomodò fieri possit huiusmodi probatio.*
218 *Moneta recussa, etiàm si alterata sit eius bonitas intrinseca, potest solui in eodem numero pro veteri, vbi Princeps hoc edixit.*
219 *Quod tamèn declaratur, vt hic.*
220 *Moneta imaginaria, perpetuò valutatur in certa quantitate monetæ inferioris.*
221 *Admittitquè duplicem bonitatem non secùs ac certa, & quomodò.*
222 *Totum, sequitur alterationem suarum partium.*
223 *Moneta imaginaria, si alteretur in æstimatione, quomodò eius sit facienda solutio.*
224 *Speciei obligatio, quid differat ab obligatione generis respectu crediti.*
225 *Monetæ species vbi est deducta in stipulationem, illius æstimatio non subiacet voluntati partium, secùs si in genere.*
226 *Et quæ sit ratio.*
227 *Solutio in certa quantitate, an, & quomodò possit præscribi.*
228 *Et quid, vbi est promissa certa species.*
229 *Obseruantia, non admittitur in claris.*
230 *Præscriptio non currit cum mala fide.*
231 *Creditor recipiens partem, retinet ius persequendi totum.*
232 *Præscriptiones tot requiruntur in annuis præstationibus, quot sunt anni.*
233 *Monetæ valor, regulatur ex consuetudine.*
234 *Consuetudo, non potest habere plus potentiæ, quàm lex scripta.*
235 *Monetæ æstimatio, qualitèr reputetur vniformis.*
236 *Ecclesia potitur eodem iure, quo Fiscus.*

QVÆSTIO XXXIX.

Pensio super quibus reseruetur, quæ actiones competant Pensionario, & in quos exerceantur.



SEQVITVR, vt videamus de materia, seù materialibus pensionis, suprà enim duo præsignauimus subiecta, quorum vnum est in solutione, idquè nihil aliud, quàm pecunia; Alterum verò in obligatione, id autèm, reditus annuus, qui ex beneficio Ecclesiastico percipitur. Quòd atti-
1 net ad primum; Pecuniæ † appellatione minimè id omne comprehendimus, quod nummo mensuratur, secundùm *Arist. ethic. 4 cap. 1. in princip.* in quod allusit I. C. *in l. pecuniæ nomine* 222. & ibi optimè declarat *Cuiac. ad fin. de verb. signific. gloss. in l. 2. in verb. pecunia, C. de constit. pecun.*
2 Qua sanè latissima significatione † complectimur id omne, quod habent homines, vt ait Diuus Augustinus relatus *in can. totum 1. quæst. 3.* & tradit etiam *gloss. in c. Sancitum, in verb. pecuniam 7. quæst. 1.* quam latam vsurpationem agnouit etiam *gloss. 1. in can. Qui Christi, 12. quæst. 2.*

Nequè paritèr nummos ipsos è conuerso dun-
3 taxàt, siuè æs cussum intelligimus, vt strictiùs † vulgò accipitur, *can. putant, 14. quæst. 3.* Quod, pecu-
4 nia † non simplicitèr, sed numerata dicitur *in l. pecuniæ verbum 178. in princip. eo. tit. & in l. 1. C.*
5 *de probat.* in quo sensu † frequentiùs vulgò vsurpatur, vt aduertit Rota apud *Seraph. decis. 965. nu. 2. & decis. 998. num. 5.*
6 Sed seruata ratione Analogiæ. id † tantùm comprehendimus, quod constat pondere, numero, & mensura, quod est ex natura annuæ præstationis, iuxta *tex. in l. Talis scriptura, 30. in princip. de leg. 1.*

leg. 1. & ibi explicat *Cuiac. gloss. vlt. in praalleg.*
can. totum vers. item quandoquè ea tantum .
7 Vndè nihil est, quin † pensio ipsa possit reserua.
ri in certa quauis quantitate tritici, vini, olei, & hu-
iusmodi, vt plerunquè fieri obseruauimus, quini-
mò simùl, vèl etiàm alternatiuè, itàvt electio sit, aùt
Titularis, aùt Pensionarij, quòd præstetur, vèl in
certa quantitate rerum, vèl in certa quantitate
pecuniæ; quod ità de electione accipimus, vt si ver-
ba sint clara, eorum sensum sequamur, si verò sint
dubia, quando gratia facta est fauore Pensionarij,
id etiam accidens ad eius fauorem interpretemur,
vt ipsius sit electio, *tex. est clarus in l. qui duos 20.*
8 *de legat. 1.* cuius rei † ratio est quod dispositionis
exequutio tùnc confertur in ipsum Pensionarium,
& propterea in eo quodammodò naturalitèr sit
electio, vt considerat *Bald. in d. l. qui duos, nu. 2.*
9 Quippè † in alternatiua posita ad fauorem cre.
ditoris, ipsius non autèm debitoris electionē fore,
tradit *Chassan. ad consuet. Burgund. glo. 9. §. 21.*
sub num. 1. vers. & in hac materia, cum alijs addu.
ctis per *Bursat. cons. 457. num. 5.*
Quocircà id obtinet in omnibus gratijs, & be-
10 neficijs, siuè Motu proprio factis, quæ † æquipa-
rantur vltimæ voluntati, in quibus terminis proce.
dit *tex. in d. l. qui duos*, & tenuit Rota apud *Pu-*
te. decis. 193. num. 2. lib. 3. in nou. siuè ad suppli-
11 cationem, cùm etiàm in his militet † eadem ratio,
prout in *d. l. qui duos* declarat *Alex. num. 4.* & se-
quitur *Felyn. in cap. Inter cateras, sub nu. 4. in 4.*
fallentia, de rescript. Paris. cons. 7. num. 42. lib. 2.
Cas. de Grass. decis. 185. alias vnica, de magist. n. 4.
& in terminis pensionis pronunciauit Rota apud
Gregor. decis. 431. nu. 2. & ibi *bo. me. D. Beltramin.*
num. 13.
12 Quod intelligerem procedere, † etiam data
inæqualitate inter alternata de tempore reserua-
tionis, à quo intellectu non abhorruit *Rota*
13 *d. decis. 431. ex num. 5.* Vèl enim verba † alterna-
tiua, sunt expresse directa in personam pensionarij
per consuetam clausulam *vèl si maluit*; & tùnc in
claris non egemus interpretatione, *vulg. l. conti-*
nuus 137. §. cum ità, de verb. oblig. cum similibus
per *Franc. Becc. cons. 34. num. 11.* vt ibidèm Rota
14 censet. Vèl sunt dubia; & quamuis † stante dubie-
tate hac, videatur facienda interpretatio pro eo
quod minus est, *l. 2. C. de Castrens. & Ministr.*
lib. 12. vbi Castrensiani, siuè Ministeriani supernu.
merarij, qui primæ, aùt secundæ, & tertiæ formæ
gradum beneficio Principis obtinuerunt, vltimi in
formam tertiam reijciuntur, nèc pleno beneficio
Principis ex ea lege fruuntur; & quāuis etiā *Socin.*
in l. 1. nu. 4. ff. de reb. dub. restrinxerit vim alter-
natiuæ ad æqualia, vèl parum distantia; Tamèn hæc
15 non videntur posse applicari huic casui, † quià
tex. in d. l. 2. nititur singulari ratione, nè Principis
rescriptum præiudicium aliquod inferat iuri quæ-
sito tertio, contra *tex. in l. Rescripta, C. de precib.*
Imper. offer. quod non congruit huic materiæ, in
qua reseruatio fit de consensu Titularis; Doctrina
16 vero Socini, † procedit vbi alternatio est inter il-
liquidum, & liquidum, & agitur simplicitèr de ter-
minando quod illiquidum est, per illud quod est li-
quidum, vt declarat *Ripa in cap. Inter cateras,*
num. 34. de rescript. & optimè etiàm aduertit Ro-
17 ta *d. decis. 431. ex d. num. 5.* vbi firmatur, † pen-
sionem ità reseruatam non continere alternatiuam
inter summas dispares, ex quo summa maior, habe-
tur pro non adiecta, *l. si ità stipulatus fuero decem,*
aut quinque, 12. de verb. oblig. sed continere diuer.
sas species, & propterea vtrâque esse in obligatio-
ne, vt ibi *nu. 7. & 8.*
18 Arbitror tamèn, † facta semel electione non pos-
se Pensionarium variare, quià illam non habet sim-
plicitèr vi solius disiunctiuæ orationis, quo casu sē-
per mutari posset voluntas, *l. Eum qui 138. §. cum*
purè, de verb. oblig. sed eam habet qualificatam
ex concesso sibi arbitrio, quod illicò per electio-
nem consumitur, vt clarè determinat textus ibidē,
19 adeò vt diuersitas † inter verbum successiuum, &
extensiuum (quæ considerari solet ad fauorem Rei
in l. si quis stipulatus sit, 112. eod. tit.) non proce-
20 dat in Reo, cui, per † electionem illicò consumi-
tur facultas, quibuscunquè verbis sit concepta,
prout in *ead. l. quis stipulatus* determinat *Cuiac.*
21 atquè ità † in terminis illius, cui fuerant reseruati
omnes fructus loco pensionis, seù *si mallet* loco
illorum, annua pensio centum ducatorum, respon-
dit *Rota apud Pute. in praalleg. decis. 193. num. 1.*
lib. 3.
Quod verò attinet ad secundum vsus sum appel-
latione redituum, quæ est generalior appellatione
22 fructuum; porrò fructuum appellatione † non ve.
niunt distributiones quotidianæ, *cap. licèt de pra.*
23 *bend. Gemin. cons. 85. num. 23.* etiamsi † persol-
uantur de fructibus, inquit *Achill. decis. 8. num. 2.*
24 *de pension.* non † solùm si versemur in Regula de
valore, *Mobed. decis. 6. nu. 2. de prabend.* sed etiàm
25 in alijs; Vndè † non augent corpus præbendæ, seù
beneficij, sed propter operam personæ debentur,
inquit *Oldrad. cons. 118. num. 1. Paris. cons. 33. n. 3.*
lib. 4. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 13 num. 1. Boer.
decis. 19 num. 4. & decis. 224. num. 7. vers. tamen
nō dicuntur, Rota decis. 330 n 2. par. 1. diuers. cum
alijs, quos sequuta fuit Rota apud *Gregor. dec. 540.*
num. 2. vbi addentes *num. 7.* & in *Mantuana pen-*
sionis, 13. Iunij 1628. coram R. P. D. Piro-
nano.
26 Et hinc condemnatus † in fructibus, non cen-
setur condemnatus in distributionibus, *Verall. de-*
cis. 29. ex num. 1. & per tot. par. 3.
27 Fitquè semper † hæc interpretatio, nisi aliud
suadeat natura subiectæ materiæ, vtputà quià om-
nes reditus consistant in distributionibus quotidia.
nis, tùnc enim de illis idem fertur iudicium, quod
de fructibus, ex quadam æquitate, vt in terminis
reseruationis pensionis concludit *Achill. d. decis. 8.*
Cas. de Grass. decis. itidem 8 de probat. & vltra
28 æquitatem, † concurrit etiam quòd non videatur
id abhorrere proprietatē verbi ex toto: vt enim di-
xi, tamètsi appellatione fructuum non veniant di
stributiones, verè tamèn sunt ex fructibus, & super
hoc sita est ratio æquitatis huius, vt considerat
Mobed. ead. decis 6. num 3.
29 At appellatione *redituum* † benè veniunt di.
stributiones, cùm ista vox latiùs pateat, iuxta do-

ctrinam *gloss. in cap. Grandi, in verb. reditibus, de supplend. neglig. prælat. in 6.* quā latè in propo-
sito exornat *Gonzal. ad reg. de mens. §. proœm. 7. ex num. 194.*

30 Fateor tamèn, † hodiè nullo casu intelligi reser-
uatam pensionem etiam super distributionibus, siuè
omnia emolumenta in distributionibus consistant,
siuè in earum parte aliqua, nisi hoc sit expressum;
31 idquè inte quodam singulari, videlicèt † propter
cōponēdam vnius ducati pro quolibet ducato eius
quantitatis, quæ reseruatur super huiusmodi di-
stributionibus, *Mandos. de Signat. grat. tit. de pen-
sion. in 8. col. vers. pensiones non dantur,* & fuit la-
tè decisum *in Hispalen. & in alia Salamantina
pensionis*, quarum meminit idem *Gonzal. d. §. 7.
proœm. num. 190. in vltim. impres.* vbi respondet
dictis decisionibus *Achill. & Cas. de Grass.* [illegible]
32 Hoc tamèn vnum est verissimum, non † minùs
ipsas distributiones quotidianas, quàm fructus, &
alios quoscunquè reditus, & prouentus recepti-
biles esse obligationis pro pensione, & quidem ef-
ficacissimè; nam Papa intelligitur eas afficere, an-
tequàm inter præsentes actu distribuantur, Itaut
33 iuri † accrescendi, quod est inter præsentes, iuxta
cap. 1. de Cler. non resid. in 6. pro modo talis Pen-
sionis, haud quaquàm possit esse locus, repugnante
Papæ voluntate, cuius concursus exigitur cum ip-
sa coniunctione, *Bald. cons. 362. sub num. 1. vers.
nam vbi est diuisio, lib. 1. Castr. cons. 262. sub n. 3.
vers. nam constat, lib. 2.* prout ità declarauit Cle-
mens Octauus, & postea sæpissimè responsum fuit
in Rota, vt refert *Gonzal. gloss. 5. §. 5. ex num. 44.
vsque ad finem.*
34 Quapropter cùm † Papa reseruat pensionem
nuncupatim etiam super distributionibus, non at-
tenditur, an sit præstitum seruitium, vel secùs, quia
non contemplatur tale seruitium, sed simplicem
destinationem, *Rota decis. 133. num. 2. par. 2. in
recent.*
35 Aduertendum est autèm, † quando Papa reser-
uat alicui fructus, aut eorum partem loco pensio-
nis, sēper eos expresè distinguere à distributioni-
bus quotidianis, ipsasquè distributiones excipere
in indiuiduo, proindequè tali casu non esse satis Re-
seruatario agenti pro exequutione suæ gratiæ, pro-
bare exstare tales, vel tales reditus, nisi etiam iu-
stificet, eos non esse distributiones quotidianas, ne-
què ad illas pertinere cum ista qualitas sit de in-
tentione sua, vt resoluit Rota apud *Scraph. dec. 391.
num. 1. & per tot.*

Et hæc quæ dicta sunt de fructibus, & reditibus,
&c. intelligi oporret de certis, non de incertis, su-
36 per † certis enim tātùm ex stylo Curiæ imponitur
Pensio, *Gig. cons. 35. nu. 9. Garz. de benef. par. 1.
cap. 5. n. 379* à quo stilo tūc demùm receditur, cùm
etiam super incertis expresè imponitur: quod ta-
37 mèn aliquandò fit, eoquè casu † illud incertum
cadit sub æstimatione, & inter illos incertos re-
ditus reputantur omnes ij, qui potuerunt percipi,
nèc ob socordiam, negligentiamvè Titularis per-
cepti fuerunt, *l. si tactum rei, de actio. empt. Ioan.
Cop. in tract. de fructib. tit. 3. cap. 2. nu. 3.*
38 Ex præmissis † autèm, videtur consequi, dupli-
cem oriri Pensionario actionem pro ipsius pensio-
nis consequutione, personalem videlicèt, & rea-
lem: Nam quando reseruatur pensio, Papa iàm
necessariò supponit Titularem, tàm pro se, quàm
pro successoribus in beneficio consentire, nequè li-
teræ super prouisione, priùs expediuntur, quàm
huiusmodi consensu præstito, cum amplissima ob-
39 ligatione in forma Cameræ. Quapropter † ex hu-
iusmodi obligatione de soluendo insurgit actio
personalis, *l. Actionum, in princip. vers. In perso-
nam, ff. de actio. & oblig. Instit. de actio. in prin-
40 cip.* Secùs contra † successores in beneficio, &
contra ipsum, qui expresè consensit, vi decreti
Papæ, quod vt eosdem successores afficit, *Cassad.
41 decis. 4. num. 6. de pensio.* ità † huic actioni perso-
nali necessariò subijcit, *Gambar. de off. & potest.
legat. lib. 6. num. 45.*
42 Nec repugnat *reg. d. l. Actionum*, dùm † enim
successores acceptant beneficium, dicuntur quasi
contrahere, & consentire oneribus, & vinculis, quę
illi sunt adiecta, *§. Hæres quoque Inst. t. de oblig.
qua ex quas. contr. nasc.* & sic optimè contra eos
agi actione personali, sæpe Rota censuit apud *Ve-
rall. decis. 302. nu. 1. par. 2.* [illegible] *decis. 196.
num. 1. & 3. par.* Nequè est locus excusationi
43 alicui ex capite ignorantiæ, cum † teneatur suc-
cessor hæc omnia scire, & paria sint, vel scire, vel
scire debere, aut de facili scire posse, vt considerat
Rota apud *Verall. decis. 107. ex num. 4. par. 3.*

Paritèr, idem Pontifex designat subiectum, quod
grauare intēdit, & afficere prompta Pensione, nimi-
rùm fructus per hæc fermè verba *super fructibus,
44 reditibus, emolumētis, &c.* illa enim † dictio *super*,
prolata ab eo qui obligare potest, procul dubio im-
portat hypothecam, *l. Codicillis 91. §. Instituto de
legat.* [illegible] quem textū ità expēdit *Bart. in l. fundus
9. num. 1. ad finem ff. de annu. legat. Roman. sin-
gul. 631. incip. Cū dico. Franc. Cremen. singul. 46.*
45 Et in † his terminis reseruationis pensionis consu-
luit idem *Roman. cons. 388. num. 1. & 2.* & vim
eiusdem termini *super*, agnouit etiam *Gig. de
pension. quæst. 42. sub num. 2. vers. & hoc etiam
probatur.*
46 Cæterùm quemadmodùm circa † ortum ista-
rum duarum actionum, nulla est difficultas, *Verall.
d. decis. 302. num. 5. par. 2.* ità circa earum exerci-
tium plures emergunt tricæ, quas operæ erit pre-
tium, quàm breui fieri potest methodo, extricare:
47 Quantum igitur spectat ad personalem est † aduer-
tendum, tàm consensum Titularis, & successorum,
quàm consensum Papæ, habere respectum ad fru-
ctus, vndè ista actio est quidem personalis, sed in
rem scripta, vt docet *Pichard ad §. omnium autèm
in princ. nu. 6. Instit. de action. & Menoch. de re-
cuper. poss. rem. 5. num. 76.*

Proindequè, pro eius exercitio, duo erunt extre-
ma necessaria, consensus scilicèt, & fructuum per-
ceptio ex parte eius, à quo petitur; quocircà si
48 dùm Papa prouidet, alter † quispiā se in beneficio
intrudat, contra neutrum ea actio poterit vtilitèr
exerceri; non contrà consentientem, quia non pos-
sidet, nèc vllos percipit fructus, itàvt in vanū obtē-
datur, ipsum solum habere validum titulum, *Gig.
respon. 29.*

respon.29.num.2. Achill.de pensio decis.1.& 6.Ro-
ta diuers.decis.699.num.1. par. 1.
49 Non contrà intrusum, † seù iustum etiàm posses-
sorem ex alio titulo , quià non consensit, nèc cui-
piam successit,qui consenserit,ità vt prætendi pos-
sit consensus implicitus,à quo ipsa personalis actio
dimanat,d.l. Actionum, cum superius allegatis, &
ità resoluit Rota in recent.decis.437.num.1 & 2.
par.1.
50 Hinc verò † cum Pensionarius facilè supplantari
possit,fuit ex stylo Curię prudentissimè excogitata
duplex cautela : Prior vt per Titularem obliga-
tio fiat de soluendo pensionem cum clausula habi-
ta,vèl non habita possessione,& sub hac forma præ-
stetur consensus:quæ clausula habet causam æquis-
simam, videlicèt vt malitiæ occurratur,& commẽ-
to fraudis,l.in fundo de re.vindic. cap. Audiuimus
de collus. deteg. omnéquè respuit iniuriam ex parte
Titularis,qui volens, àc libens consensit,cap.scien-
ti,27.de reg.iur. in 6.
51 Quapropter si tractu † temporis cessaret suspi-
cio fraudis,nèc Titularis posset consequi possessio-
nem, cessaret quoquè effectus dictæ clausulæ, siuè
decreti, cap. cum cessante de appell.cum alijs rela-
tis per Tiraquell. ad reg. cessante causa par. 1.
num. 346.
52 Cessaret autèm † ex factis diligentijs possibili-
bus per tres annos continuos in remouendis om-
nibus impedimentis , cum non sit verisimile Titu-
larem voluisse per tot annos iactare suum,soluendo
pensionem non perceptis fructibus, ad text.in l.cùm
de indebito,ff. de probat. atquè ità vim dictæ clau-
sulæ vltra tres annos ad summum non proferri,
consuluit Bursat. cons. 361. num. 31. & sæpissimè
fuit responsum,Cas.de Gras.decis.12. num.3. de
præbend. Seraph. decis.66. num.2.& 3. Rota de-
cis.699.num.2. par.1. diuers.
53 Non tamèn sufficeret † lapsus hic temporis , &
deductio impedimenti, nisi etiàm probarentur in-
trà illud factæ omnes diligentiæ possibiles , Tùm
in producendo literas, &instando pro earum exe-
quutione , Tùm in remouendo huiusmodi impedi-
mento,iuxta doctrinam Felyn.in cap.ex transmis-
sa num.1. de præscriptio. Aym. cons. 270. num. 3.
Dec. cons.677. itidem num. 3. ad finem, Pute. de-
cis.318. num.4.lib.2.
54 Verùm quià rursus huic † salubri consilio adhùc
sub recti colore , technæ struebantur, dùm is qui
consenserat, quasi agnoscẽs bonam fidem,cedebat
liti , (quod plurimùm obseruabatur in pensioni-
bus,quæ imponebantur super beneficijs extra Ita-
liam) huic adiectum est aliud decretum,vt soluatur
pensio , vsquè quò lis terminetur per tres confor-
55 mes in Rota; nàm quàmuis † tale decretum videa-
tur intelligi de lite iusta , non autèm de calumnio-
sa,Cas.de Grass. decis.12. num.2. de prabend. nèc
56 indè † videatur impedita recognitio bonæ fidei
vnius, erga alium collitigantem bonum Ius fouen
tem, Achil. decis. 2. num. 1. de empt. & vendit,
57 Nihilominùs † quantum attinet ad præiudicium
Pensionarij, semper vrget tale decretum contra
consentientẽ,nèc est in potestate Iudicis, prætextu
cuiuscunquè æquitatis ab eo recedere, l.1.C.de le-
gib.& ità fuit decisum in vna Miranden.pensionis
23.Martij 1620.coram Reuerendiss. D. Verospio.
58 Altera est cautela † tutior, & expeditior,vt de-
cernatur tàm per consentientem , quàm per illius
successores, dari cedulam bancharium per trien-
nium , cum obligatione de illam renouando de
triennio in triennium(quod certè exigit consensum
Papæ,aliàs pactum foret simoniacum , Less. de Iu-
59 stit. & Iur. lib. 2. cap. 35. num. 93.) Per † quam
cedulam (de qua illiusquè effectu , satis diximus in
præcedenti quæstione ex num.155.) Campsor, qui
eam conficit, obligat se soluere excepto casu mor-
tis alterutrius,videlicèt pensionarij, aùt Titularis,
60 nàm dùm † casum hunc singulariter excipit,in reli-
quis eius obligatio remanet pura,& præcisa, vulg.
l. nam quod liquidè §. vlt. de pen. legat. Aym.
61 consil.214.nu.14. & sic agente † pensionario con-
trà Campsorem, frustra hic excipit Titularem ces-
sisse liti, aùt aliàs renunciasse beneficio, vel intra
triennium non potuisse nancisci possessionem,nam
cum tùnc contra eum agatur in vim Cameralis
obligationis, non potest alia exceptione iuuari ,
quàm solutionis , aut falsitatis,iuxta Cassad. decis.
vn.n.2. de mut. petit. vèl alia quæ oriatur ex ventre
ipsius cedulæ,suæquè obligationis , Galles. ad for.
Camer.in 1.quæst.ad 4. par.ex num. 15. & ità fuit
decisum in dicta Miranden.
62 Quod vt firmius † sit , in decreto adijcitur, nè
Titulares validè possint resignare, nisi resignatarij
eandem obligationem de soluendo, & dando cedu-
lam faciant: vndè si quando ab Officialibus Data-
riæ extorqueatur resignatio sine ea obligatione ,
quantùm ad pensionarium nihilominùs agentem
contra resignantem , talis resignatio habetur pro
non facta,vt decreti huiusmodi annullatiui,quo cẽ-
setur inducta forma substantialis, Felyn.in cap.cum
dilecta sub nu.6.vers. quintum signum de rescript.
Ioan.de Annibal . in repet.l. nemo potest,num. 7.
de leg. 1.
63 Cùm igitùr mouetur † personalis hæc actio cõ-
tra Titularem,qui consensit , nèc fuerunt adhibitæ
cautelæ huiusmodi,præter consensum Titularis,de-
bet iustificare pensionarius fructuum perceptionẽ;
Quod tamèn est factu facillimum , probando, Ti-
tularem fuisse adeptum possessionem beneficij, ex-
indè enim insurgit Iuris præsumptio,quod percepit
fructus,quæ catenùs pręualebit, donec elidatur per
Reum apertè docentem , vèl de impedimentis, vèl
de perceptione alterius, Rota decis. 25. de præben.
in no.Cotta decis.54.Seraphin.decis.1245. num.6.
Rot.decis. 269. num.2. par. 1. in recent. cum alijs
adductis per Gregor. decis 50. num. 2. vbi etiàm
optimè declarant Adden. sub num. 5.
64 Et si dirigatur actio † contra successorem in be-
neficio , non est satis deducere, illum esse successo-
rẽ in beneficio , sed necesse est probare,hunc quo-
què successisse in possessione, Achil. decis.6. nu.1.
& 2. de pension.
65 Atquè ità,nisi pensio † sit sub conditione aliqua
reseruata,quæ egeat iustificatione , de qua re satis
superiùs est dictum, hinc omninò fundabitur actio
hæc ; nèc aliàs elidetur, quàm per probationem
contrariam ; quod non fuerint tales fructus per-

cepti; circa quam exceptionem cum multa contingant, quatuor sunt constituendi casus.

66 Prior est † quando Titularis probat, se nullos percepisse reditus, super quibus est imposita pensio, inopinato aliquo casu, & merè fortuito, putà tēpestatis, vredinis, belli, aùt alio simili, qui omnes fructus anni abstulerit: & hoc sanè casu Actio non eliditur, non solùm quià vrget rigor obligationis Cameralis, & fauor pensionum, vt meritò dicatur Pensionario, *solue, & repete*, vt inquit *Gigas de pens. quæstio. 62. sub num. 10. vers. & licèt conclusio*: sed etiàm, quià his omnibus casibus expressè renunciatur, cum clausula amplissima donationis:

67 imputandum est enim † illi, qui fortunæ se subiecit, *l. sed, & si quis §. quæsitum ff. si quis caut.* cum citatis per *Menoch. consf. 27. num. 6.* & in his terminis pronunciauit *Rota in Taurinen. seu nullius pensionis 26. Februarij 1625. coram bo. me. D. Buratto*.

68 Nèc videtur sinè ratione id vsu receptum, † cùm sterilitas vnius anni, sit compensabilis cum fertilitate alterius, *Gig. loco supra allegato num. 7. Pute. decis. 185. num. 2. versic. non obstat quod dicebatur lib. 2.*

69 Secundus † est, quandò pensionarius nedùm probat, se non percepisse fructus aliquos, sed etiàm iustificat, per aliū prætendentem Ius vel in beneficio, vèl super illis, fuisse de facto perceptos; & hoc sanè casu, facta per ipsum Titularem cessione Iurium contra talē percipientem, actio ipsa personalis cōtra ipsum intensa, remanet elisa, cum non habeat rem, in quam talis actio est scripta, & sic sufficiat actionem realem cedere, *Ferret. consf. 73. num. 2. Bursat. consf. 361. num. 17. Put. decis. 10. num. 7. lib. 1.* vbi respondet omnibus contrarijs, *Seraph. in prælleg. decis. 1351. num. 3.*

Tertius est, quandò Titularis excipit, & probat,

70 non omnes reditus, vt in superiori, sed † partem tantùm fuisse per aliquem Tertium occupatam, & offert se paratum contra illum cedere actionem; & hoc casu breuitèr est facienda distinctio; aùt simùl probat, fructus, quos ipse percepit esse insufficientes pro soluenda pensione; & ipsa actio personalis contra eum mota, remanet elisa; militat enim adhùc eadem ratio; aùt non probat, & quàmuis etiàm absquè cessione possit Pensionarius intentare actionem realem contra Tertium illum; tamèn non cogitur, sed adhùc potest hanc personalem dirigere contra Titularem: licèt enim istud sit onus eius qui fructus percipit, nihilominùs ipso onere nō soluto, sequitur onus fundum, & sic datur optio agendi, vèl contra percipientem fructus, vèl contra possessorem fundi, *Feder. consil. 91. num. 4. Cardin. in clem. 1. sub num. 6. vers. dicit tamen, de censib.* & in his terminis post *Gig. quæst. 39. nu. 11. & quæst. 43. nu. 1.* respondit *Rota in recen. par. 2. decis. 176. num. 3. & per tot.*

Quartus est casus, quandò Titularis non excipit se non percepisse fructus, vèl eos non sufficere, sed probat, se sustinuisse onera illis imposita, intenditquè pensionarium ad illa, pro rata teneri, proindequè sibi dari retentionem; & hic casus est decidendus secundùm ea, quæ diximus *in præcedenti quæst. ex nu. 22.* quæ hic minimè sunt repetenda.

71 Regularitèr autèm † nisi adiectum sit Decretum exemptionis, & immunitatis, pensionarius tenetur excomputare onera, quibus consueuerunt grauari fructus, *ex reg. qui sentit de reg. Iur. in 6.* vt sunt sumptus in reparanda ecclesia, & similes, quos latè prosequitur *Gig. consil. 8. ex n. 1. & per tot. Nauar. de eccles. ædific. consil. vn. num. 1.* cum alijs per *Garz. d. cap. 5. num. 171.* Et hæc quoad personalem in rem scriptam.

Quo verò ad hypothecariam, est aduertendum, quod † licèt pensio sit onus reale, vt passim

72 tradunt Doctores, quos cōgerunt *Gig. de pension. quæst. 39. num. 1. quæst. 40. num. 1. & quæst. 47. num. 2. & in consf. 35. sub num. 9. vers. est enim pensio, Bursatt. consf. 361. num. 32. Iacob. Gall. consf. 67. num. 1. Seraph. decis. 1351. num. 1. Rota in recent. decis. 176. num. 3. par. 3.*

73 Tamèn subiectum istius † oneris non est vèl ipsa Ecclesia, vèl illius prædia, aùt iura, super qua indagine multùm laborauit *Felyn. in cap. Ad audientiam, il 2. num. 6. de rescrip.* Respectu enim † Ec-

74 clesiæ, seu benefici), prout illud est ius percipiendi fructus ex prædijs, certè est extra omne humanum commercium, & licèt Papa in statuenda quantitate pensionis consideret qualitatem Ecclesiæ, an sit curata, vèl secùs, & si curata, an sit simplicitèr talis, vèl Cathedralis, it àvt hoc respectu videatur

75 rem contemplatus, possitquè ideò dici onus † reale (quià videlicet quātitas respiciat de directo rem, & eius æstimationem, vt ait *Aretin. consf. 32. sub nu. 1. vers. Aut munus patrimouiale*, & propterea

76 nèc attendatur mutatio † personæ successoris, & diuersitas status illius, cum Papa decernendo successores ad eam persoluendum teneri, censeatur de quocunquè successore cogitasse, quod sufficit, *Paris. consf. 82. nu. 36. volum. 4.* etiàmsi Cardinalis sit, vt copiosè fuit deductum *in Firmana pensionis 21. Februarij 1625. coram bo. mem. Remboldo*,) nihilominùs hinc minimè inferri potest ad hypothecam, *l. 1. §. eam rem ff. qua res pign. vel hypo.*

77 Paritèr bona ipsa † ecclesiæ nequè per Titularem, nequè per ipsum Papam obligantur, omissa

78 enim † quæstione potestatis Prælati, de qua per Doctores *in cap. Nulli, de reb. eccl. non alienan.* & per *Negusan. de pignor. 2. par. princ. in princ.*

79 *num. 3.* certissimum est, ex † formula ipsa reseruationis nèc voluntatem deprehendi, idest nequè expressè, cum id nō dicatur, nequè tacitè, quià etiā si admittamus, pensionem reseruari in causam alimē-

80 torum, vt suprà firmauimus, & consequentèr † contrà regulā *l. vlt. C. de contr. empt.* fauore ipsorum alimentorum censeri inductam hypothecam, *Roman. consf. 388. ex num. 5. Felyn. in præcit. cap. Ad audientiam num. 6. per tex. in l. 2. & in l. Lucius ff. de alimen. & cibar. leg.* tamèn id procedit,

81 vbi sunt † in specie designata aliqua prædia, ex quibus ea debeantur; & citrà hunc casum, istam esse meram allucinationem, post *Didac. in Epitom. de matrim. par. 2. cap. 8. §. 6. sub num. 14. versic. non tamen transit*, aduertit *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 51. num. 8.* Et consequentèr non applicatur hic, vbi nihil aliud designatur, quàm fructus.

Quo

82 Quo fit, vt † subiectum istius hypothecæ, nul-
lum sit aliud, quàm ipsi fructus, illis enim inhæret,
inquit Gig. in praalleg. consil. 35. sub num. 9. vers.
83 est enim pensio, & ij † soli designantur, Roman.
d. consil. 388. sub nu. 1. vers. primo quia hac pensio,
& ideò istis solis applicatur ponderatio, quam fa-
cit ibidem Rom. circa dictionem super.
84 Vndè † est, vt reseruata pensione super pluribus
beneficijs, vèl principaliter vnitis, vèl ex dispensa-
tione vni tantùm collatis; si vèl sequatur vnionis
dissolutio, vèl pluribus ea cõtingat conferri, fiat di-
uisio oneris pro modo fructuũ, Mantic. decis. 224.
n. 1. & 2. Rota in recent. decis. 281. sub n. 3. par. 1.
85 Rursusquè, vt † dimissa, vèl optata præbenda
temporali, super cuius fructibus reseruata fuit
pensio, transeat cum illa onus idem, Gig. de pens.
quæst. 63. nu. 3. cuius distinctionem probauit Rota
apud Mantic. decis. 273. num. 2 quod tamèn venit
intelligendum, si præbenda illa temporalis dimissa,
fuerit in specie, tanquàm quid distinctum à titulo
designata, vt in his terminis loquitur eadem Manti-
cæ decisio; si enim esset simpliciter imposita pẽsio
super fructibus canonicatus, & præbendæ, quià ac-
cipitur de præbenda spirituali, nõ est recedendũ ab
his, quæ constituimus suprà quæst. 19. n 32 cũ seq.
86 Ac deniquè indè etiàm fit, vt † propter hanc ip-
sam adhæsionem, solutio pensionis, alia declaratio-
ne non facta, debeat fieri non vbi degit pensiona-
rius, sed vbi fructus ipsi percipiuntur, Olarad. con-
sil. 168. nu. 1. Gambar. de off. leg. lib. 6. in 27. quæst.
num 612. benè Rota in recent. decis. 688. incip.
cum Sixtus, par. 4. ex quo inualuit vsus destinatio-
nis loci ipsius solutionis, Mandos. in tract. de si-
gnat. grat. §. pensiones, vers. concedi passim.
Hinc autèm facilè est assequi veritatem articuli
87 illius, An. † & quæ actio detur Pensionario contrà
successorem in beneficio pro terminis decursis, &
non solutis in vita decessoris; circà quem reperio,
Rotam primùm valdè hæsisse, nèc olim voluisse
admittere actionem, vt notauit Cassado. decis. 4.
num. 3. de locat. Cresc. decis. 6. num. 3. & 7. de solut.
ac demùm (quasi quod affirmatiua sententia in
puncto Iuris, & de rigore verior sit, prout loquitur
Garz. d. cap. 5. num. 201. ex doctrina Franch. in
cap. vlt. §. Porrò num. 4. de off. ordin. in 6. quam
latè tuetur Gig. de pens. quæst. 39. ex num. 4. ad
finem vers. sed Philippus.) sequutam fuisse contra-
88 riam opinionẽ, cum hoc temperamento † æquita-
tis, vt debeant præcessisse diligentiæ contra succes-
sorem eundem, adeò vt nulla notari possit negli-
gentia Pẽsionarius, Seraphin. decis. 1351 n. 1. Gre-
gor. decis. 507. n. 2. & millies fuit responsum, prout
referùt, Garz. vbi supra n. 199. Gratian. forens. di-
scept. cap. 94. n. 59. & Maresc. var. resol. lib. 2. c. 18.
89 Quapropter, † si citra omnem iustificationem
diligentiarum huiusmodi, & illis nusquàm præsti-
tis, successor de facto soluat, non censeri indebi-
tum solutum, nèc propterea dari repetitionem, ex
reg. l. si non sortem, de cond. indeb. tenuit Ro-
ta apud Reuerendiss. D. Coccinum dec. 327. nu. 3.
Verùm præmissæ sententiæ valdè refragatur,
quod aùt Pensionarius vult experiri actione perso-
nali, aùt reali: si personali, iàm diximus actionem
hanc non esse simplicitèr personalem, sed in rem
scriptam, videlicèt in ipsos fructus; quapropter
cum agatur de pensione, & sic de debito annuo,
impossibile ast consensum successoris, à quo oritur
actio personalis, hùc extendi, secundùm ea quæ su-
prà diximus; Quod si fortè dicas, actionem esse
scriptam indeterminatè in fructus, atquè ità non
magis huius, quàm alterius anni; patet responsio,
determinationem fieri ex natura reciproci, siqui-
90 dèm † vt sunt tot debita, quot sunt anni, l. Cum
notissimi, §. In ijs, C. de præscrip. trig. vel quad.
91 anno. ità vnumquodquè † respicit illius anni quo
debetur, fructus, & cum illis reciprocat, l. si ante,
92 & l. fructus, ff. solut. matrim. fructus † enim ec-
clesiæ sunt deputati pro oneribus incumbentibus
toto anno vsque ad nouos fructus, Gimin. in d.
cap. vlt. §. porrò nu. 4. quem sequitur ibi Franch.
sub num. 3. de off. ordin. in 6. & ad literam probat
textus ille.
Asserere autèm dari hanc actionem contra suc-
cessorem, exemplo eius quæ datur contra hæredẽ,
qui simplicitèr adiuit hæreditatem, non subsistit,
93 cum † non agatur de successione in vniuersum, vt
possint videri transmissæ, ac confusæ actiones om-
nes, tàm actiuæ, quàm passiuæ, iuxta terminos l.
vlt. C. de Iu. delib. Satisquè absonum est, succes-
94 sionem † in beneficijs, metiri secundùm ius hæredi-
tarium, can. Apostolica, 8. quæst. 1. cum allegatis
per gloss. in cap. 1. in verb. Consanguinitatis iure,
ad finem de præbend.
Si autèm velit experiri reali actione, multò mi-
nùs illi videtur esse locus; nàm quamuis per deces-
sorem fuerint omnes fructus hypothecati vsque à
principio, tamèn sub illa hypotheca non possunt
cadere alij fructus, quàm qui sui futuri erant, non
qui successorum, nèc rursus successor alios posset
hypothecare, quàm qui sibi deberentur, nèc in con-
sequens, qui iàm per suos præcessores essent perce-
pti, & sic nusquàm sibi forent debiti; extremum
95 enim † actionis huius est verificatio dominij obli-
gantis tempore obligationis, l. si superatus, & l. &
quæ nondum, ff. de pignor. cum simil.
96 Nequè ad rem facere † videtur, non soluto
onere per eum, qui fructus grauatos percipit, il-
lud transire in successores, vt dicebat Fed. de Sen.
cons. 81. num. 4. & consequentèr ipsa prædia ec-
clesiæ affici, nèc ideò denegandam actionem in ip-
sos fructus tanquàm partum ipsius rei, iuxta tex. in
l. Imperatores, ff. de public. & vectig. in quod fa-
cilè deflexit Cassadorus (si vera sunt, quæ ex Buca
retulit Garz. loco proximè allegato num. 198. ad
97 finem,) nàm facilis est responsio, † videlicèt id pro-
cedere, vbi res ipsa, ex qua fructus percipiuntur, à
principio est affecta, vt in tributis, & decimis, quæ
sunt onera prædialia, in quibus terminis loquitur
Federic. & etiàm textus in d. l. Imperatores, àt
in casu nostro non agitur de onere aliquo prædia-
li, sed annuorum fructuum duntaxàt: atquè ità ex
toto remanet euacuatum fundamentum istud.
98 Quapropter † non deficiunt contrariæ senten-
tiæ assertores, qualis fuit Gambar. de off. legat.
lib. 6. ex num. 436.
Cæterùm nusquàm potui in animum meum hoc

inducere, vt Rota dictam sententiam affirmatiuam
postremis his temporibus ex simplici Doctorum
99 multitudine † amplexa fuerit, cōtra id, quod decre-
uit *Iustin. in const. super conceptione Digest. §. sed*
neque ex multitudine, nèc magis iuridica aliqua
100 ratione fuerit mota, cum quod † ratione caret,
minimè astruendum sit, sed prorsùs despiciendum,
ac deridendum, cum *Bald. in proem. feud. num. 4.*
& alijs adductis per *Franc. Becc. cōs. 41. n. 5. & 6.*

Et quamuis adhùc non inciderim in aliquem,
qui rationem huiusmodi mihì explicauerit, nihi-
lominùs eam esse existimo; Quia cùm reseruatur
101 pensio, † Titularis non consentit pro se solo, sed
etiam pro suis successoribus, quousquè viuet pen-
sionarius, obligando se, & dictos successores ex-
pressè in forma Cameræ; vndè ex eo actu resultat
formalis contractus, tàm respectu ipsius, quàm suc-
cessorum, qui licèt efficacitèr non obligentur, nisi
postquàm succedendo ratum habuerint talem con-
tractum, nihilominùs sequuta ratihabitione, ex
simplici acceptatione beneficij (vt suprà late firma-
uimus) fit retrotractio eiusdem obligationis ad diē
102 ipsius contractus, hęc enim est vis ratificationis, † vt
retrotrahatur, *l. ult. ff. ad Maced.* siuè respiciat ius,
103 siuè factū, † ex noua cōstitutione Iustiniani, in *l. do-*
nationes 25. ad fin. C. de donat. inter vir. & uxor.

Proindequè est idem, ac si omnes successores,
vnà cum ipso Titulari, à principio pro soluenda
pensione constituissent se plures Reos debendi in
solidum, & omnia bona, iuraquè sua, & consequen-
tèr quoscunquè fructus beneficij pro solutione hu-
104 iusmodi hypothecassent, cum † ista sit vis obliga-
tionis Cameralis, nèc sit dubitandum, ratificantem
actum nomine suo gestum, sub obligatione Came-
rali, censeri etiàm ratificasse cum hac qualitate, vt
remaneat obligatus sub dicta forma, *Mohed. de*
procur. decis. 8. & fuit decisum in vna *Romana Vi-*
nea 1. Iulij 1611. coram bo. mem. Card. Marcomūtio.

Nequè obstat, hæc procedere per fictionem, & in
inducenda hypothecaria id in summa quæri, an de
tempore hypothecæ contrahens possideret, vt su-
105 prà dicebam; quià omnis † actus, qui habet neces-
sariam consequentiam, fingit retrò actū ex vinculo
præcedentis contractus irretractabilis, licèt cum
eo non fuerit eodem contextu orta obligatio, &
ità hoc casu, fictio bene retrò procedit, vt pulchrè
docet *Bald. in cap. 1. num. 17. vers. tunc arguo de*
sum. Trin. & Fid. Cathol.. Etenim principium
106 rapit † finem suum, quià finis obedit suo princi-
pio, vt dicebat idem *Bald. in l. 1. sub n. 11. post*
med. vers. non obstat primam, C. si plur. vna sent.

107 Hinc verò consequitur, nedùm realem † actionē,
sed etiam personalem contra successorem in bene-
ficio dari pro terminis decursis, & non solutis, nàm
dùm mouetur realis ratione fructuum, non militat
exceptio defectus hypothecæ, quasi non possent
pertinere ad eum, qui consensit, hypotheca enim
non fundatur super obligatione decessoris, sed su-
per obligatione ipsius successoris, cum quo fingitur
contractum vsque ab initio; Dum verò mouetur
personalis, non militat exceptio, quod sit in rem
scripta, & sic in fructus, quià etiam respectu fru-
ctuum perceptorum in vita prædecessoris, est obliga-
tus successor, qui vnà cum illo fingitur constitutus
Reus debendi à principio, nèc enim Papa recepit
eorum obligationes diuersimodè, vèl ad diuersa,
sed vniformitèr, & ad eandem pensionem, vndè
censentur omnes in solidum obligati, *l. 2. cum ibi*
not. de duob. re.

108 Consequitur etiam ratio † temperamenti illius
æquissimi, cum quo Rota actionem hanc admittit,
vt videlicèt debeant iustificari diligentiæ adhibitæ
contra decessorem, & illius hæredes, nàm licèt om-
nes sint obligati in solidum, vt suprà dictum est, ta-
men obligatio successoris pro eo tempore, quo de-
109 cessor † percepit fructus, est veluti accessoria, &
subsidiaria, *arg. tex. in d. l. sed Iulianus, §. Idem*
ait. ff. ad Maced. & propterea non intrat eius obli-
gatio, nisi constito quod principalis debitor, vèl
eius hæres non sit soluendo, cum videatur in hoc
habitus respectus ad rē, idest ad fructus, quos an-
nuatim is perciperet, *l. si fideiussores, 42. ubi Bart.*
vers. dic ergo ff. de fideiuss.

110 Pro cuius textus † vero intellectu (secundùm
quem tota hæc indago est regulanda) est aduerten-
dum, Modestinū in ea specie, *si fideiussores in id ac-*
cepti sunt, quod à curatore seruari non possit, &
post impletam legitimam ætatem tàm ab ipso cura-
tore, quàm ab hæredibus eius solidum seruari po-
tuerit, & cessante eo, qui pupillus fuit, soluendo
esse desierit, per verba quæ subsequuntur, *non te-*
merè in fideiussores vtilem actionem competere,
non negare actionem hanc subsidiariam, vt visa est
sentire *gloss. in verb. temerè*, nequè loqui de actio-
ne vtili in differentia directæ, vt rursus eadem *gloss.*
existimauit *in verb. vtilem*, sed negare, actionem
vtilem, idest efficacem dari temerè, idest absquè
causæ cognitione, vt rectè interpretatur *Alberic.* &
omnium melius *Cuiac. postumo. tom. 2. ad respons.*
Modestin. lib. 13.

111 Cognitio autèm † causæ (quantum ad hanc rem
spectat) versatur circa duo, quorum alterum edu-
citur ex verbis dispositiuis eius textus, alterum ex
eius ratione; Prius est, vt constet debitorem, siuè
eius hæredem non esse soluendo, siuè agatur per-
sonali actione, vt in suprà relata specie, siuè etiàm
reali, idest hypothecaria, *auth. Hoc si debitor C. de*
112 *pignorib.* licet non † sit præcisè necessaria pro hoc
excussio, modò aliter constet non esse soluendo,
Roman. in supracitato consil. 388. num. 9.

Alterum, vt non possit excipi de dolo contra
pensionarium, vèl de lata culpa in exigendo à Ti-
tulari, vèl eius hærede, cum posset exigere, vndè
pro statuenda culpa huiusmodi, constituendi, sepa-
randiquè sunt duo casus.

113 Primus est, quando † debitor subitò, & ex im-
prouiso suis rebus euersis, desijt esse soluendo; &
hoc sanè nihil est imputandum creditori, quomi-
nùs sibi sit integra actio hæc subsidiaria, etiam si
cessasset per quodcunquè tempus exigere, *Cuiac.*
114 *ubi suprà*, quamuis † enim volens, & libens, cum
posset, distulerit agere, tamèn hinc nō concluditur
ad culpā, qua præcludatur sibi actio ista cōtra suc-
cessorē, cum sibi non foret præfinitū tempus cer-
tū ad agendum, *Verall. decis. 266. ex num. 3. par. 1.*
Gregor. decis. 507. sub num. 4. vers. nèc etiam facit,

nulla

115 nulla † enim ratio patitur, vt propter solam, & simplicē negligentiam in agendo contra vnū, priuetur quis iure agendi contra alium, cum id à iure non sit cantum, l. In filijs, C. de decurio. lib. 10. per quem text. ità docet Bart. in l. solent, §. nō verò, sub num. 7. vers. pro hoc facit, ff. de offic. Procons. Seraph. decis. 220. num. 2. Negligentiæ enim pœ-
116 na † iure propria à nemine exigitur, l. Quod Nerua, ff. depos. idem Seraph. decis. 632. nu. 4.

117 Alter est, quando † idem debitor paulatim, sensimquè decoxit, siuè facultatibus est prolapsus; & hoc casu, negligentia in non exigendo nocet Pensionario, Castrens. in d. l. si fideiussor, sub num. 1. vers. nam debet intelligi: nequè enim hoc casu potest id dici, quod in superiori, videlicèt non fuisse Pensionarium obligatum petere, nam imò videns debitorem paulatim labi, tenebatur agere, si volebat integram sibi esse actionem contra successorem, ex dispositione d. tex. & ideò mora, & negli-
118 gentia † sua, sibi imputari debet, cap. Mora de reg. iur. in 6. cum alijs per Menoch. de arbitr. cas. 182. num. 49. & in terminis de moroso creditore in exigendo, est tex. in l. Rem hæreditariam, 65. ad
119 finem, ff. de euictio. damnumquè quod quis † propria culpa sensit, in alios verti non debet, cap. damnum. eo. tit. de reg. iur. in 6. cum similibus adductis per Guid. Pap. decis. 473. num. 2.

120 Cum igitur hoc casu diligentia † debeat ex parte Pensionarij iustificari, tanquàm actus affirmatiuus, cum negligentia sit actus negatiuus, & ideò Reo neganti negare sufficiat, vt optimè aduertit Pacian. de probat. lib. 1. cap. 50. num. 5. & illius di-
121 mensio † pendeat ex Iudicis arbitrio, Menoch. cons. 518. num. 2. Rota in antiq. de concess. pre-
122 bend. decis. 21. num. 4. Iudex ex quatuor † circum-
123 stantijs illam æstimare debet; Quarum prior † est, an in vita decessoris agi potuerit, si enim agi non potuit, frustrà tractatur de diligentia, vèl negligentia aliqua, etiam si pensionarius per aliquem tractum temporis vidisset Titularem labi, idquè siuè impedimentum proponatur ex iure, vtputà quià nondùm cessisset dies solutionis, quo casu etiam si sit orta, tamèn nequit actio exerceri, l. Cedere diem 213. de verb. signif. & in his terminis pronunciauit Rota in vna Cæsaraugustana pensionis, 13. Aprilis 1592. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, impressa apud Marches. tom. 1. pag. 606. n. 1. siuè proponatur ex facto, putà carceratione, absentia, aut casu aliquo huiusmodi, quemadmodùm si probabilitèr ignoraretur orta actio, vtputà si ab-
124 senti gratia, vèl translatio facta foret, cum † supposita tali ignorantia cesset argumentum negligentiæ, Alex. cons. 1. sub nu. 14. vers. attento quod ille, lib. 4. cum alijs per Decian. cons. 44. nu. 36. vol. 1. Rota decis. 621. nu. 3. vers. quæ negligentia, par. 1. in recent. Gregor. decis. 369. nu. 6.

125 Paria enim sunt, † vèl nullam competere actionem, vèl competere, sed non posse exerceri, nàm qui non potest eam exercere, similis est spiritui sine organo, qui verò nititur exercere, quam non habet, est similis organo sine spiritu, ideò vt detur in hac re termini habilitas, supponendum est vtrunque, videlicèt ortus actionis, & potestas agendi, vt pulchrè docet Bald. in l. 1. num. 11. C. si plur. vna senten.

Est tamèn aduertendum, cùm prætexitur impe-
126 dimentum ex facto aliquo extrinseco, non † satis esse illud verificari, prout requiritur, cum non præsumatur, Dec. in cap. Ex ratione nu. 61. de appell. Aym. cons. 270. num. 2. & cons. 272. sub num. 10. vers. nec obstat quod debitor, Surd. decis. 326. nu. 7.
127 sed iustificari debet † cum hac qualitate, quod nō potuerit remoueri, docendo alterum de duobus, videlicèt vèl quod omnes fuerint diligentiæ adhibitæ pro eo remouendo, l. qui commeatus, vbi Bart. de re milit. cum alijs per Becc. consil. 104. num. 13. & Surd. consil. 369. num. 42. & quidem
128 in † tēpore, qui est casus d. l. qui commeatus, & explicat Dec. in d. cap. ex ratione, sub num. 68. vers.
129 non obstat lex, vèl quod non † potuerint adhiberi, iuxta doctrinam Fel. in cap. si autem, num 3. in princip. & ad finem vers. & caue, de rescript. & in cap. ex transmissa, nu. 1. & 2. de præscriptio.

Quemadmodùm enim ità iustificatum impedi-
130 mentum excusat, etiam si† nō fuerit protestatum, iuxta opinionem, quam contra communem, velùti æquiorem, post alios tenuit Surd. cons. 268. n. 42. & seruat Rota, vt apud Verall. decis. 93. num. 1.
131 par. 2. sic non † iustificatum ex hac circumstantia, dicitur impedimentum de facili remouibile, quod non excusat, Rota decis. 104. num. 3. par. 1. diuers.
132 vèl affectatum, † idest inductum propria culpa impediti, siuè ea fuerit in id à principio ordinata, siuè secùs, idem Surd. decis. 189. num. 28.

Et hoc est, quod passim tradunt Doctores, alle-
133 gantem † impedimentum, probare debere processum fuisse ad actum, ni illud obstitisset, quos allegat idem Surd. decis. 4. num. 13. decis. 203. num. 17. decis. 262. num. 11. & cons. 374. num. 23. & consil. 437. num. 36.

134 Altera est, † an cùm proponuntur diligētiæ, probētur factæ tempestiuè, vèl intempestiuè, licèt enim non imputetur negligentia ex superuenientia diei solutionis, vt suprà diximus, præcipuè ex modico
135 interuallo, cum Mores † nostri abhorreant voraces, & molestos nimis exactores, inquit Angel. cons. 312. num. 3. & 4. cum alijs citatis per Verall. d. decis. 266 ex num. 1. par. 1. Tamèn prudens Iudex æstimabit, an nimia fuerit pensionarij vèl indulgentia, vèl socordia: sicùt enim condemnatur
136 inciuilis † illa festinatio cum sacco parato, l. quod
137 diximus, 105. de solut. ita nimia socordia, † quæ aggestis pluribus terminis ità augeat æs alienum creditoris, vt iàm non sit soluendo, eatenùs enim est ferenda, quatenùs non vergat in perniciem successorum, tùnc enim non vacat suspicione fraudis, & doli, vt considerat glo. in l. si fideiussor, 63. in verb. non posse ad finem vers. hoc autem, de fideiussor.

138 Et propterea † licèt gloss. in d. l. quod diximus, in verb. intelligendum, resoluat illud temperamentum expectandi temporis, ad decem dies, & Angel. d. cons. 312. ad excluderdam culpam in creditore, videatur illud ad sex menses protulisse, vt ibi per eum num. 3. & 4. tamèn vlteriùs non esset
139 ferendum, quià tùnc esset grauare † fructus vnius anni

anni pro solutione trium terminorum, quod esset
iniquissimum, & contra bonam fidem, vt considerat
Pute. decis. 185. num. 3. lib. 2. quam sequuta fuit
Rota in Larinen. pensionis 7. Februarij 1620. coram bo. mem. D. Vbaldo, cuius meminit *bo. mem.*
D. Beltram. ad Gregor. decis. 507. num. 7.

140 Tertia est, an tales † diligentiæ, quæ proponuntur, fuerint debito modo factæ, idest iudicialitèr, &
validè, si enim extraiudicialitèr, vèl nullitèr factæ
apparent, non releuant, nàm sicuti extrà iudi-
141 cium † nulla datur legitima coactio, *l. 3. ff. quod*
quisquè iur. ità nèc in iudicio, si nullitèr actum pro-
ponatur, *l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic.* etiàmsi
142 vsquè ad censuras processum fuisset, quià † præsup-
posita nullitate, possunt impunè contemni, *c. non debet 11. quæst. 3. Socin. in cap. per tuas num. 18. de*
senten. excomm. cum multis tàm ex nostris, quàm
ex Theologis, adductis per *Menorb. de arbitr.*
cas. 542. nu. 15. proùt in casu, quo latæ erant cen-
143 suræ non præuia personali intimatione (quæ † om-
ninò ad earum validitatem est necessaria, *cap. sacro*
& cap. contingit il secondo, de sent. excom. Didac. in
relect. cap. Alma mater par. 1. §. 9. num. 4. Cassado.
decis. 12. sub num. 2. vers. quoniam absquè monitione de rescrip.) pronunciauit *Rota in dicta Larinen.*
pensionis.

144 Et hæc ità admittenda, nisi † fortè constaret no-
toriè, plus potuisse operari extraiudiciales preces;
quæ similitèr adhibitæ iustificentur, quàm actionē
iudicialē, nimirùm ex qualitate personæ debitoris,
vtputà si ageretur cum eo, contra quē non posset
procedi ad capturā personæ, & esset paratus suffer-
re quascunque censuras, potiùs quàm animū indu-
cere ad soluendum, vt in casu *Pute. decis. 415. lib. 3.*

145 Quarta denique est, vt † fuerint omni ex parte
absolutæ, & perfectæ, idest tàm respectu termino-
146 rum, de quibus agitur (si enim † proponerentur
factæ pro anteà decursis, & solutis, iàm esset con-
sumpta earum vis, *vulg. l. non omnis ff. si cert. petat.*
& fuit respōsum in prædicta *Larinen.*) quàm respe-
ctu soliditatis, & continuationis, illas nō intermit-
tendo vsquè ad id, quod est extremum Iurisdictio-
nis, idest facti exequutionem, *l. vn. ff. si quis Ius di-*
147 *cen. non obtemp.* cum paria sint, vèl † nihil agere, vèl
agi cœpta intermittere, *l. nā & Seruius §. si viuo*
148 *de negot. gest.* & etiàm excutiendo † personas, quæ
excuti possunt, idest tàm ipsum debitorē (si hoc eo
viuente fieri potuit) quàm eo defuncto, illius hære-
dem, in quem æquè datur actio personalis, *Decian.*
cons. 37. num. 13. lib. 2.

149 Nihil enim est, quin si † vèl non potuerunt fieri,
vèl perfici contra decessorem defunctum, possint
fieri, vèl continuari, & consumi contra eius hære-
dem, de quo (sine ratione tamèn aliqua) dubita-
uit *Garz. sapecitato cap. 5. num. 283.* cum ex suprà
allegata *Cæsaraugustana pensionis coram bo. me.*
Card. Pamphilio, quam etiàm ipse inseruit *n. 199.*
nihil in contrarium statuatur.

150 Quocunquè autèm † casu, Iudex qui compellit
successorem in beneficio ad soluendum pensionis
terminos decursos in vita decessorum, debet caue-
re, vt relinquatur congrua pro ipso Titulari, itàvt
illa in primis, & ante omnia deducatur, nè qui al-
tari seruit, fraudetur debito ex eodem altari victu,
cōtra *tex. in cap. extirpanda, & cap. cum secundum*
Apostolū, de preb. quamuis enim ista exceptio non
militet, vbi tractatur de solutione terminorum ce-
dentium tempore suo, tamèn recipienda est omni-
nò, cùm agitur de terminis decursis in vita præces-
soris, vt concludit Rota apud *Gregor. d. decis. 507.*
num. 5.

Hæcquè omnia de diligentijs, & earum necessi-
tate dicta, existimo procedere, nedùm si intendatur
151 contra † successorem Iudicium exequutiuum lite-
rarum, sed etiam si agatur ad regressum, quamuis
enim *Aebill. decis. 3. num. 2. de pensio.* videatur fir-
mare, agenti ad regressum, non obstare, quod tra-
ctetur de terminis decursis in vita præcessoris, ta-
mèn non negat exigi diligentias supradictas, &
ideò cum hoc temperamento benè potest sustine-
ri, quod vbi successor non potest cogi ad tales ter-
minos directò, nèc similitèr possit indirectò, *Gambar. d. lib. 6. num. 461.*

152 Quamuis enim negari nequeat †, mortuo de-
cessore, contra quem intentatus fuit regressus, sta-
tum iudicij afficere successorem, *Cassad. decis. 4.*
num. 1. cum seqq. de locat. tamèn istud à dicta re-
gula non recedit, Quia si iudicium est productum
ad finem, vèl saltim ex parte pensionarij omnis di-
153 ligentia est præstita (proùt † ad istum effectum
requiritur, ex his, quæ scripsit *Anton. Fab. ad tit.*
C. de Sacros. eccles. defin. 86. num. 7.) non dicitur
154 ille contra quem agit, successor debitoris, † pro-
pter effectum decreti reseruationis regressus, in-
cludentis pœnam priuationis ipso iure, *Aebell. eod.*
tit. decis. 1. num. 5. & ideò non teneret collatio, siuè
prouisio ad eius fauorem facta, vt etiàm censet
Gambar. vbi supra num. 464.

155 Si autèm † non esset perductum ad finem, &
locus esset purgationi moræ, atquè ità cogeretur
per indirectum successor soluere, certè non defle-
cteretur ab eadem regula: nequè enim magis vrge-
retur soluere pro euitando regressu, quod sibi est
permissum, vt ibidem vult *Gambar. n. 466. & 467.*
quàm quià quatenùs inchoatum fuerit iudicium
contra defunctum, Pensionarius satis diligens exa-
ctor fuerit. Quippè si tractetur de nouo, & abrupto
huiusmodi molimine super regressu contra succes-
sorem ob terminos decursos in vita præcessoris, illi
non potest esse locus, nisi iustificatis præmissis dili-
gentijs, cum etiam in hoc casu militet eadem æqui-
tatis ratio, *l. Illud ff. ad l. Aquil.* cum similibus
adductis per *Dec. cons. 15. num. 2. & cons. 301. n. 6.*
& 8. & Franc. Becc. cons. 88. num 10.

Cæterùm, cum initio quæstionis huius constitue-
rimus, pensiones frequentiùs in pecunia numerata
reseruari, quod etiàm notauimus suprà *quæst. 35.*
num. 54. statim illud consequitur, qualitercunquè
156 intendatur actio, non alitèr † liberari Titularem,
quàm solutione eiusdem pecuniæ in specie debita,
iuxta regulam *l. 2. §. Mutui datio, ad fin. ff. si cert.*
pet. Gig. de pensio. quæst. 98. nu. 7. Ex quo.

157 Primum infertur; si pensio † proponatur reser-
uata in ducatis, aùt in scutis indistinctè, vt non pos-
sit apparere, an sint ducati de Camera, vèl vsualis
monetæ, & an sint scuti aurei, vèl argentei, cæterq;

argu-

argumentatio omnis certitudinis, de qua specie Papa sensit, vèl ex vsu, vel ex regione, vèl ex contextu literarum, eam faciendam esse interpretationem, vt in exiguioribus reseruata sit, iuxta dispositionem *tex. in l. nummis 73. de lega. 3. Specula. de oblig. & solutio §. 3. num. 9. vers. nam & si dua. Surd. cons. 220. sub nu. 5. vers. & licèt denominatio*, in obscuris enim, quod minimum est sequimur, inquit *Vlpian. in l. semper in obscuris, 9. de reg. Iur.* vbi benè in proposito multa tradunt *Dec. n. 7. & Cagnol. num. 16.* fauendumquè est causæ debitoris, *l. 1. §. cui certum, & l. cum certum, 10. ff. de aur. & argent. leg.*

158 Perplexitas antèm, & ambiguitas † omnimodò
hæc cessaret, si proponerentur factæ aliquæ solutiones, nàm per eas optimè colligeretur, quænàm species monetæ fuerit posita in obligatione, nequè enim agitur de declaranda substantia, sed de declaranda simplici qualitate, quæ benè educitur ex subsequuta solutione huiusmodi, vt post *Angel.* aduertit *Soc. sen. cons. 145. sub num. 3. vers. secundum fundamentum, vol. 1. Mart. Lauden. in tract. de monet. nu. 31. Franc. Curt. co. tract. in 13. quæst. nu. 31. & 32. Colleg. Papien. in cons. impress. post tract. Albert. Brun. de monet. nu. 5.* qui tamèn omnes loquuntur, vbi solutio est diuturna, & in effectu *tex. in l. cum de in rem verso ff. de vsur.* quo post *Angel.* ij mouentur, loquitur de longo tempore.

159 Existimarem nihilominùs, † sufficere vnam, vèl
alteram, cùm non agatur de inducenda obligatione, sed simplicitèr de illa interpretanda ex obseruantia, quæ necessariò non debet esse præscripta, *Castr. cons. 347. sub num. 4. vers. & certè cursus decem annorum lib. 1. Aret. cons. 11. sub num. 5. vers. sed tamèn ex superabundanti*, qui loquitur in terminis solutionis monetæ, cum alijs adductis per *Aym. cons. 101. vers. & adeò potens est obseruantia*, plures allegat *Crescent. decis. 2. num. 1. de const.* & censuit Rota *in recent. decis. 448. sub nu. 3. vers. & cum sit obseruantia interpretatiua, par. 1.*

160 Nulla † enim potest esse melior declaratio, quàm
quæ sumitur ex subsequutis, *l. minimè, & l. si de in-*
161 *terpretatione, ff. de legib.* quæ † quidem obseruãtia
vt dixi, nõ eget prescriptione, vt ex multis in his terminis censuit *Menoch. cons. 49. num. 21.* & obser-
162 uantiam hanc in soluẽdo † ad effectum distinguendi ducatum à ducato, in materia censuum, perpendit *Rota in impress. post tract. D. Doctoris Cencij decis. 221. ex num. 1. & per tot.*

163 Nisi fortè, solutum esset † ex probabili quadam
ignorantia, seù inaduertentia, vt temperat sententiam hanc *Costa post alios in tract. de fact. scien. cent. 1. dist. 43. ex num. 3.*

Dubietas autèm, & perplexitas hæc alitèr non
164 potest constare, quàm ex incursu † eiusdem denominationis, nàm si in literis explicaretur certæ monetæ species, & mòx specificaretur alterius minutioris quantitas, pro maiori explicatione valoris primæ, non attenderetur aliquo modo, aùt quantitas, aùt valor istius monetæ (vt ità dixerim) valorem primæ explicantis, quiâ illa prior duntaxàt censetur posita in obligatione, & solutione, hæc verò posterior non censetur adiecta alitèr, quàm demonstratiuè ad designandum valorem monetæ secundùm cursum temporis Datæ, vt post *Signorol.* & alios, quos allegat, benè explicat *Boer. decis. 327. sub num. 3. vers. quoniam illa æstimatio*, & in his nostris terminis, vbi reseruata est pensio in tot scutis auri in auro, adiecta hac clausula, *constituentibus tot libras illarum partium*, pronunciauit *Rota* apud eundem *Cenc. decis. 219. n. 5.*

165 Secundum infertur; reseruata Pensione † in cer-
ta monetæ specie, quæ reperiatur tàm de tempore reseruationis, quàm de tempore solutionis, non posse liberari debitorem, nisi soluendo in illa ipsa specie, ex regula *d. l. 2. §. Mutui datio ff. si cert. pet.* etiàmsi velit soluere in alia specie inferioris monetæ, & in tanta quantitate, cum qua possit emi species illa in qua est facta reseruatio.

166 Licèt enim existimem †, cogendum esse credito-
rem accipere nummos in aliam formam, si ex ea re damnum aliquod passurus non sit, argumento *tex.* à contrario sensu *in l. Paulus respondit 99. de*
167 *solut.* Ea ratione, quod moneta † omnis, siuè aurea,
siuè argentea, siuè deniquè ærea recipiat functionem in genere suo, cùm à principio constet, fuisse electam materiam, cuius publica & perpetua æstimatione occurreretur difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis, vt ait *tex. in l. 1. de contrah. emptio. in princ.* qui est sumptus ab *Arist. Polit. 1. cap. 6.* & explicat *Couarr. in libello, cui titulum fecit Veter. collat. numismat. cap. 7. num. 3.*
Vndeetiàm constat minimè vitiari stipulationẽ ex
168 variatione † subiecti, si stipulanti denarios promittãtur eiusdẽ quãtitatis aurei, *l. quæ extrinsecus 65.*
169 *de verb. oblig.* cùm satis notum sit † denarios fuisse
nummos argenteos, vt auctoritate *Volusij Metiani* aduertit *Cuiac. Postum. to. 2. lib. 3. quæst. Paul. in explicat. eiusdem text. & in l. lecta in 5. columnn. vers. de denarijs autèm, ff. si cert. pet. Couar. veter. collat. numism. cap. 2. num. 6. Budel. de Monet.*
170 *lib. 1. cap. 21. num.* ibidèm 21. ità dictos, † quod va-
lerent decem asses æris, seù potiùs duodecim, vt coniectatur *Lips. Elect. lib. 1. cap. 2.* (quàmuis mihi nõ lateat huic sententiæ de denario argenteo, plurimùm refragari auctoritatẽ Plinij, qui *lib. 33. cap. 3.* ità scribit, *Proximum scelus fecit, qui primus ex auro denarium signauit.*)

Nequè ideò probem illorum sententiam, qui
171 existimarũt † conseruari genus in identitate materiæ duntaxàt, velùti si pro auro, aurum offeratur, secùs si pro auro argentum, vèl æs, prætèrquàm si aliud suadeat consuetudo, vt existimauit *Bart. in d. l. Paulus num. 4. vers. declaro hæc*, & sequitur *Abb. in cap. quanto num. 18. de iureiur.* cùm nulli solido hæreat fundamento.

172 Attamèn in solutione pensionis † eo Iure vti-
mur, vt non admittatur solutio in alia specie monetæ, quià scilicèt in ipsa reseruatione semper specificatur qualitas, in qua præcisè est facienda solutio, quo casu præcisè cogitur debitor soluere in specie illa determinata, vt sensit *Cuiac. ad dict.*
173 *l. Paulus vers. at si damni*; Vbicunquè enim † deducta est qualitas in stipulationẽ, ea est præstanda, nèc potest solutio fieri in diuersa, *l. cum quid ff. si cert. pet. Bald. in d. §. mutui datio num. 3.*

Qua-

Quapropter ab hac regula non receditur, nisi
illius ratio prorsus elidatur: quamuis enim Rota
174 aliquandò † visa hoc simpliciter attribuere con-
suetudini, ex sententia *Bart. & Abb. locis suprà al-
legatis, vt in Corduben. pensionis 11. Marty 1598.
coram Gipsio*, nihilominùs hoc non admittit, nisi
duobus concurrentibus, nimirùm penuria mone-
tæ in illa specie promissa, quià scilicèt non repe-
riatur, vt loquitur *Abb. in cap. olim num. 4. de cen-
sib.* vbi dicit, hoc obtinere in quacunquè disposi-
tione, & eum sequitur *Soc. Iun. cons. 101. num. 2.
vol. 3. Put. decis. 145. nu. 6. lib. 2. in correct.* & infe-
rius etiàm dicetur; & altero quod creditor con-
175 seruetur † indemnis, iuxta *tex. in d. l. Paulus re-
spondit*, & latè tradit *Soc. ibidem num. 3.* & ità re-
spondit *Rota in vna Cremonen. pensionis 15. Iu-
ly 1598. coram Orano*, impressa apud *D. Doctorem
Cenc. decis. 219. num. 7.*

Tertiùm infertur, quid statuendum sit, vbi pro-
ponitur alteratio valoris monetæ, qui erat de tem-
pore pensionis reseruatæ? Nàm id quàmuis videa-
tur satis obuium ex inferiùs adducendis resolutio-
nibus Rotalibus, nihilomìnus vt in materia adeò
controuersa nihil sine ratione asseueretur.

Præmittendum est primùm, monetæ nomen,
176 quo † nummos cussos, siuè aureos, siuè argenteos,
siuè æreos significamus, *in l. 1. & 2. C. de fals. mo-
net.* traductum esse à Iunone Moneta, quam olim
Ethnici colebant, ità dictam à monẽdo, siuè quod
eius monitu institutus videretur nummus, vt ex
veteribus auctoribus, colligit *Brisson. de verb. Iur.
signif. lib. 11. & de formul. Iu. lib. 1.* siuè quod eadẽ
monere crederetur Cusores ipsos, nè quid fraudis
in ære, signo, ponderevè fieret, vt etiàm ex *Coras.
miscellan. lib. 4. cap. 3.* tradit *Io. Kal. in suo lexic.
177 iurid. in verb. moneta*, Indequè † Triumuiros mo-
netales, æris nimirùm, argenti, & auri flatores, re-
tulit *Pompon. in l. 2. §. Iisdem temporibus, vers. con-
stituti sunt eodem tempore, de orig. iu.*

Nummos autèm, constare materia metalli ad id
178 præelecti, nimirùm æris, † quod fuit introductum
sub Seruio Tullio, Argenti, quod anno ab Vrbe
condita 486. & Auri, quod anno 546. vt memorat
Budel. de monet. & re numm. lib. 1. cap. 2. nu. 12.
179 Quàmuis enim † aliquandò in alijs metallis,
quinimò in corio, & chartacea materia, nummi di-
cantur cussi, vt latè tradit idem *Budel. eo. lib. 1.
180 cap. 1. ex num. 22.* nihilominùs † ij non fuere pro-
priè nummi, sed potiùs quid ad tempus vice num-
morum, propter bellum surrogati, vt aduertit etiã
Bobadill. in Polit. lib. 1. cap. 1. nu. 11. exemploquè
confirmat *Anna. Robert. re. iudic. lib. 1. cap. 16.
Pro Titio debitore.*
181 Nummi † autèm vsus eò est intensus, vt electa
materia, cuius publica, ac perpetua æstimatio es-
set, indè subueniretur æqualitate quantitatis, diffi-
cultatibus permutationum, vt refert *Paulus in d.
182 l. 1. ff. de contrab. empt.* Vndè † ἀπὸ τοῦ νόμου, dictus est
nummus, quasi non natura, sed lege consistens, vt
docet *Arist. Ethic. 5. cap. 5. & Polit. 1. cap. 6.*
traditquè etiàm *Budel. d. cap. 1. num. 42. & cap. 2.
n. 8. Anna. Robert. rer. iudicat. lib. 1. d. cap. vlt. pro
creditore in 2. pag. vers. Idcoquè Aristoteles.*

183 Præmittendum est secundùm, nummum † con-
stare materia, nimirùm metallo, & forma, illa sci-
licèt publica æstimatione ex charactere Cusoris
indicata, vt apertè insinuat *tex. in d. l. 1.* vndè in-
184 surgit maxima † controuersia, an in pecunia, prout
pecunia est, consideretur vna tantùm bonitas, re-
spectu scilicèt formę, à qua suscipit esse, vèl duplex;
altera scilicèt intrinseca (quam vocant) consistens
in materia, & altera extrinseca, quam Doctores
constituunt in ipsa æstimatione? Et sanè *Geminian.
cons. 137. ante num. 1. vers. & in pecunia*, scribit,
vnicam considerari bonitatem, videlicèt extrinse-
cam, & ità consistentem in publica æstimatione;
185 Contrà alij † passim duplicem in nummo bonitatẽ
considerant, alteram in materia, & sic intrinsecam,
alteram in æstimatione, & sic extrinsecam, *Me-
noch. cons. 49. nu. 9.* cum multis citatis per *Thes-
saur. de augm. monet. par. 1. in 6. conclus. sub n. 45.
circa fin. vers. intrinseca bonitas.*

Ratio istius distinctionis est euidens, quià licèt
186 publica † illa æstimatio rapiat in se valorem mate-
riæ, proptereaquè ipsa sola debeat considerari,
187 adeò quod † ex sola recusatione monetæ pro va-
lore ei imposito, puniatur, quis iuxtà sententiam
Bart. in l. qui falsam n. 4. ff. ad l. Cornel. de fals. ni-
188 hilominùs † de ratione ipsius nũmi est ipsa sym-
metria, & proportio æstimationis cũ valore mate-
riæ, *glo. in d. l. 1. in verb. prabet de contrab. empt.
Budel. d. lib. 1. cap. 6. num. 8.* de qua proportione
ibi latè agit, prout etiàm de antiqua moneta ra-
189 tiocinatur *Plin. lib. 33. cap. 3.* in tantùm, † vt vix
admittatur controuersia, an in illa publica æstima-
tione debeat haberi ratio impensarum in cuden-
do, quam latè tractat *Bart. in ea. l. qui falsam sub
190 num. 3. ff. ad l. Cornel. de fals.* & † monetam huius-
modi falsam pronunciauerit *tex. in cap. quanto, de
iuriur.* & illius Cusores vbiquè malè audiant,
præcipuè penes *Fabr. de var. nummar. debito. so-
lut. cap. 1. num. 66.*

191 Proptereaquè parùm refert, † quòd ista æstima-
tio rapiat in se valorem metalli quià tùnc in se illũ
rapere intelligitur, cùm ei est valor huiusmodi ad-
ęquatus, aliàs secùs, vt probat *tex. in eo. cap. quan-
192 to*, nequè enim † ad alium effectum fuit excogitata
illa publica æstimatio, quàm ad liberandum homi-
nes, nè solliciti essent de valore materiæ, vt post
Aristot. tradit *Couar. Veter. collat. numism. cap. 7.
num. 2. Budel. lib. 2. cap. 1. num. 4.* vndè si illi non
correspondeat, iàm sub fide publica fraus fit, *dict.
cap. quanto.*

193 Sicuti nèc est curandum, quod † aliqui censue-
rint, imò valorem impositiium, seù publicam æsti-
mationem referri ad bonitatem intrinsecam, valo-
rem autèm metalli ad extrinsecam, cum ille, non
autèm iste sit forma, & substantia monetæ. *Budel.
d. lib. 2. cap. 1. num. 3. & 4.* Quià quidquid de hoc
subtilitèr disputando dici possit, non est receden-
dum à cõmuni disciplina, ex huiusmodi distinctio-
ne proposita, vt consensit *idem ibidèm*.

194 Præmittendum est tertiùm, æstimationẽ † semèl
nummo impositam, perpetuam esse debere, vt pro-
bat *tex. in d. l. 1. de contrab. empt.* ibi, *cuius publi-
195 ca, ac perpetua æstimatio, &c.* solũ enim † numisma
census

censũs itá cudebetur, vt eius æstimatio esset alte-
rabilis, vt aduertit *Baron. in anno 34. num. 10.*
196 Quod intelligitur † respectu naturalis vsus pecuniæ,
videlicèt vt per eam aliæ res æstimentur, secùs ve-
rò respectu alterius vsus, velùti cùm pecunia ipsa,
alia pecunia emitur, hoc enim casu illius æstimatio
est alterabilis ex singulorum arbitrio, vt ex senten-
tia *D. Thomæ, Caietan. & Siluestr.* ipsiusquè *Arist.*
tradit *Couarr. d. cap. 7. nu. 4.*

197 Præmittendum est deniquè, in hac † materia va-
riationis monetæ circà valorem, siuè intrinsecum,
siuè extrinsecum, non tàm esse obseruandum num-
mum antiquum, cùm stabat Romanum Imperium,
quàm rerum statum præsentem: nàm licèt verissi-
mum sit, æstimationem illam perpetuam fuisse, &
hoc amplius vniformem; idquè esse de ratione il-
lius, quam diximus extrinsecæ bonitatis, vt in *l. 3.*
C. de veter. numism. potest. lib. 11. Budel. eo. lib. 1.
cap. 16. num 4. nihilominùs ex tempore quo idem
Imperium fuit discissum in plures Principatus, &
Respublicas, nequè perpetua, nequè vniformis ea
198 est publica æstimatio, vnoquoquè † Rectore in suo
sensu abundante, itá quod moneta cussa in vnius
Principis territorio, non sit expendibilis in terri-
torio alterius Principis, qui nolit illius cursum
admittere, *Bart. in l. vlt. sub num. 2. vers. ait ergò*
Princeps, C. de veter. numism. potest. lib. 11. Franc.
de Marcb quæst 648. num. 1. par. 2.

Indè verò contigit plurima hæc variatio, & di-
formitas, nàm Principes præpotentes, & optimi
199 auream, † argenteam, & æream continuarunt cu-
dere monetam, ex auro, argento, & ære puro, &
ponderis etiàm iusti, nonnulli verò minùs potẽtes,
ex omni specie minùs pura, & si quando ex pura,
non nisi minoris ponderis; qui sunt duo præcipui
modi alterandi valorem intrinsecum, de quo suprà
dictum est, videlicèt vèl iustum pondus detrahen-
do, vèl ligam deteriorando, vt explicat *Franc. de*
Marcb. ea. quæst. 648. nu 13.

200 Quapropter id, commercij † ratione, & publica
necessitate exigentibus, factum est, vt vnoquoquè
Principe legem, pretiumquè nummis proprijs di-
cente, quotiès aliquis monetæ suæ materiam de-
teriorem exhibet, alij vèl hoc idem facere, vèl
certè cogantur valorem propriorum nummorum
inalterata bonitate intrinseca, extrinsecùs augere,
nè ijdem nummi per extraneos corrumpantur,
proùt hanc necessitatem agnouit *Anna. Robert.*
in pracit. cap. vlt. Pro creditore, in 3. pag. vers. at
nos in hoc rerum statu.

201 Hoc enim etiàm factitatum legimus, vt † repen-
tè reprobato cursu monetæ optimæ, ea fuerit col-
lecta, indequè conflata, & recussa noua minoris
ponderis, & ligæ, vt in casu *Franc. de Marcb.* qui
dicit, hinc fraudari Rempublicam, nequè id vllo
modo licere, *d. quæst. 648. sub n. 3. versic. Tertio*
modo.

His itá breuitèr præmissis, pro resolutione pro-
positi articuli, sunt distinguendi duo casus.

Prior est, cùm species illa monetæ, in qua est re-
seruata pensio, fuit alterata in bonitate extrinseca,
putà quià Princeps, qui eam cussit, dederatquè illi
priùs æstimationem in decem nummis ærosæ mo-
netæ, mòx Edicto cauerit, eam expendi pro duo-
202 decim: Et hoc sanè casu, † vel pensio est soluenda
in ea ipsa specie, si reperiatur, vt suprà constitui-
mus, vel certè est ei soluenda in illa æstimatione,
quam habet tempore solutionis, quià aliàs pensio-
narius cogeretur recipere aliam speciem monetæ
cum suo maximo incommodo, *l. Paulus 99.* & ibi
hoc tradit *Bart. num. 4. & sub num. 9. ad fin. vers.*
sed si non esset dictum ff. de solut. Aret. consil. 21.
num. 3.

203 Ratio conclusionis est, quià † cùm moneta au-
rea, vèl argentea, in qua reseruatur pensio, æstime-
tur ex moneta ærosa, & minuta, non è conuerso, vt
docet *Bart. in d. l. Paulus nu. 8. de solut.* (quàmuis
videantur ab eo alij dissentire, vt tradunt *Couarr.*
veter. collat. numism. cap. 7. §. vn. num. 4. Thes-
saur. in d. tract. par. 1. n. 44. Surd. cons. 368. n. 27.)
impossibile est, vt recipiat huiusmodi augumẽtum
extrinsecum ex alia causa, quàm vèl quià deterio-
ratus fuerit valor monetę ærosę, & minutę, vèl quià
itá visum fuerit Principi, propter excellẽs augumẽ-
tum, vèl detrimentum eiusdem monetæ aureæ, vèl
argenteæ, vt post alios tradit *Budel. lib. 2. cap. 2.*
num. 34. & 35.

Vtroquè autèm casu, nisi fiat æstimatio monetæ
illius minutæ, & ærosæ in comparatione ad aureã,
vèl argenteam, in qua est facta reseruatio pensio-
nis de ipso tempore solutionis, Pensionarius per-
204 petuò erit in damno; nàm † sicùti soluta moneta,
in quãtitate intrinseca alterata, secundùm æstima-
tionem quæ erat antè alterationem, non reciperet
quod sibi debetur, iuxta *glos.* per eum textum,
quæ citat concordantes *in l. eleganter §. qui re-*
probos in verb. non liberat ff. de pignor. act. Anna.
Rober. d. cap. vlt. pro creditore pag. pen. vers. nequè
enim, & ante eum *Hostien. in d. cap quanto n. 11.*
de iureiur. itá nèc reciperet, quod sibi debetur, si
moneta eadem minuta, sibi exoluatur in minori
quantitate, quàm quæ sufficiat ad emendam illam
speciem, quæ est in obligatione de ipso solutionis
tempore, refragante semper ratione *d. l. Paulus,*
de solut.

Itàvt videatur frustratoria disceptatio hoc casu,
cui incumbat onus probandi, minutæ huius pecu-
niæ valorem esse intrinsecùs diminutum: Etiàmsi
205 videatur † præualere hæc præsumptio, & reijcere
onus probandi contrarium in negantem, *Sola de*
moneta cas. 1. num. 4. & cas 48. num 9. Menoch. in
supracit. cons. 49. num. 3. Surd cons. 368. num. 6. &
cõs. 438. n. 8. & in his terminis fuit decisum *in Ber-*
gomen. pensionis 20. Maij 1622. coram bo mem.
206 *D. Buratto*; cum quo † supposito, non est qui dis-
sentiat, augumentum creditori deberi, vt apertè
sensit *Bart. in l. cum quid num. 16.* & ibi etiàm
Castr. ad fin. ff. si cert. pet. cum alijs per *Surd.*
eod. consil. 368. num. 16. nèc dissensit *Thesaur.*
de augmen. monet. par. 1. num. 49. & par. 2.
num. 45.

207 Concluditur ergò, hoc casu faciendam esse † so-
lutionem in moneta vsuali, secundùm valorem
ipsius de tempore solutionis, adeò quod illa me-
diante possit haberi illa ipsa species, & in eadem
quantitate, in qua est facta reseruatio, *cap. olim de*
censib.

censib. Specul. in tit. de oblig. & solut. §. 3. num. 9. versic. si autèm ex contractu, & videtur probari etiàm ex doctrina *Hostien. in d. cap. quanto, sub num. 4. vers. sed in mutuo, & Henric. Boich. nu. 1. de iureiur. Soc. Iun.* qui alios allegat, *cons. 101. ex num. 4. & per tot. lib. 3.* & hanc sententiam neruosè defendit *Anna. Robert. rer. iudic. d. cap. vlt. pro creditore per tot.* & in terminis pensionis tradit *Gig. de pens. quaest. 98. num. 6. & 7.* perpetuoquè Rota est amplexa, vt in specie *in Caesaraugustana pensionis, 11. Martij 1591. coram bo. me. Gipsio*, in suprà allegata *Bergomen. pensionis*, & priùs *in Capuana pensionis 6. Martij 1617. coram Reuerendissimo D. Verospio*, & in *Mantuana pensionis 12. Iunij, eodem anno coram bo. me. Archiepiscopo Seleucien.*

Et sanè, si res ipsa penitiùs consideretur, dùm
208 supponitur †, aestimationem aurei, vèl argentei nũmi ideò creuisse, quià sit diminuta bonitas intrinseca inferioris monetae, non tàm augetur aestimatio talis nummi aurei, vèl argentei, quàm pristina conseruatur, & retinetur, non solùm intrinseca (quę supponitur inalterata) sed etiàm extrinseca; veriùs enim est augeri monetae inferioris numerum propter suimet intrinsecam deteriorationem, ad conseruandam pristinam illam aestimationem nummi aurei, vèl argentei, vt subtilitèr aduertit *Ant. Fab. in tract. de var. nummar. solut. cap. 1. n. 79. & 80.* qui latè hanc opinionem tuetur *cap. 5. per tot.* & rursus *in compend. repet. eiusdem tract. conclus. 18.*

209 Vndè cessat tota illa disputatio, an † de Iure augumentum pertineat ad debitorem, vèl ad creditorem, quae fuit inter *Thesau. decis. 174. & Gasp. Ant. eius filium in supracit. tract. de aug. monet.*
210 *par. 2. num. 27. 43. & 45.* nàm † verè hic non agitur de aliquo augumento, vèl detrimento, sed tantùm de coaequali commensuratione, & proportione monetę, vt scilicèt pecunia, quę est in obligatione, aestimetur secundùm tẽpus ipsius obligationis, quae verò est in solutione, secundùm tempus ipsius solutionis, vt pulchrè explicat *Budel. in praecit. tract. lib. 2. cap. 2. num. 37.* & ità censuit *Rota in dicta Bergomen. pensionis 20. Maij 1624. coram bo. me. D. Buratto.*

Alter est casus, quando illa ipsa species, in qua est reseruata pensio, proponitur diminuta in bonitate extrinseca; & propterea ex toto sublata, vèl per conflationem, vèl per illius prohibitionem, & illius loco alia moneta, eiusdem quidem nominis, sed non eiusdem bonitatis recussa, sed maioris, vèl
211 minoris: Et hoc quidem casu † non potest dubitari, quin ista noua species recussa, non sit diuersa à prima, cum adiectio, vèl detractio nouae speciei cõstituat nouam speciem, *vulg. l. adeò §. cum quis ex aliena de acquir. rer. dom.* & in his terminis scribit *Curt. Iun. cons. 24. sub num. 7. ad fin. vers. praetereà si benè volumus.* Nequè si adhùc supponatur, apud aliquem antiquam reperiri, id, vt in praecedenti casu, est in consideratione, videlicèt vt hinc reputetur pecunia expendibilis, habetur
212 enim † potiùs, tanquàm merx aliqua, quod videtur voluisse *Putt.* (si rectè attendatur) *decis. 145. num. 4. in correct. lib. 2.* & benè etiàm probat *tex. in cap. cum Canonicis extrà de censib.* vbi aequiparat monetam antiquam meliorẽ nouae, sed quae nõ inuenitur, monetae eidem, quae ampliùs non sit in vsu.

Hoc igitùr casu, quàmuis non possit cogi debitor soluere in moneta illa in qua est reseruata pen-
213 sio, cùm eius † obligatio intelligatur facta rebus ità stantibus, vt concludit *Put. ea. decis. 145. num. 1.* admitteretur quidem ad soluendum in alia mone-
214 ta, vèl surrogata, vèl inferiori, sed facta † aestimatione antiquae de tempore antequàm abrogaretur, *Brun. in tract. de augm. monet. in 1. par. 2. partic. ex num. 1.* itàvt si soluatur noua recussa, tantum de hac intret, quantum erat aestimatio antiquae, *Put ea. decis. 145. sub n. 9. vers. intelligẽdo tamen*, & hoc etiàm censuit *Bald. cons. 269. per tot. lib. 2. Oldrad. cons. 168. num. 4.* & est *tex. in d. cap. olim, & in cap. cum Canonicis de censib.* per quos *text.* ità etiàm concludit *Fab. in praecit. tract. cap. 23.*
215 *num. 19.* explosa omni distinctione, † an interuenerit mora, vel secùs, vt latè idèm concludit *in compend. repet. eiusdem tract. conclus. 20.* & hoc idẽ censuit *Aym. cons. 47. sub num. 6. vers. idem esset, Benintend. decis. 39. num. 1. in princ. & num. 2. vers. contrariam verò.* & in his terminis optimè distinguendo hunc casum à superiori, censuit *Rota* in suprà allegata *Caesaraugustana pensionis 11. Martij 1591. coram Gipsio.*

216 Attamèn, qui † renueret speciem illam recussam, praetextu deterioratae bonitatis intrinsecae, vtiquè deteriorationem hanc probare teneretur, *Corn. cons. 181. num. 73. in 28. col. vers. His tamèn lib. 2. Hieron. Gabr. cons. 164. num. 3. lib. 1. Anton. Gabr. de solut. conclus. 1. num. 36. Sola de monet. cas. 7. num. 4. & 5. Surd. cons. 438. num. 5.* Nequè
217 verò alitèr potest probari, † quàm per peritos, vèl per ipsos Ministros monetarios, vt fuit seruatũ in praeallegata *Bergomen. pensionis 20. Maij 1624. coram bo. me. D. Buratto.*

218 Non haberetur autèm † deterioratio haec in consideratione, si quando Princeps, qui monetam vèl recussit, vèl prohibuit, Edicto suo cauisset, debitorem in ea specie, liberari, tantundem soluendo de noua, aùt de inferiori moneta in tanta quantitate, vt censuisse videtur *Rota apud Seraphin. decis. 84. num. 2. ad fin.*

219 Quod tamèn, † procedit cum supposito subiectionis creditoris Iurisdictioni talis Principis, & ideò vix potest applicari controuersiae in hac materia pensionis ecclesiasticae, cùm huiusmodi Edicta non afficiant personas ecclesiasticas, *cap. quae in ecclesiarum cum ibi not. de constit.* & in his terminis docuit *Ioan. Andr. in addit. ad specul. tit. de oblig. & solut. §. 3. sub nu. 9. super verb. olim, post med. vers. plus dico, Alber. in l. cum quid num. 14. ad fin. vers. secundo quaerebatur, ff. si cert. pet. Io. de Aquil. in tract. de potest. & vtil. monet. par. 2. theorem. 4. coroll. 2.* & consuluit *Oldrad. cons. 250. sub num. 2. vers. & si voluisset.*

Et haec quidem procedunt, vbi species illa, in qua est facta reseruatio, supponitur realis, caeterùm
220 si † sit imaginaria, vtputà quià pensio fuerit reseruata in tot libris talis Prouinciae, quae nusquàm

sup.

supponantur cursæ, aut in memoria hominũ extitisse, sed duntaxàt certam habuisse æstimationem per alias monetas, dubitari potest, cum talis moneta semper valutetur in certa quantitate monetę inferioris, vt cõsiderat *Brun. in eo. tract. de augm. monet. par. 1. partic. 6. nu. 1. Thessaur. par. 2. n. 25. vers. secundus est casus, & n. 3. vers. secundum exemplum*, dubitari (inquam) potest, An subijciatur alterationi bonitatis intrinsecæ, vel extrinsecæ, ad effectum vt in eadem procedat distinctio supradictorum duorum casuum.

221 Et breuitèr dicendum est, † etiàm in hac imaginaria moneta cadere hanc duplicem bonitatem, vt scilicèt censeatur mutata in bonitate intrinseca, si iussum fuerit illam minùs valere, non alterato valore intrinseco alterius monetæ, ad cuius quantitatem æstimabatur, quemadmodum & in extrinseca, si detur illi cursus maioris æstimationis ex deterioratione alterius monetæ; & hoc est, quod tradit *Brun. d. partic. 6 ex num. 2. & per tot.*

222 Ratio est, quia † talis moneta imaginaria constituitur ex monetis certis inferioribus; Quapropter subijcitur eidem alterationi, cui subijciuntur istæ, non secus, ac ex alteratione partium, alteratur totum, *l. si quis cum totum de except. re. iud.*
223 *l. qui scit de usur.* neque enim † potest constitui diuersum Ius inter totum, & suas partes, *vulg. l. qua de tota in princ. de re. vindic.* & ità censuit Rota *in Foroliuien. census 12. Iuny 1609. coram bo. me. Iuslo*, quæ legitur impressa apud *D. Doct. Cenc. in tract. de censib. decis. 214. ex num 4.*

Superest nùnc aliam excutere difficultatem circa effectum obseruantiæ; nàm quàmuis suprà ex *n. 156.* de ea tractauerimus ad effectum decla-
224 randi ambiguitatem nominis, nihil † tamen ibi egimus circa effectum præiudicij, ex solutione in quantitate diminuta: Hoc verò priùs constituendum est, aliam speciei, aliam generis obligationẽ esse, vt speciei obligatio sit, quæ consistit in nomine certæ speciei monetæ, veluti cùm reseruatur pensio in tot scutis auri in auro; Generis autèm, quæ in nomine quantitatis in genere consumitur, veluti si reseruetur pensio in scutis Iuliorum decem monetæ Romanæ vt post *Brun. in sapecitat. tract. de augm. monet. in 2. præsup.* tradit *Budel. d. lib. 2. cap. 2. num. 6.*

225 Et primo † quidem casu, quando certa nummorum species est in obligatione, non est in arbitrio partium, æstimationem publicam alterare, sed illa prorsùs, aùt publica illius æstimatio soluẽda est, *clem. fin. de decim* vbi verò est promissa certa æstimatio, & illa est in obligatione, ea prorsùs est in potestate priuatorum, *l. si voluntate C. de rescind. vend.* nèc cogi potest debitor certam illam speciem æstimatam soluere, ea ratione,
226 quod † pecuniæ species æstimata, dicitur vendita, ac propterea non est in obligatione, *Menoch. in pracit. cons. 49 num 14.* Quapropter neque illa æstimatio conuentionalis, potest videri iniusta, *Ant. Fab. in pracit. tract. cap 1. ex num. 9.* & hanc distinctionem fecit Rota in supra allegata *Mantuana pensionis 12. Iuny 1617. coram bo. mem. Archiepiscopo Seleucien.*

227 Hoc posito aùt † versamur in casu, quo quantitas simplicitèr, & non certa species est in obligatione; & non est dubium, obseruantiam (maximè præscriptam) attendi, quia aliquo modo potest dari bona fides soluentis, & scientia recipientis & vniformitas solutionis, quæ duo exiguntur vltra tempus legitimum triginta annorum, prout post alios, qui apud eum possunt videri, latè tradit *Thessaur. in d. tract. de aug. monet. par. 1. ex num 73.*

228 Aùt † versamur in secundo casu, quando scilicèt certa species est in obligatione; & tùnc vix est, vt possit prætendi aliqua obseruantia, quæ suffragetur; nàm licèt *tex. in cap. ol.m de censib.* à contrario sensu videatur deferre præscriptioni cõpletæ, nihilominùs neque si completa non sit, potest de-
229 seruire pro obseruantia, quæ † non habet locum in claris, *Dec. cons. 49. num. 1. Aret. cons. 115. num. 2.* & in his terminis fuit decisum in præcitatis *Cæsaraugustana, Capuana, & Mantuana pensionis.*

230 Neque si † completa sit, videtur attendenda ob implicitam malam fidem in soluente, cum sciret, vèl scire deberet, non esse in sua potestate alterare æstimationem publicam certæ illius monetæ, nèc illi suffragetur exactio creditoris, cum recipiens
231 partem † retineat Ius persequendi totum, vt post alios tradit *Surd in pracit. cons. 220. num. 18.* nèc
232 videtur id posse reuocari in dubium, saltim † respectu solutionum in futurum, cùm in annuis præstationibus tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni, vt ità concludit *Gail lib. 2. obseruat. 73. num. 1. & 2. cum seq.*

Atquè ex his facilè etiàm assequi possumus,
233 quid Iuris † in hac re sibi vindicet consuetudo Populi, nàm licèt ea plurimùm attendatur, *l. haredes palàm 21. §. si quid post factum, vers. sed & si notam ff. de testam. l. si seruus plurium 53. §. fin. de leg. 1. l. nummis 73. de leg. 3. cap. ex parte de censib. glo. vn. per eum tex. in l. semper in stipulationibus 35 de reg. Iur. Natta cons. 192. num. 1. Bertazz. cons. ciu. 72. num. 23. & 45.*

Attamèn, cùm de pensione agitur, ea restringenda est ad hos limites, nè præter Iustitiam aliquid inducere possit contra personas ecclesiasticas, si hoc enim casu non potest ipse Princeps, vt suprà dictum est *num. 219* vtiquè nèc ipsa consue-
234 tudo, nè quando † plus auctoritatis habeat, quàm lex ipsa, *Ant. Fab. eo. tract. de var numm. debit. solut. cap. 7. num. 11.*

235 Præcipuè † si non esset vniuersalis, & vniformis, ità vt etiàm, secundùm eandem æstimationem fierent solutiones iurium fiscalium, vt post *Incert. de mutat. monet. quæst. 11. n. 37. 38. & 80. cum seq.* considerat *Boeh. de iust. vniuers. mensur. par. 1. punct. 11. sub num. 4.*

Tùm enim, sicùt ea consuetudo excipit Fiscum, ità intelligitur excipere Ecclesiam, & personas ec-
236 clesiasticas, cum † valeat argumentum de Fisco ad ecclesiam, *glos. in l. si procurator in verb. soluto ff. de Iur. fisc.* cum adductis per *Tiraqu. de pia cau. priuil. 143.* & per *Buerard. loco 62.*

SVMMARIVM.

1 *Transferendi pensiones facultas in Summo Pontifice, absoluta est.*
2 *Pensio nihil aliud grauat, quàm commoditatem Prælati.*
3 *Translatio, non est neque de Iure, neque de natura pensionis.*
4 *Nec illius onus, est considerabile respectu Ecclesiæ.*
5 *Translatio pensionis, est quid diuersum ab Indulto de transferendo.*
6 *Translatio pensionis, quandò fiat per ipsummet Papam immediatè.*
7 *Eadem, quando fiat ex certa scientia, & motu proprio.*
8 *Dispensatio circa defectum personæ, qualitèr colligatur.*
9 *Pensionis reseruatio cum facultate transferendi, minùs frequens.*
Transferendi facultas, non cadit sub quacunque generalitate.
10 *Nec intelligitur repetita in renouatione gratia*
11 *Translationis pensionis forma, quæ sit.*
12 *Et quæ sit huius forma ratio.*
13 *Resignatarius, nullum consequitur Ius à resignante.*
14 *Et qua ratione.*
15 *Beneficium viuentis, non confertur alicui, nisi prauia resignatione.*
16 *Forma substantifica, quæ dicatur.*
17 *Transferendi facultas, primo actu consumitur.*
18 *Transferri non potest pensio sub conditione*, si
19 mors ex ea infirmitate contingat.
20 *Minusvè sub ea lege, vt dùm viuit transferens, aliquid percipiat.*
21 *Translatione facta in laicum cum clausula*, ex tùnc, cùm fuerit clericali charactere insignitus, *transferens licitè exigit pensionem vsquè in diem initiationis.*
22 *Exindè verò secùs, etiam respectu pendentis termini.*
23 *Et quæ sit diuersitas inter hunc casum, & casum extinctionis per mortem.*
24 *Dignitatem obtinere, an, & quando dicatur Canonicus Ecclesiæ Cathedralis.*
25 *Translationis litera, originalitèr exhibenda Delegato ad transferendum.*
26 *Delegatus ante præsentatum rescriptum, non habet Iurisdictionis exercitium.*
27 *Etiam si sciat delegationem in se factam.*
28 *Notario attestanti, originales literas coram se productas, ità creditur, vt non possit probari contrarium.*
29 *Registratio productorum in actis, quid operetur.*
30 *Iudex præsumitur vidisse, & cognouisse omnia in actis descripta.*
31 *Notorium quale desideretur, vt ex eo Iudex aliquid suppleat.*
32 *Transferendi facultates, quandò non sit opus realitèr exhibere.*
33 *Transumptum insertum in scriptura authentica, probat facultates.*
34 *Et quomodò hoc intelligatur.*
35 *Transferendi facultates, quo casu ex sola supplicatione iustificentur.*
36 *Transferendi facultates, non probantur visa per Exequutorem, ex illius assertione.*
37 *Neque ex enunciatiua Notarij, etiam sub certa Data.*
38 *Potest tamèn hoc casu probatio coadiuuari.*
39 *Registratio productorum, non est necessaria præcisè, sed duntaxàt exhibitio.*
40 *Transferendi facultás coram Exequutore, extraiudicialitèr fit.*
41 *Acta, quando possint probari per testes.*
42 *Translatio pensionis, non seruata forma, est ipso Iure nulla.*
43 *Pensionis extinctio, quæ pro forma datur in translatione, mandatur ipsi Pensionario, & quando possit fieri literis non expeditis.*
44 *Translatio pensionis, non exigit exhibitionem literarum reseruationis.*
45 *Translationis pensionis forma, adimpletur per actum simplicitum.*
46 *Quod tamèn declaratur.*
47 *Translationis forma præscribi consueta, qualitèr adimpleatur.*
48 *Consequens qui vult, intelligitur etiam velle omne necessarium antecedens ad illud.*
49 *Forma adimpletur, quamuis verba in superficie aliud suadeant.*
50 *Translationis pensionis forma per extinctionem prioris, non tangit substantiam ipsius pensionis.*
51 *Notarius, qui adhibetur translationi pensionis, non interuenit tanquàm Exequutor.*
52 *Transferendi facultates non sunt necessariò exhibenda, vbi adest clausula*, coram Notario, & testibus tantùm.
53 *Etiamsi fuerit adhibitus Exequutor.*
54 *Miles, qui cœpit testari secundùm Ius commune, validè testatur, sustineturquè testamentum Iure militari.*
55 *Translatio pensionis, videtur etiam concessa in mortis articulo, quamuis non sit expressum.*
56 *Testamentum factum à moribundo, balbutiente, & semimortuo, sustinetur, dummodò etiàm ad interrogationem Notarij, vèl alterius potuerit Testator exprimere voluntatem suam.*
57 *Translatio pensionis facta per moribundum, balbutientem, & semimortuum, sustinetur.*
58 *Etiamsi fuerit extorta per blanditias.*
59 *Blanditijs extorta institutio per hæredem, non ideò minùs est valida.*
60 *Contractus, & actus, diuersa sunt.*
61 *Instrumentorum conficiendorum ratio, Iuri communi superinducta ex laicorum statutis, vel Pragmaticis, non afficit personas ecclesiasticas.*
62 *Translatio pensionis, tota dependet à voluntate Papæ.*
63 *Transferendi facultas, speciali nota digna.*
64 *Restrictaq; ad certam quantitatem, eam non egreditur.*
65 *Translationis facultatem, qui dicit consumptam, ex*

ex translationibus iàm factis, id debet probare.

66 Et quæ sit ratio.

67 Oratio vniuersalis in dispositione hominis, non recipit restrictionem aliquam.

68 Transferendi facultas, valet non facta mentione primæ in specie.

69 Dummodò sit facta in genere cum clausula, quorum tenores, &c.

70 Siuè gratia sit facta motu proprio, siuè ad supplicationem.

71 Transferendi facultas limitata ad certam pensionem, non potest fieri de diuersa.

72 Rescripta non extenduntur, nisi ad ea, in quibus possunt eorum verba verificari.

73 Vtile per inutile in diuiduis non vitiatur.

74 Translatio pensionis cùr sustineatur in quantitate permissa, si facta sit in maiori.

75 Et cùr non sustineatur in diuersa pensione, etiam minoris quantitatis.

76 Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.

77 Summa minor, quando non dicatur contineri in maiori.

78 Sententia non potest sustineri in vna parte, quando capita non sunt diuidua.

79 Demonstratio falsa non attenditur, vt indè vitietur actus.

80 Demonstrationis gratia tùnc aliquid adiectum censetur, cùm ex alio signo constat de certo corpore.

81 Transferendi facultate concessa de certa pensione, potest transferri eadem pensio, licèt sit reducta ad minorem quantitatem.

82 Et quæ sit ratio.

83 Pensio renouata, in substantia non est diuersa à prima.

84 Translatio pensionis non vitiatur, etiam quod fuerit erratum in nomine beneficij, modò possit colligi certitudo aliundè.

85 Clausula, quod maior, & verior expressio, &c. quid operetur.

86 Translatio pensionis, non potest impediri ratione beneficij, super quo est imposita.

87 Pensio cùm imponitur super Cathedrali, exigitur derogatio Concilij Lateranen.

88 Secùs verò; cùm transfertur, & quæ sit ratio.

89 Translatio pensionis super Cathedrali prius reseruata, non exigit derogationem Concilij.

90 Et quæ sit ratio.

91 Pensio cùm reseruatur, debet fieri mentio aliarum, quibus grauatur Beneficium.

92 Secus verò, dùm transfertur.

93 Translationis facultas, extinguitur per promotionem ad Episcopatum, etiam concessa retentione pensionis.

94 Translatio pensionis, vndè impediatur.

95 Transferendi facultas, an capiat pensionem in ipsum transferentem semèl translatam.

96 Verba, etiam in materia restringibili, latam admittunt interpretationem descendentem ex proprietate verborum.

97 Translatio facta in vim Militiæ ad fauorem Titij, cui postea eadem Militia sit acquisita, an possit rursus de eadem pensione per eundem Titium fieri.

98 Transferendi facultas concessa Militiæ Lauretanæ, non consumitur, vbi datur diuersitas personarum transferentium.

99 Translatio, an impediatur propter litem super pensione.

100 Litigiosum non constituitur, nisi ex lite super dominio, vel quasi, secùs verò super hypothecaria, vel super actione personali.

101 Lis possessionem afficit in hypothecaria.

102 Lis afficit actionem personalem.

103 Actio litigiosa, non transmittitur.

104 Actio personalis, non afficit rem vitio litigiosi.

105 Litigiosum, non inducitur ex facto Principis.

106 Lis cur sit exprimenda in impetratione Beneficij.

107 Beneficium litigiosum, vbi prouidetur per Papam; prouisio est nulla, non facta mentione litis.

108 Indultum conferendi litigiosa, restringitur ad casum resignationis.

109 Lis; cùr non impediat Translationem pensionis.

110 Translatio Pensionis, non admittit exceptionem litigiosi.

111 Lis, in impetratione Rescripti quando sit narranda.

112 Pensionis debitor perperàm prætexit interesse suæ Ecclesiæ.

113 Actus actiuorum non fiunt, nisi in patiente benè disposito.

114 Pensionis capax, an omnis clericus dicatur.

115 Pensiones, quæ imponuntur super Beneficio, cuius non est capax Pensionarius, videntur imponi contra mentem canonum.

116 Pensio super Beneficio Regulari, an possit reseruari ad fauorem Clerici Secularis.

117 Pensionarij capacitatem metimur ex capacitate Beneficij.

118 Clericus, solius clericatus ratione est capax cuiuscunque pensionis super quouis Monasterio, mensaué.

119 Pensio, est quid annexum spiritualitati.

120 Clericatus sufficit pro capacitate pensionis, etiamsi non sufficiat pro capacitate Beneficij, super cuius fructibus reseruatur.

121 Et quæ sit ratio.

122 Argumentum ab æquiparatis, quomodò procedat.

123 Pensio, de qua fit mentio in cap. exstirpandæ, §. vlt. de Præbend. cuiusmodi sit.

124 Miles Hierosolymitanus, cùr reputetur incapax pensionis.

125 Et quomodò reddatur capax.

126 Clericatus in Pensionario exigitur de tempore reseruationis.

127 Aliàs gratia est nulla, nequè conualescit ex illius superuenientia.

128 Quod tamen hic declaratur.

129 Habilitas, vèl inhabilitas personæ consideratur eo momento, quo illi actus applicatur.

130 Clericatus exigitur in Translatario de tempore Translationis, nec eum iuuat communis reputatio.

131 Transferendi facultas in laicum, non conceditur,

nisi cum clausula ex tunc cùm fuerit clericali charactere insignitus.

132 *Translatio pensionis facta in laicum cum clausula* ex tunc cùm fuerit clericali charactere insignitus, *ità suspenditur, vt interim non possit Translatarius exigere.*

133 *Et si priùs moriatur transferens, extinguatur pensio.*

134 *Transferendi facultas in alios, intelligitur de similibus transferenti.*

135 Alius *vox implicat similia.*

136 *Nouitius, qui non est Clericus, est incapax Pensionis, & in eum facta translatio est nulla.*

137 *Nouitius respectu status personæ semper reputatur talis, qualis erat de tempore receptionis.*

138 *Literæ, non autèm supplicatio attenduntur in tendentibus ad restringendam gratiam.*

139 *Illegitimus ex sola illegitimitate non est incapax pensionis.*

140 *Illegitimus, capax est Decurionatus, & aliarum Dignitatum temporalium.*

141 *Illegitimus, est capax pensionis indistinctè contra sententiam Gigantis.*

142 *Non est tamèn capax clericatus.*

143 *Illegitimus, ex dispensatione promotus ad Clericatum, absolutè dicitur capax Pensionis.*

144 *Nèc est necesse, quod in reseruatione Pensionis fiat mentio de defectu Natalium.*

145 *Illegitimus, perperàm promotus adClericatum, non est capax pensionis, & translatio in eum facta est nulla.*

146 *Infans, est capax pensionis, si ex dispensatione Papæ sit promotus ad Clericatum.*

147 *Infans, non ratione ætatis, sed ratione defectus Clericatus dicitur incapax Beneficij.*

148 *Excommunicatus, incapax est pensionis.*

149 *Clericus coniugatus, pensionis est incapax.*

150 *Bigamia superueniens clerico, illum retrudit in statum laicalem.*

151 *Bigamus, reputatur merè laicus.*

152 *Pensionis translatio facta in Bigamum, est nulla.*

153 *Quod latè declaratur.*

154 *Bigamia, non est annexa irregularitas de Iure naturæ, sed de Iure positiuo, proindequè prorsus est per Papam dispensabilis.*

155 *Text. in can. non confidat, dist. 50. expositus.*

156 *Bigamia, est dispensabilis per Papam ex potestate ordinaria.*

157 *Bigamia, se compatitur cum Clericatu.*

158 *Et cum illius exercitio in ordinibus susceptis, inspecto tamèn Iure antiquorum Canonum.*

159 *Bigamus retinet Clericatum in fundamento inseparabilitèr à persona.*

160 *Bigamus dispensatus, ad effectum dispensatum remanet Clericus.*

161 *Clericus prima tonsura, quomodò ordinetur.*

162 *Et quomodo efficiatur de foro Ecclesiastico.*

163 *Bigamus dispensatus, quo ad effectum dispensatum, non dicitur Bigamus.*

164 *Clericus dispensatus ad militandum, & propria manu hostes feriendum, non incurrit aliquam pœnam.*

165 *Dispensatio quid.*

166 *Habet vim submouendi omne impedimentum.*

167 *Habilitas personæ prouenit à Principe, nèc ideò admittit distinctionem, an competat naturalitèr, seu de Iure communi, vel potius de Iure singulari.*

168 *Transferendi facultas in Clericum, vel personam Ecclesiasticam, capit eum, qui talis est ex dispensatione Apostolica.*

169 *Et etiam Bigamum dispensatum.*

170 *Dispensationis prauentiua facti, quanam sit vis.*

171 *Laicus, circumscripto stylo Curiæ, capax est pensionis Ecclesiasticæ.*

172 *Dispensatio concessa ad vnum finem, non est producenda ad alium.*

173 *Nequè ad consequentiam, etiam ex maioritate rationis.*

174 *Præcipuè, vbi consequentia non est omnino necessaria.*

175 *Consequentia non admittitur in his, quæ tendunt ad bene esse, nec tamèn sunt præcisè necessaria.*

176 *Specialium concursus euitandus.*

177 *Dispensatio, non trahitur ad ea quæ minùs necessaria sunt ad actum dispensatum.*

178 *Inscriptio literarum Apostolicarum facta alicui, tanquàm tali, arguit scientiam Papæ qualitatis illius personæ.*

179 *Dispensatio, remouet effectus Iuris defectum producentes.*

180 *Pensionem Ecclesiasticam reseruari laico, perpetuam habet repugnantiam Iuris communis.*

181 *Bigamia, cur sit condemnata in clericis.*

182 *Dispensatio non tollit legem, aut illius obedientiam, sed in casu dispensato facit de illicito licitum.*

183 *Dispensatio, supponit veritatem in contrarium.*

184 *Fictionis, & veritatis non datur concursus.*

185 *Fictio, & veritas è diametro pugnant.*

186 *Dispensatus, dicitur procedere per veritatem.*

187 *Clausula* si contigerit, &c. *adiecta in dispensatione facti prauentiua, quid operetur.*

188 *Dies incertus, an reddat dispositionem conditionalem.*

189 *Conditio adiecta executioni, per verbum separatum à verbo principali, à quo regitur dispositio, nunquàm efficit dispositionem conditionalem.*

190 *Conditio formalis, qualitèr differat à conditione* sine qua non.

191 *Decreti, nè pensio censeatur extincta, virtus, & efficacia.*

192 *Dispensationes tot sunt necessaria, quot sunt obstacula, & impedimenta.*

193 *Nèc sufficit clausula generalis remotiua omnium obstantium.*

194 *Dispensatio, faciliùs conceditur super defectu iàm contracto, quàm super contrahendo.*

195 *Transferendi facultas in quemcunque clericum, exerceri potest etiam in filium proprium illegitimum.*

196 *Nisi pensio reseruata sit ex causa resignationis.*

197 *Pensio non potest reseruari pro filio illegitimo resignantis.*

198 Pen-

198 Pensio Ecclesiastica nusquàm alijs, quàm clericis, & personis Ecclesiasticis reseruatur pro summa modestia Romani Pontificis, non ex defectu potestatis.

199 Papa quibus modis consueuerit dispensare cum clerico, vt capiat, vel retineat pensionem non obstante Matrimonio.

200 Clericatus, qua ratione preseruetur illæsus dispensato ad pensiones in Matrimonio.

201 Sinè dictio alternatiuàm inducit.

202 Et æqualitèr alternat casus, dispositionem in vtroque ampliando.

203 Dispensatio ad retinendum pensiones in Matrimonio, regularitèr alijs non conceditur, quàm professis regulam Militarem.

204 Pensio, an extinguatur per Matrimonium contractum contra stabilimenta Religionis per Militem dispensatum cum clausula Ac etiam Matrimonium iuxta stabilimenta, &c.

205 Constitutio Pij V. reuocatoria facultatum retinendi pensiones, refertur.

206 Clericus effectus miles regularis, inhabilis efficitur ad pensiones Ecclesiasticas.

207 Idemquè dispensatus ad pensiones in statu militiæ Regularis non potest eas retinere in matrimonio.

208 Dispensatio ad retinendum pensiones in matrimonio, consumitur primo actu.

209 Milites Regulares, licèt non sint verè Religiosi, sunt tamen personæ Ecclesiasticæ.

210 Et propterea, cum bis Papa dispensat super retentione pensionum.

211 Et quomodo consueuerit dispensari.

212 Dispensatus, super retentione pensionis in matrimonio, censetur etiam dispensatus in qualicunque matrimonio.

213 Non tamèn in secundo.

214 Dispensatio, super pensione in matrimonio, non tangit substantiam matrimonij.

215 Dispensatio, super retentione pensionis in matrimonio, sub quibus clausulis detur.

216 Matrimonium contrahens in gradu probibito, peccat.

217 Quemadmodùm & peccat, si contrahat contra Interdictum Ecclesiæ.

218 Relatio ea dicitur vera, & propria, quæ fit in specie, & non in genere.

219 Iuxta vox habet vim relationis, & correlationis.

220 Clausula, cum quacunque muliere nullo iure tibi prohibita, intelligitur de prohibitione ratione graduum.

221 Dispensationis causa cessante, cessat dispensatio.

222 Clausula, iuxta stabilimenta, relata ad matrimonium, quid operetur?

223 Clausula, etiam cum Vidua, in dispensatione super retentione pensionis in matrimonio, quid operetur?

224 Singula singulis, congruè referenda.

225 Interpretatio ea est facienda, per quam euitetur correctio, & superfluitas.

226 Item per quam satisfit vtriquè casui.

227 Clausula generalis, non refertur ad specificata.

228 Etiam vox est ampliatiua, & extensiua.

229 Relatio, qualitèr facienda?

230 Denegatio, ex qualitate subiecti denegati declarat quid concessum sit.

231 Superfluitas, præcipuè in dispensationibus, est euitanda.

232 Denegatio generalis, nunquàm extendit gratiam.

233 Verborum à proprietate non est recedendum.

234 Principalis dispositio, nunquàm derogat speciali.

235 Repugnantia vbi infertur, qualitèr submouenda.

236 Superflua non reputantur, ex abundanti adiecta.

237 Clausula, ac etiam matrimoniū iuxta stabilimenta, &c. apponitur etiam, vbi dispensatur, super retentione pensionis restricta ad militias, quæ matrimonium admittunt.

238 Obseruantia interpretatiua non admittitur in claris.

239 Priuilegium, non suffragatur abutenti.

240 Transferendi facultas, quibus decretis consueuerit concipi.

241 Translatarius sub expresso consensu Titularis agit contra eum via executiua ex Camerali obligatione.

242 Quemadmodùm si ex speciali decreto Papæ dicta obligatio sit transfusa, seù extensa.

243 Actiones omnes sunt de Iure ciuili.

244 Et ideò posita in mera, & absoluta potestate Principis.

245 Actiones, quòd non sint de Iure ciuili, quibus visum fuerit.

246 Actionis definitio in princ. Instit. de Action. in quo sensu accipienda sit.

247 Obligationes omnes, à Iure gentium.

248 Actiones respectu formularum etiam in progressu à materia, sunt de Iure ciuili tantum.

249 Obligatio Cameralis, habet vim Iudicati.

250 Non extenditur, nèc transfunditur in vim Decreti Principis, nisi expressè.

251 Ipsius Ius, est cessibile.

252 Clausula cum omnibus obligationibus, &c. adiecta in translatione Pensionis, quomodò intelligatur.

253 Obligatio Cameralis non porrigit effectum suum ad fauorem alterius, quàm nominati in Instrumento.

254 Et si contrà non nominatum procederetur ad executionem, committeretur excessus.

255 Obligationis Cameralis prærogatiua, tum in forma processus, tum in priuilegio executiuo.

256 Iuramentum, non admittit exceptionem indebiti, etiam in vsuris.

257 Et repellit iurantem ab audientia.

258 Periurus, repellitur à limine Iudicij.

259 Absolutioni a Iuramento renuncians, qualitèr, & quomodò absoluatur.

260 Iuramenta quot sunt, tot sunt necessaria absolutiones.

261 Absolutio à Iuramento, non datur iàm effecto periuro, præterquàm à Papa.

262 Absolutio à Iuramento, post incursum periurium non conceditur.

263 *Periurus effectus, vt agat, vel accipiat, duplici eget habilitatione.*

264 *Censeturquè indè quæsitum Ius parti.*

265 *Pensionarius, qui iurauit soluere pensionem, non admittitur ad agendum, vel excipiendum etiā nomine Ecclesiæ.*

Regressus, qui censeantur per Concilium sublati.

266 *Pensionis translatio, intelligitur facta cum regressu.*

267 *Regressus quæstio est præiudicialis.*

268 *Regressui non est locus ad fauorem Pensionarij, qui narrauit falsum valorem.*

269 *Regressus, in casu petita, vel tentata reductionis, intelligitur de reductione inaebita, & calumniosa.*

270 Contractus, *suscipiunt diuersam formam ex conuentione partium.*

271 *Tenori inuestitura statur, etiam contra naturam feudi.*

272 Clausula nèc aliàs alitèr, &c. *resoluit consensum ab initio.*

273 *Pensionem asserens nullam, implicat nullitatem resignationis sub illius reseruatione factæ, & aperit viam regressui.*

274 *Regressui non est locus, vbi deducitur defectus intentionis Papæ in reseruanda pensione.*

275 Pensionarius tamèn etiam hoc casu agit spolio, quanquàm hæc actio non detur Translatario.

276 *Regressus ob non solutam pensionem, an admittat appellationem.*

277 *Regressus fundatur super proteruia nolentis soluere Pensionem.*

278 *Et datur in pœnam, pro facilitanda solutione.*

279 *Et ideò cessat, si cesset dolosa contumacia.*

280 *Declaratoria requiritur super facto, ex quo pœna incurritur.*

281 *Declaratoria incursus censurarum, propter connexionem facti est appellabilis.*

282 *Pensionis debitor, ex perpessione censurarum, constituitur pertinax.*

283 *Quod tamèn declaratur.*

284 *Regressus, ex æquitate semper admittit purgationem moræ.*

285 *Periurium non incurritur per debitorem, qui non soluit in tempore conuento, nisi concurrat dolus.*

286 *Regressus an, & quando censeatur remissus per exactionem pensionis.*

287 Protestatio sine præiudicio quorumcunquè iurium, *minima quæquè præseruat.*

288 *Vniuersalis terminus, tàm minora, quàm maiora complectitur.*

289 *Protestatio præseruatiua, præseruat quodcunque Ius præseruabile protestanti.*

290 *Regressus cùm petitur, quià instatum sit, pensionem annullari, aut reduci, quo casu admittat appellationem.*

291 *Regressus quæstio, aliquo casu absorbetur à controuersia super pensione.*

292 *Confessio, habet vim iudicati.*

293 *Pœna, quando resoluatur in conditionem, vel modum.*

294 *Regressus, quando dicatur causa beneficialis.*

295 *Regressus, vbicunquè fertur sententia declaratoria facti, appellationem admittit.*

296 *Possessio, quæ potest apprehendi propria auctoritate, si apprehendatur cum assistentia, siuè associatione Iudicis, actus adhuc reputatur extraiudicialis.*

297 *Regressus, diuersimodè deducitur ex facto denegatæ solutionis, à facto obiecta, seù tentata reductionis pensionis.*

298 *Translatario pensionis, si detur surrogatio ad possessionem transferentis, competit possessorium Adipiscenda.*

299 *Surrogatio nihil operatur in Translatario, respectu Interdicti Retinenda.*

300 *Possessorium Adipiscendæ redditur pro incorporalibus aquè, ac pro corporalibus.*

301 *Interdicta omnia possessoria, pendent à Pratoris Edicto.*

302 *Instrumenta, de Iure non habent exequutionem paratam.*

303 *Translatarius agens via exequutiua pro consequutione pensionis, producit reseruationem, literas Apostolicas super facultate transferendi, & instrumentum translationis, agitquè ex istis tribus, tanquàm ex vno integrali.*

304 *Connexa dicuntur, quorum alterum ad alterius perfectionem tendit.*

305 *Translatario competit via exequutiua, æquè ac ipsi Pensionario transferenti.*

306 Clausula *non retardata, datur etiam translatario pensionis.*

307 *Dummodò transferens esset in quasi possessione.*

308 *Nèc ex literis, aùt earum ventre resultet extinctio.*

309 *Translatarius, qualitèr promoueat Iudicium exequutiuum.*

310 Citationes *monitoriales, quatuor, necessaria in articulo declaratoria.*

311 *Declaratoria incursus censurarum non decernitur, nisi ob contumaciam.*

312 *Contumacia, in materia censurarum efformatur ex canonica monitione.*

313 *Citationum monitorialium pro declaratoria, vsus qualitèr inductus.*

314 *Terminorum reiteratio, quid operetur circa processum in articulo declaratoria.*

315 *Termini substantiales quatuor, ex stylo fori in quolibet summario iudicio seruandi.*

316 *Etiam vbi petitur absolutio contra agentem ad pensionem.*

317 *Tex. in l. ab exequutione, C. quor. appell. non recip. obtinet, etiamsi pronuncietur exequendum, reiecta contraria sententia.*

318 *Etiamsi fuerit pronunciatum per cedulam.*

319 *Exequutor iudicati, potest cognoscere, an sit locus exequutioni, saltim pro informatione sua conscientia.*

320 *Nequè hinc tamèn intelligitur excedere partes suas.*

321 *Pronunciandi potestas, est in ordine ad cognitionem.*

322 *Excessus, non stat in modo pronunciandi, sed in prauersione ordinis Iuris.*

323 *Exequutio, vt non admittat appellationem, in eo fundatur, quià indè non infertur nouum grauamen.*

324 Exequutionis *decretum, dicitur mera interloquutoria.*

325 *Potissimum, vbi promouetur exequutio Iudicis officio.*

326 *Excessus in exequutione, saluatur, respectu capitis diuersi, vbi adeſt clausula,* & omni alio meliori modo.

327 *Clausula* & omni alio meliori modo *comprehendit modos non expressos, quibus possit actus sustineri.*

328 *Eadem reijcit expressos, per quos actus corruat.*

329 *Eadem non stat restrictiuè, nisi vbi ponitur sine copula.*

330 *Vtile per inutile, non vitiatur in separabilibus.*

331 *Exequutio sententiæ, continentis plura capita partim iusta, partim iniusta, non reuocatur in totum, si separabilia sint.*

332 *Idemquè dicitur de exequutione laudi.*

333 *Laudum transactioni æquiparatur, ideoquè reputatur indiuiduum.*

334 *Non tamèn facit de indebito debitum.*

335 *Poteſtquè sustineri, quoad vnum caput, & quoad aliud non.*

336 *Motu proprio facta dispositio, reputatur fauorabilis.*

337 *Regulaturquè ad instar vltimarum voluntatum, nequè ideò redditur nulla ex adiectione inutili, vel impossibili.*

338 *Libellus, non eſt necessarius in summarijs.*

339 *Causa omnis executiua, dicitur summaria.*

340 *Petitio aliqualis in quocunque Iudicio eſt necessaria.*

341 *Commissio, seù rescriptum Principis habet vim libelli, quod intelligitur ad effectum interrumpendi præscriptionem.*

342 *Et etiam respectu petitionis, vbi pars eſt citata ad dicendum contra.*

343 *Petitio, regulatur ex deductis, & prosecutis in Iudicio.*

344 *Et quomodò se habeat stylus Romanæ Curiæ in formanda huiusmodi petitione, seù libello.*

345 *Translatarius qualitèr instruat processum executiuum pro consecutione pensionis.*

346 *Non debet in plus grauari, quàm grauaretur transferens.*

347 *Rescripta recipiunt interpretationem, secundum rationem, & æquitatem.*

348 *Motu proprio gratia concessa, nulla eget iustificatione.*

349 *Translatio facta motu proprio, non eget iustificatione, præterquàm respectu alicuius subiecti relati ad eum, cui eſt facta gratia per clausulam* vt asseris.

350 *Translatario existenti in quasi possessione exigendi, quæ necessariò incumbant pro obtinenda manutentione.*

351 *Translatario, quando incumbat onus iustificandi gratiam translationis, & simul gratiam reseruationis pensionis ipsius transferentis.*

352 *Translatio, vbi fit de persona in personam, exigit personæ habilitatem.*

353 *Pensionario, datur manutentio etiam contra successorem in beneficio, qui nunquàm soluit.*

354 *Translatario cùr non quæratur vi translationis possessio, quæ erat penès pensionarium transferentem.*

355 *Translatarius, non tenetur iustificare gratiam transferentis, si ille fuit in longissima quasi possessione exigendi.*

356 *Et quæ sit ratio.*

357 *Et qualitèr iustificetur huiusmodi longissima exactio.*

358 *Possessio de præsenti, quando faciat præsumi possessionem de præterito.*

359 *Translatarius tenetur iustificare gratiam transferentis, qui nunquàm exegit, nisi translatio fuisset facta de consensu Titularis.*

360 *Translatarij gratia iustificatur ex illius habilitatibus, & qualitatibus narratis de ipso tempore translationis.*

361 *Dispensatum, qui se narrauit contra inhabilitatem, dispensationem tenetur iustificare.*

QVAESTIO XL.

Quæ ratio sit formæ translationis per viam cassationis antiquæ, & reseruationis nouæ? huic quomodò satisfiat? & qualitèr ex parte Translatarij promoueatur iudicium.



QVAMVIS in superioribus multa opportunè attigerimus circa materiam hanc translationis pensionis, præcipuè in *quæſt. 36. ex num. 56. quæſt. 37. ex num. 33. & quæſt. 38. ex nu. 76.* Nihilominùs plurima adhùc reſtant hìc explicanda, ad fori vsum scitu necessaria; Primùmq; illud breuitèr repetendum eſt, Papæ auctoritatem
1 in † transferendo pensionem ideò esse omnimodam, & indubitatam, vt censuit Rota in *Lucana pensionis, 17. Februarij 1592. coram Orano,* quæ legitur integrè impressa in *4. par. recent. decis. 689. num. 1. & in Placentina Cappellaniæ, 27. Iunij 1605. coram Litta,* impressa apud *Marches. tom. 1. pag. 556. nu. 2. & decis. 281. num. 1. par. 1.*
2 *in recent.* quià † Papa in hac materia non intelligitur aliquid vnquàm constituere contra bonum publicum, nèc grauare Ecclesias, aùt proprietatem bonorum illarum, sed nudam duntaxàt commoditatem Prælati, siuè beneficiarij, cui nulla eſt, aùt voluntas, aùt causa reluctandi aduersus ipsum Supremum Ecclesiæ Principem, vt optimè aduertit *Caccialup. in tract. de pension. quæſt. 19. num. 27.*

Et propterea quamuis possit admitti, transla-
3 tionem † non esse, nequè de Iure, nequè de natura pensionis, vt loquitur *Verall. decis. 303. ex nu. 11. par. 2.* tamèn non poteſt, nèc debet ad-
4 mitti, eam † non esse de Iure simplicitèr, quatenùs

tenus à voluntate Papæ procedit, qui licèt granet Titularem, prorogando eius consensum, vt diximus *d. quæst. 36. num. 112.* tamèn grauamen illud non est considerabile, cum non afficiat Ecclesiam, aut illius bona, sed tantùm commoditatem ipsius Titularis (vt dictum est), quem priùs honorauit, *l. ab eo. C. de fideic. cum simil.*

Est autèm hoc in primis aduertendum, aliud
5 esse † gratiam translationis, & longè aliud facultatem transferendi, sicuti aliud est prouisio de beneficio, & longè aliud mandatum de prouidendo, *cap. constitutus, de concess. preb.* & propterea aliquandò ipsummet Papam transferre, aliquandò verò facultatem transferendi alteri mandare, vt obseruarunt *Mandos. de Signat. grat. in verb. translationes, in 1. col. vers. rursus si in vim clausula, & Paris. de resignat. lib. 6. quæst. 4. num. 39.*

6 Ipsemet autèm Papa † transfert, vbi translatio, vèl fit ex causa necessaria sustinendi gratiam reseruationis confidentiariæ, vt in casu *decis. 281. par. 1. in recent.* cuius rationem expendit *Reuerendissimus D. Germon. de Indult. Card. §. si verò illa, sub num. 57. vers. secunda quæstio,*
7 vèl vbi fit † ex certa scientia, de consensu illius, cui facta fuit reseruatio, vt in casu *decis. 656. ex num. 1. in eisdem, par. 2.* quæ vt fiunt motu pro-
8 prio, ità † expeditiori processu Iudicium super illis absoluitur; in priori enim cum nil mutetur, nisi persona fiduciarij, & fiat motu proprio, nihil est iustificandum, in posteriori verò sola habilitas personæ Translatarij expenditur, quæ tamèn facili negotio explicatur, laris enim est, Papam, si qui poterat esse defectus, eum intellexisse, vt simùl censeatur cum eo dispensasse, vt per Rotam *d. decis. 656. num. 7. vers. nàm fuit responsum.*

Facultatem autèm transferendi indulget, vèl cùm eodem contextu, quo pensionem reseruat, decernit Pensionarium posse eam quandocunquè
9 transferre, quæ tamèn facultas, † vt rarò, & cum summa difficultate conceditur, *Put. decis. 332. & decis. 512. paulò ante num. 1. vers. sed fuit di-*
10 *ctum lib. 2.* ità non cadit † sub quacunque generalitate, sed exigit specificam mentionem, vt ait *Verall. d. decis. 303. num. 2. & 3. par. 2. Mandos. de Signat. grat. §. translationes pensionum*
11 *in princ. vers. hoc autem scias;* adeò vt † si semel fuerit concessa, & mòx ex concordia alterata pensio per cassationem, & renouationem (vt fieri consueuit) non intelligatur vllo modo repetita clausula facultatis transferendi, etiam virtute decreti, *quod censeatur reseruata hac secunda cum eisdem clausulis, & decretis, cum quibus erat reseruata prior;* istud enim decretū intelligitur de clausulis dūtaxat validātibus ipsam pensionē, *Put. d. decis 332.* & clariùs sub *tit. de pensio. decis. 19.* sequitur *Ant. August. in epit. de pensio. tit. de translat. pens. num. 15.*

Vèl cùm ad partem gratiam hanc cuipiam facit, vt possit vsquè ad tantam quantitatem pensionem transferre, quod vsu hodiè est frequentissimum, præcipuè respectu S. R. E. Cardinalium.
12 Sed cum † siuè mandet, siuè ipse transferat, hanc formam perpetuò obseruet, vt translatio fiat hoc ordine, quod pensio antiqua extinguatur, & noua alia reseruetur ad fauorem personæ illius, quem Translatariū dicimus, vt visum est suprà *quæst. 36. num. 37.* inuestiganda est priùs formæ huius ratio, & mòx videndum, quo demùm pacto illi satisfiat, ac deniquè, quo ordine Iudicium promoueri oporteat.

Et quod attinet ad rationem formæ huius, alia
13 non est, quàm vt in hac materia † prorsùs excludatur cuiuscunquè hæreditariæ successionis species, *cap. ex transmissa, ad fin.* vbi *gloss. in verb. successionem, de fil. presb. cap. consuluit,* vbi *gloss. in verb. hæreditario, de Iur. patron. cum simil.* & propterea actio, siuè ius illud omne, quod habet Transferens, debet extingui, vt hac ratione ius illud nouum, quod creatur in persona Translatarij, immediatè illi sit, ac dependeat à Papa,
14 quemadmodum contingit † in renunciationibus etiam ad fauorem factis; porrò in his Papa non priùs confert, quàm per admissionem resignationis extinguatur ius resignantis, & sic inducat nouam vacationem: Vnde fit, vt resignatarius nullo modo intelligatur nactus ius aliquod à resignāte, sed ab ipso Papa duntaxàt, *Cassad. decis. 13. num. 1. de præben. Mandos. ad regul. 33. quæst. 7. num. 8. Paris. de resign. lib. 1. quæst. 1. nu. 64. & quæst. 2. num. 13.*

Etenim translatio duos implicat actus, vnum ex parte Pensionarij antiqui, quem, Transferentem vocamus, & hic resoluitur in simplicem consensum pro extinctione, & alterum ex parte eius, quem vocamus Translatarium, quoùs instat sibi nouam similem pensionem reseruari, atquè ità creatio istius nouæ pensionis, quæ fit auctoritate Pontificis, videtur moueri ab obiecto personæ Translatarij, non autèm Transferentis, quem non contemplatur, nisi in eo actu extinctionis, vt pariter seruatur in resignationibus ad fauorem, quàm-
15 uis enim resignans † ità resignet, vt beneficium conferatur certæ personæ, tamèn Papa in literis nullam huius conditionis rationem se habuisse insinuat, sed precum duntaxàt, & meritorum resignatarij, prout aduertit *Boer. de auctor. leg. à later. sub num. 127.* optimè *Rodoan. de simon. cap. 25. sub num. 16. ad fin. vers. sed multi sunt, & nu. 17.* vbi sugillat inscitiam eorum, qui hanc formam non intelligunt, & fortè de resignationibus huiusmodi scandalizantur; Itaut quod passim dicitur, resignationem fieri ad fauorem, oporteat referri ad vsum, seù stylum ità loquendi in Curia, habito respectu ad correspectiuitatem actuum,
16 quià Papa † non conferret cuipiam beneficium viuentis, nisi priùs qui obtinet, resignet, vt post alios considerat *Paris. de resign. lib. 8. quæst. 7. ex num. 37.*

Atquè ità satis tutò concludi potest, formam hanc esse substantificam actus translationis, ex quo non potest reseruari hæc noua pensio in persona Translatarij, quin præcedat extinctio in per-
17 sona Transferentis, iuxta † theoricam, quam ponit *Fel. in cap. cum dilecta, sub num. 6. vers. quartum signum, de rescript.* & hanc sententiam quam-

quamuis non explicent styli huius rationem, pro-
barunt Ferret. cons. 53. num. 10. Mandos. de Si-
gnat. grat. §. Translationes pensionum, in princ.
Paris. de resig. lib. 6. quaest. 4. sub num. 7. vers.
Hoc enim casu, Rota decis. 327. sub nu. 1. par. 1.
in recent. & in Brixien. pensionis, 23. Maij 1594.
coram Illustrissimo D. Cardinali Millino, im-
pressa apud Marches. tom. 1. pag. 654. num. 2. &
nouissimè in Maurianen. pensionis 23. Mar-
tij 1626. coram R. P. D. Pirouano.

Quod attinet ad articulum adimplementi hu-
ius formæ, est aduertendum, Papam aliquandò fa-
cultatem hanc transferendi mandare cuicunquè
personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ, ali-
quandò verò ipsimet Pensionario, & vtroquè ca-
su, etiam in mortis articulo; & vtrique itidèm
hoc commune esse, vt ea facultas consumetur pri-
18 ma † vice, iuxta reg. l. boues, §. hoc sermone, de
verb. signif. & notauit Mandos. in d. vers. rur-
sùs, ad fin. fuitquè decisum in Oxomen. pensio-
nis, 20. Iunij 1598. coram bo. me. Orano, cuius
meminit Gonzal. ad reg. de mensib. glo. 11. nu. 82.
cum multis alijs relatis per Garz. de benef. par. 1.
cap. 5. ex num. 247.

Et cauendum, nè actus applicetur tali personæ,
cuius postmodùm sibi pœniteat, plerumquè
enim dùm in articulo mortis translatio fit, conua-
lescit Transferens, & præmoritur Translatarius,
19 nequè verò † transferre licet sub conditione, si
mors ex ea infirmitate contingat; sicùti nèc sub
20 ea lege, vt dùm viuit † Transferens, aliquid per-
cipiat, vt latè consuluit Nauarr. cons. 65. num. 1.
& per tot. de simon. Garz. de benef. par. 1. cap. 5.
num. 55.

Atquè omni casu est obseruandum etiam tem-
pus, quo translatio fit, nisi enim translatio sit con-
ditionalis, velùti cùm fit in laicum, cum clausula
ex tunc cum fuerit clericali charactere insignitus,
21 quo casu vsquè † in diem initiationis posset Trãs-
ferens exigere pensionem, perindè ac si nihil actũ
foret, ex quo semper ante diem illum, vèl con-
ditionis euentum nihil actum censetur, cap. si per
te, de rescript. in 6. & in his terminis plenè con-
suluit Gabr. cons. 185. ex num. 3. & cons. 186.
per tot. lib. 1. Paris. in praecit. quaest. 4. num. 55.
& 60.

22 Remanet † illicò destitutus omni iure suo, etiã
respectu exactionis pendentis termini pro rata
fructuum perceptorum per Titularem ante ipsam
translationẽ, nisi fuerint expressè reseruati; idquè
propter naturam ipsius actus voluntarij, vt sæpiùs
fuisse in Rota decisum, scribit Gabr. cons. 191. n. 3.
lib. 2. quem sequutus est Honded. cons. 85. nu. 5.
itidem lib. 2. Paris. d. quaest. 4. num. 47. vers. ad
duodecimum, auctoritate Put. decis. 14. lib. 3. qui
optimè distinguit casum extinctionis huius vo-
luntariæ à casu extinctionis necessariæ, in
23 quo † tantùm vult, posse applicari dispositionem
tex. in l. defuncta, ff. de vsufr. quod alibi ex-
pendimus.

Attenditur enim in hoc simplicitèr mens ip-
sius Transferentis, qui ex omissa præseruatione
censetur & sibi, & hæredibus suis præiudicare, vt
concludit Rota decis. 118. nu. 3. lib. 1. & decis. 48.
num. 1. & per tot. lib. 2. par. 3. diuers.

Itaquè, quandò versamur in primo casu, quo sci-
licèt actus translationis committitur personæ in
Ecclesiastica Dignitate constitutæ; pro eius va-
24 liditate, primum † hoc est attendendum, vt assu-
matur persona, quæ talem Dignitatem obtineat;
Dignitatem autèm æstimamus secundum ratio-
nem cap. statutum, de rescript. in 6. vt scilicèt sub
ea includantur Canonici Cathedralis Ecclesiæ,
qui licèt secundum strictam significationem tales
non sint, vt ex litera illius tex. clarè percipitur, &
notant ibi omnes, docetquè Fel. in cap. pastora-
lis, num. 12. de off. deleg. Ant. Burg. in repet. cap.
cognoscentes, num. 132. de constit. Io. Silu. de be-
nef. par. 1. quaest. 2. nu. 82. Nauarr. cons. 11. n. 1.
de iniur. nequè sint personatus, vt latè ponderan-
do verba tex. in d. cap. statutum tradit Monet.
in tract. de conseruat. cap. 5. num. 118. vbi ait,
propterea non posse deputari in Conseruatorem,
quod etiam docuit Ant. Burg. in d. cap. cogno-
scentes, nu. 133. Eidemquè ità assumpto exhiben-
dæ sunt literæ facultatis, qua de re satis egimus
suprà quaest. 37. ex num. 33.

25 Nequè enim sufficeret, eum alitèr † certiorem
reddidisse, iuxta doctrinam Bald. in l. falsus, n. 19.
C. de furt. quam in his terminis sequuti fuerunt
Paris. in suprà alleg. quaest. 4. num. 37. Crescent.
decis. 13. num. 1. de concess. praeben. Rota in recent.
decis. 143. num. 2. par. 2. quicquid in contrarium
sine fundamento aliquo solido visum fuerit Man-
dell. cons. 514. per tot.

26 Enimverò delegatus † potest quidem habere
Iurisdictionem ante præsentatum rescriptum, at
minimè illius exercitium, cap. super eo, il 2. de
appell. Aegid. decis. 110. num. 13. vbi latè discutit,
& resoluit articulum, Ferret. cons. 85. num. 4. qua-
27 proptèr † vis non stat in scientia, vèl ignorantia
delegationis, sed in illa reali productione rescri-
pti, quod benè notandum esse, monuit Bald. loco
superiùs allegato, sub eo. num. 19. vers. & ideò
nisi ante omnia, cuius doctrinam in his terminis
probauit Rota d. decis. 143. sub num. 2. paulò
ante med. & priùs in no. de off. delega. decis. 6. sub
num. 1. vers. & ideo.

Quo fit, vt qui cautiùs hac in re procedere vo-
let, dùm ipse actus translationis fit, omnimodò
curet, per Notarium positiuè rogari actum exhi-
28 bitionis, nuncupatim † tanquàm de literis origi-
nalibus; tanta enim est vis huius nuncupationis, vt
deinceps non possit in dubium reuocari qualitas
illa, quod literæ essent originales, vt aduertit Rota
apud Reuerendissimum D. Coccin. decis. 322.
num. 3.

Simulquè, non negligat facultates ipsas regi-
strari; hoc etenim casu cessat omnis scrupulus,
29 etiamsi † non explicaretur factum exhibitionis, aut
visionis per Iudicem, siuè Exequutorem, quemad-
modum per tex. in cap. 1. de sent. excomm. docuit
Abb. in cap. quoniam contra sub num. 11. ad fin.
vers. & dic quod licet, de probatio. eo enim ip-
30 so † quod aliquid constat ex actis, præsumitur
Iudici visum, & cognitum, vt notabilitèr tradit

Franch.

Franch. in cap. cum parati, sub num. 45. ad fin.
de appell. & in his terminis fuit decisum in Sego-
bien. translationis pensionis 11. Decembris 1587.
coram bo. me. Cardinali Pamphilio, cuius memi-
nit Gratian. discept forens. cap. 551. num. 1. vbi
etiam præmissos allegat, & admittit Rota d. de-
cis. 143. sub num. 2. post med. vers. nèc statur su-
per præsentatione. par. 2. in recent.

His autèm pretermissis, vèl neglectis, actus eger-
rimè sustineretur, etiamsi prætendatur facultas
31 transferendi notoria; vt enim † Iudex suppleat
ex notorio, exigitur notorium aùt natura, aut le-
ge, cuiusmodi non potest esse priuatum, aùt singu-
lare negotium, vt pulchrè explicat Bald. in l. edi-
cto, sub num. 30. vers. & ideò tex. C. de ed. Diu.
Adr. toll. secundùm cuius doctrinæ terminos
32 benè † admitteretur ista excusatio, veluti cùm
agitur de facultatibus Ordini alicui concessis, &
nedùm publicis typis excussis, sed etiam cum alijs
constitutionibus insertis in Bullario, quales sunt
facultates Conclauistarum, & aliquarum Militia-
rum, Gratian. d. cap. 551. sub num. 16. vers. cum
etiam ista priuilegia; & quamuis Rota apud Put.
decis. 334. lib. 2. pro saluanda translatione facta
per Militem mota fuerit diuerso fundamento, de
quo statim dicetur, tamèn istud non respuit, ne-
què tùnc priuilegia erant impressa, & cum alijs
constitutionibus Apostolicis promulgata.

Admitteretur etiam excusatio, si transumptum
33 facultatum † exhiberetur insertum in aliqua scri-
ptura authentica; hoc enim sufficeret pro red-
dèdo Exequutore certo de suis facultatibus, quod
latissimè comprobat Gratian. d. cap. 551. nu. 16.
& 17. ex Put. decis. 245. num. 3. lib. 2. & fuit de-
cisum in Bononien. translationis pensionis, 20. Iu-
nij 1612. coràm Illustrissimo D. Cardinali Mil-
lino, & diximus suprà quæst. 37. nu. 36.

34 Quod verùm intelligo, † si postmodùm fiat fides
de ipsis originalibus, vt declarat Achill. decis. 2. sub
n. 6. vers. dummodò posteà constaret, de offic. Dele-
gat. quod est multùm obseruandum in praxi. Et cùm
hæc intelligantur de literis expeditis, possunt
35 etiam † verificari in sola supplicatione, dummo-
dò adiecta fuerit clausula etiam literis non expe-
ditis, Mandos. in supracit. §. translationes, vers.
quantum attinet, cum seq. & censuit Rota in Sego-
bien. translationis pensionis, 11. Decembris 1587.
coram bo. me. Cardinali Pamphilio.

Cæterùm, his casibus circumscriptis, videlicèt
notorij, & insertionis, vix esset saluare actum à
36 nullitate, quamuis † Exequutor enunciaret sibi
exhibitas, aùt visas facultates, cap. quoniam con-
37 tra, de probat. & quatenùs etiam Notarius † sim-
plicitèr attestaretur, fuisse exhibitas sub enuncia-
tione Datę, vt consuluit Ferret. cons. 85. num. 3.
quem sequuta fuit Rota, d. decis. 143. sub nu. 2.
vers. nèc statur super præsentatione, par. 2. in re-
cent. & admittit etiam Gratian. d. cap. 551.
num. 11.

38 Fatendum est tamèn †, posse probationem tunc
coadiuuari ex testibus, qui fuerint præsentes actui
39 exhibitionis, nàm insertio, † seù registratio hu-
iusmodi facultatum non est præcisè necessaria,
sed duntaxàt est necessarius actus exhibitionis, vt
pulchrè docet Innoc. in eo. cap. quoniam contra,
40 nu. 4. de probatio. qui actus vt potest † explicari
extraiudicialitèr, ex quo non agitur coram Iudi-
ce, sed mero Exequutore, qui non debet interpo-
nere aliquam causæ cognitionem, Butr. in cap. Pa-
storalis, §. quia verò, num. 4. de off. deleg. & pro-
nunciauit Rota in d. Segobien. translationis,
41 ità benè intrat regula, † vbi versamur in ge-
stis coram eo, qui potest procedere iudicia-
litèr, & extraiudicialitèr, in scriptis, & sine scri-
ptis, si quid proponatur factum, quod esset neces-
sarium ad actus substantiam, illud posse probari
per testes, vt post alios docet Fel. in supracit.
cap. quoniam contra, sub num. 55. vers. & ità in-
tellige cum seq. de probat. vbi eatenùs excludit
probationem per testes circa acta, quatenùs lex in
rigore scripturam exigit, quod non est in hoc ar-
ticulo, in quo proceditur extraiudicialitèr.

Præcauere itèm debet Transferens, vt actus ip-
se explicetur secundùm suprà relatam formam, vi-
delicet, vt præcedat extinctio in ordine ad reser-
42 uationem nouæ pensionis, aliàs † translatio esset
ipso Iure nulla, ex generali regula l. Vsufructu,
cum ibi not. ff. sol. matr. & in terminis formæ li-
terarum facultatis transferendi, est Rota deci-
sio 401. num. 1. par. 1. diuers. & tradunt Ferret. &
alij superius allegati, quos etiam in hoc puncto se-
quuta est Rota in præcit. Maurianen. pensionis,
coram R. P. D. Pirouano.

Circa quam sententiam est aduertendum, ex-
43 tinctionem † ipsam non mandari Exequutori, illa
enim permittitur Pensionario, qui etiam sine au-
ctoritate Papæ illam promouet, dummodò expe-
dierit literas, nisi & hoc quoquè sibi fuerit indul-
tum, vt literis non expeditis fieri possit, Rota in
recent. par. 1. decis. 645. nu. 5. & par. 2. decis. 656.
44 num. 5. quapropter † nèc opus est literas reser-
uationis ostendere, siuè in facultatibus sit facta
mentio de pensione in indiuiduo cum illius Data,
propter vim relationis, l. asse toto, de hered. instit.
cum simil. adductis per Gratian. vbi suprà nu. 23.
siuè secùs, cùm Exequutor recipiat Iurisdictionem
ex sola facultate, vt punctualitèr fuit conclusum
in d. Segobien. translationis, cum ibi adductis, &
relatis per Gratian. eo loco num. 24.

45 Quapropter eidem formæ satisfieri † intelli-
gitur, si non solùm explicitè extinguatur antiqua,
& similis noua pensio reseruetur, vt verba so-
nant, sed etiam si implicitè, nàm facultates con-
cedi consuetæ hanc quidem formam inserũt actui
translationis, sed non etiam pro forma id exigunt,
vt extinctio, seù cassatio, itemquè ipsa noua reser-
uatio fiat explicitè; ideoquè intrat regula, vt quià
æquipolleat implicitum explicito, cap. nonne, de
præsumpt. l. vlt. ff. si ex noxal. cau. agat. forma
hæc optimè possit adimpleri per æquipollens, l. si
mater, cum ibi not. C. de instit. & substit. cum alijs
per Rauden. de analog. cap. 38. ex num. 80. quic-
46 quid sit, si etiam † hoc pro forma esset positum,
vt explicitè, & verbis expressis fieret extinctio, &
reseruatio, vt pulchrè omnium declarat Rota de-
cis. 246. nu. 10. & 11. par. 1. diuers.

47 Vndè

47 Vndè si Transferens coram Exequutore † explicet se velle transferre pensionem,iuxta facultates sibi concessas, & quæ oculis ipsius Exequutoris subijciantur,Exequutor autèm illis visis dicat, se pariter transferre,iuxta easdem facultates, nihil est,quin dicatur satisfactum formæ, tùm vi relationis,vt dictum est, tùm quià vnusquisque ipsorum hoc agere intelligitur, quod ad se pertinet, cum vterque hoc vnum intendat, vt translatio fiat;
48 etenim † cum non possit translatio fieri, nisi per extinctionem primæ, & nouæ similis reseruationé, hoc ex parte sua implicat Transferens, vt consentiat cassationi,illud verò Exequutor, vt nouam similem reseruet, vi necessarij antecedentis, *l. ad*
49 *rem mob ilem,de procur.cum simil.*& quamuis † in superficie verborum aliud videatur, tamèn satis hinc dicitur seruata forma facultatis,ex quo verba adhibita eandem prorsùs habent vim,vt exemplo docent *Bald.in l.vlt num.2.& Alex. num.3. C.de procur.Bart.in l. obseruare,num.4.C.de decurion.lib.10.& Castr.in l. Vniuersis,num.3.C. de prec.Imp.offer.*traduntquè *Parif.conf.20.n.16. lib.4. & Franc. Becc. conf. 197. num.1.* & hanc opinionem, quod pro adimplemento formæ huius sufficiat hæc implicita extinctio,probarũt *DD. in prealleg. Maurianen.pensionis*,in qua fuit etiã
50 obseruatum, cum † formam non respicere, aut tangere substantiam ipsius pensionis, quæ semper est eadem, vt ostendimus suprà *quæst.36.num. 76.* sed duntaxàt actionem, vt sciatur, in quem dirigenda sit,ac proindè semper includi extinctionem hanc in decreto Exequutoris, vt deinceps non transferenti, sed Translatario soluatur,nèc enim est dubitãdum,indè sequi extinctionem obligationis Titularis erga Transferentẽ,*l.1.ff. de nouatio.*

Cessat autèm controuersia hæc,vbicunquè cõcessa est facultas transferendi coram Notario, & testibus, etiam in articulo mortis, tùnc enim quià
51 Notarius † non adhibetur tanquàm Exequutor, sed tanquàm simplex Notarius ad promouendam probationem,vt notauimus suprà *quæst.37.n.35.*
52 non exigitur † exhibitio priuilegiorum, seù facultatum huiusmodi, vt in terminis translationis factæ per Militem Lauretanum, fuit latissimè decisum in præcitata *Lucana pensionis 7. Februarij 1597. coram Orano,in 4. par.recent.decis.689. num.4. vers. nèc facit quod in translatione, Reuerendissimus* D. *Coccin.decis.322.nu.3. & 4.*
53 Itaùt non vitietur actus, si etiam † adhibitus fuerit Exequutor, quià cum forma sit posita in electione Transferentis, per adhibitionem Exequutoris non censetur renunciasse facultati minùs solemnitèr transferendi coram Notario, & testibus simùl adhibitis, sed potiùs vtraque voluisse
54 vti; exemplo Militis, qui † quòd cœpit testari Iure communi, non est credendus elegisse genus testãdi ad impugnanda sua iudicia,sed magis vtroque genere voluisse testari, propter fortuitos casus, vt ait *Vlpian. in l.si miles, 3.ff.de milit.test.* qua coniectura perpetuò ducimur ad sustinendũ actum, *Alciat. in l centurio,nu.38. ad finem vers. illud minoris, & seq.ff.de vulga. & pupill.* & in puncto translationis factæ in vim priuilegiorum Militiæ S.Petri,antequàm per dictam constitutionem Pij V. in hac parte abrogentur,censuit Rota apud *Put. in correct.decis.334. sub num.3. vers. non obstat quod dicebatur cum seqq vsquè ad fin. lib. 2.* quam plurimùm commendat idem *Reuerendissimus D.Coccin.d. decis.322.num.6.*

55 Et quamuis ea † clausula *etiam in mortis articulo* videatur potiùs dari ex abundanti, quàm ex necessitate, cùm etiam sine illa,permissa translatione,censeatur etiam permissa in mortis articulo, *Put.decis.133.lib.1.Mandos.in supracit.§.transl. lationes vers. quantum attinet*, nihilominùs in eo
56 videtur † aliquo modo prodesse, quod sicùti sustinetur testamentum factum à moribundo, balbutiente, & semimortuo, dummodò etiam ad interrogationem Notarij, vel alterius potuerit exprimere mentem per simplicem vocem *sic*, vèl *nõ*, iuxta doctrinam *Angel.in l.cum aduersa 17.vers. secus si lingua, ff. de testam. Alex.conf.33. num.7. & 8. lib.7.* cum multis,quos cumulat,& sequitur *Franc. Becc. conf.102.nu. 8.& sub num.10. vers.*
57 *rursùs confert*, ità sustinetur † translatio facta per huiusmodi moribundum,balbutientem, & semimortuum,vt respondit *Rota ea. decis. 455.n.5.*
58 vbi etiam *num.6.* firmatur † nihil refragari,si extorta fuerit per blanditias, & persuasiones Translatarij, & *num.7.*instrumentum desupèr confectũ indè non vitiari, quià non fuerit subscriptum secũdùm Ius aliquod singulare Prouinciæ, solemnitatem hanc omninò exigens in contractibus, & in-strumentis, quæ super contractibus fiunt, nàm ne-
59 què blanditiæ, † & persuasiones huiusmodi, blandienti,& persuadenti in testamentis vitio vertuntur, *l. vlt.ff.si quis aliq.testa.prohib. & l.vlt.C. eo. tit.* neque materia hæc ad contractus pertinet,est
60 enim simplex actus, † quem rogat Notarius,non autèm contractus, *l. Labeo,19.de verb.signif.*

Vltrà quod vix est,vt huiusmodi consuetudines,
61 aut † Pragmaticæ laicorum attendantur in instrumentis,quæ conficiuntur inter personas Ecclesiasticas,vt in simili de Pragmatica Regni inducente certam formam seruandam in celebratione instrumentorum,cuius meminere, *Afflict. sup.constit. Regn. Rubr. 87 incip.instrumentorum robur,num.25.& Capyc. decis.29.num.1.& 2.* censuit Rota in *Sulmonen. Beneficij, 9. Iunij 1623. coram R. P. D. Nauarro, per reg. tex. in cap. quæ in Ecclesiarum,cum ibi not. de constit.* recedendo à decisione facta in eadem causa *sub die 1. Martij 1621. coram bo. me. Archiepiscopo Selencien. Et iterum responsum in ea ipsa causa 7. Iunij 1627. coram R. P. D. Duran.*

Cuiusvis autèm formæ sint facultates, id præ cæteris est obseruandũ, an aliquid impediat transitum illum de subiecto in subiectum, vndè actus ipse translationis reddatur inutilis: Quod tùnc contingit, vbicunquè actus ipse non adæquatur
62 voluntati Papæ eam facultatem concedentis, † à qua ex toto dependet, *Gabr.conf.186.sub num.6. vers.Tertio Ius translatarius,lib.1.*Vndè primùm hoc disquiritur,an talis facultas sit clara,& perspi-
63 cua, cùm ista † gratia perpetuò repugnet naturæ pensionis, ideòquè digna sit speciali nota,

Verall.

Verall. d. decis.303.num.2.& 3.par.2. cum alijs
adductis per Renerendissimum D.Germon.de In.
dult. Card.§. si verò illa, sub num.53. vers.nam-
què facultas, latè Paris. de resign.lib.6.quæst.4.
sub num 49. vers. ratio est, quià facultas.
64 Mòx etiam obseruandum est, an † eadem fa-
cultas sit limitata ad certam quantitatem, vèl ad
certam pensionem; vbi enim est limitata ad cer-
tam quantitatem, si transferatur vltra quantita-
tem concessam, non sustinetur actus, nisi pro quan-
titate concessa, vt dixi suprà quæst.36.num.80. &
65 qui diceret, † illam facultatem esse consumptam
per alias translationes priùs factas, nihil ageret,
nisi simùl doceret, eas factas fuisse in vim eiusdem
facultatis, cùm satis sit, posse dari instantiam alia-
rum facultatum, & quod fuerint reseruatæ cum
clausula potestatis transferendi, iuxta Put. de-
66 cis.396. lib.1. concessa † enim facultate ità limi-
tata, indè non sunt ligatæ manus Papæ, quin possit
pro arbitrio, vèl eam ampliare, aùt pinguiorem
concedere, pro quo inducendo sufficit conceptio
67 magis generalis, & vniuersalis, quæ † in disposi-
tione hominis non recipit restrictionem aliquam,
iuxta Curt. Iun. cons.1. num.3. quem in his ter-
minis sequuta est Rota in Placentina pensionis,
27. Iunij 1605. coram bo. me. Litta, impressa
apud Marches. tom.1. pag. 557. sub num.2. vers.
68 nèc vis aliqua, vbi † quod nèc vitiatur secunda
facultas ex taciturnitate prioris, si saltim in gene-
re sit facta mentio de primis cum clausula quo-
69 rum tenores, &c. quæ † habet vim indiuiduæ ex-
pressionis, per tex. in l. omnes, C. de præscript. 30.
anno. Bald. in cap. super literis sub num.12. vers.
quid si Papa, de rescript. quem sequitur Fel. in
cap. nonnullis, sub num.2. in princ. & vers. simili-
tèr dixit, & vers. sed ex prædictis videtur, vbi
70 vult, † indistinctè hoc procedere, videlicèt siuè
gratia sit facta motu proprio, siuè ad supplicatio-
nem, & hoc idem fuit resolutum in causa
Regien. pensionis, 5. Martij 1595. coram
R. P. D. Pirouano.
71 Vbi verò est limitata † ad certam pensionem,
obseruandum est, nè translatio de diuerso fiat: Re-
72 scripta † enim hanc sortiuntur à Iure naturam,
vt non extendantur, nisi ad ea, in quibus clarè, &
specificè eorum verba verificari possunt, cap. si-
gnificante, de rescript. Bero. cons.148. nu.4.& 5.
vol.3. & in specie admittit Rota in præallegata
Placentina pensionis.
Hæc verò diuersitas colligi potest, tùm ex quan-
titate indicatæ pensionis, tùm ex qualitate subiecti
pensione onerati; nam quamuis respectu quanti-
73 tatis, ea sit diuidua, & † in diuiduis vtile per inuti-
le non vitietur, l. sancimus, C. de donat. cum simil.
tamèn in hac re est aduertendum, aliud esse quæ-
74 rere, an † actus ipse translationis possit sustineri
in quantitate permissa, propter eiusdem quantita-
tis diuiduitatem (quod non habet difficultatem,
ex adductis in præcit. quæst.36.num.80. ex quo ve-
rè actus ipse translationis est quoquè diuiduus ra-
tione subiecti, vt benè aduertit Mantic. decis.154.
75 num. 4.& decis.173. per tot.) & longè aliud, † an
gratia, seù Indultum ipsum de transferendo pen-
sionem certam ex determinata quantitate, trahà-
tur ad pensionem alterius etiam minoris quanti-
tatis: nàm illud Indultum non secùs, ac Iudicis de-
76 cretũ, est quid indiuiduum, quæ indiuiduitas † hoc
etiam operatur, vt vtile per inutile vitietur, Bald.
in l. Græcè, §. illud sub num. 1. vers. sed salua
reuerentia. ff. de fideiuss. vbi in specie sic decla-
77 rat † id quod consueuit dici, in summa maiori
contineri minorem, sequitur Roman. cons.66. sub
num.2. ad fin. vers. illud autèm certum est; & in
78 simili dicimus † de sententia Iudicis, nisi capita
sint separata, eam ità reputari indiuiduam, vt si non
possit sustineri in maiori quantitate, non sustinea-
tur in minori, Put. decis. 315. num.2. lib.1.
79 Hæc tamèn minimè vrgent, quandò † siuè quã-
titas siue qualitas fuit causa simplicis demonstra-
tionis adiecta: tùnc enim ex huiusmodi adiectione
non constituitur diuersitas aliqua, nequè indè vi-
tiatur translationis actus, l. demonstratio falsa, in
princ. ff. de cond. & demonstr. cum vulgat.
80 Dicitur autèm † demonstrationis gratia vtra-
uis adiecta, quandò ex alio signo constat de certo
corpore, vt benè declarat tex. in d. l. demonstratio
falsa; Atquè ità, si Papa det Indultum transferen-
81 di † pensionem alias reseruatam in certa quanti-
tate, quæ de tempore Indulti sit reducta ad mino-
rem, non ideò vitiabitur actus translationis, tan-
quàm de diuersa pensione, ab ea, de qua loquitur
82 Indultum, non alia ratione, quàm quià pensio † re-
ducta ad minorem quantitatem, semper sit eadem
cum prima, non autem noua, quamuis enim in ipsa
83 reductione renouetur, tamèn † inde non sequitur,
quod sit noua, & in consequens in substantia diuer-
sa, vt docet Hostien. in cap. significantis, ex nu. 6.
vers. nouũ intelligas, vsquè ad fin. de censib. & de
pẽsione renouata pronunciauit Vital. in clem.1.§.
eadem num.3. de supplen. neglig. præl. atquè ità re-
sponsum fuit in Parmen. pensionis, 17. Iulij 1622.
coram R. P. D. Nauarro.
84 Sic etiam, si Papa † transferat pensiones impo-
sitas super fructibus talis, & talis præbendæ reser-
uatas ad fauorem talis personæ, & erretur in no-
mine præbendarũ, aùt personarũ eas obtinentiũ,
vèl etiã in quantitate, quià tamèn mens illius red-
ditur clara, quià certa est persona cui voluit faue-
re, nõ attẽditur huiusmodi error, & falsa demõstra-
tio, prout latissimè deducitur in superiùs allegata
decis. 281. ex n.1. vsquè ad 6. par. 1. vbi etiam fuit
animaduersũ, plurimùm in hoc suffragari validitati
85 talis actus consuetã clausulã, † quod maior, & ve-
rior expressio fieri possit, quæ licèt nõ operetur re-
spectu diuersi corporis, Put. decis. 300. n.3. lib.1. id
tamen intelligitur de diuersitate insurgẽte ex qua-
litate cõstitutiua diuersę speciei, ne frustratoria sit
regula l. si nominatim 34. ff. de cond. & demonstr.
Supposita igitùr facultate transferendi indeter-
86 minata, iàm transitus hic non potest † impediri
ratione qualitatis beneficij, super quo est pensio
imposita, etiam si in articulo reseruationis dignũ
esset particulari nota; vt putà, quià pensio sit re-
seruata super fructibus mensæ Cathedralis, tamẽt.
87 si † enim in ipsa reseruatione sit necessaria dero-
gatio Concilij generalis Lateranen. Purpur. con-
sil.569.

fil 569. num.4. vers. prætereà in Concilio, nihilo.
88 minùs dùm † transfertur, quià est semper eadem,
nèc nouum imponitur grauamen, vt diximus su.
89 prà quæst. 36. ex num. 66. vtiquè non est † ne.
cessaria aliqua derogatio, Crescent. decis. 1. ex
num.1. de reb. Eccles. non alien. Ant. August. in
epist. de pensio. tit. de translat. pens. num. 6. &
fuit responsum in vna Bononien. translationis pen.
sionis, 20. Iunij 1602. coram Illustrissimo D. Car-
dinali Millino, cuius meminit Gratian. discept.
forens. cap. 551. num. 21.
90 In illa enim identitate † pensionis reseruatæ,
& translatæ, conseruatur etiam idem effectus ne.
cessariæ cuiusuis derogationis à principio; vndè
91 si à tempore reseruationis facta † sit sufficiens
mentio pensionum antiquarum super eodem be-
neficio, proùt de Iure requiritur, Paris. de re-
signat. lib.6. quæst. 1. num. 43. & alibi diximus,
92 non est necesse, † vt in translationis facultate,
de hac circumstantia rursùs fiat mentio, Man-
dos. de signat. grat. §. extinctiones, vers. dubi-
tatum etiam fuit, Paris. d. lib.6. quæst. 4. nu. 43.
Crescent. d. decis. 1. de reb. Eccles. non alien. &
fuit sæpissimè decisum, atquè in specie in Vero-
nen. pensionis, 14. Iunij 1613. coram Reuerem-
dissimo D. Verospio, in Romana pensionis, 17.
Iunij 1622. coram bo. me. D. Buratto, in Regien.
pensionis, 9. Februarij, & 17. Iunij 1624. coram
R. P. D. Pirouano, & in superiùs allegata Man-
tuanen. pensionis, 23. Martij 1626. coram eodem.
Et rursùs, supposito quod nusquàm fuerit, vèl
93 consumpta, vèl etiam extincta, putà per † pro-
motionem ad Episcopatum (quæ extinctio, etiam
concessa retentione pensionis, eo ipso inducitur,
iuxta Verall. decis. 303. num. 14. & 15. & per
tot. par. 2. Gratian. in supracit. cap. 551. num. 32.
Rota in recent. decis. 143. sub num. 1. vers. quod
procedit, par. 2.)
94 Impedietur nihilominùs † ex contraria mente
Papæ; quod tandèm in vno desigitur obiecto, vi-
delicèt capacitatis, vèl incapacitatis personæ ip-
95 sius Translatarij; nàm † quod aliquibus visum
est, translationem impediri, si tractetur de pen-
sione aliàs in personam ipsius Transferentis trans-
lata, vèl de pensione litigiosa, non videtur sub-
sistere: Pensio enim translata, pensio est, vndè
concessa facultate transferendi pensiones, siuè
simpliciter, siuè reseruatas, non est ambigen-
dum, sub ea illas quoquè comprehendi, cùm
96 etiam † in materia restringibili, nusquàm exclu-
datur lata interpretatio quæ ex proprietate ver-
borum descendit, vt post alios scribit Rol. con-
sil. 54. sub num. 39. vers. & in materia, lib. 3.
cum cumulatis per Rotã apud Gregor. decis. 516.
num. 3. Quod obtinet, etiam si in vim concur-
rentium indultorum, videatur in duobus collocata
facultas transferendi, vt in Regien. pensionis, 5.
Martij 1625. coram R. P. D. Pirouano.
97 Tantùm dubitari † vidi circa facultates Mili-
tum Lauretanorum, an semèl facta translatione
pensionis in vim illarum (verbi gratia) in Titium, si
postmodùm illa Militia fuerit eidem Titio acqui.
sita, an ipse rursùs possit eandem pensionem in

alium transferre vigore eorundem priuilegiorum,
quasi consumpta facultate in primo actu, ex gene-
rali regula l. Boues, §. hoc sermone, de verb. si-
gnif. vbi Tiraq. in 3. limit. num. 16. Fel. in cap.
Innouamus, num. 3. de treug. & pac. Quamuis
98 enim † priuilegia prædicta, etiam hoc habeant in
verbis, vt possint transferri pensiones nedùm se-
mèl, sed sæpiùs translatæ, id videbatur intelligen-
dum de translatis vigore aliarum facultatum: cu-
ius tamèn obiectionis, DD. nullam habuerunt ra-
tionem in Papien. pensionis, 19. Martij 1607. co-
ram Reuerendissimo D. Attrebaten. qui enim
transfert secunda vice, non est ille qui transtulit
prima, vt etiam fuit animaduersum, atquè ità de-
cisum in Lucana pensionis, 28. Iunij 1617. coram
bo. me. Archiepiscopo Seleucien.
99 Aliud verò de vitio litigiosi, quamuis † vide-
rim, hoc tanquàm indubitatum supponi per Gra-
tian. in cap. 535. nihilominùs nusquàm mihi per-
suadere potui, hùc posse applicari ea, quæ de vi-
tio litigiosi in Iure scripta sunt, nàm vèl præten-
ditur, posse affici vitio litigiosi ipsius pensionis sub.
stantiam; & hoc est impossibile, cùm nusquàm
100 agatur † de illius dominio, vèl quasi principali-
ter, iuxta doctrinam Bart. in l.1. sub nu. 1. vers.
aut agitur, C. de litigios. Vndè siuè agatur hypo-
thecaria, siuè actione personali, semper res ipsa
dicitur libera ab hoc vitio, vt docet Bart. ibid. &
Bald. in l.2. num.3. eo. tit.
Vèl prætenditur affici possessionem si mouea-
101 tur actio hypothecaria (quod conceditur, † ex ea-
dẽ doctrina Baldi:) & cum per translationem pen.
sionis, non etiam transmittatur possessio, vt suprà
demõstratũ fuit, cessat quoquè omnis effectus litis:
Vèl deniquè si mota sit actio personalis, prærẽdi-
102 tur, indè † solam actionem effectam esse litigiosam;
& hoc etiam conceditur, ex Bald. in d. l.2. nu.3.
103 vers. quando agitur personali, simùlquè † etiam
conceditur, eam actionem ità affectam esse in-
transmissibilem, d. l. 2. & l. censemus, C. de liti-
gios. Sed & hoc non facit ad terminos huius ma-
104 teriæ; quià sicùti actio † hæc personalis non
afficit rem ipsam, vt docent Bart. & Bald. vbi
suprà, Rip. in cap. cum M. Ferrarien. nu. 293.
vers. quid ergò, de constit. Guid. Pap. quæst. 129.
vers. credo quod, cum alijs adductis per Rot. in
recent. decis. 665. sub num. 13. vers. vltrà quod
par. 1.
105 Ità, nequè ipsa hæc actio, vi † translationis in
translatarium transit, sed potiùs (vt suprà dictum
est) extinguitur, & noua alia, non tamen ex per-
sona ipsius Transferentis, sed ex simplici facto
Principis, ipsi Translatario quæritur, vndè cessat
vitium istud, quod minimè potest Principi adscri-
bi, Rota in non. decis. 29. sub nu. 4. vers. non po-
test etiam dici, de verscrip. Bellam. decis. 748. in-
cip. licèt per appellationem sub n. 3. circa fin. vers.
& hoc quod ibi loquitur, cum adductis decis. 641.
nu. 12. par. 1. diuers. præsumitur enim pro facto
Principis, Aym. cons. 5. num. 1.
Nequè opus est, vt Princeps hoc intelligat, cum
ipse Transferens eam actionem non transmittat, in
106 quo † solo casu suffragatur Iuris dispositio, nequè

ideò militat simile de beneficio ; nàm in bene-
ficio cadit formalitas litigiosi ex reciproca vindi-
catione duorũ simul contendentium. beneficiũ ad
se pertinere, iuxta theoricam *Bald. in authen.*
litigiosa, num. 1. C. de litigios. proindequè nil mi-
107 rum, si nèc Papæ † prouisio de litigioso teneat,
nisi facta expressa mentione litis, non ex defectu
potestatis, sed voluntatis, nè cui præiudicium
inferat. *Vital. in clem. 1. nu. 60. vt lit. pend.* Vndè
108 cõcesso Indulto † conferendi etiam litigiosa, sub eo
non comprehendũtur litigiosa, nisi in casu resigna-
tionis, *Put. decis. 7. de off. ord. & de prabend. de-*
cis. 56. Lancell. de attent. in præfat. nu. 53.

At in pensione non datur istud extremum,
109 quià etiàmsi † ex parte Titularis prætendatur re-
ductio, vèl extinctio, aùt nullitas pensionis, nus-
quàm indè concluderetur ad litigiosum, licet etiã
tùnc cùm vindicatur libertas Ecclesiæ, atquè
ità proponitur Negatoria, vèl è conuerso Confes-
soria per eum, qui seruitutem vindicat, *§. Aequè*
Instit. de actio. dicatur moueri actio in rem,
d. §. Aequè, l. Seruius, §. pen. ff. de rei. nihilo-
110 minùs quià † non contenditur de dominio prin-
cipalitèr, deficit extremum, sine quo non con-
trahitur vitium aliquod litigiosi, vt pulchrè do-
cet *Bart. in supradicta l. 1. vers. aut non con-*
tenditur de dominio, cum alijs quos sequuta est
Rota apud *Gregor. decis. 335. num. 4.* & proptè-
reà obiectionem hanc litigiosi, tanquàm extra-
neam ab hac materia translationis pensionis, re-
iecit Rota in superiùs allegata *Maurianen. pen-*
sionis, 23. Martij 1626. coram R. P. D. Piro-
uano.

Hinc etiam satisfit motiuo super præiudicio,
dùm asseritur, etiam semoto vitio litigiosi, litem
nihilominùs, quæcunque sit, fore narrandam:
Quià hoc non est verum, nisi vno duntaxàt ca-
111 su, † videlicèt vbi ex rescripto Principis adquiri-
tur Ius nouum, quo alteratur status litis in præ-
iudicium collitigantis, vt pulchrè omnium ex-
plicat *Bellam. decis. 747. sub num. 3. vers. &*
ideò, Milis in verb. gratia impetrata lite pen-
dente, Gabr. de iudic. conclus. 4. num. 34. cum
seq. Reuerendiss. D. Coccin. decis. 40. num. 2.
Rota in recent. decis. 281. nu. 8. par. 1.

112 Quod certè inapplicabile est huic † contro-
uersiæ, etiam si Titularis velit prætexere inte-
resse Ecclesiæ, cùm per translationem non im-
ponatur nouum onus, vt suprà probauimus, &
in puncto etiam considerat Rota *dicta decis. 40.*
num. 1.

Sit ergò conclusio, forma translationis ser-
uata, transitum hunc tùnc demùm impediri, si
persona Translatarij sit incapax pensionis;
& hoc præcipuè cauendum esse ipsi Transferen-
113 ti, quippè actus † actiuorum, non operan-
tur, nisi in patiente benè disposito, *l. 1. §.*
persuadere, ff. de seru. corrup. l. eius qui
in prouincia, ff. si cert. petat. & diximus su-
prà *quæst. 6. nu. 5.*

Incapacitas autèm, indè constitui videtur,
114 quià scilicèt Translatarius sit incapax illius † be-
neficij, super quo pensio est imposita, etiam
si alias ipse sit clericus: nàm licèt omnis cleri-
cus sit capax pensionis, vt diximus suprà *quæst. 36.*
num. 16. tamèn non videtur capax pensio-
num omnium; sed earum duntaxàt, quæ im-
115 ponuntur † super fructibus beneficiorum, quo-
rum ipse est capax, nè quando fraus fiat men-
ti Canonum, quod censuere *Abb. in cap.*
extirpandæ, §. qui verò in 1. lectur. sub nu. 7.
vers. iste enim textus, de præben. in cap. Con-
querente, sub num. 5. vers. & ad contra-
ria, de cler. non resid. & in cap. ad au-
dientiam, il secondo quod in ordine est 31. sub
num. 5. vers. & in glo. 1. vbi etiam *Felyn.*
num. 2. de rescript. Quint. Had. in cap. de
multa, sub num. 6. vers. qui tamèn, de præ-
ben. quos etiam retulimus *ea. quæst. 36. nu. 16.*
Siquidèm hi concludunt, data incapacitate
personæ respectu beneficij (putà propter æta-
tem, quià sit curatum) pensionem ad fauo-
rem talis incapacis in fraudem Canonum impo-
ni, ex dispositione *tex. in eo. cap. extirpandæ,*
§. vlt. extra de præben.

116 Patetquè etiam manifesto exemplo, † cùm
quemadmodùm Regularis clericus non est ca-
pax pensionis super fructibus beneficij secula-
ris, vt latè diximus *ea. quæst. 36.* ità nèc vi-
ce versa clericus secularis sit capax pensionis
super fructibus Monasterij, aùt alterius be-
neficij regularis, ex quo non est capax benefi-
117 cij, à qua † capacitate beneficij obtinendi,
capacitatem hanc pensionis metimur, *Gam-*
bar. de offic. legat. lib. 6. num. 241. & cla-
rè etiam censuit Rota in *Nolana pensionis,*
10. Ianuarij 1610. coram bo. me. Cardinali
Sacrato, impressa apud *Marches. tom. 1. pag. 6ar,*
num. 1.

Cæterùm *Gig. eo. tract. de pens. quæst. 13.*
sub num. 3. vers. nèc refert, pronunciauit,
118 nil referre, vtrùm † pensio reseruetur super Mo-
nasterio, Mensa, Dignitate, aùt beneficio
curato, vèl simplici, quominùs illius sit ca-
pax clericus; ea ratione innixus, quam su-
bijcit, videlicèt quià pensio nil habeat spiri-
tualitatis; quæ tamèn ratio, in articulo appli-
cationis ad personam, nihil concludit; nàm
119 etiamsi nil spiritualitatis habeat, est † tamèn
quid spiritualitati annexum, *Gambar. de offic.*
legat. lib. 6. num. 631. & proptereà in ea
cadere simoniam, & minùs cautè loquutum
fuisse *Gigantem*, consuluit *Nauarr. de simon. con-*
sil. 60. incip. Status proposita quæstionis, nu. 3.
vbi infert, ideò exigi clericatum legitimum,
& hanc sententiam probauit Rota in præfata
Nolana pensionis.

120 Est tamèn dicendum, pro capacitate † pen-
sionis, siuè in actu translationis, siuè in actu
reseruationis à principio, solum clericatum suffi-
cere, etiam si persona clerici non sit capax bene-
ficij, super cuius fructibus est imposita: Ratio
121 est, quià dùm † pensio reseruatur, creatur Ius
quoddam penitùs distinctum, & separatum
à beneficio, vndè valet quidem argumenta-
tio affirmatiuè concepta, ille est capax be-
neficij,

neficij, ergò est eapax pensionis, velùti du-
cta à maiori ad minus, proùt ità, & non ali-
tèr argumentatur *Gambar. d. lib. 6. num. 241.*
sed minimè valet negatiuè, ille non est eapax
beneficij, ergò nèc pensionis, cum longè mi-
nùs sit obtinere pensionem, quàm beneficium.
Et licèt pensio, & beneficium in hnc æquipa-
rentur, quòd vtrunquè exigat statum clerica-
lem in obtinente, tamèn non lieet argumenta-
122 ri ab vno ad alud, vltra id † ipsum, in quo
æqniparantur, *Dec.* post alios in *eap. Transf.
lato, num. 8. de constit. Menoch. consil.* 202.
num. 131.

Nequè facit auctoritas Abbatis, & aliorum
superius allegatorum, loquuntur enim de pen-
123 sione, † quæ extrahitur de fructibus benefieij
per Episcopum, vt deseruiat pro titulo benefi-
eiali, iuxta terminos *tex. in d. cap. extirpanda,
§. vlt. de preben.* proùt etiam explieauimus suprà
in pracit. quast. 36. num. 3. & satis insinuat li-
tera eius *tex.* ibi *quasi pro beneficio conferre
prasumat.* Et in *quast. 35. ex n. 20.* late osten-
dimus pensiones quæ reseruantur per Episco-
pos, & de quibus loquuntur præcitati Docto-
res, non esse habendas in numero pensionum,
de quibus nostra hæc est disputatio.

Nequè etiam vrget deeisio in dicta *Nolana
pensionis coram bo. me. Cardinali Sacrato*, quià
loquitur de pensione reseruata Militi Hieroso-
124 lymitano, atquè ità obedientiario, † cui, præ-
ter defectum elericatus, oritur aliud impedi-
mentum ex voto, cuius effectus est eum æquali-
tèr arcere, non minùs à pensione, quàm à be-
neficio, & quocunquè alio Iure, vndè efficiatur
proprietarius, proùt latè declarat *Gambar. d.
lib. 6. ex num. 245.* Et proptereà siuè pensio
illi reseruetur, siuè in eum transferatur, opus
125 est, vt Papa defectum hune intelligat, † vt ità
censeatur sceenni dispensasse; eùm, semoto vin-
eulo voti, nihil sit, quin & ipse eapax sit pen-
sionis, vt benè declarat *Rota decis. 656. sub n. 7.
vers. Papa enim. par. 2. in recent.*

Capaeitas itaquè hæc consistit in solo clerica-
tu, quemadmodùm iàm sæpè dictum est: Vn-
126 de primùm infertur, vt † quemadmodùm
cùm reseruatur pensio alicui, exigitur, vt cle-
rieatus sit de tempore gratiæ, iuxta regulam
cap. eam te de rescript. aliàs sit nulla, vt in
*Zamoren. pensionis, 29. Octobris 1601. coram
127 Reuerendissimo Attrebaten.* nèc † conualide-
tur, si postmodùm elerieatus superueniat, *Gig. de
pension. quast. 22. num. 16. Rota decis. 20.
lib. 3. par. 3. diuers & in recent. decis. 158. nu. 3.
128 par. 1.* Præterquàm si ageretur † de gratia, respe-
ctu personarum, quibus applieetur, ambula-
toria, & imperfecta, vt in casu Indulti nominan-
di personas easdem, quo sat est, clerieatum
adesse de tempore, quo fit nominatio, quam-
uis non adesset tempore Indulti, vt pronuneiauit
Rota in vna *Abulen. pensionis 27. Iunij 1608.
coram bo. me. Cardinali Lancellotto*, recedendo
à decisis in eadem causa *11. May 1607. coram
bo. me. Cardinali Sacrato*, ea irrefragabili ra-
129 tione, quòd † in considetanda habilitate, vèl
inhabilitate personæ, debeat attendi tempus, quo
actus ad personam applicatur, vt per eum textum
dixit *Fel. in eap. post cessionem, sub num. 8. ver-
sic. in tex. ibi eum officium, de probat.* quam
doctrinam sæpiùs etiam eanonizauit Rota, vt
in *Burgen. Abbatia de Sobarzo, 19. Decembris
1598. & in Aurien. parochialis de Pao, 22. Apri-
lis 1611. coram bo. me. Pena.* Ità elerieatus
130 idem † in Translatario exigatur de ipso tempore
translationis, aliàs si ei superuenisset ex post,
translatio esset nulla, vt resoluit *Rota decis. 139.
num. 1. & per tot. lib. 3. par. 3. diuersor.* vbi li-
cèt aliquid videatur deferri communi reputatio-
ni, dùm non detegitur veritas, tamèn hoc est im-
practicabile, cùm Translatarius, quouis modo
agat ad pensionem, perpetuò teneatur clericatum
probare, vt inferiùs dicetur.

Infertur secundò, nulli hodiè permitti faculta-
tem transferendi pensiones in laieum, præter-
quàm cum clausula, *ex nunc, prout ex tunc, cum
131 fuerit clericali charactere insignitus*, quæ † in-
telligitur de charactere exequibili, vt plenè dedu-
cit *Gabr. consil. 189. ex num. 7. & 8. & sub
num. 12. lib. 1.* & diximus suprà *quast. 36.
num. 2.*

132 Adeò vt interim, † Trãslatarius nequè possit pe-
tere pensionem, proùt scribit idem *Gabr. cons.
itidèm 189. ex num. 6. lib. 2. & Paris. de resi-
gnat. benef. lib. 6. quast. 4. sub num. 23. vers. &
133 huiusmodi translatio*, nequè si medio tẽpore † dùm
initiatur elerieatu, moriatur Transferens, fiat
retrotractio, sed remaneat pensio extincta, vt ner-
uosè, & doctissimè disputat idem *Gabr. cons. 186.
ex num. 13. & per tot. eo. lib. 1.* ea præcipuè ra-
tione, quod etiam conditio causalis non possit hoc
casu retrotrahi propter defectum extremorum, vt
ibi per eum *num. 16. cum seq.*

134 Infertur tertiò, concessa † facultate transfe-
rendi in alios, eam intelligi de aliis similibus per-
sonis ipsi Transferenti, idest itidèm elericis, ter-
135 minus enim † *alius* implicat similia, inquit
*Fel. in eap. Sedes, num. 6. de rescript. Oldrad.
consil. 190. num. 2. Ruin. cons. 130. nu. 1. lib. 3.*
eum propè innumeris eumulatis per *Gonzal. ad
reg. de mensib. glos. 3. num. 22. cum seqq.* atquè
ità resoluit Rota in *Terulen. pensionis, 13. No-
uembris 1596. coram bo. me. Pena*, vbi fuit de-
136 cisum, translationem factam in Nouitium † non
eleritum esse nullam, quod priùs etiam responsum
fuerat in eadem causa *29. Aprilis, & 28. Iunij
eiusdem anni*, etiàmsi fuisset coneessa faeultas trãs-
ferendi in personas Ecclesiasticas: Quamuis enim
Nouitius gaudeat omnibus priuilegiis professo-
rum, & tanquàm talis possit eligi, & præsen-
tari, *cap. Religioso, §. quamuis, de sentent.
excom. in 6. Feder. de Sen. cons. 32. sub num. 10.
vers. nàm licèt quoad omnia*, tamèn id intelligi-
tur de pertinentibus ad Religionem, secùs ve-
rò de alijs, aùt secularibus, aùt indifferenti-
bus, & propterea, in eo cessante clericatu,
non potest dici persona ecclesiastica, quasi
quod sit Religiosus, cùm Nouitius † respectu

ftatus perfonæ femper reputetur talis, qualis erat de tempore receptionis, vt ait *Geminian. in cap. non folum, fub num. 12. ad med. verf. fed mihi non placet, de regular. in 6.*

Et in dimetienda facultate transferendi, femper obferuatur tenor literarum, non etiam fuppli-
138 cationis, quia † literæ folæ attenduntur in his, quæ tendunt ad reftringendam gratiam, *Aegid. decif. 608. Sarnen. in reg. de non iudic. quæft. 1. num. 2.* & fimilitèr fuit declaratum in præallegata *Terulen. penfionis coram Penia.*

Infertur quartò, quid ftatuendum fit in illegiti-
139 mo, nàm fatis conftat, illum non † effe incapacem ex fola illegitimitate: penfio enim, quæ cum vita penfionarij extinguitur, eft quid prorsùs diuerfum à fubftantia beneficij, vt benè arguit Rota, *decif. 39. de refcript. in antiq.* & propterea di-
140 mota fpiritualitate, nihil eft, quin † illius fit capax illegitimus, qui de Iure ad Decurionatum, & alias Dignitates têporales admittitur, *l. Spurij, ff. de decurio. glo. in cap. 1. in verb. defectu, de fil. presb. in 6.* prout ità conclufit Rota in vna *Cæfaraugustana penfionis, 20. Maij 1538. coram Aquen.* cuius meminit *Gomez. in reg. de annal. quæft. 21. ad fin. verf. fi verò non dantur in titu-*
141 *lū*; & rejecta contraria† opinione *Gigàtis de penf. quæft. 16. nu. 13.* perperàm reftringentis fententiam hanc ad penfionem conceffam loco ftipendij, probauit etiam *Paleot. de noth. & Spur. c. 58. n. 4.*

At illi oritur impedimentum, feù incapacitas
142 confequutiuè ad clericatum, cuius non† eft capax de Iure, nifi difpenfetur, iuxta *cap. 1. de fil. presb.*
143 *in 6.* quapropter † fi ex difpenfatione fuerit clericali Militiæ adfcriptus, proculdubiò dicetur capax penfionis, prout ità decidit Rota in præfata *Cæfaraugustana penfionis*, vt vidi in libro pofitionum illius anni penès me manufcripto *vol. 1. fol. 421.* & ità etiam decifum reperitur *diuerf. par. 1. decif. 414. num. 1.* & fuit benè declaratum *in Burgen. penfionis, 16. Februarij 1596. coram Blanchetto, & in Toletana penfionis 11. Maij 1601. coram Litta*, impreffa apud *Garz. lib. 1. cap. 5. num. 117. & 118.* qui tamèn circa iftud affumptum, fine ratione aliqua nutare videtur, cum allegati per ipfum, neque dicant id ad quod allegantur, neque tanti fit eorum auctoritas, vt non magis deferendum fit iudicio Rotæ in decifionibus fuprà relatis, quibus eft addenda *Seraph. decif. 1264. nu. 2.* cum alijs pluribus citatis in *recent. decif. 549. num. 3. par. 2.* & per *Reuerendifs. D. Coccin. decif. 31. n. 8.*

Et propterea, hoc cafu nihil eft aliud attendendum, quàm an ille talis illegitimus, fuerit clericali charactere ritè infignitus; ficùti enim hoc
144 pofito, ceffat † omnis fcrupulus, etiam quod de defectu natalium non fuerit deincèps facta mentio in referuatione, vèl in conceffa facultate transferendi, *Rota decif. 3. de fil. presb. in antiq.*
145 ità hoc negato (putà quià † non præueniffet difpenfatio pro clericatu, vt in cafu *Nauarr. conf. 5. num. 1. eo. tit.* vèl aliàs ille minùs ritè effet collatus) non teneret actus translationis, vt optimè deducit *Gabr. in pract. conf. 189. fub nu. 6. verf. tamèn puto, lib. 1.*

Idem quoquè ftatuendum eft refpectu ætatis,
146 neque enim † ætas aliqua, quemadmodùm in beneficijs, ità in obtinenda penfione ecclefiaftica præcisè eft neceffaria, fed benè eft neceffaria pro obtinendo clericatu: Quapropter cùm Papa difpenfat cum Infante, non difpenfat, vt poffit capere penfionem, fed quod poffit promoueri ad clericatum, indè enim fequitur capacitas pro obtinenda penfione, quod non fatis videtur percepiffe *Gig. quæft. 13. num. 4. & per tot.* dùm eam formam retulit ad difpenfationem pro obtinenda penfione; veriùs enim eft, illam nihil aliud concludere, quàm capacitatem pro clericatu, cui (vt dixi) eft eo ipfo confequutiua capacitas pro obtinenda penfione, prout ità fuit decifum in vna *Foroliuien. penfionis, 2. Decembris 1592. coram bo. me. Penia*: neque enim alia ratione Infans videtur incapax beneficij, quàm quià non poffit in
147 ea † ætate tonfurari, vt aduertit *Io. Monach. in cap. fi annum, num. 2. de iudic. in 6. & in cap. nullus, ibidem num. 2. eo. lib.* traditque *Gig. d. quæft. 13. nu. 3.*

Infertur quintò, non fatis effe quem femèl fuiffe clericum cum clericatu exequibili, nifi talis fit tèmpore quo actus fiuè referuationis, fiuè translationis ei applicatur, ex dictis fuprà *num. 128.* Vn-
148 dè eft, vt fi fit excommunicatus, † impoffibile quoquè fit in eum exerceri actum translationis, nifi ea fiat immediatè per Papam, cum confueta claufula, *neque a cenfuris, &c.* iuxta ea quæ tradit *Gig. quæft. 14. per tot.*

Longèquè minùs poterit in eum transferri, in quo non fimplicitèr effet fufpenfum (vt in excommunicato) fed etiam auulfum exercitium clericatus, indequè effectus incapax beneficij, vti contin-
149 git † per matrimonium, *c. 1. de cler coniug. in 6.*
150 & fortiùs per bigamiam, quæ† vbi fuperuenit, clericum retrudit in ftatum laicalem, in quo priùs erat, *can. quifquis 84. dift.* vbi *Archid nu. 4. & Turrecrem. fub num. 1. ad fin. verf. & poteft bio pont*, quod diftrictiùs fanciuit Concilium gene-rale, in *cap. vn. de bigam. in 6.* Vndè & meritò
151 talem † clericum effectum bigamum, reputari merè laicum, cenfuerunt *Rebuff. de pacif. poff. num. 323. Coraf. de benef. par. 3. cap. 4. num. 2. Garz. de benef. par. 7. cap. 6. num. 2. Parif. de refignat. lib. 4. quæft. 4. num. 18.* quapropter
152 fi † in talem bigamum translatio fieret, ea ob incapacitatem perfonæ effet nulla, *Rota decif. 519. num. 5. par. 2. in recent.* & notauit *bo. me. D. Beltram. ad Gregor. decif. 516. num. 13.*
153 Nifi tamèn Papa præueniendo† factum, aùt matrimonij, aùt etiam bigamiæ huiufmodi cum clerico difpenfaret: nàm de poteftate Papæ in difpen-
154 fando etiam† cum bigamo, non poteft dubitari, cù irregularitas non fit annexa bigamiæ de Iure naturæ, fed de fimplici Iure pofitiuo, vt plenè docent poft *B. Thom. in 4. diftinct. 27. in vlt. quæft. Archidiac. in can. lector, num. 2. dift. 34. Ioan. Andr. in cap. fuper eo, n. 12 de bigam. Rota decif. vn. n. 3. de biga. in nou.* Textus enim, qui videtur huic

huic sententiæ refragari, in *can. non confidat di-*
stinctio. 50. loquitur de Pontifice inferiori à Pa-
pa, atquè ità de Episcopo, vt ibi notant Docto-
res, & *Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 33. sub n. 14.*
vers. & tametsi Gelasius.

Et quidem facit id Papa potestate ordinaria,
156 idest † sibi à lege concessa, vt non opus sit abso-
luta, vt benè explicat *Nauarr. in manual. cap. 27.*
sub num. 197. vers. quinto dico, Conar. in clem.
si furiosus, §. 2. ex num. 4. de homicid. omnium
pulchrè *Caccialup. de pens. quæst. 19. ex nu. 50.*
propè innumeros congerit, & sequitur, tùm Theo.
logos, tùm ex nostris, *Sayr. in Thes. cas. conscient.*
lib. 6. cap. 6. num. 1. & 4.

Facta siquidèm hac dispensatione, clerica-
157 tus, (qui alioqui † cessante dispositione Iuris
positiui ; optimè se compatitur etiam cum ip-
sa bigamia, vt scribit *Ioan. Andr. in d. cap.*
super eo, num. 12. de bigam. etiam in articulo
158 exercitij † ordinis iàm suscepti ex permissu an-
tiquorum canonum, *can. quicunquè pænitens,*
159 *distinct. 50.* & qui propterea † in fundamen.
to est ab eius persona inseparabilis, vt post *Bur-*
gas. de irregul par. 5. sub tit. de bigam. num. 54.
concludit Rota apud *Gregor. decis. 516. num. 9.*
& docet etiam *Butr. in cap. Ioannes, num. 17.*
160 *& Imol. num. 18. de cler. coniug.* remanet † ad
effectum dispensatum, cum tota sua actiuitate,
& sic intrat regula, vt tantum operetur pars
respectu partis, quantum totum respectu to-
tius, *l. quæ de tota 76. in princ. de re. vendic.*
cum simil.

Quapropter sicuti clericus etiam primæ ton-
suræ, est clericus quoad omnia, cùm per tonsuram
161 segregetur † à laicis, adijciaturquè cætui, siuè ordi.
ni Ecclesiastico, *cap. cum contingat, de etat. &*
162 *qual.* vndè & in ipsa initiatione monetur † per
ordinantem, se effectum de foro Ecclesiæ, *Præ-*
pos. in can. cleros, num. 4. dist. 21. & aduertit Ro.
ta in *Veronen. pensionis, 23. Februarij 1600.*
coram bo. me. Cardinali Horatio Lancellotto.
163 Ità, si dispensetur contra † effectus Iuris resul.
tantes à matrimonio, vèl etiam à bigamia, ad
certum finem (qualis est hic, nimirùm capiendi,
vèl retinendi pensionem) hoc respectu, non dici-
tur talis dispensatus, bigamus, nequè tanquàm
bigamus censetur retrusus inter laicos, vt per
tex. in d. can. quicunquè, concludit *Turrecrem.*
in can. quisquis, paulo ante num. 1. vers. & debet
inter laicos, dist. 84.
164 Eo enim ipso, quod † Papa dispensat cum cle.
rico, vt possit aliquid facere, per quod aliàs in.
curreret impedimentum, seù irregularitatem, cen.
setur ab eo actu remouere pœnam, vt de clerico,
cui concessit facultatem militandi, & propria
manu hostes feriendi, tradunt *Conar. in d. clem. si*
furiosus, par. 2. §. 3. num. 2. vers. quod si Roma-
nus Pontifex, de homicid. & Molin. de Iust.
& Iur. tract. 2. disput. 108. vers. est vero probi.
bitio.
165 Quippè, dispēsatio vt † nihil est aliud, quàm Iuris
communis rigoris relaxatio, quemadmodùm per
eum *tex.* notat *glos. in can. requiritis, in verb. vt*

plerisque 1. quæst. 7. Specul. de dispensat. §. 1.
ante num. 1. in princip. Rebuff. in prax. tit. de
166 *dispens. ex num. 1.* cum habet vim, † vt omne
impedimentum submoueat, *Suarez de legib. lib. 6.*
cap. 11. num. 4. & 5. Sanch. de Matrim. lib. 7.
disput. 1. num. 1. Azor. moral. instit. lib. 5. cap. 15.
in princ. par. 1.
167 Vndè, quandò versatur circa † habilitatem
personæ, non admittitur distinctio inter habilem
naturalitèr, seù de Iure communi, & habilem ex
dispensatione, aliovè Iure singulari, cùm omnis
habilitas proueniat ab eodem fonte, idest à
Principe, qui potest lege sua inducere habili-
tatem, & inhabilitatem, siuè condendo legem
vniuersalem, siuè inducendo Ius singulare, vt
elegantèr consuluit *Ancher. cons. 104. nu. 5. & 6.*
quam rationem minimè assequutus fuit *Dec.* con-
trariæ opinionis assertor, *in cons. 695. sub nu. 17.*
vers. secundo dato, cum seqq.
168 Ac propterea ex his constat, si † quis habue-
rit facultatem transferendi in clericum, seù per-
sonam Ecclesiasticam, vtiquè posse transferre in
cum, qui talis est ex dispensatione Apostolica,
secundùm ea, quæ tradit *Ancher. loco supracit.*
cuius sententiam in hac materia pensionis, sequuta
est Rota in *Veronen. pensionis 10. Aprilis 1572.*
169 *coram Robusterio*, & in specie de eo, † qui
transtulit in clericum effectum bigamum, sed per
dispensationem habilitatum, pronunciauit *in*
Cæsaraugustana pensionis 18. Iunij 1610. co-
ram bo. me. Cardinali Horatio Lancellotto, &
latissimè *in Ferrarien. pensionis 14. Iunij 1624.*
coram bo. me. D. Remboldo, & in eadem 22.
Martij 1617. coram R. P. D. Virili.

Nequè tamèn hoc simplicitèr attribuitur di-
spensationi, sed dispensationi præuentiuæ facti, &
impeditiuæ omnium effectuū Iuris ex eo facto re.
170 sultantium, itàvt † defectus, qui alioqui in persona
adesset, iàm non adsit, vt exemplo postliminij, &
aliorum, ità tradit *Io. Montaig. in tract. de bigam.*
quæst. 7. num. 17.

Nequè ideò sumi potest diuersa coniectura mē.
tis Papæ, quòd potiùs voluerit dispensare con-
tra stylum Curiæ, vt bigamus capiat pensiones
in statu laicitatis, in quem est per Canonem retru.
sus, quàm illum præseruare contra Concilium ge-
nerale in statu ecclesiasticitatis, in quo priùs erat,
171 quasi quod illud minus sit, ea ratione, quòd † circū.
scripto dicto stylo, laicus sit capax pensionis, *Ar-*
chid. in cap. quamuis, sub num. 2. in verb. pro-
uideri, de præben. in 6. Bald. in cap. ad audien-
tiam, il 2. num. 3. & ibi *Fel. num. 5. de rescrip.*
cum adductis per *Gig. de pens. quæst. 21. num. 1.*
Crot. cons. 258. num. 15. & 18. lib. 2. Paleot. de
noth. & Spur. cap. 58. sub nu. 3. vers. pensio enim,
Rota in supràalleg. Terulen. pensionis, 13. No.
uembris 1596. coram bo. me. Penia, vndè cùm
finis huius dispensationis sit reddere capacem
172 pensionis Indultarium, non est † dispensatio tra-
henda ad alium diuersum, videlicèt, sustentionis
in primo statu, *cap. cum ex eo, de elect. in 6.*
cap. is, qui de fil. presb. eo. lib. quippè, in hac præ.
cipuè materia, inclusio vnius, est alterius exclu-

sio alterius,vt inquit *Verall.decis.272.num.2.* nèc
173 producenda † ad consequentiā ex maioritate ra-
tionis, *Silu. de benef.par.4.quæst.7.num.8.Verall.*
decis.8.num.6.par.1.Surd.decis.268.num.20. qui
alios cumulat,& notat etiam *bo.me. D. Beltram.*
174 *ad Gregor.decis.87,num.17.* Præcipuè † vbi con-
sequentia non est omninò necessaria, *Aret.in cap.*
at si clerici,§.de adulterijs,nu.31.de iudic. quem
ibi sequitur *Fel. sub num.16. vers. & subdit,*
175 etiam † quòd admittamus,antecedens esse necessa-
rium,non tamèn præcisè , atquè ità ad esse,sed ad
benè esse, *Castr.in l.2.sub n.8.in extremis verbis,*
176 *de Iurisd.om.Iud.* nè quādo cōcurrant duo † specia-
lia, *l.cum post §.Gener, ff. de iu. dot.l.1,C.de dot.*
promiss. cum simil. sublataquè propterea necessi-
tate ità dispensandi in bigamo , vt retineat statum
177 clericalem, non sit inferendum † ad mentem hanc
Papæ, *Gabr. cons.189.num.2 lib.2.*

Nàm hæc omnia,vnica cōsideratione remouē-
tur,videlicèt impedimentū nō consistere in facto à
Papa præuento , cùm (vt demonstratum est) bi-
gamia se compatiatur cum ordine clericali,sed in
effectu Iuris ex eo facto resultante,propter dispo-
sitionem Concilij Lugdunen.

Quatenùs ergò Papa dirigit literas Indultario
178 tanquam clerico, iàm hinc colligitur † certa in
eo scientia status illius personæ,iuxta doctrinam
Io. Andr. in cap. non licet 32. num.3. de reg.iur.
in 6. contemplaturquè iàm factum matrimonij,
179 aùt † incursum bigamiæ,tanquàm aliquid contin-
gens in persona clerici,nequè tamèn fingit aliquid
super eo facto, sed realitèr, & cum effectu suspen-
dit Concilia generalia , totumquè Ius positiuum,
nè propter huiusmodi factum reddatur inhabilis,
ad capiendam,aùt retinendam pensionem : Qua-
proptèr ità dispensando non intelligitur remoue-
re factum , quod per se non obstat , sed Iuris effe-
ctum producentem defectum , qui solus obstat ,
cùm ista sit vis propria ipsius dispensationis, *Rol.*
cons.61.num.52 vers.sed dispensare,vol.1.& con-
sil.96 num.25 lib.3.

Et hinc cessat argumentatio,quòd minus sit di-
spensare contra stylum Curiæ, quàm contra Con-
cilia generalia; nàm cùm clara sit mens Papæ, ces-
180 sant coniecturæ. Vltra † quod,ad istum effectum
capiendi, & retinendi pensiones,assumptum non
est verum, quià licèt Papa ex sua ampla potestate
possit reseruare pensionem laico , eo modo , quo
clerico , nihilominùs id habet perpetuam repu-
gnantiam rationis perpensæ à Iure communi , vt
exposuimus in *quæst. 36. ex nu.16. vsque ad 20.*
quæ perpetuitas repugnantiæ,non est in bigamia;
181 nàm illa ideò † per Canones est condemnata
in Clericis,quià non possit esse viduitatis,ac con-
tinentiæ adhortator, qui coniugia ipse frequenta-
uit, *can. vna, vers. quod culpæ, dist. 26.* tantum-
què ideò ob Sacerdotij Dignitatem , & honesta-
tem interdicta sit , *can.vlt.ea.dist.26.* & benè ad-
uertit *Maiol.de irregul.lib.1.cap.33.nu.2.* Quæ
ratio non attingit clericum primæ tonsuræ , aùt
minorum ordinum , consistentem,& non progre-
dientem ad alios superiores ; & propterea leuis-
simum est cum tali dispensare, vt ad hunc tantùm
effectū,videlicet capiendi pēsionē,remaneat in sta-
182 tu clericali;nequè enim † hinc tollitur lex,aùt legis
obedientia , sed tantùm efficitur , vt quod prius
erat illicitum , in casu dispensato dicatur licitum,
vt præclarè docet *D. Thom. 2.2 quæst.88 art.10.*
in resp.ad 2. & tradunt *Gemin. cons. 38. num. 9.*
& cons.106. num.6. fuitquè doctrina *glo. in cap.*
dudum 54. §. pen. in verb. retinere,de elect.Sua-
rez de legib.lib.6.cap.11.sub num.2.vers. & ideò
rectè .

Vndè etiam in hac materia, in qua obstaculum
non prouenit à natura,sed à dispositione legis,aùt
hominis, non dicitur dispensans procedere per fi-
183 ctionem aliquam (quæ alioquin videtur † de
ratione ipsius dispensationis , dùm perpetuò sup-
ponit veritatem in contrarium, *l.2.* vbi *Bald.n.2.*
ait,hoc esse notatu dignum, *C.de iur.aureo.annul.*
184 cuius concursus † non datur cum ipsa fictione ,
Fel. in cap.quanto,num.2.de præsumpt. pugnant
185 enim † è diametro fictio,& veritas, *Berol.in cap.*
at si clerici,num.10.vers.sed fictio,de iudic.Tur-
recrem.in can.ferrum,num.2.dist.50. Curt.Iun.
cons.4.num.15.Alciat.de præsump. par.1. nu.2.
vers.fictio, & nu.4.Menoch.de præsumpt.lib.1.
quæst.8.sub num.9. vers.vndè fictio, & cons. 227.
186 *nu. 3.*) sed dicitur † procedere per veritatem, vt
pulchrè deducit idem *Menoch. cons.124.nu.106.*
& cons. 211. num.9.

Et quamuis consueuerit, vèl ex natura subiectæ
187 materiæ hoc casu dispensatio concipi per † hanc
clausulā *si contigerit,&c.* hinc tamen nō remoue-
tur vis hæc dispensationis præuentiuæ , & præser-
uatiuæ , vt firmatur in præallegatis decisionibus :
Nàm vt gratia dicatur pura , & simplex , satis insi-
nuat verbum *dispensamus*, quod est præsentis tē-
poris,illa verò clausula *si contigerit*, respicit casus
futuros, atquè ità semper dispensatio præuenit fa-
ctum, & in hac præuentione facti stat illa vis præ-
seruationis , vt supra demonstrauimus ; & quam-
188 uis casus sint positi sub conditione,diesq; † incer-
tus,etiam executioni adiectus, reddat ipsam di-
spositionem conditionalem,vt post *Bart. Alex.* &
alios consuluit *Laderch. de Imol.cons.60.num.6.*
& 7. tamèn hoc minimè est verum , vbi conditio
tacitè inest,vt in hoc casu,in quo semper id suppo-
nitur ex natura subiectæ materiæ, *l. Cornelius,de*
hered. instit. Rip. in l.3.num.7.de leg 1.Soc.Sen.
cons. 250.num.5.vol.2. sequitur *Surd. cons.393.*
num.55.

189 Præcipuè, † quandò conditio adiecta est exe-
qutioni per verbum separatum à verbo principa-
li , à quo regitur dispositio ; vt in simili de legato
facto in diem nuptiarum, in quo dicimus, multum
referre , an dies nuptiarum , siuè matrimonij sit
adiectus solutioni , aùt potiùs substantiæ legati ,
proùt aduertit *Bald.cons.286.nu.4.ad med.vers.*
solutio refert, lib.3.Soc.Sen.cons. 92.sub num.8.
vers. confirmatur hoc ex alia coniectura , vol. 1.
Crauet. cons. 101. sub num.1. vers.sed præmissis,
Paris.cons.12.nu.37.lib.1.Surd.eo. cons. 393.sub
d. n. 55.vers. non omitto . Ratioquè est in prom-
190 ptu,quià hoc casu,† conditio versatur circa mate-
riam,non circa formam ipsius dispositionis,atquè
ità

ità dicitur quidem conditio, vt vocant Dialectici,
sine qua non, sed non dicitur conditio formalis,
quæ sola habet vim suspensiuam, vt ex pluribus
demonstrat *Ant. Fab. coniectur. iu. lib. 18. cap. 1.
in 2. col.*

Et allegata in contrarium per Laderchium,
procedunt quandò conditio, seù dies omninò in-
certa apposita est ipsi dispositioni, & illius fauore,
non autem exequutioni tantùm, vt patet ex alle-
gatis per ipsum; & propterea his casibus perpe-
tuò Papa decernit, per matrimonium, seù bigamiā
pensionem non extingui, quod est signum manife-
stum, cum voluisse præuenire, & preseruare, vt con-
sideratur in eadem *Ferrarien. pensionis*, de effica-
191 cia enim † talis decreti non est ambigendum,
Gig. de pens. quæst. 54. num. 12.

Infertur sexto, suppositis in persona Translata-
192 rij pluribus impedimentis, seù obstaculis, tot † esse
necessarias dispensationes, quot sunt obstacula, &
impedimenta, *cap. ex tuarum, de auct. & vs. pall.
cap. pastoralis, de priuil. cap. 2. de fil. presb. in 6.
Gemin. cons. 33. n. 8. Franch. in cap. non potest, 21.
§. illud n. 5. de præben. in 6. Rota decis. 233. n. 22.
par. 1. diuers.* cum alijs congestis per *Gonzal. ad
reg. de mens. glo. 13. num. 97. Gregor. decis. 87. n. 6.
& ibi adden. num. 16. & decis. 109. num. 6.*

193 Nèc sufficere clausulā generalem † remotiuam
obstantium, sed opus esse de singulis defectibus
mentionem fieri, vt notabilitèr docet *Bald. in
l. 1. sub num. 27. vers. vnum etiam scias, C. de furt.*
quem sequitur *Fel. in cap. nonnulli, sub num. 21.
vers. quinta conclusio, de rescript. Gonzal. ea.
glo. 13. num. 98.*

Quocircà quatenùs dispensatio est super defe-
194 ctu iàm contracto, quę faciliùs conceditur, † quàm
super contrahendo, vt demonstrat *Turrecrem.
in suprà alleg. can. requiritis, in 5. art. num. 9.
1. quæst. 7.* Regulæ prædictæ perpetuò inhære-
195 mus; vndè habens † facultatem transferendi in
quemcunquè clericum, licèt possit transferre etiā
in proprium filium illegitimum, itaùt nequè hoc
casu militet ratio prohibitiua decreti Concilij
sess. 25. cap. 15. de reform. quæ fuit opinio *Gig. de
pens. quæst. 86. sub num. 5. vers. prædictis tamen,*
quā latè tuetur *Paris. de resig. benef. lib. 6. quæst. 4.
sub num. 20. vers. his non obstantibus,* vbi repro-
bat contrariam sententiam Mandosij *in tract. de
Signat. grat. §. Translationes ad fin.* & cum hac
opinione transit etiam *Gonzal. ad reg. de mens.
glo. 5. §. 5. num. 22.*

196 Non tamèn poterit † transferre sibi priùs re-
seruatam ex causa resignationis, quià cum hæc vi-
deatur suffecta loco beneficij resignati, incurrit
eadem prohibitionis ratio, de qua in suprà relato
decreto Concilij, *Paris. ea. quæst. 4. num. 23. Ro-
ta decis. 549. sub num. 4. vers. nisi obstaret, par. 2.
197 in recent.* quapropter etiam † impeditur patet
resignare beneficium sub reseruatione pensionis
pro filio illegitimo, *Gambar. de offic. lega. lib. 6.
num. 284.*

Quatenùs verò dispensatio est super defectu in-
currendo quæ (vt dicit *Turrecrem. loco præcita-
to*) difficiliùs conceditur; est aduertendum, licèt
Summus Pontifex in hoc nullis sit adstrictus legi-
198 bus, nihilominùs † pro sua modestia, & pruden-
tia nusquàm consueuisse dispensare super reten-
tione, vel capacitate pensionis cum clerico in
matrimonio futuro, præterquàm ex suppositione
continuationis statu Ecclesiasticitatis, nè quan-
do pusilli, & ignorantes scandalizentur, quemad-
modùm adnotarunt *Nauarr. in manual. cap. 25.
paulò ante num. 120. vers. nèc tamèn probo, Gut-
tier. can. quæst. lib. 2. cap. 5. sub num. 26. vers. non
tamèn peccant, & Sanch. de matrim. lib. 7. dispu-
tat. 44. num. 9.*

199 Hinc verò dupliciter hoc casu † dispensat; Vno,
cùm præseruat clericatum illæsum, non obstante
coniugio, aùt etiam bigamia quantumcunquè
reiterata, suspendendo, seù auertendo effectus om-
nes Iuris, de quo iàm suprà dictum est; Altero mo-
do, cùm ex suppositione elisionis clericatus, con-
seruat personæ dispensatæ eundem statum Eccle-
siasticitatis, aùt in famulatu Ecclesiæ, velùti in Mi-
litia Lauretana, super qua exstat *Gregor. decis. 18.
num. 2. & per tot.* aùt in Militari aliqua Religio-
ne, quæ matrimonium permittat, de quo iàm est
dicendum.

Vt verò modi isti sunt diuersi, ità diuersis con-
cipiuntur formulis, nàm cùm Papa primo modo
200 dispensat, † non secùs ac in hoc secundo, futu-
ram aliquam contemplatur regularem Militiam,
aùt in genere, aùt in specie, quam sit ingressurus
Pensionarius, sed vt non intendit restringere gra-
tiam suam ad hunc casum ingressus, id explicat
per clausulam *siuè contigerit, siuè non contige-
201 rit*, illa enim † dictio *siuè*, alternatiuam inducit,
*Soc. Iun. cons. 41. nu. 34. vol. 3. Beneuen. de adiect.
202 in 4. par. quæst* 2. *num. 21.* & propterea † æqua-
litèr alternat casus, & ampliat gratiam in vtroque,
*§. præsens iuncta glo. in verb. siuè, in auth. de
trien. & semis. Vital. in clem. Religiosus, nu. 7.
de procur. per tex. in l. si quis ità legauerit, ff. de
au. & arg. leg. Roman.* qui alios allegat, *cons. 363.
num.* 2. & latissimè post prædictos, & alios, quos
congerit, tradit *Hier. Cened. sing. 42. num. 2. & 3.*
& vim istius clausulæ agnouit *Rota in superius al-
legata Ferrarien. pensionis, 14. Iunij 1624. coram
bo. me. D. Remboldo.*

203 Quandò verò dispensat † secundo modo, non
alternat, vt in præcedenti, sed restringit gratiam
ad casum futuri ingressus, & quamuis inscribat li-
teras dispensato, tanquàm Clerico, tamèn ista
qualitas tùnc stat demonstratiuè tantùm, vt aduer-
tit Rota apud *Gregor. d. decis. 516. nu. 8.* atquè ità
eatenùs dispensat, vt non obstante matrimonio,
dispensatus capiat, vèl retineat pensionem.

204 Dubitatur autèm, † si ita dispensatus contra-
hat Matrimonium cum muliere, non quidem in
aliquo gradu prohibito, sed ex statutis, siuè stabi-
limentis Religionis minimè sibi permissa, vt putà
cum vidua, vèl reiteratò, vbi statutum non permit-
tit, nisi cum vnica, & virgine, an dispensatio adhuc
suffragetur, aùt veriùs extinguatur pensio?

205 Pro cuius articuli resolutione est † aduerten-
dum, S. me. Pium V. per suam Constitutionem,
sub Dat. Kal. Octobris 1568. quæ in nouo Bul-
lario

lario est septuagesima tertia, reuocasse omnia Indulta transferendi pensiones quibuscunquè Militijs, Collegijs, & Officijs, tàm in Romana Curia, quàm extra eã constitutis, eorũquè personis, nec non Conclauistis, & de eisdem pensionibus etiam in statu coniugali, & bigamiæ retinendis. Ità quòd deinceps laici, etiam extra coniugium, & in cœlibatu viuentes, ac bigami, & clerici coniugati, nullas nouas pensiones possint capere, & qui coniugati non sint, si ad primas, aut alias nuptias transirent, antiquas deinceps percipere, clerici verò, & alij, matrimonium etiam cum vnica, & virgine contracturi, nec antiquas retinere possent. Simulquè reuocasse Priuilegia, & Indulta concessa de obtinendo, & transferendo pensiones Militijs, & Militibus S. Iacobi de Spata, de Calatrana, de Alcantara, IESV CHRISTI, & S. Stephani, cæterarumquè Militiarum; nècnon S. Lazari Hierosolymitani, ac omnibus, & singulis alijs Hospitalibus, eorumquè Militibus, Fratribus, & Personis, tàm Clericis, quàm Coniugatis: itàquod ipsi, siuè coniugati, siuè bigami, siue clerici, siuè etiam presbyteri nullas de cætero recipiant, sed eas solas, quas tùnc haberent, sine facultate ipsas transferendi, retineant, & eæ quoquè per futurum contractum matrimonij, extinctæ censeantur.

Omnes verò priuatas dispensationes, gratias habendi & retinendi pensiones, fructus, & alias res Ecclesiasticas Militibus, & fratribus quibuscunquè Militiarum, & Hospitalium prædictorum concessas, ità moderatus fuit, vt illarum vigore soli Milites, & fratres non coniugati, nèc bigami nouas deincèps pensiones, aut fructus, aliasquè res Ecclesiasticas recipiant; & in cœlibatu viuentes, illas, & alias iàm receptas duntaxàt percipiant, alij verò, etiam cum vnica, & virgine coniugati, si rursus matrimonium contraxerint, eas omnes, quas habent, per huiusmodi contractum amittant, nèc illæ ipsis vlteriùs debeantur, simili facultate transferendi, tàm antiquas, quàm futuras pensiones, etiam non coniugatis, interdicta, & suppressa, prout legitur in eadem Constitutione, *§. 2. 3. & 4.*

206 Ex cuius Constitutionis † contextu primùm educitur, clericum effectum Militem regularem, prorsùs incapacem esse pensionis Ecclesiasticæ, siuè ea reseruetur super beneficijs secularibus, siuè super beneficijs ipsorum Ordinum Militarium, vt habet in verbis dicta Constitutio *in §. 3.* ibi, *ità quòd ipsi, siuè coniugati, siuè bigami, siuè clerici, siuè etiam presbyteri nullas de cætero recipiant, sed eas solas, quas nunc habent, sine facultate transferendi retineant*, proindequè hinc contrahi obstaculum, censuit Rota apud *Manticam decis. 104. num. 7.*

207 Educitur secundùm, Clericum† dispensatum ad capiendum, & retinendum pensiones Ecclesiasticas in statu Militiæ Regularis, non posse easdem capere, vèl retinere, si matrimonium contrahat, etiam cum vnica, & virgine, vt in §. 2. ibi, *& quas ipsos clericos habere contigerit, per futurum contractum matrimonium huiusmodi, extinctas esse, & in §. 3.* ibi, *& ea quoquè per futurum contractum matrimonij extincta censeantur, Mantica ea. decis. 104. eo. num. 7.*

208 Educitur tertiùm, eosdem† Milites dispensatos ad retinendum, & capiendum pensiones in matrimonio, intelligi dispensatos in primo, non in secundo matrimonio, ac proinde si matrimonium iterent, pensionem extingui, vt in *§. 4. ibi, alij verò, etiam cum vnica, & virgine coniugati, si rursùs matrimonium contraxerint, eas omnes, quas nunc habent, per huiusmodi contractum amittant,* ex singulari etiam dispositione *tex. in l. Boues, §. hoc sermone, de verb. signif. glo. in can. vlt. in verb. antiqui, vers. item habes hic, 33. quæst. 2.* & censuit Rota *in Palentina pensionis, 21. Nouembris 1596. coram Cardinali Blanchetto, Gonzal. ad Reg. de mens. glo. 11. num. 83.*

Itaquè, supposito, quòd Clericus professurus sit Militiam regularem, vt capiat, vèl retineat pensionem, proculdubiò eget dispensatione Apostolica,
209 quæ tamèn facillimè † ei conceditur, quià, licèt Papa non ignoret, milites huiusmodi non esse veros Religiosos, vndè nèc in his habet locum decretum Concilij de anno probationis, *Seraph. decis. 221. per tot.* cuius meminere *Paris. de resignat. lib. 6. quæst. 2. num. 216. Sanch. de Matrim. lib. 7. disput. 44. num. 8. Azor. moral. instit. tom. 2. lib. 8. cap. 10. in prima quæst. vers. aliquando tamen,* non tamen ignorat esse personas Ecclesiasticas, vt explicauimus suprà *quæst. 36. ex num. 33.*
210 & propterea facillimè † cum his Militibus hac in re dispensat, *Paris. loco proximè citato, Mantic. decis. 94. num. 4. & decis. 104. num. 4.*

Quià tamèn, vt plurimùm Milites hi matrimonio vtuntur, consueuit etiam Summus Pontifex non solùm dispensare contra statum militarem, sed etiam contra matrimonium.

211 Quoniàm verò, in ista † dispensatione consueuit ampliari gratia, etiãsi sæpè, ac sæpiùs matrimo-
212 niũ reiteraretur, per clausulã hanc *ac etiam si † contigerit, te ad secunda, & alia plura vota laicalia transire*, sine qua clausula, quamuis euitetur extinctio ex bigamia interpretatiua in vnico matrimonio contracta, vt apud *Gregor. decis. 516. ex*
213 *num. 1.* non tamèn † euitaretur extinctio ex hac vera, propter reiterationem actus; vt censuit Rota *in Cæsaraugustana Pensionis, 18. Iunij 1610. coram bo. me. Cardinali Lancellotto*, impressa apud *Marches. tom. 2. pag. 591. num. 7.* Igitùr vbicunquè Summus Pontifex dispensat cum clerico in statu Militiæ Regularis, & nedùm in matrimonio, sed etiam in matrimonio reiterato, opus est in omnibus istis gradibus dispensationis derogare dictæ constitutioni, ex eadem regula, quam posuimus sub *num. 192. & 193.*

Sed nè hinc videatur multiplicare dispensatio-
214 nes, & aliquid relaxare, quod tangat† substantiam matrimonij, vt aduertit Rota *d. Gregor. decis. 516. sub num. 6. vers. noluit enim,* duas insert clausulas, vnam, qua præseruat Ius singulare cuiuscunquè Militiæ, & alteram, qua præseruat Ius commune respectu impedimentorum circa gradus consanguinitatis, & affinitatis, & vtriusque Iuris præseruatio eandem habet rationem, nè videli-

cet

215 cèt † videatur dispensare in peccato, quod in-
216 curritur, siuè proponatur † impedimentum diri-
mens, *Fel. in cap. qua in ecclesiarum, sub nu.21. ad finem vers. videtur enim, de constit.* siuè pro-
217 ponatur † impediens tantùm, ex interdicto Ca-
nonico, *cap.1. de matrim. contract. con. interd. eccles. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 17. num.1. D. Antonin. in 3. par. summ. tit.1. cap.16. in princ. Summ. Angel. in verb. matrimonium, el 3. vers. impedimentum primum est, Nauar. in manual. cap. 22. num. 68.*

Prior igitur clausula præseruatiua Iuris singularis ità concipitur, *ac etiam matrimonium iuxta statuta, & stabilimenta dictæ Militiæ, quam te profiteri contigerit, aùt priuilegia Apostolica eidem Militiæ concessa*; Altera huic connexa, & eiusdem orationis continuatiua subsequitur in hæc verba, *cum quauis muliere, nullo tamèn Iure tibi prohibita, &c.* hæc enim posterior clausula refertur ad prohibitionem Iuris communis, vt dictum est, & sicùti prima propter expressam relationem ad Militiam profitendã in indiuiduo, coarctat dispensationem ad matrimonium permissum per illam eandem Militiam, cùm hæc sit vis speci-
218 ficæ relationis, quæ † sola dicitur propria, & ve-
ra relatio, vt per *tex. in l. Iulianus, cum ibi not. de bartd. instit.* tradit *Aym. cons. 987. sub nu. 58. ad fin.* nèc dubium sit, vim hanc inesse prępositio-
219 ni † illi, *iuxta, Alex. cons. 9. num. 12. lib. 5. & consil. 81. num. 8. & 10. vol. 6. Menoch. cons. 731. num. 9. Crued.* qui plures congerit, *singul. 32. n. 4. ad fin. Rota decis. 40. num. 4. par. 2. diuers.*
220 Ità hæc secunda, propter † genericam relationem ad Ius commune, rursùs coarctat dispensationem ad matrimonium nullo prorsùs Iure prohibitum ratione graduum, de quibus in toto *tit. de consang. & affin.* & declarat Rota in *suprààllegata Cæsaraugustana pensionis coram bo. me. Lancellotto, & in d. decis. Gregor. 516. num. 6. cum seqq.*

His constitutis, articulus respicit duos diuersos casus.

Prior est, quando statutum non solùm non permittit matrimonium alitèr, quàm qualificatum, verùm etiam Militem ità contrahentem exuit priuilegijs Militaribus; & in hoc facienda est conclusio, dispensationem euanescere, quià cessent
221 priuilegia Militiæ, † & in consequens causa per
dispensantem contemplata, *can. quod priscis, cum ibi not. 55. dist. Tiraq. ad reg. cessante cau. par. 1. num. 91.* & in his terminis hoc voluit *Azor. moral. instit. tom. 2. lib. 8. cap. 10. in 1. quæst. ad fin. vers. sed quid si Miles.*

Alter est casus, quando statutum, seù etiam priuilegium Apostolicum, matrimonium inhibet, sed vlteriùs non progreditur priuando Militem de facto contrahentem priuilegijs Militiæ, cuiusmodi prohibitio proponitur in Militia SS. Mauritij, & Lazari ex Constitutione Gregorij XIII. qua permittuntur illius ordinis Milites cum vnica, & Virgine tantùm contrahere.

Et etiam in hoc casu videtur idem, quod in primo statuendum: nàm impedimentũ quod huic Militi oritur, quominùs retineat, vèl capiat pensionem in matrimonio illo ità de facto contracto, non prouenit simplicitèr ex statuto, aùt priuilegio Religionis, sed ex supradicta Constitutione Pij V. 73. quæ generalitèr, & vniuersalitèr, etiam in Ordinibus Militaribus, ad effectum retinendi, vèl capiendi pensiones, expreßè, & specialitèr bigamiã pro Canonico impedimento inducit, & proptereà parùm refert, quòd non obstante bigamia miles hic non desinat esse miles, & vti priuilegijs militaribus, in quo statu Papa videtur eum simplicitèr contemplatus, secundùm distinctionem Azorij, vt suprà factam, nàm imò propter supradi-
222 ctam † clausulam *iuxta stabilimenta, &c.* Pa-
pa censetur eum contemplatus tanquam Militem in matrimonio ità qualificato ex stabilimentis, & priuilegijs Religionis suæ, & in consequens non concurrente in eo qualitate huiusmodi, remanet destitutus gratia sibi concessa, *l. 4. §. hæc autem actio, ff. vi bon. rapt.* cum similibus per *Franc. Brer. cons. 42. sub num 12.*

Nequè in contrarium facit clausula ampliatiua
223 dispensationis, † *etiam cum vidua, & reiteratis*
nuptijs, iuncta clausula derogatiua obstantiarum, & in specie, tàm stabilimentorum, & priuilegiorum cuiuscunque Religionis, quàm supradictæ Constitutionis Pij V. In hac enim controuersia supponitur dispensatio præuentiua facti vniuersalitèr, & in genere ad ingressum cuiuscunquè Ordinis Militaris, & ad matrimonium in illo; quapropter cum alij sint Ordines nullo modo permittentes matrimonium propter solemne votum continentiæ, velùti S. Ioannis Hierosolymitani, alij permittentes, sed limitate cum vnica, & virgine, qualis est Militia SS. Mauritij, & Lazari, & alij deniquè profusiùs indulgentes reiteratas nuptias; facienda est distinctio illius vniuersalis ora-
224 tionis, proùt de Iure fieri debet, videlicèt † sin-
gula singulis congruè referendo, *vulg. l. si negotium, C. de neg. gest. Rota decis. 747. nu. 1. par. 1. diuers.* vt videlicèt si dispẽsatus profiteatur in ordine, in quo permittitur matrimoniũ cũ vnica, & virgine, possit in eo ordine, & cũ huiusmodi matrimonio retinere pensionem; si verò fuerit professus in eo, in quo permittitur reiteratio matrimonij, censeatur similitèr in hoc eodem matrimo-
225 nio dispensatus: & per hunc intellectum † euita-
tur correctio, & superfluitas, quæ aliàs esset manifesta inter dictas clausulas, & decreta, proindequè ab ea non est recedendum, *Ruin. cons. 100. nu. 6. lib. 1. Seraph. decis. 5. num. 5. ad fin.*

Verùm in hoc articulo videtur ex pluribus sententiam hanc nostram posse subuerti.

Primò ex generali regula, quòd verba stent potiùs demonstratiuè, quàm restrictiuè, *l. fin. §. Titia, ff. de liberat. leg. Ias. in l. centurio, nu. 51. de vulg. & pupill. Bursat. cons. 441. n. 30.* & proptereà clausulã suprà relatam, *iuxta statuta, &c.* non habere vim restringendi; quæ tamèn responsio non videtur admittenda, cum sit facta relatio in specie ad illa ipsa statuta, & priuilegia Ordinis, quem esset ingressurus dispensatus, ex suprà deductis; &
226 proptereà potiùs † videtur retinendus superior
intel-

intellectus, per quem satisfit vtriquè casui, vt be-
nè deducit *Aym. in cons. 301. num. 5.*
Secundò, quià, dùm Papa considerauit quam-
cunquè mulierem, etiam viduam, nullo Iure pro-
hibitam, voluerit indistinctè dispensare, dummodò
mulier non sit consanguinea; Sed nequè ista illa-
tio videtur admittenda, decretum enim istud re-
spicit præseruationem impedimenti de Iure com-
muni; ideoquè non potest trahi ad ampliandum
decretum aliud concernens impedimentum de-
227 Iure singulari, † & in specie determinatum, *vulg.*
l. doli clausula 119. de verb. oblig.
Tertiò, quià, dùm in dispensatione subiungitur,
etiam cum vidua, implicat casum distinctũ ab alijs
228 expressis in stabilimentis, † virtute illius amplia-
tiuæ *etiã, l. etiam, ff. sol. matr.* cum alijs per *Surd.*
decis. 8. nu. 12. Rot. in recent. decis. 721. num. 7.
par. 2. At neque id applicabile videtur, cùm
Papa nesciret, quem ordinem dispensatus in-
gressurus foret, vt ità posset videri extendere
gratiam ad casum non expressum, & distinctum;
& eodem modo euitatur effectus clausulæ, *ac te-,*
ad secunda, & plura, &c. coincidunt enim
omnia hæc in vnum; quocircà etiam vnica sub-
229 mouentur responsione, quòd † relatio intelliga-
tur facta ad ea, quibus potest adaptari, *l. 1. §. lex*
falcidia, ff. ad l. falcid. Alex. cons. 81. n. 11. lib. 6.
& semper intelligatur facta, exceptis alijs in specie
dispositis. *Paris. cons. 39 num. 18 lib. 1.* & sic re-
gulanda est, vt non repugnet voluntati ipsiusmet
disponentis, idem *Paris. ibidem, num. 19. & con-*
sil. 68 num 43. lib. 3. Bero. cons. 198. num. 22. lib. 1.
quos sequutus fuit *Franc. Becc. consil. 101. ex*
num. 76.
Vltimò ex derogatione Constitutionis Pij V.
230 suprà relatæ, quæ derogatio † benè declarat men-
tem Derogantis, circà id ipsum, quod voluit con-
cedere, iuxta *vulg. Bal. doctr. in l. cam, quam-*
num. 36. ad fin. C. de fideicom. Seraph. decis. 716.
num. 3. & decis. 1321. num. 5. Rota decis. 532.
n. 7. par. 1. alioqui enim posset videri superflua-;
231 & superfluitas, cùm in omnibus, tùm maximè † in
dispensationibus est vitanda, *Calder. consil. 6. sub*
num. 2. vers. item dispensationes, qui filij sint le-
gitimi, Surd. cons. 127. sub num. 9. ad fin. vers. &
latissimè; & posset etiam inducere manifestam-
contradictionem, vt seruentur, & vt non seruentur
stabilimenta, contra *reg. l. vbi repugnantia 149.*
de reg. iur. Verùm facilimè & hæc euitari posse vi-
dentur: nàm subiectum derogatum, optimè qui-
dem declarat quid concessum est, dummodo
232 gratia non amplietur† vltrà quàm sit conceptum,
atquè ità dummodò contineatur declaratio intra
terminos suos, nequè aliquid extendat; & ità se
ipsum declarat *Bald. in dicta l. eam quam, sub*
nu. 36. ad fin. C. de fideicommiss. cuius hæc sunt
verba præcisa, *quia licet per clausulam non ob-*
stantium non augeatur gratia, vt in cap. ei, qui de
prabend. in Clem. tamen declaratur intentio cir-
cà concessum, & propterea non applicatur huic
controuersiæ. in qua iàm supponitur restricta di-
spensatio in Matrimonio iuxta stabilimenta, &
priuilegia contrahendo; hancquè restrictionem-
resultare ex ipsa natura, & proprietate verbo-
233 rum, à quà † non est recedendum, *vulg. l. non-*
aliter, cum ibi notat. de legat. 3. vndè potiùs hæc
doctrina retorquetur, nè generalis derogatio vi-
deatur extendere ipsam dispositionem expressè
modificatam, & limitatam, quod etiam esset ab-
234 surdissimum, cum nusquàm dispositio † generalis
deroget speciali. *l. In toto, 80. ff. de Regul. Iur.*
l. Alimenta 9. Basilica de alim. & cibar. legat.
& hanc obseruationem perpetuò faciendam-
235 esse † vbi videtur concurrere aliqua repugnantia,
nè quando quod est determinatum in specie, reci-
piat interpretationem ab eo, quod est positum-
sub genere, optimè etiam declarat *Alex. qui alios*
refert in cons. 21. num. 7. lib. 7.
Atquè ideò, licèt clausula generalis obstantia-
rum remotiua, deroget etiam Statutis, & priuile-
gijs Militiæ, ac proindè non possit videri concessa
talis derogatio ad effectum capiendi, vèl retinen-
di pensionem, cùm nulla proponantur huiusmodi
statuta; tamèn motiuũ istud sine euitari posse vi-
detur, quòd Papa considerat istud simplex impedi-
mentum retinendi pensionem posse oboriri Militi,
non solùm ratione dictæ Constitutionis Pij V. &
aliarum similium, sed etiam ex aliquo statuto, vèl
stabilimento Religionis, vndè post clausulam re-
motiuam constitutionum obstantiarum, nuncupa-
tim prohibentium, nè Milites coniugati, præser-
tim bigami, similes pensiones percipiant, aliam-
subinfert paritèr remotiuam statutorum Militia-
rum, cum eadem qualitate prohibitionis per clau-
sulam distinctam in hæc verba, *necnon militia, &c.*
statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, &c.
etiamsi in eis caueatur expressè, quod fratres, si-
uè Milites dicta Militia pensionem super alijs,
quam beneficiorum huiusmodi Militia fructi-
bus, &c. percipere non possint; atquè ità euitatur
superfluitas derogationis, cum imò detur instan-
tia, saltim in mente Principis dispensantis, aliquo-
rum statutorum inhabilitatem hanc inducentium,
& sic non potest videri hæc adiectio superflua-,
236 quià † censetur apposita ex abundanti, si fortè
aliquid extet, *vulg. l. non solent 95. de reg. Iur.*
Cassad. decis. 6. sub num. 4. vers. sed ad cautelam,
vt ist. pend. & in his terminis censuit Rota apud
Mantic. praest decis. 104. num. 5. & 6.
Ex quibus etiam diluitur alia interpretatio, quæ
videtur afferri posse ad supradictam clausulã, *iuxta*
statuta, &c. quòd videlicèt adiecta videatur, nè
quando censeatur dispensatum in matrimonio
contra votum, vbi Religio nullum admittit ma-
trimonium, cuiusmodi est S. Ioannis Hierosoly-
mitani, nàm pratèr id, quòd (vt suprà dictum est)
non patitur hunc intellectum relatio specifica-,
subuertitur etiam ex vsu patrisfamilias, idest ex
237 stylo Curiæ, qui ità se habet, † vt hanc ipsam clau-
sulam adijciat etiam, dùm specificantur Religio-
nes, quæ admittunt matrimonium, & ad illas re-
stringitur casus super ingressu, pronè (missis alijs)
desumitur ex literis Gregorij XIII. in forma-
Breuis sub die 1. Nouembris 1579. directis Ioan-
ni de Andonacqui in hæc verba *Tu qui, &c. ob me-*
lioris vita frugem habitum per fratres Milites
S. Ia-

S. Iacobi de Spatha, seù de Alcantara, vèl Cala-
traua, aut SS. Mauritij, & Lazari, vel cuiusuis
alterius Militia regularis a Sede Apostolica ap-
probata, cui Militia ex Indulto Apostolicò, vel
alias, &c. matrimoniū cū vnica, & Virgine, vèl
altèr contrahere possunt, habitū gestari solitū su-
scipere, &c. Nos, &c. tecum, vt habitu, &c. ingre-
diendæ Militia, quam te profiteri contigerit, per
te suscepto, &c. ac etiam matrimonio iuxta sta-
bilimenta Militiæ contracto, & consumato, dictā
pensionem, &c. super quo Breui fuit latè disputa-
tum in *Segobien. pensionis, 23. Februarij, & 16.*
ac 21. Iunij 1604. coram Reuerendissimo Attre-
baten.

Quod etiam magis clarè docetur ex eo, quòd
quando Papa intendit dispensare in Matrimonio
ineundo cōtra formam stabilimentorum Militiæ,
ex eodem stylo consueuit ità concipere clausu-
lam, *& etiam Matrimonium cum quacunque*
Muliere, etiam vidua, & successiue cum diuersis
nupta, ac altèr corrupta semèl, vèl plurièś, etiam
præter, vel contra formam stabilimentorum, &
priuilegiorū dictæ Militiæ, &c. quæ clausula legi-
tur data per Sixtū Quintum 18. Nouembris 1587.
Excellentissimo Domino Principi Venafri, super
quo fuerunt susceptæ tot disputationes superiùs
relatæ in causa Ferrarien. Pensionis.

Et crederem, etiam non refragari, si supponа-
tur exactio pensionis post contractum matrimo-
nium contra statuta huiusmodi, cùm exactio non
possit deseruire pro obseruantia interpretatiua,
238 quæ neque † in claris admittitur, *l. 3. C. de liber.*
præter. Gregor. decis. 184. num. 5. Rota decis. 196.
num. 7. & decis. 275. num. 6. par. 1. in recent. ne-
239 què potest deduci ex solo facto † Priuilegiati, quod
reputatur simplex abusus, neque potest vllo mo-
do ei opitulari, *cap. suggestum, de decim. cum*
ibi not.

Cæterùm hac in re, nihil ex mea sententia de-
termino, cùm articulus in Rota pēdeat indecisus.

Quantum ad ordinem procedendi pro conse-
cutione pensionis translatæ, præmittendum est, in
240 facultatibus † hoc perpetuò consueuisse decerni,
quòd Translatio censeatur facta cum omnibus li-
bertatibus, immunitatibus, obligationibus, reser-
uationibus, vinculis, & Decretis, ac modo, & for-
ma in prioribus Reseruationibus contentis; &
istud est Decretum valdè ordinarium; Vltrà quod,
frequentèr adijcitur aliud, per quod ex supposi-
tione possessionis, siuè quasi exigendi in ipso Pen-
sionario; Translatarius auctoritate Papæ surro-
gatur ad quasi possessionem huiusmodi, & hoc
etiàm, cùm pensio transfertur citra consensum
Titularis, & eo etiam inuito: Enimverò, vbi ac-
cedit illius consensus, illum præstat sub obliga-
tione in forma Cameræ Apostolicæ; circumscri-
pto autèm huiusmodi casu, Papa etiam aliquandò
decernit, eundem Titularem teneri ergà Transla-
tarium eodem vinculo obligationis Cameralis, &
iuratæ, quo tenebatur erga ipsum Pensionarium
transferentem.

Ex his Translatario videtur aperiri quadruplex
via agendi ad solutionem pensionis.

241 Prior est, via executiua, † in vim obligationis Ca-
meralis, siuè habeat expressum consensum Titu-
laris sub hac obligatione (quod nullam admittit
difficultatem, ex regula *l. 1. ff. de pact. cap. qua-*
liter extra eod. tit. cum similib. & fuit in specie
firmatum in *Aquilana pensionis, 26. May 1625.*
coram bo. me. Domino Remboldo)

Siuè eundem consensum, sub eadem obligatio-
242 ne habeat tanquàm transfusum auctoritate † Prin-
cipis ità decernentis, vt paritèr censuit Rota in
Lucana pensionis, relata inter recent. par. 4. de-
cis. 689. ante num. 1. vers. quià clara est dispo-
sitio.

Neque verò dubitandum est, de vi, & efficacia
243 huiusmodi Decreti, quià cùm † omnes actiones
sint introductæ de Iure ciuili, *l. 2. §. deindè, & §. ex*
244 *actis, de Orig. Iur.* & in consequens † sint positæ
in mera, & absoluta potestate Principis, *l. vlt. C.*
si contra Ius, vel vtilit. public. in illis denegandis,
vel concedendis sufficiat eiusdem Principis volun-
tas, cum generali clausula derogatoria obstantia-
rum, vt ita docuit, *Innocent. in cap. qua in Eccle-*
siarum, sub num. 3. vers. vbi verò rescriptum, &
ibi etiam *Felyn. num. 55. qui attestatur de com-*
muni, de Constit. & docent omnes in *l. Cum*
heredes, 23. in princ. vbi præ cæteris *Castr. vers.*
Sed quid si iam adiui, & Alex. num. 6. ff. de ac-
quir. possess. Angel. in l. Lucius, in princ. sub n. 1.
vers. Contrarium tenet, ff. de euict. Bald. in l. Re-
scripta. sub num. 12. vers. Ex hoc sequitur, C. de
precib. Imper. offer.

245 Et quamuis aliqui reuocauerint † in dubium
assumptum illud Innocentij, quod actiones sint de
Iure ciuili, inter quos in *eod. cap. qua in Ecclesia-*
rum, præcipui sunt *Anchar. num. 9. & Imol. n. 21.*
cum multis, quos refert *Menoch. de commut. vltim.*
246 *volunt. cap. 9. num. 573.* nihilominùs † satis con-
stat, dubitationem hanc cadere respectu Iuris agē-
di in Iudicio (in quo sensu Iustinianus *in princ. In-*
stit. de action. pronunciauit, *actionem esse Ius*
persequendi in Iudicio, quod sibi debetur, quippè
247 in hoc sensu actio est de Iure gentium, cum † eo
Iure producantur obligationes, *l. Ex hoc Iure,*
248 *ff. de Iust. & Iur.* quas † vtiquè necessariò actio-
nes consequuntur) At respectu formularum, ex
quibus in proposito nostro resultat via executiua,
vel ordinaria, profectò omnes actiones sunt de
Iure ciuili, à quo fuerunt ordinatæ, & compositæ,
vt loquitur *Pōponius in dicta l. 2. §. Deinde ex his*
legibus, & benè explicat *Bald. in d. l. ex hoc Iure,*
sub num. 61. vers. Octauo quæritur, de Inst. & Iur.
vbi vult, modum ipsum proponendi actionem esse
de Iure ciuili, etiam dùm egreditur de potentia
materiæ Iurisgentium, quod paritèr benè declarat
Antonius Pichardus ad rubr. ex num. 6. vsque
ad 20. Inst. eod. tit. de Actionib. & ante eum *Ca-*
gnol. in l. 1. num. 18. vers. respondeo actiones, ff. si
cert. pet.

Quapropter sine aliqua perplexitate admitten-
249 da est in hoc casu vis huius Decreti, cùm † obli-
gationis Cameralis prærogatiua, tota consistat in
illa eius formula, quæ habet vim Iudicati, vt post
alios scribit etiam *Antonius Faber, ad lib. 7.*
Codic.

Codic. tit. 26. de appellat. definit. 33. num. 9.

Est tamèn verum, Decretum Translationis istius
250 consensus, † & obligationis exigi in specie, quià
251 licèt Ius & priuilegium † obligationis Cameræ sit cessibile, & transmissibile, *Gallesi. de obligat. Cameral. in 2. par. quæst. 2. ex num. 1. Surd. con. sil. 444. num. 12.* nihilominùs ea non potest exigi ex simplici facto translationis Pensionis, cum actus hic sit extinctiuus primæuæ actionis in persona transferentis, vt demonstrauimus suprà *quæst. 36. num. 64.* neque potest etiam sequi ex illo ordinario Decreto translatiuo omnium obli-
252 gationum, & vinculorum. Nàm dùm † potest verificari in alijs obligationibus, & vinculis adiectis ex dispositione ipsius Principis, rem ipsam, idest fructus Beneficij obligantis, & afficientis, *l. obligamur, 51. in princ. de obligat. & Action.* non est producendum ad obligationem, quæ oritur ex proprio consensu.

253 Quo fit, † vt dùm exhibetur Instrumentum obligationis in forma Cameræ super consensu Titularis, si ex eo velit agere Translatarius, eo ipso repellatur, quòd non legatur, Titularem se non obligasse ad eius fauorem, ex *reg. l. quicquid adstringendæ 99. in princ. ff. de verb. obligat.* traditquè *Galles. vbi suprà, sub tit. de vi Instrumenti oblig. Camer. num. 15.* & in his terminis Rota in *Firmana Pensionis, 23. Ianuarij 1627. coram R. P. D. Duran.*

254 Et si Iudex, siuè † Executor animaduertens, non legi in Instrumento obligationem Titularis ad fauorem Translatarij, citra decretum Principis in indiuiduo, executiuè procederet, vtiquè excederet, & huius excessus ratione admitteretur prouocatio ad omnem effectum, iuxta textum in *l. Ab executione, vbi gloss. in verb. excedat, C. quor. appell. non recip.* & benè deducit *Corn. consil. 221. lit. B. lib. 4.* & admisit Rota in *dicta Firmana*.

Hincquè patet, quàm maximè referat habere huiusmodi Decretum, vel consensum Titularis expressum sub dicta obligatione; Nàm (præter ordinem iudiciarium, qui duabus, aùt tribus citationibus absoluitur, nèc exigit, quod eæ sint personalitèr executæ, vt fuit responsum in vna *Oscen. Barbastren. pensionis, 19. Aprilis 1602. coram Car. dinali Lancellotto.*) vndè plurimum fit compendij,
255 ratione † formæ, excludit remedium appellationis, *d. l. Ab executione, Antonius Faber, loco proximè allegato*, & ratione Iuramenti imponit
256 præcisam necessitatem soluendi, etiam † quod aliàs posset videri indebitum id quod petitur, vt in simili dicitur de eo, qui se obligauit sub Iuramento ad solutionem vsurarum, in *cap. Debitores, de Iureiur.* quod exornat *Rota decis. 490. n. 1. & 2. par. 2. in recent.*

Vndè fit, vt nisi deducatur exceptio quæ oriatur ex ventre literarum, penitùs denegetur audientia excipienti, ad effectum euitandi, vel diffe-
257 rendi solutionem; hæc † enim est vis iuramenti, nisi præcedat absolutio, vèl habilitatio ab illius vinculo, *Paris. consil. 42. nu. 14. lib. 1. Soc. Sen. con-*
258 *sil. 38. num. 1. vol. 3.* meritoquè repellitur † à limine iudicij, ità excipiens, tanquàm effectus periurus, *Dec. in cap. intelleximus, nu. 18. de iudic. Rol. cons. 26. num. 28. vol. 3.* & ità respondit Rota in *Clusina pensionis, 12. Iunij 1590. coram bo. me. Cardinali Platto.*

259 Hinc pensionarij, qui cautiùs sibi prospiciunt, procurant etiam sub eodem iuramento † renunciari beneficio absolutionis, & quando etiam motu proprio ea concedatur, promitti sibi de ea non vtendo, quo casu quià tùnc necesse est in impetratione absolutionis hanc quoquè circumstantiam exprimere, *Fel. in cap. constitutus, num. 14. de rescrip.* cum ex fine vnius relationis, alterius petitionis origo proficiscatur, redditur inefficax absolutio, prout notabilitèr considerat *Bald. in repet. l. 2. sub nu. 91. vers. solutio, dic iuramentum tenere, ac tureiu. Roman. cons. 326. sub n. 2. vers. posito enim, & num. 3. Rol. cons. 34. num. 6.*
260 *vol. 1.* qui ideò volunt, † tot requiri absolutiones, quot sunt promissiones iuratæ, quod etiam censuit *Natta consil. 544. num. 6. Grammat. decis. 66. ex num. 11.* & fuit decisum in *Taurinen. bonorum, 7. Februarij 1611. coram Reuerendiss. D. Coccino.*

261 Enimverò, in obtinenda † hac absolutione non leue est periculum, siquidèm ni illa præueniat antequàm excipiatur, vèl agatur per Titularem, si subsequatur, non potest suffragari propter iàm incursum periurium, *Fel. in cap. 1. num. 18. de in rein. Gozad. cons. 69. num. 21. Rol. d. cons. 34. num. 2. lib. 1.*

Atquè ità, Titularis duplici eget gratia, vna, qua
262 absoluatur à periurio iàm incurso, quæ de † Iure non conceditur, *Paris. cons. 10. num. 94. lib. 4.* &
263 altera, qua † habilitetur, nè in idem relabatur, vndè priùs est absoluendus à periurio, quàm à iuramento, *Afflict. decis. 220. num. 17. Rota de-*
264 *cis. 786. par. 3. lib. 3. diuers.* quod non † potest (vt dictum est) consequi ab alio, quàm à Papa, cum iàm agatur de tollendo Iure quæsito, *Cagnol. in l. si quis maior, num. 154. C. de transact. Aym. cons. 6. num. 93.* & fuit decisum in *Romana nullitatis obligationis 1604. coram Reuerendissimo D. Ortembergo. & in Firmana altaris 21. Ianuarij 1607. coram bo. me. Cardinali Marcomontio.*

265 Neque admitteretur excusatio, † si Titularis, aùt ageret, aùt exciperet nomine Ecclesiæ suæ pro vindicanda eius libertate, cùm imò promoueat vtilitatem propriam, ex quo pensio sequitur fructus de quibus ipse potest moderatè disponere, iuxta *tex. in cap. relatum, de testam.* prout aduertit Rota in *præalleg. Clusina pensionis.*

266 Secunda, quæ aperitur, † via, est intentatio regressus; circa quam est aduertendum, regressum alium esse, qui competit ex mero Papæ indulto, nulla existente causa à Iure approbata; & hunc prorsùs sublatum fuisse per Concilium *sess. 25. c. 7. de reform.* alium verò, de quo agitur, ex pacto inter resignantem cum pensione, & resignatarium, qui cum nihil habeat in se amari, non subijcitur dicto decreto, vt latè etiam explicat *Paris. de resig. lib. 6. quæst. 5. num. 110.*

Itaquè, si is qui habet pensionẽ cũ regressu, eam trans-

267 transferat † in personam capacem beneficij, nihil
est, quin virtute superioris decreti censeatur fa-
cta translatio cum eodem Iure regrediendi, iuxta
sententiam Rotæ apud *Guidob. decis. 142.* quam
refert, & sequitur idem *Paris. d. lib. 6. quæst. 4.*
num. 51. Vndè quæstio super regressu intelligitur
præiudicialis, absorbetquè causam super contro-
uersia pensionis proposita per Titularem, *Gra-*
tian. discept. forens. cap. 617. num. 35.

268 Est autèm aduertendum, † aliquandò simpli-
citèr reseruari regressum, si non soluatur pensio,
vèl si tentetur illam reduci, aliquàdò verò extendi
reseruationem, etiam ad eum casum, quo aliás re-
ductio esset de Iure facienda, vèl ex suppositione
non veri narrati valoris, vèl ex alia quacunque
legitima, & iusta causa; quandò igitùr versamur in
simplici reseruatione, si supponatur falsus valor ex-
pressus, proculdubio euitatur regressus, eritquè
locus reductioni, non attento decreto super illo,
vt est *Chirog. decis. 169.* & ratio est manifesta,
269 quià † dùm simplicitèr reseruatur regressus in ca-
su petitæ, vel tentatæ reductionis, id intelligitur
de reductione indebita, & calumniosa, ad effectú
euitandi solutionem, non autèm de debita ex na-
tura rei, quià supposita reducibilitate ex natura
rei, quià pensio non potest deberi nisi super fru-
ctibus, reductionem intentans, tanquàm agens ex
natura rei, non dicitur contrauenire suæ promis-
sioni, *l. venditores, 102. de verb. oblig. Bald. in l. 1.*
num. 13. C. de vs. & vsufr. cum similibus adductis
per *Ruin. cons. 51. num. 15. vol. 1. Gregor. de-*
cis. 286. num. 4.

Vbi verò versamur in secundo casu, non potest
270 euitari regressus, tùnc enim actus † suscepit di-
uersam formam ex conuentione partium, nequè
ideò attenditur primordialis illius natura, *l. dam-*
ni infecti 43. §. cum parietem, ff. de damn. infect.
Rip. in Rubr. num. 55. de verb. oblig. Dec. con-
sil. 680. num. 4. & in simili dicimus, standum
271 esse † tenori inuestituræ contra naturam feudi,
Alex. cons. 30. num. 18. cum seq. lib. 1. alios cumu-
lat *Franc. Becc. cons. 88. num. 45.* & decidit Rota
in *Cremonen. pensionis super regressu, 23. Iunij*
1623. coram bo. me. D. Vbaldo.

Quapropter hoc casu nihil vltra videtur atten-
dendum, quàm simplex verborum structura, sub
qua præstitus est consensus resignationi cum clau-
sula consueta *non aliàs alitèr, nèc alio modo*, cu-
272 ius † ea est vis, vt faciat deficere consensum, adeò vt
nihil actum censeatur, si in aliquo non serue-
tur quod promissum est, *Curt. Sen. cons. 8. sub*
num. 4. vers. & adducunt, cum alijs citatis per
273 *Caphal. cons. 296. num. 11.* Vndè si is, † à quo
petitur pensio, excipiat de nullitate pensionis, im-
plicat etiam nullitatem resignationis, & sic aperit
viam regressui ad beneficium, & hoc est, quod di-
cit *Crescent. decis. 17. sub num. 3. vers. aliàs vidi,*
de rescrip. se aliàs vidisse, nolentem soluere pen-
sionem octo ducatorum, amisisse Canonicatum
valoris quinquaginta, dando de nullitate pen-
sionis.

274 Elideretur tamèn etiam † hoc casu actio ad re-
gressum, si daretur de nullitate ex defectu inten-
tionis Papæ in reseruando pensionem, putà si esset
sibi narratum, illã non excedere medietatem fru-
ctuum, & apertè doceretur de huiusmodi exces-
su, vt in casu deciso per Rotam in *Romana re-*
gressus, cuius meminit *Paris. d. lib. 6. quæst. 4.*
nu. 7. & 8. quod intelligitur respectu ipsius actio-
275 nis ad regressum tantùm, nàm † adhùc esset con-
sultum pensionario, vt posset agere actione spolij,
ex *d. Crescent. decis. 17. num. 3. de rescript. Man-*
tic. decis. 173. sub nu. 1. vers. sed tamèn resignans,
Rota decis. 631. num. 1. par. 1. in recent. & expres-
sè admittit *Paris. in prealleg. quæst. 4. num. 10.*

Hæc tamèn actio spolij non competeret Trans-
latario, cùm non possit videri transfusa in vim su-
pradicti decreti: Vbi verò ei competit regressus,
non secùs, ac ipsi Pensionario transferenti, circa
prærogatiuam huius actionis, dubitari contingit,
276 an † in huiusmodi iudicio detur appellatio; in
quo articulo ex præmissis veniunt constituendi
duo casus.

Prior est, quando agitur ad regressum ob non
solutã pensionem simplicitèr; & hoc quidẽ casu,
concludendum est sententiam esse appellabilem;
Ratio est, quià regressus hic est odiosus, fundatur
277 enim † ex toto super proteruia Titularis nolen-
tis pensionem soluere, *Gig. de pens. quæst. 99.*
num. 19. Paris. d. lib. 6. quæst. 3. num. 13. vbi
278 quòd † datur regressus in pœnam, vt solutio faci-
litetur, pergitquè sub *num. 15.* explicare stylum
constituendi pertinacem, & contumacem debito-
rem, hoc idem sentit *Sarnen. in reg. de surro-*
gan. quæst. 7. vers. secundus casus, ad fin. vbi ait,
vt procedatur ad priuationem, exigi magnam de-
bitoris proteruiam, & dolosam contumaciam,
279 quæ si † cesset, non posse esse locum regressui;
adnotauit *Ant. August. in epit. de pensio. tit. de*
priuat. ob non sol. & fuit decisum in *Cæsaraugu-*
stana pensionis, 13. Nouembris 1591. coram bo.
me. Cardinali Pamphilio, impressa apud *Mar-*
ches. tom. 1. pag. 568. & in *Placentina Decana-*
tus, 10. Nouembris 1596. coram bo. me. Penia.

Quo fit, vt dùm factum istud proteruiæ, seu per-
tinaciæ, & dolosæ contumaciæ eget declaratione,
280 (quod est regulare † in quocunquè facto, ex quo
pœna incurritur, *Felyn. in cap. Rodulphus ex*
281 *nu. 37. de rescript.*) non possit † euitari, quin vt
procedere debeat talis declaratoria, & canoniza-
toria regressus, ità possit appellari, cum sententia
sub quacunque forma feratur, perpetuò habeat
connexum factum, vt in sententia excommunica-
tionis incursæ ob non paritionem, censuit Rota
apud *Put. decis. 173. num. 1 lib. 2. Achill. decis. 4.*
num. 7. de sent. excom. & notant omnes *in cap.*
peruenit, il primo, vbi in specie *Abb. num. 6. &*
Dec. n. 12. de appellatio. Idem Dec. cons. 100. n. 4.
Franch. in cap. is cui, §. sanè, nu. 2. vers. tertio
limita, de sent. excom. in 6. & in cap. pastoralis,
§. verùm quià, num. 27. de appellat. Felyn. in cap.
parochianos, nu. 4. de sent. excom. Roman. con-
sil. 482. num. 9.

Et quamuis videatur liquidum factum huiusmo-
282 di proteruiæ ex † perpessione censurarum per
tempora constituta in ipsis literis Apostolicis,

iuxta ea, quæ tradunt *Parif. in praallegat. quæst. 3. num. 15. & Gig. dict. quæst. 99. nu. 1. 19. & 22.*
283 cum † dari possit instantia legitimæ excusationis
ex aliquo capite, adhùc non benè concluditur ad
hanc liquidationem, *l. non ob hoc, C. vnd. legit. cum*
vulga. & ità in puncto decisum fuit in *Salaman-*
tina Beneficiorum, 7. Aprilis 1617. coram bon.
mem. D. Vbaldo, in qua etiàm fuit animaduersum,
284 in hac materia moram † semper esse purgabilem,
quod ex æquitate censuit Rota apud *Verall. de-*
cis. 9. sub nu. 2 vers. Tamèn Domini, par. 3. nequè
285 posse repelli debitorem † tanquàm periurum, qui
non soluit statis temporibus vt iurauit, cùm pro
incurrendo periurio non sufficiat non obseruan-
tia, sed dolus etiam exigatur *Grat. cons. 2. ad fi-*
nem lib. 1. cum adductis in *Signina Castrorum 2.*
May 1616. coram bo. me. D. Remboldo. Ac dein-
286 ceps etiam censeri † remissum regressum, si post
illius acceptationem, pensiones fuerint exactæ,
exemplo caducitatis incursæ ob non solutionem
Canonis, iuxta *Cassad. decis. 2. num. 3. de locat.*
Gambar. de Offic. legat. lib. 6 num. 489.

Quod intelligitur, nisi fuerit adiecta protesta-
287 tio, saltim generalis † *sine præiudicio quorum-*
cunque suorum Iurium; quæ habet vim præserua-
tionis etiam in minimis, *Put. decis. 6. num. 2. lib. 3.*
288 quod procedit ex vi termini † vniuersalis, qui
est aptus complecti, tàm maiora, quàm minora,
Crescent. de Priuileg. decis. 1. sub num. 3. vers. In
contrariam tamen partem, Rota decis. 364. nu. 1.
289 *par. 3. diu.* Vndè intrat regula, quòd † protestatio
præseruatoria, perpetuò præseruat protestanti
quodcunquè Ius præseruabile, *l. 4. §. 1. ff. quib.*
mod. pign. vel hypoth. solu. quam regulam post
alios exornant *Franciscus Becc. cons. 34. nu. 4. &*
Surd. decis. 246. num. 11. atquè ità in his termi-
nis censuit Rota in superius allegata *Cremonen.*
pensionis super regressu, 23. Iuly 1623. coram bo.
me. Vbaldo.

290 Alter † est casus, quandò agitur ad regressum
non ob non solutam pensionem, sed quià petita
fuerit annullari, aùt reduci; & in hoc casu breui-
tèr est distinguendum, vt si petitum sit pensionem
291 annullari, quià † huiusmodi actio aliquandò ab-
sorbet etiam regressum, vt dictum est, & probat
Paris. in præcitata quæst. 3. num. 8. & 9. propter
turbiditatem actionis, non secùs, ac in primo casu,
appellare liceat, cùm etiam in hoc requiratur de-
claratoria, & canonizatoria regressus.

292 Si vero † simplicitèr petitum fuerit, pensionem
reduci, tùnc factum, à quo pendet regressus, est li-
quidum ex confessione partis etiam ad effectum
executionis, cùm illi stet pro Iudicato, vt ait *I. C.*
in l. 1. ff. de Confess. & propterea non est necessa-
ria alia declaratoria, nèc ratione facti, quasi illi-
quidi, quià est plusquàm liquidum, nèc ratione
subiecti, quià agatur de pœna, & illius incursu;
293 nàm † hæc propriè non est pœna, sed conditio
quædam, vèl modus rei traditæ, vt ex doctrina
Abb. in cap. Raynaldus, num. 25. de testam. be-
nè aduertit *Nauarr. in Manual. cap. 25. sub*
num. 118. in princ. vers. Nèc obstat quod conti-
294 *nentèr*; Vndè nec † ita reputatur materia pri-
uationis, sed potiùs causa Beneficialis, & decla-
ratoria pœnæ incursæ, quandocunquè contingat,
huiusmodi declaratoriam ferri, quemadmodum
censuit Rota apud *Achill. decis. 4. num. 4. & 5. &*
decis. 5. nu. 6. de Pension.

295 Crederem tamèn, † etiam hoc casu appella-
tionem admitti si procederetur per viam huius-
modi declaratoriæ; Et propterea id intelligen-
dum esse, quando siuè Translatarius, siuè Pensio-
narius, exhibitis simplicitèr literis, & actis, ex
quibus substantiatur ipsa actio ad regressum, petit
296 simplex mandatum de associando, propter † for-
mam sub qua concipitur regressus, nimirùm ap-
prehendendi possessionem propria auctoritate,
tùnc enim actus remanet quodammodò extraiu-
dicialis, ipsequè debitor sibi ipsi executionem
promouere intelligitur, vt post alios benè dedu-
cit *Alexan. consil. 131. sub nu. 4. vers. vbi etiam*
singularitèr, lib. 4. & sic intrat hoc casu dispositio
l. ab exequutione C. quo appell. non recip. cessatquè
omnis turbiditas ex confessione debitoris, qui
dùm petit reduci, fatetur pensionem esse validam;
297 Exceptio autèm purgationis moræ † non est de-
ducibilis; cum non intentetur regressus ex mora
aliqua in soluendo, sicùt nèc eadem ratione de-
ducibilis esset exceptio exactionis post intentatũ
regressum, vt benè aduertit Rota in superiùs alle-
gata *Cremonen. pensionis super regressu.*

298 Tertia, quæ aperitur † via, est ex interdicto Adi-
piscendæ, in vim supradicti alterius Decreti, con-
cessæ videlicet subrogationis ad possessionem, in
qua erat transferens; Quamuis enim surrogatio
299 hæc † nihil operetur respectu Interdicti Retinen-
dæ, operatur tamèn respectu Interdicti Adipiscen-
dæ pro obtinenda immissione, ex remedio *l. final.*
300 *C. de Edict. Diu. Adr. toll.* quod † competit
pro incorporalibus æquè, ac pro corporalibus, vt
ibi per *Bald. nu 62. Salye. nu 21 Zucear. nu. 311.*
& 314. Menoch. qui eos sequitur, de adipisc. re-
med. 1. num. 83. & in his terminis censuit Rota in
Sancti Marci pensionis, 30. Iuny 1612. coram
bo. me. Cardinali Sacrato, impressa apud Mar-
ches. tom. 2. pag. 486. num. 3.

Sine autèm tali decreto, impossibile esset im-
301 missionem hanc decerni, cum † omnia possessoria
Interdicta à Prætoris edicto pendeant, *Inst. de In-*
terdict. in princ. & tradit *Pichard. in rubr. eius*
tituli, num. 10. & 11. & admiserunt Domini in
suprà allegata *Firmana pensionis, coram R. P. D.*
Duran.

302 Quarta deniquè † est via ipsa directa pro exe-
cutione litterarum Apostolicarum, quæ minimè
impeditur sub prætextu, quòd non agatur ex lite-
ris, sed ex Instrumento Translationis, cui de Iu-
re non competit via executiua, iuxta doctrinam
Angel. in l. Ait Prætor. §. si Iudex, num. 3. &
ibi etiam *Alex. ibidem, num. 3. ff. de re Iudicat.*
Boer. decis. 295. num. 5. & censuit Rota in *Me-*
diolanen. legati, 30. Octobris 1586. coram bo. me.
Cardinali Pamphilio; Nàm veriùs est, agi ex ip-
sis literis, simulquè ex Instrumento Translationis,
in quo consumitur, & perficitur gratia, vndè hæc
303 tria † sunt necessariò exhibenda coram Iudice pro
sub-

substantiando hoc processu executiuo, videlicet literæ reseruationis pensionis translatæ, facultates transferendi, & Translationis instrumentum, quæ omnia non considerantur, tanquam singula, sed tanquam simul vnita, & ordinata ad vnum finem, propterea que dicuntur connexa, & constitutiua vnius integralis, prout argumento *tex. in l. Cum de lanionis, 18. in princ. vers. quid si ab enum, de fund. instruct. vel Instr. leg.* respondit Rota in præallegata *Firmana Pensionis*.

304 Et in Iure † hoc est receptissimum, ea dici connexa, quorum vnum ad alterius perfectionem tendit, vt probat *text. in l. Eum actum, 18. vers. Planè si quid connexum, de Negot. gest.* quem etiam sic expendit *Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 95. sub nu 5. vers. dicitur etiam connexum*.

305 Et quòd ideò detur † translatatio via executiua, non secùs, ac ipsi Pensionario, tradit *Vestr. in prax. lib. 3. cap. vlt. sub num. 3. vers. idque ipsum*, & pro absoluto id Domini habuerunt in causa *Cremonen. pensionis, 25. Aprilis 1611. coram Illustrissimo D. Cardinali Caualerio, impressa apud Marchesi. tom. 1. pag. 559. num. 1.* & excusso articulo, responderunt in præcitata *Firmana pensionis*.

306 Neque hoc † casu Signatura alitèr rescribit, quàm cum clausula, *non retardata, &c.* vt notauit *Ant. August. in epit. de pensio. cap. 2. de translat. pens. nu. 8.*

307 Quod intelligitur † modò Transferens esset in quasi possessione exigendi, vt supponitur apud *Mohed. decis. 9. num. 1. de cau. poss. & propr.* & apertiùs declarat Rota in *causa Bononien pensionis, 17. Maij 1593. coram Illustrissimo D. Cardinali Millino, impressa apud Marchesi. to. to. 1. pag. 558. num. 2.*

308 Et rursùs, modò ex † literis reseruationis, seu earum ventre non resultaret extinctio pensionis, quæ supponitur translata, velùt in casu *Cassad. decis. 10. ante numerum primum, & per tot. de rescript. & Ferret. cons. 53. num. 8. Rota*, quæ benè declarat, *decis. 649. num. 3. par. 3. diuers. & in recent. decis. 617. sub num. 1. vers. cum ex facie supplicationis, par. 6.* & ità est intelligenda *Rota decis. 122. num. 3. & decis. 327. sub num. 1. vers. cum enim, ead. par. 6. in recent.* & quæ notauit *Gratian. discept. forens. cap. 613. ex num. 73. & cap. 632. num. 33.*

309 Via autem executiua † hæc, ex parte Translatarij duplicitèr intentari potest; Primò, dirigendo processum, ad finem obtinendi contra Titularem, sententiam declaratoriam incursus censurarum, quæ in literis reseruationis comminantur: Secundò, dirigendo processum, ad finem simplicitèr compellendi Titularem eundem soluere, per capturam personæ, sequestrationem, oblationem, & subhastationem bonorum; licèt enim isti processus videantur intensi in eundem scopum cogendi videlicèt debitorem ad soluendum, tamen quia nituntur diuersis medijs, diuersimodè etiam instruuntur, iuxta diuersam naturam vnius medij à natura alterius.

Quapropter, cùm Translatarius processum intendit pro obtinenda declaratoria incursus censurarum, de essentia, siuè substantia huiusmodi processus, post productionem literarum, & processum instructum, sunt necessariæ quatuor citationes † monitoriales distinctim executæ pro 310 totidem audientijs, ad docendum se paruisse literis: Ex quibus citationibus constituatur debitor idem contumax in parendo; Quemadmodùm enim sine contumacia † non potest decerni declaratoria, *Abb. in cap. 1. sub num. 10. vers. cum excommunicatio, de iudic. & in cap. reprehensibilis, num. 2. de appell. Cassad. decis. 5. sub num. 6. vers. secundo quod non sequitur, de Constit. Couar. in relect. cap. Alma mater, par. 1. §. 9. nu. 3. de sent. excomm. in 6.* ità nèc in materia censurarum potest contumacia constitui † nisi canonicè monito debitore, vt pareat, *c. reprehensibilis, 26. de appell. cap. Sacro 48. de sent excomm.* & ideò inualuit stylus Curiæ, pro huiusmodi monitione præmittere quatuor citationes supradictas, quas ideò † monitorias vocat *Fel in cap. ad probandum, sub num. 6. vers. nàm licèt executoriales, de sent. & re iud.* & styli huius nostri meminere etiã *Cassad. decis. 6. num. 10. de cau. poss. & propr. Achill. decis. 371. n. 2.* Rota, quæ loquitur de processu in causa pensionis, *decis. 791. ante num. 1. par. 3. lib. 3. diuers.* vbi *num. 2.* notat, id potiùs ex stylo, quàm de Iuris rigore inductum, *Mandos. in tract. de monit. quæst. 11. & quæst. 36. num. 2.* & in terminis translationis pensionis fuit responsum in *Lucana pensionis, 28. Iunij 1617. coram bo. me. Archiepiscopo Seleucien.*

311 (marginal numbers in right column: 311, 312, 313)

Et quià facilè est, vt in his citationibus admittatur aliquis defectus, consueuit † in postrema citatione, quæ fit ad sententiam declaratoriam, citari idem debitor ad videndum reiterari terminos in huiusmodi negotio consuetos, per quam reiterationem subuouetur, sanaturque defectus huiusmodi, vt censuit Rota apud *Greg. decis. 70. nu. 9.* 314

Cùm verò Translatarius idem, simplicitèr agit pro executione, seu mandato executiuo, non est necessaria aliqua terminorum seruatio, idest aùt supradictorum quatuor, ex quo cessat causa necessitatis huius, aùt aliorum quatuor † quos ex stylo fori nostri, (cuius meminit *Vestr. lib. 5. cap. 1. num. 1.*) in quolibet summario Iudicio 315 seruari oportet; licèt ij † omninò sint necessarij, vbi proponerentur literæ inexequibiles, & Reus 316 instrueret sibi processum pro absolutione, in quibus terminis est accipienda *Mantic. decis. 254. nu. 1.* vt desumitur ex decisione eiusdem facta in ea ipsa causa, 286. & aduertit Rota in præfata *Firmana pensionis*.

Neque verò, si hoc modo processus instruatur, desinit esse executiuus, sitque locus † regulæ 317 *d. l. ab executione, C. quor. appell. non recip.* cuius dispositio procedit, non solùm, cùm de facto ad ipsam executionem proceditur, verùm etiam cùm dispositiuè pronunciatur, exequendum esse, *Soc. Iun. cons. 138. n. 6 & 7. vol. 3.* vbi testatur de magis communi, optimè *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 827.* licèt enim huic sententiæ plurimùm videatur refragari *glo. in ea l. ab executione, in verb. excedat, ad fin. vers. item à pronunciatione*

citatione, nihilominùs id nullibi probatur, vndè & meritò crebriùs reiicitur, vt constat ex latè deductis per *Roder. Suarez ad l. post rem iudicatam, super declaratione l. Regni, §. contra Iudicem, in princ. ex num. 2. ff. de re iud.* & per *Gutterez in repet. l. nemo potest num. 442. ff. de leg. 1.* & latissimè tuetur *Rolan. consf. 43. ex num. 5.* vbi respondet omnibus contrarijs, *lib. 1. Surd. consil. 358. ex num. 12.* & probauit etiam *Rota decis. 600. num. 13. par. 1. diuers.*

318 Neque refert, an Iudex pronunciauerit † per decretum, aut per cedulam, quemadmodùm fuit responsum in eadem *Firmana pensionis*; nàm ve
319 licet Iudici in articulo † exequutionis Iudicati, cognoscere an locus sit petitæ exequutioni saltim pro informatione suæ conscientiæ, vt post alios latè tradit *Surd. in praestato cons. 358. nu. 13. cum seq.* & tamèn hinc non censetur excedere
320 partes exequutoris, † vt est textus apertus in *l. à diuo Pio §. sententiam Romæ dictam*, ibi, *si hoc visum fuerit*, & in *§. si super rebus, de re iud.* quem tex. exornat *Surd. cons. 358. ex num. 12.* ità
321 & eidem licebit † in eodem articulo proferre sententiam per cædulam in scriptis, absquè incursu eiusdem excessus, cùm hic modus pronunciandi sit in ordine ad ipsam cognitionem, *l. de qua re, de iudic.* clarior *tex. in l. 2. C. de sent. ex breuic. recit.*

Vis enim stat in excessu, non autèm in modo pronunciandi, nisi & in ipso etiam modo cadat
322 excessus, † veluti cùm Iuris ordo præuertitur, vt in eadem *l. ab exequutione*, docent *Cyn. num. 1. & Bald. num. 3. & 4. & Bart. in l. ab exequutore, num. 2. ff. de appell.* atquè ità cum sententia nullum nouum grauamen inferat, remanet sim-
323 plex † exequutoria iudicati, siuè alterius subiecti exequibilis, & in hoc consistit ratio prohibitæ appellationis, vt benè docet *Angel. in d. l. ab exe-*
324 *quutore, num. 3. ff. de appell.* & dicitur mera † interloquutoria, quemadmodùm voluit *Hieron. Paul. in pract. Cancell. Apost. sub tit. si non obst. lapf. temp. vers. sententia super exequutione, pag.*
325 *mihi 59e.* potissimùm vbi † exequutio promouetur Iudicis officio, non autèm actione Iudicati, vt declarat *Corn. in supra allegato cons. 221. litera F. lib. 4.*

Quinimò neque omnis excessus attenditur,
326 quando duo concurrunt, videlicèt quod † id ipsum, in quo est excessum, sit quid diuersum, & tanquàm tale separabile ab eo, in quo de Iure sustinetur exequutio, & simùl adiecta est clausula, *& omni alio meliori modo*, vt paritèr fuit in eadem *Firmana pensionis*, conclusum, in qua fuerat pronunciatum, literas translationis esse exequendas, proindequè concedendam esse Translatarijs surrogationem ad quasi possessionem transferentis, mandatumquè, & mandata necessaria, & opportuna decernenda, & relaxanda: Quippè in ea parte erat excessum, qua decernebatur immissio, quasi subrogatis, cum tamèn decretum subrogationis non legeretur in facultatibus; & nihilominùs Rota hunc excessum saluauit propter dictam clausu-
327 lam, *& omni alio meliori modo*, quæ † cum comprehendat quosuis modos etiam non expres-

sos, quibus possit actus sustineri, *Verall. decis. 124. nu. 1.* cum alijs per *Rot. decis. 733. num. 9. par. 2.*
328 *in recen.* apta est † etiam tollere, & reiicere modum expressum, per quem actus corruat, *Cresent. decis. 11. num. 9. de do. & contum.* neque
329 stat restrictiuè, † nisi quando ponitur simpliciter, & sine copula, *& Caf. de Grass. decis. 12. aliàs de elect. decis. 1. num. 4. Rota in nouiss. diuers. par. 3. lib. 3. decis. 467. num. 7.*

Quapropter, sicuti potest comprehendere modum exequutionis per simplex mandatum exequutiuum, ità potest tollere modum expressum, mediante videlicèt immissione vi subrogationis, veluti diuersum, & separabilem, atquè ideò inuti-
330 liter adiectum, quod † totum facit separabilitas subiectorum, nè videlicèt vtile per inutile vitietur, vt optimè deducit *Rom. cons. 348. nu. 4.*
331 Sic dicimus, exequutionem sententiæ † continentis plura capita, quarum aliqua sint iusta, aliqua iniusta, non reuocari in totum, sed tantùm quoad capita iniusta, modò sint separabilia, & in reliquis sustineri, æstimando indiuiduitatem non ex natura sententiæ, sed ex singularitate capitum, iuxta doctrinam *Aret. in l. certi conditio, sub num. 22. vers. aut sunt diuersa capitula, ff. si cert. pet. Rota diuers. decis. 33. nu. 12. 13. & 18. par. 2.*
332 quod tutè ad laudum quoquè productum per Rotam in vna *Senogallien. pecuniaria, 17. Decembris 1612. coram Reuerendiss. D. Coccino.*
333 Quantumcunquè enim, laudum de † sui natura videatur indiuiduum, quià transactioni æquiparetur, quæ non potest pro parte valere, & pro parte non, *Bart. cons. 159. num. 8. lib. 1. Soc. Sen. cons. 105. nu. 6. lib. 4. Aldobrand. cons. 77. n. 21. & cons. 78 num. 13. & cons. 79. num. 1. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 127. num. 15. lib. 2. Franch. decis. 177. num 4. Mohed. decis. 10. num. 1. de sent. & re iud.* cùm in effectu etiam in laudo militaret
334 eadem ratio, ex quo, † non magis poterat laudum facere de indebito debitum, quàm ipsa sententia, *Castr. cons. 122. sub num. 1. ad fin. vers. secundo videndum est, lib. 2.* proindequè eodem
335 modo † sustineri potest quoad vnum, & corruere quoad aliud caput, *Corn. cons. 49. num. 15. vol. 2.* quem approbarunt DD. in dicta *Senogallien. pecuniaria.*

Quæ eo faciliùs procedunt, vbi facultas transferendi fuisset motu proprio concessa, vt in casu dictæ decisionis factæ in causa *Firmana pensio-*
336 *nis*, tùnc enim † redditur dispositio magis fauorabilis, ex his, quæ tradit *Ancher. cons. 295. sub num. 2. ad fin. vers. prætereà dicta expressio*, proindequè ad instar vltimarū voluntatum (quibus assimilatur, *cap. 1. §. è contra, cum ibi not. de concess.*
337 *prebend. in 6.*) non † redderetur nulla ex accidentali adiectione inutili vèl impossibili, *l. si mihi, & tibi, 12. §. Proculus ait, de leg. 1. Rom. d. consil. 348 num. 1. & per tot.*

Neque pro substantia istius processus exigitur
338 libellus aliquis; in sūmarijs † enim, solemnitas hæc reiicitur, *clem. sæpè, §. non autem, de verb. signif.*
339 omnis autèm † causa exequutiua dicitur summaria, *Maran. de ord. iud. par. 4. dist. 9. n. 175.*

Alex.

Alex. conf. 50. nu.6. lib.2. & licèt exigatur quo-
dammodò à Iure naturę aliqualis petitio, quę ideò
340 videtur † irremisibilis ad denudandam intentio-
nem petentis, vt optimè aduertit Lanfranc. de
Orian. in repet.d.clem.sapè, num.48. Maran. vbi
suprà num. 12. cum seqq cum allegatis per Ad-
den. ad Vestr. lib. 5. cap.1. num.10. nihilominùs
huiusmodi petitio est inseparabilis ab hoc iudicio,
qualitercunquè promoueatur, idest vèl per Rescri-
341 ptum, seù commissionem. quæ † habet vim libelli,
l.1.& 2. C. quand. libell. Princ. dat. lit. contest.
fac. qui tex. etiam quod intelligatur procedere ad
effectum interrumpendi præscriptionem, & quoad
conclusionem iudicij, non autèm quoad ordinem
processus, nequè quoad conclusionem partis, vt in
ea.l.1. explicat Bald. num 1. iuncta doctrina eius-
dem Bald. in l. 1. sub num. 2. C. de precib. Imp.
offer. Dec. conf. 483. sub num. 6. ad fin. vers. nèc
342 prædictis obstare videtur, tamèn † nunc benè re-
soluit rescriptum in libellum, quando pars cita-
tur ad dicendum contra illud, petendo à Iudice,
proùt continetur in rescripto, modò iudicium
non sit plenarium, sed summarium, vt benè distin-
guit Abb. in cap.2. sub num. 7. vers. sed dic, de
dilat. Alex. conf. 201. num.1. lib. 3. vbi alios re-
fert, & sequitur etiam idem Dec. eo. conf. 483. sub
num. 7 vers secùs dicit; Vèl ex productione iu-
rium, & citatione ad soluendum, ipsaquè instantia
343 pro relaxatione exequutionis, ex deductis † enim
in iudicio, & prosequutis, iustificatur quid peti-
tum sit, ad effectum substantiandi in hac parte iu-
dicium, meliùs quàm ex præambula aliqua peti-
tione, vt benè per Paris. conf. 112. ex num. 55. &
conf. 113. num. 3. cum seqq. lib. 1.
344 Vndè apud † nos stylus inualuit, eadem die,
qua fertur sententia, ad collēdam scrupulositatem,
an vnquàm possit cadere aliqua difformitas inter
sententiam, & petitionem, formari petitionem
ipsam strictè ad deducta, & probata, Paris. con-
sil 76 num.12 eo. lib. 1. Verall. decis. 262. num. 2.
& 3. par. 2. & quod nulla alia explicita requira-
tur petitio, non solùm in summarijs, sed etiam
in plenarijs, tenuit Rota apud eundem Verall. de-
cis. 126. sub num. 1. vers. imò etiam in plenarijs,
par. 3.

Vtcunquè verò Translatarius intendat agere
exequutiuè contra Titularem, qui non consensit
translationi, duobus extremis debet processum
ipsum suum concludere; Primo, intimando lite-
ras, & instrumenta reseruationis (vt dictum est)
345 ipsi à quo petitur, hoc enim, † etiam circumscri-
pta causa grauitatis præiudicij propter censuras,
quod considerat Cassad. decis. 11. num. 2. de re-
script. exigit manifesta Iuris ratio, vt videlicèt pos-
sit idem à quo petitur, deliberare, an contendere,
vèl cedere debeat, l.1. in princ. ff. de edend. Alte-
ro, easdem literas iustificando; & quià in hoc se-
cundo tota consistit difficultas, est aduertendum,
de natura translationis esse, vt censeatur facta
346 cum suis qualitatibus, adeò vt † Translatarius
debeat eodem Iure vti, ac priuilegio, nequè in
plus grauari, quàm grauaretur ipse Transferens, vt
censuit Rota in recent. decis. 122. nu. 10. par. 1.

Quandò igitùr facta est translatio, duplex in-
currit subiectum iustificabile: Alterum respectu
personæ transferentis, nè videatur translatum id
quod non est, cum aliàs posset videri rescriptum
347 contra rationem, & æquitatem, quod † minimè
est dicendum, Fel. in cap. causam quæ num. 5. de
rescript. Alex. in l. ex facto, num. 10. & ibi Imol.
num. 7. de vulg. & pupill. & alterum respectu
personæ Translatarij, iuxta regulam cap. 2. de
rescript.

Itaquè respectu Transferentis, Translatarius
non tenetur iustificare reseruationem priùs fa-
ctam, nisi quatenùs ipse Transferens teneretur, se-
cundùm ea quæ explicauimus suprà quæst. 36. ex
num. 40. & ex num. 71. Vndè si reseruatio propo-
neretur facta motu proprio, quemadmodùm non
teneretur Pensionarius eam iustificare, ità nèc
348 Translatarius, hæc enim est vis † gratiæ motu
proprio factæ, vt Papa censeatur ex comperta ve-
ritate suppositorum, eam fecisse, proindequè nulla
alia sit necessaria iustificatio, Abb. in cap. dudum,
31. sub num. 3. vers. & puta hoc dictum, de priuil.
Dec. in l. si quis iniquum, sub nu. 5. vers. & clau-
sula, ff. quod quisque Iur. & in conf. 341. itidem
sub num. 5. vers. & propter dictam clausulam,
Gabr. de claus. concl. 2 num. 89 Seraph. de-
cis. 1484. num. 10. & decis. 1498. num. 1. & ità
349 in terminis † istis responsum fuit in præallegata
Firmana pensionis, 26. Februarij 1626. coram bo.
me. D. Remboldo, & 23. Ianuarij 1627. coram
R. P. D. Duran. vbi quòd hac eadem ratione
remittitur necessitas iustificandi respectu gratiæ
ipsius translationis, quandò eadem esset concessa
motu proprio: præterquàm tamèn si respectu ali-
cuius qualitatis Papa habuisset relationē ad narra-
tiuam ipsius Translatarij, per verba consueta, vt
asseris, Rota decis. 645. num. 3 par. 1. in recent.

Extra igitùr hunc casū, quādò pensio est reser-
uata purè, & motu proprio, omninò tenetur Trā-
slatarius gratiam iustificare, nisi ab hoc onere rele-
uetur ex possessione, seù quasi; in quo articulo, vt
distinctè procedatur, sunt distinguēdi plures casus.
350 Prior est, quando ipse Translatarius † est in
quasi possessione exigendi, petitquè in ea manu-
teneri, ac pro terminis decursis, & decurrendis
sibi relaxari mandatum; & hic non habet difficul-
tatem, ipsum non teneri ad aliquam iustificatio-
nem, ex regula l. 2. ff. vti possid. atquè ità nèc li-
teras reseruationis, nequè habilitatem, aùt suam,
aùt Transferentis habet probare, sed sufficit ostē-
dere literas expeditas, & translationem factam,
& se esse in quasi possessione exigendi, vt in his ter-
minis respondit Rota apud Mohed. decis. 9 sub
num. 1. vers. fuit dubium, de caus. poss. & propr.
Put. decis. 239. sub num. 2. vers. & retento eodem
themate, lib 1. in correct. & in recent. decis. 305.
sub num. 2. vers quià Translatarij, par. 2.
351 Secundus est casus, quandò † ipse Translata-
rius nusquàm, sed benè transferens exegit per ali-
quod tempus, etiam longum, non tamèn longissi-
mum; verùm mutata est persona Titularis, atquè
ità agit Translatarius contra eum, qui non con-
sensit, nequè soluit: Et hoc casu concludendum

est, Translatarium, tàm suam translationem, quàm gratiam Transferentis iustificare teneri; nàm cum in iudicio duo asserat, videlicèt subiectum transferibile, quod pendet à iustificatione reseruationis, & factum translationis, quod pen-
352 det ab eo, an legitime facta sit, & † in personam habilem, *l. & si transferam, ff. de adim. leg.* dùm ex parte eius à quo petitur, vtrunque negatur, vtrunque etiam ab ipso Actore est probandum, *l. Actori, & l. circa ff. de probat. Imol. in cap. super literis, sub num. 19. vers. nam tùnc eum assertio, de rescrip.*

Neque dicatur, non esse grauandum Translatarium, saltim in iustificando gratiam reseruationis, stante possessione, seù quasi Transferentis, cuius Iure vtitur, vt proximè dictum est: Nàm est ad-
353 uertendum, Transferenti quidem † competijsse possessorium Summarijssimum Retinendæ, etiam contra hunc nouum successorem, qui nusquàm soluit, vt in puncto tradit *Guid. Pap. decis. 629. sub num. 1. vers. quid dicendum,* quem sequutus est *Gig. de pensio. quæst. 47. sub num. 10.* & sæpissimè probauit Rota, vt apud *Put. decis. 151. lib. 3. & in recent. decis. 508. sub num. 1. vers. sed etiam contra successores. par. 2. Reuerendissimus D. Coccin decis. 31. num. 5.* sed non posse competere ipsi Trãslatario, in quẽ licèt trãsferatur pẽsio, & erecetur in ipso noua actio, tamèn nõ trãsfertur posses-
354 sio quæ fuerat apud Transferentem, illa enim † fuit extincta eo ipso momento, quo Transferens desijt habere animum possidendi, vndè Translatario sine noua apprehensione, quæri non potest, iuxta regulam *l. qui hæredes, de acquir. poss. Cephal. cons. 479. num. 39.* quem in his terminis sequuta est Rota in *Brixien. pensionis, 17. May 1594. coram Illustrissimo D. Cardinali Millino.*

Non ergò Translatarius cogitur hoc casu iustificare, tãquàm impeditus vti Iure trãsfuso, sed tanquàm non valens vti Iure non transfuso, quin potiùs extincto, & cuius ideò respectu non potest dici Translatarius, cùm non entis nullæ sint qualitates, *vulg. l. eius qui in prouincia, ff. si cert. pet.* & vim hanc non concessi transitus possessionis, optimè agnouit Rota in *Neritonen. pensionis, 5. Nouembris 1601. coram bo. me. Litta,* impressa apud *Garz. de benef. par. 1. cap 5. sub num. 472.* & apud *Marches. tom. 1. pag. 571.*

355 Tertius est casus, quando † possessio illa Transferentis nedùm fuit longa, sed etiam longissima, triginta annorum: Et hoc quidem casu non est qui dubitet, Translatarium non teneri ad iustificationem gratiæ Transferentis, vt admittit eadem decisio in causa *Neritonen.* & priùs firmatum fuerat in dicta *Brixien. pensionis,* & rursus in *Lauden. pensionis, 29. May 1599. coram Penia,* impressa apud *Marches. to. 1. pag. 560. Rota d. decis. 505. num. 3. par. 1. in recent.* & sunt etiam responsum in supradicta *Firmana pensionis, coram R. P. D. Duran.*

356 Et ratio est, quià tùnc præsũptio veritatis † narratorum, non oritur Translatario ex quasi possessione, qua ipse vtatur, sed ex præscriptione longissima; neque enim fit verisimile, si gratia non fuisset iustificata, pensionem fuisse exactam per adeo longum temporis cursum, & hoc est, quod ponderat Rota, præcipuè in dicta *Bononien.*
357 *pensionis, nu. 3.* vbi etiam † circa modum verificandi longissimam hanc exactionem, vult sufficere si ostendatur exactio de præsenti, quià ex illa optimè etiam infertur, quod fuerit in præteritum exacta, ex suppositione suæ causæ, nimirùm
358 antiquæ reseruationis; quamuis enim † regulariter ex possessione de præsenti, non benè inferatur ad possessionem de præterito, tamèn hoc intelligitur, nisi præcedat aliqua legitima ratio, per quã possimus arguere quòd etiam olim quis possederit, *Salyc. in l. ex persona, sub num. 2. vers. Tertio casu, C. de probat. Soc. Sen. cons. 89. num. 19. lib. 1.* sequitur *Alciat. de præsump. reg. 2. præsump. 21. sub n. 12.* & de his plura diximus etiam suprà *quæst. 38. ex num. 78.* vbi firmauimus, ad hunc ipsum effectum admitti coniunctionem temporum; Quæ minimè hic sunt repetenda.

359 Quartus deniquè est casus, quando † Transferens nusquàm exegit; & tùnc neque etiam est, qui dubitet Translatarium teneri ad iustificationem, nedùm translationis, sed ipsius reseruationis literarũ, nisi ageretur cõtra illum, qui pensioni consensit, ex superiùs deductis; & fuit etiam notatum in appendice decisionis factæ in suprà allegata *Lucana pensionis, 7. February 1597. coram Orano,* impressa apud *Marches. tom. 1. pag. 559.*
360 *n. 3.* supposito enim tali consensu, † sufficit iustificare gratiam translationis, quæ vt plurimùm consumitur circa habilitatem personæ, & qualitates expressas, quantumcunque non necessarias, ex enim omninò sunt iustificandæ de ipso tempore translationis, neque sufficeret, ex post facto superuenisse, *cap. eam te, de rescript.* optimè *Bald.* qui loquitur de eo, qui narrauit se Doctorem, in *l. 3. sub num. 2. vers. & ideò si Papa, C. de probat.* & de eo, qui narrauit se familiarem Cardinalis, pronunciauit Rota in vna *Salamantina pensionis, 18. Aprilis 1572. coram bo. me. Cardinali Scipione Lancellotto.*

361 Et si quis narrauit † se inhabilem, sed dispensatum, quod teneatur exhibere dispensationem, & iustificare causam in ea narratam, tradunt *Dec. in cap. porrecta, n. 11. de confir. vtil. vel inutil. Oldrad. cons. 256. sub num. 2. vers. hoc tamèn, Gemin. cons. 33. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Interitus cuiuscunquè rei sequitur interitum causarum essendi, & sic intrinsecarum, non item causarum fiendi, & sic extrinsecarum.*
2 *Pensionem extingui per auspicationem Cardinalis ad Papatum, aliquibus visum, quæ opinio latè reijcitur.*
3 *Pensio extinguitur per assumptionem ad Episcopatum.*
4 *Nisi expressè concedatur retentio.*
5 *Causa gratiæ cessante, cessat & ipsa gratia.*
6 *Princeps, qualitèr intelligatur legibus solutus.*
7 *Pensio, inspecta iuris communis dispositione, non*

non extinguitur per promotionem ad Episcopatum.
8 *Sed tantum ex stylo Curiæ, in vim extrauag. Iulij 11.*
9 *Pensio, de iure communi est compatibilis cum Episcopatu.*
10 *Princeps prorsùs est solutus à lege, quoad vim coactiuam, & quatenùs subycitur directiuæ, id contingit ex propria eius voluntate.*
11 *Causa gratiæ cessante, qualitèr intelligatur cessare gratia.*
12 *Tex. in l. generaliter, la seconda, C. de Epis. & Cler. explicatus.*
13 *Abusu, gratia amittitur.*
14 *Principes non imponunt leges successoribus, sed exempla.*
15 *Priuatio supponit habitum.*
16 *Pensionem qui dicit extinctam, probare debet.*
17 *Pensio, sub qua forma reseruetur pleno beneficio.*
18 *Pensio reseruata super fructibus beneficij vacantis, si nulla huiusmodi, seù diuersa sit vacatio, corruit ex defectu intentionis Papæ.*
19 *Pensio non consueuit reseruari, nisi personis Ecclesiasticis.*
20 *Ecclesiastica persona, quæ dicantur.*
21 *Pensionis reseruatio, qualitèr reddatur nulla, vsquè ab initio ex defectu mentis, propter subiectam diuersitatem status Ecclesiasticitatis personæ.*
22 *Pensio, corruit ex intentionis defectu, si nulli existent fructus, deducta congrua pro Titulari.*
23 *Et congrua huiusmodi qualitèr expendatur in reseruatione pensionis.*
24 *Dispositio, censetur facta ex causa necessaria.*
25 *Pensio, quomodò intelligatur corruere, ex intentionis defectu, propterea quod deficiat quantitas fructuum supposita.*
26 *Pensio, an in totum corruat, si ostendatur expressus falsus valor.*
27 *Certum constituitur vi relationis.*
28 *Quantitas, perpetuò est diuidua.*
29 *Vtile, per inutile nunquàm vitiatur in diuiduis.*
30 *Pensio reseruata, sub falsa expressione non excessus tertiæ partis fructuum, quòd possit nedum reduci, sed declarari nulla, visum fuit Gigantì, quæ opinio reyeitur.*
31 *Falsa narratiua sine dolo, non est considerabilis.*
32 *Mendacium commissum circa quantitatem, non alterat substantiam dispositionis respectu materiæ, nequè respectu subiecti censetur commissum mendacium.*
33 *Diuiduum quod sui natura est, potest ex mente disponentis, constitui indiuiduum.*
34 *Fructuum expressio in reseruationibus pensionum, quando intelligatur fieri ad determinandam pensionem principalitèr, & consequentiuè ad determinandam congruam Titularis.*
35 *Clausula, nec aliàs alitèr, &c. importat formam.*
36 *Indiuiduum, constituitur ex forma.*
37 *Pensio, in vno obolo nulla in totum nulla, qualitèr intelligatur.*
38 *Pensio, si dicatur nulla per Resignatarium, concluditur ad non consensum Resignantis, & aperitur ei via ad reintegrationem sui beneficij.*
39 *Correspectiuitas consensuum resignantis sub pensione, & Resignatarij, non tollitur ex diuersitate Datarum.*
40 *Pensio si dicatur nulla per successorem in beneficio, adhùc datur reintegratio Resignanti.*
41 *Cautio de restituendo in euentum succumbentiæ, non potest peti à Pensionario, qui est in quasi possessione exigendi.*
42 *Et quæ sit ratio.*

QVÆSTIO XLI.

Pensio, per auspicationem ad Papatum, an extinguatur? & quomodò ex defectu intentionis Papæ, dicatur nulla ab initio.



PENSIO, vbi semèl in esse est deducta, etiàmsi Papa, qui eam reseruauit, moriatur, vel etiàmsi causa alimentorum, in quam fuit reseruata, ob quantascunque partas Pensionario diuitias euanescat, minimè extinguitur, sed tùnc demùm si vel materialia illius pereant, vèl eius forma resoluatur; istæ enim † sunt causæ essendi, & intrinsecæ, illæ verò fiendi, atquè extrinsecæ, cum illis propterea, non cum istis res ipsa interit, vt pulchrè docet *Bald. in proœm. decre. Rex pacificus, n. 51.*

2 Quocircà cauendum † puto à Gabrielis *consil. 200. n. 2. lib. 2.* vbi consuluit, per assumptionem Cardinalis Pensionarij ad Summum Pontificatum, extingui pensionem: mouetur enim duplici argumento, vtroque erroneo. Primo quòd sicùti † extinguitur per assumptionem ad Episcopatum, *Ferret. cons. 53. num. 4.* nisi † expressè concessa sit retentio, *Ver. all. decis. 303. num. 1. & 2. par. 2. Valenzuel. qui alios refert, cons. 51. nu. 19.* & diximus in *praceden.* Multò magis debetur extingui per Pontificatum, ità idem *Gabr. ibid. num. 5.*

Secundo, quià cesset causa ob quam pensio sit reseruata, videlicèt sustentatio, & vitæ subsidium, *ad reg. cap. Cum cessante, de appell.* vt ibidem per

5 eum ex *num. 7.* & certissimum † est, gratiæ causa cessante, cessare quoquè ipsam gratiam, *Bero. in cap. super literis in prima lectura, num. 49. de rescript. Tiraquel. ad reg. Cessante causa, in prima par. num. 116.*

6 Occurritquè Gabriel tacitæ obiectioni de auctoritate Principis, quod sit legibus † solutus, *l. Princeps, ff. de legib.* dicens, illum non esse solutum ratione, quin secundum leges viuere debeat, vt ibi per eum *num. 10. cum seqq.* vndè firmat in principio illius consilij, Doctores omisisse disputationem hanc, tanquàm in re clara, & indubitata, & Pium Quartum ità tacitè censuisse, dùm sciuit, & passus fuit, Hospitale sibi liberè percipere fructus monasterij ei vniti, quos loco pensionis non controuertebatur eidem Pontifici, dùm esset Cardinalis, reseruatos fuisse.

Cæte-

Cæterùm istæ argumentationes (vt dixi) mi-
nùs solidæ sunt, nàm quantum ad priorem, illud in
7 primis statuendum est, de iure † communi pen-
sionem non extingui per assumptionem Pensiona-
rij ad Episcopatum, quicquid dicat *Ferret. cum
alijs suprà allegatis*, & etiam perperàm distinguit
Gig. de pens. quæst. 56. mouentur enim falsa ima-
gine, dùm æquiparant, & ideò confundunt pen-
siones cum beneficijs simplicibus, de quibus tan-
tùm loquitur *tex. in cap. Cum in cunctis, §. Cum
verò de electio.* quam allucinationem multi in hoc
puncto agnouerunt, & damnarunt, quos retulit,
& sequutus est *Alphons. Hoied. de benef. incom-
patib. par. 1. cap. 4 num 4. & 5.*
8 Totum ergò istud † referendum est ad stylum
Curiæ, vti aduertit *Rota decis. 233. num. 1. par. 1.
diuers.* ex quadam extrauaganti Iulij Secundi,
quam anno 1520. Leo Decimus expressiùs inno-
uauit, decernendo, pensionem huiusmodi extingui,
nisi in ipsamet cedula consistoriali fuerit dispen-
satum, vt in nouo Bullario *Constit. 36. §. 1.* quam
confirmauit *Clem. VII de anno 1524. vt in eius
Const. 8.* vndè cessante hoc iure singulari, nulla de
9 iure communi est † incompatibilitas inter Cathe-
dralem, & pensiones, quod etiam notauit *Rota
decis. 454. n. 9. par. 1. diuersor. Valenzuel. cons. 51.
num. 41.*
Prætereà quando etiam admittamus, quod de
iure communi ità se habeat, scilicèt per promo-
tionem ad Episcopatum extingui pensionem; ta-
mèn non procederet illatio ad promotionem ad
10 Papatum; nequè enim potest † esse lex vlla scripta
Dei Vicario, vt in vltima huius libri quæstione di-
cemus; & quamuis Princeps profiteatur sè velle
viuere secundum leges, *l. Digna vox, C. de legib.*
tamèn istud non facit ad rem, quià in hoc articulo
quæritur, an extinguatur pensio ipso iure ex facto
promotionis ad Papatum, quod necessariò suppo-
nit coactionem ex parte legis: si enim accesserit
voluntas ipsiusmet Papæ, qui habeat pensionem
pro extincta, resultabit quidem extinctio, sed ex
voluntate ipsius, non ex ministerio legis eum co-
gentis, *D. Thom. 1. 2. quæst. 96. art. 5. in respons.
ad tertium, Felyn. in cap. 1. nu. 25. de constit.* quod
nèc Gabriel negat, hucquè referri potest ea con-
niuentia Iulij, cuius in casu suo ipse meminit.
Quantum ad alteram ductam à cessante ratio-
11 ne gratiæ, ea est nimis fragilis, procedit enim † vbi
causa ità cessat de tempore ipsius concessionis, vt
causet errorem in concedente, & mentis defectū,
vt benè explicatur *ex doctr. Abb. in d. cap. super li-
teris, sub num. 6. vers. Item gratia assumitur, de
rescript.*
12 Nèc applicatur, quod † desumitur *ex l. gene-
raliter, la seconda, quæ in ordine est 40. C. de Epi-
scop. & cler.* registrata in decreto Gratiani, *can.
generalitèr, 16. quæst. 1.* quià in specie illius *tex.*
non euanescit gratia, quasi quod cesset causa illius
finalis, quæ fuit residentia, sed quià is, cui facta
13 fuit, illa abutatur, & sic † non dicitur cessare
gratia, sed is, cui facta est, illa priuatur propter
abusum, proùt etiam in idem tendit dispositio *tex.
cap. suggestum, de decim.* super quo etiam fundat

se Berois; & propterea si ex aliqua causa nō possit
quis residere, non resoluitur gratia in specie, *d. l.
generalitèr*, sed benè illius priuatio contingit, si
ex minùs legitima causa non resideat, atque ità
delinquat abutendo, vt innuit textus idem, ibi, *non
diuagates, nequè circa diuina ministeria desides*;
quæ verba sonant in contemptum, & abusum, at-
què ità in factum minùs honestum, proùt ponde-
rat, & benè aduertit in *eo. can generalitèr, Archid.
sub nu. 4. ad finem, in vlt. gloss.* & ibi etiam *Tur-
recrem. sub num. 8. vers. solutio.*
Atquè ità vidimus de facto in hac re seruari per
Summos Pontifices Iurisprudentissimos, qui pen-
siones, vel exegerunt per totum Pontificatum,
vel eas in personas sibi benè visas transtulerunt,
quod non fuisset, si vel suspicati forent, id aliquo
modo contra ius, aut rationem esse, quod satis fuit
14 successoribus indicasse, quibus † exempla, non
leges proponuntur, vt ait *tex. in d. l. Digna vox,
vbi glo. in verb. indicamus, C. de legib.*
Pendet ergò resolutio pensionis totalitèr ex
resolutione materiæ illius, vel formæ: Materiam
cùm dico, intelligo fructus ipsos beneficij, in quos
actio realis dirigitur, & personalis est scripta, vt
demonstrauimus suprà *quæst. 35. nu. 53.* id enim
demùm est, quod formæ pensionis subijcitur; cùm
autèm dico formam, nihil aliud intelligo, quàm
concursum illum consensus Titularis, & volunta-
tis Papæ ab initio, vndè ipsi Pensionario ea actio
oritur, vt etiam exposuimus *ea. quæst. 35. nu. 65.*
15 Cùm itaquè prætenditur extinctio † pensionis,
iàm supponitur illius validitas à principio, iuxta
regulam *l. Decem, 116. de verb. oblig.* Atquè ideò
in primis separanda est indago ista ab indagine
validitatis, vèl inualiditatis gratiæ, & eodem defe-
ctu, aùt materiæ, aùt formæ ab initio. Nàm si re-
seruatio Pensionis à principio esset nulla, vtiquè
frustrà ageretur de illius extinctione, *vulg. l. Eius
qui in prouincia, ff. si cert. pet. cum simil.* incum-
beretquè ideò Pensionario docere de illius validi-
tate, si petitorio ageretur, vt alibi diximus: Si ve-
rò ex alterutro defectu prætendatur ex post il-
16 lam † fuisse extinctam, iàm proponitur merum
factum, quod ideò est plenè iustificandum per ip-
sum allegantem, *l. 2. ff. de probat. cum simil.* pro-
nunciauitquè Rota apud *Seraph. decis. 1088. nu. 1.
Valenzuel. cons. 51. nu. 40.*
Itaquè cùm prętenditur nullitas à principio, ro-
ta disputatio regulanda est secundùm intentionē
Papæ, quæ ex tribus efformatur: Primo ex certa
17 præsentanea vacatione, nàm licèt † etiam pleno
beneficio, de consensu Titularis pensiones con-
sueuerint reseruari (quo casu vrgentem causam
exigit, & ad tollendas imposturas, decretum adij-
cit, vt nisi per Titularem pensio soluatur statis tē-
poribus, gratia sit ipso iure nulla) tamèn cùm re-
seruat pensionem super fructibus vacantis benefi-
cij, contemplatur vacationis factum certum, tàm
ex persona, quàm ex modo sibi subiectis: Vndè si
18 nulla † huiusmodi, seù diuersa sit vacatio, intrat
defectus intentionis Papæ ex defectu causæ, & gra-
tia est nulla ipso iure, nequè vllo temporis tractu
conualescit, *Verall. decis. 298. ex num. 1. par. 2.*
Reue-

Reuerendissimus D. Coccin. decis. 183. num. 11.
Secundo ex certa qualitate personæ, cui reser-
19 uat: nequè enim † consueuit Papa pensiones Ec-
clesiasticas alijs reseruare, quàm personis itidem
Ecclesiasticis, *Alciat. cons. 90. num. 7. lib. 9.* idest
vèl Clericis, vèl Religiosis, seù Deo deuotis: Hoc
enim duplici hominum genere status Ecclesiasti-
cus componitur, *can. Duo sunt genera. 12. quæst. 1.*
20 ex quo textu benè etiam probatur, hos omnes † la-
tè sumpto vocabulo, *Clericos*, idest *in sortem Do-
mini electos* dici, quod in his terminis censuit Ro-
ta apud *Cæs. de Grass. decis. 47. aliàs 1. de prouat.
num. 17.* quod vti se habeat, in superioribus ex-
21 plicauimus; & propterea si † Papæ fuerit sugge-
stus clericatus, vèl status regularis illius cui re-
seruat, secùs ac se res habeat; censetur etiam
deficere eius intentio, & ex hoc defectu gratia
est nulla, *Rota decis. 20. lib. 3. par. 3. diuers.* ne-
què ex superuenienti ea qualitate côualescit, *Gig.
quæst. 22. num. 8. Rota in recent. par. 1. decis. 158.
num. 3.* nèc attenderetur reputatio communis in
contrarium, *Rota d. decis. 20. lib. 3. par. 3. diuers.*
& diximus in superiori *quæst.* ex *n. 126.*
Prorsusquè idem dicendum furet, si persona
esset quidem Ecclesiastica, sed diuerso modo ab
expresso; velùti quià Regularis expressisset se cle-
ricum, & Papa existimans eum fore Clericum Se-
cularem, reseruaret pensionem super beneficio Se-
culari, vel è conuerso, exigitur enim hoc casu cer-
ta scientia Papæ, vt censeatur dispensasse, aliàs in-
surgit idem defectus mentis, etiàmsi gratia esset
facta motuproprio, vt declarat *Rota decis. 656.
num. 7. par. 2. in recent.* & de his pluribus egimus
in præcedentibus, quæ hic minimè sunt repe-
tenda.
Tertio deniquè, efformatur intentio Papæ ex
quantitate redituum beneficij sibi supposita, at-
què ità ex materia, quam pensioni assignauimus,
de qua materia, cùm simplicitèr agitur, illius
quantitas, nullo modo est de substantia rei, præter-
quàm si concurrat ad formam, proindequè cùm
reseruatur pensio, perpetuò supponitur, vltra con-
22 gruã Titularis, superesse fructus, qui possint † pen-
sione grauari, hæc enim demùm est Iustitia gra-
tiæ huius, vt suprà probauimus; ac ideò si nulli
huiusmodi exstent fructus, nihil quoquè actum
censetur ex eodem, quem diximus intentionis
defectu, *l. qui res suas, 98. §. Aream, ff. de solut.
cum simil.*
Quantitas ergò fructuum certa, & determina-
23 ta † non est de substantia pensionis, nequè illius
expressio est necessaria simplicitèr ad pensionem
constituendam, sed tantùm vt Papa secundum il-
lam determinet congruam ipsius Titularis; Qua-
proptèr illa narratiua, non pensionarij, sed gratia
ipsius Titularis tantùm fit, licèt Papa consequu-
tiuè ex ea quoquè determinet ipsius pensionis
quantitatem, congrua enim illa habet causam ra-
dicatam in iure diuino, vt qui altari seruit, de al-
tari viuat, atquè ita prorsùs necessariam, *cap. Cum
secundum Apostolum, de præbend.* & alibi expli-
cauimus; determinatio autèm quantitatis pen-
sionis respectu personæ ipsius pensionarij, nullam
huiusmodi habet necessitatem; & propterea in-
24 trat vulgare dictum, quòd vbi † dispositio potest
videri facta ex duplici causa, censeatur facta ex
causa necessaria, & quæ potest impedire, ne actus
fiat, *l. 1. §. quid ergò, ff. de vent. inspic.* cum ad-
ductis per *Aym. cons. 135. num. 34. & Menoch.
cons. 307. num 23.*
25 Quocircà cùm † infertur defectus intentionis
ex defectu materiæ, supponendum est dari hunc
defectum, non simplicitèr in quantitate expressa,
sed in effluentia fructuum supra congruam; Quòd
enim remaneat congrua, prorsùs est de causa gra-
tiæ reseruationis pensionis, quià aliàs Papa eam
non reseruasset, quòd verò supra congruam tot
supersint non plùs, nèc minùs, mouit quidem Pa-
pam ad determinandam quantitatem ipsius pen-
sionis, sed non ad reseruandum, & propterea si
cesset suppositum illud, sine quo non, idest si supra
congruã nihil sit, reseruatio erit nulla ex defectu
materiæ, si verò aliquid supererit, etiam quod non
attingat quantitatem expressam, in eo tamèn
pensio subsistet, licèt non debeatur in tanta quan-
titate, hæc enim est vis discretiua istarum causa-
rum, *Abb. in cap. post translationem, num. 18. de
renunciat.* late *Franc. Becc. cons. 20. nu. 10.*
26 Et propterea cùm quæritur, si pensionarius † in
iustificatione valoris per ipsum narrati deficiat, vèl
si Titularis, assumpto in se onere iustificandi, pro-
bet valorem falsò expressum, Vtrùm pensio in to-
tum corruat, vel sustineatur in quantitate aliqua,
semper est obseruandum, an ille defectus sit supra,
vèl infra congruam, ex eiusdem congruæ deter-
minatione semèl facta; fit autèm determinatio
hæc duplicitèr, idest expresè, cùm Papa expresè
eam determinat per clausulã, *dummodo remaneant
tot pro Titulari*: Tacitè verò, cùm illa consequitur
ex supposita quantitate fructuum, & determinata
quantitate pensionis; si enim narret quis, fructus
ascendere ad ducatos ducentos, & Papa reseruet
ei pensionem centum, siuè cum clausula *dummo-
dò non excedat medietatem*, siuè sine, vtiquè ne-
cessariò consequitur determinasse congruam Re-
27 ctori † in centum, vi relationis factæ ad quantita-
tem determinatam, *l. certum, ff. si cert. pet. l. vbi
autem 75. §. illud, de verb. oblig. Soc. Sen. cons. 96.
num. 14. lib. 4. Menoch. cons. 287. nu. 31.*
28 Si itaquè defectus † sit infra congruam, nulla
ratio patitur, vt in aliquo sustineatur pensio, cùm
prorsùs deficiat illius materia, si verò sit suprà,
nulla è conuerso ratio patitur, vt non sustineatur
in ea minori quantitate; quià licèt pensio quoad
substantiam sit indiuidua, tamèn quoad quantita-
tem est diuidua ad instar sententiæ, siuè decreti
Iudicis, quod licèt sit indiuiduum, quantitas ta-
men etiam in vno capite contenta est diuidua,
*l. In hoc Iudicium, ff. com. diuid. l. pen. C. quan.
prouoc. non est nec. Aym. in l. 4. §. Cato num. 77. de
29 verb. oblig.* & in his, quæ diuidua † sunt, nusquàm
vtile vitiatur per inutile, *cap. Vtile, de reg. iur.
in 6. Ancbar. cons. 215. num. 5. Bellam. cons. 42.
num. 11.* & ità in terminis huius controuersiæ, re-
spondit Rota apud *Mantic. decis. 153. num. 3. 4. &
per tot. & decis. 173. in princ.*

30 Vndè

30 Vudè apparet † non satis tuto vestigio hæsisse,
*Gig.quæst.35.sub num.*2. qui existimauit, Titula-
rem posse nedùm petere reductionem pensionis,
sed etiam agere ad eius nullitatem, si fuerit ex-
pressum, pensionem non excedere tertiam par-
tem fructuum, contra àc verum sit; nàm & sibimet
contrarius videtur, & ratio per ipsum adducta non
concludit: si enim supponamus, pensionem fuisse
nullam, iàm non posset peti illius reductio, cùm
non entis nulla sit actio, vel passio, *l.eius qui in*
prouincia, ff. si cert.pet. cum simil. nequè ex eius
facto posset præiudicium aliquod successoribus
inferri, *Cassad.decis.3.num.7.de pensio.*

Quod verò ait, gratiã corruere ob non expres-
sum verum onus, siuè valorem ex quo onus re-
sultat, est id ipsum, circa quod fuit mirabilitèr
deceptus: nàm valor, vt dixi, exprimitur princi-
palitèr pro statuenda congrua fauore ipsius Titu-
laris, & quamuis expressio sit falsa, tamèn ista fal-
sitas, velùti commissa supra verum valorem, ei
nullum affert præiudicium, sed potiùs affert ma-
ximum commodum; determinatio enim congruæ
secundum expressum valorem semèl facta, non
ideò alteratur in aliqua parte, sed manet semper
firma ad effectum metiendi ipsius materiæ quan-
titatem pro constituenda pensione in reliquo, &
31 sic ista falsitas † cùm careat omni dolo, non est
considerabilis, *Innoc. in cap.Cum nostris.sub n.3.*
vers. litera tamèn, de concess. præbend. Rota de-
cis.270.num.1. par. 3. in recent. & alibi explica-
mus.

Nequè valet replicatio, saltim consequutiuè cẽ-
seri quoquè factam pro determinanda pensione,
quià hoc conceditur, & propterea etiam admit-
titur, illam determinationem ex hac causa posse
alterari reducendo pensionem, sed hinc non se-
quitur totam gratiam corruere, quod in effectu
voluit *Cassad. decis.4.num.4.de pensio.* expressio
32 enim † quantitatis certæ, si milliès falsa sit, non
alterat substantiam dispositionis respectu mate-
riæ, cùm respectu subiecti non censeatur commis-
sum mendacium, vt est *tex. pulcherrimus in l.Qui*
libertatis, 69. §. seruus, ff. de euict.

Hæcquè de plano procedunt, nisi ex decreto
Papæ pensio esset reseruata in quantitate indiui-
33 dua, nihil enim † prohibet id, quod natura diuiduum
est, ex mente disponentis indiuiduum effici, *l. Tu-*
tor vrgentibus, §. 1. l. In causa, la 2. ff. de minor.
cum similibus adductis per *Aym.in l.naturalitèr,*
§. nihil commune, num. 52. de acquir. poss. quod
34 in hac materia tùnc contingit, cùm è † conuerso
expressio fructuum fit ad determinandum princi-
palitèr ipsam pensionem, & consequutiuè ad de-
terminandã congruam Titularis, videlicèt in pen-
sionibus, quæ reseruantur ex causa resignationis,
35 nàm in his, quià † pensionarius protestatur, se, nèc
alitèr, nèc alio modo velle resignare, quàm reser-
uata sibi validè pensione in tanta quantitate, pro-
pter dictam clausulam, quæ conditionem, & sic
formam importat, *Bver.decis.243.num.11.* cum
36 relatis per *Cened. sing. 65. num. 1.* quod † aliàs
erat sua natura diuiduum, est effectum indiuiduum
vi formæ, *l. stipulationes non diuiduntur, 72. vbi*
omnes de verb. oblig. Dec.cons.432.nu.5. nèc pro-
pterea potest in parte valere, & in parte non, vt
plenè declarat *Rom.cons.66. num. 2.* & in his ter-
37 minis procedit † quod aliquandò dictum est, pen-
sionem nullam in obolo, in totum esse nullam, vt
apud *Rot. decis.446.num.5 & 626.num.5.par.1.*
diuers. & plenè declarat *Mantic. d. decis. 173.*
num. 1.

Nequè hoc casu sustinetur pensio in tali statu
excessiuitatis, quasi contra Iustitiam, sed simpli-
38 citèr † denegatur actio Titulari, quasi propo-
nenti de directo contraria, ex quo validitas eius
tituli pendet ex toto à validitate reseruatæ pen-
sionis in ea quantitate, vndè vèl debet soluere, vèl
dimittere beneficium resignatum, quià dùm petit
reduci, concludit ad non consensum resignantis, &
consequentèr ad nullitatem totius gratiæ, ape-
ritquè viam resignanti ad reintegrationem sui be-
neficii, *Mantic.in prælleg.decis.173.nu.1. vers.*
nam in eo casu, Rota in recent.decis.631.num.1.
par.1. & fusiùs *decis.286.num.2.par.2*

39 Totum verò id operatur † correspectiuitatis ef-
fectus ex reciproco consensu ad fauorem alterius,
qui non tollitur ex diuersitate Datarum, *Rota*
d.decis.446.num.1.par.1. diuers. quod procedit
40 etiam † respectu successorum, cùm semper militet
eadem ratio, *Verall.decis.155. per tot. par. 1. &*
decis.8.num.2.par.3. cum alijs citatis per *Rot.d.*
decis.631.num 2.par.1. in recent.

41 Vtcunquè autèm moueatur iudicium, † aùt su-
per nullitate, aùt super reductione pensionis, non
potest cogi Pensionarius, qui est in quasi possessio-
ne exigendi, cauere de restituendo in euentum
42 succumbentiæ, siuè adhùc causa † sit illiquida,
l. hæc stipulatio, 14. §. Diuus ff. vt legat. seu fid.
cau. caueat. siuè liquida sit, modò adhùc pendeat
causa, nàm omnis satisdatio iudiciaria ante li-
tem contestatam peti debet, & non post, *l.Pom-*
ponius, §. ratihabitionis, ff de procur. l. de dic, §. si
seruus, ff qui satisd. cog. Rol. cons.71.nu.3.vol.1.
& censuit Rota in *vna Romana pecuniaria 12.*
May 1614. coram Reuerendissimo *D. Coccino*;
proindequè in hac materia deductio hæc est im-
practicabilis, & ità etiam fuit decisum in vna *Cæ-*
saraugustana pensionis, 6. Martij 1562. *coram*
Verallo, in qua fuit ampliùs decisum, nèc quidem
eo casu prætendi posse cautionem hanc, vbi debi-
tor pensionis sustinet litem super beneficio, nè
quando aperiatur via fraudibus ob facilem indu-
ctionem commenti, procurando videlicèt sibi, li-
tes moueri, vt indè retardetur pensionis solutio,
quæ nunquàm potest retardari, vbi adest quasi
possessio, etiàmsi reseruata esset sub conditione,
cùm simplex possessio excludat necessitatem cu-
iusvis tituli, *cap. querelam, de elect.* & concludit
Cassad.decis.10.num.8. de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Pensio reseruata super Ecclesia, non extinguitur per erectionẽ eiusdem Ecclesiæ in Cathedralem.*
2 *Ius tertij, præsumitur reseruatum in quacunque dispositione.*

3 *Paro-*

3 Parochiali Ecclesia in Collegiatam erecta, priuilegium illius reseruatur.
4 Consensus Titularis ad fauorem Pensionarij, præfert formam contractus merè prophani.
5 Effectus, regulatur à sua causa.
6 Contractus, contraria consensu dissoluitur.
7 Pensio potest extingui solo consensu Pensionarij.
8 Modò extinctio fiat sine interuentu pecuniæ.
9 Pensio, priuata auctoritate ita extingui non potest, vt alia reseruetur.
10 Pensionis cassatio per Papam signata, non eget expeditione literarum.
11 Et declaratur contraria opinio.
12 Pensio, vbi petitur cassari, datur clausula, accedente expresso consensu Pensionarij.
13 Et non attenditur supplicatio signata, nisi constet de mandato Pensionarij.
14 Fiduciarius, non potest consentire extinctioni Pensionis.
15 Vsusfructus, non potest separari à persona Vsufructuarij, sed benè illius commoditas.
16 Procurator in rem suam, per mandatum acquirit vtiles actiones.
17 Fiduciarius, facta cessione habet directas, quas penes se retinet inefficaces, & inutiles.
18 Cessio, non potest fieri per habentem directas actiones inutiles, & inefficaces.
19 Pensionarius, constituto Procuratore irreuocabili creditore suo ad exigendam pensionem, donec, & quousquè sibi fuerit satisfactum, an possit mandatum reuocare, latè discutitur.
20 Pensio, regulatur secundum regulas Vsusfructus.
21 Pensio aliquibus existimata fuit verè vsusfructus.
22 Vsusfructus, prout est Ius formale, recipit separationem à Iure causali.
23 Et facta huiusmodi separatione, durante illius causa, Vsufructuarius nullam ex vsufructu vtilitatem consequitur.
24 Nèc qui equam apud se retinet, vltrà nudum titulum.
25 Commoditas decimarum, & fructuum beneficiorum, separabilis, & transmissibilis in alios.
26 Quemadmodum, & commoditas feudi.
27 Fideicommisso bona subiecta, licet non possint distrahi, distrahuntur tamèn fructus, & illorum commoditas, durante vita debitoris.
28 Fideicommissarius, potest se obligare ad præstandam patientiam stipulationi, circa factum insurgens ex Iure personali.
29 Pensionis commoditas, est cessibilis, ad instar commoditatis fructuum in vsufructuario.
30 Vsufructuarius, qui commoditatem suam cessit creditoribus, non potest in eorum fraudem, vsumfructum extinguere.
31 Cessionario ex causa onerosa, non potest præiudicari ex facto cedentis.
32 Cessio Iuris resolubilis, quomodò resoluatur cum resolutione eiusdem Iuris.
33 Pensio, respectu commoditatis, ob delictum Pensionarij, transit in Fiscum Ecclesiasticum.
34 Pensio, an videatur transferri, cum ceditur illius commoditas.
35 Pensio confidentiaria, respectu Iuris formalis, radicatur in persona fiduciarij.
36 Pensionis commoditas, non potest esse in fiduciario.
37 Pensiones, magis accedunt contractibus prophanis, quàm reliqua Ecclesiastica.
38 Mandatum in rem propriam, ex sui natura reuocabile est; contrarium est verius nu. 40.
39 Cessio actionum, non censetur facta in mandato, etiam tanquàm in rem propriam, si id ipsum in Instrumento non legatur.
40 Mandatum in rem propriam, est irreuocabile, etiàmsi actiones non fuerint expressè cessæ.
41 Mandato in rem propriam, transferuntur omnes actiones vtiles, & eliduntur directæ in persona cedentis.
42 Pensio, sola voluntate Pensionarij reducibilis est.
43 Et quæ sit ratio.
44 Pensio, extinguitur cum vita Pensionarij.
45 Clericatus, per matrimonium, quoad effectum retinendi pensionem, dicitur expirare.
46 Clericus coniugatus, statim amittit priuilegia Clericalia, etiàmsi non sequuta sit copula.
47 Et etiam si matrimonium sit nullum, præterquàm si nullitas proueniat ex defectu consensus.
48 Nèc attenditur, quòd matrimonium sit contractum in gradu prohibito.
49 Clericus, vt matrimonium init, priuatur pensione Ecclesiastica, secus verò, si simpliciter contrahat sponsalia de futuro, & quæ sit ratio diuersitatis?
50 Nisi pensio sit reseruata pro officio compatibili cum matrimonio.
51 Pensio amittitur per labem hæreseos: quod obtinet etiam in Filijs, & Nepotibus.
52 Pensio amittitur, si præuaricetur Constitutio Sixti V. de incedendo in habitu, & Tonsura clericali.
53 Quod declaratur, vt hic.
54 Pensio reducitur, si ex post facto ità diminuti sint reditus, vt pensione soluta, deficiat congrua Titulari.
55 Et quid, si prætendatur hic defectus ab initio?
56 Pensionis reductio cùm petitur, non suspenditur executio, sed tamèn conceditur rescriptum super illius causa, etiam non obstante decreto, nè possit dari de reductione.
57 Pensionis reductioni perpetuò est locus, vbi ex post fuit aliquid excisum à beneficio, vndè non remaneat congrua.
58 Pensionis reducendæ causa iustificata, non eliditur actio Titularis ex oblatione de conducendo reditus Ecclesiæ pro maiori mercede.
59 Ecclesia, non cogitur locare suos reditus, & quæ sit ratio?
60 Pensionis reductio, qualitèr deducatur ex persona Pensionarij? & ex persona Titularis?
61 Pensionis reductio, ità semper facienda, vt salua sit congrua Titulari.
62 Certa emolumenta, & fructus quæ dicantur, & quæ incerta?
63 Emolumenta incerta, ea non reputantur, quæ possunt

sunt ad certitudinem reduci, & locari.
64 *Mensa bona, quæ dicantur?*
65 *Deuoluta ad mensam, qualitèr efficiantur de mensa?*
66 *Iurisdictionalia, vt sunt mulctæ, & pœna, reputantur inter fructus.*
67 *Scribania, siuè Cancellaria Episcopales, an possint locari?*
68 *Edictum, nè Prælati vices suas, &c. qualitèr intelligatur.*
69 *Textus in cap. statutum, §. Notarium, de rescrip. in 6. qualitèr intelligatur.*

QVÆSTIO XLII.

Quomodò pensio extinguatur ex forma, aùt materiæ interitu.



QVÆ in præcedenti disseruimus, respiciunt articulum validitatis, vèl inualiditatis ex defectu intentionis à principio: Nùnc igitùr quantum spectat ad articulum extinctionis ex formæ aùt materiæ superuenienti interitu, atque ità ex causis contrarijs creationi illius, eundem ordinem recurrendo, iàm constituimus Papæ intentionem, primùm in duo ferri præsentanea supposita, scilicèt vacationem beneficii, & consensum Titularis; Quorum cùm prius sit momentaneum, & contempletur per momentum, etiàmsi alteretur, vèl mutetur, nihil obest pensioni, quapro-
1 ptèr † si reseruata sit pensio super Ecclesia simplici, vèl Collegiata, quæ postmodùm erigatur in Cathedralem, non ideò extinguetur, *Seraph. decis. 1444. num. 9.*

Ratio est, quià in illa vacatione sibi supposita, Papa nihil aliud contemplatus fuit, quàm fructus, & illorum quantitatem, non etiam durationem eius qualitatis, videlicet quòd beneficium semper sit vacabile: dùm verò id quod contemplatus fuit Papa, perseuerat in suo esse, parùm refert, quòd in alio contingat alteratio, aùt mutatio, cùm suppositum contemplatum sit compatibile cum
2 vnione, & quæuis † dispositio circa id facta, censeatur facta cum præseruatione iuris Tertij, *cap. Cum olim, de consuetud. l. pen. C. de precib. Imp. offer.* & ità ratiocinatur Rota apud eundem *Seraph. decis. 1420. num. 19. & 20.* vndè etiam videmus, parochiali, ex qua quis percipie-
3 bat partem funeralium, ex priuilegio in collegiatam erecta, indè non sequi amissionem priuilegij, sed potiùs illud præseruari, vt disputat, & resoluit Rota *decis. vn. sub num. 3. post med. vers. In contrarium facit, de sepultur. in antiq.*

Quantum verò ad consensum Titularis, cùm
4 ille respiciat † fauorem pensionarij, præsefert formam contractus merè profani, *Gomez. ad reg. de infirm. resign. quæst. 66. pen. col. vers. nàm pensiones, Gig. cons. 3. num. 5.* Quapropter in tantum illi adhæret auctoritas Papæ, à qua immediatè pendet, in quantum durat talis contractus,
5 cùm effectus † semper reguletur à potentia causæ influentis, *Bal. in l. 1. num. 3. ff. de senator.* con-
6 tractus verò omnis † cùm contrario consensu dissoluatur, *§. Hoc amplius Instit. quib. mod. toll. oblig.* necessariò sequitur, ex solo consensu pensio-
7 narij posse ad fauorem † Titularis onus istud extingui citra Papæ auctoritatem, vt ex mente *Præpos. in can. Agatho, vers. ad aliud notabile, 63. distinct.* colligit idem, & ante eum *Gomez. vbi suprà, & Gig. d. cons. 3. num. 7. & cons. 16. num. 6.* vbi ait, posse id confici nudo pacto, & hanc sententiam sæpissimè probauit Rota, *vt in recent. par. 1. decis. 129. sub num. 2. vers. est etiam clarum.*

8 Quod intelligitur, dummodò † sine pecunia, aùt sine anticipata solutione fiat, vt declarat Rota *decis. 454. nu. 7. par. 1. diuers.* adeò vt cassatio sit prorsùs libera, sicquè est intelligendus *Graff. decis. aurea. lib. 2. cap. 50. sub num. 12. vers. pensio-*
9 *nem verò*, vndè † si fieret ea lege extinctio pensionis, vt alia reseruetur, certè non subsisteret, *Rota decis. 471. num. 10. ea. par. 1. diuers.*

10 Quocircà, si super libera † cassatione fuerit, ex abundanti, per Papam signata supplicatio, non erit necesse literas expedire: Esset tamèn expeditio omninò necessaria in non libera, & ante expeditionem huiusmodi perpetuò foret locus pœnitentiæ, ex latè adductis per *Rot. in recent. par. 2.*
11 *decis. 327. ex num. 3. & per tot.* quæ decisio † dùm *sub num.* 4. ait, extinctionem pensionis requirere consensum partium, & auctoritatem Papæ, debet intelligi, vt in casu suo, in quo non agebatur de gratuita prorsùs extinctione ob causam aliquam, prout consueuit frequenter fieri, mediantibus tot annatis, & ità loquuntur citati per Rotam, videlicet *Paul. de Rom. in tract. de pensio. cap. 6. num. 1. & 34. Gig. eod. tract. quæst. 87. num. 5. Mandos. de Signat. grat. tit. de extinct. pens. in princip.*

Vtcunquè verò porrigatur supplicatio, semper
12 adijcitur † clausula *a. cedente expresso consensu pensionary*, quo consensu non verificato per actū positiuum, ipsa supplicatio, & omnis eius virtus intercidit, vt considerat *Rota vbi suprà*, & priùs coram *Seraphino decis. 987. num. 3.*

13 Quapropter si supplicatio non † esset porrecta per ipsummet pensionarium, frustrà ex illius signatura prætenderetur extinctio, nisi liquidò constaret de speciali mandato in personam illius qui eam porrexit, vt fuit resolutum *d. decis. 327. sub num. 4 vers. de consensu autèm.*

In libera igitùr extinctione, conclusio præmissa de plano procedit, nisi fortè fieret in fraudem
14 alterius, † vt putà si fiduciarius id attentaret in præiudicium illius, cuius commodo reseruata est, & quem ideò procuratorem irreuocabilem constituit; nàm vbi iste fiduciarius per talem constitutionem transtulit ipsam commoditatem in alium (quod sine dubio fieri potest, exemplo vsu-
15 fructuarij, qui † licèt non possit separare à persona sua ius vsusfructus, *§. finitur Instit. de vsufr. l. si vsusfructus, ff. de iur. dot. l. vsufructu, §. 1. ff. sol. matr.* potest tamèn separare commoditatem

per-

perceptionis fructuum, & eam in alium transfer-
re, l. Arboribus, §. Vsufructuarius, ff. de vsufr.
l. necessario, §. fin. de per. & com. re. vend. glo. in
§. finitur, in verb. cedendo Instit. de vsufr. & in
l. si vsusfructus, in verb. ad eum, ff. de iur. dot.
Rom in d. l. vsufructu, num. 6. ff. sol. matr. Pinell.
ad l. 1. in 3. par. sub num. 38 post med. vers. alij di-
stinguūt, C. de bon. mater. Neguf. de pign. 2. par.
memb. 3. sub n. 9. vers. tamèn hoc non obstante, Mo-
lin. de primog. Hispan. lib. 1. c. 20. n. 11. Tiraq. qui
plures refert, de retract. consang. §. 26 glo. 1.
num. 46.)
16 Vtiquè tota vtilitas in eundem † translata cen-
setur per mandatum huiusmodi, Castr. in l. 1. n. 25.
ff. de procur. Ripa in l. si se non obtulit, num. 8. de
17 re iudic. & actiones directæ † remanent penes fi-
duciarium hunc prorsus inefficaces, & inutiles,
l. 1. §. 1. ff. ad Trebell. Castr. in l. facta, §. si hæres,
num. 4 eo. tit. Aufrer. Tholos. decis. 119. num. 3. Ac
18 proindè † non potest tali cassationi validè con-
sentire, l. 3. cum ibi not. C. de nouatio. Castrens.
in l. si eum emptore, num. 4. ff. de pact. Paris. con-
sil. 19. num. 63. lib. 3. Surd. cons. 22. sub num. 28.
vers. nèc etiam aduersatur, cum seqq. & itá fuit
resolutū in vna Valentina pensionis, 3. Decembris
1593 coram Illustrissimo D. Cardinali Millino.
19 Paritèr si pensionarius † creditorem suum con-
stitueret procuratorem irreuocabilem ad exigen-
dum pensionem, donèc, & qousquè esset sibi sa-
tisfactum, non posset in illius præiudicium pensio
extingui, quamuis contrarium semèl fuerit visum
in causa Mediolanen. pensionis, coram bo. mem.
Cardinali Marcomontio, quæ legitur inter recent.
decis. 129. num. 4. & per tot. par. 1. nàm ea deci-
sio, quam ego obtinueram, posteà in dubium co-
ram eodem reuocata fuit, & supposita veritate
crediti, Rota ab ea deflexit, licèt non fuerit ex-
pressè recessum, vt licet videre in libris positio-
num die 11. & 28. Ianuarij, & 28. Aprilis 1608.
Dicebant enim tunc informantes pro credito-
20 re, pensionis † materiam regulari secundùm eos-
dem terminos, quibus regulatur vsusfructus, Gabr.
21 cons. 191. lib. 1. nèc defuisse, qui arbitrati † sunt
pensionem esse verè vsumfructum, velùti quid ex-
tractum de proprietate beneficij, Ferret. cons. 388.
sub num. 22. vers. sed pensio, Vndè quemadmo-
22 dum in vsufructu distinguitur ius † formale à iure
causali, prout distinguit gloss. in §. finitur, in
verb. morte, in addit. Instit. de vsufr. cum mul-
tis quos refert, & sequitur Surd. de alim. tit. 8.
23 priuil 43. n. 6. factaquè † separatione iuris causa-
lis, quod nuncupamus commoditatem, à iure ip-
so formali, iuxta glo. in supradicto §. finitur, in
verb. morte, de vsufr. cum alijs quos refert, & se-
quitur Surd. de alim. vbi supra, durante illius
causa, vsufructuarius nullam ex ipso vsufructu vtili-
tatem consequitur, vt post Azon. & Bald. censuit
Gabr. cons. 162. sub num. 8. vers. tunc commodi-
24 tatis huiusmodi, lib. 2. cùm apud eum nil aliud † re-
maneat, quàm nudus titulus, vt ibi per ipsum num.
10. 12. & 15. Sarmien. select. lib. 3. cap. 9.
Itá in pensione idem statuendum, vt remanente
iure illo formali penes pensionarium, ius causale,

siuè ea commoditas percipiendi possit cedi, &
transferri, ceù quodvis aliud expositum libero ho-
minum commercio, prout in fortioribus terminis
ab eodem simili de vsufructu, inferunt Doctores ad
25 fructus † beneficiorum, & decimarum, Tiraq. de
26 retract. consanguin. §. 1. gloss. 7. num. 52. & † ad
commoditatem feudi, Surd. d. priuil. 43. num. 4.
Ruin. cons. 176. num. 12. & 13. lib. 1. & hanc sen-
tentiā probauit Rota apud Gregor. decis. 410. n. 7.
27 Prohibitio enim de non alienando, † siuè à iu-
re, siuè ab homine, cadit tantùm super illo iure
formali, secùs verò super causali; & ideò si ex fi-
deicommisso prohibitus quis sit alienare, & obli-
gare bona, non impeditur alienare ipsos fructus,
& eorundem fructuum commoditatem, nàm
fructus per creditorem ad debitoris vitam ca-
piuntur, & distrahuntur, d. l. si vsusfructus, de
iur. dot. & l. vsufructu ff. sol. matrim. Peregr. de
28 fid art. 40. num. 110. Vndè nihil est, quin † etiam
per pactum possit se obligare ad præstandam pa-
tientiam stipulationi circa factum insurgens ex il-
lo iure personali, & à persona abdicabili. ex reg.
l. vlt. §. Titius, de contrah. empt. vt post alios con-
cludit Peregr. eo. loco nu. 117.
29 Posito autèm, quod ista † cōmoditas pensionis
sit cessibilis adinstar commoditatis fructuū distin-
ctę ab ipso vsufructu, vt tenuit Rota apud Gregor. d.
decis 440. n. 7. clarè cōsequitur, nō tenere cassatio-
nē in interim factā in præiudiciū creditoris, quem-
30 admodū nō † teneret extinctio, vèl remissio vsusfru-
ctus facta per ipsū vsufructuariū, quæ eo ipso præ-
sumeretur attentata in fraudem creditoris, tex.
est apertus, in l. 3. ibi, aut vsumfructum, vel ser-
uitutem amittit, ff. quæ in fraud. creditor. Habet
31 enim creditor † ius quæsitum ex causa onerosa,
vndè Pensionarius non potest illi quouis modo
præiudicare ex pacto, præcipuè gratuito, Bald. in
l. 1. num. 20. C. de actio. & oblig. Surd. cons. 22.
num. 32.
Nequè crediderim obstare fūdamēta decisionis,
quę in effectu duo sunt: & quidē. Prius, quod cessio
censeatur facta secundum naturam pensionis, &
sic pro tempore quo durauerit, nèc fuerit extin-
32 cta: Nàm istud † est verum, si intelligatur de ex-
tinctione naturali, quæ fit per mortem pensiona-
rij, secùs verò si de hac contingibili, & posita in
mero arbitrio ipsius pensionarij, vt est tex. in d.
l. 3. quæ in fraud. cred. & ratio differentiæ est ma-
nifesta, quià in primo casu læderetur Ecclesia, si
proferretur illius seruitus vltra vitam pensionarij,
in secundo verò minimè, qua ratione mota fuit
33 aliàs Rota ad tenendum, † propter delictum pen-
sionarij, commoditatem pensionis transire in Fi-
scum Ecclesiasticum durante eius vita, vt comme-
morat Gambar. de off. legat. lib. 6. ex num. 722.
præcipuè num. 740.
34 Alterum est, quod † si admittatur itá posse
pacisci, nè pensio extinguatur, exindè resultet pen-
sionis translatio, quæ citra Papæ auctoritatem
fieri nequit; Quod tamèn non est verum, cùm su-
prà ostensum sit, ius illud formale non transferri:
Et dum sub num 4 decisio videtur inferre diuer-
sitatem inter casum fiduciariæ pensionis, & casum

cessæ commoditatis, rursusque inter vsumfructum,
qui est in commercio, & pensionem, quæ non est
in commercio, non videtur hæc subsistere; nàm
35 non secùs † in fiduciario, ac in non fiduciario
ius illud formale manet defixum, *Rota decis. 399.*
sub num. 1. vers. secundus casus, par. 1. diuers.
36 cum data separatione ab initio, non possint † hæc
simùl esse, *Seraph. decis. 1088. num. 6.* & iàm de-
monstrauimus commoditatem hanc esse in com-
mercio, non secùs, ac commoditatem fructuum
decimalium, & ipsorum beneficiorum, quorum
37 tamèn † ratio videbatur magis vrgere, cum pen-
siones propiùs accedant contractibus profanis
quàm reliqua Ecclesiastica, vt cõsiderat *Gomez. ad*
reg. de infirm. quæst. 16. versus finem, vers. nam
pensiones æquiparantur, & dictum est suprà *n. 4.*

Minùs crediderim obstare formam mandati, si
38 in eo non fuissent cessæ actiones in specie, † quo
casu illud quandocunquè reuocabile esse, etiamsi
videatur concessum tanquàm in rem propriam,
docuit *Castr. in l. fin. sub num. 2. vers. in glos. de*
donat. & num. 3. vers. sed dic, & in l. quæ omnia,
§. Planè, sub num. 3. ff. de procur. quæ cessio eo
39 ipso non censetur facta, † quod non legitur in
instrumento, *Paris. cons. 8. num. 1. & 2. lib. 4.*

Contraria enim opinio est verior, & magis ap-
40 probata, vt scilicèt simplex † concessio mandati,
tanquàm in rem propriam, sit irreuocabilis etiam
si non sint expressè cessæ actiones, *glo. in l. ante*
litem, in verb. libera, eod. tit. Bart. in l. si procura-
tori, num. 2. ff. de cond. ob cau. Specul. de procur.
§. si. num. 7. Bald. in l. id, quod pauperibus, n. 37.
C. de Episc. & Cler. & in l. quæ omnis, num. 2.
ad fin. vers. nota mandatum directarum, & in l.
mutari, §. planè, num. 3. ff. de procur. Dec. con-
sil. 521. num. 9.

41 Porrò, ex tali constitutione † transferuntur
actiones omnes vtiles, quas procurator suo exer-
cet nomine. vt est *tex. in l. procurator in rem*
suam, de procur. Castr. in l. 1. num. 25. eod. tit. Ri-
pa in l. si se non obtulit, num. 8. de re iudic. & di-
rectę prorsùs remanent penes constituentem, inef-
ficaces, vt suprà dictum est.

Quemadmodùm verò potest sola voluntate Pē-
sionarij cassari, vèl remitti pensio absque licentia
42 Papæ, ità etiam multò magis poterit † minui illius
quantitas, *Gig. de pens. quæst. 99. num. 8.* In quan-
43 titate enim † illa sic imminuta conseruatur idem
ius, nèc propterea censetur diuersa, sed eadem
prorsùs, quæ priùs reseruata est pensio, vt latissi-
mè fuit decisum in *Parmen. pensionis, 17. Iu-*
lij 1622. coram R. P. D. Nauarro, & vidimus
suprà *in quæst. 40.*

Ex eodem principio descendit, quòd cum Titu-
laris consenserit pensioni ad fauorem Pensionarij
44 tantùm, Pensio extinguatur cum ipsius † Pensio-
narij vita, *l. pen. ff. de seru. rust. præd. l. Aphrica-*
nus, 41. §. si quis alicui, de leg. 1. cum sim. nisi Pa-
pæ auctoritate transferatur, de qua materia latè
disseruimus in eadem *quæst. 40.*

Quod paritèr trahendum est ad mortem ciui-
lem, nimirùm ex Iuris, vèl Hominis sententia,
velùti cùm mutatur status personæ, aùt in pœnam
45 delicti inducitur priuatio; Vndè si † Clericus,
cui tanquàm tali reseruata est pensio, vxorem du-
cat, (quià quantum ad hùc effectum, Clericatus in
quo iustificabatur gratia, dicitur expirasse, *Put.*
decis. 449. num. 2. & 3. lib. 2. proindeque subijci-
46 tur sententiæ † Canonis in *cap. cum decorem de*
Cler. coniug. etiam non subsequuta copula, *Rota*
decis. 1. eo. tit. in nouis, & decis. 1. de spons. in an-
tiq. & etiam quòd matrimonium contractum sit
47 nullitèr, & de facto, dummodò nullitas non † sit
ex defectu consensus ob ætatem, vel furorem, aut
metum, *iux. doctr. Imol. in cap. Ioannes, nu. 23.*
eo. tit. de Cler. coniug. non attento, quòd præten-
48 datur nullitas propter impedimentum † consan-
guinitatis, vt ibi per eum circa *fin. vers. si verò non*
tenet, & sequitur *Roman. cons. 483. num. 6.* vbi
Mandos. in verb. contraxerit, alios refert, & atte-
statur de communi, fuitque latissimè conclusum in
Lucana de Insula, impressa in 3. par. recent. de-
cis. 8. per tot.) Proculdubio priuabitur Ecclesiastica
49 huiusmodi annona, sibi, velùti † Clerico, & Militi
Ecclesiastico assignata, vt latissimè fuit resolutum
in *vna Barchinonen pensionis, 27. Iuny 1611. co-*
ram Illustrissimo D. Cardinali Caualerio, impres-
sa apud *Marches. tom. 1. pag. 567. & in Tallen.*
fructuum, 21. Iuny 1619. coram Reuerendiss.
D. Coccino, quarum etiam meminit *bo. me. D. Bel-*
tram. ad Gregor. decis. 18. num. 7. & 8.

Vis enim stat in eo transitu de statu ad statum,
siuè de Iure, siuè de facto, cum semper implicet
abiectionem cuiusuis emolumenti, aùt prærogati-
uæ Ecclesiastici status à quo fit transitus; Vndè
non sufficeret simplex destinatio ex sponsalibus de
futuro, *Azor. Instit. moral. lib. 13. cap. 13. in*
quæst. 8. vers. postremò si quæras, tom. 1. quē sequu-
ta est Rota *in recent. par. 2. decis. 772. sub num. 2.*
vers. & quamuis.

50 Proceduntquè præmissa, nisi pensio † sit reser-
uata pro officio aliquo compatibili cum matrimo-
nio, velùti pro pulsandis campanis, vèl custodien-
da Ecclesia, similiuè alio, in quo conseruetur in-
tentio Papæ, *Gig. de pens. d. quæst. 54. num. 3. Ro-*
ta diuers. decis. 1079. num. 1. par. 3. lib. 3. vel nisi
cum tali Clerico fuerit sufficientèr dispensatum
per Papam, de qua materia satis egimus in *supra-*
citata quæst. 40.

Fortiusquè hæc militant in mutatione status, ex
sententia Canonis contra hæreticos, quæ etiam
51 in hoc afficit † filios, & nepotes, *cap. statutum fe-*
licis, de hæret. in 6. quod tametsi aliqui voluerint
non obtinere in pensionibus vt in discursu *bo. me.*
D. Pentæ, sub die 24. Octobris 1594. impresso,
par. 3 recent. decis 87. ex num. 10. vbi ait, Clemen-
ti VIII. etiam ex sententia S. Congregationis su-
per Inquisitione, opinionē hanc, velùti mitiorem,
placuisse, tamèn constat, articulo exactissimè di-
scusso, in ea ipsa causa *Concben. Pensionis, 6. Mar-*
tij 1609. Rotam, sententiam affirmatiuam ample-
xam fuisse, vt legitur in *ead. par. 3. decis. 123.* cu-
ius fundamenta non est, vt rescribam, addam ta-
mèn *Thom. Sanch. in Summa lib. 2. cap. 28. n. 36.*

52 Idemquè erit † statuendum, si quæ alia lex pœ-
nam hanc irroget, qualis est Constitutio Sixti V.
contra

contra obtinentes pensiones excedentes ducatos
sexaginta de Camera, & non deferentes tonsuram
cum veste talari, vt eo ipso extinguantur pensio-
nes sine vlla monitione, citatione, Iudicis decreto,
aùt ministerio, ipso facto, vt in nouo Bullario Con.
stit. 92. & secundum eam iudicauit *Rota de-*
53 *cis.158.nu.16.par.1. in recent.* Quæ tamen † con-
stitutio tùnc demùm locum obtinet, cùm Pensio-
narius ità incedens in habitu laicali de facto pen-
sionem exegit, vèl per ipsum stetit, quominus
exegerit, vt declarauit etiam Rota apud *Greg. de-*
cis.20.num.4.

Sequitur nùnc videre de extinctione pensionis
èx superuenienti interitu materiæ, idest redituum
beneficij, quod, secundum ea quæ suprà memora-
uimus, non est referendum ad extinctionem pen-
sionis, qua pensio est ius indiuiduum, sed ad alte-
rationem, seù reductionem quantitatis, in qua à
principio pensio fuit reseruata: Enimverò quem-
54 admodùm † diminutis ex post reditibus in tanta
quantitate, vt soluta pensione, deficiat congrua
Titulari, nihil est, quin diminui debeat quanti-
tas ipsius pensionis, *Gig. de pens. d.quæst.35.n.8.*
ità si prætendatur defectus hic ab initio, tametsi
55 fuerit falsus valor expressus, quamuis † ista dedu-
ctio non suffragetur Titulari qui consensit, & pro-
pterea in vanum ipse prætendat reduci, *Staphil de*
lit. Iust. §. & est narrandum, n.2. & 3. nihilomi-
nùs optimè suffragabitur eius successori, cui non
potest vitio verti, quòd non fuerit conquestus à
principio de enormi pensione; Vtroquè ergò ca-
56 su licet non † suspendatur solutio, *Greg. vbi su-*
prà num. 9 rescribetur tamèn etiam per Signa-
turam Iustitiæ super articulo reductionis, non ob-
stante decreto, quòd non possit de reductione da-
ri, vt latè per eundem *Staphil. eo §. & est notan-*
dum, num. 9

Quod sanèlongè faciliùs admitteretur, si contin-
57 geret † à beneficiario euinci aliquod insigne præ-
dium, modò ipse probet, soluta pensione, restan-
tes fructus sibi nō sufficere pro congrua, *Guidobon.*
decis. 641. & in puncto censuit Rota *in prælleg.*
Aquen. pensionis 4 May 1607 corā Card. Lancel-
lotto, in qua etiam *sub die 10. Martij 1610.* fuit de-
58 cisum, intentionem † Titularis pro reductione se-
mel fundatam ex iustis circumstantijs huiusmodi,
minimè posse elidi per oblationes pensionarij de
conducendo reditus pro maiori quantitate, cum
nequè sic concludatur advalorem, nequè Eccle-
59 sia † possit cogi ad locandum, *l. inuitos, C. de locat.*
cui id minime vnquàm expedit ob probabilem
timorem occasionis litigij, *c. peruenit, vbi glo.*
in verb. existere, de arbitr.

Cæterùm, quià in hoc articulo reductionis, plu-
res incurrunt tricæ, operæ pretium est aduertere,
iudicium istud posse tàm ex persona pensionarij,
quàm ex persona Titularis promoueri. Ex perso-
60 na † pensionarij, per viam replicationis, cùm
videlicèt ipse agit, & deficit in iustificatione clau-
sulæ *dummodò*; Porrò si Titularis excipiat ex
probationibus per ipsum factis, sibi non remane-
re congruam in summa taxata, potest pensiona-
rius replicare, vt sibi soluatur in ea quantitate,
quæ superest, ita ùt ad illam fiat reductio, *Crescen.*
decis.17. sub nu.3. vers. nihilominus in ista causa,
de rescript. cùm ideò pensio non sit nulla in totum,
quod in superiori quæstione late probauimus: Ex
persona vero Titularis, per modum vel actionis,
vèl exceptionis, dùm probat, & iustificat aùt va-
lorem fuisse falsò expressum ab initio, vt pariter
suprà diximus, aùt ex post illum fuisse imminutum,
quo casu non est, qui dissentiat, prorsùs esse locum
reductioni, *Gig. d. quæst.35.nu.8 Staphil. d. §. &*
est notandum, & num.7.

61 Siuè autèm fiat reductio † ità petente pensio-
nario, siuè eam vrgente Titulari, perpetuò obser-
uandū erit, vt fiat salua congrua ab initio Titulari
constituta, ita quòd illa semper integrè per ipsum
Titularem percipiatur, nequè vllam diminutio-
nē patiatur, ea ratione, quā superiùs assignauimus,
proùt nouè etiam statuit S. D. N. Vrbanus VIII.
Quocircà, cùm id maximè sit obseruandum, qui-
nàm fructus, vèl emolumenta reputentur in ipsius
congruæ æstimatione, aduertendum est, cùm de
beneficio simplici agitur, idest carente omni admi-
nistratione, vel etiā cum aliqua administratione, sed
sine Iurisdictione, congruam constitui ex fructibus
certis tantū, nisi aliter sit cautū; satis verò constat,
62 inter incerta † omnia illa reputari, quæ pendent
à futuro euentu prorsus contingibili, qualia sunt
distributiones quotidianæ, *Couar var resol. lib.3.*
cap.13 nu.3. oblationes, spolia mortuoria, anni-
uersaria, & his similia, *Rebuff. in tract. de cong.*
port. num.86.

63 Quod accipiendum est, si ità prorsùs † sit con-
tingibilis euentus hic, vt talia emolumenta nullā
possint certitudinem recipere, vt quià etiam si
vellet Titularis ista vendere, aùt locare, nullum
esset nacturus redemptorem, qui velit se huic pe-
riculo exponere, alioquin si talis redemptor posset
commodè, & passim reperiri, id ipsum, pro quo
communitèr possent in annum locari, vèl vendi,
reputaretur inter emolumēta certa, vt docuit *An-*
char. in clem.2. sub num.4. vers. sed aduerte ad hoc
vltimum, de concess. præbend. Fel. in cap. ad aures,
sub num 14. vers. sed Petrus, de rescript. Rebuff.
loco mox citato, num.87. & facit *tex. in l. si factum*
retis, de act. empt. & pronunciauit Rota in
Maurianen pensionis, 13. Iunij 1625. coram
R. P. D. Pirouano.

Cùm verò agitur de beneficio, cui sit annexa
administratio cum Iurisdictione, vt sunt Ecclesiæ
Cathedrales, & Abbatiales, quo casu, sicut con-
grua est in mensa, ità pensio reseruatur super om-
nibus fructibus, & emolumētis mensæ, perplexior
est indago, itaquè hoc primum constituendum est,
64 ea dici bona de mensa, quorum dominium † tàm
vtile, quàm directum pertinet ad Ecclesiam, siuè
fuerint de nouo elargita ipsi mensæ, siuè ipsi Præ-
lato intuitu Ecclesiæ, *Hostien. in cap. vt super*
num 2. & ibi Card nu.6 Abb n 12. de reb. Eccl.
non alien. siuè etiam longissimis temporibus fue-
rint in bonis Ecclesiæ, nàm si nùnc deuoluantur
65 ex † solidatione dominij vtilis cum directo eate-
nùs inter talia reputantur, quatenùs Prælatus id
declararet, iubendo, ea describi inter alia bona

mensæ per Officiales ad id deputatos per ipsum Prælatum, quæ omnia post annum præsumuntur facta, *Barbat. in eo cap. ut super num. 3.* quod, vtì se habeat, latè explicat *Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 433. ex num. 1. & per tot.*

66 Quocircà, cùm non minus † quàm alia, inter bona mensæ reputetur Iurisdictio ipsa, fructus quoquè eius in controuersia hac reputandi erunt; quales sunt mulctæ, & pœnæ, vt docet *Bar. in l. si. num. 1. & 2. ff. sol. matr. Bal. in l. vlt. sub nu. 5. vers. modò quæro, C. de fruct. & lit. expen. Natta conſ. 580. nu. 15. Rolan. conſ. 73. num. 3. lib. 1.* cum pluribus congestis per *Schrad. de feud. par. 10. ſect. 3. nu. 93.* & quicquid emolumenti reddunt causæ ciuiles, & criminales, *Aym. conſ. 128. num. 6.* ipsiusquè magistratus, Cancellaria, siuè Scribania, *Hier. Garzon. in tract. de laud. me. in, §. 8. glo. 5. in verb. Iurisdictione, post princip. vers. etiam fructuum Cancellariæ*; Quamuis enim aliquandò fuerit nonnullis Episcopis rescri-

67 ptum, vt † se abstineant à locandis, vel vendendis Scribanijs huiusmodi, nè conductores litigatores excorient, & latrones suspendant in bursa, vt loquitur *Prapoſ. in can. 1. num. 31. vers. ratio huius dict. 1. quæst. 1. Syl. nupt. lib. 5. num. 99* nihilominùs (quicquid sit de locationibus perpetuis, de quibus videtur loqui *Prapoſ.* & quicquid expostulet singularis aliquorum auaritia,) tamèn à Iure

68 id minimè est prohibitum, nàm Edictum, † *ne præl. vices suas, &c.* prohibet duntaxat, nè Episcopi concedant vices suas, idest Iurisdictionem, non autèm nè locent eius fructus, vt benè explicat *glo. in cap. 1. in verb. quantitate, circa fin. & in ver. conferendi, eo. tit.* & dùm *textus in cap. statutum, §. Notarium, de reſcript. in 6.* prohibet, nè

69 Iudices † Ecclesiastici participent de emolumentis, & Salarijs Scribarum, certissimum est restringi ad Delegatos, de quibus loquitur, non autèm porrigi ad Episcopo, habentes ordinariam Iurisdictionem, vt aduertit *Papon lib. 6 tit. 6. arreſt. 2.*

Et propterea posse Cancellarias Episcopales locari, & mercedem reputari oportere inter fructus certos, tanquàm fructus Iurisdictionis, respondit *Rota in ſupraalleg. Mutinanen. penſionis.* Et sanè illud inconueniens cõsideratũ ex cupiditate Notariorũ, non est tãti, vt debeat illius ratio auferre ab Episcopis facultatem sibi nullo Iure denegatam, potissimùm cum possit illi occurri, vel taxando mercedes Scripturarum, & vacationum; vel etiam moderando quantitatem mercedis locationis, quam ipse Episcopus nequeat excedere, iuxta ea, quæ posuit *Bobad. in polit. lib. 2. cap. 16. ſub n. 47.* & in terminis, quòd Episcopus licitè locet Cancellariam, dummodò caueat, vt locet honestis personis, nè det materiam prædæ, tenet *Prapoſ. in can. qui os conſtitterit, num. 6. 1. quæſt. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Valor narratus per aſſenſum, debet per Penſionarium plenè, & concludenter iuſtificari.*

2 *Præcipuè, vbi agitur de penſione reſernata pleno beneficio.*

3 *Narratiua, quæ non eſt fundamentum gratiæ, ſemiplenè probatur.*

4 *Clauſula, dummodò, adiecta in reſeruatione penſionis, plenè iuſtificanda, etiam, vbi adeſt conſenſus Titularis.*

5 *Valor narratus in reſeruatione penſionis, non eſt iuſtificandus, quando reſeruatio facta fuit de conſenſu, & non eſt concepta narratiua, ſub clauſula, dummodò, &c.*

6 *Niſi tamèn agatur contra ſucceſſorem, qui non conſenſit, & quæ ſit ratio?*

7 *Clauſula, vt aſſeris, quid operetur, præcipuè relata ad narratiuam valoris, pro obtinenda penſione?*

8 *Valoris probatio, ex quibus inſtruatur, dùm Penſionarius cogitur probare.*

9 *Libri capitulares probant, quid ſingulis Capitularibus obuenerit ex fructibus, & diſtributionibus, quæ inter ipſos repartiuntur.*

10 *Valor fructuum, quomodò ex teſtibus probetur?*

11 *Probatio plena, vel ſemiplena, qualitèr ex teſtibus conſtituatur?*

12 *Valor non poteſt probari per Teſtes, qui non ſint informati de prædijs, & fructibus, & de omnibus expenſis, & oneribus ordinarijs.*

13 *Onera, & expenſæ, quomodò diſtinguantur in probatione valoris beneficij?*

14 *Fructus dicuntur, deductis expenſis in illis colligendis.*

15 *Teſtis deponens de valore fructuum ſimplicitèr, concludit, etiam fructus, deductis expenſis.*

16 *Onera, in articulo iuſtificationis fructuum, referuntur ad grauamina ordinaria Eccleſiæ, & egent ſingulari deductione, quando probatio valoris fit per Teſtes.*

17 *Onera perpetua in beneficijs, quæ dicantur.*

18 *Valor, vbi debet plenè probari, poteſt probari per duas ſemiplenas probationes.*

19 *Probatio plena, in criminalibus non conſtituitur ex coniunctione duarum ſemiplenarum.*

20 *Valoris probatio vbi plena exigitur, conficitur ex duobus teſtibus de fama, & altero de certa ſcientia, etiam in articulo iuſtificationis clauſula, dummodò.*

21 *Niſi tamèn probatio valoris deduceretur per modum obiectus.*

22 *Valor, per modum obiectus contra gratiam, probandus eſt per tempus continui decennij, aliàs ſecùs.*

23 *Et ſufficit minus tempus, vbi agitur de ſuſtinenda gratia.*

24 *Penſionarius, qui prætendit penſionem reduci, debet probare valorem per coarctationem negatiua non exiſtentia aliorum aùt fructuum, aùt bonorum.*

25 *Poteſt tamen hoc caſu probari valor per teſtes familiares.*

26 *Et quæ ſit ratio.*

27 *Negatiua qualitèr per teſtes coarctetur.*

28 *Liquidatio fructuum, qualitèr fiat.*

29 *Fructuum collectorum propalatio, apud Officiales annuoa, probat eorum quantitatem.*

30 *Valor fructuum, conſtituitur ex æſtimo publico.*

QVÆ-

QVÆSTIO XLIII.

Valor beneficij, quomodò in articulo exequutionis gratia pensionis, vel obiecti probetur.



NON est necesse ea repetere, quæ diximus in superioribus, præcipuè *quæst. 38. ex num. 40.* circa articulum, cuiniam incumbat onus probandi valorē expressum, sed modum ipsum duntaxat explicare, proùt est diuersus respectu alterutrius, aut Pensionarij, aut Titularis: Itaquè cùm probatio incumbit pensionario, iam supponitur agi de narratiua ipsius affirmatiuè concepta,

1 pta, & in qua † fundata est Papæ intentio, propterea exigi plenam & concludentem probationem, *Rota decis. 381. num. 3. par. 1. diuers. & in recent. decis. 444. num. 1. par. 2.* in qua aliæ allegantur, præcipuè si agatur de pensione reseruata

2 adhùc pleno beneficio, quo casu † fit punctualis fructuum narratio, vt fuit consideratum in *Burgen. pensionis, 17. Iunij 1589. coram Gypsio.*

Ratio est, quià non agitur de narratiua, quæ ob id duntaxat sit verificanda, quià sit pars gratiæ,

3 eo quòd ità fuerit narratum, quo casu † sufficeret semiplena probatio, *Bellam. decis. 674. & decis. 682. num. 2. vers. ad primum*, & alibi trado, sed de narratiua, in qua Papæ gratia fundatur, & propterea non sufficit semiplena, sed est necessaria plena, & benè concludens, vt in specie censuit *Rot. decis. 268. nu. 3 & 4. par. 1. diuers. & d. decis. 444. num. 2. par. 2. in recent.*

4 Præcipuè, si agatur de iustificatione † clausulæ, *dummodo, &c.* quod eadem quæstione fusissime tractauimus, & sunt vulgatæ decisiones *Greg. 57. & ibi bo. me. D. Beltram. nu. 12. & decis. 245. ex num. 11.* vbi aliæ cumulantur, adeò vt consensus Titularis (vt etiam ibidem dixi) necessitatem hanc non excludat, cum & ille sit per dictam clausulam qualificatus, *Seraph. decis. 1017. n. 4.* & fuit ponderatum in *Salamantina pensionis, 26. Martij 1593. coram Gypsio.*

5 Et cessante etiam hac clausula, quamuis † consensus Titularis necessitatem hanc remittat, *Seraph d. decis. 1017. num. 3.* nihilominùs non ex-

6 tenditur effectus † iste ad successorem, non quià & is non censeatur etiam consensisse, tacitè contrahendo, vt suo loco demonstrauimus, sed quià cum illo consensu expresso datur concursus simultaneæ cuiusdam confessionis ex correspectiuitate gratiæ contentæ sub eadem supplicatione, quæ cessat in successore, & cui ideò non obstat propria confessio; nàm Titularis exprimit valorem per non excessum tantùm, vt satisfaciat regulæ de valore, quæ ideò nihil concludit, *Seraph. d. decis. 1017. nu. 5.* & censuit Rota *in superius etiam allegata Rauennaten. pensionis, 20. Iunij 1597. coram Litta.*

Separata enim à sua narratiua simultanea illa

7 confessione Titularis, surgit effectus clausulæ † consuetæ adijci in ipsa narratiuà valoris per ascensum factæ, videlicet, *vt asseris*, quæ relata ad personam pensionarij præsefert argumentum voluntatis Papæ, quod noluerit eius narratinæ fidem aliquam adhibere, præterquam in præiudicium tùnc assentientis, quin plurimùm de veritate dubitasse, *Calder. cons. 8. sub num. 1. vers. sed dico quod etiam, de rescript. Fel. in cap. ad aures, sub num. 10. vers. septima conclusio, eo. tit. de rescript.* & huius consuetæ clausulæ vim, in his terminis ponderauit Rota in vna *Paduana pensionis, 28. Iunij 1581. coram Rubeo*, impressa apud *Marches. tom. 1. pag. 517. sub num. 3. ad med. vers. præsertim stante quod in literis*, *Cas. de Grass. decis. 48. aliàs 2. num. 2. & 3. de probat.* quæ tamèn clausula, *vt asseris* in hac parte non attenditur, quando in reseruatione ex causa resignationis, cogitur Titularis ipse, idem simùl explicitè, vèl implicitè fateri, vt in *Cremonen. pensionis super regressu, 23. Iunij 1623. coram bo. me. D. Vbaldo.*

8 Probatio hæc igitur, nisi fit in confesso † penes Titularem, proferenda est, vèl ex scripturis authenticis eam concludentibus, vt cùm agitur de pensione reseruata super canonicatu, vel præbenda in Collegiata, & exhibentur libri capitulares, in

9 quibus sigillatim † notantur omnes distributiones, & emolumenta, quæ repartiuntur inter singulos præbendatos, *l. census, ff. de probatio. Aym. de ant. tempor. par. 1. sectio. quid in libro ex nu. 1.* & in his terminis pronunciauit Rota in *prælleg. Burgen. pensionis.*

10 Aut per testes, † qui non sint minùs, quàm duo, *cap. in omni negotio, de testib. l. vbi numerus, ff. eo. tit.* & qui reddant causam scientiæ etiam non interrogati, *Fel. in d. cap. ad aures, num. 3. vers. & pro hac fallentia*: cùm enim multiplex

11 ratio afferri possit, vna tendens † ad constituendam plenam probationem, quæ est propria scientia, & altera ad semiplenam, quæ est de fama, siuè de communi auditu, *Fel. in d. cap. ad aures, sub nu. 17. vers. vndè in proposito*, nisi testis causam, seù rationem suæ scientiæ specificet, totum eius dictum remanet obscurum, & consequentèr non debet attendi; ita ratiocinatur *Lanfranc. de Oriano, in cap. Quoniam contra num. 426. de probatio.*

12 Debent ergò testes isti † esse informati de bonis, & reditibus beneficij, aliàs impossibile est eos scire valorem, *Alex. cons. 54. nu. 4. & 5. lib. 5.* quem Rota pluriès est sequuta, vt attestatur *Seraph. decis. 1462. nu. 4.* & in istis terminis in præcitata *Rauennaten. pensionis*, vndè nulla fides adhiberetur testi, qui negaret se vnquàm fuisse in loco beneficij, & prædiorum illius, *Seraph. d. decis. 1462. num. 5.* vel etiam, qui negaret se esse informatum de omnibus expensis, & oneribus ordinarijs, *Fel. in d. cap. ad aures, num. 13. vers. duodecima conclusio*, *Rota decis. 60. de confess. preben. in antiq. & in recent. d. decis. 444. sub num. 4. vers. tum etiam, quia non deponunt, & decis. 736. num. 3. par. 2.*

13 Quod tamèn est benè obseruandum, † sunt enim duo diuersa, non vnum, videlicèt expensæ, & onera

expensæ enim referuntur ad prædiorum cultum,
& alia necessaria in colligendis fructibus, & pro-
pterea si testis dixerit, tot reditus, aùt fructus
14 percipi, cùm fructus dicantur † deductis expen-
sis in illis colligendis, *Bald. per eum tex. in l. c.*
sub num. 8. vers. pone, impetraui à Papa, C. de
15 *fruct. & lit. expens.* testis depositio † regulabi-
tur à iure, & sic satis intelligetur sensisse, deductis
expensis huiusmodi, *l. fructus, ff. sol. matrim.* cum
infinitis cumulatis per *Tiraq. de retract. lignag.*
§. 14. glo. 1. num. 1. & in his terminis *Gregor. de-*
cis. 273. num. 3.
16 Onera autem, aliò referuntur, † videlicèt ad gra-
uamina ordinaria ipsius Ecclesiæ, seù beneficij, quę
propterea egent singulari deductione, *Rota d. de-*
cis. 444. nu. 5. & refert etiam *bo. me. D. Beltram.*
ad eandem decis. Gregor. 273. num. 11. inter quæ
17 ea etiam velùti perpetua † reputantur, quæ licèt
ad modicum, & determinatum tempus imposita,
nihilominùs ex successiuis prorogationibus iàm
per plures annos consuetis, videntur in perpetuũ
prorogari, qualia sunt in Regnis Hispaniarum,
subsidium, & excusatum, vt fuit decisum in *Bur-*
gen. pensionis, 27. Iuny 1575. coram Gypsio.
18 Est tamèn verum, quòd si testes † super valore
huiusmodi deponerent de publica voce, & fama,
licèt per se non sufficerent, cùm indè non possit
resultare, nisi semiplena probatio, cum tùnc non
versemur in criminalibus, (in quibus ad consti-
tuendum plenam illam, & concludentem proba-
19 tionem, † quam vocant luce meridiana clariorem,
iuxta l. vlt. C. de probat. non permittitur vnio
semiplenarum, iuxta *doctr. glo. communitèr re-*
cepta in cap. venient. il primo, in verb. illorum,
vers. præterea, de testib. Verall. decis. 8. par. 2.) ni-
hil est, quin ea, possit coniungi cum alia semi-
plena probatione, & propterea si fama sit legiti-
mè per duos testes probata, & concurrat dictum
alterius testis de certa scientia, vndè constituatur
alia semiplena, proculdubio hinc resultabit pro-
batio plena, & concludens, ex *glo. supra alleg. Ias.*
in l. admonendi, in prima lectura, num. 99. vers. li-
mita doctrinam Bartoli, de iuretur.
20 Quinimò si duo † sint tantùm testes, qui famam
concludant, & alter ex ipsis vltrà famam, deponat
etiàm de certa scientia, adhùc fit ista coniunctio
ad integrandam probationem, vt benè per *Ias. vbi*
suprà, in repetit. eiusdem l. sub nu. 157. vers. istam
conclusionem, Paris. cons. 57 num. 23. lib. 1. Ruin.
cons 44. num. 5 lib 4 Gabr. cons. 41. num. 16 lib. 1.
Verall. decis. 583. par. 2. Gratian. foren. disceptat.
cap. 368 ex num. 12. & in his terminis iustificatio-
nis clausulæ, *dummodò, &c.* adiectæ gratiæ reser-
uationis pensionis, censuit Rota apud *Gregor. d.*
decis. 273. ex num. 6.
21 Quod minimè admitteretur, si probatio † va-
loris intenderetur per modum obiectus, cùm vi-
delicèt Titularis proponeret non fuisse expressum
verum valorem, & ex hoc capite vellet infringere
gratiam, nàm tùnc neque admitteretur coniun-
ctio hæc duarum semiplenarum, *ex doctr. glo. in d.*
cap. venient. de Testibus, (quæ procedit etiam, si
ciuilitèr agatur, propter odibilitatem materiæ
implicantis fraudem, & dolum, vt ibidem docet
Butr. sub n. 10. vers. ideò in criminali, quam sen-
tentiã probauit quoquè Rota apud *Verall. decis.*
8. nu. 2. par. 2. tendit enim obiectus hic ad nulli-
tatem, & gratiæ priuationem, *Cotta vbi supra*, &
considerat *Rota decis. 418. in princ. par. 1. di-*
uersor.)
22 Nequè † ex testibus posset constitui iusta proba-
tio, nisi concluderent per tempus continui de-
cennij, *Antonius Augustinus in Epito. super reg.*
de val. cap. 2. nu. 4. qui, licèt loquatur in terminis
Regulę de valore, cuius rigor nõ videtur trahendus
ad hanc materiam, vt fuit responsum in vna *Aquen.*
pensionis, 19. Decembris 1608. coram bo. me. Car-
dinali Lancellotto, cuius meminit *Rota decis. 550.*
num. 1. par. 1. in recent. tamèn circumscripto casu
contingentis alicuius dismembrationis fructuum,
vndè submoueatur, & odium in ipsa materia, &
etiam inhabilitas terminorum pro iustificando de-
cennio, vt contigerat in *d. Aquen.* etiam in hoc
casu militat eadem ratio iustificandi valorem per
decennium, vt in puncto fuit responsum in *Pam-*
pilonen pensionis de Carcar 22. Iunij 1579. coram
23 *Rubeo*; quamuis diuerso iure † vtamur in pro-
bando valore ad effectum sustinendi gratiam re-
seruationis, tùnc enim satis est, testes percutere
tempus gratiæ; iuxta regulam, quam ponunt om-
nes in *cap. ad aures, de rescrip.* præcipuè *Abb. sub*
nu. 2. vers. de qualitate, Felyn. sub nu. 4. vers. pri-
ma conclusio, cum seq. Dec num. 27. Bero. nu. 35.
& Rota in his terminis habuit pro legitima, pro-
bationem factam per testes deponentes de sex,
vel septem annis, apud *Cas. de Grass. decis. 49.*
alids de probat. decis. 2. ante nu. 6. vers. imò etiam
affirmatiuè.
24 Et qui prætenderet † reductionem citrà casum
hunc odibilitatis materiæ, vt putà ex dismembra-
tione contingenti post reseruationem, quamuis
non teneretur præstare hanc probationem per de-
cennium (quæ etiam non est adaptabilis tali con-
trouersiæ) teneretur tamèn proferre testes, qui
benè coarctarent negatiuã nõ existentię aliorũ bo-
norũ, cũ redditione rationis eorũ dicti, & qui depo-
nerent de scientia quantitatis omnium bonorum
& valoris fructuum, secundùm communem æsti-
mationem, vt censuit Rota in *d. Aquen. pensionis,*
4. May 1607. , *coram bo. me. Cardinali Lan-*
cellotto, in qua tamèn sub dicta die 19. *Decem-*
bris 1608. voluerunt Domini, sufficere ad istud
probandum, testes familiares, qui introitus admi-
25 nistrauerint; nàm, licèt † familiares, & domestici
regularitèr non admittantur, tamèn ab hac re-
gula receditur, vbi alitèr veritas haberi non po-
test, *l. Serui. ff. de testib. Specul. de testi. §. 1. sub*
num. 39. vers. nisi in defectum probationum, Nel.
de Test; num. 33. vers. nisi in defectum, cum alijs,
quos sequutus est *Farinac. de Testi. quæst. 55.*
num. 172.
26 Et quamuis ista † impossibilitas videatur re-
moueri, vbi reditus consistunt in prædijs rusti-
cis, quæ per Colonos, & Rusticos exercentur, ta-
mèn adhùc militat eius argumentum, vbicunquè
proponuntur plura prædia, & plures Coloni,
singu-

singulis prædiis addicti, quo casu non est inter eos, qui possit de vniuersis deponere; & ideò tùnc admittuntur familiares, & administratores redituum, in vniuersum, quantumcunquè familiares ipsius inducentis, tùm quià verisimilitèr non dantur alij, qui ità benè in vniuersum possinc esse informati, vt dictum est, tùm quià nèc illi singulares Coloni, vel laboratores possent æquè adeò coarctare negatiuam non existentiæ aliorum prædiorum, & redituum, prout est necessarium,
27 videlicet † per remotionem actus à sensu, dicendo alia præ ia, aùt alios reditus extare non posse, quin testes ipsi scirent, *iuxta doctr. Aret. in cap. in nostra, 32. n. 17 de Testi. cum cumulatis per Fariu.co.tract.quæst.65.n.228.* & per Rotam apud *Gregor. decis.325 num.5.* vbi *num.6.* declarat, qualitèr necessitas ità concipiendi depositiones, remittatur in Testibus verisimilitèr informatis, *ex doctr. glo. in l. 1. §. hoc interdicto, il primo, in verb. annon. ff. de itin. actnquè priu.* quod ibi etiam notat *bo. me. D. Beltram.n.26.* & in teste deponente circa quantitatem bonorum, idem *Gregor. decis.510 num.1.*

Et hæc sanè probatio negatiuæ coarctatæ multò fortiùs exigitur, vbi agitur simplicitèr de annullando, vel reducendo pensionem citrà casum hunc contingibilitatis, quæ odium excludat; nàm, licèt adhùc admittatur leuior probatio, quàm quæ exigitur in materia regulæ de valore, nihilominùs hoc est referendum ad articulum liquida-
28 tionis, in quo † sufficit concludere per possibile, prouit differentiam hanc inter materiam regulæ, & materiam liquidationis, notauit *Pute. decis 8. lib.1. in correct.* cùm enim in liquidationis articulo perpetuò supponatur probata perceptio in genere, de alio iàm non tractatur, quàm de probanda quantitate, quæ ex sui natura admittit probationes à possibili, & consueto. *Bald. in l. 1.n.22. C. de fruct. & lit. expen. Natt. cons.510 num 5.* vt optimè considerat Rota apud *Achill. decis. 22. num. 1. & 2. de restit spol. Verall. decis.30. nu.4. & per tot.par.2.* cum latè adductis in *recent. de-*
29 *cis.479.num 2.par.2.* & propterea † illa satis iustificatur ex propalationibus, quæ Principis, aùt Populi auctoritate de more fiunt apud Officiales Annonæ, datur enim huiusmodi libris fides, *l. forma, ff. de censib.* vt de libro Campionis nuncupato, consuluit *Alex. cons.179. num.1. lib.6.* & in puncto de huiusmodi propalationibus respondit Rota in *Cerusen. Decimarum 24. Ianuarij 1605. & in Papien. censurarum, 2. Iunij 1606. coram Penia.*

Quemadmodùm etiàm & ipse fructuũ valor pro-
30 batur † per annuas æstimationes factas à Communitate, modò eæ sint formitèr extractæ à libris publicis, ex decisionibus factis in *Imolen tutelæ, 27 Octobris 1595. coram bo.me. Cardinali Pamphilio, & in Romana fructuum, 7. Aprilis 1606. coram bo. me. Cardinali Mantomontio*, quas sequuta est *Rota d. decis. 479. num 3.*
31 At minimè hoc, vel † quidpiam simile est trahendum ad hanc materiam reductionis, aùt nullitatis pensionis, (quæ ex natura sua perpetuò implicat obiectũ contra gratiam iàm factam, & omni verisimilitudini aduersatur, quominùs immineat Titulari necessitas hæc cõcludentissimè probandi per coarctationem negatiuæ non existentiæ aliorum bonorum, & redituum, vt declarando decisionem in præallegata *Aquen. pensionis*, decidit *Rota d. decis.550.num 2. & 3. par. 1. in recent.* quam etiam conclusionem latissimè firmauit Rota in *Cremonen. pensionis, super valore, 23. Iunij 1623. coram bo. me. D. Vbaldo.*

SVMMARIVM.

1 *Pensio, debetur initio anni.*
2 *Annua præstatio, idest in singulos annos disposita, debetur in fine anni.*
3 *Pensioni annuæ, qui statuitur terminus ad soluendum, censetur adiectus gratia diuidendæ solutionis.*
4 *Pensio, vt reseruatur de consensu, ità pro eo oritur ipsi Pensionario ex eodem consensu, obligatio, & actio.*
5 *Pensionis solutio, quæ dicatur anticipata, vel postcipata.*
6 *Pensio cùm reseruatur, nulla habetur ratio per Papam, an fructus fuerint per defunctum percepti, vel secus.*
7 *Pensionario defuncto, antequàm cadat dies solutionis, si fructus sint percepti, debetur integra pensio hæredibus Pensionarij, si verò non sint percepti, non debentur nisi pro rata.*
8 *Annua præstatio, regulatur secundum terminos vsusfructus.*
9 *Vsufructuario defuncto, fructus debentur eius hæredibus, quatenus sunt percepti.*
10 *Annua præstatio, in quibus reguletur secundum terminos vsusfructus.*
11 *Textus in l. In singulos, 8. de Ann. leg. expenditur.*
12 *Textus in l. Defuncta, de vsufruct. explicatur.*
13 *Textus in l. Diuortio, ff. solut. Matrimon. explicatur.*
14 *Textus in l. Firmio Heliodoro, §. vlt. vers. Cæterum, ff. Quand. dies leg. ced. declaratur.*
15 *Pensio in substantia reputatur, quid merè profanum, & regulatur secundum contractus profanos.*
16 *Pensionario defuncto, extinguitur cum eius persona actio, nèc transmittitur ad hæredes nisi pro rata fructuum perceptorum, iuxtà opinionem Rotæ, quæ hic latè defenditur.*
17 *Quandiù dictio, diuidit tempus annuum, vel menstruum, cui adijcitur, per momenta.*
18 *Et non tàm determinat, quàm inchoat Gratiam in quocunque momento.*
19 *Titulari defuncto, tenentur illius hæredes, vnà cum successore in Beneficio, soluere pensionem pro rata fructuum perceptorum.*
20 *Pensionem tenetur soluere; qui post mortem Beneficiarij, consecutus est fructus a Papa.*
21 *Et quæ sit ratio.*
22 *Fructus alij ciuiles, alij naturales, & quinàm sint.*

23 *Bene-*

23 *Beneficiario defuncto, fructus omnes naturales, separati à solo, debentur eius hæredibus.*
24 *Idemquè iudicatur de mercede, pro locatione debita.*
25 *Fructuum loco, succedit merces.*
26 *Et, vt in fructibus inspicitur tempus, quo separantur à solo, ita tempus idem attenditur respectu mercedis.*
27 *Fructus pendentes, pertinent ad successorem in beneficio.*
28 *Et quæ sit ratio?*
29 *Idemquè obtinet, etiamsi tempore mortis instaret recollectio.*
30 *Et quid seruetur circa fructus ciuiles?*
31 *Fructus cedentes post resignationem, quomodò diuidantur inter Resignantem, & Resignatarium.*
32 *Fructus ciuiles, quotidiè incipiunt deberi.*
33 *Resignatione facta, non possunt amplius deberi fructus Resignanti, nisi eos sibi expressè reseruauerit, & quæ sit ratio?*
34 *Pensio, quomodò diuidatur post translationem inter transferentem, siuè illius hæredes, & Translatarium.*

QVÆSTIO XLIV.

Solutio Pensionis, quibus casibus fiat pro rata aùt fructuum, aùt temporis.


X hactenùs deductis apparet, pensionem aliquandò extingui, aliquandò verò duntaxàt alterari ex contingentibus vel circa personam pensionarij, cum transfertur, vel circa personam Titularis, cùm is resignat beneficium ad fauorem alterius, singulis verò his casibus oboriri consueuit maxima difficultas circa modum soluendi terminos decursos, adeò vt nedùm præstantissimi Iurisconsulti in diuersas abierint sententias, sed etiam Rota ipsa aliquandò variauerit: proindè decreui, quantum in me erit, rem ipsam enucleare.
Primum verò illud constituendum est, cùm de
1 pensione † annua agatur, eam deberi initio anni,
atquè ità ex eo momento, quo reseruatur, nequè
enim sic reseruatur, vt debeatur in singulos an-
2 nos, quo casu † dies censeretur apposita gratia
differendæ solutionis, proindequè non deberetur
ante finem anni, *l. si in annos decem 48. ff. de cond. & demonstr.* sed reseruatur simplicitèr pensio annua soluenda in duobus terminis, seù semestribus,
3 atquè ideò † dies non potest videri adiecta ex alia,
quàm ex causa solutionem alioqui solidam diuidendi, nudamquè eius præstationem per certa tempora designandi, quo casu semper attenditur initium anni. & ex eo intelligitur pensio debita, textus est clarus in *l. nec semel 12. vbi Alber. num. 1. vers. aut gratia diuidendæ solutionis, ff. quan. dies leg. vel fid. ced.* & optimè etiam censuit Rota apud *Seraph. decis. 24. num. 1.*

4 Pensio enim, vt suprà † dictum est, assignatur de
consensu partium, post quem consensum illicò nascitur obligatio, ex qua oritur actio, *l. Iurisgentium, in princ. ff. de pact.* exactio autèm sola ea est, quæ differtur ad tempus, de quo conuentum fuit inter partes, *l. 1. ad fin. ff. quan. dies leg. ced. Ferret. cons. 372. sub num. 9. ad med. vers. & adducunt rationem.*
Cùm igitùr sit hæc diuisio gratia debitoris, hoc
5 etiam obseruatur, an † primus terminus, qui per
eum præstatur, eo tempore cadat, quo ipse secundum eundem solutionis ordinem possit percipere fructus beneficij, super quibus est pensio imposita, vt si iàm dictos fructus percepit, pensio, seù veriùs ea prima solutio dicatur postcipata, alias dicatur anticipata, relata vi vocis huius ad ipsorum fructuum perceptionem, vt latè fuit explicatum in vna *Monopolitana pensionis, 1 n. Aprilis 1606. coram bo. me. Cardinali Sacrato, apud Marches. tom. 1. pag. 642. sub num. 2. vers. nihilominus, Gratian forens. discept. cap. 548. num. 47. & 48.*
6 vt plurimùm enim, † nulla ratione habita perce-
ptionis fructuum, Papa decernit anticipatè pensiones solui, *Rota decis. 166. num. 8. par. 2. in recent.*
His breuitèr constitutis, sunt distinctè ponendi duo casus.
7 Primus est, quando † mortuus est Pensionarius,
antequàm cederet solutionis, seù termini dies; & hoc casu *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 15. sub num. 13. vers hinc ergo,* tenet, si fructus, super quibus est reseruata pensio, sint percepti, integram pensionem pensionarij hæredibus deberi, manifestè contrarium sentiens, si percepti non sint, & in hac parte videtur huic sententiæ fauere opinio Rotæ tenentis, pensionem deberi hæredibus pro rata fructuum perceptorum duntaxàt, vt latissimè firmatum fuit in *Pharen. pensionis, 19. Iunij 1573.* cuius meminit *Gabr. cons. 191. num. 14 lib. 2. & est in 4. par. recent. decis. 678.* & nihil in effectu deberi pensionario, nisi pro rata fructuum perceptorum, tradit *Gratian. d. cap. 548. num. 48.*
Ratio istius sententiæ est, quià pensio est annua,
8 præstatio † autèm annua regulatur secundum ter-
minos vsusfructus, *l. In singulos, 8. de annu. legat.*
9 atqui in vsufructu hoc videtur constitutum, † vt
eatenùs fructus debeantur hæredibus vsufructuarij, quatenùs sint percepti, *d. l. In singulos,* ergò idem statuendum in pensione: Ità argumentantur, *Caccialup. de pensio. quæst. 25. nu. 2. Gig de pens. quæst. 53. sub num. 12. vers. nam hæredibus vsufructuarij, Gabr. d. cons. 191. num. 2. Alex. consil. 15. num. 3. lib. 2.* & hi omnes mouentur per *tex. in l. Defuncta 58. de vsufruct.*
10 Verùm hæc opinio videtur nutare, quià † præ-
statio annua in omnibus alijs potest regulari secundum naturam vsusfructus, veluti, vt eodem modo intereat, prout exprimitur in *d. l. in singulos in princ.* & subiaceat oneribus impositis ipsis fructibus, *Crescent. decis. 3. n. 3. & 4. de solutio.* at in hoc
11 vno † minimè, quià esset contra expressa verba
textus in *d. l. in singulos ibi, illud certè amplius est in hoc legato, quod in ingressu cuiuslibet anni legatum*

legatum hæredi ſuo relinquit,quod in vſufructu non ità eſt .

12 Nequè huic pertinet textus † in *d. l. defuncta*, *de vſufruct.* nàm vt illum benè intelligamus, ponenda eſt eius ſpecies, quæ huiuſmodi eſt: Seiæ Kal. Ian. legatus fuerat vſusfructus prædij, ipſa verò idem prædium locauerat Titio Kal. Martij (dicamus ità) pro aureis centum,qui ſoluendi erant in fine anni: Titius omnes fructus collegerat in menſe Octobris, indequè ipſa mortua eſt menſe Decembris; cùm igitùr dubitaretur,an integra merces, ſiuè penſio ſcutorum centum,illius hæredibus deberetur, & ratio dubitandi eſſet, quòd vſufructuarius fructus non exactos ad hæredes non tranſmittit, *d. l. in ſingulos,ad fin.* contrarium reſpondit I. C. ea ratione, quòd vixerat per totum integrum annum: quandòquidèm non à die locationis debuit computari annus, ſed à die conſtituti vſusfructus, vt optimè aduertit *Cuiac. lib. 3.reſponſ.Sceuolæ,in explicatione d. l.* Nihil ergò ex hoc reſponſo deſumitur,quod faciat ad propoſitam quæſtionem, quià in caſu *d. l. defuncta*, agebatur de vſufructu, non de annua præſtatione, quæ in hoc caſu non ſeruat naturam vſusfructus, vt ait textus *in d. l.in ſingulos*, Tùm quià difficultas Sceuolæ propoſita,non fuit ſuper articulo perceptorū,vèl non perceptorum fructuum per colonos, ſed ſuper tempore, à quo ſcilicèt eſſet metiendus annus vſusfructus;ex quo enim Seia locauerat prædium, & ſic penſio ſuccedebat loco fructuum,videbatur ſpectandum eſſe tempus locationis,quo caſu debuiſſet fieri diuiſio pro rata tēporis quo ſtetit vſusfructus, vt clarè probat ille textus. *& in l. ſi operas,32.eo.tit.& in l. vti frui, 5.ff.ſi vſusf.pet.* Et propterea ſi Seia in medio curſu anni, vèl in alia parte conſiderabili defuncta eſſet, facienda quoquè fuiſſet diuiſio pro rata tēporis,vt benè aduertit *Cuiac.eo. loco citato in extremis verbis*.

13 Nequè valet ea ratio, quòd † iniquum ſit granari Titularem ſuper fructibus,quos non percepit, & propterea non alitèr, quàm pro eorum rata penſionem ſoluendam fore,ex diſpoſitione *tex. in l.diuortio, 7.ff.ſol. matrim.* nàm nequè hic textus ſatis videtur in hanc rem perpenſus; ideò & eius ſpecies proponenda, illiuſquè ratio indaganda. Seia nupſit Caio circa Idus Octobris, & illi in dotem dedit vineam: Caius vineam vindemiauit, & poſt Kal. Nouembris eam locauit Titio(dicamus ſic) pro aureis centum:Seia poſt Idus Ianuarij, atquè ità in fine menſis,bona gratia à marito diuertit, Quæſitum fuit,qualitèr fructus vineæ ſint inter virum, & vxorem diuidendi? Vir namquè volebat ſibi dimitti totam vindemiam pro ſumptibus in eā factis, & quià interim ſuſtinuiſſet onera matrimonij,& vlteriùs quartam partem mercedis locationis factæ, eo quòd à Kal. Nouembris, quibus locatio facta fuerat, vſque ad diuortium decurriſſent paulo minus tres mēſes,qui cōſtituunt quartam anni partem, nequè verò dubium videbatur, facto diuortio,in diuiſione fructuum fundi dotalis in extremo anno inter virum, & vxorem habendā eſſe rationem nedùm exactorum, verùm etiā pendentium,*l.ſi filiofamilias,26.§.ſi vir,eo.tit.ſol.matrim.* Papinianus autèm id iniquum reſpondit,quià non ex die locationis, ſed ex die matrimonij habenda eſſet ratio fructuum,àc proindè,cum ex die matrimonij defluxiſſet tertia pars anni, cenſuit, confundendos eſſe vindemiæ fructus,& pendentem mercedem, tertiamquè omnium dimitti viro pro eadem tertia parte anni,qua matrimonium ſteterat: vndè clarè liquet, Papinianum non retuliſſe prætenſionem Viri ad iniquitatem, quià fructus non eſſent percepti, vel ſecus, ſed ad id, quod ipſe Vir eos ſeorſim à penſione, ſolidos vindicaret, quaſi ſibi eſſent pro parte ceſſuri in impenſas factas pro vindemijs, cùm tamèn duplo plures Vxor ante matrimonium feciſſet in cultu vineæ, vt patet ex illis verbis, *ſed habita ratione præcedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit*, quocircà ſtatim eam iniquitatem patefecit ex abſurdo,quod aliàs conſequeretur,ibi, *alioquin ſi coactis vindemijs,altera die diuortium intercedat, fructus integros retinebit*, ideſt non deductis ſumptibus priùs factis per ipſam mulierem, & hunc ſenſum probauit etiam *Cuiac. ad Papin. lib.11. quæſtio.* Quatenùs ergò ex hoc textu clarè colligitur, in diuiſionem fructuum,ſecundum propoſitam ſpeciem, non tantùm venire mercedem vnius menſis, quæ debebatur tempore diuortij, ſed etiam ſpem ipſam futuræ mercedis, quæ debebatur pro penſione anni, quo matrimonium ſtetit; potiùs is retorqueri poteſt in contrariam ſententiam.

Nequè etiam videtur obſtare,ſi dicatur penſionem reſeruari in cauſam alimentorum, & proindè
14 cauſam † ipſam debendi illicò cum perſona deficere, *l. Firmio Heliodoro, §. vlt. verſ. cæterum, ff quand.dies leg.ced* quem textū ponderat *Gabr. d.conſ.191 n 10* nàm facillima eſt reſponſio, Quippè nihil ſingularitatis ex huiuſmodi cauſa alimentorum circa id ipſum affertur; non enim quæritur, an penſionis cauſa ceſſet, ſed an impediatur tranſitus actionis in hæredes pro ſumma ab initio debita,quod dictus textus non negat,& dùm contenditur adhùc faciendam eſſe diuiſionem pro rata fructuum, id iàm confutauimus, & hanc opi-
15 nionem in puncto † latiſſimè firmat *Ferret. conſil.372.ex num 9.* vbi reſpondet omnibus contrarijs, & quamuis *Gabr d. conſ.191.num.7.* dixerit, eum decipi,dùm exiſtimauit,idem eſſe ſtatuendum in hac penſione Eccleſiaſtica, quod eſt ſtatutum in re temporali, tamèn ab ipſo diſſentio, quià penſio in ſubſtantia,& ad hunc ipſum effectum reputatur quid merè profanum, *Gig.de penſion.conſil.4.num. 4.* & cenſuit Rota *in Aquilegien. fructuum,14.Iunij 1599. coram bo. me. Litta*, vt ibi ait *Ferret.* qui optimè huic obiecto occurrit *num.10.verſ.nèc obſtat ſi dicatur*, patetquè etiam, tàm ex ipſius Gabrielis,quàm ex Rotæ aſſumpto, quòd hæc materia debeat regulari ſecundum terminos vſusfructus in rebus profanis,nèc ipſe *Gabr.* aſſignat interim rationem differentiæ inter penſionem, & præſtationem annuam rei profanæ.

16 Cæterùm ſequenda eſt Rotæ † ſententia in vtraque poſitione, ideſt vt penſio extinguatur

cum

cum vita pensionarij, nequè transmittatur actio ad
hæredes pensionarij, nisi pro rata fructuum perce-
ptorum in vita per beneficiarium, ad instar sim-
plicis vsusfructus, non autem prestationis annuæ,
vt fuit firmatum in *d. Pharen.* à qua processerunt
aliæ, quas sequuta fuit Rota apud *Reuerendissi-*
mum D. Coccinum decis.327.nu.2. & in Carpen.
Ceoraten. pensionis, 10. Decembris 1610. coram
Illustrissimo D. Cardinali Caualerio, impressa
apud Marches.tom.1.pag. 604.

Nàm sublato effectu præstationis annuæ, res
nullam habet difficultatem, ex dispositione textus
in *d. l. in singulos*, cum alijs suprà citatis, hic verò
effectus submouetur ex forma ipsa reseruationis
pensionis, nàm licèt Papa pensionem annuam re-
seruet, addit nihilominùs hæc verba, *quandiu*, seù
quoad vixeris per d. N. illiusquè successores per-
17 *soluendam*, quæ verba † proculdubio qualificant in
ea parte gratiam, vt eatenùs sit annua præstatio,
quatenùs pensionarius per annũ viuat, dictio enim
illa *quandiu* diuidit tempus annuum, vel menstruũ
in momenta, & operatur idem, ac si à principio
fuisset facta reseruatio sine adiectione recursus ali.
cuius temporis determinati, textus est pulcherri.
mus in *l. Pater Seuerinam 100. §. vlt. ff. de cond.*
18 *& demonstr.* & propterea † dictiones eæ non tàm
determinant, quàm inchoant beneficium, seù gra-
tiam in quocunque momẽto, vt plenè docet *Bart.*
in l. 1. num. 15. vers. quandoquè ista dictiones, ff.
eo. tit. de cond. & demonstr. atquè ità totus resi-
deo in hac posteriori sententia Rotæ, ex hac enim
forma ea optimè defenditur, & fundamenta con-
trariæ opinionis apertè corruunt.

Secundus est casus, quando non Pensionarius,
19 sed ipse Titularis † est mortuus, daturquè ideò
successor nouus in beneficio: & hoc quidem casu
existimo, nouum hunc successorem, & hæredes de-
functi teneri pro rata fructuum perceptorum, ex
eodem assumpto, quod in his terminis fecit Rota
apud *Reuerendissimũ D. Coccin. d. decis. 327. n. 2.*

Idemquè prorsùs est, si Camera Apostolica
defunctũ spoliasset, vt alibi suprà deduximus: Cæ-
20 terùm † si Papa de fructibus ad Cameram perti-
nentibus donationem fecisset successori, non est
ambigendum, eundem successorem de illis teneri
ad solutionem pensionis priùs decursæ; nàm licèt
non possint dici percepti ex beneficio, proùt re-
quiritur, ad effectum quod remaneant obligati,
tanquàm fructus beneficiales, *Vital. in clem. 1. in*
princ. num. 78. de sequestrat. poss. & fruct. & do-
21 natarius † Principis statim efficiatur securus con-
tra omnem hypothecam, *l. benè à Zenone, C. de*
quadrien. præscrip tamèn quià hoc casu successor
sentit commodum, cessat etiam illa æquitas, quam
suprà perpendimus, vt contra Iuris regulas non
teneatur nisi pro rata fructuum, proùt etiam ces-
sat consideratio, ex dispositione *tex. in d. l. benè*
à Zenone, quià si Papa voluit donare fructus cum
onere, vtiquè tenetur; si sine onere, paritèr tene-
tur, cum habeat regressum contra Cameram, & sic
semper cesset illa æquitas, vt in his terminis deci-
Rota *in Neritonen. pensionis, 20. Nouembris*
1606. coram bo. me. Cardinali Sacrato,

Qualitèr autèm inter successorem in benefi-
cio, & hæredes defuncti, fiat diuisio fructuum, non
inutile erit hic explicare, nequè à materia pror-
22 sùs alienum. Sciendum † ergò est, fructuum alios
ciuiles, qui ex mera industria percipiuntur de re,
quæ natura sua nullos edit fructus, cuiuimodi sunt
pensiones domorum, & similes, alios naturales,
qui tamètsi percipiuntur adhibita industria, natu-
ralitèr tamen etiam fluunt, quorum alij industria-
les dicuntur, quià adhùc maior est industria, quàm
sit vis naturæ, vt est triticum, alij verò naturales
simplicitèr, quià modica in illis cogendis necessa-
ria sit industria, veluti sunt poma, & similia, quæ
manu excerpta, in horrea referuntur, vt docet *Bart.*
in l. ex diuerso, num. 1. ff. de rei vend.

Quando ergò de fructibus, & eorum partitione
oritur controuersia inter successorem, & hæredes
23 prædictos, solet hæc fieri distinctio, vt † omnes
naturales, siuè sint simplicitèr naturales, siuè natu-
rales industriales, quatenùs sunt à solo separati,
debeantur hæredibus defuncti, *glo. in cap. si pro-*
pter in verb. primi anni, de rescript. in 6. Ferret.
cons. 256. num. 1. lib. 2. Honded. cons. 87. num. 71.
vol. 2. Rot. decis. 761. num. 4. & 6. par. 1. diuers.

Neque refert, quòd bona sint locata pro annua
24 mercede, quià eadem ratione si † fructus sint sepa-
rati à solo, debetur ea merces, licet nec dùm mer-
cedis cesserit dies, *Salyc. in l. fructus, nu. 3. vers.*
& probatur ratione, C. de act. empt. Alex. cons. 28.
num. 2. lib. 1. Honded. cons. 85. nu. 13. vol. 2 Bero.
cons. 139. n. 11. vol. 1. Ferret. cons. 151. n. 5. Anchar.
cons. 193. num. 3. Abb. cons. 257. num. 6. & censuit
Rota in *Baren. fructuum, 2. Iunij 1610. coram*
Illustrissimo D. Cardinali Caualerio.

25 Succedit enim ea merces † loco fructuum, vt
probat *tex. in præcitatis l. Defuncta, de vsufruct.*
& in l. Diuortio, in princ. & §. Item si mensis, ff.
sol. matrim. Bart. in l. vlt. §. Triphonio, sub nu. 1.
ad fin. vers. quandoquè ad eum non transit, ff. de
26 *iur. Fisci*; Vndè † sicùti in ipsis fructibus inspi-
citur tempus, quo separantur à solo, ità tempus
idem attenditur respectu ipsius mercedis, quæ pro
fructibus penditur, *Alex. d. cons. 28. nu. 1.*

27 Fructus autem huiusmodi pendentes † perti-
nent ad successorem in beneficio, *glo. & docto. su.*
præcitatis, latè *Calder. cons. 2. de pecul. clericor.*
28 Quod aperta ratione constat, ius † enim illud per-
cipiendi fructus in defuncto est finitum, antequàm
cedat solutionis tempus, ità *Honded. d. cons. 85.*
num. 1. Calder. d. cons. 2. sub num. 2. in 2. col. vers.
ex his remanent casus alij, de pecul. cler. Couar. in
supracitat. var. resol. lib. 1. cap. 15. sub nu. 2. vers.
his accedit, Tiraq. de retract. conuent. §. 5. glo. 4. in
29 *princ.* quantumcunquè † tempore mortis instaret
recollectio, vt in *d. Baren. fructuum, Rota de-*
cis. 278. num. 2. ad fin. vers. hoc admittentes etiam
par. 2. in recent.

30 Quod verò attinet † ad fructus ciuiles, dicen-
dum est, eos, quorum solutionis dies tempore
mortis iàm aduenerat, pertinere ad hæredes, reli-
quos verò ad successorem, vt concludunt *Calder.*
Couar. Tiraq. Honded. & alij suprà allegati, quos
sequuta est Rota *d. decis. 278. num. 2.* idemquè di-
cendum

cendum de naturalibus, vèl industrialibus, qui quotidiè colliguntur, velùti herbagia hortorum, vecturæ nauium, operæ seruorum, & similes, *Gaetaiup. de pens. quæst. 25. sub nu. 2. vers. vel quid si pro his, & num. 3.*

31 Plurimùm tamèn differt casus † hic, cùm videlicèt beneficiarius moritur, & sic datur vacatio necessaria, à casu, cùm resignat: nàm cùm versamur in casu mortis, trãsmittitur actió ad hæredes vsque
32 in diem ipsum mortis, eo † quod fructus ciuiles quotidiè incipiunt deberi, & in consequens magis propriè dicuntur obuẽtiones, quàm fructus, *Aret. in d. l. Diuortio, sub nu. 7 vers. & si dicatur, ff. sol. matrim. Rota ea. decis. 278. num. 5.* nèc moriens facit actum aliquem positiuum, per quem possit videri remisisse ius, vel actionem: at vbi resignat, nisi istud ius sibi expresè reser-
33 net, † censetur illud quoquè remisisse, vt benè distinguit *Put. decis. 14. lib. 3.* quem sequuta fuit Rota *d. decis. 278. num 6.* definitquè prorsus esse possessor beneficij, nec fructus vllo modo percipere potest, si tamen resignatio libera sit, non à † fauorem, quo casu ante acceptationem, nèc quasi dominium, nèc possessionem amittit, vt distinguit *Gabr. post alios cons. 192. num. 1. & 2. vol. 1.* & post eum Rota *d. decis. 278. num. 7.*
34 Eodemquè iure vtimur, si fiat translatio † pensionis, quià in dubio videtur translatarius extinguere actionem in præiudicium hæredum, præcipuè si terminum designauerit, vt per *Put d. decis. 14.* quamuis in eiusdem puncti resolutione alitèr videatur loqui Peregrinus in *3. par. diuers. decis. 118. num. 2. & 3. lib. 1.*

Quid autèm statui oporteat in casu translationis Prælati, satis explicauimus suprà *quæst. 12. ex nu. 22.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, latissimè sumpto vocabulo, dicitur omnis gratia Principis.*
2 *Pensio ex natura subiecta materia, potest cadere sub latissima appellatione beneficij.*
3 *Aliàs secus, etiam in generali, & effuso sermone.*
4 *Et in materia etiam indifferenti.*
5 *Pensio, non est necessariò exprimenda in impetratione beneficij.*
6 *Nisi fortè esset assignata in titulum perpetui beneficij.*
7 *Patrimonij loco, si assignetur per laicum portio aliqua fructuum de consensu Episcopi, non est narranda in impetratione beneficij.*
8 *Pensio, quòd sit narranda in impetratione beneficij, aliqui tenuerunt, quorum tamèn sententia reijcitur.*
9 *Pensio, quòd succedat loco beneficij, aliquibus pronunciatum, quomodo sit intelligendum, & examinata doctrina Innoc. & Compostell. in cap. postulatis, de rescrip.*
10 *Pensionem obtinere loco beneficij, quomodò dicatur.*
11 *Pensio obtenta, quæ ex causa narretur in impetratione beneficij.*
12 *Pensio, si narretur in impetratione beneficij, an narratiua veniat iustificanda, & concluditur negatiuè.*
13 *Pensio reseruata pro scholari, qui omisit narrare se clericum, inde non vitiatur.*
14 *Pensio differt à beneficio, & in causa efficiente, & in causa finali.*
15 *Pensio aliquandò reseruatur, habito respectu ad gradum, & dignitatem Pensionarij.*
16 *Pensionarius obligatur ad recitationem parui Officij B. Mariæ, sub peccato mortali.*
17 *Identitas, excluditur à diuersitate substantiæ, & similitudo à diuersitate qualitatum.*
18 *Pensio, ita est diuersa à beneficio, vt de vno ad aliud ineptè argumentetur.*
19 *Princeps parcius vtitur potestate sua in præiudicando pactis priuatorum.*
20 *Pensionarius, sub qua forma Decreti consueuerit grauare ad soluendum decimas, siuè illis contribuenas pro rata.*
21 *Et an, si compulsus fuerit soluere, vel pati solutionem pro rata, possit regredi contra Titularem, à quo habet pensionem immunem ab omni onere; cum clausula donationis.*
22 *Papa, nusquam intendit sub verborum generalitate tollere conuentiones inter priuatos; Et quæ sit ratio.*
23 *Principis Gratia procedit, etiam cum modico præiudicio Tertij.*
24 *Præiudicium, quod nàm habeatur pro modico, ad effectum, vt non excludat intentionem Principis aliquid indulgentis.*
25 *Princeps, qualitèr censeatur auferre Ius Tertio quæsitum citra cuiusque iniuriam.*
26 *Pactorum obseruantia, in æquitate fouetur.*
27 *Princeps, non aufert quæ sunt Iurisgentium.*
28 *Nec quidèm per indirectum perpetuò inhibendo Magistratibus, nè super aliquo Ius reddant.*
29 *Pensionarius agens pro integritate Pensionis sibi reseruata immunis ab omni onere, dicitur habere intentionem fundatam super Decreto, & literis Apostolicis.*
30 *Exceptio debet adaptari actioni.*
31 *Indultum concedi consuetum aliquibus Principibus Catholicis de exigendis Decimis, etiam à Pensionarijs, non obstantibus pactis adiectis inter Pensionarium, & Titularem, respicit fauorem Indultarij, non autèm Titularis.*
32 *Derogatio, est stricti Iuris.*
33 *Nec plus comprehendit, quàm quod necessariò infertur.*
34 *Derogatio, nunquàm censetur facta, vbicunquè ex distinctione potest euitari.*
35 *Conuentio, respectu Tertij inualida, respectu paciscentium valida esse potest.*
36 *Emphyteuta, potest stipulari à venditore liberationem solutionis onerum fiscalium, ad effectum, vt ille teneatur ipsum releuare, at minimè in præiudicium Fisci, quominùs in eundem emptorem transeat onus.*

QVÆSTIO XLV.

Pensio an, & quando veniat appellatione beneficij.



SATIS liquet ex superiùs
circa materiam pensionis
(nescio, an satis pro digni-
tate) explicatis, eam nihil
commune habere cum be-
neficiali; Quamuis enim
1 pensio † possit dici bene-
ficium latissimè sumpto
vocabulo, prout dicitur
beneficium quæcunquè gratia Principis alicui fa-
cta secundùm, vel saltim præter ius, *Ias. in l. bene-
ficium, num. 27. vers. & sic clara est differentia,
ff. de constit. princip. Surd. cons. 140. num. 14.*
2 hacquè ipsa ratione, constitutio † loquens de be-
neficio (dummodò colligatur ex natura subiectæ
materiæ in ea vsurpari vocem hanc, sub hac lata
significatione) pensionem quoquè complectetur,
*Aob. in cap. ad audientiam, il secondo, sub num. 2.
vers. Dicitur tamen, de rescript. Gig. de pension.
quæst. 28. num. 11. & 12.* cum alijs, quos sequuta
fuit Rota *par. 3. in recent. decis. 123. nu. 11.* Atta-
3 mèn propriè, † & in stricta significatione, cum qua
nostram tractationem concludimus, non potest
dici beneficium, nèc vllo modo veniet appellatio-
ne beneficij Ecclesiastici, nedùm in materia pœ-
nali, iuxta *Crescent. decis. 14. nu. 1. & 2. de sent. &
re iud.* vbi ait, hoc etiã procedere in generali, &
effuso sermone, *omnium, & singulorum beneficio-
4 rum*, verum quoquè in † indifferenti: vndè quamuis
impetrantibus beneficia, opus sit facere mentio-
nem de obtentis, *cap. Ad aures, cap. Cum adeò, &
5 cap. Pastoralis, de rescript.* tamen † indè non
censetur inducta necessitas narrandi pensiones
priùs reseruatas, *Gemin. in cap. non potest. sub n. 5.
6 vers. sed secùs, de præbend. in 6.* nisi fortè † esset
assignata in titulum perpetui beneficij, quia tùnc
non esset ampliùs pensio, sed beneficium, *Gonzal.
ad reg. de mens. glo. 5. sub num. 18. vers. intellige
7 tamen:* cuiusmodi tamèn † non esset assignatio fa-
cta per laicum, etiam de consensu Episcopi loco
patrimonij, siuè tituli beneficialis ad effectum su-
scipiendi Sacros ordines, nàm nulla adhùc subest
necessitas talem laicalem pensionem narrandi,
cùm nullo modo participet naturam beneficij, *Ro-
ta decis. 39. de rescript. in antiq. & de præbend. in
antiquior. Bisignett. decis. 11. nu. 5.*
8 Et licèt † *Bero. in cap. super literis. sub n. 32.
vers. decimoquarto, de rescript.* pronunciauerit, de
pensione, æquè ac de beneficio, faciendam esse
mentionem, tamèn cum nihil aliud alleget, quàm
textũ in *cap. Ad audientiam, il secondo, eo. tit. de
rescript.* qui non facit ad propositum, non est de
eius auctoritate curandum, sicùti nèc de auctori-
tate *Menoch. in tract. de arbitr. iud. cas. 201. n. 51.*
minusuè Gomezij, qui perfunctoriè, & aliud agẽs
id videtur asseruisse in *regula de infirm. resignan.
quæst. 16. in princ. vers. nàm vidimus;* Hoieda
autèm, quem allegat *Gonzal.* vbi suprà *de incom-
pat. benef. par. 2. cap. 7. ex num. 4.* potiùs defen-
dit contrarium, vt ibi latissimè per eum.
9 Verùm, est aduertendum †, Alphonsum Soto,
quem etiam citat *Gomez vbi suprà in extremis
verbis glossæ suæ ad reg. 61. vers. item ex prædictis;*
firmata priùs conclusione, quòd de pensione, quã
quis non habet in titulum, non debeat fieri men-
tio, subiecisse hæc verba, *sed quia hodiè qualibet
pensio succedit loco beneficij, quia est ad vitam re-
cipientis, ideò credo, quod teneatur impetrans fa-
cere mentionem de ea,* & hæc opinio videatur con-
firmari ex doctrina *Innoc. sub num. 2. ad fin. &
Compostell sub nu. 1. vers. idem credo, in cap. Postu-
lasti, de rescript.* & admittit *Flam. Paris. de re-
sign. lib. 2. quæst. 15. num. 5. & num. 24. & lib. 6.
quæst. 2. num. 13.* cum alijs quos citat, & sequitur,
residendo in hac opinione, *Garz. de benef. par. 1.
cap. 5. num. 81.*

Nihilominùs hæc sententia Glossatoris, & se-
quacium non est tenenda, est enim euidentèr er-
ronea: nàm Moderni non satis perpenderunt, qua-
litèr fuerint loquuti antiqui, videlicèt *Innoc. &
Compostell. in d. cap. Postulasti;* vterquè enim
præsupponit, pensionem assignatam esse per ipsam
Ecclesiam in titulum ad instar possessionum, quæ
olim concedebantur Clericis benemeritis, vt in
can. possessiones (super quo vterque se fundat) *16.
quæst. 1.* & hunc esse sensum Innocentij, nèc alitèr
saluari posse ab errore manifesto, clarè determinat
*Calder. in cons. 30. ad fin. vers. nèc obstat dictum
10 Innocentij, de præbend.* istud † enim demùm est
habere pensionem loco beneficij, secundùm *In-
noc. & Compostell.* vt propterea nimis laxè fuerit
loquutus *Glossat. antiq.* nèc ideò est recedendum
à sententia negatiua, quòd de pensione non assi-
gnata loco tituli, non sit facienda mentio, quam
vltra præcitatos tenuerunt omnes hi, quos allegat
Garz. vbi suprà num. 75. & nouissimè etiam *Io.
à Chokier. in addit. ad Glossat. antiq. d. reg. 61.
num. 28. & 29.*
11 Fateor nihilominus † me aliquandò vidisse proui-
siones Apostolicas cũ narratiua huiusmodi, quod
tamèn non est referendum ad stylum necessitatis
alicuius inductiuum, sed ad meram voluntatem,
seù potiùs leuitatem aliquorum formidolosorum,
& si de facto talis narratiua fiat, non existimo esse
12 necessariam illius iustificationem, cùm † falsitas
eorum, quæ non mouent, non vitiet gratiam,
Cassad. decis. 12. nu. 15. de præben. Cas. de Grass.
qui alios allegat, *decis. 119. aliàs 8. num. 2. eo. tit.*
cùm enim, qui eam esse necessariam contendunt,
indè hoc coniectentur, quòd posset Papa hinc re-
moueri à conferendo beneficio, satis constat, eos
14 decipi; nàm si Papa narrato sibi, quod impetrans
pensionem obtineat, voluit ei nihilominus de be-
neficio prouidere, vtiquè censendũ est, fuisse multò
faciliùs eidem prouisurum, si intellexisset, eundem
13 nullam talem habere pensionem, vt † de eo,
qui ommisit narrare se clericũ, & asseruit se Scho-
larem, cùm tamèn esset clericus, respondit *Rota
in vna Foroliuien. pensionis, 23. Octobris 1592.
coram Penia.*

Firmamus itaquè, in hac stricta, & propria
signi.

significatione, cum qua totum hunc tractatum de beneficijs decurrimus, non comprehendit pensionem ecclesiasticam, neque eius materiam pertinere ad materiam beneficialem; quod meliùs di-
14 gnoscitur ex diuersitate † causarum, quibus vtraquè constituitur: nàm beneficij ecclesiastici causam efficientem nedùm in Papa, sed etiam in Episcopo, & quocunque Episcopalem iurisdictionem habente posuimus, pensionem autèm in solo Papa: causam finalem beneficij asseruimus simplicem esse retributionem pro officio diuino, quo Beneficiarius fungitur, pensionis autem alimentorum
15 suppeditationem, quamuis † nonnunquàm ea simplex sit, sed respectiua ad gradum, & dignitatem personæ Pensionarij tuendum, & conseruandum, vt ità loquitur Rota in suprà allegata *decis. 123. sub num. 14. ad fin. vers. & cum pensiones fuerint, par. 3. in recent.*

Et licèt ex Constitutione Sanctæ memoriæ Pij Quinti, in nouo Bullario *135. §. 1. vers. At quecun-*
16 *que*, decretum sit, † quemcunque Clericum tanquàm talem percipientem pensionem ecclesiasticam, obligatum esse ad recitationem Officij parui Beatissimæ Virginis, & pensionis amissioni aliàs fore obnoxium, quod ad incursum etiam peccati mortalis traxit *Graff. lib. 2. cap. 50. num. 8.* cum alijs quos citat & sequitur *Garz. par. 1. cap. 5. num. 67.* tamèn hoc non est Officium illud legationis, pro quo conceditur beneficium; imò ante dictam constitutionem, Pensionarius non tenebatur ad effundendum aliquas preces, vt ait *Nauarr. in Manual. cap. 25. num. 8.*

Causam materialem beneficij posuimus in ipsis fundis, & ecclesiasticis reditibus, eorumquè administratione, Pensionis vero in certa quantitate pecuniæ, prorsùs distincta, & separata ab illis. Ac deniquè causam formalem beneficij in reductione profanæ materiæ ad spiritualitatem, pensionis verò in concursu consensus Titularis, & auctoritatis Papæ. Vt ideò iam hinc dignoscatur, pensionem in aliquo symbolizare cum beneficio, quatenùs procedit ab auctoritate Superioris Ecclesiastici, nèc alijs, quàm Ecclesiasticis, reseruatur; at minimè conuenire in substantia, idest aùt in materia, aùt in forma, ex quibus illius substantia con-
17 stituitur, vt propterea † non possit videri idem cum beneficio, vt post *Aristotelem*, docet *Bal. in l. si vnus, 38. §. pactus ne peteret in 2. lectur. n. 6.*
18 *ff. de pact.* ac propterea † minùs aptè inserri de vno ad aliud, contra *reg. l. Papinianus exult, ff. de minor.* vt censuit Rota in *Aquilegien. fructuum S. Viti, 14. Iunij 1599. coram bo. me. Litta.*

Tametsi enim, tota eius consistentia, radicetur super auctoritate Papæ, nihilominùs perpetuò eadem auctoritas respicit consensum Titularis, nèc aliàs, quàm ex illius suppositione interponitur, vt ostendimus in *quæst. 35. ex num. 65.* ex quo consensu iàm efformatur pactum, cùm tendat in idem cum consensu pensionarij, *l. 1. in princ. ff. de pact.* vt ideò quantumcunque in his Papæ potestas, æquè
19 ac in beneficijs absoluta sit, parciùs † tamen ea vtitur, in præiudicium paciscentium, ex his, quæ tradunt *Curt. iun. cons. 134. num. 5. cons. 157. num. 18. & cons. 174. sub num. 12. vers. quid præsupposito.*

Quod sanè summa est prærogatiua pensionarij circa pacta, & conuentiones adiectas in ipsa reseruatione, præcipuè immunitatis præstationis à
20 quocunque onere; nàm si † contingat, Papam ex post indicere solutionem alicuius decimæ, super reditibus Ecclesiæ aùt fauore Sedis, aùt etiam fauore alicuius Principis, prout ex causis iustissimis aliquandò indulget, cum decreto; *quod etiam pensionarij teneantur, non obstante, quòd pensiones sint exempta & sub quibusuis obligationibus, etiam in forma Cameræ, & iuramento, ac quibusuis cautelis, & decretis munita, etiam per viam donationis, & sub quauis verborum forma, aùt expressione concepta, & etiam quod ipsi, à quibus pensiones huiusmodi sunt soluendæ, iuri, & actioni petendæ, vel retinendæ pensionis, aut ratæ partis pensionarios tangentis, iureiurando renunciauerint, &c.* cum clausula, *quorum tenores, &c.* Et quæratur, an sub prætextu huiusmodi indulti, pensionarius teneatur contribuere solutioni decimarum huiusmodi, vel alterius oneris, aùt subsidij? nihil quidem propoui videtur, quin teneatur, præcisèque ad id possit compelli, & quin derogatum sit omnibus clausulis, & decretis contentis in literis reseruationis, vt firmauimus suprà in *quæst. 38. ex num. 25.*

21 At si quæratur, an eò † etiàm se extendat ista derogatio, vt remaneat ipsi pensionario elisa actio contra Titularem pro reintegratione solutionis factæ, seù deductionis cessæ in rata sua; itaut, in vim pacti super donatione eiusdem ratæ, nequeat tantundem consequi ab ipso Titulari, proculdubio est negandum, ea euidenti ratione, quia, vtcunquè materia sit spiritualis, vel ad spiritualia ordinata, atquè ità sub libera dispositione Papæ, tamen si incidat circà illam, in casu permisso aliqua pactio, vel cōuentio Canonica, nusquàm cen-
22 setur illi derogatum † per quamuis generalem dispositionem ipsius Papæ, vt est casus in *cap. 3. §. vndè quia, extr. de decim.* vbi *Anchar. sub nu. 4. vers. sed dic*, rationem hanc infert, quià nequeat alicui auferri, quod ex propria prouisione sibi comparauit, quin ei fiat iniuria, proindequè, vt dicit *textus in d. §. vndè*, deficit in hoc Papæ intentio, atquè ita in puncto resoluit *Rota in vna Bergomen pensionis, de Trescurio, 13. Nouembris 1626. coram R. P. D. Duran.*

Et ratio diuersitatis inter primum casum, & hunc, est manifesta, nàm in primo, etiam si videatur aliquid detrahi de iure pensionarij, dùm cogitur soluere, vel pati solutionem, pro rata suæ pensionis, modicum illi infertur præiudicium, ex quo adhùc est reparabile ex regressu contra Titula-
23 rem, in vim supradicti pacti, nequè † propterea indultum aliquid in se amari habet, *l. 2. C. de prec. Imper. offer.* & plenè docet *glo. in l. rescripta, in verb. non lædat alium, eo. tit.* & quamuis contra-
24 rium videatur † sentire *Felin. in cap. cum causam qua, sub nu. 10. vers. & quæ dicuntur, de rescrip.* tamen præter id, quod glossa vltima, super qua se fundat in *cap. cum olim, de consuet.* hoc non dicit.

cit, est intelligendus, vbi modicitas consistit in
perpetua patrimonij diminutione, sed non in tem-
poraria, prout hoc casu, in quo veriùs differtur,
quàm aufertur aliquid à pensionario, qui est casus
supradictæ *l. quoties*, etiam secundùm illius expo-
sitionem, quam posuit *Antonius Faber, de error.
pragmat. Dec. 25 error. 1.* Quò fit, vt eius respectu
optimè intret derogatio fauore causæ publicæ,
quam fuit Papa contemplatus in persona Indulta-
rij, cui voluit facillimam vndiquè exactionem esse,
nec in consequens moram fieri, ex pactionibus
priuatorum: quinimò si penitiùs vis supradicti
25 decreti expendatur, nec † quidem id ipsum ius
directò tollit Papa, quasi auferens quod semel con-
cessit, sed simpliciter aufert à Magistratibus facul-
tatem, nè Pensionario Ius super hoc reddant, quod
citrà cuiusquè iniuriam facere potest, cùm omnis
potestas Magistratuum à Principe dependeat, vt
considerat *Card. in cap quia diligentia, sub nu. 5.
vers. nàm etiam si expressè*, quem ibi sequitur
Imol. sub num. 6. vers. & hoc casu, de elect.

In hoc verò secundo casu, iam illud ius in to-
tum perimeretur, totaquè ipsius conuentionis
vis super donatione illius ratæ, exhaurietur, quod
non est credendum esse de mente Principis, veluti
26 contrà æquitatem, in † qua fouetur pactorum
obseruantia, vt est *text. in l. 1. in princ. de pact.*
27 nequè directè, † tanquàm Iuri gentium aduersans,
*l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco pu-
blico. Bal. in d. l. rescripta. sub num. 10 vers. tertiò
quærunt Doctores, C. de precib. Imper. offer. Ias.
in l. si testamento, sub num. 6. vers. veritas est, C.
de testam. Abb. in cap. quæ in Ecclesiarum, nu 11.*
28 *de Constit. Menoch. cons. 20. nu. 4.* Nequè † per
indirectum, auferendo facultatem Magistratibus
ius super hoc reddendi pensionario, vt concludit
*Innoc. in d. cap. quæ in Ecclesiarum, sub n. 3. vers.
sed & tunc, de constit.*

Et propterea, quatenùs hoc casu contra pen-
29 sionarium fundantem intentionem † suam pro hac
integritate, & validitate obligationis Titularis, de
soluendo quocunquè onere, prout sæpissimè re-
spondit Rota in diuersis causis, quas refert *Gra-
tian. discept forens. cap. 548. num. 6.* excipitur per
pensionarium de Indulto, ista exceptio non ada-
30 ptatur actioni, prout † de iure requiritur, *l. 2. &
l. exceptio, 22 de exceptio. Bursat. cons. 171. nu. 43.*
31 quià † Indultum respicit fauorem Indultarij, non
autèm Titularis, vt iàm dictum est, & ità respon-
dit Rota apud *Seraph. decis. 1348. sub nu. 2. vers.
Domini censuerunt*, vbi quòd ità debent etiam
regulari omnes clausulæ, & omnia decreta eius-
dem Indulti, quod latiùs firmatum fuit in supradi-
cta *Bergomen Pensionis.*

Quippè (vt in ea decisione optimè dicitur) dero-
32 gatio † est stricti Iuris, *cap. quæ à iure. 38. de reg.
iur. in 6.* cum similibus adductis per *Gemin. con-
33 sil. 35. num. 2.* nèc in ea † plus censetur com-
prehensum, quàm ex necessitate possit inferri, *l.
sancimus, C. de testam. l. alumna, §. qui filias, de
adim. lega.* cum congestis per *Aym. cons. 26. n. 7.*
34 ac ideò † nunquàm censetur facta derogatio, vbi-
cunquè ea (vt in hoc articulo dictum est) distin-
guendo potest euitari, *Bar. in l. omnes populi, sub
nu. 35. vers. prædicta vera, de Iust. & iur. Alex.
cons. 170. num. 1. vol. 6. Aym. d. cons. 26. sub eod.
num. 6. vers. quinimò vbi & cons. 872. num. 8.
Francis. Bec. cons. 181. num. 17.*

Porrò nulla est incôpatibilitas inter hæc, quòd
Titularis teneatur ad onus decimæ, vel alterius
impositionis, & quòd nihilominùs ista conuentio,
respectu Indultarij non habeatur in aliqua consi-
35 deratione, vt in simili dicitur de † conuentione
inter creditorem, & debitorem, super prædio pi-
gnorato, vt creditor onus tributi non agnoscat,
sed eius soluendi necessitas ad debitorem spectet:
Quamuis enim conuentio huiusmodi, respectu Fi-
sci, nullius sit momenti, est tamèn inefficax inter
ipsos paciscentes, *l. inter debitorem, 43. vbi glo.
in verb. quantum ad fisci, ff. de pact.* idemquè di-
36 cimus † de conuentione inter emphyteutam,
qui stipulatus est solui per ipsum concedentem
tributa, ac census, quæ, licèt non teneat in præiu-
dicium Principis, *l. ius emphyteutici prædij, C. de
fun. patrim. lib. 12.* tenet tamèn in præiudicium
ipsius concedentis, & promissoris, vt ex ratione
d. l. inter debitorem, tenet *glo. in d. l. ius emphy-
teutici, ad finem*, & est *tex. in l. epistola, 53. §. pa-
ctum*, & ibi *Ias.* hoc expressè notat, *ff. de pact.* &
plenè explicat *Valasc. de Iur. emphyt. quæst. 17.
sub num. 24. vers. sed tu hoc intellige.*

SVMMARIVM.

1 *Pontificatus Maximus à Deo immediatè pro-
cessit.*
2 *Imperium processit à Populo.*
3 *Et quomodò?*
4 *Beneficium Ecclesiasticum exigit locum, dotem,
ac leges.*
5 *Pontificatus Summi gloria, & onera, remissiuè.*
6 *Pontificatus eiusdem institutio.*
7 *Pontificatui Summo, quinam locus, & quando
fuerit destinatus?*
8 *Sedes Apostolica primùm Antiochiæ posita, & mòx
Romam translata.*
9 *Sedes eadem, qua ratione in perpetuum Romæ
defixa.*
10 *Petrus Apostolorum Princeps, Romæ, & non ali-
bi martyrio coronatus.*
11 *Sedis translatio de Antiochia in Vrbem, facta fuit
iubente Christo.*
12 *Romanus Episcopatus, inseparabiliter fuit sem-
per connexus Pontificatui Maximo.*
13 *Roma, electa in locum Summus Pontificatus, non
iure humano, sed diuino.*
14 *Pastoris Titulus, quæ Ecclesia in Vrbe dicta.*
15 *Petrus, martyrio coronatus fuit anno sexagesimo
nono.*
16 *Romæ gloria ex Sede Apostolica comparata.*
17 *Vrbani Octaui pietas in ornando Sepulchro Prin-
cipis Apostolorum.*
18 *Roma, qua ratione electa, vt ibi figeretur Aposto-
lica Sedes?*
19 *Sedes Apostolica, non potest ab Vrbe trans-
ferri.*

20 *Roma*

QVÆSTIO XLVI.

An requisita in constituendo beneficio Ecclesiastico, interuenerint in Institutione Pontificatus Maximi?



QVÆ hactenùs disseruimus circa beneficia Ecclesiastica, tàm sub stricta, quàm sub laxa huius vocis significatione comprehensa (cuiusmodi sunt Pensiones, de quibus proximè egimus) frequenti quidem foro exposita, at minimè satis aucta comparebunt, nisi extremam huius libri pagellam concludat aliquis de Pontificatu Maximo sermo, quem sub ipsa beneficij definitione complexi fuimus. Neque enim ab inferioribus in alio differt, quàm in causa efficienti, Institutus est enim
1 ab ipsomet † Deo immediatè, *can. Sacrosancta, & ibi Turrecrema n. 4. 22. dist. Iacobat. de Concil. lib. 7. art. 5. n. 137. vers. quid eius potestas.* Et in hoc differt etiam ab Imperio, quod quantumcunquè
2 Deo permittente, nihilominùs † non nisi mediatè ab eo fit, idest à Populo, *§. sed & quod Principi, Instit. de Iur. nat. gen. & Ciu.* & sanè vi subacto
3 veriùs, † quàm defesso, *Fel. in cap. cum non liceat, num. 13. vers. concludit Albericus, de præscript.*

Ommissis igitùr quæ ad Institutum nostrum non pertinêt, id duntaxàt demonstrare est animus, haud quaquàm minori animaduersione constitutum esse Pontificatum Maximum, quàm alia inferiora beneficia, & in illius erectione tria illa fuisse exactissimè à Diuina Maiestate indagata, & stabilita, de quibus hactenùs egimus, videlicet † locum,
4 dotem, ac leges, iuxta *Calder. cons. 20. de Iurepatr.*

Siquidèm, quod ad locum pertinet, Christus Dominus, Rex omnium, & Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, & quem probauimus esse causam efficientem tàm maximi beneficij, (cuius † gloriam, & pondus simul, præ-
5 clarè admodùm, & ad viuum expressit Rodericus Zamoren. Episcopus in speculo humanæ vitæ *par. 2. cap. 1. cum sex seqq.* cùm dixit † Petro, Pasce oues

oues meas, (quibus sanè verbis beneficium istud
creauit, creandoquè ipsi Petro contulit) eodem
contextu, & nullo alio interiecto verbo subiecit,
Amen Amen dico tibi, cùm esses iunior, cingebas te,
& ambulabas, vbi volebas, cum autem senueris,
extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet,
quò non vis, significans (subdit Ioannes cap. vlt.)
qua morte clarificaturus esset Deum: locus ergò
7 hinc indicatus fuit Petro † à Domino, vbi oporte-
ret eum munus suum absoluere, & illud absoluen-
do, martyrium, mediante tormento Crucis, subi-
re, vt videlicèt non esset quiuis locus, & quem
ipse mallet, sed locus, in quem eum duxisset alius,
idest, Spiritus Sanctus.

8 Quippè, constituta † Sede Antiochiæ, post-
quàm ibi per septennium fuit, anno 2. Claudij,
Romam se contulit, causa indè abigendi Simonem
Magum, susceptusquè hospitio à Pudente Senato-
re, vt habet *Baron. in anno 44. num. 51.* Sedem,
quam Antiochiæ posuerat, sequenti anno hùc
transportauit, vt per *Baron. in eo anno, num. 61.*
9 Vtquè hæc Sedis Apostolicæ † collocatio, diuinitùs
fuerat præordinata, atquè instituta, ità nèc passus
est Dominus deinceps eam indè dimoueri; cùm
enim Petrus Vrbem, fugiens, exiuisset, volens cum
Dominus ad locum, quem elegerat, reuocare, in-
terrogatus ab eo, *Domine quò vadis?* Respondit,
Venio Romam iterùm crucifigi, quod intelligens
pro se dictum, ad locum ipsum protinùs est reuer-
sus, sunt verba *textus in cap. per venerabilem*,
§. qui autem superbierit, qui fil. sint legit. Ibi-
10 què tandèm eodem die cum Coapostolo † Paulo
martyrio coronatus, vt contra (illis etiam tempo-
ribus suis, garrientes) hæreticos contestatur *Ge-
lasius Papa in can. quamuis, 21. dist.* & Sectario-
rum audacissimas in contrarium coniecturas sigil-
latim refutat *Bellarm. controu. tom. 1. tot. lib. 2. de
Rom. Pont* præcipuè *ex cap. 5.*

11 Et quòd illa translatio Sedis, † & eius colloca-
tio in Vrbe, facta fuerit iubente Domino, similitèr
contestatur Marcellus Papa scribens ad Vniuersos
Episcopos per Antiochiam constitutos, relatus in
can. Rogamus vos fratres, 42 quæst. 1. Electionem
ergò loci Antiochiæ pro Sede Pontificia Petrus
fecit proprio motu, non Christi iussu, at transla-
tionem ipsius, videlicèt de Antiochia ad Vrbē, fecit
non motu suo, sed Imperio Christi, vt benè docet
*Præpos. in can. nolite, ad med. vers. & si dicatur,
11. dist.* Nequè ideò Sedes Petri dicitur ea prima,
in qua Antiochiæ sedit, sed vltima, in qua finalitèr
resedit legitimè translatus, velùti qui super vniuer-
salem Ecclesiam sedens à principio, nullam deter-
minatam Sedem sibi appropriauerit; Vndè non
Antiochena prima, sed Romana vltima debet dici
Sedes Petri, in qua immobilitèr resedit, & in qua
qui legitimè constituitur, successor Petri consti-
tuitur, & in consequens verus, & perfectus Vica-
rius Christi, vt punctualiter docet *Turrecrem. per
eū tex. in supradicto can. Sacrosancta, 23. distinct.*

12 Hincquè procedit illa inseparabilis † connexio
Pontificatus Maximi, & Episcopatus Romæ, de
qua per *Bellarm in can. Concilia, §. hinc etiam, sub
num. 3. vers. 3. consideramus, 17. dist.* vbi tamèn,
13 quatenùs videtur referre † electionem loci ad ius
humanum, meritò ibi repræhenditur à *Præpos. cir-
ca fin. vers. Item in eo, quod dicit.*

Mirumquè, quòd, (Diuina ità disponente proui-
14 dentia) factum sit, vt eadem illa Domus, in † qua
Petrus viuens Pastorale munus obiuerat, postmo-
dùm in Ecclesiam anno 162. per Pium Pontificem,
sub nuncupatione tituli & Pastoris, & Romani, ad
radices Collis Viminalis, vbi nùnc est Ecclesia
S. Pudentianæ, dicata fuerit, vt ex literis Pastoris
Presbyteri, & Timothei ad inuicem scriptis, re-
fert *Baron. in eo anno 162. num. 2. & 3.* verè in-
signis Titulus, toto orbe, cœloquè conspicuus,
15 quem † ille anno salutis 69. martyrio sacrauit.
16 Hinc etenim Roma, eo † glorioso cruore re-
spersa, in hanc gloriam prouecta est, vt sit gens
Sancta, populus electus, Ciuitas Sacerdotalis, &
Regia per Sacram B. Petri Sedem in Romano iàm
proprio solio collocatam, caput totius Orbis ef-
fecta, vt dicit *textus in cap. fundamenta, in princ.
iuncto. §. 1. de elect. in 6.* Nequè ineptè Roma-
17 num solium eum ipsum locum dixerimus, vbi † in
Vaticano circa ipsius Apostolorum Principis cor-
pus, Sanctissimi D. N. Vrbani Octaui generosa
pietate,

Bis gemina assurgunt media testudine templi,
Intorta, immanes, aurato ex ære columnæ:
Has circum grauidis laurus diffusa racemis,
Vrbanas depascit Apes, capita alta coruscant,
Queis super Aligeri, protensis vela lacertis
Expandunt cineri, cui nulla æquanda potestas.

18 Cùr autèm Dominus † Sedi Apostolicæ Ro-
mam elegerit in locum, & titulum, S. Ambrosius
declarat his verbis, *Vt, vbi caput superstitionis
erat, illic caput quiesceret Sanctitatis, & vbi
Gentilium Principes habitabant, illic Ecclesiarum
Principes morarentur, can. Beati 2. quæst. 7.* Ex
quibus verbis multiplicatur ratio congruentiæ
collocationis huius, vt exponit *vbi supra Præpos.
sub num. 1.*

Et hinc consequitur, quamuis ipsi Summo Ro-
mano Pontifici mutationes inferiorum Sedium,
ipsorumquè Episcopatuum diuisiones, & vniones
stent pro arbitrio, vt latè disputauimus suprà
q. 11. (quod etiam decretum fuit in Concilio Ro-
mano, sub Gregorio VII. anno 1076. in hæc ver-
ba, *Quòd illi soli liceat pro temporis necessitate, no-
uas leges condere, nouas plebes congregare, de Ca-
nonica Abbatiam facere, & è contra, diuitem Epi-
scopatum diuidere, & inopes vnire.*) tamèn non
19 posse † Sedem Apostolicam aliò transferri, vt
concludit *Archid. in can. Rogamus, 14. quæst. 1.*
& latiùs ibi explicat *Turrecrem n. 2. & 3.* etiam
ex quacunque causa, præterquàm Diuinæ reuela-
tionis, vt per *Turrecrema. ibidem paulò antè n. 4.
vers. ideò Summo Pontifici*, & latè prosequitur
Card. Iacobat. de Concil. lib. 8. in 6. art. per tot.
vbi alios allegat, & probat Clementem Quintum
minimè Sedem transtulisse, sed suam deseruisse re-
sidentiam, vt ibi per eum *num. 13.* vbi reprobat
Albericum, qui opinatus fuerat, Sedem de facto
translatam.

20 Vt nil mirum, si totiès † sub barbaro gladio
inge-

ingemiscens Vrbs Roma, nunquàm ità exscindi potuit, quin viuidior è propriis cineribus resurgens, Titulum semper retinuerit Terrarum, Gentiumquè Dominæ, vtpotè Titulari Numine magni Dei seruata, vt inquit *Mich. de Auino in tract. de vnit. Oui. & Pasto. cap. 19. nu. 12.* Quin etiam
21 à clade terremotus illã† exemptam esse, quòd aduersus eam inferos præualere non posse, promiserit omnium creator Dominus, piè coniectatur *Simon Maiol. in Canicular. colloq. 1. vers. admiror Romam*, quantumcunquè eos errare, qui vllam terrarum partem credunt expertem, aût immunem ab hoc periculo scripserit *Seneca natural. quæstio. lib 6 cap 1.*

Præter Titulum verò, designauit Dominus eidem maximo beneficio dotem in duobus, (vt ità
22 dixerim) fundis † constitutam, videlicet in suprema Ecclesiæ Spirituali potestate, sic enim legimus apud *Matth. cap. 16. & tibi dabo claues Regni Cælorum & quodcunquè ligaueris super terram, erit ligatum & in Cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in Cælis*. Super quibus verbis S. Hilarius in Homilia, quæ legitur in festo Cathedræ 18. Ianuarij, exclamat, *O beatus Cæli Ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terrestre iudicium, præiudicata auctoritas fit in Cælo*.

Et in Immunitate, exemptioneque à quacun-
23 que † humana potestate etiam respectu temporalium, expressa apud eundem *Matth. cap. 17. in illis verbis, ergò liberi sunt filij*, vt latissimè præ cæteris docet *Molin. de Iust. & Iur. in tract. 2. disput. 31. in 4. concl. per tot.*

24 Nequè vllo vnquàm† tempore, dotalia hæc iura in controuersiam reuocata fuerunt, præterquàm ab Hæreticis, aût Schismaticis, seu dixeris, perditis, & stultis hominibus, contra quos circa Iurisdictionem Spiritualem latè disputat *Suarez, in libro, cui Titulum fecit, Defensio Fidei Catholicæ, lib. 3. ex cap. 10. vsquè ad fin. eius libri*, & circa exemptionem temporalem, *lib. 4. ex cap. 4.*

25 Quarum priori consequutiua † est etiam sublimitas illa super gentes, & Regna, splendorquè ille quocunquè Regio splendore nitidior, de quibus & sublimitate, & splendore agit *tex. in cap. solita, de maior. & obed. & in extrau. g. vnam Sanctam eo tit inter com.* quorum rationem, excutiunt passim Doctores, quos nupèr congessit *Cened. canon. quæst. 4. ex nu. 2.*

Porrò, qui habenas Romani Imperij moderati fuere orthodoxi Principes, maiorem hunc fulgorem, nedùm in Summo Christi Vicario, sed etiam
26 in Inferioribus Pontificibus agnouerunt, † Vndè Valentinianum legimus, dùm in Synodo tractaretur de eligendo Mediolanensi Antistite, in has voces perorasse; *Talem in Pontificali constituite Sede, cui & nos, qui gubernamus Imperium, sincerè nostra capita submittamus, & eius monita, dùm tanquàm homines deliquerimus, necessariò, veluti Curantis, medicamenta suscipimus* vt refertur in *can. Valentinianus, 63. dist. & in cap. nouit, §. non igitur, de iudic.*

Alteri verò, præter antiquissima patrimonia
27 (quorum † statum optimè explicat, & recenset vir omnium nostræ ætatis eruditissimus Nicolaus Alemannus, iam è mortalibus die 25. Iulij 1626. ereptus, in *dissert. de Lateranen. Pariet. cap. vlt. pag. 168.*) consequutiuum est Regnum temporale, Cæsarum, & Regum munificentia illi additum,
28 potissimùm respectu Vrbis Romæ † cum illius districtu, quam Populus ipse Romanus, volens, ac libens anno 726. seu, (vt alij habent,) anno 727. impijssimi Leonis Isauri, & Græcorum iugo excusso, Pontifici subiecit, vt auctoritate Anastasij Bibliothecarij, refert *Baron. in d anno 726 num. 34. & 40. & anno 731. num. 2* scriptumquè etiam clarius reliquit *Sigon. de Regno Italiæ, lib. 3. sub anno 727. Azor. instit. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 20. in vlt. col. vers. his nihilominùs, cum seq.* & nouissimè idem *Alemann. vbi suprà, cap. 12 pag. 109.*
29 vbi latè demonstrat † ex eo tempore Summum Pontificem à S. P. Q. R. non secùs ac alios, quos catenùs habuerat Principes, titulo hoc, DOMINI NOSTRI, publicè nuncupari, inscribiquè cœpisse, & eam sententiam refutat, quòd Vrbs aliquandò fuerit sub ditione Caroli Magni.

30 Vndè etiã profluxit, Romanũ† Pontificẽ habere intentionem fundatam in omnibus Iurisdictionalibus super Vrbem, totumquè eius Territorium, *Abb. cons. 82. sub num. 3. vers. sed his non obstantibus, par. 1.* & qui reditus, aût iurisdictiones ob-
31 tinent † ex concessione Sedis Apostolicæ, censeantur obtinere in feudum, illiquè teneãtur præstare iuramentum fidelitatis, *Bald. in cap. ad audientiam. num. 5. de præscript.* quem sequutus est *Ias. in l. si priùs, sub num. 42. vers. limita prædictam conclusionem, de nou. oper. nunciat.* cum alijs adductis per *Gabr. de feud. concl. 3. num. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 91. ex num. 49. Mysing. lib. 5. obser. 25. num. 8. Rosental. de feud. cap. 12 concl. 14. nu. 23. Mascard. de probat conclus. 209. num. 14. Ruin. qui rationem affert. consil. 21. sub num. 7. vers. nec etiam priuilegium, lib 1.* nè videlicèt Ecclesia videatur donasse, contra edictum Simmachi, *in can. non liceat, 12. quæst. 2.*

32 Ea enim ratione, † qua lex Iulia prohibuit marito, nè obliget, aût alienet fundum dotalem, *l. lex Iulia, de fund. dotal.* vetuerunt Sacri Canones ip-
33 sas † Res, in Romanam Ecclesiam collatas obligari & alienari, vt legitur in *d. can. non liceat*, cuius ideò rationem, naturali, & Diuino Iuri innixã fore, ibi docuerunt *Archid. sub num. 2. & Gemin. in prima col. sup. verb. non liceat, Turrecrem. n. 3. Præpos. num. 5.* & omnium pleniùs *Nauarr. de spol. cleric. §. 2. sub num. 4. vers. quartò nota.*

34 Quapropter, † Sanctæ memoriæ Pius V. sua perpetua Constitutione, quæ est in nouo Bullario 35. fanciuit, deinceps non infeudari quæ ad
35 Sedẽ † deuoluerentur, & nupèr S. D. N. Vrbanus Octauus, pro sua in Deum summa pietate, id ipsum protulit ad Ecclesias inferiores, ad quas contingat quæuis Iurisdictionalia deuolui, vt in eius Cõstitutione, sub Dat. Kal. Nouembris 1625. quod Summa ratione statutum est; si enim hoc de se ipso statuit Summus Pontifex, qui absolutam habet admi-

administrationem rerum Ecclesiæ, vtiquè eò for-
36 tiùs constitui oportuit, respectu Ecclesiarum† in-
feriorum, quæ nèc ipsæ quidem habent dominium
rerum illis dicatarum, vt considerat *Castr. con-
sil. 412. sub num. 4. vers. tutiùs ergo Papa, lib. 1.*
Vt iàm facescere debeant illæ voces de resistentia
in faciem, non minùs ineptæ, quàm insipidæ in au-
ctoritatem Christi Vicarij prolatæ, de quibus per
Castr. eo. loco, vers. nec obstat prædictis: Enimve-
rò, si vltrà piaculum alienantis, Iudicio Ecclesiæ
nulla est alienatio, & successori semper manet Ius
reuocandi, vt quid in faustas eas profari conclu-
siones, quas ab re congessit Petra *de Iur. quæs.
per Princip. non tollen. cap. 14. num. 4.*
37 Asserere autem Summum Pontificem † incapa-
cem esse Regiæ administrationis, non nisi insani, &
effrontis hominis est, vt inquit, probatquè *Na-
uarr. in repetit. cap. nouit in 3. not. nu. 76. de iudic.*
quæ non prosequor, cùm non sit animus excutere
nùnc hæreticorum, vel quorundam Doctorel-
lorum in hac re quisquilias; sat est, hæc quo-
38 què temporalia, & quæ accesserunt, † & quæ in
futurum accedent, in causam dotis reputari, *l. si
proprietati, ff. de iu. dot. l. etiam, vbi glo. vlt. C. eo.
tit. l. inter Soceru, 26. §. cum inter, ff. de pact. dotal.
Barbos. in Rubr. ff. solut. matr. in 3. par. sub n. 65.
vers. cæterum quoad omnes*, & vsquè tùnc à Christo
in dotē ipsius Pontificatus collata censeri, cum ei
omne tempus præsens fuerit, & sit, propter illius
39 æternitatē, quæ † omnia tempora includit, inquit
D. Thom. in Summ. par. 1. q. 10. art. 2. in resp. ad 4.
Vt occasionem in Benefactoribus Principibus,
alijsquè personis pijs veriùs contemplentur, quàm
40 prouidentiam, † quæ sola ipsi Pontificatus con-
ditori tota est referēda, vt benè Nicolaus Tertius
in *supracitato c. fundamenta, §. 1. de electio. in 6.*
41 Quamuis enim, respectu exequutionis † aliqua
sint media diuinæ prouidentiæ, tamen, respectu
ordinis rerum præuisarum in suos certos, & deter-
minatos fines, nulla sunt media, sed ipse Deus im-
mediatè omnibus prouidet, vt latè disputat idem
D. Thom. vbi supra, quæst. 22. art. 4.
Deniquè, idem Dominus eidem Pontificatui tri-
bus præcipuè Spiritualibus legibus, quibus ille
regendus foret, prospexit; Primùm siquidem
42 prouisionem † ipsius Pontificatus sibi reseruauit:
Electio enim illa, quæ fit per Cardinales, de qua
alibi opportuniùs agetur, non confert potestatem
aliquam (quam ipsi non habent) *Clem. ne Romani,
in princ. vbi glo. in verb. pôtestatis, de electio.* & ibi
43 *Vitalin. num. 18.* nèc tamèn † interim remanet
Ecclesia sine capite, quià caput eius est Christus,
vt ibi per *Vitalin. nu. 37.*
Ab ipso verò Christo procedit Pontifex, non
tanquàm caput Ecclesiæ nisi repræsentatiuè (qua-
tenùs scilicet constitutus est Vicarius Christi in
terris) sed tanquàm caput Apostolorum, ex con-
cessione ipsius, & primæua accessione voluntatis
coapostolorum ab initio, vt colligitur ex duabus
Epistolis Anacleti relatis in *can. in nouo, 21. dist.
& in can. Sacrosancta, §. inter beatos, distinct. 22.*
44 Quamuis enim Primates, † seù Patriarchæ,
Archiepiscopi, & Episcopi successerint Apostolis,
vt dicitur in *d. can. in nouo*, Apostoli autèm ordi-
nem ab eodem Christo acceperint, pari cum ipso
Petro consortio, Iurisdictionem tamèn, ipsamquè
administrationem non acceperunt ab ipso Chri-
sto immediatè, cum nemini ipsorū dictū sit, *Pasce*,
sed mediatè, videlicet ab ipso Petro, iubente Chri-
sto, vt latè probat *tex. in d. can. Sacrosancta, ad
fin. 22. distinct.* & benè deducit *Suarez, vbi supra,
lib. 4. cap. 9. n. 6. & n. 26. vers. quia quod Episcopi.*
45 Atquè ex hoc principio profluit vnio † Eccle-
siæ, & subiectio cuiuscunque humanæ creaturæ
Romano Pontifici illius capiti, vt refertur in *ex-
trauag. Bonifacy Octaui*, quæ incipit, *Vnam San-
ctam Ecclesiam, quæ est prima, de maior. & obed.
inter comm.* vbi habetur doctissimus discursus *Al-
den. ad glo. vlt.* circa articulum, quomodò potestas
Spiritualis debeat dominari temporali, quem hic
excutere supersedeo.
46 Quod ergò educitur ex † illa electione Sacri
Senatus Cardinalium, est simplex indicium, & si-
gnum personæ quam Christus Dominus suæ Ec-
clesiæ præesse voluit, cæterùm omnis potestas im-
mediatè ab ipso Christo in talem personam desi-
gnatam deriuat, prout admodùm clarè ostendit
Suarez vbi supra, lib. 3. c. 2. n. 15. cū duobus seqq.
Tametsi enim verissimum sit, Cardinales cense-
47 ri † membra vnita corpori Pontificis, vt vidimus
suprà, id tamen referri conuenit ad exequutio-
nem potestatis, cum illi adhæreant tanquàm Coa-
diutores in exequutione, atquè in gubernatione
Ecclesiæ, vt dicit *tex. in d. cap. fundamenta, §. decet
nanquè de elect. in 6.* non autem ad participatio-
48 nem † in ipsa potestate, nequè ad illius limitatio-
nem, vt post alios latè docet *Prapos. in can. in Sy-
nodo, in 2. col. vers nam dicit quòd consensus, 63.
distinct.* Paleot. qui alios allegat, *de Sacris Consist.
Consult. par. 1. quæst. 3. art. 2. vers. tertiò quia
quamuis, & in fine.*
49 Ità quòd, nullo modo † faciant Collegium cum
eo, nequè respectu vniuersalis Ecclesiæ, nequè re-
spectu particularis Ecclesiæ Vrbis Romæ, sed sim-
pliciter illi assideant pro nuda, & simplici di-
rectione administrationis per modum consilij,
*Prapos. vbi supra, Bellam. in can. nullus, num. 6.
& 7. distinct. 79.*
Quippè, etiam si speciem referant Sacerdotum
Leuitici generis, qui Iure Leuitico ipsi Pōtifici Ma-
ximo in exequutione Sacerdotalis Officij coadiu-
50 tores existebant, vt suprà visum est, tamen† s super
eos Iudex existit, cui Dominus inquit in Petro,
*Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum
& in Cœlis*, prout pronūciauit Innocētius Tertius
*in d. cap. per Venerabilem, §. qui autem, vers. sunt
51 autem, qui fil. sint legit.* Proindeque † optimè di-
xit *Bald. in l. 1. §. sed & qui Domini, sub num. 2.
vers. Dico igitur, C. de lati liber toll.* electionem
Papæ potiùs diuinam, quàm humanam esse.
Mox, idem Dominus reseruauit sibi omne Iu-
dicium in personam Pontificis, adeò quòd, quam-
uis ille possit renunciare Pontificatui, *cap. 1. de re-
52 nunciat. in 6.* Tamèn, dùm † gerit Pontificatum,
nequeat se submittere Iudicio alterius; quicquid
enim sit de submissione extraiudiciali, in quo mul-
ti-

tiplicitèr est distinguendum, quoad Iudicialem
attinet, res omni caret dubitatione, *Bellam. in d.*
53 *can. in Synodo, nu. 15.* & ratio est, quia † id ten-
deret in præiudicium Summi Apostolatus, igno-
miniaquè irrogaretur Deo, si Vicarius eius posset
ab alio iudicari, Vndè Papa non potest illi priuile-
gio, & honori renunciare, cùm non concernat ho-
norem, & vtilitatem suam, sed Dei, & Ecclesiæ, ità
Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, sub num. 6.
versic. contrarium decidit hic, cum alijs, quos
ibi refert *Felyn. num. 5. de constit.*

Nèc credo, in puncto Iuris, aliquam habere dif-
ficultatem: Quod enim aliquorum turbauit intel-
lectum, in Iure receptum esse, eoquè Iure nos vti,
54 quòd, si quis maior, † vel æqualis subijciat se Iu-
risdictioni alterius, possit ei, & aduersus eum ius
dici, *l. est receptum, ff. de Iurisd. om. Iud.* præter
responsionem *Io. Andr. in d. cap. Ecclesia S. Ma-
riæ, sub num. 5. ad fin. vers. ille verò*, quòd ibi ac-
cipiatur Iudicium pro discretione (quæ responsio
non videtur prorsùs tuta, cùm veriùs ibi agatur
de formali iudicio, & de Iurisdictione contentio-
sa, vti post *glo. in verb. maior*, probat etiam *Cu-
iac. in a. lect.*) Dico, tex. *in d. l. est receptum*, non lo-
qui de supremo Principe, sed de Magistratibus, seù
Personis Magistratum gerẽtibus, quod patet, quia
responsum illud est desumptum ab alio eiusdem
*Vlpiani in l. ille à quo, 13. §. tempestiuum, ff. ad
Trebell.* in quo de Prætore, & Proconsule agitur,
non autem de Cæsare.

Et ratio est, quia propter consensum fingitur
tolli eam maioritatem se subijcientis, quæ causa
erat, nè in eum aùt par, aùt inferior ius diceret,
prout optimè considerat *Bar. in d. l. est receptum*;
quod non potest applicari personæ Summi Pon-
tificis, ex quo impossibile est, vt quãdiù Pontifica-
tum tenet, alius eo maior sit, atquè ideò nil po-
test fingi, etiàm per ipsum, in his quæ non depen-
dent ab ipso, sed à Christo; fictio enim, quamuis
sit aduersus veritatem, vt diximus suprà *quæst. 40.*
55 supponit tamèn possibilitatem, † tàm ex ordine
naturæ, quàm ex permissu Iuris, aliàs nullo modo
procedit, vt plenè explicat *Alciat. de præsump.
par. 1. in princ. num. 2. cum quatuor seqq.*

56 Et si quæ occurrent † exempla huiusmodi sub-
missionum, vt in *can. nos si incompetenter, 2.
quæst. 7.* cum similibus, prorsùs referenda sunt
ad simplicem extraiudicialem purgationem, ex
mera modestia Papæ pro euitandis scandalis, vel
certè ad voluntatem coactam ex illatione violen-
tiæ, vt contigit in sententia Pilati, vt optimè de-
clarat etiam *Suarez, vbi supra lib. 4 cap. 7. nu. 9.*

57 Quamuis enim † eius sit nolle, qui potest & vel-
le, *l. 3. de Reg. iur.* hincquè, vbiquè tradatur, vo-
luntatem coactam voluntatem esse, *l. si mulier, §.
penult. ff. de eo, quod met. cau. l. si patre cogente,
22. ff. de ritu nupt. glo. in §. furtiuè, in verb. sed nec
vllas instit. de vsufr. Sigism. Loffr. cons. 48. nu. 4.
Seraph. decis. 1350. num. 9.* adeò vt, licet Prætor
actum ratum non habeat, vt in *l. 1. d. tit. de eo, quod
met. cau.* nihilominùs interim actus teneat, donec
rescindatur, *l. interpositas, 13. C. de transac. Card.
in Clem. 2. §. sanè, sub nu. 2. vers. 3. oppono, de pœn.
Felyn. in cap. præterea, sub num. 3. vers. quinta,
& vltima conclusio, de spons. Signor. cons. 75. n. 22.*
cum alijs, quos sequutus est *Menoch. cõs. 2. n. 170.*
Enimverò actus huiusmodi, licèt habeat principiũ
ante, necessarium, habet tamèn principium post,
voluntarium, quod duntaxàt attenditur, vt dicatur
actus voluntarius, meroquè iure teneat, præter-
quàm vbi lex initium quoquè ipsum, & sic princi-
pium antè, voluntarium exigit, veluti in manumis-
sionibus, *l. si priuatus, 17. in princ. ff. qui, & à
quibus*, & plenè declarat *Cuiac. postumor. lib. 2.
in prin. in lib. 10. Pauli ad Edictum in interpre-
tatione dictæ l. si mulier, §. si dos, in vlt. col. versic.
bene . dnotant, ff. de eo, quod me. cau. & tom. 4. in
interpretatione tit. C. si quis aliq. test. prohib. in
penult. colum. vers. nam & legimus.*

Tamèn, quod it . . dicitur, voluntatem coactam,
volũtatem esse, intelligitur, respectu principij quo
mouentur organicæ partes, in eo qui cogitur, non
autem, vt inde constituatur actus spontaneus, vt
ex doctrina Aristotelis, benè declarat *Marius Sa-
lomonius, in repetit l. 1. ex nu. 3. ff. de legib. Gra-
tian. discept. forens cap. 544. nu. 25.*

Periculum nanquè imminens Agenti, nisi id
agat, remouet ab eo voluntatem, cùm nemo alius
videri debeat velle, quàm cuius voluntas vsquè eò
certa est, vt æterna sit, vt pronunciauit *Seneca, de
benefic. lib. 6. cap. 21.* Quapropter Paulus in *d. l. si
priuatus, ff. qui, & à quibus*, non dicit, coactum
velle, sed coactum accommodare voluntatem,
idest nun velle ex animo, quod discrimen sentit
etiam *Homerus Iliad 4. Etenim ego tibi concessi
volens, inuito tamen animo*, & benè consonant,
quæ in hanc eandem sententiam docuit *Bart. in
constit. ad reprimendum, super verb. videbitur,
num. 2* Proptereaquè actum procedentem à vo-
luntate coacta habere quidem volitionem in su-
perficie, sed nolitionem in medulla, scripsit *Bal. in
quæst. super Schismate, quam posuit post lect. l. vlt.
C. de edict. D. Adr. toll. in 2. par. fiuè in §. sed in
contrarium, sub num 13. vers. est enim meticulo-
sa, sequitur Ias. in l rem, quæ nobis, num. 2. de acq.
poss.* itàut agens, non tàm id videatur maluisse,
quàm minùs noluisse, quòd latiùs explicat *Ant.
Faber. in Instit. tit. de Iur. pers. in 2. princ. allat.
11. & coniect. Iur. lib. 7. cap. 6.*

Et hæc eadem procedunt, etiàm vbi non su-
ponitur præcisa coactio, sed simplex eius poten-
tia, *l. nouissimè, vers. quid enim*, & ibi *Bal num. 2.
ff quod falso tut. auct. Dec. in l. velle non creditur,
sub nu. 2. vers. & actus non dicitur, de Reg. Iur.*
cum alijs citatis per *Cagnol. in l. si quis maior,
num. 67. cum seq. C. de transact. Rota decis. 184.
num. 9. ad fin. par. 1. in recent.* quocircà nihil ab
huiusmodi exemplis peti potest, quod Summo
Christi Vicario præiudicet, *can. notificasti, 33.
quæst. 5. cum sim.*

58 Super hoc autem Primatu, fundatur † potestas
Pontificis, quoad omne ius humanum, & positiuũ,
quod sibi est pro arbitrio mutabile, *Rota decis.
165. sub num. 5. vers. falsum est dicere par. 5. &
decis. 687 num. 8. par 2. in recent.* etiam si esset
59 ius † Apostolicum, idest ab Apostolis, eorumquè
cætu

cætu inductum, censetur enim dictum alijs, non autem ipsi Apostolorum Principi, vt benè per Rotam in *nou. ac bigam. decif. vn. num. 3.*

60 Iureque hinc merito, † omnibus Episcopis, nè Papæ nomen, (quod idem est Græcis, quod nobis Pater, & per Antonomasiam vni tantum conuenit) deinceps vsurparent, sed eo tantum Summus Romanus Pontifex in signum sui Primatus vteretur, districtissimè prohibitum in Concilio Romano, sub Gregorio Septimo, vt nouissimè meminit *Coriolan. in breuia. Chronolog. in vita Gregory VII. anno Domini 1076. ad fin. verf. in hoc eodem Concilio.*

Cuius Concilij breues Canones leguntur apud *Baron. in eo anno, ex verf. ad hanc quoque*, inter quos, præter hunc, duo alij præcipui ad cultum personæ ipsius Pontificis prisci moris verius expressiui, quàm noui alicuius inductiui minimè hic prætereundi sunt, nimirùm *Quod solus posset vti imperialibus Insignys, & quod solius Papa pedes omnes Principes deoscularentur*: Quippè in vita Constantini, qui auspicatus fuit Pontificatum anno 708. circa eius profectionem ad Iustinianum Secundum, hæc habet Anastasius Bibliothecarius; *Pontifex autèm, & eius Primates cum Sellaribus Imperialibus, sellis, & frenis inauratis simul, & mappulis ingressi sunt Ciuitatem, Apostolicus Pontifex cum Camelaugo, vt solitus est Romæ procedere, à Palatio egressus, in Placidias vsquè, vbi placitus erat, properauit, Domnus autem Iustinianus Imperator audiens eius aduentum, magno repletus gaudio, A Nicæa Bithyniæ misit Sacram gratiarum actione plenam, & vt debuisset Pontifex occurrere Nicomediam, & ipse veniret à Nicæa quod & factum est; In die autem, qua se vicissim viderunt, Augustus Christianissimus cum Regno in capite sese prostrauit, pedes osculans Pontificis, &c.* quod etiam refert idem *Baro. in anno 710. num. 1. & 2.* vt iàm minùs dubitari liceat de concessione Imperialis Diadematis, & aliorum ornamentorum Imperialium per Magnū Constantinum, de qua in *c. in. Constantinus, §. beato, distinct. 96.* cuius rationem exponit *Baron. in anno 324. num. 29.*

61 Ac tandem idem ille Dominus iussit † Pontificium istud suum, fieri petram scandali, & offensionis non credentibus; quod ipsi Apostolorum Principes eidem contestati sunt, videlicet Paulus *ad Romanos, cap. 9. ad fin.* & Petrus *Epist. 1. cap. 2.* & sanè hoc ipso fato, vt qui super lapidem istum ceciderit, confringatur, super quem verò ceciderit, conterat eum, sunt verba SALVATORIS NOSTRI, *Matth. cap. 21.* Vt hinc patescat, cùr Dæmonum cultus, qui altas adeò radices in Romana egerat Arce, Petræ huius pondere diuulsus, ac penitùs disiectus sit, vndè iam feliciori Rythmo Tarpeiam molem venerantes, in has voces exultare possimus,

Petra triumphantis Capitoli in Sede locata,
Nequicquàm repetita Notis, repetita procellis,
Candentis Fidei stat prorsum immobile Saxum;
Hinc pater ancipiti gladio, quem librat ab ore
Omnigenum hæreseon monstra, & latrantia colla
Comprimit, ac sæuo trudit Romanus Auerno.

FINIS LIBRI PRIMI.



MELCHIORIS LOTTERII DE RE BENEFICIARIA

LIBER SECVNDVS.



SVMMARIVM.

1 *Beneficia ad quid fuerint instituta.*
2 *Conferre, idem quod donare, & elargiri.*
3 *Donare beneficia, pro conferre.*
4 *Collator beneficij, non potest pro se illud retinere, sed tenetur conferre cum omni integritate.*
5 *Donari dicitur, quod nullo iure cogente conceditur.*
6 *Beneficia Ecclesiastica, non nisi impropriè, donari dicuntur.*
7 *Praterquàm respectu persona Collatarij.*
8 *Collatio beneficij duplex.*
9 *Collatio, prasentatio, & institutio differunt.*
10 *Instituendi, qui est in quasi possessione, non censetur habere possessionem conferendi.*
11 Institutio *nomen est generis, aptum comprehendere quamcunquè dispositionem de beneficio.*
12 *Institutio propriè est, qua fit ad prasentationem, vt qua ad electionem confirmatio.*
13 Institutio *dicitur collatio certo modo.*
14 Institutio, *dictio refertur ad institutionem necessariam.*
15 *Collatio, & Institutio plerunquè confunduntur.*
16 *Confirmatio, & Institutio promiscuè ponuntur, & vnum sumitur pro altero.*
17 *Quod tamen non omnes decet.*
18 *Interpretatio cuiquè voci est, aiut ex rei natura, aiut ex verisimili mente disponentis, per discretionem.*
19 *Discretionis vis.*
20 Conferri *vox, quo casu sumenda pro facultate prasentandi.*
21 *Tex. in Clem. 1. de rescrip. cur sibi vindicet locum in beneficio Iurispatronatus.*
22 *Instituere, & prouidere videntur modi incompatibiles.*
23 *Collatio, Institutio, & Confirmatio, qua habeant correlatiua.*
24 *Inuestitura est terminus communis collationi, institutioni, & confirmationi.*
25 *Inuestitura, siuè Inuestitio implicat praecedentem actum necessarium prouisionis.*
26 *Et an procedat, tàm in verbali, quàm in reali Inuestitione.*
27 *Conferre censetur Auditor, ex solo decreto immissionis in possessionem.*
28 *Collatio non exigit certam verborum formulam.*
29 *Collatio non ideò minùs dicitur libera, quià ad plures in solidum pertineat.*
30 *Et hoc casu facta ab vno tantum valida est, nisi alij protestentur.*

QVÆSTIO I.

Conferre beneficium quid?



SVPERIORI libro visum est de beneficio, multipliciquè eius specie, ex diuersis circumstantijs, tàm substantialibus, quàm contingibilibus; Exigit nùnc propositæ tractationis ordo, disquiere de ipso actu assignationis beneficij, prout respicit finem, ad quem beneficia sunt instituta,
1 videlicèt, vt indè † conuenientia stipendia Militiæ Clericalis Beneficiarijs ipsis assignentur, vt loquitur *tex. in cap. Episcopus, extra de Preb.* de quo fini egimus latè *eo. lib quæst. 6. ex nu. 28.*

Hunc igitùr actum, *collationem* crebriùs nuncu-
2 pamus; conferre † enim pro elargiri, & donare accipimus, itàut conferre beneficium pro eodem dica-

dicamus, quod est donare beneficium, nàm & hoc
loquendi modo vtitur *tex. in l. proximè 50. ad fin.*
ff. de rit. nup. quæ enim donationis liberalitate
in alium transferimus, propriè etiàm conferre
dicimus, *l. si filia tua, C. de donat. an. nupt.* &
quod ità translatum est, collatum nuncupamus,
l. de rebus, C. eo tit. Imitatique sacri Canones in
hoc quoquè ciuiles leges, præfatum actum assi-
gnationis beneficij Ecclesiastici quandoquè col-
lationem vocitant, *cap. dilectus il 3. de Præb.*
3 Quandoquè † verò donationem, *cap. 3. de supplen.*
neglig. Prælat. cap. proposuit, in princ. vers. sed
cum præbenda, de concess. præbend. passimquè id
in quamplurimis locis obseruare licet, quos re-
censere inane est. Frequentiùs tamèn collationem
4 dicimus, vix enim est, vt cùm † collator non pos-
sit pro se beneficium retinere, aut in alium vsum
pro arbitrio suo conuertere, sed teneatur illud
conferre cum omni integritate, (& si quid sibi,
vel alteri quàm collatario reseruet, dicatur hinc
committi simonia, *cap. vnico, vt Eccles. benef. sine*
dimin. conferan. & tradunt *Rebuff. in praxi, tit.*
requis. ad collat. bon. ex n. 6. Ioann. Coras. de benef.
par. 4 cap. 1. sub nu. 4. vers. abesseque, Guilliel. de
Benedict. in repetit. c. Raynutius, in verb. si absquè
liberis il 2. sub tit. de fideicommiss. substit. n. 32 cũ
seq. Mascard. de probat. concl. 313. sub num. 5. &
6. cum seq. Paris. de resignat. benef. lib 8. quæst. 9.
num. 32.) vix (inquam) est, quod propriè cadat
5 donatio in beneficio; donari siquidem † videtur,
quod nullo iure cogente conceditur, inquit *Pa-*
pin. in l. donari, ff. de donat. & explicat *Cardin.*
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 2 num. 5.
6 *cum seqq.* & ex eo † textu beneficia Ecclesiasti-
ca non nisi impropriè donari dici, tradit *Alber.*
in l. generaliter num. 3. C. de reuoc. donat.
Tametsi defendi adhùc possit, huius locutionis
proprietas, si non respectu Ecclesiæ, saltèm
7 † respectu personæ, in quam confertur, vt benè
declarat *Præpos. in can. 1. col. 7. num. 49. vers. nec*
obstat, quod collatio, dist. 23. Silua de benefic. 2.
par quæst. 1e. num. 9.
8 Est autèm † collatio duplex, alia scilicèt libe-
ra, & non dependens à voluntate, aut nutu alte-
rius, quàm ipsius conferentis, quæ propriè, &
secundùm suum potentiorem significatum, colla-
tiò dicitur, alia verò non libera, sed quæ fit ad ele-
ctionem, aut præsentationem alterius, quæ pro-
prius institutio nuncupatur, vt declarat *Abb. in*
cap. ex frequentibus, num 7. de Instit.
9 Vndè iàm † intelligitur, quæ sit differentia
inter collationem, præsentationem, & institutio-
nem; quod etiam notat *tex. in cap. cum illis, §.*
cum autem de Præb. in 6. Lamb. de Iur. patr. lib.
2 par. c. quæst. c. art. 7. n. 1.
10 Nèc propterea, qui † est in quasi possessione
instituendi, potest effectum huius quasi possessio-
nis extendere ad ius conferendi, *Rot. decis. 308.*
n. 8. p. 1 in recent.
11 Rursùs verò institutio, † quamuis nomen ge-
neris sit, ideòq. aptum comprehendere institutio-
nem, collationem, electionem, & quamcunquè
aliam dispositionem, vt scribit *Alex. cons. 142. n.*
9. lib. 6. Verall. decis. 297. num. 2. par. 1. Germon.
de Indult. Card. §. ac beneficia, num. 34. Tamèn
12 si fiat † ad præsentationem Patroni, proprium
retinet nomen; si verò fiat ad electionem haben-
tis ius eligendi, aliud peculiare, nimirùm confir-
mationis, assumit, idest confirmationis ipsius ele-
ctionis factæ, vt loquitur *tex. in cap. cum in cun-*
13 *ctis §. cum verò de elect.* Nequè † Institutio dice-
tur vnquàm collatio, præterquàm certo modo,
vt loquitur *Aegid. decis. 621. Gambar. de offic. lega.*
14 *lib. 3 num. 265.* quippè vulgaris etiam † intelle-
ctus huius vocis, *instituere*, illam referre ad insti-
tutionem necessariam, *Idem Aegid. decis. 94. nu.*
2. ad finem.
15 Plerũquè † nihilominùs isti termini confundun-
tur, vt aduertunt *Mis in verb. collatio differt,*
Rota decis. 27. num. c. & 2. de Præb. in nouis,
Gambar. de offic. lega. lib. 3. num. 627. cum alijs
per Gregor decis. 66. num. 2.
16 Idemquè dicitur † de confirmatione, & institu-
tione; sæpè enim hæc promiscuè ponũtur, & vnum
sumitur pro altero, quemadmodùm aduertit *glo.*
in can. hoc tantum, in verb. instituere 18.
quæst. 2.
17 Quod minimè † tamèn sine imprudentię nota
liceret in foro nostro versanti, proùt insinuat
Rota decis. 350. n. 2. p. c. diuers.
18 Quapropter, cùm † cuique voci quantumli-
bèt æquiuocæ, certa insit interpretatio, aùt ex
verisimili mente disponentis, aùt ex subiectæ rei
natura, *Aym. cons. 3. num. 23.* vbicunquè oritur
æquiuocatio huiusmodi, debet ea explicari, & de-
19 clarari per discretionem, quæ † dicitur effectrix
omnis virtutis, &, veluti muta quædam ratio, cor-
dibus nostris insonat, vt monet *Bal. in cons. 343.*
sub n. 1. circà princ. vers. & licèt aliquandò, lib. 1.
20 Proindequè si in testamento fundator † manda-
uerit conferri capellam à se erectam per suos hę-
redes, minimè hoc casu hærebimus vocis pro-
prietati, qua illius dispositio, tanquàm impossibi-
lis subuertatur, sed ex natura subiectæ materiæ
flectemus vocem, qua vsus est, ad ius præsentandi,
vt pulchrè consuluit *Barbat. cons. 33. n. 17. cum*
seq. lib. 2.
21 Eademquè ratione, † etiamsi *Clem. Auditor de*
rescript. concedat Auditori facultatem proui-
dendi de beneficio, quod pronunciabit alicui de-
bitum, atquè ideò videatur ab illius dispositione
22 excludi facultas instituendi, cùm † modi isti vi-
deantur incompatibiles, *cap. cum in cl. is §. cum*
autèm, de Præb. in 6. Gundisal. Villadieg. de lega.
quæst. 9. num. 47 & 49. Gambar. de offic. lega. lib.
4 num. 78. nihilominùs, quià supponit bene-
ficium debitum, optimè etiàm, & secundùm vim,
ac proprietatem vocis, capit facultatem instituẽ-
di, *Aegid. decis. 620. incip. Clementina,* & inferiùs
suo loco dicetur.
23 Sunt ergò tres † termini distincti, collatio, insti-
tutio, & confirmatio, quorum correlatiua sunt,
pura liberalitas, præsentatio, & electio, quæ suc-
cinctè prosequitur *Abb. in cap. auctoritate, num.*
5. de Instit. & licèt addat quartum terminum
24 *Inuestitura*, Patet tamèn id esse † extremum
com-

commune supradictis tribus iuribus in eorum exequutione, in tantum, vt quicunquè is sit, qui habeat potestatem conferendi, per ipsam inuestituram, seù traditionem possessionis, simùl censeatur conferre, instituere, aùt confirmare, vt etiã sentire videtur *Abb. in eo cap. auctoritate, num. 9.*

25 Quod plurimùm est obseruandum; nequè † enim
est necesse facere duos actus distinctos, cum illa Inuestitio implicet præcedentem actum necessarium, iuxtà doctrinam *Compostell. in cap. transmissam, num. 3. de elect.* quam sequuta est Rota pro maiori parte, *decis. 16. sub num. 1. ad finem, vers. his non obstantibus, cum seqq. de concess. præbend. in nouis, Caputaq. decis. 81. num. 5. par. 1.* & fusè tuetur *Roman. cons. 337. num. 3.* vbi ait, de hoc esse casum in *cap. pro illorum, de Præb.* sequitur *Felin. in cap. cum aliquibus, num. 6. vers. & adde, quod si, cui mandatur, de re iudic. Gonzal. ad reg. de mens. glo. 14. num 45.*

Et quamuis articulum hunc in vtramque partem disputatum, reliquerit indecisum Ioann. Andr. *ad Spec. in Rubr. de Institut.* & Oldrad.
26 *cons. 143. num. 4.* † intellexerit doctrinam
Compostellani, vt procederet in terminis Inuestituræ verbalis, prout est quid iuris, non autèm in terminis Inuestituræ realis, proùt est quid facti, capiturquè pro ipsa corporali inductione in possessionem, volens proptereà, hanc non implicare actum prouisiuum; nequè videatur eius opinio recedere à terminis *text. in d. cap pro illorum*, qui verè loquitur de Inuestitura verbali, & præambula, non autèm de ipsa corporali apprehensione, vt ibi aduertit *glo. in verb. inuestiuit*; tamèn pro contraria sententia, quòd videlicèt sola, & simplex inductio in possessionem, facta ab eo qui habet auctoritatem conferendi, implicet actum collationis, præter auctoritatem tantorum Patrum, maiores etiam vrgent rationes, præcipua verò quòd qui vult consequens, censeatur quoquè velle necessarium antecedens, etiam quòd aliàs posset actus commodiùs fieri, vt sentit *Rota apud Achill. decis. 267. num. 3.* & probare etiam visus est *Milis in verb. collationis, & prouisionis*, & de ipsis Rotæ Auditoribus, qui habent faculta-
27 tem † conferendi, ex dispositione *Clem. Auditor
de rescript.* decidit Rota, me informante, in vna *Calagurritana beneficij de Arnedo, 22. Iuny 1622*
28 *coram R.P.D. Merlino*, vbi etiam † alia huius
conclusionis ratio approbata fuit, quià scilicèt in collatione non exigatur certa verborum formula, possitquè fieri per quemcunquè actum, siuè verbalem, siuè actualem, dummodò ex eo possit voluntas deprehendi, *Lambert. de Iur. patron. lib. 2. par. 3. quæst. 11. art. 1. num. 9.* & idem tenuit *Silua de benefic. par. 3 quæst. 10. num. 11.*

29 Ceterùm, cùm † ad plures simul ius conferendi
pertinet, non ideò dicetur minùs libera collatio; consideratur enim in ipsis collatoribus, tanquàm ius indiuiduum, & proptereà si per vnum duntaxàt fiat, efficax omninò reputabitur, cùm apud vnumquenquè sit ius in solidum, & omnes reputentur vnus, *Achill. d. decis. 267. num. 13.* Vndè
30 vno † ipsorum conferente, alij censentur consen-
tire, nisi protestentur, & expressè contradicant, vt latè tradit *Gonzal. ad reg. de mens. glos. 45. in princ. ex num. 69. & in §. 3. num. 45.* & de hac simultanea collatione suo loco fusius pertractabitur; sat enim nùnc est pro clariori explicatione eorum, quæ in hac tractatione dicturi sumus, pauca hæc delibasse.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, tàm circà collationem, quàm circà institutionem, & confirmationem, respectu beneficiorum, quæ sunt in sua Diœcesi, fundat intentionem suam de iure communi.*
2 *Ecclesiæ Cathedrales, pertinent ad Papæ prouisionem, reliquæ vero inferiores ad ordinationem Episcopi.*
3 *Conferendi ius, in Episcopo est à Iure communi.*
4 *Conferendi ius, an pertineat ad legem Iurisdictionis Episcopalis.*
5 *Episcopus, extra suam Diœcesim existens, potest conferre beneficia.*
6 *Iurisdictio non potest exerceri vltrà fines Territorij, reprobata distinctione inter voluntariam & contentiosam Iurisdictionem.*
7 *Cardinales, in suis Titulis habent Iurisdictionem Episcopalem.*
8 *Et qualiter eis competat ius prouidendi de beneficijs, quæ in eisdem Ecclesijs vacant.*
9 *Conferendi potestatem non esse Ordinis Episcopalis.*
10 *Textus in cap. verum, de for. compet. restitutus suæ veræ lectioni.*
11 *Magistratui quæ competunt, non omnia competere iure magistratus.*
12 *Conferendi ius esse accidentariæ cuiusdam potestatis impressa eodem tempore, quo impressa sunt Iurisdictionalia, ex speciali concessione legis.*
13 *Conferendi potestas, Sede Episcopali vacante, non transit in Capitulum, quamuis transeat ius præsentandi, eligendi, instituendi, & confirmandi cum omnibus Iurisdictionalibus.*
14 *Et quæ sit ratio diuersitatis?*
15 *Collatio, Institutio, & confirmatio prorsùs diuersa.*
16 *Collatio longè quid maius est confirmatione, aut institutione.*
17 *Instituendi ius, sicut & confirmandi, reputatur inter Iurisdictionalia, & dicitur fructus Episcopalis cum honorificentia.*
18 *Confirmatio exigit causæ cognitionem, & supponit præexistentiam actus, quem collatio habet infixum.*
19 *Confirmans, non censetur donare beneficium.*
20 *Confirmatio, qualitèr reputetur actus necessarius?*
21 *Confirmatio, & Institutio ideò transeunt in Capitulum, sede vacante, quià vrget necessitas, & cessat præiudicium successoris in Episcopatu.*
22 *Confirmandi potestas, est mera gratia; & proptereà*

reò non transit in Capitulum, quià lex magis confidit de Episcopo, in gratia exercenda.

23 *Prouidendi facultas, an transeat in Capitulum, vbi debet necessariò fieri certo generi personarum, putà nominatis, vel graduatis.*

24 *Episcopali Ecclesia vacante, solus Papa potest deputare Administratorem, seu Procuratorem generalem.*

25 *Oeconomus, quo casu possit apponi per Capitulum, dùm vacant beneficia, sede Episcopali vacante.*

26 *Capitulum, sede vacante non potest prouidere de beneficijs debitis graduatis, aut nominatis.*

27 *Minusuè de Parochialibus, nequè in his constituere Commendam ad tempus.*

28 *Tex. in cap. 2. nè sede vacante, explicatus.*

29 *Sede vacante, transeunt in Capitulum omnia omninò quæ sunt iurisdictionis ordinariæ Episcopi.*

30 *Capitulum, sede vacante, cùr nequè etiam graduatis, aut nominatis possit conferre?*

31 *Capitulum, Sede vacante, in materia prouisionis beneficiorum, nihil ultrà assequitur, quàm sit à iure expressum.*

32 *Industria personæ Episcopi vbi est electa, non transit eius potestas, sede vacante, in Capitulum.*

33 *Capitulum, sede vacante, non potest conferre beneficia patrimonialia.*

34 *Nequè instituere per modum gratificationis, & quæ sit ratio.*

35 *Gratificatio inter æquè idoneos, non exigit causa cognitionem, vel Tribunalis erectionem.*

36 *Capitulum, sede vacante, cùr nequeat apponere Oeconomum in Parochialibus?*

37 *Capitulum, sede vacante, assequitur omnia Iura spiritualia, & temporalia.*

38 *Etiàm respectu vsus claustri.*

39 *Sede Episcopali vacante, omnia quæ vacant beneficia, Papæ reseruantur.*

40 *Oeconomum ponendi facultas illi spectat, cui incumbit onus percipiendi fructus.*

41 *Capitulum, sede vacante, licèt non possit conferre beneficia, potest tamèn circà ea, alia peragere, quæ sibi incumbunt ex dispositione Canonum, & sacri Tridentini Concilij, præcipuè circà visitationem.*

42 *Visitatio, potissimùm est introducta, ratione Parochialium.*

43 *Visitandi ius est actus Iurisdictionis Episcopalis. Et ideò, sede Episcopali vacante, transit in Capitulum.*

44 *Visitandi necessitas, an incumbat in singulos annos?*

45 *Vel potiùs differri possit de triennio in triennium?*

46 *Visitatio Diœcesis, vbi imminet necessitas, potest, & debet fieri, etiàm bis in anno.*

47 *Et cessante hac necessitate, debet omninò fieri quolibet anno.*

48 *Visitare volenti Episcopo, vel Capitulo quolibet anno, non potest Clerus opponere consuetudinem visitandi de triennio in triennium duntaxàt.*

49 *Nequè attenditur immemorabilis in contrarium.*

50 *Facultatiuì actus, non admittunt præscriptionem.*

51 *Consuetudo, aut præscriptio non attenditur ad euertendam Ecclesiasticam disciplinam.*

52 *Episcopus degens in curia, qualitèr conferat beneficia vacantia in sua Diœcesi.*

53 *Inuestitura feudalis, non eget causa cognitione, potestque ideò fieri vbiquè locorum extrà Territorium Inuestientis.*

54 *Collatio beneficiorum, non potest esse in alio inferiori ab Episcopo, nisi iure singulari.*

55 *Ius singulare, vltrà auctoritatem constituentis exigit publicam vtilitatem.*

56 *Conferendi ius in Episcopo, tripliciter elidi- tur.*

QVÆSTIO II.

Conferendi potestas in Episcopo quomodò se habeat.



IVE autèm de collatione, siuè de institutione, confirmationeuè agatur, satis constat † Episcopum
1 in tota sua Diœcesi habere fundatam intentionem de Iure communi, vt deducit *Abb. in cap. cùm venissent, num. 10. de Instit.* siquidèm ità videtur ab initio statutum, quòd
2 † ipsarum quidem Cathedralium prouisio ad Papam, inferiorum verò Ecclesiarum ad Episcopos pertineat, vt pronunciauit *gloss. in cap. quanquàm, 18. in verb deuoluitur, circà medium vers. vt igitur huius originis, de elect. in 6. Abb. in quæst. 5. sub num. 6. vers. Secundò probatur, Stap hil. in prælud. de liter. grat. num. 3.*

Originatur ergò ius istud Episcopo à iure com-
3 muni, in quo † propterea omnes consentiunt, eius intentionem fundari, *can. omnes Basilicæ 16. q. 7. cap. cum olim, in princ de præscrip. Cardin. in Clem. 1. sub num. 16. ad med vers. per quod dicimus, de renunciat. Paris de resignat. lib. 8. quæst. 9. num. 25. Vgolin. de offic. Episc. cap. 50. §. 2 num 1. Bellamer. decision. 69. num. 3. Rota decis. 382. num. 1. par. 2. in recent. Seraph. decision. 799. num. 1.*

Difficultas tamèn est in discernendo, an ius
4 † istud conferendi pertineat ad legem Iurisdictionis Episcopalis? Et sanè affirmandum videtur, sic enim visa est sentire *gloss. in cap. dilectus, in verb. de lege Iurisdictionis, de offic. ordinar.* & clariùs in *cap. transmissam, in verb. de talibus, de elect. Prapos. in can. 1. col. 8. in fin. vers. præterea conferendo beneficia, distinct. 23. Silua de benefic. par. 2. quæst. 11. sub num 6 vers. & circà præmissa, Lap. allegat. 89. num. 12.* & tenuit etiã

Rota

*Rota apud Bellam.in supracit. decis. 69.sub nu.
5.vers. ratio, quià potestas conferendi, & in re-
cent.decis.608.num.12.par.2.*

Verùm, cùm potestas hæc conferendi,nullo iu-
re,nullauè ratione demonstretur competere Epi-
scopo iure Magistratus, impossibile est,vt ad eius
Iurisdictionem pertineat, secundùm ea, quæ scri-
psimus superiori libro, *quæst.21.* Et hinc † est,vt
possit Episcopus existens extra propriam Diœce-
sim conferre,*cap.post electionem,de concess.prab.
gloss. in cap. nouit, in verb. terminos, ad med.
de offic. Lega.* & *ibi Innocent. sub num. 2. ad
finem, vers. credimus etiàm, Oldrad. cons. 73.sub
num.1.vers.sicut dicimus*,quod vtiquè nequiret,
si facultas hæc ad Iurisdictionem pertineret, *l.
vlt.vbi gloss.in verb.non paretur, ff.de Iurisdict.
omn. Iud.*

6 Distinctio enim † illa, quæ fit inter volunta-
riam,& contentiosam Iurisdictionem,per eandem
glossam,& alios,non est admittenda ad hunc effe-
ctum exercitij extra Territorium,vt per *Dec.cons.
557. num. 10. & 11.* & diximus in *eadem quæst.
21.num.3.*

7 Paritèr hinc est, quòd, licèt † Cardinales in
suis Titulis habeant Iurisdictionem Episcopalem,
iuxta *tex. in cap. his quæ, vbi Abb.num.1.in 2.
not.de maior.& obed. Germon.de Indult. Cardi-
nal.§.tùm ratione,num. 15. cum alleg.in superio-
ri libro, quæst.8.num.78.* quibus addi possunt alij
congesti per *Barbos.in Collectan. ad d. cap. his,*
8 *quæ, num.* 2. nihilominùs † ius prouidendi quod
in eis habent, consequuti sunt ex speciali conces-
sione Papæ,cui aliàs ius illud tanquàm Vrbis Epi-
scopo, originalitèr competit, vt eos magis alli-
ceret ad residēdum,vt aduertit *Germon.* loco pro-
ximè allegato;vndè si abscedant à curia, prærog-
atiuam hanc amittunt, super quo hodiè habemus
*regulam 7.Cancell.Gonzal. ad Regul.de mensib.
glo.13. num.20.*

Nequè tamen his consentio,qui arbitrati sunt,
9 potestatem † hanc esse Ordinis Episcopalis, nèc
ideò Episcopum ante consecrationem assequi il-
lam posse, vt visus est voluisse *Abb.antiq. in d.cap.
transmissam,num 4 circà med. de elect.* nàm hoc
est contrà *tex. in cap.nosti, eo tit.* vbi post ele-
ctionem confirmatam, clarè deciditur, posse
10 Electum conferre præbendas; Cui non † aduersa-
tur *tex.in cap.verum, de for.compet.* cōstat enim,
vulgatam editionem supplendam ex his duobus
verbis, *vel confirmatus*,vt aduertit *glossa margi-
nalis*;& propterea *glossa ibi,in verb. consecratus,*
expressè hunc agnoscit intellectum, vt dispositio
illius obtineat, siuè Episcopus sit iàm consecra-
tus, siuè tantùm sit electus; Cessabuntquè peni-
tùs omnes difficultates, quæ circà articulum
hunc torserunt ingenia antiquorum, si hoc vnum
11 perpensum fuerit, non omnia, † quæ magistratui
alicui competunt, competere iure Magistratus,
sed aliqua posse competere à lege, citrà Imperiū,
& citrà omnem Iurisdictionem, vt demonstraui-
mus *ead. quæst. 21.ex num. 24. per tex. in
l. muto §. Tutoris datio ff. de Tutel.* Et hoc
12 est, quod † disertis verbis censuit *Butr. cons. 19.*

num.20. vers. & quanquàm, cùm pronunciauit
ius conferendi non esse propriè Iurisdictionis,
sed accidentalis potestatis, eodem nihilominùs
tempore impressæ, quo imprimuntur Iurisdi-
ctionalia, nimirùm ex speciali concessione legis,
can. omnes Basilicæ, 16.quæst. 7. & diximus *ea.
quæst. 21.num 34.*

13 Quapropter,licèt hæc † facultas, eodem tem-
pore cum iurisdictionalibus Episcopo oriatur,
non tamèn etiam cum eisdem transit in Capitu-
lum,sede vacante, vt est decisum in *cap.2.nè sede
vacante*: transitus enim hic ideò impeditur, quià
14 ius † istud conferendi non est iurisdictionis Epi-
scopalis, *Ioan Andr. in cap. quanquàm, num.
1.de election. in 6.* quem sequutus fuit *Abb. in
cap. cum olim, sub num. 2. vers. sed Ioannes
Andrea de maior. & obed.* & ob id, conuersa
ratione, non impeditur transitus iuris præsentan-
di, seù eligendi, aùt etiàm instituendi, vèl con-
firmandi, *cap. cum olim, de maior. & obed.* sunt
15 enim hæc penitùs non † solùm inter se diuersa,
cap.cùm in illis §. cùm autem, de Præbend. in 6.
& vidimus in præcedenti quæstione, verùm & ius
16 conferendi † est quid longè maiùs: porrò non
solùm reputatur inter fructus Episcopales, vt be-
nè loquitur *Put. decis 396. sub num. 2. lib. 1. in
nouis*; in quo superat quodcunquè ius eligendi,
aùt præsentādi, *Felin in eo.cap.cum olim, n. 2.* sed
continet merā gratiā,vt visum est in eadem præce-
denti,in quo transcendit ius instituendi, & confir-
mandi,quæ potiùs sunt de mera iustitia,vt elegan-
tèr aduertit *Bellam.cons.20.num.13.& Abb.in
d.cap.ex frequentibus, num. 7. & 8.de Instit.* &
pleniùs docet idem *Abb.in d.cap.2.num.6.nè sede
vacante.*

17 Porrò ex facultates † inferiores à potestate
conferendi,competunt iure Magistratus, reputan-
turquè ideò intèr iurisdictionalia, seù fructus Iu-
risdictionis, *Bellamer. vbi suprà, Gambar.de offic.
Lega.lib.3. num* 222. At collatio non potest esse
huiusmodi, nequè (vt subdit idem *Abbas*) est sim-
plex fructus, sed fructus cum honorificentia,
quod ideò non potest à persona auelli, & hoc
etiàm voluit *Felin. in eo. cap.cum olim, sub num,
3.de maior.& obed.*

18 Siquidèm, confirmatio † exigit causæ cogni-
tionem, *gloss. in cap. qua fronte, in verb. contrà
debitum iuris, de appellat.* habetquè actum præ-
cedentem, siuè præuium, quem collatio habet
implicitum, & infixum, inquit *Ioann.Andr.in
d. cap.2.num.3. vers. dicebat ergò, Ancher. sub
num. 4. vers. dicit ergò ipse, & Imola num. 5. ad*
19 *finem*; Nèc propterea qui † confirmat, do-
nat, *Hostien.ibid.num.1.circà finem, vers sed
quæ est ratio*, cum quo ibi apertè sentiunt *Ioann.
de Anan.sub num.4.& Card.num.5.* sed exercet
actum Iustitiæ.

20 Vndè quatenùs dicimus, eam fore † neces-
sariam, non referimus hanc necessitatem ad
potestatem Episcopi in articulo electionis, sed
in articulo simplicis Iurisdictionis Episcopa-
lis, à qua confirmatio, & institutio ipsa de-
pendet, prout declarat *Innoc. in cap. de cætero,*

sub num. 1. vers. nè obstat, si dicis, de transact.

21 Propterea, quemadmodùm ratio † necessitatis, iuncta cum cessatione præiudicij Episcopi, suadet, vt confirmatio, æquè ac institutio, Sede Episcopali vacante, transeat in Capitulum, *Card. in d. cap. cum olim, paulò ante num. 1. vers. sed est alia ratio, de maior. & obed. Abb. in d. cap. 2. nu. 6. nè Sede vacan. Pauin. de potestat. capit. Sede vac. par. 2. quæst. 5. num. 2 & 3.* ità, nè transeat collatio, huic contraria dissuadet ratio, videlicèt, quià,
22 vt † est mera gratia, lex tenaciùs illam conseruat Episcopo, de quo plus etiam in ipsa gratia exercenda confidit, vt in *eo. cap. 2.* considerat *Butr. sub num. 7. vers. videte alia ratio, nè Sede vacan.*

23 Est tamèn maxima † adhùc controuersia, an, quod dictum est de facultate instituendi, & confirmandi, quòd ideò transeant in Capitulum, Sede Episcopali vacante, quià sint Iurisdictionis necessariæ, vt Doctores præmissi concludunt, & præcisè ità loquitur *Abbas in sæpecitato cap. 2. sub nu. 6. vers. ratio diuersitatis, nè Sede vacante,* obtineat etiàm in quibusvis prouisionibus beneficiorum, itidèm necessarijs, vtputà in prouisionibus, quæ ex necessitate debent fieri graduatis, vel nominatis; Etenim *Rebuff. in tract. de nominat. quæst. 8. ex num. 49.* scribit, nè diutina vacatio contingat, posse Capitulum constituere administratorem, qui prouideat de beneficijs, quorum collatio est necessaria, quod tantum est, quantum affirmare, id ipsum, de quo quæritur, proùt clariùs affirmat in praxi, *tit. de deu. lut. nu. 85.*

Verùm hæc sententia non videtur per ipsum benè fundari; allegat enim *Abb. in cap. cum nobis olim, de elect.* qui potiùs totum contrarium dicit,
24 dùm in terminis iuris communis negat † talem Administratorem, seù Procuratorem cum hac potestate prouidendi, posse per alium, quàm per Papam deputari; & quòad beneficia, quæ vacant, vix concedit, posse Capitulum in illis ponere Oeconomum, ità *Abbas ibi sub num. 6. vers. vltimò nota, & vers. potest tamèn modo prædicto,* quod vlti-
25 mum de appositione † Oeconomi in beneficijs, per eundem *Abb.* repetitum in *cap. bonæ memoriæ 51. num. 14. de appell.* intelligitur, modò vrgeat necessitas, quià scilicet beneficium habeat onus annexum, & patiatur defectum ministrorum, proùt declarat *Card. in sæpecit. cap. 2. num. 7. nè Sede vacante;* quem ideò perperàm in suam sententiam citat Rebuffus. Ioannes Andreæ autem *in cap. vnico, nè Sede vacante in 6.* quem paritèr pro sua sententia Rebuffus adducit, nihil scribit, quod faciat ad hanc rem. Præpositus verò *in can. presbyteri, col. 1. ad finem, vers. mihi videtur 24. dist.* cuius deniquè auctoritate mouetur, firmat totum contrarium.

26 Quocircà Ioannes † Corasius in *tract. de Sacerd. siuè de benefic. par. 2. cap. 7. sub num. 4. vers. adduntquè alij,* contrariam sententiam sequutus opinionem hanc Rebuffi improbauit, ea ratione innixus, quòd ea tantùm transeant in Capitulum, Sede Episcopali vacante, quæ nominatim à lege cauentur, per *tex. in d. cap. 2. nè Sede vacante;* & hoc ante eum docuit Præpositus loco suprà citato, hancquè sententiam Corasij contra Rebuffum canonizauit Rota in vna *Abulen. Parochialis, 1. Februarij 1593. coram Illustrissimo D. Cardinali Millino,* in qua fuit firmatum, hoc idem procedere in prouisionibus Parochialium, tamètsi
27 ex † alijs non possint conferri, quàm magis dignis in cõcursu approbatis, ex dispositione *S. Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. & constitut. S. mem. Pij V.* idque etiam ex sententia S. Congregationis super Concilio, ampliatumquè procedere etiã in commenda ad tempus.

Vt verò sententiam hanc verissimam arbitror, ità existimo, nisi illius ratio meliùs explicetur, prorsùs eam pugnare cum his, quæ suprà consti-
28 tuimus: ideò in primis hoc statuendum † est, *tex. in cap. 2. nè Sede vacante,* esse quidem in argumento, Sede vacante in Capitulum non transire, nisi ea, quæ à lege nuncupatim permissa sunt: sed indè non concludi ad exclusionem alicuius potestatis, circa ea quæ sunt Iurisdictionis ordinariæ; id enim, nequè ex verbis, nequè ex mente illius tex-
29 tus esse potest: nàm † ea omnia generalitèr, & vniuersalitèr lex ipsa nuncupatim transfert in Capitulum, quæ huiusmodi iurisdictionis ordinariæ sunt, vt est *tex. in cap. penult. & vlt. de supplen. neglig. Prælat. in 6.* Ex quibus duabus decretalibus Doctores communitèr hanc conclusionem affirmatiuam constituunt, *Feder. de Sen. cons. 30. num. 3.* & latissimè scribit *Pauin. in sæpecit. tract. de offic. & potest. cap. Sed. vac. par. 1. in prima quæst. ex num. 3.* quem sequitur *Nauar. de tempor. ordinat. cons. 44. num. 1. Paris. de resignat. benef. lib. 7. quæst. 22. ex num. 26. Guttierez canonic. quæst. lib. 1. cap. 11. num. 10. Azorius, qui testatur de communi moral. instit. tom. 2. lib. 3. cap. 38. in 6. quæst.* plures in hanc quoquè sententiam congerit *Garz. de benef. par. 5. cap. 7. ex num. 4. Rota decis. 1. num. 13. par. 1. diuers. & in recent. par. 1. decis. 346. nu. 2. & 3. & par. 2. decis. 632. sub n. 4. vers. & sede vacante.*

Ex hac autèm regula primùm hoc clarè consequitur, non alia ratione impediri Capitulum conferre beneficium graduatis, vel nominatis, quàm quià hoc semper est conferre, & prouidere, quod non pertinet ad legem Iurisdictionis, vt suprà dictum est. Nequè in contrarium vrget, quòd talis prouisio sit ex necessitate facienda, quià ex hoc non concluditur ad qualitatem potestatis huius, videlicet quòd ea sit Iurisdictionis, quià dùm Epi-
30 scopus, † cui vult, ex pluribus nominatis, aùt graduatis prouidet, exercet actum gratiæ, non autem iurisdictionis contentiosæ, quapropter actus ille propriè dicitur gratificatio, *glo. in cap. cum autem, in verb. iudicio, de iur. patr.* ideoquè impossibile est, vt potestas hæc transeat in Capitulum, tùm quià non est Iurisdictionis, vt dixi, & in materia prouisionis beneficiorum vera sit regula per Præpositum, & Rotam, vbi suprà firmata,
31 quòd † sufficiat, non esse casum hunc in iure expressum, proùt optimè aduertit *Feder. d. cons. 30. sub eo. num. 3. vers. fallit in collationibus.*

32 Tùm quià censeatur † electa à lege industria

personæ

personæ Episcopi, dùm eius iudicio, (vt loquitur *tex. in d. cap. cum autem*) remittitur præelectio vnius ex pluribus, at vbi est electa industria Episcopi, minimè transeat ea potestas in Capitulum, quod voluisse videtur *Butr. in supràalleg. cap. 2. sub num. 7. vers. videte alia ratio, nè Sede vacante.*

33 Vndè, † neque etiam si tractetur de beneficijs patrimonialibus, & sic debitis certo generi personarum, talis potestas transit, vt fuit resolutum in *Calagurritana Beneficij de Archaia, 26. Aprilis 1596. coram bo. me. Corduba*, cuius meminit *Gonzal. ad reg. de mensibus glo. 9. §. 1. num. 77.*

34 Hocque dicendum existimo, si plures† sint præsentati in concursu; itaùt sit locus gratificationi, tamètsi enim nèc tùnc agatur de collatione libera, propter necessitatem prouidendi vni ex præsentatis, *Put. decis. 38. num. 1. lib. 2.* tamèn quià lex in indiuiduo facultatem hanc gratificandi iudicio Episcopi præseruat in *d. cap. cum autem*, eanequit transire in capitulum; propterea quòd hinc censeatur electa industria Episcopi, vt suprà dictū

35 est, ex doctrina Butrij; neque enim † ea gratificatio exigit aliquam causæ cognitionem, vel Tribunalis erectionem, quominùs censeri debeat actus merè voluntarius, & gratiosus, vt latissimè fuit resolutū in vna *Calagurritana de Zurbano, 29. Octobris, 1608. & 4. Nouembris 1609. coram bo. me. Penia.*

Consequitur etiam, verissimam esse alteram

36 Rotæ conclusionem, quòd in Parochialibus, † vacantibus Sede Episcopali vacante, non possit Capitulum apponere Oeconomum: nàm licèt id admitti possit in terminis iuris communis, secun-

37 dum cuius regulas transeunt † in Capitulum omnia iura Episcopalia, tàm temporalia, quàm spiritualia, iuxta *tex. in d. c. penult. & vlt. de supplen.*

38 *neglig. Prælat. in 6.* quod proculdubio † complectitur vsum clauiū, *Guttierez canonic. quæst. prac.*

39 *cit. cap. 11. nu. 10.* tamèn cùm † hodiè omnia beneficia vacantia Sede Episcopali vacante, sint reseruata Papæ, per *regul. 2. Cancell.* videtur sublata Capitulo huiusmodi facultas, tùm ex

40 dispositione *Concily, sess. 24. cap. 16.* quo † facultas hæc eatenùs permittitur Capitulo, quatenùs sibi incumbat onus percipiendi fructus, (quod non potest verificari in beneficijs reseruatis, quorum fructus percipiuntur per Subcollectores, & Ministros Cameræ,) tùm etiàm ex ipsius Iuris communis ratione, semper tamèn ex suppositione eiusdē reseruationis, ex quo enim Papa habet prouidere, ipsi soli, seù ministris illius competit istud ius custodiæ: neque ideò videtur permissa, aùt deputatio Oeconomi, aùt temporaria commenda ipsi Capitulo, ex quo tùnc collatio non pertinet ad successorem in Episcopatu, vt omnium meliùs declarat *Abb. in supracit. cap. bona memoria, sub num. 12. ad finem, vers. tu dic melius, & num. 13. de appellat.* & cum eadem circumstantia conclusionem hanc ponit *in cap. cum nobis, 19. sub num. 6. vers. & tunc procuratorem, de elect.* atque ità declaranda sunt, quæ circa hanc potestatem deputandi Oeconomum, vel ad tempus commēdandi, passim tradunt Doctores in locis suprà citatis, & ipsemet *Abb. in d. cap. 2. num. 4. nè sede vacante*, videlicèt, vt procedant, cessantibus reseruationibus, & affectionibus Apostolicis, in quibus terminis intelligendi sunt *Rebuff. de nominat. d. quæst. 8. nu. 50. & in praxi num. 77. & 80. & Azor. moral. instit. tom. 2. lib. 3. cap. 28. in 8. quæst.* qui alios cumulat.

41 Poterit tamèn, † debebitquè Capitulum omnia alia obire circa huiusmodi beneficia, quæ sibi, aùt permissa, aùt etiam iussa sunt, vèl per Sacros Canones, vèl per S. Tridentinum Concilium, præ-

42 cipuè circà Visitationem, quæ in † parochiales Ecclesias præcipuè est intensa, vt in *can. Episcopum, 10. quæst. 1. & in cap. conquerente, de offic. or-*

43 *din.* Quemadmodùm enim indubitatum † est, ius istud visitandi esse actum iurisdictionalem ipsius Episcopi, vt in *d cap. conquerente, de offic. Ordin. & in cap. §. vlt. de censib. in 6. Pauin. de Visitat. par. 1. in prima quæst. n. 8. Rota diuers. decis. 196. num. 2 par. 2. & in recent. decis. 168. nu. 2. & 346. num. 2. & 3. & 394. num. 4. par. 1. Seraph. decis. 475. num. 1. & decis. 615. num. 2. & decis. 1008. num. 4. Mantic. decis. 322. nu. 24. Gregor. decis. 4. num. 4. & decis. 304. num. 2.* ità minimè est hæsi-

44 tandum, illud ratione † supradicta in Capitulum transire, *Abb. in cap. cum olim, sub num. 2. vers. sed indistinctè, vbi etiam Bal. num. 1. de maior. & obed.* & post alios, *Franch. in cap. 1. num. 5. eo. tit. in 6. Archid. in cap. si Episcopus, num. 2. de supplen. neglig. Prel. Feder. de Sen. cons. 16. sub num. 2. vers. item potest Capitulum, & cons. 40. num. 1. Rebuff. in pracit tit. de deuolut. num. 65. Azor. d. lib. 3. cap. 38. in 14. quæst. Rota recent. decis. 346. num. 2. par. 1.* & sæpissimè aliàs fuit responsum, vt in *Burgen. procurationum, 10. Marty 1597. coram Orano, & in Tuden. Iurisdictionis, 1607. coram bo. me. Cardinali Sacrato*, quos omnes retulit, & sequuta fuit Rota in *Pampilonen. iuris visitandi, 15. Decembris 1623. coram R. P. D. Merlino.*

Et quidem cum eadem circumstantia facultatis

45 visitandi quolibet anno, nàm † licèt *glo. in d. can. Episcopum, 10. quæst. 1. in verb. annos*, videatur restringere obligationem Episcopi in visitando per singulos annos, si subsit necessitas, alioqui velit sufficere, visitationem fieri de triennio in trienniū, nihilominùs hæc doctrina accipienda est sano mo-

46 do; nàm † si necessitas vrgeat, etiam bis in anno, visitare potest, *cap. mandamus, de Offic. Ordin. cap. cum venerabilis, §. quia ergo, vers. decernimus, & ibi glo. in verb. bis in anno, de censib.* si verò etiam

47 necessitas † non subsit, adhùc tamèn potest, & debet visitare quolibet anno, non solùm ex antiquorum Canonum dispositione in eisdem locis suprà relatis, & in *can. decreuimus, 10 quæst. 1.* sed etiam ex nouissima Constitutione Sacri Trident. Conc. *sess. 24. de Reform cap. 3.*

48 Vndè † in eadem Pampilonen. Iuris visitandi, in qua Ego scribebam pro Capitulo, sub *die 15. Marty 1624.* coram eodem R P. D. Merlino, fuit denegata remissoria Clero de Guipuzcoa adnitenti impedire Capitulum, nè visitaret Sede Episcopali vacante, ante lapsum triennij, sub prætextu imme-

49 immemorabilis consuetudinis, tùm † quià decre-
tum Concilij submoueat immemorabilem, ibi, *non obstantibus quacunque consuetudine, etiam im-
memorabili, &c.* tùm quia materia est impræ-
50 scriptibilis, & quià semper † actus ex parte Episco-
pi remaneat merè facultatiuus, iuxta doctrinam
Bar. in l. quominus, num. 27. & ibi Ias. num. 28. ff. de flum. Abb. in cap. ex parte, num. 7. in vlt. notab. de concess. praben. Aym. cons. 96. num. 4. Surd. consil. 127. num. 81. Gratian *forens. discept. cap. 298. num. 10. & cap. 399. nu. 33. Rota decis. 778. nu. 5. par. 1. diuers. Reuerendissimus D. Coccinus decis. 402. num. 10.* & quià etiam aliàs ab Ecclesiasti-
ca disciplina alienissimum sit, vt ex uegligentia
Prælati, detur ansa Clero, & subditis refugiendi
annuam visitationem, vtquè Episcopus, vèl Capi-
tulum in graue cultus diuini præiudicium, & in
perniciem Animarum ipsorum recusantium munus
suum aliquo tempore ob incuriam prætermissum,
51 resumere, & peragere non valeat, quippè † con-
trà Ecclesiasticam disciplinam frustrà intenditur,
aùt consuetudo, aùt præscriptio, *cap. cum inter, §. nos igitur, de consuetud. vbi post glo. vlt ad finem,* hoc notant *Innoc. num. 3. Anchar. sub num. 2. in 2. notabili, Abb. itidèm nu. 2. & alij passim, de consuetud.*

Cætera, quæ pertinent ad transitum hunc Iuriũ
Episcopalium in Capitulum Sede vacante, non ha-
bent hic locũ suum, nequè præmissa attigimus nisi
obitèr, & vt simplicitèr ostendamus, ius illud con-
ferendi non esse de lege Iurisdictionis Episcopalis;
nèc ideò mirum, si Episcopus beneficia vacantia
52 in sua diœcesi, † possit vbiquè locorum existens
in Romana Curia conferre, modò extra Vrbis
mœnia, in reuerentiam Summi Pontificis, & non
alitèr hoc attentet, quemadmodùm se habet sty-
lus, cuius meminit *Hieronymus Paulus, in pract. Canc. Apost. tit. notabilia super vacan. non reser. vers. an Episcopus,* etiàm concedendo Instrumen-
tum, seù literas in forma Inuestituræ; actus enim
53 hic, nullam exigit causæ cognitionem, vt in † simi-
li de Inuestitura feudali, quæ ideò vbiquè extrà
Territorium Infeudantis potest concedi, censuit
Laurentius Syluan. in tract. de feud. recog. quæst. 19. sub nu. 1 vers. tu autèm concludas.

Atquè ex his breuitèr exposita ratione Iuris
liberè conferendi in Episcopo (qua non percepta
vix est, vt circà hanc materiam quis non allucine-
tur) operæ precium me facturum existimo, si priùs
quàm ad alia diuertam, hùc ea omnia contraham,
quæ potestati Episcopi in hac parte detrahere vi-
54 dentur, & sanè † in vniuersum id agit ius singulare,
cùm Iuris communis ratio pro ipso stet, *Abb. in cap. cum venissent. nu. 1. & 10. de Instit.* & cen-
suit *Rota decis. 756. num. 4. par. 2. in recent.* Quod
55 ius † cùm oporteat auctoritate constituentium,
simulquè propter publicam vtilitatem introductũ
esse, *l. ius singulare, ff. de legi.* ex constitutionibus,
& decretis Apostolicis proponendum, suaquè ra-
56 tione librandum erit; Triplicitèr autem † ea de-
tractio, siuè pleni iuris imminutio contingit, pri-
mò ex præexistẽti iure præsentandi, aùt eligendi in
alio; Secũdò ex cõcursu, & participatione alteriùs
in ipso exercitio Iuris cõferendi; Tertiò, priuatio-
ne, cùm ius illud conferendi, apud alium priuatiuè
quoad ipsum Episcopum reperitur; de quibus sin-
gulis, hoc libro agendum est, & priùs de Iure pa-
tronatus, à quo ius præsentandi perpetuò pendet.

SVMMARIVM.

1 *Iuris patronatus materiam, qui pertractauerint, remissiuè.*
2 *Fundatores Ecclesiarum, vel beneficiorum, nullam vt indè reciperent potestatem, per antiquos Canones constitutum.*
3 *Et sub censuris probibiti participare in prouisione.*
4 *Etiam si fuissent Reges, aùt Principes.*
5 *Defensio Ecclesiarum fundatoribus laicis indulta.*
6 *Patrono Ecclesia, gratitudinis ergo, alimenta per Canones decreta ob vergentiam ad inopiam.*
7 *Patrono debentur alimenta per libertum in casu egestatis.*
8 *Præsentandi Ius, quando permissum fuerit Ecclesiarum fundatoribus.*
9 *Præsentandi Ius idem, quomodò, & quandò fuerit factum transmissibile ad successores.*
10 *Ioannis Andrea summa auctoritas.*
11 *Textus in can. nouerint, 10. q. 1. & in can. decernimus, 16. q. 7. vndè desumpti, & explicati.*
12 *Negatiua vniuersalis, magis negat, quam affirmatiua affirmet.*
13 Processio *vox, haud quaquam significat Patronatum.*
14 *Præsentandi Ius ex eius præseruatione in fundationis limine introductum, sicut & alia Patronatus prærogatiua.*
15 *Traditioni rei sua lex apposita, seruanda.*
16 *Ius patronatus, acquiritur etiam ex fideicommisso alterius.*
17 *Manumittenti ex fideicommisso, libertus constituitur, non autem fideicommittenti.*
18 *Iuris patronatus transmissio, primùm introducta ex tolerantia Ecclesia.*
19 *Ius patronatus, non est ampliùs Ius extraordinarium, & exorbitans, sed ordinarium, & commune.*
20 *Nequè ideò, si illi refragetur Iuris præsumptio, continuò refragatur Ius ipsum commune.*
21 *Ius refragari aliud, & longè aliud refragari Iuris præsumptionem.*
22 *Ius patronatus quid sit.*
23 Prærogatiua *vox, complectitur sub se omne priuilegium.*
24 *Iuris patronatus fructus qui, & in vnoquoque illorum consistere potest Ius patronatus.*
25 *Præsentandi Ius habens, habet quoquè Ius patronatus, sed non è conuerso, omnis qui habet Ius patronatus, habet Ius præsentandi.*
26 *Ius patronatus, totalitèr pendet à concessione Ecclesia.*
27 *Priuilegia quæ sunt contra Ius antequàm conceduntur, vbi sunt concessa, dicuntur secundùm Ius.*
28 *Iuspatronatus, fundatur super causa gratitudinis.*

29 *Huma-*

29 *Humani Iuris quæ desierunt esse, non possunt in seruitutem redigi.*

30 *Ius patronatus, non acquiritur ex restauratione, vel augumento dotis Ecclesiæ.*

31 *Ius patronatus in sui substantia, est quid indiuiduum.*

32 *Indiuidua sunt omnia Iura, quæ non metimur ex corporalibus, sed ex ipsa substantia Iuris incorporalis.*

33 *Ius patronatus, respectu consecutiuorum, est quid diuiduum.*

QVÆSTIO III.

Patronatus in Ecclesijs, qualitèr introductus, & quid sit.



ROPOSITVM igitùr ordinem insequendo, non
pigebit in Tyronum gratiam post integros de Iure
patronatus, tùm Cæsaris Lambertini, tùm aliorum
1 tractatus, quos † indicat *Barbos. ad Rubr. decret. de Iur patr. num.* 1. præci-
pua aliqua materiæ eiusdem explicare, illudquè in
primis sub breuitate transcurrere, vt paulatim ius
istud processerit; hæc enim est optima disciplinæ
2 ratio, in † rebus paulò obscuris, omnia à suis ini-
tijs, & origine, sub breuitate repetere, vt monet
Caius in l. 1. in princ. vers. & certè, de orig. Iur. vbi
in hanc rem multa congerit, (quæ non rescribo)
Cagnol. ex num. 23.

Aduertendum est igitùr; primùm Sacris Cano-
nibus cautum fuisse, vt beneficij, seù Ecclesiæ fun-
dator, dotatorvè nullam hinc potestatem conse-
queretur, *can. nouerint, 10. quæst. 1.* non solùm,
quoad dispositionem, verùm etiam quoad honorē
processionis, præter illū, qui cæteris Christi fide-
libus indifferentèr exhiberi consueuit, vt probat
tex. in can. piæ mentis, 16. quæst. 7.

Quò verò ad ius participandi in prouisionibus,
3 illud † in laicis conspici, adeò horrebant Cano-
nes, vt tàm recipientes, quàm dantes, seù inuestiē-
tes, Ecclesiæ mucrone ferirent, atquè inter Sacri-
4 legos referrent, quantumcunquè essent † Reges, &
Principes, *can. si quis deinceps, cum duobus seqq. can. si quis clericus Abbas, pariter cū duobus seqq. can. per laicum, & can. si quis Principum, ead. 16. quæst. 7.*

Postmodùm ægrè his fundatoribus laicis indul-
5 tum fuit, vt † Defensores efficerentur beneficiorum
quæ fundassent, eatenùs videlicet, quatenùs aliena-
rentur res à se in Ecclesiā collatæ; itaùt possent hu-
iusmodi alienationibus se opponere, *can. filijs, vèl nepotibus, ea. 16. quæst. 7.* secundùm tamèn ea, quæ
exposuimus in superiori libro, *quæst. 11. ex n. 67.*

6 Visum est mòx, vt gratitudinis † ergò, vergen-
te Patrono, vèl filijs eius ad inopiam, ab Ecclesia
suffragium vitæ, pro temporis vsu perciperent, *can. quicunquè, ea. 16. quæst. 7. Innoc. in Rubr. num. 3.*
7 *vers. item secundum, de Iur. patr.* ad exēplum † Pa-
troni, qui in casu egestatis potest à suo liberto ali-
menta consequi, non quidem præcisè, sed causati-
uè, si nolit libertus redire in pristinam seruitutem,
l. alimenta, in princ. de liber. agnos. Surd. in tract. de alim. tit. 7. quæst. 28. nu. 9. & in d. can. quicunquè declarat *glo. in verb. ad inopiam.*

8 Demùm ex Toletano Concilio † nono inductum
fuit, vt quandiù viuerent ipsimet fundatores, eis
permitteretur, nedùm habere curam sollicitam
locorum, verùm etiam offerre Rectores idoneos
Episcopis, per quos mòx ordinarentur, *can. decernimus, ea. 16. quæst. 7.*

9 Quòd autem ius † illud personas offerendi, quod
hodie vocamus ius præsentandi, de persona funda-
toris ad alios transferretur successores, seù inter
viuos, seù in vltima voluntate, nèc Canones adhùc
agnouerant antiqui, nèc vlla satis solida ratio sua-
debat, quod etiam manifestè docuit *Archid. in can. hortamur. nu. 2. vers. insuper est sciendum, 71. dist.* contra quem, licèt reluctet *Ioan. Andr. in cap. quod alicui, ex n. 2 de reg. Iur. in 6.* vbi æstuās
plus æquo, in Archidiaconū inuehit, & hāc sentētiā
falsam proclamat, tamèn cum bona venia tanti vi-
10 ri (cuius † eximiam auctoritatem vsquè ad sydę-
ra iure merito, post alios, effert *Curt. Sen. in consil. 1. num. 12.*) fundamentum, quo mouetur, mihi
non satisfacit, nàm dùm sub *num. 6.* pro concor-
11 dia † *tex. in d. can. nouerint, & in præalleg. can. decernimus* considerat, vtrumque esse desumptum
ex Concilio Toletano Quarto, & consequentèr
infert, alterum per alterum declarari, vt scilicèt
quod statuitur in *can. nouerint,* circa ordinationē
Basilicarum fundatarum per laicos, Episcopis li-
berè permittendam, intelligatur de ordinatione
personæ oblatæ per Patronum, vt dicit *tex. in d. can. decernimus*; vndè ipse Ioannes Andreæ *ibidem num. 7.* refert terminos potestatis, quo vtitur
tex. in d. can. nouerint, ad dominium, non autèm
ad præsentationem, subiungens, eadem iura quæ
nùnc fundatores consequuntur, semper olim fuisse
consequutos; proculdubio deceptus est, non solùm
quià *tex. in d. can. nouerint,* vtitur vniuersali nega-
12 tiua, ibi *nullam se potestatem habere,* quæ † magis
negat, quàm vniuersalis affirmatiua affirmet, *glo. in l. hoc genus, in verb. nubendo, de cond. & demonstr.*
quam notabilem dixit *Dec. in l. 1. sub nu. 13. vers. postremò videtur, C. de pact. & in l. si Ruffinus, nu. 7. C. de Testam. milit.* cum alijs congestis per
Francisc. Becc. cons. 94. num. 33. sed etiam
quià eius assumptum, in facto non est verum, quan-
doquidèm, *tex. in d. can. nouerint,* est quidem Con-
cilij Toletani Quarti, textus verò *can. decernimus,* Concilij Toletani noni, vt patet ex repo-
sita lectione Gregoriana.

Et dùm ipse etiam conatur respondere textui
13 in *can. piæ mentis,* quòd ibi vox † ista: *processio,* su-
matur pro patronatu, loquitur contra eundem
textū, qui lōgè alitèr explicat eam vocem, ibi, *præter processionis aditum, qui omni Christiano debetur,* vt patet etiam ex traditis per *Abb. in præalleg. cap. nobis, sub num. 5. vers. sed quia clarum est, de Iur. pat.*

14 Cæterùm, cùm † fundatores consueuissent in
funda-

fundationis limine has leges adijcere, vt sibi ius
præsentandi præseruaretur, cum alijs prærogati-
uis aduocatiæ, honoris, & alimentorum, visum
est Summis Pontificibus minime hac in re eisdem
15 inuidendū fore, cùm in † traditionibus rei suæ pos-
sit quis apponere legem, quam vult, *l. in traditio-
nibus, ff. de pact.* modò non sit contrà naturam
actus, vt explicat *glo. in can. sic quidam, in verb.
non pertinere, 10 quæst. 1.*

Vtque passim inuitarentur cùm Laici, tùm
Clerici ad fundandum Ecclesias, rigor ille anti-
quorum Canonum emolliri cœpit, in tantum,
16 vt † ius istud præsentandi, nedùm i s reseruari con-
cederetur, à quibus liberalitas in Ecclesiam dif-
flueret, sed etiam i.s, qui quasi ex fideicommisso
eius liberalitatis actum consumerent, & effectua-
rent, vt benè aduerrit *Seraph. decis. 271.* quod
17 paritèr habet in se iuris rationem, quippè ex † fi-
deicommisso manumittenti libertus fit, non ro-
ganti, *§. qui autem, Instit. de sing. reb. per fidei-
comm. ff. r. lic.*

18 Et vlteriùs, eiusdem iuris in alium † transmissio
permissa est, quod ex mera Indulgentia, seù con-
niuentia Ecclesiæ primùm cùm factitatum fuerit,
19 *c. quoniam de Iur. patr.* mox sensim † ità vsu rece-
ptum est, vt iàm non sit Ius (vt priùs) extraordina-
rium, & exorbitans, sed effectum sit ius commune,
& ordinarium, quod satis insinuat registratio eius
tractationis in corpore iuris Canonici, vt optimè
considerat *Federic. de Sen. cons. 234 sub num. 3.
vers. nam licèt habendo respectum,* & etiam cen-
suit *Rota apud Seraph. decis. 378. num. 11.* Quo
20 fit, vt † qui prætendit patronatum in Ecclesia,
dicatur quidem niti contrà iuris communis præ-
sumptionem, secundùm quod omnia beneficia
præsumuntur libera, at minimè contrà ius ipsum,
cum potiùs sit secundùm illud, vt respondit Rota
in *Marsicana beneficiorū, 10. Iuny 1577. coram
Aldobrand impressa per Marches. to. 1. pag. 387.*
21 aliud enim † est quidpiam refragari iuris præsum-
ptioni, & longè aliud iuri ipsi, vt post alios tradit
*Couar. varia. resol. lib. 1, cap. 17 sub num. 7. vers.
posteriori verò.*

Et hanc quidèm Iuris patronatus introductio-
nem, processum, & incrementa exposuit etiam
August. Bero. in rubr. ex num 47. de Iudic.

22 Ex his autèm consequitur, Ius † patronatus ni-
hil esse aliud, quàm *certam prærogatiuam, per Ec-
clesiam concessam cuipiam, in retributionem bono-
rum temporalium, pro constituendo Ecclesiastico
beneficio elargitorum:* Dixi, esse *prærogatiuam*,
23 prout prærogatiua † est genus complectens sub
se omne priuilegium; sanè hinc dicimus prærroga-
tiuam militiæ, seù militaris cinguli, vel Dignitatis,
in *l. vltim. C. de Iurisd. omn. Iud* & prærogatiuam
temporis inter creditores seruandam, in *l. vltim.
§. in computatione ad fin. C. de Iu. delib.* & Pro-
uinciales magnifacere, seruari sibi suas prærroga-
tiuas, in *l. obseruare §. ingressum, ff. de offic.
Procons. & Leg.*

Dixi *certam*, vt hinc restringatur genus ad tria
illa de quibus superiùs actum est, videlicet proces-
sionem, seù honorificentiam, alimentorum suppe-
ditationem, & præsentationem, siuè oblationem
personæ ad beneficium vacans; hæc enim tria con-
siderantur, tanquàm effectus Iuris ipsius patrona-
24 tus, & † in vnoquoquè ipsorum, sinè aliorum
concursu, potest consistere ius istud, siuè præro-
gatiua, vt est *tex. in supràd. cap. nobis, cum ibi not.*
25 & propterea non † sequitur id, quod aliqui exi-
stimauere, iste non habet ius præsentandi, ergò
non habet ius patronatus, licèt è conuerso opti-
mè sequatur, hic non habet ius patronatus, ergò
nèc ius præsentandi, *Alex. cons. 74. num. 5. lib. 4.
Lambertin. de Iur. patron. lib. 1 par. 1. quæst. 11.
art. 7. num. 8. Rota in recent. par. 1. decis. 517.
num. 4.*

26 Dixi, *per Ecclesiam*, nàm vt † superiùs osten-
sum est, prærogatiua ista ab ipsius Ecclesiæ con-
cessione tota prouenit, & probat *tex. in cap. quo-
niam in quibusdam de Iur. patr.* traditque latis-
simè *Lambertin. lib. 1. par. 1. in 1. quæst. art. 4. ex
num. 8.* Quod tamèn non facit, quin dicatur com-
27 petere de Iure communi, quià † etiam priuilegia,
tamètsi priusquàm concedantur, dicantur contrà
Ius, postquàm tamèn sunt concessa, dicuntur se-
cundum Ius, *l. 1. ad fin. & ibi Ias. num. 16. ff. de
const. Princ. Cas. de Graff. decis. 1. num 6. de verb.
signif. Gonzal. ad reg. de Mensib. gloss. 7 num. 19.*
& in his terminis *Lambert. loco præcit. num. 14.
Put. decis. 369. num 4. lib. 2.*

Adieci, *in retributionem temporalium*, vt hinc
constituatur differentia inter hanc prærogatiuā,
28 & alias, dùm † ista concludit ad causam gratitu-
dinis, in qua consistit radix ipsa, & fundamentum
patronatus, *l. 1. & l. Ingratus, ff. de Iur. patronat.*
cum alijs copiosè adductis per *Tiraq. ad l. si vn-
quàm, in verb. libertis, sub num 31. in princ. vers.
ob idquè debet, C. de reuocat. don.* & per *Mandos.
in tract. de ingratitud. cap. 68. in 1. col. vers. & ob
id ingratus.*

Denique subieci *pro constituendo beneficio ec-
clesiastico elargitorum*, vt excludam alias elargi-
tiones factas ex quauis alia causa in Ecclesiam,
vel beneficium semèl in esse suum deductum,
29 postquā enim † desijt aliquid humani Iuris esse, im-
possibile est, vt in seruitutem redigatur, *l. 4. ff. com.
30 prædior. tàm vrban. quàm rustic.* itaùt † in vanum
prætendatur restauratio Ecclesiæ, vel dotis augu-
mentum, nisi destructio, vel depauperatio tanta
esset, vt per illam contigisset totalis destructio,
iuxtà doctrinam *gloss. in superiùs allegato cap.
quoniam in quibusdam, in verb. fundatores, ex. de
Iur. patron.* & diximus in superiori libro, *quæst.
31. ex num. 22.* & inferiùs suo loco fusiùs explica-
bimus.

Ex hac autèm Iuris patronatus definitione, seù
veriùs descriptione, statim consequitur illud du-
31 plicitèr considerari; primò † prout est vnum quid
in substantia indiuiduum, quod probat *tex. in cap.
1. & ibi gloss. in verb. non debeat, vers. quia id
simplex est, de Iur. patronat.* & tradit etiam *gloss.
1. in præcit. can. Pia mentis, vers. non potest dici,
16. quæst. 7.* quod etiam Iuris ciuilis rationi con-
sonat, quo ideò nulla est libertorum inter cohæ-
redes diuisio, *l. quadam mulier, 42. ad fin. ff. fa-
mil.*

mil ercisc.l.ult.ff. de Iur.patron.

31 Omnia enim Iura, † quæ nō metimur ex corporalibus, sed ex ipsa substantia Iuris incorporalis, indiuidua sunt, l.vsus pars 20. ff. de vs. & habit.l. 1.§.vsusfructus,ff ad l.Falcid.prout hanc rationem, ad demonstrandum Ius patronatus,de quo agitur, esse indiuiduum, perpendit Bald. in c. quanto n. 2. de Iur. patron. quem cum alijs per eum allegatis sequitur Couarr. var. resol. lib. 3. cap.19.sub num.5 vers.& tamèn iis hoc.

33 Altero modo † consideratur,prout habet quædam consequutiua, idest emolumenta, & successiones, in quibus vtiquè recipit diuisionem, vt docet Bald.in eo.cap.quanto,sub num. 3. vers. sed tamèn aduerte, de quibus omnibus sigillatim in sequentibus agetur.

SVMMARIVM.

1 Processionis aditus, siuè honor Patrono debitus, quinàm sit?
2 Honorificentia Patrono debita, in quibus consistat.
3 Patrono, si Rex sit, aùt supremus aliquis Princeps, ingredienti occurritur vsque ad ambitum Ecclesiæ.
4 Dummodò necessitas hac, ex quotidiana frequentia, personis Ecclesiasticis aliquid decoris detrahat.
5 Sedem habere in Sacrario, Patrono non permittitur, quantumcunquè Principi.
6 Et multò minùs fœmina.
7 Sepulchrum, expers est Iuris patronatus.
8 Neque qui habet in Ecclesia, aut in Capella Ius patronatus, censetur in ea habere Ius sepulchri.
9 Sepulchri ius, in Ecclesia habere proprium, quatenùs Ius resistat, latè expenditur.
10 Sepulchri Ius, concedi potest per Episcopum fundanti Capellam in Ecclesia consecrata, vel benedicta ad simplicem vsum.
11 Quinimò etiàm extrà hanc causam fundationis, modò subsit iusta causa, & adhibeantur solemnitates necessariæ.
12 Et quæ sit ratio.
13 Sepulchri Ius adquirens, & ex hac causa aliquid soluens Episcopo, vel Ecclesiæ, non censetur soluere nomine pretij, sed eleemosina duntaxàt.
14 Capella, quæ in perpetuum per Religiosos in eorum Ecclesijs in priuatos distrahuntur pro certa eleemosyna, qua ratione sint valida, & licita.
15 Sedendi Ius super sepulchro constituibile est.
16 Sessio fit spectabilis ex altitudine loci, indequè formatur prælatio in alijs.
17 Sepulchri Ius semèl acquisitum in Ecclesia, non est alienabile in alios, & quæ sit ratio.
18 Sepulchrum an efficiatur Religiosum per illationem mortui, & defenditur opinio affirmatiua.
19 Etiam de Iure Canonico.
20 Sepulchrum, etiàmsi nec sacrum, nèc Religiosum sit ea Religione, qua Cameteria per Episcopum benedicta, adhuc tamen est inalienabile.
21 Sepulchri Ius, si non sit ex pretio acquisitum Patrono, non debetur ratione simplicis Iuris patronatus.
22 Sepulchri Ius habens in vna Capella, non potest prohibere, quin alteri in eadem Capella simile Ius concedatur.
23 Sepulchri ius, extincta linea eorum, quibus fuit concessum, extinguitur, neque ad extraneos successores transmittitur, nisi fuerit acquisitum pro hæredibus.
24 Ius sepulchri, & illius quasi possessio non acquiritur ex sola illatione mortui.
25 Etiam si proponatur pro huiusmodi Iure aliquid solutum Rectori Ecclesiæ, atque etiam superpositus sit lapis cum insignijs defuncti.
26 Patronus, quomodò intelligatur honorari in Ecclesia in sessionibus, & sepulchris.
27 Interpretatio ea est facienda, quæ à sapientibus probatur.

QVÆSTIO IV.

Processionis prærogatiua quatenùs est fructus Iuris patronatus, in quo consistat.



PRÆROGATIVAM, quam in præcedenti, ex mente Canonum, Laico Patrono cōstituimus, Gelasius Papa in can. Pia mē. tis,& in can.frigētius 16. quæst.7. vocat processionis † aditum, Clemens verò Tertius in cap. nobis,
1
25. de Iur. patron. nuncupat honorem processionis, & meo iudicio vterquè iustè: Nam vox ista processionis, & honorem, & aditum ad honorem significat, atq. ità vsurpatur in l.pen.C.de Cōsulib. lib.12.vt fit quædam acceptio personæ iure debi-
2 ta, & hinc † qualiscunquè sit fundator Ecclesiæ, siuè patronus, conueniunt omnes, illi deberi honorificentiam in Ecclesia, nimirùm in sessionibus, vt in altiori sedeat sede; in processionibus, vt sibi dignior locus assignetur; & deniquè in præcedentia, dùm exhibentur communia obsequia, vt videlicèt primus admittatur ad osculum Pacis, ità Rota apud Mantic decis.244.num.1. sic etiam, vt primus de Laicis thurificetur, Lambert de Iur. patron. lib. 3 in 1.quæst. num. 15. ad fin. in huiusmodi enim thurificatione plurimum honoris, & obsequij præstatur, vt dixit Rota in Brixien. Thurificationis,16. Martij 1626. coram bo.mem. Remboldo.

3 Quòd † si Patronus Rex sit, vel Princeps aliquis supremus, hoc illi amplius honoris exhibetur, quòd ei occurritur vsquè ad ambitum Ecclesiæ, vt in d.cap.nobis de Iur. patron. docent Hostien. num.3. Ioan. Andr. num. 15. Ancher. num. 14. Abb.sub num. 5. vers. sed quia primum, Butr. num. 21. Lambertin. d. lib. 3. quæst.1.num. 15. Chassan.in catal.glor.mund.in 4.par. consid.80. Mut. Surg. in addit. ad Marc. Anton. de offi. Præf.

præf. prætor. cap. 21. num. 19. ad finem.
4 Vtcunque enim hoc tolerat † Ecclesia, modò
nihil ei deperereat proprij decoris; vndè si Patronus
vellet quotidie ità solemnitèr sibi occurri, vtiquè
iustè hoc sibi posset denegari, *Butr. in d. cap. no-*
bis, sub eo. num. 21. vers. item si sæpius, quemadmo-
5 dùm † denegaretur illi Sedes, si vellet eam habe-
re in Sacrario, quod ex mente S. Congregationis
super Ritibus, Rotam respondisse in vna *Valenti-*
na Capella, 5. Martij 1589. coram bo. me. Iusto, no-
tauimus in superiori libro *quæst. 13.*
6 Multoquè minùs prærogatiua † hæc indulgere-
tur fœminæ, si patronatus ei spectaret, vt eodem
loco scripsimus *num. 22.* & fuit responsum in vna
Burgen. Sepulturæ de Villadiego, 5. May 1603.
coram bo. me. Cardinali Horatio Lancellotto.
Istud verò Ius, vt consistit in sola exhibitione ho-
noris processionis, minimè porrigetur ad Ius se-
pulturæ, tanquàm & re, & ratione penitùs diuer-
7 sum; nàm quemadmodùm † non potest haberi ius
patronatus principalitèr in sepulchro, *Rceb. de*
Cur. de Iu. patr. in verb. in Ecclesia, n. 13. Lãbert.
8 *lib. 1. par. 1. quæst. 11. art. 13. ex n. 1.* ità nèc † ac-
cessoriè, vt videlicet sub iure patronatus Ecclesiæ,
aùt Capellæ, intelligatur habere ius sepulchri, siuè
9 sepulturæ, ea ratione, quòd in hac † parte ius re-
sultat, *cap. abolendæ de sepult.* quod tamèn explica-
tione eget, ex distinctione duorum casuum.
Prior est, quandò fundator Ecclesiæ, in ipsius
fundationis limine, reseruat sibi locum pro sepul-
chro, sub expressa lege, nè ibi aliquis alius sepelia-
tur, quàm ipse, & qui fuerint patroni Ecclesiæ; &
hoc casu dicendum est, legem esse seruandam, nec
aliquid proponi contra Iuris determinationem,
quia lex ista, siuè pactio incidit ante quàm locus
ille, in quo erigitur sepulchrum, recipiat consecra-
tionem, vel benedictionem, atquè ità in tempore,
quo vel ipsa terra liberè potest vendi, & emi, *Hen-*
ric. Boich in eo cap. abolenda sub nu. 8. vers. quan-
doquè sepultura dicitur ipsa possessio, de sepult.
Alter est casus, quandò iam fundata, & constru-
cta Ecclesia, atquè ità consecrata, vèl benedicta,
cum toto eius ambitu, aliquis in ea construit ca-
pellã, aùt Altare, simulquè paciscitur de habêdo in
tali Capella, vèl apud tale Altare ius sepulchri; &
in hoc videtur maxima inter Doctores controuer-
sia: Quæ, vt facillimè componatur, ea est distin-
guenda in duos articulos: Prior est, an huiusmodi
concessio possit de iure fieri huic fundatori bene-
ficij. alter est, an hic fundator, postquàm semèl ac-
quisiuit istud ius sepulchri, possit illud in alios di-
10 strahere, & alienare: Et quoad primum, † non vi-
deo, cùr impediatur Episcopus concedere istud ius
sepulchri fundatori huiusmodi, nàm prohibitio iu-
ris, de qua in *d. cap. abolendæ*, non se extendit ad
simplicem vsum, vt ibi docent *Host. nu. 18. Ioann.*
Andr. num. 2. Anchar. & Abb. vterquè num. 5. de
sepult. glo. in cap. 1. in verb. propriam, eo. tit. qui
vsus in hoc consistit, vt extranei prohibeantur in
eodem sepulchro sepeliri, vt præmissi Doctores
consentiunt, & firmauit Rota *decis. 787. n. 4. par. 1.*
diuers. & apud *Reuerendissimum D. Coccinum*
decis. 291. num. 2. & Gregor. decis. 145. num. 1.
vbi bo. me. D. Beltraminus alias citat *num. 5.*
11 Et propterea † etiam circumscripto casu fun-
dationis beneficij, Doctores communitèr conue-
niunt, posse Episcopum sepulchrum iàm erectum
siuè ius sepulchri cuiuis concedere, modò subsit iu-
sta causa, & adhibeantur solemnitates necessariæ
pro alienatione rerum Ecclesiæ, vt ità consuluit
Nauarr. in cons. 1. sub num. 1. vers. & quod secun-
do modo, de sepult. & hanc esse communem sen-
tentiam Thomistarum, attestatur *Ledesma in*
Summa 2. par. tract. 12. conclus. 34. vbi ait, per-
misceri honorem quendam temporalem, qui non
est res spiritualis, proindequè recipere æstimatio-
nem, & precium, refert, & sequitur *Garz. de benef.*
par. 5. cap. 9. num. 137. & quamuis videatur dissen-
tire Molina *in tract. de primog. lib. 1. cap. 24. n. 40.*
vbi ait pactiones istas esse simoniacas, sed consue-
uisse palliari, prout eum refert Genuen. *in praxi*
Archiep. cap. 34. in annotat. num. 28. tamèn si re-
ctè penderetur, loquitur in distractione, quę fit per
priuatum, qui est secundus articulus, de quo mòx
agetur; quocircà inanem etiam reputo cantelam
illam, quam subijcit idem *Genuensis eod. loco, n. 29.*
vt in instrumento concessionis nihil aliud explice-
tur, quàm spontanea concessio, & si agatur de se-
pulchro cum Capella, nihil aliud asseratur, quàm
spontanea dotatio, quæ nèc probatur auctoritate
glossæ vltimæ, quam ipse allegat in *d. cap. abolenda.*
12 Sustinetur itaquè pactio illa, ex natura † rei,
quæ est de sui natura concessibilis, & quouis titu-
lo alienabilis, non quidem prout est res Sacra, be-
nedicta, aùt religiosa (istæ enim qualitates non re-
cipiunt æstimationem, sed veniunt accessoriè ad
rem ipsam concessam, & alienatam,) sed prout est
res mere prophana, cuiusmodi reputatur honor il-
le, siuè prærogatiua loci, in quo alius non debeat
13 sepeliri: vndè nequè id quod † soluitur in eam
causam, propriè est pretium, sed eleemosyna, vt
concludit *Soto de iust. & iur. lib. 9. quæst. 7. in 3.*
art. col. penult. vers. at verò si quis honoratiorem,
Spino de testam. glo. 2. princip. sub num. 44. vers. si
tamen aliquis, Gratian. decis. 26. num. 14. & in
forens. discept. cap. 110. num. 6. vbi refert, ità cen-
suisse Rotam in vna *Tirasonen. Sepultura, 17. Maij*
1572. coram Lancellotto, & fuit etiam responsum
in *Calagurritan. sepultura, 3. Iulij 1617. coram*
Illustrissimo D. Patriarcha Hierosolymitano.
Et hæc est ratio, cùr nequè in his, nequè in ven-
14 ditionibus † Capellarum, quæ crebrò fiunt per
Religiosos, non committatur simonia, vt censuit
Roder. de Regul. tom. 3. quæst. 58. art. 2. per tot.
non autèm illa, quòd in stipulationem simplicitèr
deducatur pactum de non sepeliendo alios, vt exi-
stimauit *Suarez de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de*
simon. cap. 14. ex num. 19. vt retulit *Barbos. in d.*
cap. abolendæ, sub num. 2. vers. verùm Suarez, &
quam ait simùl probasse *Raphaelem della Torre,*
de Relig. tom. 2. quæst. 100. art. 4. in 7. disput. isthæc
enim ratio per se non esset sufficiens, cum hinc in-
surgeret actio negatoria, quæ vt est in rem, perpe-
tuò sequitur ipsius rei naturam.
15 Et hinc consueuit alicubi, † vbi habetur istud ius
sepulchri, constitui etiam ius sedendi, super illo, de
quo

quo per Genuensem vbi *suprà num. 31.* spectabi-
16 lis † enim fit sessio ex altitudine ipsius loci, inde-
què efformatur prælatio in alijs, secundùm doctri-
nam *Fabri in §. aliam verò num. 1. in Instit. de bon. possess.* quam sequuta fuit Rota in *Calaguritana praeminentiarum allegata per Genuensem, eq. loco.*
17 Quòad secundum articulum, constituenda † est
regula negatiua, modò sepulchrum sit effectum religiosum, & in hoc benè procedunt tradita per
Molin. vbi suprà, qua in re est aduertendum, *Turrecrematam, in can. dictum est, il 2. sub n. 3. vers.*
18 *Tertio sepultura 1. quaest. 1.* censuisse, † sepulchrũ,
quantùm ad hanc rem pertinet, censeri effectum religiosum, per illationem mortui, iuxta *l. 2. de relig. & sumpt. funer. & can. questa, & can. postquam, 13. quaest. 2.* Contrà autem alios tenere, non aliter religiosum fieri locum, quàm si accedat auctoritas Episcopi, quod videtur de mente *Innoc. in d. cap. abolenda, sub num. 1. vers. licèt enim in aliquo, Card. in clem. 1. sub num. 12. vers. non tamen accedere potest*, & ibi etiam addentes, *eo. tit. de sepult.*
19 Veruntamèn non † est recedendum à sententia
Turrecrematæ: nàm Innocentius vbi suprà, non dicit, per illationem mortui, religiosum non fieri, sed non fieri Sacrum, qui termini, vt omnes norũt, diuersissimi sunt, & quòad hunc ipsum effectum, nullum esse constituendum discrimen inter ius ciuile, & ius Canonicum, quominùs sepulchrum efficiatur religiosum per illationem mortui, concludit *Felin. in cap. quanto, sub nu. 4. vers. limita tamen, de Iudic.* per doctrinam *Ioannis Fabri in §. religiosum autem, Instit. de rer. diuis.* vbi sub *nu.*
20 *4. vers. satis erido*, tenet esse † locũ edicto, de non
alienandis, etiàmsi non efficiatur Sacrum, seù religiosum ea religione, qua cœmeteria per Episcopos benedicta, vt hinc cauendum sit à *Belletto disquisit. cler. par. 1. tit. de clerico debitori, §. 3. sub num. 27.* qui existimauit, sepulchrum erectum sine auctoritate Episcopi, posse alienari, venit enim eius hæc assertio secundùm præmissa declaranda.
21 Circumscripto ergò casu expressæ † acquisitio-
nis istius iuris sepulchri, certissimè non debetur patrono ratione simplicis patronatus Ecclesiæ, vel Altaris, tùm quià id non potest educi, aùt ex verbis, aùt ex sententia *d. cap. nobis, de Iu. patr.* tùm quià illi aliquo modo ius resistit *in d. cap. abolendæ*, & hanc sententiam firmauit Rota in *Toletana Capellæ, & Sepultura, 27. Iunij 1616. coram bo. me Vbaldo*, vt notauit *Beltram. ad Gregor. decis. 145. num. 9.* & fuit etiam responsum in *Calaguritana Iuris patronatus de Victoria, 27. Nouembris 1617. coram Illustrissimo* D. *Cardinali Caualerio.*
Et verè istud ius sepulchri, in nullo prorsùs sym-
22 bolizat cum iurepatronatus, nàm nec † qui ha-
bet sepulchrum in vna capella, potest prohibere, quin in eadem capella simile aliud ius, alteri concedatur, vt concludit Rota apud *Gregor. d. decis. 145. num. 2.*
23 Neque extincta linea † eorum, quibus est facta
concessio, transitorium est huiusmodi ius ad successores extraneos, vt tradidit *Petr. Vbald. in d. tract. de canon. paroch. cap. 10 num. 6.* quem sequuta est Rota apud *Reuerendissimum D. Coccinum, decis. 291. num. 3.* & notauit etiam *Beltram. vbi supra, num. 6.* nisi ità esset acquisitum, vt foret hæreditarium, *Lambertin. de iur. patr. lib. 1. par. 2. quaest. 2. artic. 3. num. 5.* nequè enim id repugnat naturæ iuris sepulchrorum, *l. familiaria, cum l. seq. ff. de relig. & sumpt. fun. Roth. eo. tract. in verb. ipse. vel 11, num. 21.*
24 Et vbicunquè prætenditur tale ius, non † suffi-
cit quasi possessio ex illatione mortui, vt indè inferatur ad ius prohibendi; quàmuis enim *Rota decis. 787. num. 2. par. 1. diuers.* id videatur affirmasse, tamèn est declaranda secundùm doctrinam Hostiensis, quem citat in *d. cap. nobis, ad finem*, videlicèt si aliàs constet de legitima acquisitione, nequè enim aliter loquitur *Hostien. ex num. 18.* & ità decidit *Rota d. decis. 291. num 5. & 6. apud Reuerendissimum D. Coccinum*, & in alijs causis relatis per *Beltram. vbi supra, num. 5.* præcipuè in *Burgen. de Villadiego, 5. Maij 1613. coram bo. me. Cardinali Horatio Lancellotto*, in qua fuit etiam
25 reiecta argumentatio † acquisitionis huius ex so-
lutione nescio cuius quantitatis taxatæ per Rectorem Ecclesiæ, cum tolerãtia superimpositionis lapidis sculpti cum insignijs, & Epitaphio; omnia enim hæc se compatiuntur cum iure sepeliendi ipsi Ecclesiæ, & alijs Parochianis competenti, cui ideò nihil censetur detractum ex facto æquiuoco, & ex negligentia Rectoris.
26 Nequè huic † conclusioni refragatur auctori-
tas glossæ in figuratione casus, *cap. 1. de Iu. patr. in 6. in vers. item istud ius, & rursus in cap. qui sentit, pariter in figuratione casus, vers. item in sessionibus, de reg. iur. eo. lib.* quæ pronunciauit, patronum in sessionibus, & sepulturis, præ cæteris esse honorandum; nàm (vltrà responsionem datam in præallegata Calaguritana Iuris patronatus de Victoria, quòd possit intelligi de prælatione in concursu plurium volentium acquirere ius sepulchri ab Ecclesia,) istud dictum glossæ non est referendum ad ius sepulturæ, sed ad iusta, siuè solemnia exequiarum, quod nihil habet commune cum ipso iure sepulchri, aliàs posset videri loquuta contra rationem, & sine aliquo fundamento, proindè
27 què facienda † est interpretatio, quæ à Sapienti-
bus probatur, *l. flauius Aristo ff. de lega. praest. Socin. Iun. cons. 76. num. 11. vol. 2. Aym. cons. 3. n. 23. & cons. 5. num. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta Patrono pauperi, debita Iure Patronatus.*
2 *Iuris patronatus quaestio praeiudicialis sit alimentorum Iudicio.*
3 *Admittit tamèn leuiores, & minùs concludentes probationes.*
4 *Patronus petens alimentari ab Ecclesia, tenetur proba-*

78 Scien-

78 *Scientia literarum, hominem honestat, sed non nobilitat.*
79 *In multis tamen, nobilitati aequiparatur.*
80 *Nobilium, alij genere, alij honoribus, & diuitijs; neque hi termini, aut gradus confundendi.*
81 *Nobiles, à nouis olim distincti, & qua ratione.*
82 *Honor, pro Magistratu sumitur.*
83 *Diuitiæ, si ingentes sint, hominem reddunt honorabilem.*
84 *Nobilitas generis, in connubijs, compensatur cum diuitijs.*
85 *Mercator qui fuit, indeque ditatus transtulit mercimonia & lucra in possessiones, laudatur.*
86 *Homines, quibusnam insistitur super alios homines.*
87 *Nobilitas generis, cur nobilitati ex virtute, aut diuitijs præferatur.*
88 *Illustres, quinam dicantur.*
89 *Senatores, non omnes Illustres.*
90 *Consulare genus, & nobile, pro eodem.*
91 *Senatorius Ordo, qui dictus.*
92 *Libertini ordini, qui.*
93 *Orcus pro obscuro, & ignobili.*
94 *Ordo amplissimus, Senatorius dictus.*
95 *Equester ordo, qui diceretur.*
96 *Idem, Seminarium Senatorum.*
97 *Equestris ordo, neque olim, neque nunc ad nobilitatem generis concludit.*
98 *Præterquam si sit talis, vt non admittat, nisi nobiles nobilitate generosa.*
99 *Dignitas personæ patroni petentis alimenta ab Ecclesia, qualiter æstimanda.*
100 *Descensus circa statum, fit cum pudore.*
101 *Artem exercere, quam exercuerunt sui maiores, quando sit decorum, vel indecorum.*
102 *Artem aliquam callere, qui quempiam dicit, probare debet.*

QVÆSTIO V.

Alimentorum suppeditatio, quatenus est fructus Iuris patronatus, Patrono qualiter debeatur.



PATRONATVS inter fructus ille est præcipuus, quem cõstituimus in per-
1 ceptione † alimentorum ab Ecclesia in casu vergentiæ patroni ad inopiam, ex dispositione *can. quicunque fidelium, 30. 16. quæst. 7.* ad exemplum patroni, quem diximus in casu egestatis posse à liberto suo alimenta consequi, *l. si quis à liberis, §. solent, ff. de liber. agnoscen.* quod enim textus ibi decernit de libertis, quemcunque Iure patronatus adstrictum comprehendit, & super hac æquitate debitum istud Ecclesiæ constitui, claré ibi scribit *Gottofred.* & post Dynum notat *Bald. in ea l. si quis à liberis, §. de alimentis, nu. 1. Cassad. de Iur. patr. decis. 3. num. 2.*

Vt verò sit locus dispositioni dicti textus, plura concurrere debent, tàm circa ordinem iudicij, quàm circa modum conueniendi Ecclesiam, & eam in hac parte vrgendi: Et sanè quod pertinet ad ordinem iudiciarium, si per Ecclesiam,
2 siuè † illius Rectorem reuocetur in dubium erectio, & dotatio, ex qua debitum istud proficiscitur, de hoc prius est, (summariè tamen) cognoscendum, & statuendum; non secùs, ac priùs cognoscitur, & firmatur status filiationis, aùt libertinitatis in filio, aùt in liberto, vt est *tex. in d. l. si quis à liberis, §. si vel parens, & d. §. solent, vbi glo. in verb. cognoscere, ff. de liber. agnosc.* & ibi *Bart. num. 2. & 3.* licèt admittantur leuio-
3 res, † & minùs concludentes probationes, & quæ aliàs non sufficerent pro canonizando statu personæ, vt in terminis exactionis alimentorum, respondit Rota in *recent. decis. 289. nu. 1. par. 1.*

4 Mox etiàm, † legitimanda est persona ipsius petentis, videlicèt quòd descendat à fundatore: neque enim sufficit, ostendere se esse patronũ, cùm potuerit acquirere ius patronatus iure hæreditario, vèl alio simili, textus verò in *d. can. quicunque*, suffragiũ istud promittat descendentibus à fundatore, neque eius ratio ad alios porrigatur, ideo que qualitas hæc omninò est probanda, *iuxta reg. l. 4. §. hæc autèm actio, ff. vi bon. rap. cum sim.* & in puncto ità censuit Rota *in recent. decis. 454. num. 2. par. 2. in recent.*

Qua tamèn in re aduertendum est, sufficere
5 pro iustificatione † istius descendentiæ, quasi possessionem alicuius iuris, quod non posset conuenire alteri personæ, quàm ita descendenti, vt in simili dicimus de eo, qui tenetur probare, non simpliciter se esse filium, sed filium legitimum, vt quamuis sibi non satis sit præsumptiua hæc probatio legitimitatis, videlicet ex quasi possessione status filiationis, tamèn satis sit quasi possessio status ipsius filiationis legitimæ, *Lancello. Galiau. in repet. Rubr. sub num. 161. versic. vndè hoc casu, de verb. oblig. Mascard. de probat. concl. 882. num. 9. Bero. cons. 19. num. 7. lib. 2.* cum alijs per *Menoch. lib. 6. præsump. 54. num. 38.*

6 Isthæc enim probatio præsumptiua, † resultans ex huiusmodi quasi possessione, quamuis non sufficiat pro decidendo negotio principali, nisi probetur aliud antecedẽs coadiuuãs ipsũ possessoriũ, & concurrat iuris præsumptio illud approbans, vt dicit *Bald. in consil. 189. sub n. 3. vers.*
7 *præterea vbi agitur, lib. 2.* tamèn † benè sufficit pro summaria illa cognitione status personæ, in hoc iudicio alimentorum, vt censuit Rota apud *Vrsall. decis. 150. in princ. & per tot. par. 2.* & in
8 his terminis, de eo, † qui asserebat se descendentem à fundatore, cuius successoribus tenebatur Monasteriũ Oliuetanũ de Neapoli, in die Purificationis dare candelã, super quo est *Vinc. de Frãnch. decis. 85. nu. 1.* quòd pro iustificanda descendentia, sufficeret quasi possessio percipiendi talem candelam, censuit Rota in *Neapolitana alimentorum, 11. Ianuarij 1616. corã R.P.D. Pirouano,*

quæ ideò decisio est restringēda ad suos limites,nè
quando ex illa existimes, sufficere quasi possesio-
nem cuiuscunquè actus congruentis æquè extra-
neo, ac descendenti, cum tùnc perpetuò mi-
litet regula *l.non hoc C. vnde legit. Verall.in supracitata decis.150. num. 4.*

Quod verò pertinet ad modum procedendi,
9 magna in primis est controuersia, an † pro hu-
iusmodi alimentorum consecutione, competat
aliqua actio, aùt realis, aùt personalis, vèl po-
tiùs simplex officium Iudicis, quam latè post
alios agitat *Lambert. de Iur.patr. lib.3.quæst. 3. artic. 7. per tot.* quod plurimùm nosse refert,
cùm propter breuiores dilationes, tùm prop-
ter priuilegium executiuum, competens ali-
mentorum causæ, quæ ex Iudicis officio promo-
uetur, de quibus tractat *Pont.de alim. cap.19.per totum.*

Et sanè, quòd competat actio ex canone su-
pràcitato, videtur tenuisse *Ioann. Andr. in d. cap.nobis, sub num. 17. versic. item pauperi, de Iurpatr.* vbi infert differentiam, inter ali-
menta, quæ necessariò suppeditat Ecclesia cuivis
pauperi de superfluis, pro quibus nulla est pro-
dita actio, & alimenta illa, pro quibus actio da-
tur, hoc idem ibi censuerunt *Abb. sub num. 6. versic. item pauperes, Butr. num. 22. Cardin. in §. sed pro fundatione, sub num. 4. versic. item patronus*, & in hac sententia residet *Lambert. d. art.7.num. 6.*

Sed *Paul. de Cittad. in eod.tract.6.par. art. 4. num. 8.* tenet, officio Iudicis hæc alimenta de-
beri, & hoc idem censuit *Pont. in d. tract. de alimen.*(quamuis obitèr loquutus)*cap.11.num.4.*
10 pro his enim † alimentis nulla præexistit obliga-
tio, ergò non alitèr, quàm Iudicis officio pe-
ti possunt, vt arguit *Bart. in supradicta l. si quis à liberis, in princip. num. 1. de liber. agnosc.*
Et hæc sententia est vera, quicquid visum fuerit
Lambertino vbi suprà; nàm pro alimentis à le-
ge debitis, nulla datur obligatio, vel quasi, nul-
lumquè maleficium, vel quasi intercedit, sine
11 quibus † non oritur obligatio, *§. nanquè agit,*
12 *Institut. de actio.* deficiente † autèm obliga-
tione, deficit actio, *l. licet ff. de procur* Et quam-
uis isthæc alimenta debeantur naturali obliga-
13 tione, idest antidorali, tamen † ista obligatio est
inefficax, & non consideratur, tanquàm obli-
gatio, sed tanquàm ratio quædam, siuè æquitas
naturalis, quæ illud officium Iudicis promouet,
prout hæc omnia explanat *Surd. de alimen. tit.3. in 1. quæst. sub num.10. versic. veram igitur, & ex num.13.*
14 Nequè obstat, quod † vbi æquitas est à le-
ge approbata, competat condictio ex lege, *l. vnic. ff. de condict. ex leg.* nàm, vt respondet
Surd. d. quæst. 1. sub num. 19. versic. vnum
15 *tamen,* † condictio ex lege, tunc datur, quando nulla
prorsùs suberat obligatio, idest nequè ciuilis,
nequè naturalis, adeò vt sit prorsùs noua, vt di-
cit *tex. in ea. l. vn.* secùs verò, vbi præexi-
stebat naturalis, cùm tùnc non intelligatur per le-
gem obligatio aliqua noua introducta, sed dun-
taxàt excitatum officium Iudicis pro vrgenda
16 ipsa naturali, quę † tamètsi non producat actionem
de iure ciuili, impedit tamen repetitionem soluti
quasi indebiti, *l. naturalitèr ff. de condictio. indebit. Seraph. decis.1350.num.7.*

Paritèr nihil desumi in contrarium potest ex
doctrina Ioannis Andrææ, & aliorum suprà cita-
torum, quia non fuit illis ibi hoc ipsum discutere,
an pro alimentis istis competat potiùs actio, quā
officium Iudicis, de quo nèc minimum verbum,
sed simplicitèr ostendere differentiam inter pau-
peres alios, & patronum pauperem, dùm con-
tra Ecclesiam, vel Rectorem iudicium instruunt,
vt iste habeat actionem, idest aliquod remedium
17 ad instar actionis, † prout lata actionis signifi-
catione sumi posse, disertè scribit *Vlpian. in l. actionis verbo 36. de actio. & obligat.* & ità ve-
nire sub eadem significatione officium Iudicis, de-
monstrat *Anton. Pichar. in Rubr. num. 1. Inst. de offic. Iudic.*

Pro instruendo autèm processu circa merita,
præter iustificationem patronatus, ex legitimi-
tate personæ, vt suprà dictum est; duo sunt(ex
mente *glo. in præallegato can. quicunquè, in verb. ad inopiam, 16.quæst.7.*) necessariò proban-
18 da: quorum primum † est superefluentia re-
dituum in Ecclesia, detractis expensis necessarijs
pro seruitoribus, & alijs necessarijs cultui diuino,
Abb. in d. cap. nobis num. 6. & ibi etiam *Butr. num. 22.* cum multis quos seriatim retulit, & se-
quutus est *Surd. de alim. tit.7.quæst. 32. Rota in recent. decis.454.num. 1.par. 2.*
19 Alterum verò, † est inopia ex parte petentis,
vt dicit *tex. in d. can. quicunque;* terminum
20 autèm † hunc, *inopia*, glo. ibi *in versic. istud autem,* exponit pro summa egestate, nàm quem
admodùm inops dicitur, qui nihil opis habet, vt
explicat *Ioann. Andr. in d. cap. nobis, num. 16.*
21 *de Iur.patr.* ad differentiam pauperis, qui † ità
dicitur, quasi parum habens, vt tradunt in *can. quo iure, Archid. num. 3. & Gemin. in 2. col. versic. quaro quis dicatur pauper, 8. distinct. Castr. in l. id quod pauperibus, 24. num. 4. C. de Episc.*
22 *& Cler. Soc. Sen. consil.121 num.46.lib. 4.* † ità
egenus dicitur, qui eodem malo laborat, idest
qui nullius rei, pecuniæuè possessionem habet;
itaùt idem sint inopia, quod egestas, hacquè ra-
tione differant à paupertate, iuxta illud Mar-
tialis, *Non est paupertas, habere nihil,* quod etiam
aduertit *Cuiac. obseruat. lib.26. cap. 3.* nequè
23 ideò, quæ † secundùm hæc, vera est inopia, seù
egestas, propriè, & simplicitèr est paupertas,
sed paupertas summa, & arctissima, vt loquitur
Bal. in authen. si qua mulier, in 3. col. sub num.6. circa finem versic. secundò probo, C. de Sacros. eccles. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 37. num. 11. & inops, siuè egenus, non est simplici-
tèr qui pauper est, sed qui est valdè pauper, vt
post *Archidiac. loco superius citato*, tradunt *Soc. Sen. consi.29.nu.66.lib.4. Alex. cons.91. sub nu.4. vers. vndè egenus vol. 6.* licèt vbi lex facit men-
tionem de inopia respectu certi, & determinati
effectus, simplicitèr attendatur, an sufficiant vires

pro

pro eo ipso, de quo agitur, *Afflict. decis. 179. n. 3.*

24 Hinc igitur orta est inter nostros † controuersia, qualitèr inopia, siuè egestas, ad hunc effectum sit probanda, de qua latè egit *Lambert. d. lib. 3. quaest. 3. art. 3.* vbi sequitur sententiam *Pauli de Cittad. par. 6. art. 4. num. 7.* non requiri summam egestatem, vt loquitur *glossa*, sed sufficere inopiam, vt loquitur textus; idest quòd patronus aliquo modo vergat ad paupertatem, inspecto statu suo, & hoc modo egeat, vt ibi per eum sub *nu. 6. versic. tamen ego*, tacitè reprobantem expositionem illam glossæ, & hanc eandem sententiam, quasi quod nimis scrupulosa sit hæc differentia inter paupertatem, & inopiam, tenuit *Rota in vna Regien. Prioratus 1. Iulij 1596. coram Penia, quæ est in recent. par. 4. decis. 594. num. 2.* quæ fuit confirmata *19. Iunij 1598.* & idem quoquè censuerunt Domini in *Neapolitana alimentorum 11. Iunij 1616. & 10. Aprilis 1617. coram R. P. D. Pirouano.*

Arbitror autem, sententiam hanc esse quidem

25 veram, quià Prætoris Edictum † de alendis patronis, nil aliud exigat, quàm egestatem simplicem, *d. l. si quis à liberis, §. solent, versic. alimenta autem, ff. de liber. agnosc.* nequè summam

26 illam † de qua loquitur supradicta *glossa*, necessariam vbiquè sentiat, sed eo duntaxat casu, quo in parte aliqua est elisa ratio illa naturalis, veluti cùm hæreditas filij, qui præstabat alimenta Patri, deuenit ad extraneos, vt est *textus in d. l. si quis à liberis, §. item rescriptum est, ff. de liber. agnosc.*

27 Verùm etiam arbitror, non † vacare mysterio terminum illum, *inopia*, quo vtitur *tex. in d. can. quicunquè*, nequè enim referenda est eius significatio ad opes, siuè diuitias; nàm cùm inopem dicimus, supponimus eum quoquè esse pauperem, & sic nihil, vel parum habentem, sed est referenda ad openi, idest ad auxilium necessariorum, vndè possit tueri aduersus for-

28 tunæ iniuriam, ità † videtur sumi vox ista in *l. si quis id quod, versic. in seruos autem ff. de iurisd. omn. iudic.* & aduertit etiam *Ioann. Kal. in suo lexico Iurid. in verb. inops dicitur*, & propterea rectè exposuisse terminum hunc glossam prædictam pro summa egestate, idest

29 non pro egestate simplici, (quæ † quicquid disputent Grammatici, in libris nostris confunditur cum paupertate, quod indè manifestum fit, quià scilicet in locis quàmpluribus, ege-

30 nus † opponatur locupleti, vt in *l. 3. in princip. ff. de Testi. & in l. si quis vxori 53. §. cum Titio, ff. de furt.*) sed pro egestate, cui non est à iure succursum ex imploratione opis necessariorum, de qua in *l. quisquis §. filij ve-*

31 *rò C. ad leg. Iul. Maiest.* & hæc † demùm est illa egestas, cui illuuies, & squalor inest; vt ex *Nouell. Valent. 9. de Colon. vacan.* refert *Franc. Iuret. in Miscell. ad Symmac. lib. 10. cap. 10.*

32 Quapropter, Patronus, † qui petit alimenta ab Ecclesia, licèr non teneatur probare inopiam, vèl egestatem summam, respectu rei quam possideat, sed tantùm lapsum, & iacturam; ità vt non possit viuere secundùm gradum, & conditionem suam, vt concludunt Doctores, & Rota, in locis superiùs allegatis, quòd ideò totum pendeat ex Iudicis arbitrio, *Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 6. num. 8. Menoch. de arbitr. cas. 65. num. 9.*

Tamèn, hoc casu vltra factum huiusmodi lapsus fortunæ, duas tenetur iustificare circumstantias:

33 Prior est, quòd † eadem inopia sibi contigerit absquè culpa propria, nàm vbicunquè egestas proponitur ad excusandum, non distinguitur an contigerit culpa, vèl sine culpa, sed vbi proponitur ad instruendam actionem, itàut alteri noceat, debet probari cum hac circumstantia, quòd contigerit sine culpa, *Bald. in cap. quæ in ecclesiarum, num. 3. de constit.* plures cumulat *Tiraq. ad l. si vnquàm, in verb. bona, num. 5. C. de reuoc. donat.* quibus addi possunt *Lancell. Galiau. ad consuet. Alexan. in verb. solidos num. 133. & Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 16. num. 9.* vbi refert memorandum iudicium Alphonsi Aragoniæ Regis, & addit non esse pium, sed fortè impium de rebus Ecclesiæ subuenire his, qui in paupertatem, & carcerem ob propria scelera, & luxum incidernnt, & in hoc ipso articulo necessitatem iustificandi hanc circumstantiam, agnouit Rota in præallegata *Neapolitana alimentorum 10. Aprilis 1617. coram R. P. D. Pirouano.*

34 Altera est, quòd † pro alimentis huiusmodi consequendis, nullum sibi pateat iuris refugium contra alios; & quòd ista deniquè sit ea summa egestas, quam exigit *tex. in d. l. si quis à liberis, §. item rescriptum*, & notat ibi *Bar. sub n. 2. vers. vult enim dicere, de liber. agnosc.* & in his terminis deflectendo ab intellectu *Paul. de Cittad.* censuit etiam *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 54. sub num. 16. in princ. & ad finem versic. ego tamen.*

35 Vndè nihil ageret, qui, vtcunquè † pauper, haberet fratrem diuitem, vel qui esset professus Religionem, à qua posset consequi alimenta, iuxta decisionem factam *in Neapolitana alimentorum, in recent. decis. 454. nu. 3. par. 2.* confirmatam *10. Aprilis 1617. coram R. P. D. Pirouano,*

36 vel etiam qui posset † industria sua sibi victum comparare, *d. l. si quis à liberis, in princ. versic. deniquè ff. de liber. agnosc. Rota d. decis. 594. num. 2. versic. propterea respondeo par. 4. in recent.*

37 Nisi & hac sua † industria vti nequeat, aùt proptèr aduersam valetudinem, aùt aliud simile impedimentum corporale, vt in præcitato textu, aùt quià id repugnet honori suo, quemadmodùm notat *Bar. in eadem l. si quis à liberis, §. sed & si filius, sub num. 1. ver-*

38 *sic. & hoc intellige*, id enim † absolutè non posse intelligimur, quod salua dignitate præstare nequimus, vt probat *tex. in l. Nepos Proculo 25. ad finem versic. potest & illa de verb. signif.* & hoc idem sentit *Abb. in cap. cum haberet sub num. 10. versic. hoc tamen vltimum, de*

*eo, qui dux. in matr. quam poll. per adult. Cac-
cialup. in l. si qua Illustris, sub num. 93. vers. in-
telligo mentem, C. ad Senat. consf. Orfic.* cum alijs
adductis per *Rolan. cons. 54. num. 78. lib. 2.* & in
his terminis *Lambert. d. lib. 3 quæst. 3. art. itidem
3. num. 5.*

39 Cæterùm quià Iudex, cuius † arbitrio taxatio
alimentorum est posita, *l. vlt. §. nàm si tales, C. de
ord. cognit* Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 83. n. 12.*
40 in hac controuersia nihil attentiùs † considerat,
quàm dignitatem petentis alimenta. siuè vt secun-
dùm eius intentionem illa taxet, *l. Tutor secundũ
dignitatem. ff. de administr. tut.* cum cumulatis per
Tiraq. de nobil. cap. 20. num. 143. & per *Surd. de
alim. tit. 4 quæst. 18. nu. 1.* & diximus suprà *n. 32.*
siuè vt eundem reijciat, quasi qui ex sua industria
possit victum sibi quærere, vt iam dictum est; non
erit prorsùs extraneum à nostro instituto hic sub-
texere, quæ ad firmandum statum hunc dignitatis
cuiuscunquè personæ methodicè tradi possunt.

Qua in re (summatim tamèn) explicanda: est
41 aduertendum, totum Populum † diuidi in duo ho-
minum genera, Nobilium videlicèt, & Plebeio-
rum, *§. Plebs autèm instit. de Iur. nat gent. & ciu.*
42 Plebeiorum † autèm, vt ab his incipiam, duplicem
esse gradum, Honestorum videlicèt, & vilium, seù
sordidorum, *l. Capitalium 28. §. non omnes, ff. de
pœn. l. nè quis, C. de dignit. lib. 12. Garf. Tolet.
super eo. tit. num. 6. circa fin. vers. tandem dixi.*
43 Viles autèm, & † sordidos ex Ciceronis sen-
tentia *lib. 1. de offic.* (desumpta tamèn ex Platone,
& Aristotele) eos omnes dicimus, qui dùm quæstui
incumbunt, illum turpem, & sordidum reddunt,
quod dupliciter contingit, aùt coinquinatione ani-
mi, aùt coinquinatione corporis: Coinquinatur
autèm animus, tùm respectu humanæ naturæ, dùm
homo ea exercet, quæ in odia hominum incur-
runt, cuiusmodi sunt (vt exemplificat Cicero) fœ-
neratores. (qui iam à Christiana Republica longè
44 arcentur) † & portitores, idest vectigalium quo-
rumcunquè redemptores, vt exponit *glo. per eum
tex. in l. 3. in verb. portoria, C. de vectigal. & in
l. In lege Censoria 203. in princ. in verb. porto-*
45 *rium, de verb. signif.* & hanc † sententiam latissi-
mè post alios ex nostris confirmat *Tiraq. de No-
bil. cap. 34. num. 32.* licèt enim idem, multa in hos
præconia congerat *suo nu. 33.* tamèn ea referen-
da sunt ad principales redemptores, qui non se im-
miscent exactionis exercitio, non autèm ad istos
eorum Ministros, & Institores, à quibus impossi-
bile est odium illud separari, vt probat *tex. in l. 1.
in princ. & in l. Publicanus, itidem in princ. & in
l. locatio, § quod illicitè, & in l. quanta, ff. de pu-
blican.* & etiam declarat *Aleiat. in l. Merces 207.
num. 23 de verb. signif.* & ità est declarandus *Ce-
phal. consf. 287 ex n 8.* tradens artem hanc non esse
vilem, nequè per leges reprobatam: nequè enim
sequitur, ars non est reprobata, ergò vilis non
est.

Tùm respectu sui ipsius, dùm illi se applicat ar-
ti, quæ nihil ei proficit, *nisi* (vt loquitur Cicero)
admodum mentiatur, nec enim quidquam tur-
46 *pius est vanitate*, cuiusmodi † est, qui à mercato-
ribus emit, vt vendat; Sordes enim constituitur
in illa necessitate mentiendi, cùm nil magis è dia-
metro ingenuitati repugnet; vt qui ita mendacia
nundinatur, non absimilis sit furi, secundùm *Bald.
in l. cessante, sub num. 7. ad fin. vers. non enim C.
quom. & quan. Iud.*

47 Quapropter, licèt † Mercatura ipsa, si tenuis non
sit, vt *Cicero eo. loco* ait, admodùm vituperanda
non sit, tamèn hac ipsa ratione à vituperatione
dùm exercetur non est vacua, quòd mercator à
mendacio, & à periurio etiam nequeat abesse, vt
concludit *B. Ioan. Chrisostom. relatus in can. ey-
ciens, ad fin. princ. 88. dist. Lucas de Penn. in l. 2.
sub num. 5. vers. mendacium autem. C. de incol.
lib. 10.* secundùm tamèn ea, quæ inferiùs dicentur,
num. 72. & ex num. 83.

48 Coinquinatur autèm corpus, † dùm ipsum cor-
pus atteritur, sordesuè contrahit, siuè ratione of-
ficij, siuè ratione artificij, vndè sibi victus compa-
49 retur: Est autèm † officium (quod pertinet ad hanc
materiam) ministerium personæ, quod nulla, vèl
modica industria impenditur, cuiusmodi est fode-
re, stratorem, vèl mediastinum agere, & similia;
Artificium verò est ministerium artis, in qua plu-
rima exigitur industria, vt optimè hos terminos
explicat *Martianus in l. legatis §. si ex officio, ff.
de legat. 3.* vbi proponitur exemplum officij in
Lecticario, artificij verò in Coquo, & per eum tex-
tum differentiam hanc notauit etiam *Tholos. Syn-
tag. Iur. par. 2 lib. 18. cap. 21. num. 4.*

Cauendum est interim ab interpretatione *glos.
in d. §. si ex officio*, quæ subuertit sensum illius tex-
50 tus, dùm accipit Lecticarium † pro Carpentario,
qui lecticas conficit, indequè infert ad artificium
in Lecticario, & ad officium in Coquo: nàm licèt
qui lecticas cõficiunt, possint Lecticarij modo ali-
quo nuncupari, tamèn relata huius vocis significa-
tione ad seruum, proùt illam refert Martianus in
supradicto responso, Lecticarius seruus dicitur il-
le qui humeris lecticam subit, nequè enim mulis,
vt nùnc, sed seruis ferebantur olim lecticæ, qua-
rum, sicùt & sellarum vsus fuit in Vrbe frequentis-
simus, dictiquè sunt serui Lecticarij, tàm qui appli-
cabantur sellæ, quàm qui ad lecticam ferendam,
quod latissimè ex Seneca, & alijs demõstrat *Lipſ.
elect. lib. 1 cap. 19.* & habemus textus frequentes
in hoc sensu, præcipuè in *l. item legato, 48. in princ.
de leg. 3.* ibi, *item legato continentur mancipia, pu-
tà lecticarij, qui solam matremfamilias portabant,*
ad idem est *tex. in l. ex toto § . si ita de leg. 1.* vbi
Pomponius proponit speciem legati de Lectica-
riis octo, quo numero constituebatur lectica, quæ
Octaphorus dicebatur, eo quòd per octo seruos
portaretur, quemadmodùm ea dicebatur Exapho-
rus, quæ sex seruorum capitibus ferebatur, proùt
latiùs explicat *Lipſ. loco superiùs allegato*, ta-
mètsi *glo. in d. §. si ità in verb. lecticarius*, in eãdem
relabatur ineptissimam interpretationem de ser-
uis scientibus facere lecticas, ad idem est *tex. in
l. peculium, 67. in princ. vers. eadem sunt in lecti-
carijs, de leg. 2. & in l. vxori 14. ff. de aur. & arg.
leg.* atquè ità etiam aduertit *Io. Kal. in suo lexic.
Iurid. in verb. lecticarij serui.*

Opti-

Optimè igitur Martianus in *d.l.legatis* exem-
plificanit officium in Lecticario, qui solo corpo-
51 re munus suum explicat, artificium † verò in Co-
quo, in quo illud expressè agnouit, quidquid ibi
perperàm existimauerit glossa, & hanc fuisse men-
tem Iurisconsulti, clarius insinuat *tex eiusdem l.eum seq.§.si vnus*, ad quod etiam est *tex. in l. si
quid venditor 18. §. Venditor ff. de adil. edict.*
per quem *tex.* ità notat *Roman. sing. 655. incip.
nunquid esse coquum num. 1.* & plures cùm Phi-
losophi, tùm alij artis coquinariæ meminere,
quos refert *Tiraq. de nobil.cap.34. ex nu.35.*

Nequè tamèn quod de officio ibi sentit *tex. in
52 d. §. ex officio*, trahendum est ad † illam quoquè
speciem officij, quod exigitur in artifice, quippè in
Dialecticis nuncupamus etiam officium opus il-
lud extremum, quod ab Artifice præstari opor-
tet, vt fine proposito potiatur, vndè dicitur aliquid
officiosè fieri, idest diligentèr, & ex animo, *l.por-
tiones 21.ff.de his quib. vt indig.* ars enim imita-
tur naturam, quæ nil temerè, vel inordinatè facit,
§.minorem Inst.de adopt.

53 Est autèm Ars, † à qua dicitur artificium, scien-
tia finita, quæ arctat infinita, cum sit de infinitis
doctrina finita, vt ex Porphyrio pronunciauit *glo.
in l. 1. in princ. in verb. Ius est ars, de Iust. &
Iur.* & sic colligit præcepta, quibus constringitur,
*Luc. de Penn. in l.1.C.de excus. artif. lib. 10. Re-
buff. ad l. Labeo 14 de verb. signif. Cagnol. in
proœm.ff num.138.* quod tamèn refertur ad obie-
ctum internum, & prout ars quælibet dicitur vir-
tus intellectualis, *Cagnol. in eo. proœm. num. 238.*
versatur enim circà ea, quæ sciuntur, vt docet
*Tull. in 2. de Orat. Cuiac. in paratitl. de Iust. &
54 Iur.* & in hoc sensu potest † dici absolutè scientia,
vt docet *Arist. Metaphys. lib. 1. cap. 1.*

55 Quatenùs verò refertur † ad obiectum exter-
num, dùm exercetur per artificem, siue opificem,
nihil est aliud ars, quàm habitus quidam rectè fa-
ciendi, idest recta cum ratione, cuius contrarium
est habitus faciendi falsa cum ratione, vt pulchrè
docet *Arist. Ethic. 6. cap. 4.* & ex nostris *Bart. in
tract. de testim. num. 72.* Quapropter lex huma-
na, & naturalis prohibet, nè quis artem, quam
ignorat, exerceat, *cap. non est sine culpa de reg. iu.
in 6 cum concord. ibi alleg. Nauarr. in cap. inter
verba in 1 conel. num. 17 circà fin. 11. quæst. 3.*

56 Vndè patet, eũ qui artem aliquã adinuenit † sciẽ-
tificum dici, non autèm artificem, cum antè opus,
fuerit in eo ars; artifex enim propriè is dicitur,
qui ex operatione propria opus post illam relin-
quit, & sic Ars est simplicissima operis ratio, quã
consideramus in Architectone; artificium autèm
est operatio illa externa, ex qua opus educitur, vt
docet idem *Arist. de part. animal. lib 1. cap 1.*

57 Et in hoc sensu † confunditur artificiũ cum arte
ipsa, cuius statim consequuntur quatuor artium
genera ex Possidoni sententia, quam Seneca *epist.
88. circa med.* in hæc verba refert; *Sunt vulgares
& sordidæ, sunt ludicræ, sunt pueriles, sunt libe-
rales. Vulgares opificum, quæ manu constant, &
ad instruendam vitam occupata sunt, in quibus
nulla decoris, nulla honesti simulatio est; Ludi-
cræ sunt, quæ ad voluptatem oculorum, atque
aurium tendunt.* (& aliquibus interiectis) *His
impertitorum feriuntur oculi, omnia subdita (quia
causas non nouere) mirantium; Pueriles sunt, &
aliquid habentes liberalibus simile, eæ artes quas
ἐγκυκλίους Græci nostri liberales vocant; solæ autem
liberales sunt, imò (vt dicam verius) liberæ, quibus
58 cura virtus est.* Quibus verbis pro arte † liberali
accipit solam Philosophiam, vt explicat *Lips. in
manuduct. ad Stoic. lib. 1. dissert. 1. ad fin.* non
eâ quidem, quæ de causis naturalibus disputat,
59 sed quæ † ad mores pertinet, & ad regimen, cùm
sui ipsius, tùm Reipublicæ, & cuius culmen (vt ità
loquar) in cultu Iustitiæ consistit, quamquè ideò
*Vlpian. in l.1. in princ. vers. cuius merito ff. de
Iust. & Iur.* veram Philosophiam nuncupat, vtpo-
tè non in verbis, & sophismatibus, sed in ea do-
ctrina occupatam, qua frenare libidines, & Rem-
publicam tueri docemur, quod ibi latè prosequi-
tur *Cuiac. postum. tom. 3. in explicat. eius l. ad fin.
vers. addit in extremo.*

Officia ergò illa corpus atterere intelliguntur,
quæ consistunt in opera seruili, & mercenaria,
quod perstringens Cicero vbi suprà, ità docet,
60 *Illiberales autèm, & sordidi quæstus † mercena-
riorum omnium, quorum opera, non quorum
artes emuntur, est enim in illis ipsa merces aucto-
ramentum seruitutis.* Quibus verbis complecti-
tur omnes, qui locant operas suas personales ci-
trà vllum artificium; ratio differentiæ est, quià qui
locat operas personales, potest præcisè cogi per
conductorem ad exhibendam personam, quod
prorsùs est seruile, symbolizatquè in aliquo cum
eo, qui ad pretium participandum sese venunda-
ri passus est, quo nullum deterius mancipium,
§. Serui autèm Inst. de Iur. person. non item qui
61 locat artem, † nàm is veriùs dicitur conductor o-
peris, *l. opus 36. cũ seq ff. locat.* nèc ideò antè agit
ad mercedem, quàm sit perfectum opus, *l. 2. C.
eod. tit. l. Res appellatio 5. §. opere locato, & ibi
Aleiat. num. 4. de verb. signif.* quapropter nequè
hic verè dicitur seruire locatori, sed potiùs Archi-
tectoni artis quam exercet, vndè & operis appro-
batio minimè pendet ab arbitrio alterius, quàm
peritorum in eadem arte, vt probat *tex. in d.l.
opus, cum seq.*

Artificia verò idem corpus coinquinant, quo-
rum exercitium seruile est, quod pertinet ad om-
62 nes † opifices, nècnon ad omnes artes, quæ mi-
nistræ sunt voluptatum: ait enim Cicero vbi su-
prà, *Opificesquè omnes in sordida arte versantur,
nèc verò quidquam ingenuum potest habere offi-
63 cina.* Quippè opifices † ij omnes dicuntur, qui
Mechanicæ deseruiunt, quales sunt fabri omnes,
sic enim sumitur vox ista in *l. de pupillo §. nuncia-
tionem, vers. nunciare de no. oper. nunciat. in l. si
vsusfructus 16. §. sed si inter vers. si tamèn qua in.
Institut. de vsufr. Brisson. de verb. Iu. signif. lib.
13. in verb. Opifices*, & ex subiecta ratione illa,
*nèc verò quidquam ingenuum potest habere offi-
cina*, optimè indicatur signum sordium, vt qui vi-
64 delicèt officinam † aperit, quasi seruus, videatur
prostare; in quo sordities illa consistit, quod etiã
probat

probat tex. in l. Nauta ff. naut. caup. stabul. &
latissimè prosequitur Tiraq. de nobil. cap. 27. ex
num. 2. & per tot. Rimin. Iun. cons. 238. num. 14.
65 De artibus autèm, quæ ministræ † sunt volup-
tatum, idem Cicero ità scribit, minimequè artes
probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum, cetarij,
lanij, coqui, fartores, piscatores, vt ait Terentius,
adde his si placet, vnguentarios, saltatores, totum-
què ludum talarium: Quorum omnium vilita-
tem latissimè prosequitur idem Tiraq. eo. tract.
cap. 34. & ex num. 35. Et sanè de illis primis, mi-
nùs dubitandum fuerat, quibus adnumerari con-
66 sueuerunt qui aptant † pelles, & coria, similesquè
alij, gloss. in Clem. 1. in verb. macellariorum ad
fin. de vit. & honestat. cler. Specul. de cleric. con-
iug. sub num. 6. vers. item inhonestum, Rimin. d.
cons. 237. num. 13. & 14. Franc. de March. quæst.
419. num. 3 par. 2. De istis verò aliquo modo po-
67 terat † hæsitari, cum versentur circa admodùm
delectabilia, citra vllam illuuiem, aùt sorditiem
corporis: sed tamèn eodem Iure inter sordidos
reiecti sunt, quià reddant homines effœminatos,
vt considerat Alciat. in d. l. mercis appellatione
num. 25. de verb. signif. & propterea ex senten-
tia Possidonij, ludicras artes Seneca loco supraci-
tato subnectit vulgaribus, in quibus negat vllam
decori, aùt honesti simulationem esse. Et vnguen-
tarios, veluti cæteris deteriores, quòd dùm libi-
dini fomitem administrant, oleum etiam malè di-
sperdunt, Lacedæmonios à suis finibus expulisse,
meminit Seneca nat. quæst. lib. 4. cap. vlt. ad fin.
Alciat. loco proximè allegato, num 24.

Et hæc de plebeiorum sordido, & vili; de altero
68 verò, honesto † videlicet statu, ità idē Cicero. Qui-
bus autèm artibus, aut prudentia maior inest, aùt
non mediocris vtilitas quæritur, vt medicina, ar-
chitectura, vt doctrina rerum honestarum, eæ
sunt ijs, quorum ordini conueniunt, honestæ: Qui-
bus verbis videtur conciliare honestatem hanc
ex altero de duobus; Vno, si operationi maior
insit prudentia, quàm sit corporis exercitium,
vt in Architectura, in arte statuaria, & in pictoria;
69 quapropter † egregios Pictores, & statuarios,
etiàmsi toto corpore incumbant operi, quià ta-
mèn maior exquiritur pruedntia, & ingenij acu-
men, minimè inter viles, sed inter honestos repo-
nimus, ex sententia Alciat. in ead. l. mercis num.
26. vers. & ex hac de verb. signif. & conferunt quę
scribit Tiraq. in præcit. tract. de nobil. cap. 35.
num. 2. & 3. eademquè & maiori ratione gradum
hunc honestioris status tenebunt, qui doctrinæ in-
cumbunt rerum honestarum, qualis est medi-
cina, & quidquid versatur circa literas, cuiusmodi
70 sunt ars † scriptoria, itemquè Notariorum, & Cal-
culatorum, siuè tabulariorum, hos enim omnes
leges nostræ separant ab Opificibus, de quo-
rum mercede minimè Prætor extra ordinem Ius
71 dicit, vt habet † tex. in l. 1. § ludi quoquè literarij
ff. de var. & extraord. cognit. in hæc præcisa verba,
ludi quoquè literarij magistri, licèt non sint pro-
fessores, tamèn vsurpatum est, vt his quoquè Ius
dicatur, item & librarijs, & notarijs, & calcula-
toribus, siuè tabularijs, sed cæterarum artium opi-
ficibus, quæ sunt extra literas, vel notas posita,
nequaquam extra ordinem Ius dicere Præses de-
bebit, ità enim se habet lectio Florentina, quādo-
quidèm vulgata, est corrupta, quæ ideò ibi dece-
pit Bartolum, vt aduertit Rota apud Seraph. decis.
74. num. 3. Quippè ij omnes intelliguntur vacare
honestioribus muneribus, & disciplinis, vt pari-
tèr firmauit Rota apud eundem Seraphin. decis.
849. num. 3.

Altero, si eidē operationi non mediocris sit vti-
litas, quod explicatur secūdùm exemplum per ip-
72 summet subiectū, videlicèt in mercatura, quæ † si
magna (inquit) & copiosa, multa vndiquè appor-
tans, multisque sine vanitate impartiens, non est
admodum vituperanda, quamuis enim etiam
cessante vanitate, omnis quæstus nobilitati inde-
corus sit, vt ex Liuio, ipsoquè Cicerone colligit
Tiraq. in præcit. cap. 33. num. 6. ad fin. non est ta-
mèn indecorus statui plebeio, vt ex Platonis sen-
tentia, quæ ibi transcribitur, probat tex. in l. 2.
ff. de nundin. & clarior tex. in l. eos, ff. de Decurio.
Quinimò ex consuetudine alicuius populi tolera-
tur, nè nobilitati præiudicet, secundùm ea, quæ
tradūt Tiraq. post alios in tract. de Nobil. cap. 31.
num 21. & Otalo. in sua summa Nobil. Hispan.
par. 2. cap. 5. ex num. 25.
73 Ità etiam inter † plebeios honestos, hac ipsa
ratione vtilitatis publicæ, enumerantur Milites
gregatij: sicùt enim à simplici militia ad nobilita-
tem inferre ineptissimum est, cum nobilitas non
conscribatur vel tempore, vel loco, miles autèm
74 is † tantùm sit, qui meret stipendium in expedi-
tione, siuè ingenuus sit, siuè libertinus, nèc extra
castra vllus sit miles, Cuiac. postum. tom. 4. super
tit. C. de excus. tut. in 1. col. vers. miles est, & siuè
75 mereat pede, siuè equo, cùm † quod de dignitate
equestri statuitur in l. 1. C. de Equestr. dignit. lib.
12. minimè ad hos Milites pertineat, sed ad Equi-
tes, siuè Patritios Romanos, vt in d. l. vn. aduer-
tunt glo. & Doctores passim, & tradit præ cæteris,
Luc. de Penn. in Rubr. eius tit. sub. num 1. vers.
76 quamuis enim; nisi tamèn ipse † Princeps, vel Po-
pulus Iura Principis habens, alitèr decerneret,
iuxta doctrinam Bartoli communitèr receptam
in l. 1. num. 81. C. de dignit. lib. 12. Tiraq. de no-
bil. cap. 8. num. 18.

Ità nullus est, qui non agnoscat in militia quo-
77 què gregaria honestatem, cum illa † sit penitùs
disiuncta à quacunquè negotiatione, l. vn. C. ne-
got. nè milit. lib. 12. idemquè constituendum de
ipsa literatum scientia, qualiscūquè enim & quan-
78 taecūquè ea sit, † etiàmsi hominem honestet, vt su-
prà dictum est, tamèn non est tanti, vt sufficiat ad
eum eximendum à plebeitate, vt expressè voluit
Tiraq. in præcit. tract. cap. 5. num. 5. quamuis in
79 multis † nobilitas, & literarum scientia æquipa-
rentur, vt ibi per eum.

Quemadmodùm igitùr plebeiorum duplicem
fecimus gradum, priorem scilicèt, vilium, seù sor-
didorum, & alterum honestorum, ità nobilium,
qui suprà ipsam plebem sunt, duos facimus gra-
80 dus, † videlicet nobilium genere; & nobilium,
honoribus, vel diuitijs, prout hos gradus facit, &
distin-

distinguit *tex. in l. nobiliores C. de commer. & mercat.* & benè ibi explicat *Gottofred.* Vt cauendum sit à Barbatia, qui ex eo textu arbitratus fuit, eum non esse nobilem, in quo tria hæc non concurrunt, in *conf. 35. num. 1. eo. lib. 2.* vt eum etiam retulit *Tiraq. eo. tract. cap. 25. num. 3.* vt enim sensus hic est contra aperta verba dicti textus, ità ipse Barbatia parùm sibi constans alibi scripsit, ex dicto texto probari, nobilitatem constitui, aùt ex natalibus, aùt ex honoribus, aùt ex diuitijs, in *conf. 57. sub num. 51. vers. & facit quod habetur, eo. lib. 2.* vt paritèr eum retulit *Tiraq. eo. tract. cap. 3. num. 3.*

81 Ratio horum duorum graduum, est mos † antiquissimus, distinguendi nobiles genere, ab his quos nouos vocabat. Quippè hi soli nobiles nuncupabantur, qui imagines suorum maiorum magistratum aliquem Curulem perfunctorum, possent ostendere, iusquè illud ponendi huiusmodi imagines haberent, sinè è Patricijs essent, siuè è Plebe: Qui verò primi ex sua familia Magistratus huiusmodi capesscebant, eos nouos homines, quasi generis, & posteritatis suæ Principes appellarũt, vt demonstrant *Carol. Sigon. de antiqu. in. ciu. Rom. lib. 2. cap. vlt. & Lips. elect. lib. 1. cap. 29.*

Et propterea *tex. in d. l. nobiliores*, videtur quidem in eo casu eandem vim attribuere nouæ nobilitati, ex Iure honorum, ideſt Magistratuum,

82 prout † vox ista propriè sumitur in *§. Praetores quoque Instit. de iu. nat. gen. & ciu. Connan. in comment. iu. Ciu. lib. 15. num. 1.* Itemquè ex diui-

83 tijs, quæ & † ipsæ, si ingentes sint, hominem æquè honorabilem faciunt, & conspicuum, *Innocen. in cap. præsenti sub num. 2. sup. verb. honorabilibus, de rescrip.* quem sequitur *Alber. in l. Imperatores*

84 *13. num. 1. de Decurio.* vt ideò nobilitatem † cum diuitijs in connubijs compensari, scripserit *Bald. in cap. super eo il 2. num. 4 ad fin. in vlt. not. de testib.* vndequaquè aduenerint, cùm textus ille non distinguat, modò is qui eas construxit, diù perseueret in eodem statu, nobilium more viuendo, vndè constat, Thebanos, diuites per mercaturã effectos non antè admisisse ad honores, & munera ciuitatis, quàm si per decẽ annos ab ea destitissẽt, vt commemorat *Arist. in Polit. lib. 7. cap. 9.* & post eum *Tiraq. de nob. cap. 33. num. 5.* & de mercatura non tenui ità Cicero in *præcit. lib. Offic.* defini-

85 uit † *Si satiata quæstu, vèl contenta potiùs, vt sæpè ex alto in portum, sic ex ipso portu se in agros, possessionesquè contulerit, videtur iure optimo*

86 *posse laudari.* Vndè tria † hæc esse illa, quæ vbi animis insidere, homines super alios inflant, ex sententia *Xiphil. in August. Seneca*, & aliorũ optimè aduertit *Anton. Mornac. in præcit. l. nobiliores, vers. Xiphilinus denique cum seqq.*

Sed tamen, illam primam generis præfert; Et

87 iure quidèm merito, etiamsi † quisquam à suis maioribus circa mores, & virtutem degenerauerit, cùm nihilominùs debeatur virtuti Progenitorum, vt non præsentem solùm illam, sed etiam ablatam à conspectu colamus, vt quisquè egregijs maioribus ortus est, qualiscunque est, sub vmbra suorum lateat, vt loca sordida repercussu Solis illustrantur, ità inertes maiorum suorum luce resplendeant, vt ità his verbis præclarè docet *Seneca de benef. lib. 4. cap. 30.*

Et propterea neque omnes nobiles genere eodem ordine consistunt; alij enim Illustres sunt,

88 alij † verò non Illustres, Illustres enim tantùm ij dicuntur, quorum genus splendet Iurisdictione, & Imperio; vndè præter eos qui à Ducibus, vel Comitibus sunt progeniti, nulli nobilium, iure nobilitatis generis, conuenit titulus hic *illustris*, *Barbat. conf. 57. sub num. 6. vers. modo in casu nostro lib. 2.* præcipuè si clerici sint, *Præpos. in can. illud num. 1. 10. quæst. 3.*

Quæ distinctio procedit secũdùm priscum, & eũ quidem honestissimum morem, videlicèt titulum hunc, Illustris, referendi ad genus ipsum ex magistratibus nobilitatum, iurequè ponendi imagines,

89 conspicuũ, vndè neque omnes † Senatores reputabãtur illustres, vt probat *tex. in l. 2. C. de tut. & curat. illustr.* & plenè explicat *Cuiac. 4. postum. ad eundẽ tit. in 1. col. & to. 1. ad l. 15. de excusat. in 1. col. vers. varij fuere*, vbi probat, eos tãtùm dictos Illustres, qui & essent Cõsulares, Consul enim erat magistratus Senatorius, vt probat *tex. in §. lex est Instit. de iu. nat. gent. & ciu.* Vndè etiam resoluitur tota ea disceptatio Menochij *de arbitr. cas. 68. ex nu. 20.* an Senator possit dici illustris; fit

90 enim distinctio inter Senatores ex genere † Cõsulari, & alios, qui nõ essent Cõsulares, qui propterea nèc simplicitèr nobiles æstimabantur, conuertuntur enim hæc, vt patet etiam ex graui testimonio *Apule. in flor. lib. 1.* ità declamantis, *Nã ex innumeris hominibus, pauci Senatores, ex Senatoribus, pauci nobiles genere, & ex his Consularibus, pauci boni, & adhuc ex bonis, pauci eruditi.*

Subacta enim Republica, & post necẽ Iulij, per gratiã, & præmiũ plures fuere in Senatum allecti,

91 quos † orcinos, siuè orciuos vulgus vocabat, vt diserte scribit *Suet. in August. cap. 35.* non quidèm ità dictos ad exemplum directò manumissorum in

92 testamento, qui post † orcum, ideſt obitum defuncti illi fiebant liberti, vt in *§. qui autèm ex fideicommissi, Instit. de sing. reb. per fid. relic.* quasi & isti fuerint ex ipsius Iulij testamento in Senatum adscripti, vt sentit *Cuiac. postum. to. 2. ad Saluium Iulianum, in interpr. l. duo socij, 8. de hæred. instit.*

93 sed ità dictos † tanquàm obscuros, & ignobiles, & quasi natos Orco, terraquè ipsa, vt ad eum locum Suetonij aduertit *Leuin. Torrent.* Indèquè existimo, processisse vulgatum illud Horatij *lib. 1. sat 6.*

Nam vt quisquè insanus nigris medium impedijt crus
Pellibus, & latum demisit pectore clauum,
Audit continuò, quis homo hic? aùt quo patre natus?

Quod etiam retulit, (quamuis ad alium effectum) *Anton. Mornac. ad l. 2. C. Vbi Senat. vel clariss. in princ.*

94 Neque ideò ex eo tempore melioris † conditionis fuit Ordo Equester, cuius respectu, Senatorius dicebatur Amplissimus, vt in *l. cum te, vbi optima gloss. margin. C. de nupt.* vtcunquè enim olim

fermè

95 fermè constaret ex progenie † Senatorum, qui dicebantur Patritij, & donec in Senatum legerentur, consueuerint vocari Trossuli, & Principes Iuuentutis, vt pulchrè explicat *Lips. elect. lib. 2. cap.*
96 *6.* quapropter † dicebatur ordo hic Seminarium Senatorum, vt apud *Liu. Dec. 5. lib. 2.* in oratione Persei ad milites suos post fusos Romanos, & Lampridium in Alexandro Seuero, notaruntquè ex nostris *Cuiac. obser. lib. 7. cap. 24. & Tholos. syntag. Iur. lib. 47. cap. 24. num. 1c.* cœpit & ipse eadem ratione commaculari, licèt & priùs nequè
97 statim † posset inferri ab hoc ordine ad nobilitatem generis. Et multò minùs hodiè qui se Equitem affirmaret, aliquid videretur asserere de huiusmodi nobilitate generis, præterquàm si eius esset ordinis, intra quem non admittuntur, nisi Vi-
98 ri generosæ † nobilitatis, quod tenacissimè semper seruauit, seruatquè Ordo S. Ioannis Hierosolymitani, *Rota decis. 297. num. 4. & decis. 504. num. 4. par. 1. & decis. 535 num. 2. par. 2. in recent.*

99 Itaquè, vbicunquè in hac materia venit † æstimanda dignitas personæ petentis alimenta, facillimè ex præmissis poterit firmari Iudicis arbitriũ, à quo pendet, dùm in eum scopum iudicium diriget, nè patronus huiusmodi pauper, iacturam etiã honoris faciat: quod contigerit, vbicunquè de
100 superiori aliquo gradu † in inferiorem reijcietur, contra *tex. in l. maioribus bonoribus C. quand. ciu. mun. indic. lib. 10.* & in explicatione eius tituli notat *Garf. Tolet. sub num. 4. vers. deindè quod nemo, Gonzal. ad Reg. de mensib. gloss. 5. §. 9. num. 111.*

101 Et ità est explicãda propositio † illa indefinita, quam subintulit *Rota supracit. decis. 594. num. 3. par. 4. in recent.* videlicèt non esse indecorum exercere artem, quam sui maiores exercuerunt, quià ea non procedit, nisi qui rei citur ad huiusmodi artem, sit in eodem gradu, & statu, in quo erant sui maiores, qui illam exercebãt, secùs verò si sit in altiori gradu, ità vt sibi sit summę verecũdiæ tale exercitium. Et insuper si de exercitio alicuius artis (prout ars distinguitur ab officio) age-
102 retur, incumberet † Ecclesiæ hoc etiam onus probandi, actorem callere huiusmodi artem, vt deducit *Rol. cons. 54. num. 76. vol. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta ad beneficium plenum, est nulla.*
2 *Patronus, pleno beneficio, babet facultatem præsentandi in habitu, sed non in actu.*
3 *Patronus, non potest destituere Rectorem beneficij.*
4 *Patroni qui præsentauit, mutata voluntate, non mutatur persona Rectoris instituti.*
5 *Mortis alterius captanda votum, leges detestantur.*
6 *Patronus, nec quidèm consentiente Episcopo, potest præsentare ad vacaturum.*
7 *Præsentatus ad vacaturum, reputatur ambitiosus, & susceptor voti mortis alterius.*
8 *Patronus, beneficio pleno, habet potestatem præsentandi alligatam.*
9 *Patronus promittens præsentare aliquem ad beneficium vacaturum, incurrit peccatum mortale.*
10 *Patronus, in casu necessaria absentia, rectè, & validè constituit Procuratorem ad præsentandum, etiam ad vnicum beneficium.*
11 *Vbi tamèn constituitur ad vnum certum beneficium, an sit necessarium mandatum ad omnia negotia.*
12 *Patronus, non potest constituere Procuratorem ad præsentandum certam personam, dùm Beneficium adhùc est plenum, etiam quòd propter absentiam habeat iustam causam constituendi.*
13 *Patronus, cessante necessitate, aut iusta causa absentia, an possit constituere Procuratorem ad præsentandum ad Beneficium vacaturum.*
14 *Generalis dispositio, resoluitur in specialem, vbi non potest verificari nisi in vna specie.*
15 *Patronus, cessante causa absentia, an possit Procuratorem constituere, qui præsentet ad primũ vacaturum ex pluribus.*
16 *Et concluditur affirmatiuè.*
17 *Maximè, dictio, exprimit casum minùs dubitabilem, in ordine ad magis dubitabilem.*
18 *Præsentatio facta per Procuratorem cõstitutum, antequàm vacaret Beneficium, an sustineatur.*
19 *Præsentatio facta adhuc pleno beneficio, ta nquàm ad vacans, an conualescat subsecuta vacatione.*
20 *Et quæ sit ratio affirmatiua sententia.*
21 *Et an procedat eadem affirmatiua, si contingat vacatio diuersa ab ea, quæ priùs supponebatur.*
22 *Præsentationis tempus, in Laico est quadrimestre, in Ecclesiastico semestre.*
23 *Præsentandi terminus, non currit ex die vacationis, sed ex die habita notitia.*
24 *Quæ notitia, debet esse indubitata.*
25 *Vacationis scientia, quatenus pendet ab arbitrio Iudicis, ex quibus constituatur.*
26 *Præsentatio resoluitur, si orta inter præsentantes discordia, non possit infrà Iuris terminum finiri, nec possit Episcopus sine scandalo cui vult gratificari.*
27 *Scandalum, de quo in cap. quoniã in quibusdam, de Iure Patron. qualitèr accipiatur.*
28 *Lis de qua in cap. quoniam in quibusdam, de Iure Patron. qualitèr accipiatur.*
29 *Indignus, quis reputetur, vt de eo facta præsentatio, nulla sit.*
30 *Præsentatio de indigno, facta per vnum ex pluribus patronis, an præiudicet alijs.*
31 *Mandatum, non debet trahi ad factum, vndè mãdans plectatur.*
32 *Mandatum, nunquàm ità interpretandum, vt trahatur vltrà intentionem mandantis.*
33 *Præsentatio, exigit concursum trium personarum.*
34 *Præsentati persona eùr realitèr exhibenda habenti instituere.*
35 *Præsentatio facta extrà præsentiam habentis instituere*

QVÆSTIO VI.

Præsentatio, quatenùs est fructus Iuris patronatus, quenàm exigat, vt validè fiat? & an semper patrono debeatur.



VT præsentatio validè fiat, tria exigit, Primum, vt beneficium vacet, si enim
1 fieret † adhùc pleno beneficio, vtiquè nullius esset momenti, *cap. illud*, ibi, *tùm quià de re non vacanti facta est, ex. de Iur. patron.* clarior textus, vbi notant omnes, in *cap. vlt. de conceß. preb. Paul. de Citta. in tract. de Iur patron. 6. par. art. 3. nu. 73. & 74. Lambert. eod. tract. lib. 2. par. 1. quæst. 6. art. 19 num. 1. & per tot. Dec. consf. 541. num. 1. Rol consf. 47. num. 54. lib. 1. Rebuff. in prax. tit. de reprob. Benef. vtuen. impetrat. num. 26.* vbi alij allegantur. *Bellamer decis. 751. num. 1. Gregor. decis. 420 num. 3.*

2 Ratio est, quià dùm † plenum est beneficium, Patronus habet quidem potestatem præsentandi in habitu, at minimè in actu, *Lambert. in præallegata quæst. 6. art. 1. num 2. & 3. Duen. Reg. 279. Barbos. in Collect. ad idem cap. vlt. num. 5.*

3 Nam si velit præsentare, vt † destituatur is, qui beneficium obtinet, illi aduertatur manifestus defectus potestatis. *cap. præterea 4. de Iur. patron.*
4 absurdum enim est, cum mutatione † voluntatis ipsius patroni, mutari etiam Rectorem beneficij, *Rom. consf. 465 sub num. 1. post med. vers. mutatio enim voluntatis.*

5 Si autèm velit præuenire † vacationem, itàut præsentatio sortiatur effectum post cessum, vel decessum absentis, eidem aduersatur, quod idipsum repugnet moribus nostris, quibus votum captandæ mortis alterius vbiquè detestamur, *l. vlt. C. de pact. cap. 2. & cap. ex tenore de conceß. praben.*
6 quapropter † neque hoc casu illi potest suffragari consensus, seu auctoritas Ordinarij, *Gregor. d. decis. 420, sub num 4 vers. nec facit.*

Quòcirca, etiamsi respectu ipsius præsentantis videatur cessare consideratio hæc directò, nihilo-
7 minùs respectu† præsētati impossibile est separare ab huiusmodi actu detestabile huiusmodi votum, & ambitum, vt aduertit *Rota apud Put. decis. 238. sub num. 3. vers. quià respondetur, lib. 1. Roland. consf. 47. sub. num. 53. vers. item nec pariter, vol. 1.*

8 Hinc potestatem † hanc in patrono, dùm plenum est beneficium, Doctores nuncupant potestatem alligatam, idest minimè exequibilem, *Io. Andr.*

Andr. in eo. cap. fina. sub num. 3. super verb. irritum, & ibi etiam Butr. num. 7. de conceß. praben. & pronũciauit *Rota in vna Pampilonen. beneficij de Huarte 17. Februarij 1605. coram Iusto, & apud Greg. d. decis. 420. num. 3.*

9 Quòd si Patronus non † præsentet, sed promittat alicui se eum præsentaturum in casu futuræ vacationis, nihilominùs quià ex hoc actu æquè inducitur votum captandæ mortis, non excusabitur à peccato mortali, vt disputat, & concludit *Spino de testam. gloß. 4. num. 102.*

Plurimùm tamèn controuertitur, an liceat eidem patrono, constituere procuratorem, qui in huiusmodi casu occurrentis vacationis præsentare valeat; in quo articulo sunt distinguendi duo casus.

10 Prior est, vbi Patronus † longè abest à beneficio, aùt peregrè est ab eo recessurus, vt verisimilitèr possit dubitari, quòd beneficium sit vacaturum in illius absentia; & hoc quidèm casu, omnes conueniunt, licitè posse per eum huiusmodi procuratorem constitui, non solùm, si plura sint beneficia, ad quæ habeat Ius patronatus, sed etiam si sit vnum duntaxàt, vt docet *Ioann. Andr. in eodem cap. vlt. sub num. 3. ad fin.* quem ibi sequitur *Imola sub num. 6. verf. & sic residet*, probauitquè *Rota in præallegata Pampilonen. beneficij de Huarte*, & latè etiam tradit *Lambert. d. lib. 2. par. 2. in 4. quæst. art. 3. per tot.*

11 Et quamuis *Ioann. Andr.* subijciat † adhùc magis excludi fraudem, si eundem procuratorem constituat ad omnia sua negotia, nihilominùs istud non est præcisè necessarium, vbicunquè subest iusta causa absentiæ huiusmodi, si plura sint beneficia, sed benè est necessarium, si vnum tantùm supponeretur, secundùm *Nicol. de Mil. in verb. Patronus potest procuratorem*, & videtur hæc distinctio probari per *Abb. in eodem cap. vlt. sub num. 6 verf. tamèn dicunt Doctores*, quod inferiùs explicabitur.

12 Declaratur tamèn hic casus, vt non † procedat, vbicunquè conciperetur mandatum ad præsentandam personam certam, tùnc enim recurreret eadem ratio inductiua voti captandæ mortis, cuius præsumptio constituitur in illa spe, vt habet *textus in d. l. vlt. C. de pact.* quod optimè etiam declarat *Verall. decis. 282. num. 2. par. 1.* & fuit decisum *in vna Pampilonen. parochialis de Licaroz. 17. Maij 1595. coram Orano*, cuius meminit *Garzias de benef. par. 10. cap. 1. num. aa.* & fuit confirmata *19. Ianuarij 1598. coram Peregrino*, vt etiam refert *Marescot. varia. resolut. lib. 2. cap. 33. num. 1.*

13 Alter est casus, quando nulla † huiusmodi subest necessitas, aùt iusta causa absentiæ; & hoc sanè videtur distinguendum, aùt patronus habet patronatum ad vnum tantùm beneficium, & non valet, etiàm si cõstituat ad præsentandũ ad omnia in ge-

14 nere, nàm † dispositio quantumuis generalis, resoluitur in specialem, vbi non potest verificari, nisi in vna specie, *l. 2. ff. de liber. & posthum. Bart. in l. qui Roma, §. duo fratres, sub n. 19. verf. aùt nulla causa*, & ibi etiam *Rip. num. 79. de verb. oblig. gloss. vlt. in cap. ex parte 12. de offic. deleg. Gabriel. consil. 57. num. 45. & 46. vol. 1. Paris. consil. 53. num. 12. vol. 3. cum alijs allegatis per Caphal. consil. 23. num. 26.*

15 Aùt habet plura; & adhùc † videtur dicendum, mandatum esse nullum, neque in eius vim factam præsentationem sustineri, nisi excludatur præsumptio fraudis ex iustitia causæ circa absentiam, & nisi cum facultate præsentandi concurrat etiam generalis facultas administrandi omnia negotia, per doctrinam *Ioann. Andr. in d. cap. final. sub eodem num. 3. verf. dicam hoc dictum*, quam in his terminis probauit *Rota apud Greg. d. decis. 420. num. 5.*

16 Verùm contrarium videtur † tenendum, quià data pluralitate beneficiorum, & non designata certa persona, quæ præsentari debeat, prorsùs excluditur votum captandæ mortis, *cap. constitutus eod. titul. de conceßion. præben.* & hoc est quod docuit Guido Episcopus Mutinen. cuius sententiã retulit, & probauit *Ioann. Andr. vbi supra verf. Guido nunc Episcopus*, & propterea cessat in cõtrarium allegata doctrina eiusdem Ioannis Andreæ, qui licèt dixerit opinionem Guidonis, tùm maximè procedere, si Patronus habeat iustam causam constituendi procuratorem propter absentiam, & adhùc magis si eum constituat procuratorem omnium negotiorum, tamèn cum loquatur per dictionem ampliatiuam, *maximè*, euidentèr sentit opinionem Guidonis simplicitèr esse

17 veram, cùm natura † dictionis huius, *maximè*, sit exprimere casum minùs dubitabilem in ordine ad magis dubitabilem, *l. qui se patris C. vndè liberi, cum simil.* quod benè aduerterunt in *eod. cap. vlt. de conceß. præbend. Abb. sub num. 6. post med. verf. & põ lera, & Ioan. de Imol. sub num. 8. verf. facit quod notauit*, & hanc opinionem communem professus est *Lambert. d. lib. 2. par. 1. quæst. 4. art. 3. sub num. 9. ad fin. verf. sed quia, vt vidisti:* & proptereà sanctæ memoriæ Gregorius XV. resolutionem coram se factam in dubium reuocauit, vt eadem *decis. 420. num. 6.* vt ideò ea Rotæ sententia, non videatur admittenda, nisi alia concurrant, quæ fraudem arguant.

Difficultas adhùc tamèn in eo maximè versatur

18 an † si Procurator fuerit constitutus ad præsentandum, adhùc pleno beneficio, & abstinuerit ab executione mandati huius, valeat postmodùm subsecuta vacatione, in vim illius mandati præsentare? In quo articulo licèt *Dec. consil. 172. sub nu. 1. verf. nec obstat*, videatur tenuisse opinionem affirmatiuam, tamèn cõtrarium tenuit Rota reprobando dictum consilium, vt per *Cassad. decis. 5. ex nu. 1. & per tot. de Iur. patronat.* ea viua ratione, quam non considerauit *Dec.* quòd illicò mandato huiusmodi concesso, fuerit eius effectus consumatus in inductione voti captandæ mortis, vt latè explicatur eadem *decis. 5. num. 3.*

19 Fatendum est tamèn, Patrono † existimante beneficium vacare, aliud dicendum fore, siuè ipse dederit mandatum ad præsentandum, siuè de facto præsentauerit, in his enim terminis possunt sustineri deducta per *Dec. in eodem consil. 172.* vt optimè

optimè tradit *Marescot. variar. resolut. lib. 2. cap. 33. sub num. 4. vers. sed quid si patronus, cum seqq.*

20 Nàm vbicunquè succedit † vacatio, si ipse pa-
tronus præsentationem promoueat, petendo in-
stitui præsentatum, actus hic habet vim nouæ præ-
sentationis, si verò non ipse, sed qui priùs fuit
præsentatus, pro eadem institutione insistat, cen-
setur etiam id facere in vim mandati eiusdem pa-
troni, qui semel ei voluntatem suam accommo-
dauit, *Rota decis. 16. sub num. 3. vers. credo ta-
men de renunciat. in antiquis*, & ità fuit deci-
sum in *vna Vercellen. capellania 16. Ianuarij
1606. coram Reuerendiss. Domino Attrebaten.* in
qua fuit etiam firmatum, hoc idem procedere,
21 si † modus vacationis, esset diuersus ab eo qui
priùs supponebatur, ex eadem *decis. 16.* & fue-
rat priùs hoc idem, excusso articulo, resolutum in
eadem causa *Vercellen. Capellaniæ, 7. May
1601. coram Illustrissimo Domino Cardinali
Millino*, in qua fuit etiam allegata alia simi-
lis resolutio in *vna Mediolanen. Iuris patrona-
tus 3. May 1598. coram bo. mem. Cardinali Blan-
chetto.*

Secundum exigit, nè fiat post terminum Iuris,
22 qui in laico Patrono est quadrimestris, † *cap.
quoniam, & cap. cum propter de Iure patronat.*
in Ecclesiastico verò semestris, *cap. cam te, eodem
titulo.*

23 Currit autèm † terminus hic, non ex die [va-
cationis, sed ex die habitæ notitiæ, *Rota in an-
tiquioribus Bisignett. decis. 7. de praben. Gab.
cons. 185. num. 9. lib. 2. Rota decis. 481. num. 1.
par. 1.*

24 Eademquè notitia, debet esse † indubitata, vbi
enim tractatur de puniendo negligentiam alicu-
ius, non sufficit scientia præsumpta, etiam ex eo
quod publicum est, *Put. decis. 142. sub num. 2.
vers. vbi quando tractatur, lib. 1. in correct. Lap.
alleg. 78. numer. 12. Mohed. decis. 4. de prob.
&* quamuis olim aliud visum fuerit ex *decis. 1.
de Iur. patronat. in antiq.* hodie tamèn ea
decisio non seruatur, *Verall. decis. 248. par. 3.*

25 In hoc autèm statuendo, Iudex † plerumquè
considerat qualitatem beneficij, modum vaca-
tionis, locorum distantiam, & ex his omnibus
arbitratur scientiam, aùt ignorantiam, *Ioann.
Andr. in cap. ex parte, sub num. 2. vers. solue
bonus Iudex, de concession. præbend.* quem se-
quitur *Abb. in cap. quià diuersitatem, sub num.
7. vers. vide etiam, eodem titul.* & fuit etiam di-
ctum in *Pampilonen. beneficij de Huarte, 10. Maij
1595. coram Iusto.*

Contingit autèm, etiàm facta præsentatione
intra terminum Iuris, eam nihilominùs elidi, velu-
26 ti si orta † inter plures præsentantes discordia
super pertinentia Iuris patronatus, ea non finia-
tur intra huiusmodi terminum, tùnc enim ela-
pso huiusmodi termino, Episcopus liberè con-
fert; quemadmodùm etiam, vbi non posset
Episcopus ex duobus præsentatis alterum præe-
ligere sine scandalo, prout determinat *tex. in
cap. quoniam in quibusdam, eodem titul. de
Iur. patronat.* Qui textus quemadmodùm duos
determinat casus, ità est restringendus ad illos,
vt primum quod ponit de scandalo, non refera-
27 tur ad † simplex scandalum ex lite, nequè ad
scandalum Iuris, sed ad scandalum facti, & qui-
dem atrocis, & cui ipse Iudex occurrere ne-
queat, vt declarat *Lap. d. allegat. 78. num. 15.
& 16.*

28 Quod verò mox ponit de simplici † lite, et il-
lius duratione, debeat intelligi de lite inter præ-
sentatos se ad inuicem protrudentes, aliàs facil-
limũ esset vel ipsi habenti instituere, ex sola dene-
gatione, impedimentum ex hac parte promoue-
re, *Ioan. Andr. in cap. cum vos num. 3. & 5. de
offic. ord.* & ibi etiam *But. num. 7. vers. Iura ergò,
Imola itidem num. 7. Lap. d. allegat. 78. num. 15.
Rot. in recent. decis. 586. num. 7. par. 4. Gregor.
decis. 94. num. 10.*

29 Itemquè remanet elisa, † si præsentetur minùs
idoneus, vel indignus; ità tamèn vt si proponatur
indignitas ex aliquo crimine canonico, requira-
tur sententia condemnatoria pro tali crimine in
specie, itaùt non sufficiat delictum fuisse perspe-
ctum, & sequutam condemnationem, sed exigatur
condemnatio pro ipso delicto, *Rot. in recent. par
3. decis. 195. num 2.* Cæterùm pro æstimanda om-
ni alia indignitate perpetuò est procedendum
secundùm distinctiones, & declarationes, quas ex
multis, more suo, in vnum collegit *Lamber. de Iur.
patronat. lib. 2. par. 1. quæst. 10. art. 4. ex num. 21.
vers. & ista sunt.*

30 Et vbi exercitium † præsentandi est diuisum
inter plures, iuxta *Clem. plures de Iur. patronat.*
& per vnum duntaxàt esset præsentatus indignus
aliquis, alijs non noceret huiusmodi præsentatio,
quominùs ij possint intra eundem terminum Iu-
ris personam idoneam præsentare, quià ius illud
in ipsis consolidatur per ius non decrescendi, e-
tiam quod essent minoris numeri, *Lambertin. d.
quæst. 10. art. 5. sub num. 10. vers. septimus est
casus & lib. 2. par. 3. quæst. 4. art. 5. num. 4.* & fir-
mauit *Rota in Vercellen. Capellania, 19. Iunij
1606. coram Reuerendiss. Domino Attrebaten* in
qua fuit id ampliatum, etiam quod præsentans
indignum habuisset mandatum (indetermina-
tum tamen) ad præsentandum ab alio patrono,
31 cum † mandatum non debeat trahi ad factum,
vndè mandans incidat in pœnam, *Gloss. in
cap. dilecto, in verb. Generalis*, & ibi *Imol. num.
21. de præben.* & est *tex. in l. si procurator, vers.
Celsus*, & ibi *Ias. num. 4. de condict. indeb. Me-
noch. qui alios allegat, consil. 296.* cùm enim
32 verisimile non sit † datum esse mandatum ad præ-
sentandum personam indignam, sed potiùs di-
gnam, si illud alitèr interpretaremur, extendere-
tur actus vltrà intentionem agentis, quod non
est dicendum, *vulg. l. non omnis ff. si certum pet.
Verall. decis. 185. num 8. & decis. 186. num 2.
par. 2.* Semota ergò omni culpa ipsius mandan-
tis, persona ipsius non potest puniri ex delicto
alterius patroni qui fuit in culpa, *l. si quis suo te-
stamento, ad fin. C. de inoffic. testamen. gloss. in
extrauagan. iniuncta, in verb. non præsumant,*
de

de election. inter communes, & in consequens, cum sit positum ius patronatus in singulis in solidum, nec inter se faciant partes alitèr, quàm per concursum, solidatur, vt dixi, totum ius in hoc vno per ius non decrescendi, *l. planè 34. §. si coniunctim de legat. 1. Bart. in l. vnic. §. vbi autèm num. 5. C. de caducis tollendis*, *Cardos. de Iure accrescendi in §. si eadem, num. 12.*

33 Tertium deniquè exigitur pro † validitate præsentationis, vt suscipiat formam suam ex concursu trium personarum, videlicèt præsentantis, præsentati, & habentis instituere, itaùt omninò exigatur præsentia præsentati, & instituere habentis *Gloss. in Clement. dudum in verb. præsentari de sepulturis*, *Abb. in cap. ea noscitur num. 3. de his, quæ fiunt à Præl. sine consen. Capit. & in cap. final. nu. 4. de Iur. patronat. & in cap. in Lateranen. num. 6. de præbend. Idem Abb. in consil. 76. num. 2. par. 2. Crescent. decis. 6. num. 9. eodem titul. Rota in nouis, decis. 3. pariter eodem titul.* vbi

34 affertur ratio, † vt videlicèt possit habens instituere, disquirere an persona sit idonea, & secundùm præmissa respondit Rota in vna *Regien. Prioratus 26. Iunij 1587. coram Cardinali Pamphilio*.

Qua ratione, actus ille præsentationis factæ

35 extra † præsentiam habentis instituere, resoluitur in simplicem nominationem, per quam non quæritur ius aliquod considerabile, aut præferuabile ipsi ità præsentato, seù veriùs nominato, *Crescent. d. decis. 6. num. 9.* & fuit latissimè decisum in *vna Hipporregien. Plebaniæ 25. Iunij 1610. coram Reuerendiss. Domino Attrebaten.* quip-

36 pè † potiùs est quædam impropria, & verbalis electio personæ, vt præsentetur, quàm præsentatio, vt ait *Abb. in d. cap. vltim. num. 4. de Iur. patronat.* vbi *num. 5.* ponit practicam præsentationis huius.

Quod est maximè obseruandum, præcipuè ad effectum variationis: Nàm huiusmodi simplex nominatio, seù verbalis præsentatio non impedit variationem, sed potiùs non admittit exceptionem actus præsentationis iàm consumati, inchoatus enim veriùs videtur, quàm cōsumatus, vt latè tradit *Lambertin. lib. 2. par. 2. quæst. 7. art. 2. ex num. 2. & num. 5. vers. dico enim, & art. 3. per tot.*

37 Quamuis autèm respectu personæ † præsentati, videatur cessare supradicta ratio, vbicunquè persona est nota habenti instituere, vt declarat *Abb. in d. cap. ea noscitur, num. 3. & d. consil. 76. num. 2. vers. sed in casu nostro*, *Lambertin. d. lib. 2. par. 1. quæst. 11. art. 5. sub num. 1. ad fin. per tot.*

38 Tamèn id intelligitur, si ipse † præsentatus infra terminum Iuris exhibeat instrumentum præsentationis coram tali habente instituere, *Rota d. decis. 3. de Iur. patronat. in no. Roth. eo. tract. in verb. Honorificum, quæst. 5. nu. 26. Lap. allegat. 75. num. 6. & 7.* adeò vt respectu ipsius præsentati interueniat acceptatio intra terminum supradictum, saltem per procuratorem specialem, vt declarat *Lambertin. vbi supra ex num. 2.* quæ specialitas vt procedat, declarauit Rota in inferiùs alleganda causa *Aurien. Parochialis*.

39 Nequè excusaretur Patronus † qui nominasset præsentem vel absentem, cui posteà consignasset nominationis instrumentum, sub prætextu quod existimaret, eum non segnem esse, sed sollicitum, & diligentem, quià cum sciret adhùc exigi præsentiam habentis instituere, non censetur adimpleuisse quicquid fuerat necessarium ex parte sua, indequè adhùc versatur in culpa, si infra statum tempus non fuit perfectus actus præsentationis, vt resoluit *Rota eod. tit. de Iur. patronat. in nouis, decis. 3. vers. respondebatur ad vltimum*.

40 Quandocunquè autèm † prætenditur notitia personæ præsentatæ in habente instituere, ad sustinendum actum præsentationis factæ in eius absentia, talis exigitur notitia, quæ concludat ad Idoneitatem, vt non indigeat examine, prout ità loqui videtur *Abbas in præcit. consil. 76. num. 2. circa fin. Lambertin. d. lib. 2. par. 1. quæst. 11. art. 5. num. 2.* & ità declarauit Rota in superiùs allegata *Hipporregien. Plebaniæ*.

41 Et quamuis durum sit † inducere hanc præsumptionem notitiæ ex sola qualitate hac, quià præsentatus sit Diœcesanus, quod tamèn firmauit *Rota in vna Amerina Iuris patronatus 17. Nouembris 1614. coram R.P.D. Pirouano, ex Verall. decis. 406. par. 2. & Put. decis. 331. secundùm vltimam impressionem, num. 3. lib. 1.* crederem

42 tamèn, præsumptionem hanc præualere † si concurreret illius præsentationis admissio per eundem habentē instituere; eo enim ipso quod talem præsentationem admisit, præsumitur habere sufficientem notitiam de absente, inquit *Abb. d. consil. 76. sub n. 3. vers. & præsumo Ordinarium*, quem sequutus fuit *Lambertin. d. quæst. 11. art. 4. num. 1. & art. 5. num. 6. vers. extende*.

Nequè tamèn ad istum effectum exigitur explicita acceptatio, sed est satis quod instituere

43 habens, illam † recipiat, etiam cum clausula, *saluo Iure alieno*, vt in casu *Abbatis vbi supra sub num. 2. versic. sed in casu*, vel etiam cum clausula *si, & in quantum, &c. Lambertin. eodem tractat.*

44 *lib. 2. par. 2. quæst. 6. art. 1. num. 1.* Imò satis † est, quod præsentationem non reijciat, *Archid. in cap. 1. sub nu. 3. in verb. præsentatos functo num. 5. de institut. in 6.* & hanc sententiam probauit *Rota in vna Lucana Parochialis, 7. & 14. Maij 1590. coram Gypsio*, *in Firman. beneficij 20. Iunij 1597. coram Penia*, & tandèm *in Aurien. Parochialis 11. Ianuarij 1613. coram Vbaldo*.

Et licèt versaremur in casu, quo foret necessariū

45 examen pro forma, quià † scilicèt ageretur de Parochiali, *Paris. de resignat. lib. 8 quæst. 5. ex n. 37.* & plenè fuit decisum *in d. Hipporregien. & in eadem Aurien. 22. Aprilis 1611. coram Penia*.

Attamèn adhùc idē foret: est enim aduertendū

46 aliud † esse quod examen requiratur pro detegēda habilitate præsentati, vt præsentatio admittatur, & longè aliud vt requiratur pro forma, ad effectum institu-

institutionis; Licèt ergò notitia, quam habet ordinarius, non suppleat hanc formam, vt sine ea possit instituere, supplet tamèn examen, vt præsentationè recipiat, & illa, per receptionè hàc perfecta, tribuat ius ad rem ipsi præsentato, cui posteà satis est se subijcere, examini illi pro forma requisito de tempore institutionis, vt subtilitèr distinxit *Rota in Burgen. Abbatia de Sobarzo 19. Decembris 1588. coram bon. mem. Penia, & in d. Aurien. coram eodem, & coram Vbaldo.*

Respectu verò personæ habentis instituere, illa

47 la debet omnino † interuenire, ità quod supposito quod inferior ab Episcopo debeat instituere, non excusaretur is, qui neglecto præsentare coram tali persona, subieciſſet præsentandum ipsi Episcopo pro examine, quod resoluit *Rota in vna Mediolanen Iuris patronatus 22. May 1575. coram bon. memor. Cardinali Blanchetto, cuius meminit Garzias de beneficijs par. 10. capit. 3. num. 6.*

Excusaretur tamèn à deuolutione, si præsentaret

48 coram alio † quem rationabili aliqua ex causa crederet habere ius instituendi, *Rebuff. in praxi tit. de deuolut. num. 26. Lap. allegat. 95. ad fin. vbi adden.* cum al-js addnctis *in Mediolanen. Iuris patronatus, impressa per Garz. vbi supra n. 8.* Sicùt etiam non attenderetur ista absentia Superioris, si fieret præsentatio in Curia pro obtinenda institutione à Papa; sat enim est tunc

49 quod de consensu constet, quià is habet † vim præsentationis, *Cæsar de Graff. decis. 1. num. 7. & 8. de Iur. patronat. Rota decis. 534. num. 4. par. 1. diuers.* & fuit responsum *in vna Spoletana Capellania, 15. Iuny 1620. coram R. P. D. Buratto.*

Erhæc quoàd primum membrum propositæ quæstionis, quò verò ad aliud, an præsentatio Patrono semper debeatur? cùm id quæratur eum supposito patronatus, poteſt videri aliquo modo de indubitabili, secundùm ea, quæ in superioribus quæstionibus firmauimus: Cæterùm etiā cùm de hoc agitur in radice ipsius patronatus, poteſt in hac parte fructus illius nullus esse, ve-

50 luti si quis laicus funder, & † construat, & doret Ecclesiam conuentualem, lex permittet quidèm acquiri Ius patronatus in substantia, & prout est quid indiuiduum, vt dictum est; sed quoàd commodum, quod est vnum ex cōsequutiuis, illud modificat respectu Iuris præsentandi, quod est vnus ex fructibus Iuris patronatus, nè videlicèt obtineat in Prælatura ipsius Ecclesiæ, vt *in cap. nobis*

51 *de Iur. patronat.* etiàmsi † Ecclesia esset Conuentualis habitu tantùm, vt ex mente *Alexand. in cons. 74. num. 1 & 5. cum toto consil. sequen. lib 4.* tenuit *Rota apud Seraphin. decis. 1395. nu. 3.* & etiàm si fundator esset Rex, *Put. decis. 369. per tot. lib. 3.*

Ratio istius prohibitionis est, quià siuè fundator prætendat ius præsentandi, siuè simpliciter concursum in iure eligendi, prætensio habet aper-

52 tam Iuris resistētiam, † nàm cum hoc sit de natura Ecclesiæ Conuentualis, siuè Collegiatæ, vt ad eius prouisionem procedatur per electionem, *cap. 1. de election.* præsentationi repugnat ipsa

53 natura beneficij electiui, quod † est impossibile esse electiuum, & ad præsentationem, vt considerat *Putc. d. decis. 369. num. 3. lib. 2.*

54 Interuentui autem in † electione, lex ipsa maiori vi resistit, cùm ius eligendi non possit cadere in laicum, *cap. Sacrosancta 51. §. attendentes,*

55 *tes, de elect.* vbi redditur ratio, quià † scilicèt istud redundaret in dispendium Ecclesiasticæ li-

56 bertatis, siuè † agatur de prælatura regulari, in cuius terminis loquitur ille *tex. & Rota decis. 564. ex num. 3. par. 4. in recent.* siuè de seculari, vt in casu *cap. Messana 56. eodem titul. de elect.* & tradunt post alios *Frater Sigismund. à Bonon. de elect. & potest. Prælat. cap. 5. dub. 90. n. 1.* & resoluit Rota in *Treueren. Abbatia S. Maximini 20. Nouembris 1624.* impressa per *R. P. Paulum Castellin. in tract. de election. canon. post cap. 4. pag. 101. num. 17 in fin.* & vrget etiam ratio, quod per electionem initietur matrimonium inter electum, & Ecclesiam, quapropter ius istud iàm censetur propriè Ius spirituale, in quo formalitèr differt à iure præsentandi, quod non nisi impropriè, & per quandam cohærentiam, spirituale dicitur, quià non sit initium talis matrimonij, vt pulchrè explicat *Abb. in cap. quanto sub num. 6. vers. dicit enim de studie.* & nos in sequenti etiam dicemus.

Proptereaquè in *d cap. nobis, de Iure patronat.* prohibitioni huic perpetuò hærendum de-

57 cernitur, *nisi † fundator alitèr de sua Iurisdictione obtineat*, id est, *nisi habeat facultatem in ipso fundationis limine*, prout ità ibi eum textum interpretando docent *Host. sub numer. 2. ad medium vers. vel expono, Anchar. num. 16. & Abbas num. 9.* & idem *Anchar. in præcitat. cap. Sacrosancta num. 3. de election. Lambertin. de Iure patronat. lib. 2. par. 1. quæst. 5. art. 1. num. 20. Mohed. decis. 10. num. 2. ad fin. versic. ratio est, quià patronatus, eodem titul. Putc. decis. 356. num. 3. lib. 2. in correct.* & fuit responsum *in Regien. Iuris patronatus, 24. May 1585. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio Seraph. decis. 1363. num. 2.*

58 Et quamuis† Rota apud Puteum in prallegata *decis. 369. lib. 2.* pauló ante *num. 1. vers. sed quià istud non sufficiebat*, visa fuerit sensisse, sufficere consensum Episcopi pro reseruatione iuris præsentandi; nihilominùs est diligentèr aduertendum, contrarium è diametro videri firmari in *decis. 53. sub num. 1. par. 1. in recent.* vbi ex *tex. in prællег. cap. nobis §. cæterùm iuncta gloss. in verb. de sua iurisdictione, & Hostiens. ibid.* & alios superiùs allegatos, dicitur, opinionem hanc seruari per Rotam, videlicèt quod etiam ad effectum præsentationis necessarium sit priuilegium apostolicum, & illud quidem in limine fundationis; & licèt nequè Rota, nequè vllus ex ibi citatis, articulum hunc excutiat, in differentia præsentationis, & electionis, nihilominùs existimo, resolutionem hanc esse veram; nàm quem-

59 admodùm † prohibitio facta electoribus, nè secum admittant laicum in electione, habet perpe-

 tuam

tuam causam prohibitionis, videlicèt ob incapacitatem eius iuris, quod est spirituale, ex *d. cap.*
60 *sacrosancta, & cap. Messana, de electio.* adeò † vt si quæ obtendatur in contrarium consuetudo, reputetur mera corruptela, nèc ideò valeat, vt concludit *Bertach. de Episc. lib. 1. par. 3. in 60. quæst. sub num. 78. ad finem*, cum alijs nupèr adductis per *R. P. Federicum à Bononia, de elect. dub. 90.*
61 *num. 1.* ità eandem † habet causam prohibitionis perpetuæ, nè fiat præsentatio, per quam soluatur etiam in habitu ius eligendi, atque ità contra naturam Collegij detur prælatus inuitis, *can. nullus inuitis, vbi gloss. 1. dist. 61.* & diximus in superiori libro, *quæst. 14. num. 75. cum seq.* vbi probauimus, in inferioribus à Cathedralibus, ius
62 prælaturæ † profluere ab ipso Capitulo, in quo radicatur: quocircà, cum iàm agatur de adijcienda lege, cui resistit prohibitio Iuris perpetua, non potest per alium, quàm per ipsum Summum Pon-
63 tificem constitui, ex his † quæ disputauimus, & firmauimus *eod. lib. 1. quæst. 32. ex num. 19.* & ideò perpetuò est cauendum à dicta Putei decisione, quæ etiam obitèr illud pronunciauit.

64 Poterit tamèn † sustineri assertio Putei, circà auctoritatem Episcopi, si simplicitèr fundator sibi reseruet ius factæ iàm electioni assentiendi, vt loquitur *tex. in eo. cap. nobis*, vel etiam interueniendi in electione sinè suffragio per modum consultationis, quod nihil repugnat prædictæ prohibitioni, vt docet *Innocent. in Rubr. sub num. 3. vers. quod tamen, eod. titul. de Iur. patronat.*

65 Atquè ex his patet, nimis † effusè loquutos eos, qui pronunciauerunt non posse laicum fundatorem acquirere patronatum in Ecclesia Conuentuali, præterquàm si accedat priuilegium Apostolicum; istud enim restringendum est ad fructum Iuris patronatus consistentem in præsentatione, vel electione Prælati, non autem in ipso Iure patronatus, siuè illius substantia, vndè etiam sine alia reseruatione debebuntur & alij fructus, & sic acquiretur patronatus ad alios quoscunquè effectus, veluti est honor, & præeminentia, & alimentorum perceptio, quin etiam
66 ius † præsentandi ad præbendas, vel capellas, seù alia beneficia inferiora ab ipsa prælatura, prout benè declarat *tex. in d. cap. nobis*, vbi præ cæteris *Abbas num. 5. & num. 6. vers. item iura* concluditquè etiam *Lambert. lib. 1. par. 1. quæst. 11. art. 7. num. 3.* & firmauit *Rot. decis. 617. num. 4. par. 1. in recent.*

SVMMARIVM.

1 *Iuris patronatus reseruatio, consideratur tanquàm obiectum distinctum ab erectione beneficij.*
2 *Iuris patronatus causa efficiens, qualitèr dicatur constitui in auctoritate Episcopi.*
3 *Vicarius Episcopi qualitèr intelligatur non posse consentire reseruationi Iuris patronatus.*
4 *Iuris patronatus reseruatio, oritur fundatori ministerio iuris, absque aliqua expressa reseruatione.*
5 *Expressa tamèn quid ampliùs operetur.*
6 *Argumentum à solito, validum est.*
7 *Fundans Ecclesiam cum reseruatione Iuris patronatus, minùs promeretur, quàm qui sine.*
8 *Ecclesiam exstruens adiecto proprio nomine, aut insculptis armis, seu insignijs, videtur recepisse mercedem suam.*
9 *Constantinus Magnus, nulli Templorum per ipsum exstructorum, nomen suum prescripsit.*
10 *Deus solus de occultis iudicat.*
11 *Obseruantia, declarat an fundator sibi voluerit reseruare patronatum, vel secus.*
12 *Fundator ex quibus verbis censeatur noluisse sibi reseruare patronatum.*
13 *Ecclesia semèl consecuta statum libertatis, non potest per ipsum fundatorem reduci ad statum seruitutis.*
14 *Et an nihilominùs remaneant reliquiæ dominij, vt existimauit Baldus.*
15 *Alienationibus rerum Ecclesiæ, non solùm patronus potest se opponere; sed etiam simplex ditator, vel benefactor.*
16 *Ius patronatus in Ecclesia iàm fundata in libertate, non potest reseruari per alium, quàm per Papam.*
17 *Et in hoc casu, dicetur competere ex priuilegio etiàmsi concedatur ipsi fundatori.*
18 *Episcopus potest vnire beneficium liberum alteri beneficio Iuris patronatus, & tamen non potest beneficium liberum reducere ad statum Iuris patronatus, & quæ sit ratio differentiæ.*
19 *Ius patronatus, aliud ex priuilegio, & aliud de iure communi.*
20 *Priuilegium quid sit.*
21 *Iuris patronatus materia, regulatur secundùm terminos iuris communis.*
22 *Ius patronatus ex priuilegio, amittitur per negligentiam in non vtendo.*
23 *Priuilegium, amittitur per non vsum longi temporis.*
24 *Modò sese obtulerit occasio vtendi.*
25 *Ius patronatus competens de iure communi, non amittitur per non vsum.*
26 *Priuilegium clausum in corpore iuris, reputatur ius commune.*
27 *Ius patronatus, probatur per publicum instrumentum fundationis, aut priuilegij, etiam in personis, in quibus aliàs cadit præsumptio vsurpationis.*
28 *Præscriptionis non minor est vis, quàm traditionis, in acquirendo dominio.*
29 *Ius patronatus, acquiritur præscriptione.*
30 *Etiam post Concilium, quod infrà declaratur.*
31 *Ius patronatus non potest quæri per præscriptionem, vbi constat Ecclesiam fuisse natam in statu libertatis.*
32 *Et quæ sit ratio.*
33 *Antiquitas facti reuelat, nisi apertè probetur defectus.*

34 *Ius*

QVÆSTIO VII.

Quæ sit causa efficiens Iuris patronatus.



PRO dilucidatione huius articuli, separanda veniunt duo obiecta, alterum est
1 institutio † beneficij, & illius productio de non esse ad esse; alterum verò est ipsius Iuris patronatus reseruatio in ipso beneficio; Quod ad primum attinet, causa illius efficiens est Episcopus, vt latè probauimus in superiori libro, *quæst. 5. ex nu. 39.* & quatenùs idem Episcopus, dùm beneficium erigitur, approbat leges in erectionis limine adiectas, si inter illas reperiatur reseruatio patro-
2 natus, nihil est, quin † hoc respectu illius auctoritas dicatur causa efficiens istius quoquè reseruationis, vt liquet ex his, quæ scripsimus *eod. lib. quæst. 32. num. 1. & 4. cum seqq.* & hùc referendum est, quod passim occurret, in reseruatione Iuris patronatus Episcopi consensum requiri, vt dicit *Rot. decis. 517. n. 3. par. 1. in recent. per tex. in cap. nobis de Iur. patronat.* ibi, *si quis Ecclesiam cum consensu Diœcesani construxerit, Ius patronatus acquirit*; quæ verba satis amplè referunt necessitatem consensus ad constitutionem, seù
3 creationem beneficij, & † in hoc etiam sensu pronunciauit *Rota in vna Lunen. Sarzanen. Iuris Patronatus, 5. Iulij 1599. coram Illustriss. D. Cardinali Millino*, Vicarium Episcopi non posse reseruare patronatum, idest non posse auctorizare institutioni beneficij, ex qua sequatur reseruatio Iuris patronatus ipsi fundatori, vi necessarij antecedentis, cùm alioqui non fundaret, vt deducit *Rot. decis. 99. sub nu. 3. vers. quoad primum, & num. 4. par. 2. in recent.*

4 Quo verò ad alterum, quæstio eam petit difficultatem, † an sit necessaria reseruatio Iuris patronatus expressa, vel potiùs sufficiat tacita ministerio iuris; & in hoc constituenda videtur affirmatiua conclusio, tùm ex deductis in præcedenti quæstione, tùm ex lectura *tex. in d. cap. nobis*; itaùt fundatori beneficij quæratur ipso iure patronatus, absquè expressa reseruatione; quamuis enim de hoc dubitauerit *Calder. in cons. 5. ad fin. de Iur. patron.* & negatiuam sententiam probauerit *Paul de Cittad. in tract. de Iur. patronat. in 3. par. in 2. causa, sub num. 13. vers. sed contra hanc opinionem*, nihilominus sententia hæc verissima est, & communissima, quam latè defendit *Lambert. in eod. tract. lib. 1. par. 1. quæst 2. art. 4. ex num. 1.* vbi ex *num. 12.* refellit omnia fundamenta incontrarium adducta, & post *Ioan. Andrea, Card. Butr.* & cæteros, probaùit *Felin. in cap. significauit, nu. 2. de Testib. Roch. de Iur. patronat. in verb. Ecclesiam fundauit, num. 12.*

Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. num. 62. Azor. instit. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 19. in 9. quaest. Put. decis. 369. num. 4. lib. 2. in correct. Rota decis. 5. de Iur. patronat. in antiq. & decis. 167. num 4. par. 2. diuers. & in recent. decis. 517. num. 2. par. 1. & decis. 674. num. 2. par. 2. & in Lunen. Sarzanen. Capellaniae, 9. Iulij 1600. & in Auximana Iuris patronatus 26. Aprilis 1616. coram bo. me. Cardinali Sacrato, & fuit opinio *gloss. in can. si quis Basilicam 10. in verb. sub tributaria, de consecrat dist.* 1.

5 Fateor tamèn, † maiorem esse vim expressæ reseruationis patronatus, quàm tacitæ, & subintellectæ, non quidem ad effectum producendi Ius patronatus nàm, vbi voluntas fundatoris est certa, illud, vt dictum est, solo Iuris ministerio inducitur, sed tamèn ad effectum ostendendi voluntatem illam: etenim vbi non est expressè reseruatum, hinc indè contrariæ incurrunt iuris præsumptiones; siquidèm, quòd in dubio censeatur fundator sibi reseruasse patronatum, licèt
6 non expresserit, valida vrget coniectura, quæ † ducitur ab eo, quod communitèr, & vt plurimùm fieri est consuetum, de qua per *Dec. in cons. 280. num 3.* & per *Menoch. cons. 10. num. 7. & cons. 13. num. 13.*

Quòd verò noluerit, contraria suadet ratio
7 maioris boni, nèc enim est dubitandum, † quin plus promereatur apud Deum fundans Ecclesiam, & eam dotans, nullo reseruato patronatu, quàm fundans sub reseruatione huiusmodi; hic enim mercedem suam videtur recipere in hoc seculo, quippè illi deperit omne meritum, nedùm ex tali reseruatione, sed etiam ex apposi-
8 tione proprij nominis, † vel armorum, siuè insignium, secundùm opinionem *Gemin. in can. duae sunt, ad fin. vers. nota hoc dictum, 45. distin. Addentes ad Abb. in cap. dilecti num. 4. in verb. possit sumere, de excess. Praelat.* sequitur *Chassan. in Catal. glo. mun. par. 1. in 13. concl. ad fin. vers. aduerte tamèn*.

9 Vndè Magnus † Constantinus, (quem in hoc, nescio, quinàm fuerint Principes imitati) cùm tàm celebres, & insignes memorias in honorem Dei, atquè Sanctorum, tùm Romæ, tùm in alijs pluribus Romani Orbis erexerit locis, in nullis tamèn modestissimus Imperator reperitur sui nominis, memoriæuè titulum insculpsisse, quin contempsisse, quod alij tantoperè affectant, vt habet *Baron. in anno 324. num. 126*, ac reperit *in anno 337. num. 24*.

Non me tamèn latet, prætendi nescio quem zelum, proprio exemplo alios mouendi, quod non damno, sed id prorsùs ad Dei iudicium spe-
10 ctat, qui † solus de occultis decernit, *can. erubescant, ad fin. distinct. 32. gloss. 1. in can. si omnia 6. quaest. 1.*

In hoc ergò procurrentium præsumptionum, siuè coniecturarum conflictu, rem statim ab effe-
11 ctu iudicamus, vt si videlicèt in prima † prouisione de beneficio, facta à primæua illius erectione, fundator præsentauerit, & ad eius præsentationem Episcopus prouiderit, satis hinc intelligatur declarata præexistés volúras fundatoris, sibi tale ius reseruandi, etiam de consensu Episcopi; obseruantia enim illicò subsequuta benè indicat, quid gestum sit, *l. si de interpretatione, ff. de legib. Rota decis. 697 sub num. 4. ad fin. par. 2. in recent.* & in his terminis procedit *decis. 674. nu. 2. & per tot. ead. par 2*.

Ex diuerso verò, coniectemur eum liberalioris erga Diuinum Numen fuisse mentis, si passus sit, beneficium prouideri sinè aliqua sua præsentatione, *Lambert. d. art. 4. sub num. 19, vers. est benè verum*.

Cessaret autèm controuersia hæc omnis, si ex
12 verbis fundationis, posset etiam voluntas † hæc generosi, & liberalis animi educi, velùti si profes-sus esset fundator in ipsomet actu moueri intuitu eleæmosynæ, aùt spei retributionis æternæ, istæ enim causæ videntur de directo aduersari animo acquirendi patronatum, *Cresc. decis. 1. num. 3. de Iur. patronat.* & censuit *Rot. in Albanen. prioratus, 26. Nouembris 1588 coram Orano*, quæ legitur *in 4. par. recent. decis. 564. sub nu. 7. vers. & hoc eò magis*.

Quæ plurimum sunt obseruanda, nàm cùm supponimus, Ecclesiam, siuè beneficium semèl consequutum fuisse statum libertatis, non potest
13 deinceps † quantumcunquè in id fundatore adnitente, reduci ad statum seruitutis, *Abb. cons. 106. num. 4. par. 2. Lambertin. de Iur. patronat. lib. 1. par. 1. quaest. 10. num. 4.* & per eum *tex.* notat *Bald. in supra allegat. cap. significauit, num.*
14 *1. in 1. not. de Testib.* qui licèt subijciat, † remanere tamèn dominij reliquias, ex *tex. in l. talem §. vlt. ff. de hered. instit.* tamèn non explicat, quæ eæ sint reliquiæ, nequè ego (forsitan ob mei ingenij spissitudinem) eas reliquias capio; textus enim *in d. §. vlt.* ait quidèm, seruum ex manumissione desinere esse seruum, & remanere libertum, sed hoc non applicatur terminis huius controuersiæ, in qua supponimus, Ecclesiam nunquàm fuisse in seruitute, sed natam liberam, & sic positam in solido, (vt ità dixerim) ingenuitatis statu.

15 Quòd si quis vellet † referre istas reliquias ad ius se opponendi alienationibus, iuxta terminos *tex. in cap. si quis presbyterorum, de reb. Eccles. non alienan.* prout censuit *Felin. in eod. cap. significauit, sub num. 2. in 3. not. ad fin. de Testib.* id nequè eisdem conuenit terminis; illa enim oppositio vsquè adeò habet rationem distinctam à Iure patronatus, vt etiam simplici benefactori, aùt ditatori competat, quod probat *tex. in sapè citato can. pijs 16. quaest. 7.* cuius sensum aperuimus *in superiori lib. quaest. 11. ex num. 63*.

16 Ex quibus liquet, si post fundationem † in statu libertatis, velit aliquis acquirere Ius patronatus, illud sibi haudquaquàm constitui posse auctoritate Episcopi, aùt alterius inferioris à Papa, *Card. in Clem. 2. sub num. 5. ad fin. vers. si autem constat, de Iur. patronat.* etiàmsi esset ipse-
17 met † qui fundauit, qui, vbi id foret assequutus, diceretur tamèn obtinere ex priuilegio, *Rot. in recent. decis. 564. num. 10. par. 4.*

Et

18 Et quàmuis permissum sit Episcopo, † benefi-
cium liberum vnire beneficio Iuris patronatus, in
casu sibi permissæ vnionis in genere, tamen hoc nõ
potest trahi in consequentiam facultatis conce-
dendi patronatum in beneficio libero, quià istud
est reducere beneficium liberum ad seruitutem,
illud verò est extinguere essentiam beneficij, in
casu permisso, constituendo illud, tanquàm prædiũ
alterius beneficij, cui vnitur, vt pulchrè explicat
Rota decis. 222. num. 2. par. 2. in recent, & dixi-
mus superiori lib. quæst. 28. nu. 165.
19 Atquè ex his consequitur, respectu † causæ ef-
ficientis, duplex constitui Ius patronatus, alterum
videlicet ex priuilegio, proùt propriè dicitur pri-
20 uilegium, † quicquid conceditur per Principem,
contra Ius commune quasi lex priuata, can. priui-
legium, 3. dist. cap. abbate Sancti Siluani, §.
contrà quod fuit, de verb. signif. Surd. cons. 140.
num. 13. & alterum de iure communi, quantum-
cunquè enim ius patronatus sit ex gratia, cap. 3. de
Iur. patr. & latè tradunt ii, quos cumular, & se-
quitur Lambert. lib. 1. par. 1. quæst. 1. art. 4. ex
num. 12. nihilominùs ista gratia est inclusa in cor-
pore Iuris, vt aduertit Lambert. ibidem num 14.
21 & propterea reputatur † ius commune, non au-
tem priuilegium, vt ostendimus suprà quæst. 3.
num. 21. regulaturquè eius materia, secundùm
terminos Iuris communis, Pute. decis. 369. nu. 4.
lib. 2.
22 Quod est maximè obseruandum † in articulo
amissionis Iuris patronatus, ob negligentiam in
non vtendo, quià si sit ex priuilegio, nihil est, quin
23 per non vsum longi temporis † amittatur, l. 1.
ff. de nundinis, & not. Doctores, in cap. cum ac-
cessissent, vbi præ cæteris Felyn. num. 25. & Dec.
num 63. de constit. Decian. in cons. 2. n. 125. vol. 2.
cum alijs adductis per Surd. cons. 419 num. 5. mo.
24 dò sese † obtulerit occasio, vt declarat glo. in d. c.
Abbate, in verb. donec ibidem, Felyn. & Dec. in lo.
cis superiùs allegatis, & post omnes, Surd. eod. con-
sil. 419. num. 28. & 29. cum seqq. vbi alias decla-
tiones ad hanc regulam ponit.
25 Si verò sit de iure communi, nusquàm † amit-
titur per talem non vsum, vt concludit Puti. d. de-
cis. 369. & ratio est in promptu, quià videlicèt fa-
ciliùs perditur merum priuilegium, quàm priui-
26 legium clausum in corpore Iuris, quod † reputa-
tur ius commune, vt eleganter docet Ias. in l. 1.
num. 16. de constit. Princip. & est tex. in l.
eius militis, §. Militia missus de testam. milit. què
ità expendit Dec. in supraalleg. c. cum accessissent,
num. 67. de constit. quapropter videtur potiùs
conseruatum istud ius in præsumpta voluntate
conferentis, ex his, quæ scripsimus in superiori
lib. quæst. 34. nu. 62.
Hinc verò infertur ad media legitima proban-
di ius patronatus, tàm ex priuilegio, quàm ex
iure communi, qui duplex est, nimirum ex vera, &
ex præsumpta (vtraquè tamen legitima) probatio-
ne; Vera igitur quæ & irrefragabilis probatio iu-
27 ris † patronatus affertur, quando exhibetur pu-
blicum Instrumentum, siuè priuilegij, vt in cap.
porrò, de priuileg. siuè fundationis, & dotatio-
nis, hanc enim speciem probationis admittit quo-
què Concilium etiam in personis, in quibus cadit
vsurpationis præsumptio, vt firmauit Rot. decis.
564. in princ. par. 4. recent. & in Aquen. Archi-
presbyteratus, 7. Nouembris 1601. coram bo. me.
Cardinali Lancellotto.
Præsũpta dicitur, & nihilominùs legitima, quę ad-
fertur ex immemorabili pręscriptione. nequè enim
28 iure † nostro minor est virtus præscriptionis, & vsu-
capionis in nanciscendo dominio, quàm traditio-
nis procedentis à vero Domino, l. traditionibus,
C. de pact. l. si quis emptionis, in princ. vbi glo. in
verb. actionem, C. de præscrip. 30. vel 40. ann. l. 3.
29 ff. de vsucap. & in † terminis iuris patronatus la-
tè consuluit Feder. de Sen. cons. 234. ex num. 1. &
Dec. qui attestatur, hoc esse in Romana Curia re-
ceptum, cons. 126. sub num. 3. vers. & ista opinio,
& fusiùs post alios tradit Paul. de Citad. in tract.
de Iur. patr. in 3 par. in 5. caus. acquir. ex num. 1.
& per tot. vbi sub num. 26. ad fin. attestatur de
communi, & de declaratione facta per Nicolaum
30 Quartum, & hanc eandem sententiam, etiam † post
Concilium tenendam esse, concludit Gonzal. ad
reg. de mensib. glo. 18. num. 57.
Veruntamen aduertendum est, multos decipi,
non solùm in constituenda hac præscriptione, ve-
rùm etiàm in referendo illius vim, aùt ad acquisi-
tionem iuris patronatus ex iure communi, aùt ad
acquisitionem ex priuilegio, & propterea sunt di-
stinguendi duo casus principales, & secundùm il-
lorum diuersitatem ipsius præscriptionis virtus
æstimanda est.
Prior est, quando constat de initio fundationis
31 beneficij, & ex eo liquet, fuisse natum † in statu
libertatis; & hoc quidem casu, si agatur de proba-
tione patronatus de iure communi, præscriptio de
nihilo inseruit, Rot. decis. 254. n. 9. par. 3. lib. 3. di-
32 uers. & ratio est, quià † pręscriptionis vis consistit in
præsumptione, quæ veritati perpetuò cedit, quan-
tumcunquè sit à lege approbata, antiquitas enim
33 facti † releuat, nisi apertè probetur defectus, vt
ità arguit Abb. in cons 61. sub num. 6. vers. item
antiquitas facti, Dec. cons. 400. n. 8. optimè Crau.
cons. 248. sub num. 13. vers. respondeo, quòd præ-
missa, Menoch. cons 409. num. 68.
Si verò agatur de probatione Iuris patronatus
ex priuilegio, tùnc licet materiæ refragentur iuris
communis Regulæ, vt superiùs diximus, nihilomi-
34 nùs cùm † supponitur immemorabilis, nihil est,
quin possit allegari priuilegium Apostolicum, c. 1.
ad fin. de præscrip. in 6. itàut in hoc articulo pa-
rificetur quadragenaria, cum titulo, & ipsa imme-
morabilis, vt considerat Gomez. loco proximè alle-
gato, & censuit Rota d. decis. 254. num. 10.
Ratio distinctionis est, quià dùm prætenditur
ius patronatus de iure communi ab immemora-
bili, & simùl supponitur status libertatis ab ini-
tio, resultat manifesta cõtradictio in obiecto, quod
35 est † intolerabile, can. quia radix, de pœnit. dist. 2.
cap. maiores, § item quæritur, de Baptis. glo. in
can. cum humilitatis, in verbo falsitas, 22 quæst. 2.
36 nèc quidem ex † supernaturali aliqua potentia ef-
fici valet, Decian. qui alios allegat, cons. 49. sub
nu. 11.

37 *nu.11.verſ.nàm & Deus,lib.3.* atquè ideò† reij-
citur huiuſmodi deductio,*cap.literas,de præſump.*
cap.ſollicitudinem, de appellat. glo. in cap.quere-
lam,in verbo peteni,de elect.Aret.conſ.149.ſub
num. 12. ad fin. verſ. præterea iſta duo, Cabed.
Luſitana deciſ.34. num 9.par.1.

Ridiculum eſt enim, aſſerere beneficium ab im-
memorabili eſſe patronatum, & ſimul conſtituere
38 initium in libertate, non minùs, quàm ſi † quis
eandem mulierem eodem tempore, & vt viduam,
& vt nuptam admittat,prout ait *Papinianus in*
l.Titia 99.verſ.ridiculum eſt enim,de cond.& de-
monſtr.

39 Atquè ità hoc caſu,nullius † eſſe momenti pro-
bationem per teſtes ſuper immemorabili, tenuit
Rota apud *Seraph. deciſ.1367.ſub num.1. verſic.*
illud maximè vrget, & cenſuerunt etiam DD. in
vna *Lancianen Archipresbyteratus 2. Maij 1616.*
coram bo.me. Buratto.

At,dùm ſuppoſito initio huiuſmodi, nihil vltrà
prætenditur, quàm priuilegium,ceſſat hæc con-
40 tradictio, † cùm iſta ſint inter ſe compatibilia,
beneficium natum eſſe liberum, & mòx fuiſſe re-
ductum ex Papæ Priuilegio ad ſeruitutem,vt ſuprà
41 dictum eſt, quippè † diuerſitas ſubiecti,vel tem-
poris impedit contradictionem,inquit *glo. in cap.*
nihil eſt,44. in verb. ſuſpendatur, ad finem de
elect.

42 Alter eſt caſus, quando † non conſtat de initio
fundationis, per quod appareat, beneficium in
ſtatu potius libertatis, quàm ſeruitutis fuiſſe ere-
ctum; & hoc quidem caſu,facienda eſt concluſio,
probari poſſe Ius patronatus ex præſcriptione,
etiam relata eius vi ad cauſam fundationis, & do-
tationis, & ſic de iure communi, *Pute.deciſ.206.*
ſub num.4.verſ.& ſic poteſt allegari lib.1.

Difficultas eſt in firmanda hac præſcriptione,
43 & † eſt aduertendum, eam inutilitèr deduci, niſi
coæquetur tempori ipſius erectionis,ſaltim in po-
tentia,nàm qui aſſerit ſe fundaſſe,vel dotaſſe,etiàmſi
probet ſe eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi,
vel percipiendi aliquem fructum Iuris patronatus,
tamen non concludet hinc ad cauſam fundationis,
vel dotationis,in quo conſiſtit ſuæ intentionis fun-
damentum; poteſt enim eſſe, quòd poſſeſſionem
hanc de facto occupauerit, & vſurpauerit, & ſic
44 dùm fundat ſe in tempore, nihil agit, niſi † pro-
batio ſua illud tempus feriat,*l. matrem,C. de pro-*
bat. glo. penult. in clem. vlt. de reſcrip. Dec. con-
*ſil.623.nu.4.*cum alijs per *Franciſc.Becc.conſ.6.*
num. 20.

45 Ex quo infertur,iuſtificata † poſſeſſione de præ-
ſenti, ſi cum ea concurrat fama dotationis,& fun-
dationis,hinc reſultare probatam præſcriptionem,
nequè enim dixeris,quaſi poſſeſſionem,vel famam
probare patronatum, ſed vtranquè ſimùl probare
præſcriptionem, ex qua iuſtificatur Ius patrona-
46 tus, quià poſita fama huiuſmodi, ſequitur † ratio,
vt,qui hodiè poſſidet, præſumatur etiam olim,at-
què ità ab initio poſſediſſe, *Soc.Sen.conſ.89 n.19.*
lib.1.Alciat.de præſump.reg.2 præſumpt.21.n.11.
Menoch. lib.6.præſumpt.65. num.4.

47 Vndè,quemadmodùm fama, † iuncta quaſi poſ-
ſeſſione, etiam ex vltima præſentatione,ſufficit ad
iuſtificationem patronatus, *Achill.deciſ.7.num.5.*
48 *de Iur.patr.* ità ſine † hac quaſi poſſeſſione, at-
què adeò ſine extremo habili ad præſcribendum,
non probat ius patronatus, quantumcunquè ver-
ſemur in antiquis,& antiquiſſimis, *Pute.deciſ.135.*
verſ.tamen Rota,lib.1.in correct.Achil.deciſ.6.de
Iur. patr.

Et propterea *Caſſad.deciſ.2.num 4. de probat.*
49 dùm famam refert ad probationem † dominij,
præſentationem autem ad iuſtificationem poſſeſ-
ſorij, non fuit eius mentis, vt exiſtimauerit,alte-
rùm ſine altero prodeſſe,vbi ſimplicitèr agitur de
probatione Iuris patronatus, ſed eſſe neceſſarium
vtriuſque concurſum,prout eum ſic intellexit *Rot.*
apud Mantic. deciſ.198.num.4. & in nouiſſ. di-
uerſ. deciſ. 792. ſub nu 10. verſ. vnde concluſum
fuit, par.1. & in recent. deciſ.195.num.1. & de-
ciſ.333.num.5.& par.2.deciſ.235.ſub nu.2.verſ.
50 *quamobrem*, quicquid ſit, vbi † eſſemus in caſu,
in quo non foret neceſſaria plena probatio, tùnc
enim ſuperflueret ipſa quaſi poſſeſſio præſentan-
di, iuxta diſpoſitionem *tex. in cap. conſultationi-*
bus,de Iur.patr.& cap. querelam, de elect. & ex-
plicat *d.deciſ. 235.* ſicùt etiam hoc caſu ſufficeret
ſola fama,vt declarat *Mantic.deciſ.318.ſub nu.5.*
verſ. nec obſtat, & in hoc benè ſuſtineri poteſt,
51 famam† in antiquis probare patronatum,*Caſſad.*
d.deciſ.2.num.4.de probat. Achill.deciſ.5.eod.tit.
Mantic.d.deciſ.318.num.5.

Vis igitùr tota conſiſtit in præſcriptione cum
titulo, pro quo deſeruit hoc caſu fama, vt dictum
52 eſt, nàm † præſcriptio ex ſimplici facto poſſeſſio-
nis per ſe ſola non tribuit titulum de iure com-
muni, ſed de iure ſpeciali tantùm, vt conſiderat
Butr.in cap.dilectus,ſub num.12.verſ.quæ poſſeſ-
ſio,& ibi etiam *Barbat. num. 13. de offic. lega.* &
53 propterea † requiritur titulus, ſi videlicèt ea re-
cens ſit,ideſt quadragenaria; ſi enim ſit vetuſta,
54 ideſt,cuius † memoria non exiſtat in contrarium,
vel ſit centenaria,nõ requiritur alius titulus,iuxta
celebre *conſ.Feder.de Sen.234.ſub num.3. circa*
55 *fin.verſ.ſic ad propoſitum;* ea videlicèt † ratione,
quòd tempus illud excedens quadraginta annos,
ex quo antiquitas ipſa efformatur, habeat vim ti-
tuli ex rei veriſimilitudine, vt enim dicit ibi *Fe-*
der. quis diceret, illum non patronum, quem ip-
ſum,& eius anteceſſores conſtat, iam ſunt centum
anni,præſentaſſe Rectores in Capella, dato quòd
non oſtendat Inſtrumentum patronatus?

56 Et quòd iſta † antiquitas hoc caſu habeat vim
tituli neceſſarij ad probationem iuris patronatus,
optimè agnouit *Bal. in l.cum ſuper, num.3. C.de*
57 *acquir.rer.dom.* non quià intelligatur † acquiſi-
tum Ius patronatus ex præſcriptione, ſed quià ex
tali tempore præſumitur titulus,vt ex *eod.Feder.*
*conſil.*explicat *Felyn. in cap.cauſam, ſub num 7.*
verſic.puto ſuſtentabilem,de præſcript. & hoc eſt,
58 quod paſſim † traditur,ex præſcriptione probari
ius patronatus, modò illa ſit aùt immemorabilis,
Card.in d.Clem.2 ſub num.5. verſ. ſi autem con-
ſtat,de Iur.patr. Achil.deciſ.4.& Mohed.deciſ.3.
vtrquè eod.tit.de Iur.patr.Rot.deciſ.199. nu.5.
par.1.

par.1. diuers. cum alijs per *Gonzal. ad reg. de men. sibus, glo. 18. num. 45.* aut centenaria, ex *Feder. de Sen. consilio praalleg. & Rot. decis. 312. num. 4. par. 1. in recent.* & latissimè firmarunt Domini in *causa Ianuen. Abbatia, 12. Iunij 1625. coram bo. me.* D. Buratto.

59 Quamuis enim ponantur veluti diuersa, † immemorabilis, & centenaria, tamèn vbi supponitur non constare de initio contrario, centenaria ipsa concludit ad immemorabilem, & sic coincidunt, vt ex doctrina *Cyn. in l. 2. nn. 9.* & ibi etiam *Bal. num. 7. ad finem, C. de seruit. & aqua,* tradit *Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 3. nu. 7. & cons. 251.*

60 *nu. 25. & cons. 1088. num. 36.* istud enim † tempus, dicitur tempus longæuæ vitæ hominis, inquit *Alex. in l. cum aliquis, sub num. 5. vers. & ibi tangunt*, C. *de Iu. deliber.* ac proindè in hac ma-

61 teria, minori tempore, antiquitas † non æstimatur pro inducendo hoc titulo, vt concludit *Roch. de Curte, de Iur. patr. in verb. ipse, vel is, num. 88.* & resoluit Rota, recedendo à diuersa opinione de tempore septuaginta, & octuaginta annorum, apud *Pute. d. decis. 206. lib. 1.* hancquè sententiam in hoc ipso articulo, postmodùm perpetuò est amplexa, vt in *Aretina Capellania, 23. Ianuarij 1611. coram Lancellotto, in Florentina Canonicatus, 11. Decembris 1615.* & in alia *Aretina Capellania, 18. Maij 1616. coram Buratto, in Lucana Iuris patronatus, 16. Iunij 1619. coram bo. me. Archiepiscopo Seleucien.* & in *Lancianen. Archipresbyteratus, 2. Maij 1616. coram Buratto, in Lucana parochialis, 1. Iulij 1619. coram Sacrato.*

62 Est tamèn † valdè dubium, an ista centenaria exigatur ità completa, vt si non annus integer, sed aliqui deficiant menses, ea tamèn habeatur pro perfecta: nàm in omnibus temporalibus actionibus, nisi nouissimus totus dies impleatur, non finiri obligationem, atquè ità non præscribi, ait Paulus in *l. in omnibus, ff. de actio. & oblig.* & ideò in præscriptione 30. vel 40. annorum, tanquàm odiosa, requiri complementum istud, tradit *Lazar. Foenut. de moment. temp. cap. 30. sub num. 10. versic. aùt sumus in materia.*

Verùm existimo, rem se aliter habere, quià respectu adeò diutinæ præscriptionis, nouem, vel etiā decem, & vndecim menses videri possunt dies paucissimi, quorum ideò defectus non est habendus in consideratione, *l. si fundum, 16. §. Planè, ff. de fund. dotal. Ias. in l. si is qui pro emptore, nu. 52. ff. de vsucapio.* benè *Paris. consil. 32. num. 6. & 7. vol. 3.*

63 Textus verò † in *d. l. in omnibus*, habet locum in præscriptione actionis personalis tantùm, ea singulari ratione, quòd præter negligentiam creditoris, nihil concurrat, vndè ea perimatur, quæ in alijs haud quaquàm sibi locum vindicat, in quibus etiam concurrit possessio, vt subtilitèr aduertit *Cuiac. posthum. 3. super interpret. d. l. in vlt. col. versic. itaquè in rem actio,* & propterea iustè in hanc sententiam descendit Rota in superiùs allegata *Florentina Canonicatus, 11. Decembris 1615. coram Buratto.*

Atquè hæc quidem de ipsis principalibus medijs iustificandi ius patronatus, de alijs verò posteà suo loco agetur.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus, quæritur de iure communi ex fundatione, constructione, vel dotatione.*
2 *Ecclesia, quomodo de non esse, deducatur ad esse.*
3 *Iuris patronatus acquisitio de iure communi, nullam aliam habet causam, præterquàm fundationis, constructionis, & dotationis.*
4 *Patronatus concessionis causa in vniuersum est, vt indè inuitentur homines ad fundandas Ecclesias.*
5 *Iuris patronatus beneficia, sunt sub libera dispositione Papæ, etiam patronis inuitis.*
6 *Et in hoc articulo, non cadit quæstio potestatis, sed tantum voluntatis.*
7 *Iuris patronatus beneficia, non cadunt sub reseruatione clausa in corpore Iuris.*
8 *Institutio quænam sit Papæ reseruata, de beneficijs iuris patronatus vacantibus in Curia.*
9 *Ius patronatus competens iure singulari, cadit sub reseruationibus generalibus.*
10 *Retrahi non debent homines ab oblationibus, & holocausto.*
11 *Iuri patronatus, competenti iure singulari, si derogetur, non tamen indè retrahi homines à fundandis Ecclesijs.*
12 *Ius patronatus ex priuilegio concesso ex causa onerosa, minimè censetur derogatum per Sacrum Tridentinum Concilium.*
13 *An autem cadat sub reseruationibus Apostolicis, & præcipuè regula reseruatoria mensium, latè hic discutitur.*
14 Innocentij *VIII. & Adriani VI. Constitutiones, circa reuocationem patronatuum ex priuilegio hic referuntur.*
15 *Ius patronatus, ex priuilegio concessum ad electiua beneficia, reuocatum per Innocentium VIII. & Adrianum VI.*
16 *Concessum vero ad non electiua, modificatum.*
17 *Ius patronatus, aut ius eligendi ex priuilegio ante regulam Adriani concessum, plenè reuocatum per eandem regulam.*
18 *Regulas Innocentij VIII. & Adriani VI. circa reuocationem patronatuum, nihil aliud continere, quàm reductionem priuilegiorum ad terminos Iuris communis.*
19 *Ius patronatus, quæritur de iure communi ex readificatione Ecclesiæ dirutæ, & quomodò id intelligatur.*
20 *Commodum, debet æstimari secundum onus.*
21 *Ius patronatus cōcessum ex causa onerosa, nisi onus æquiualeat, reputatur merè gratiosum.*
22 *Nèc desinit esse tale, quià sit aucta dos*
23 *Clausula adijci consueta in priuilegijs super iure patronatus,* quod perindè habeatur, ac si verè, & realitèr dotasset, &c. *quid importet.*
24 Perindè *dictio, fictionis nota.*
25 *Ius patronatus, ex priuilegio concesso ex causa onerosa, habet instar contractus.*
26 *Priuilegia concessa ex causa onerosa, non cadunt*

cadunt sub reuocationibus generalibus.

27 Contractus sunt intrigentium, ideoque per Principem etiam custodiuntur.

28 Fauendum itè non est alteri, etiam intuitu pietatis, vt alteri iniuria fiat.

29 Patronatus ex priuilegio oneroso, vt excepti fuerunt in regula Adriani, ità censentur in regula moderna de mensibus.

30 Ius patronatus acquisitum ex augmento dotis ad medietatem, qua ratione non cadat, neque sub regula reseruatoria mensium, neque sub regula Adriani.

31 Ius patronatus, non quaritur ex augmento dotis, nisi dos fuerit in totum perempta.

32 Dos beneficij, quando censeatur in totum defecisse.

33 Dotem beneficij augens ad medietatem, pro acquirendo patronatu, quemadmodum etiam redotans, nihil agit, nisi exprimat, se ob causam hanc id facere.

34 Saltim implicitè, dicendo se in causam dotis id in Ecclesiam conferre.

35 Qua tamen opinio, aliquibus in dubiũ reuocatur.

36 Dotem augens beneficij, si adhibeat consensum Episcopi, censetur ea mente augere, vt sibi reseruetur Ius patronatus.

37 Dotem augens Ecclesia, vel hoc nomine de nouo constituens, ius patronatus acquirit, etiam si expressè non dicatur.

38 Ius patronatus acquisitum ex augumento dotis, vtrùm differat ab acquisito ex redotatione, ad effectum, vt comprehendatur sub reseruatione regula de mensibus.

39 Beneficium Principis decet esse mansurum, etiam quoad eius successores.

40 Praiudicium ex dilatione temporis, non habetur in consideratione.

41 Priuilegium, nunquàm ità interpretandum, vt obstet potestati concedentis.

42 Rota decisio 457. par. 1. diuers. explicata.

43 Ius patronatus, inastimabile.

44 Doctorum dicta, intelliguntur secundùm doctrinas quas allegant.

45 Dotem augens ad medietatem, acquirit patronatum ex regula mensium preseruabilem.

46 Doctorum obitèr loquentium dicta, non multùm astimanda.

47 Praiudicium dilatiuum, quando reputetur minùs considerabile, vel secus.

48 Ius quarendum, faciliùs aufertur, quàm ius quasitum.

49 Interpretatio nunquàm ità facienda, vt per eam videatur quis, auferre quod semèl concessit.

50 Princeps in dubio, non censetur auferre gratiam factam à suo Pracessore.

51 Iuris patronatus ex priuilegio, non est facienda mentio in impetratione beneficij, dummodò priuilegium non sit ex causa onerosa.

52 Constitutio suspensiua, qualitèr astimetur in differentia reuocatoria.

53 Princeps successor, dum non reuocat gratiam factam per suum antecessorem, dicitur persistere, non ex facto illius, sed ex propria voluntate.

54 Ius patronatus est sine pretio pretiosum.

55 Quod, vti se habeat, declaratur.

56 Ius patronatus ex causa onerosa, quantumcunquè ex priuilegio, non potest reuocari, quin offendatur ratio retractiua ab oblationibus, & holocausto.

57 Priuilegium ex causa onerosa, accedit natura contractus, & ita efficitur irreuocabile, iuxta tamen declarationem hic positam.

58 Laici scandalizantur, cum vident à se auferri, sine culpa propria, qua sudoribus, & sumptibus sibi acquisierunt.

59 Paria sunt carere, & habere, si habens non potest frui.

60 Ius patronatus ex augumento pratendens, qua teneatur iustificare.

61 Qualitas necessaria ad actum, probationem exigit.

62 Componenda, non refertur in causam oneris priuilegij, & quare?

63 Priuilegium pro quo est soluta magna componenda, non venit sub generali reuocatoria priuilegiorum.

64 Derogatio generalis ad omnia contraria, sufficit, vbi proceditur per viam legis vniuersalis.

65 Augere debens dotem Ecclesia ad medietatem pro acquisitione patronatus, non satisfacit ex quacunque impensa in aliam causam ipsius Ecclesia.

66 Forma, ad vnguem seruanda.

67 Nequè admittit implementum per aquipollens.

68 Dispositio loquens in casu simplici, non obtinet in misto.

69 Nisi sit fauorabilis, & facta per viam legis generalis.

70 Patrono ex priuilegio, quando suffragetur quasi possessio prasentandi, vel secùs.

71 Dotis augmentum, vbi est taxatum in certa quota fructuum, pro acquirendo patronatu, non potest liquidari, nisi probato valore fructuum, ad quos fuit facta relatio.

72 Prasentandi quasi possessio, quandoquè absorbetur à proprietate.

73 Attenditur tamèn, dùm cognoscitur super validitate priuilegij ad formam Concilij.

74 Nisi deducatur patronatus, ad euitandam reseruationem.

75 Patronatus vno titulo producto, non potest alter allegari.

76 Decretum irritans, inficit titulum, & possessionem.

77 Et appositum in lege generali, eandem vim obtinet, vbi tamèn est iustificatum.

78 Augumentum non factum, pro acquirendo iure patronatus, eo ipso dicitur iustificatum, quòd de eo non liquet.

79 Patronatus ex priuilegio non iustificato, dicitur reuocatus per Concilium, tam respectu tituli, quàm possessionis.

80 Augumentum dotis, pro acquirendo iure patronatus, debet probari factum in executionem priuilegij, siuè concessionis, & qua sit ratio.

81 Patronatus ex priuilegio mero per augumentum dotis, qua commoda assequatur.

82 Vnio-

82 *Vnionem dissolui obtinens, & in hanc causam eroganti pecuniam, adhuc dicitur obtinere patronatum ex mero priuilegio.*
83 *Rescriptum corruit, falsa existente causa illius, etiam citra dolum impetrantis.*
84 *Suppressio temporaria, quæ?*
85 *Suppressio perpetua, non extinctiua tituli, cuius sit effectus.*
86 *Vnione non extinctiua tituli dissoluta, remanet beneficium, quod prius erat, tanquam ab illius origine.*
87 *Suppressio non extinctiua tituli, reducibilis in pristinum, absque auctoritate Papæ.*
88 *Vnione extinctiua tituli dissoluta, verius est creari nouum beneficium.*
89 *Augumenti dotis quantitas, pro acquirendo patronatu, quomodo æstimetur.*
90 *Reditus prædiorum, qualiter supputentur, vt inde inferatur ad valorem ipsorum prædiorum.*
91 *Interesse rei venditæ, secuta fide de pretio, qualiter taxetur.*
92 *Augere habens dotem, pro acquirendo patronatu, si emat actiones, eæ non æstimantur pro modo redituum.*
93 *Clausula* accedente consensu patronorum, *ponitur in quacunque resignatione, etiam ex causa permutationis.*
94 *Vnio facta sine consensu patroni, nulla est.*
95 *Collegiatam in Ecclesiam, si erigatur parochialis, patroni consensus requiritur.*
96 *Ecclesia patronata, si erigatur in collegiatam, patrono remanet intactum ius præsentandi ad canonicatus.*
97 *Iuri patronatus laicorum, quibus casibus consueuerit Papa derogare.*
98 *Iuris patronatus beneficio in Curia vacante, Papa passim iuri patronatus derogat in totum.*
99 *Neque hoc casu videtur ei refragari voluntas fundatoris.*
100 *Iuri patronatus in totum, Papa derogat propter litem.*
101 *Iuri patronatus, pro maiori parte præsentantium, Papa qua ratione deroget.*
102 *Et qua item ratione, vbi derogat pro medietate.*
103 *Quaque ratione deroget patronatibus ecclesiasticis, vel mixtis.*
104 *Retractionis ratio à fundandis Ecclesijs, in solis laicis consideratur.*
105 Promoto ad Episcopatum, *dum conceditur retentio beneficij iuris patronatus, nulla fit iniuria patronis.*
106 *Clausula derogationis iuris patronatus, pro medietate, vel minori parte patronorum, refertur ad patronos existentes in quasi possessione præsentandi.*
107 *Neque extenditur ad patronos veros.*
108 *Quod tamen declaratur, vt hic.*
109 *Ius patronatus passiuum, quodnam sit.*
110 *Fundatores, dum acquirunt ius patronatus, quem finem habeant.*

QVÆSTIO VIII.

Qui sit finis legis in concessione iuris patronatus, quaque eius finis virtus.



LEGI concedenti ius patronatus, præcipuè laicis, duplex est finis, Prior, respectu certæ Ecclesiæ, siuè beneficij, quod tunc in esse de-
1 duci supponitur † ex noua fundatione, constructione, vel dotatione, *Gloss. 1. in can. pia mentis, versic effi-citur autem, 16. quæst. 7. Abbas consil. 54. num. 1.*
2 *par. 1.* per hæc enim † tria deducitur Ecclesia de non esse ad esse, inquit *Innoc. in rubr. sub nu. 2. de iur. patrona.* vbi etiam *Abbas num. 6. & alij passim.*

Quocircà vtcunquè toleret lex singulis his tribus causis ius patronatus quæri, vt ex earum concursu, Ecclesia seu beneficium de non esse, vt dixi,
3 ad esse deducatur, tamen, vbi † iam hoc factum supponitur, nullam aliam causam agnoscit, propter quam ius istud permittat, vt præclarè docet *Abb. in cons. 59. sub num. 2. versic. hinc est part. 2.* & respondit Rota in vna *Spoletana Abbatiæ, 19. Decembris, 1625. coram Reuerendissimo Domino Coccino.*

Alter est finis, qui vt ab actu remotior, ità priori nobilior est, secundum ea, quæ explicauimus in superiori libro *quæst. 6. num. 11.* versaturquè circa
4 publicam vtilitatem, nimirùm vt exemplo † huius collatæ per Ecclesiam munificẽtiæ in certũ quempiam fundatorem, homines cæteri ad similia inuitẽtur, in hoc enim plurimũ fouetur cultus diuinus, de quo fini latè post alios agit *Lambertin. de iur. patr. lib. 1. quæst. 1. art. 4. ex num. 1. & per totum.*

In priori fine, qui est proprius illius operationis Ecclesiæ, ius illud patronatus permittentis, constringitur tota actiuitas iuris communis, vt videlicèt concessio omnis ex quauis alia causa facta nullarenus possit referri ad ius ipsum commune, sed ad merum, & nudum priuilegium, *l. 1. ad finem, de const. Princ.* in altero verò elucet ratio, cùr Summus Pontifex (cuius in beneficialibus am-
5 plissima est potestas, & † qui ideo de beneficijs iuris patronatus, etiam laicorum, ad libitum potest disponere patronis inuitis, *Gloss. communitèr recepta in Clemen. 2. in verb. Apostolicis, de præben.* cum alijs cumulatis per *Paris. de resig. lib. 3. quæst. 4. num. 32.* quod latissimè exornat, & more suo dilucidat *Pater Moneta in tract. de commut. volunta. cap. 10. in 5. quæst. ex num. 258.* ità
6 vt † non cadat in hoc articulo quæstio potestatis, sed tantùm voluntatis, *Lap. alleg. 96. sub num. 3. vers. nec obstat quod Papa dicatur*) Tamẽn vsquè adeò sit constans in non præiudicando iuri patronatus huiusmodi (vbi illud supponitur de iure
7 communi) vt † nec quidem patiatur illud includi in reseruatione maiori, idest clausa in corpore Iuris, vt tradit *Gloss. in cap. 2. in verbo collatio, de præben. in 6.* & ibi etiam *Gemin. num. 11. Franch. num. 8.*

num.8. & cæteri passim, disputatq. & resoluit *Lap. alleg.96. ex num.1. & per tot. vbi adden. in litera M*, *Staphil. de mo. & form. impetr. sectio. sequitur videre de tertia, num.2. Monet.d.quæst.5. sub num. 265. versic. siue etiam.* Et quod censuit
8 Glossator antiquus ad *reg.40.num.10.* Papam† sibi reseruasse Ius instituendi, declarauit Couarruuias *pract.quæst. cap.36.n.5.* refercudum esse ad Episcopatus, & Dignitates, de quibus loquitur regula tertia: & contrariam sententiam, circa articulum reseruationis, ceù nouam reiecit Rota *in Placentina Capellaniæ, 19. Ianuarij 1622. coram Reuerendiss.* D.Coccino. Et nihilominùs si com-
9 petat iure singulari, † comprehendatur sub quacunque generali reseruatione, in tantum vt nèc sit necessaria aliqua derogatio, *Gemin.in d.cap.2. num. 12. de preben. in 6.* cum propè innumeris cumulatis per *Cened.canonic. quæst. 22. sub n.20. versic. supradicta tamen.*

Enimuerò ratio differentiæ est, quia vbi supponitur ius patronatus competere de iure commu-
10 ni, † vrget diuinum monitum, nè retrahantur homines ab oblatione, & holocausto, vt legitur *Reg. 1.cap.2.* & notat Gonzal. *ad Regulam de mensib. glos. 18. num. 3.* quod cessat in iure patronatus
11 ex † priuilegio, aùt alio iure singulari, *Cassat. de iure patronat. decis. 4. sub num. 5. versic. sed quod idem, Rolan.consil.46.num.16 lib.1.*

Hinc Sacrum Concilium Tridentinum, *sess. 25. cap.9. de reform. in §. reliqui patronatus*, reuocat
12 omnes † patronatus ex priuilegio, quæ tamèn reuocatio intelligitur de priuilegio minimè concesso ex causa onerosa, vel ex augumento dotis, seù ex noua constructione, vel alia simili causa: nàm priuilegia huiusmodi in eodem *cap. circa finem, in §. similiter quoque*, mandat examinari per ordinarios, vt quos patronatus non reperient constitutos esse in euidentem Ecclesiæ, vel beneficij, seù dignitatis necessitatem, in totum reuocent, atquè beneficia huiusmodi, sine damno illa possidentium, & restituto patronis eo, quod ab eis idcircò datum est, in pristinum libertatis statum reducant, in quo decreto apertè dignoscitur præseruatos fuisse patronatus ex priuilegio oneroso, vt in puncto cõsuluit *Gabr.cons.195.sub n.8.vers. illud superest explicandum*, & sæpè censuit Rota apud *Crescen.decis.11. de Iur.patr. Seraph.decis. 499.n.4. & decis.555.n.5.vers. quãtũ ad decreta.*

Verùm maxima est controuersia, An patrona-
13 tus† huiusmodi, itàper priuilegium ex causa onerosa concessum competentes, tamètsi præseruati à supradicto decreto Concilij, cadant nihilominùs sub reseruationibus Apostolicis, præcipuè Regulæ de mensibus, vèl potiùs in eadem censeantur præseruati: Qua in re est aduertendum, præter decretum Concilij suprà relatum, priùs emanasse
14 duas†constitutiones Apostolicas, Innocentij VIII. incip. Cum ab Apostolica, sub Datum anno incarnationis 1485. X. Kal. Decembris quæ est vltima constitutio illius Pontificis, & alterã Adriani VI. publicatam 9. Decembris 1522. quæ est tertia ipsius in nouo Bullario. Ex quibus primùm aper-
15 tissimè liquet, quascunquè concessiones, † & priuilegia Apostolica antè dictas literas Innocentij Octaui, præcipuè à viginti annis, & citrà, etiam motu proprio, & cuiuis personæ, & Vniuersitati, Collegio, Marchioni, Duci, ac Regi, super Iure præsentandi, vèl eligendi ad monasteria, & alia quætus beneficia electiua, quacunquè ex causa, & sub quouis onere, & conditione concessa, fuisse abrogata, cassata, & annullata, etiam quod conditiones sub quibus fuerunt concessa, verè, & realitèr fuissent seruatæ, & adimpletæ.

Alterum, quòad alia non electiua priuilegia similia super Iure præsentandi, eodem tenore abroga-
16 ta fuisse, nisi † eorum fructus, reditus, & prouentus forent aucti de proprijs bonis priuilegiatorum ad medietatem veri annui valoris, vel Ecclesias in illis de nouo ædificassent, seù omnino, ac funditùs dirutas reædificassent, aùt fundos, aùt loca in quibus reædificarentur, concessissent; Hæcquè statuit Innocentius in prædicta constitutione; Adrianus verò, iterùm altera sua, decreuit eadem respectu illorum eorundem priuilegiorum, quæ à diuersis Summis Pontificibus fuerant concessa ex anno primo eiusdem Innocentij, sub quibuscunquè formis, & decretis essent.

17 Hinc verò primùm sequitur, nequè † respectu Iuris eligendi, nequè respectu Iuris præsentandi, posse per laicos allegari priuilegiũ aliquod cõcessum ante constitutionem hanc Adriani, nèc eis suffragari quamcunquè possessionem, quæ per eam remanet infecta, vt hæc latè fuerunt deducta, & benè probata apud *Seraph.decis.555.sub nu.2.vers. nec super clausulis, & per tot.*

18 Sequitur secundùm, supradictas duas† constitutiones, excepta causa augumenti dotis, nihil in effectu continere aliud, quàm simplicem priuilegiorum huiusmodi reductionem ad terminos Iuris communis; Nàm quatenùs præseruantur tres illi casus constructionis Ecclesiæ à fundamentis, vèl præbitionis fundi, aùt totalis reædificationis, cer-
19 to † certius est, indè acquiri patronatum ex Iuris dispositione, vt post alios benè deducit *Roch.de Iur.patr. in verb. fundauit, num.1.* quem reædificationis casum, sic interpretamur, vt procedat cùm ita est diruta Ecclesia, vt noua egeat consecratione, *Roch. vbi supra num.12. Lambert.eo. tractat.lib.1.part.1.quæst.6.in 3. artic. num. 20. & per tot. & art.8.num. 17.* & benè etiam declarat *Seraph. d. decis.555.nu.2. Rota decis.58. n.5. part. 1. in recentior.*

Quo verò ad causam augumenti, continere præseruationem eorundem priuilegiorum, si aucti sint fructus ad medietatem veri valoris; vt enim æsti-
20 metur commodum, † debet æquiualere oneri, *l. planè 34.§.indè dicitur, de lega.1. Surd cons.150.*
21 *num.37.* & ideò exigitur, † vt onus æquiualeat, aliàs concessio in totum reputatur gratiosa, vt in puncto determinauit *Rota decis.457.n.17. par.1. diuers. & in recent. dicta decis.58.num.8. & decis.88. num.4 par.1.*

22 Nequè verò † etiam posito tali augumento, competit patronatus de Iure communi, sed ex mero priuilegio, vt latè disputat *Lambert. d.q.6. art.2.sub n.12.vers.aut loquitur, & per tot.*

23 Quod

23 Quod procederet † etiamsi in priuilegio adie-
ctum esset decretum, vt habeatur patronatus *pe-
rindè, ac si verè, & realitèr priuilegiatus in to-
tum dotasset, extruxisset, & fundasset*, nàm quò
prægnantiores sunt clausulæ, & decreta huiusmo-
di, eò magis in priuilegium sonant, *Rota d. de-
cis. 58. num. 6. & decis. 88. num. 2. & 3.* plures alias
refert *Beltram. ad Gregor decis. 397. nu. 6. versic.
etiamsi sum priuilegio*, Quas confirmarunt DD. in
*Spoletana Abbatia, 19 Decembris 1625. coram
Reuerendissimo D. Coccino*, in qua fuit etiam di-
ctum, consuetam clausulam, *perindè, ac si ex dota-*
24 *tione, &c.* ex vi, & proprietate dictionis † illius
perindè, resoluere totum decretũ in improprieta-
tẽ, & fictionem, per *t. x. in l. sed & si lege, §. perin-
de, de petit hæred.* & in *l. Sacrilegij, vbi glo. in verb.
condemnatus, ad leg. Iul. pecul. Surd. cons. 375. n. 42.*

Liquet hinc tertio, vt quemadmodum supra-
dictæ duæ Constitutiones Innocentij, & Adria-
ni, non abrogant, sed expresse præseruant huius-
modi priuilegia ex causa onerosa concessa, si onus
correspondeat oneri, idest, si aucti sint fructus ad
medietatem veri valoris, ità nec eadem ratione
censeatur (vt dictum est suprà) Concilium Triden-
tinum ijsdem priuilegijs derogare in *præalleg. c. 9.*
25 transeunt † enim huiusmodi priuilegia in vim con-
tractus, inquit *Gabr. d. cons. 195 num. 2.* proinde-
26 què, vt † cadant sub decretis abrogatorijs, neces-
se est, vt in indiuiduo de hoc fiat mentio, cum aliàs
sub quacunque generali reseruatione non veniant
priuilegia concessa ex huiusmodi causa onerosa,
& quæ ideò sortita sunt vim contractus, *Cardina.
cons. 147. num. 3. & per tot.* quem sequitur *Felyn.
in cap. cum olim, sub num. 5. vers. facit consilium,
de sent. & re. iudica. Crescen. decis. 5. num. 1. de
priuil. Rota in recent. par. 4 decis. 711. num. 2. &
decis. 119. par. 3. diuers. lib. 1. Marescot. qui alios
refert, variar. resolut. lib. 2 cap. 40. num 28.*
27 Contractus enim † sunt de Iure gentium, & per
Principem æquè, ac per priuatos seruari debent,
vt dicunt omnes, quos cumulat *Mandos. ad Ro-
man. cons. 352. num. 24.* missa pro nunc quæ-
stione potestatis, de qua per *Calcan. cons 52. n. 16.
& Peregrin. de iu fisc. lib. 1. tit. 3 num. 28* quam
noluit decidere *Rota d. decis. 119.*

Atquè ex his quarto consequitur resolutio præ-
dictæ facultatis; Vt videlicet Regulæ reseruatoriæ
nullo modo comprehendant patronatus compe-
tentes laicis ad non electiua, ex priuilegio onero-
so, etiam si emanauerint, vt possit prouideri pau-
28 peribus, & alijs personis benemeritis, quia † tanti
non est faciendus fauor pauperum Clericorum, &
benemeritorum, vt alijs iniuria fiat, *cap. ex tenore
de for. comp. Dec. consil. 564. num. 1.*

29 Hincquè est, quod licèt † supradicta Constitutio
Adriani, nitatur ea ratione, qua etiam nititur Re-
gula de mensibus, in illis verbis, *Ideo vt per san-
ctitatem suam, & Sedem Apostolicam liberius de
personis benemeritis dictis Cathedralibus Eccle-
sijs, & monasterijs prouideatur, & de illis, ac alijs
dignitatibus, Beneficijs, Hospitalibus, & pijs locis
huiusmodi disponatur, opportunè prouidere vo-
lens, &c.* tamèn per eam expresse ab hac dispu-
tatione eximuntur priuilegia concessa ex causa
oneris augendi fructus, & reditus Beneficiorum
non electiuorum ad medietatem veri annui valo-
ris, ibi, *quo vero ad alia Beneficia, & Hospitalia,
& alia loca huiusmodi, si illis quibus reseruatio-
nes, & concessiones, ac facultates, & indulta hu-
iusmodi facta, & concessa fuerunt, vt præfertur,
illorum occasione fructus proxime dictorum Be-
neficiorum, hospitalium, & piorum locorum ad
medietatem veri annui valoris fructuum eorun-
dem secundum eorum æstimationem, de proprijs
etiam bonis non auxerint &c.* vndè verba Regulæ
reseruatoriæ supradictæ, eandem interpretationem
sumunt, cum minimè nouum sit, vt priores leges
ad posteriores, ac posteriores, ad priores sic tra-
hantur, vt per illas, istas interpretemur, *l. non est
nouum cum duabus seqq. ff. de legib.* hancque sen-
tentiam non obscurè mihi probasse videtur Ro-
ta in *præalleg. decis. 58. nu 8. & decis. 88. num. 4.
par. 1. in recent.*

Hinc verò patet, qualitèr pro excludendo iure
patronatus a Regula supradicta, oneris causa ex-
30 ponenda sit; nàm vel onus † in eo consistit, quod
fuerint aucti reditus in medietate veri valoris; &
tùnc tenendum est non comprehendi beneficium
patronatum sub Regula, sicuti non erat com-
prehensum sub Regula, siuè constitutione Adria-
31 ni, nun quidem quia de Iure † communi ex quan-
tocunquè augumento dotis non acquiritur pa-
tronatus, nisi in totum dos deficiat, vèl sit perem-
pta, vt latè tradit *Card. in cap. Quoniam, sub n. 6.
versic. Dicit Vincentius, de Iur. patr. Bero. cons. 4.
num. 26. cum seqq. lib. 1.* & fuit decisum in *Lunen.
Sarzanen. 5. Iuly 1599. coram Illustrissimo* D.
32 *Cardinali Millino*. Intelligitur † autem, vt id
quoque obitèr attingam, in totum dos defecisse, si
ad eã quantitatẽ sit deducta, quæ propter suã exi-
guitatẽ prorsus sit incongrua; nàm tùnc benè ac-
quiritur patronatus ex augumento, etiam secundũ
Iuris intentionem, cum paria sint, vèl non habere
dotem, vèl habere, sed incongruam, & insufficien-
tem, vt plenè tradunt *Lambert. lib. 1 par. 1. quæst.
6 art 6 nu. 7. versic. Nàm nulli dubium est, Cor-
ne cons. 77. num. 4. lib. 2. Socin. Sen. cons. 108. n. 4.
lib. 1. Cæsar de Graff. decis. 62. num. 18.* & diximus
superiori libro *quæst. 31. num. 8.*

Sed quia Papa non censetur sub verborum in-
uolucro voluisse comprehendere patronatum
competentem ex tali priuilegio propius ad na-
turam contractus accedentem, quàm ad naturam
gratiæ, secundum declarationem constitutionis
Adriani, ex supradictis, à quibus minimè in diuer-
sum abierunt Domini, imò se illis valdè confor-
marunt, in *Valentina Parochialis de Carlet 4.
May 1601. coram bo. me. Cardinali Lancellotto,
& in Cæsaraugustana Parochialis de Maella, 6.
Nouembris 1617. coram Reuerendissimo* D. *Coc-*
33 *cino*. In qua tamèn † fuit animaduersum, hoc ca-
su necessariam esse expressam declarationem do-
tantis, siuè augentis: licèt enim fundans, vel do-
tans Ecclesiam absquè alia declaratione, sed sim-
plici Iuris ministerio acquirat patronatum, vt su-
prà vidimus, tamen vbi versamur in accessione

dotis per augumentum, nisi id exprimatur, censetur facta, gratia benemerendi, seu benefaciendi simpliciter, non autem acquirendi patronatum, stante praeexistentia beneficij semel dotati, *Abb. cons. 59. sub num. 2. part. 1.* Quapropter, vt dimo-
34 ueatur † aequiuocum, quamuis non sit necesse, vt dicat se id facere, vt patronatum acquirat, est tamen necessarium, vt dicat se conferre in causam dotis, cui expressioni necessariò consequatur mens patronatum acquirendi, nō autem simplicitèr benemerendi, & ità docuit *Abb. in cap. Quoniam, num. 10.* vbi *Bero.* qui testatur de magis communi *sub num. 89. de Iur. patr. Idem Abb. cons. 106. sub num. 2. versic. sed ex quo Capella, part. 2.*

35 Et quamuis † *Bero. in d. c. Quoniam, sub d. n. 8.* necnon *Roch. de Iur. patr. in verb. & dotauit, sub num. 11. versic. tamen valdè dubito,* in puncto Iuris de hac sententia dubitauerint, tamen salua con-
36 iectura, ex adhibitione consensus Episcopi † (quae concludit ad mentem dotandi, & indè acquirendi patronatum) minimè est ab ea ex quauis alia coniectura recedendum, vt benè tradit *Lambert. in eo. tractat. de Iur. patr. in c. par. 1. lib. in 6. quaest. in princip. ex num. 16. & 24.*

Supposita autem hac declaratione, quod vide-
37 licèt † id quod confertur, conferatur titulo dotis, seu augumenti dotis, consequitur, vt dixi, acquisitio Iuris patronatus, etiamsi expressè non reseruetur, dummodò non remittatur, vt in puncto est *decis. 167. sub num. 3. versic. & licet Nicolettus, par. 2. diuers.*

Neque respectu solius augumenti, me in contra-
38 riam sententiam † vertit, id quod pronunciauit Rota *dicta decis. 457. sub num. 17. versic. quod autem in hoc casu, part. 1. diuers.* videlicet tùnc demùm dici dotationem aequiualere Iuri patronatus, quando in totum Ecclesia dotatur, non quandò dos solùm augetur.

Vndè qui plus aequo patronatibus huiusmodi aduersantur, inferunt contra Regulam reseruatoriam non admitti absolutè exceptionem priuilegij ex quocunquè augumēto dotis; id amplius comminiscentes, non esse arguendum à constitutione Adriani, tanquàm reuocatoria, ad Regulam remouentem simplicitèr priuilegia, tantisper donèc reseruatio sit consumpta; Aiunt enim, reuocationem priuilegiorum multam habere in-
39 se amaritudinem, decet † enim concessum à Principe Beneficium mansurum esse, inquit Pontifex in *cap. decet de reg. Iur. in 6.* nèc per eius Successorem reuocari, *Parisi cons. 37 sub nu. 4. versic. Decet enim successorem, lib. 4.* Quam vtiquè amaritudinem non habet ea simplex (vt ità dixerim) con-
40 sopitio, donèc reseruatio consumetur, quasi † quod praeiudicium dilatiuum non habeatur in considératione, *l. 2. C. de precib. Imp. offeren.* vt in simili dicimus, de praeiudicio quod infertur expectanti, apud Rotam *decis. 17. ad med. versic. Verum est, de praebend. in nou. Verall. decis. 61. num. 3. par. 2. Gratia. forens. discept. cap. 26. num. 19.*

41 Addunt, neque sic illud † priuilegium interpretandum, vt obstet potestati Principis concedentis, *c. dudum, §. nos igitur, cū seqq. de praebend. in 6.*

Haec inquam, & similia minimè me mouent;
42 Nàm in primis, quoad Rotae † pronunciatum, *d. decis. 457.* est animaduertendum, primùm in ea controuersia nil aliud venisse, quàm reuocationis articulum respectu patronatus competentis per viam priuilegij ex causa onerosa, ducta reuocationis causa, ab ipsa constitutione Adriani Sexti, vt patet in principio decisionis. Nèc negat decisio, sed prorsùs admittit, quod si concessio fuit ex causa onerosa, non intret reuocatio, sed tantùm disquirit, quaenàm dicatur causa onerosa, & *num. 17.* concludit id quod suprà diximus, videlicèt tùnc dici priuilegium esse ex causa onerosa, quandò id, quod eius contemplatione solutum, in onus refertur, aequiualet concessioni, aliàs secus, quod probat exemplo eius, quod soluitur pro componenda, ad quamcunque enim quantitatem ascendat, non intelligitur solui pro gratia, sed pro expeditione, vt latiùs alibi scribimus: & quando etiam admittamus solui pro gratia, tamen illi non
43 potest aequiualere; gratia † enim super iure patronatus confert Ius inaestimabile, extra hominū commercium, *cap. de Iure vero, de Iur. patr. cap. Querelam, & cap. & si quaestiones,* & passim toto titulo de *Simon.* Proindequè componenda huiusmodi illi nusquàm potest commensurari; Itaquè quod Rota subiungit in *versic. Quod autem,* dotationem aequiualere Iuri patronatus, quando in totum Ecclesia dotatur, ex Lambertino, cui adi possent omnes suprà allegati, referendum est ad Ius commune, & illius effectum, quatenùs secundum Ius commune, ex solo augumento qualecunque, & quodcunque supponatur, impossibile sit ius patronatus queri, vt diximus suprà in principio huius quaestionis, non autem est referendum ad Ius singulare ex priuilegio, & illius virtutem, quādo scilicet augens declarauit se ideò augere, vt patronatum acquirat ex concessione Apostolica, & Papa eo intuitu talem concessionem facit.

Quodque haec fuerit mens Rotae, duplici deprehenditur argumento; Tùm videlicet quià in his simplicibus terminis Iuris cōmunis loquitur *Lambert.* quem allegat, *par. 1. lib. 1. 2. quaest. art 6.* nèc
44 quicquam adeo frequens, quàm † doctrinas esse intelligendas secundum alias, quas allegant, vt censuit *Bart. in l. Non solum, §. liberationis, num. 7. de liber. legat. Alex. consil. 218. num. 4. lib. 2.* cum alijs quos refert *Becc. consil. 52. nu. 27.*

Tùm quià, si Rota ponens quaestionem in terminis Regulae, siuè constitutionis Adriani, id paritèr sensisset in terminis priuilegii, profectò respondisset contra casum constitutionis eiusdem, in qua expressis verbis praeseruantur patronatus competentes ex priuilegio, ex causa onerosa, aestimaturquè onus, non ex totali redotatione, proùt aestimatur de Iure communi, sed ex augumento ad medietatem redituum, & propterea id satis est
45 etiam † pro euitanda reseruatione, vt ex mente Rotae notauit etiam *Beltraminus ad Gregor. decis. 397. ad finem.*

46 Hinc manifestè liquet, † quàm periculosum sit haerere cortici verborum in assequenda sententia cuiusvis insignis Doctoris, vbi aliquid principalitèr

tèr in dubium reuocatur: pleraquè enim quasi obi-
tèr dicuntur ad comprobandum id, quod alijs
fundamentis est subnixum, quæ ideò laxiori sermo-
ne effusa, haud quaquàm par est, vt inter axioma-
ta statim rescribantur, *Honded. qui alios refert*
consil.61.num. 15. lib. 2. & notauimus in appa-
ratu, *ex num. 96.*

Quantum verò ad differentiam inter præiudi-
cium extinctiuum Iuris alterius, & dilatiuum, illa
47 quidem † adimittitur, vbi neque in ipso articulo
dilationis, Ius quæsitum est, & in his terminis pro-
cedunt contraria deducta à simili de gratia expe-
ctatiua, per quam non censetur expectanti Ius ali-
quod in re, vel ad rem ante acceptationem acqui-
situm, *cap. bona, §. sanè in his, de concess. præ-*
48 *bend. in 6.* facilius † siquidèm aufertur Ius
quærendum, quàm quæsitum, iuxta *gloss. vlt. in*
l. Seruus, C. *de pact.* cum alijs per *Franc. Becc.*
consil. 36 num. 36.

At dum in huiusmodi priuilegijs perpetuò inse-
ritur decretum, nè aduersus concessum patrona-
tum vllæ reseruationes præualeant, minimè in du-
bium reuocatur potestas, sed voluntas, quò fit vt
cum in hoc præcipuè sit Ius quæsitum priuilegia
49 to, illud non censeatur reuocatum, cum † nusquàm
illa sit admittenda interpretatio, per quam quis
censeatur tollere quod semèl concessit *l. Lucius,*
22. ad finem, de legat. 2. Mandell cons. 8. nu. 23.

Vt enim superiùs dixi, Regula *cap. decet*, pro-
cedit etiam in successore, qui licèt possit reuocare
quod fecit Præcessor, & multò fortiùs alterare,
vel prorogare aut differre, tamen in dubio, hoc velle
non videtur, *Paris. in practicat. consil. 37. n. 4. lib. 4.*
50 Et quamuis admittamus, regulariter † verum
esse, quòd de Iure patronatus non sit facienda men-
tio, si illud constet ex priuilegio, *Pute. decis. 107.*
51 *nu. 3. lib. 3.* id † tamen minimè locum habet, præ-
terquàm in casu meri priuilegij; secùs verò in
casu priuilegij ex causa onerosa, vt declarat *Mo-*
hed. decis. 11. de iur. patro.

Præterea quoad differentiam hanc inter consti-
52 tutionem reuocatoriam, † & constitutionem
declaratoriam, vel suspensiuam, est aduertendum,
etiam in hac parte dilatoria, siuè suspensiua, inclu-
di priuilegij reuocationem; nàm licèt non reuo-
cetur absolutè priuilegium, adeò quod possit dici
extinctum, & peremptum, reuocatur tamen pro-
missio illa explicita, nè subijciatur reseruationi-
bus, hæc namquè est vis promissionis, quatenùs à
simplici differt permissione, de qua nùnc non agi-
mus, qui enim reuocat, quod permisit, non nititur
contra obligationem aliquam, cum ex permissa
nulla oriatur obligatio, sed qui reuocat quod pro-
misit, nititur contra propriam obligationem, &
pactum; & sic, posito quod priuilegium contineat
promissionem, vt tutum sit aduersus reseruatio-
nes, non poterit intrare reseruatio, quin inducatur
reuocatio, si non destructiua priuilegij, saltim de-
structiua illius pacti, diceturquè ideò dispositio re-
uocatoria, vt elegantèr docuit *Bald. in l. si eum*
mihi, nu. 1. & 2. ff. de dolo, & sic etiam admissa dif-
ferentia supradicta, non erit extranea quæstio à
materia reuocationis.

53 Hincquè etiam satisfit † motiuo, quòd conce-
dens priuilegium, maiorè potestatem sibi reseruare
censeatur; nàm hic, vt dixi, non cadit quæstio pote-
statis, sed volũtatis, quæ minimè præsumitur, *Surd.*
consil. 419. num. 50. nèc quidem in successore, qui
dùm expresse non reuocat id quod concessit eius
præcessor, videtur in eadem voluntate continua-
re, nèc dicitur tùnc obstringi decreto sui præces-
soris, sed sua propria voluntate, vt plenè declarat
Gemin. in cap. 1. sub num. 14. ad fin. versic. di-
stinctio quam facit, de præbend. in 6.

Nèc ad rem facit, si rursùs opponatur, nusquàm
onus posse æquiualere honori, qui ex patronatu
acquiritur, qualecunquè id sit, cum Ius patrona-
54 tus, veluti annexum † spiritualitati inæstimabile
sit, & sine pretio pretiosum, vt loquitur *Cuiac. in*
expositat. cap. 3. circa med. versic. Qua de causa, de
Iudic. quià id acceptum in eo sensu, in quo debet
55 accipi, non applicatur. procedit enim † ad effe-
ctum impediendi illius distractionem, vbi semèl est
acquisitum, prout sic ibi declarat *Cuiac.* non au-
tem ad effectum illud acquirendi tanquàm noui-
tèr eductum, potissimùm à Papa in quo non cadit
quæstio potestatis; nàm alitèr, nèc ipso quidem
Iure, posset ex dotatione, vèl fundatione, vèl con-
structione acquiri, satisquè est, quod supradicta
Adriani constitutio ad istum effectum educendi, &
acquirendi patronatum, æstimationem hanc, &
correspectiuitatem canonizet.

Quod etiã sũma ratione cõstat, nàm quemadmo-
dùm parcitur patronatibus acquisitis ex dotatio-
ne, fũdatione, & cõstructione, nè laici ab his retra-
hãtur, *Gõzal. ad reg. de mēs. gloss. 18. n. 3.* ità est par-
cẽdũ acquisitis ex iusto augumẽto dotis, vtroquè
enim casu laicus propriũ exhaurit patrimonium in
vtilitatẽ Ecclesiæ, eadẽquè ideò militat ratio cõser-
uãdi, quod ei semel concessum est, nè retrahatur ab
oblatione, & holocausto, vt dictum est suprà *n. 10.*
56 Et quod propterea, † vtroquè casu militet eadem
ratio retractionis, distinguendo inter priuilegium
simplex, & priuilegium cui est correspectiuum
beneficium laici in Ecclesiam illatum, optimè de-
monstrat *Gambar. de offic. & potest. legat. lib. 3.*
ex num. 283. Proindequè tale priuilegium inuio-
labile est, non secùs, ac contractus celebratus cum
57 ipso concedente, ad cuius naturam † magis ac-
cedit, vt probat *text. in l. fundi, C. de fund. Patri-*
mon. lib. 11. ibi, nequè enim magis commodamus
nostra, quàm tradimus eo Iure dominij, cum
alijs per *Bero. cons. 146. nu. 49. lib. 3.* Quod pror-
sus verum est, vbi onus propter quod est conces-
sum priuilegium, habet perpetuam commensura-
tionem cum re concessa, vt declarat *Bald. in l.*
Qui se patris, sub num. 34. versic. nisi prætextu, C.
de bon. possess. vnde liber. pendet enim tùnc pri-
uilegium non ex concedentis auctoritate; sed ex
Iure alteri quæsito, & in hoc consistit vis, irretra-
ctationis, & irreuocabilitatis, vt docet idem *Bald.*
in l. cum mihi, sub num. 1. versic. item dixi quod
priuilegium. ff. de dolo, Roland. consil. 76. nu. 18.
lib. 2.

Atquè ità semper tenerem, potissimùm cum ab
hac sententia non abhorruerit Rota, vt deprehen-
ditur

ditur ex *decis. 407. per tot. par. 3. lib. 3. diuers.* si-
58 mulque ea sit plena æquitatis, facillimũ † enim est, vt
scandala oriãtur, cùm laici viderint à se auferri, si-
ne eorum culpa, quod multis sudoribus, & sumpti-
bus conquisierunt, vt in simili ratiocinatur *Card.*
consil. 147. sub num. 5. versic. Item ex his.

Potissimùm quià facillimè dari potest casus, vt
semèl aperta via prouidendi per Papam vi reser-
uationis, Patronus in vanum, etiam per integrum
expectet seculum, vt consumetur reseruatio, cum
consueuerint prouideri, aùt Curiales, aùt aliæ per-
sonæ in quibus reseruationes perpetuantur, & hoc
etiam casu circumscripto, expectandum etiam sit,
vt vacatio incidat in vno ex quatuor mensibus,
quod sanè perquàm durum est, tanquàm penè eius
59 Iuris totalitèr extinctiuum, paria † enim reputan-
tur, vel non habere, vel habere, & frui non posse,
Rota decis. 79. num. 3. par. 2. diuers.

Intra tamen suos Cancellos coangustanda est
60 sententia hæc: Siquidem qui huiusmodi † inni-
titur priuilegio, duo probare tenetur, videlicèt se
augumentum fecisse, & alterum, illud tale fuisse, vt
indè contigerit augeri reditus ad medietatem
veri valoris, iuxta dictam Adriani constitutionem,
nàm non est satis aliquid probare, nisi probetur
61 cum sua † qualitate necessaria, *l. 4. §. hac autem*
actio, ff. vi bono. rapto. cum simil. Felyn. in c. audi-
tis, num. 33. de præscriptio.

62 Ex quibus statim sequitur, † primum excipienti
de priuilegio huiusmodi, non esse satis probare se
pro eo obtinendo soluisse pecuniarum ingentem
quantitatem Principi concedenti, seù veriùs eius
officialibus, etiam si illa longè superaret valorem
prædiorum Beneficij, nàm ea solutio (quam vocant
componendam) soluitur quidem ad hunc finem,
vt patronatus in Ecclesia obtineatur, & gratiæ
obtinendæ intuitu, at minimè ad finem benefa-
ciendi Ecclesiæ, adeò quòd possit tale beneficium
commensurari damno Ecclesiæ, quod ex reductio-
ne in seruitutem, illi infertur, nèc enim cadit sub
sensum, quomodo ea pecunia, quæ inter Officiales
partitur, tendat in vtilitatem illius Ecclesiæ, aùt
Beneficij de cuius statu agitur, & hoc est quod be-
nè animaduertit Rota in *suprà allegata decis. 457.*
num. 17. versic. & ita dicebat, par. 1. diuers. Gon-
zal. gloss. 28. num. 27.

Hoc ergò casu, priuilegium dicetur merè gra-
tiosum, & reuocabile, non quià vacet omni causa
oneris, (nàm illa imò superfluit, vt tradunt citati
per *Gonzal. dicta gloss. 28. ex num. 12.* etiam
63 ad † effectum, vt tale priuilegium non veniat in
generali reuocatione, *Mohed. decis. 11. de Iur.*
patr. Gonzal. glos. 28. num. 29.) verùm quia,
cùm eadem causa respiciat finem penitùs ab-
stractum ab vtilitate Ecclesiæ, non datur aliquid
commensurabile cum ipsius Ecclesiæ præiudi-
cio, super qua tantùm commensurabilitate,
& correspectiuitate, fundata est ratio perpe-
tuitatis priuilegij à Iure communi agnita, nè
videlicet laici retrahantur à benefaciendo Ec-
64 clesijs, vt suprà dictum est: Et propterea † sa-
tis quoquè erit etiam pro illius remotione dero-
gatio generalis cum clausula *quorum tenores, &c.*

ex quo proceditur per viam promulgationis legis
generalis, vt latè habet Rota *decis. 606. nu. 3. & 5.*
par. 1. in recent.
65 Secundum, èc eidem † sic excipienti satis esse
probare, se partim impendisse in augendis rediti-
bus (licet non ad medietatem) & passim in repa-
rationem Ecclesiæ, nàm vel id refertur ad id, vt
hinc dici possit satisfactum constitutioni Adriani,
& frustrà, cum ea exigat pro forma, vt aucti sint
66 fructus ad medietatem veri valoris, quæ † forma
præcisè est seruanda, *Bal. in l. 2. num. 11. C. quom.*
& quan. Iud. Angel. in l. 1. num. 1. de lib. & post-
hum. Dec. cons. 455. sub nu. 8. versic. vltimo, Alex.
consil. 42. nu. 16. lib. 1. Ias. cons. 97. num. 14. lib. 4.
Rimin. Sen cons. 180. nu. 4. Boer. decis. 1. ex n. 44.
67 Nequè admittitur † adimplementum per æqui-
pollens, *Alex. consil. 137. sub nu. 16. versic. & di-*
cit Baldus lib. 2. Marsil cons. 117. n. 15. cum alijs
per *Frans. Becc. cons. 12. num. 21.*

Vèl id refertur ad directam exceptionem ab
ipsa regula reseruatoria, vt videlicèt ea non com-
prehendat in clausulis derogatorijs priuilegia su-
per patronatibus concessa, partim ex vna, & par-
68 tim ex alia causa onerosa, eo quod † dispositio
loquens in casu simplici, non complectatur mix-
tum, *Bald. consil. 358. num. 1. ad finem lib. 1. An-*
char. consil. 37. num. 2. in fine; & multò minus ad-
mittetur hæc argumentatio; nàm cùm Regula in
sui ratione generali sit fauorabilis, & in parte de-
rogatoria, habeat clausulas amplissimas, sortitur
vtiquè vim comprehendendi etiam casus mixtos,
69 cùm sit facta † per viam lègis generalis, *Bald. in*
l. 2. in princip. nu. 3. & latiùs *Ias. num. 4. de verb.*
obligat. & in puncto firmauit Rota in præallegata
Valentina Parochialis de Carlet, 4. Maij 1601.
coram bo. mem. Cardinali Lancellotto.

Tertium est, vt circa onus probandi exceptio-
70 nem hanc, in † vanum possit obtendi quasi pos-
sessio præsentandi, nam quamuis Rota apud *Sera-*
phin. in præallegata decis. 518. nu. 4. in eam abie-
rit sententiam, allegantem gratiam oneri præpon-
derare, id probare debere, ità quod sufficiat præ-
tendenti priuilegium ex causa augumenti, osten-
dere in genere, se dotem auxisse, nihilominùs id
accipiendum est cum grano salis, vbi videlicet pri-
uilegiatus potest iuuari quasi possessione præsen-
tandi, nam tùnc quasi possessio satis fundat inten-
tionem excipientis, proindequè cum contra eum
repplicetur de defectu correspectiuitatis proban-
dum est ab Ipso repplicante, id enim est totum id,
quod dicunt *Rol. consil. 13. nu. 64. lib. 3. & Ti-*
raquell. ad l. si vnquam, in verb. donatione largi-
tus num. 341. allegati in dicta decisione.
71 Vbi verò † non potest iuuari ea quasi posses-
sione, stat contra eum Regula, vt omninò teneatur
ipse iustificare huiusmodi qualitatem, quæ vt sem-
per consueuit concipi ad quotã fructuum, ità per-
petuò incumbit ei onus liquidandi valorem
redituum antiquorum, & aliorum ex post assigna-
torum, vt latè voluit Rota apud *Manticam decis.*
314. num. 1. & per tot. & Seraph. decis. 952.
num. 1.

Ea igitur Seraphini decisio in tantum sustineri
potest

potest, in quantum prætendenti Ius patronatus ex
priuilegio potest, dùm super eo discutitur, suffra-
gari quasi possessio præsentandi; vndè videntur
distinguendi tres casus.

72 Prior est, cùm ex inspectione † priuilegij, li-
quet illud nō esse, ex causa onerosa, qua correspō-
deat, siuè æquiualeat concessioni, secundum ea,
quæ suprà diximus; & tùnc tenendum est, talem
possessionem minimè habendam esse in considera-
tione, veluti absorptam ab ipsa proprietate, vt in
similibus terminis docuit *Abb. in cap. Consulta-
tionibus, num. 9. de Iur. patr. Butr. in cap. literis,
num. 8. eod. tit. Ripa in cap. cum Ecclesia, n. 130.
de caus. poss. & propr. Dec. consil. 123. num. 1. &
consil. 149. nu. 2. Roch. de Iur. patr. in verb. com-
petens, num. 45. Lambert. eo. tractat. lib. 1. par. 2.
quæst. 3. art. 6. ex nu. 4. & art. 9. ex num. 2. Paul.
de Cittad. eo. tractat. part. 6. art. 53. num. 16.* & fuit
dictum in *Senen. Iuris patronatus 9. Iunij 1598.
coram bo. me. Penia, in Romana Parochialis 21.
Iunij 1600. coram bo. mem. Corduba, in Meleui-
tana Iuris patronatus, 18. Aprilis 1608. coram bo.
me. Cardinali Marcomontio, & in Lucana Iuris
patronatus, 23. Ianuarij 1617. coram præfato bo.
mem. Penia*, & in his terminis fuit responsum
in præallegata *Cesaraugustana de Maella 9. No-
uembris 1617. coram Reuerendissimo D. Coc-
cino*.

Secundus est casus, quando id ex priuilegio non
liquet, sed ab extrinsecis probationibus est pe-
tendum, nequè agitur ad effectum reseruationis;
73 & tùnc † si possessio sit clara, dùm super releuan-
tia priuilegij huiusmodi, & meritis causæ cogno-
scitur, & patronatus renidetur per Ordinarium,
ex Concilij præscripto in suprà allegato *cap. 9.
sess. 25. de reform.* Patronus non est priuandus
possessione sua, sed in illa est manutenendus prout
ità fuit decisū in *Lucana Canonicatus, 18. Martij
1590. coram Bubalo*, & ad istos terminos retrahen-
da est præallegata *Seraph. decis. 499. num. 1. & per
tot. & decis. 565. num. 10*

Tertius est casus, quando retentis eisdem ter-
minis casus præcedentis, agitur ad effectum eui-
74 tandi reseruationem dictæ Regulæ; & hoc sanè ca-
su, tenendum est quamcunque possessionem non
suffragari; nàm pro Regula stat Iuris præsumptio,
quòd Beneficia quælibet sint libera, *Innoc. in cap.
cum Venerabilis, num. 9. de except.* quæ procedit
contra Reges, & Imperatorem, æquè, ac contra
priuatos, vt latè probauimus suprà *lib. 1.* & dixit
Rota in dicta *Cesaraugustana de Maella*, & priùs
in dicta *Valentina Parochialis de Carlet coram
75 Lancellotto*, vbi quod † frustra etiam posset alle-
gari alius titulus stante productione vnius, ad *Ae-
gid. decis. 287. & 399.*

Quatenùs ergò excipitur de possessione cum
titulo priuilegij, tollitur exceptio hæc, per repli-
cationem vtrumquè esse infectum propter decre-
76 tum irritans † iuxta *Cassad. decis. 1. per tot. de re-
stit. spol.* cum allegatis per *Gonzal. gloss. 21. n. 8.
& gloss. 67. num. 29.*

77 Quamuis enim † decretum irritans appositū in
lege generali, tunc demùm operetur effectū suum,
etiam respectu incertorum beneficiorum, vbi
est iustificatum, *Gonzal. ad reg. de mensib. glo. 67.
num. 34. & 39. Verall. decis. 326. num. 7. part. 3.
78 Crescent. decis. 6. de rest. spol.* satis † tamèn indè
dicitur iustificatum, quòd innitens priuilegio, illud
non iustificat cum sua causa à Iure approbata, &
ità fuit decisum in dicta *Cesaraugustana de Mael-
la*; quæ postmodùm etiam fuit confirmata *13.
Nouembris 1620. coram eodem*.

79 Quinimò etiam cessante † Decreto prædicto,
dùm non iustificatur aliud, quàm simplex priuile-
gium, intrat reuocatio ex Concilio, tàm respectu
huiusmodi tituli, quàm respectu cuiusvis possessio-
nis, *Seraph. decis. 1395. num. 4.*

80 Quartum denique † ex supradictis sequitur,
non sufficere pro iustificanda causa oneris supra-
dicti probare in dotem erogatum etiam vltra me-
dietatem, & cum animo indè acquirendi patro-
natum, sed iustificandum esse, talem erogationem
factam fuisse in exequutione talis concessionis, &
priuilegij, necessitatem hanc præcisè imponen-
tis: Vndè si Papa concesserit patronatum ex me-
ro priuilegio & postmodum patronus ità effectus,
nulla ad id necessitate compulsus, beneficij
fructus ad medietatem, vel etiam ad longè maio-
rem quantitatem auxerit, vtiquè istud augumen-
tum ei non suffragabitur; nàm vel consideratur ex
se, & de Iure causa hæc minùs valet ad acquiren-
dū patronatū, vt suprà visum fuit; aut cōsideratur,
cū priuilegio, & priuilegiū nō potest ad eā trahi, cū
illud concedens, super hoc non cogitauerit, actus
verò agentium non operentur vltra eorum inten-
tionem, *l. non omnis, ff. si cert. pet. cum vulga.*

Nequè dicatur, adhuc vrgere quod prius dixi-
mus, homines non esse retrahendos ab oblationi-
bus, & holocausto, quasi etiam hoc casu iste
exhauserit de proprio patrimonio in Ecclesiam:
Vis enim istius retractionis consistit in custodien-
do pacto, quod hic non potest prætendi, deficiente
consensu eius à quo emanauit priuilegium, *l. 1. §.
pactum, ff. de pact.* vndè qui ità sponte insumpsit,
sub hac credulitate acquirendi patronatum, de se
ipso tantùm queri potest, qui scire debuit, semel
se effecto patrono ex causa priuilegij merè gratio-
si, integra manente hac causa, non posse ex alia pa-
tronum fieri, iuxta regulam *tex. in §. sic itaque as-
ferens, instit. de action.*

Idemquè est dicendum, si bona Ecclesiæ ab alijs
occupata recuperasset, etiam per dissolutionem
applicationis fructuū dismēbratorū, mediante pe-
cunia, vt in casu dictæ *Cesaraugustana de Maella*.
Hæc enim fecisse alia mente credendū est, quàm
acquirendi patronatum, quod sibi erat impossibi-
le, cum iam illud ex alia causa fuisset assecutus.

81 Et nihilominùs huic nouæ liberalitati, † & mu-
nificentiæ correspectiua est alia compensatio, &
retributio temporalis; nàm licèt Ius patronatus
quod semel ex priuilegio iàm est acquisitum, non
possit quæri, nèc augeri in substantia, augetur ta-
mèn in qualitate, siquidem quò pinguiores redi-
tus sunt, eò honorabilius efficitur his ipsum pa-
tronatus, *Cassad. decis. 3. sub nu. 2. vers. Item hono-
rabilius Ius, de Iur. patro.* quod aliquantulum sub-

obscurè dixerat priùs *Innocent. in Rubr. sub nu. 3. vers. item bonor, eod. tit. de Iur. patronat.*

Et indè etiam comparatur patrono firmior statio, & refugium in casu inopiæ, iuxta terminos *cap. nobis de Iur. patronat.*

Quinimò in præallegata Spoletana Abbatiæ, 82 fuit † decisum, cum qui mediante certa pecuniarum quantitate, obtinuerat dissolui vnionem, & ex hac causa decerni, sibi esse acquisitum Ius patronatus, adhùc non posse videri Ius huiusmodi alitèr consequutum, quàm ex mero priuilegio, quod arbitror esse verissimum, vbicunquè (vt supponebatur in ea specie) vnio fuisset nulla, & Papa hoc nesciuisset, sed potiùs esset ei suppo-
83 sita validitas; nàm vbicunquè † suppositum, sine quo aliàs gratia non fuisset facta, apparet falsum, non potest talis gratia opitulari impetranti, etiãsi absit omnis dolus, iuxtà doctrinam *Bart. in l. praescriptione, sub num. 4. vers. quandoque impetratur, C. si contra ius, vel vtil. pub. Paris. cons. 51. num. 28. lib. 4. Menoch. cons. 91. num. 42. & cons. 761. num. 8.*

At si valida sit, non transit hæc conclusio sine distinctione; aût enim versamur in simplici sup-
84 pressione † ad tempus, cuiusmodi est illa, quandò in aliqua Ecclesia ob decrescentiam redituum supprimitur Canonicatus, quæ est materia *tex. in cap. cum accessissent, de constitut. & in Clement. vltim. de rescript.* proùt in eadem Clementina optimè aduertit *Bened. Capr. num. 14.* & certè materia hæc non conuenit teminis huius controuersiæ, nisi illatiuè ex identitate rationis, vt mòx subijciam.

Aût agitur de alia suppressione perpetua; & tùnc est adhibenda distinctio inter suppressionem non extinctiuam tituli, & suppressionem extinctiuam, quippè si agatur de suppressione non extin-
85 ctiua † ipsius tituli, dissolutio simplicitèr remouet impedimentum quod priùs fuerat iniectum, nequè ideo beneficium intelligitur deduci de non esse ad esse, siuè de nouo creari, & hoc est quod clarè docuit *Gloss. in d. Clem. vlt. in verb. creatũ, de rescript.* vbi post Ioannem de Lignario, & alios docet *Ancharan. n. 4.* & sequitur *Barbat. n. 22.* & est ratio, quià tùnc in illo titulo conseruatur materia, & forma ipsius essentiæ beneficij, licèt
86 impediatur collatio: Vndè quando † dissolultur vnio, siuè reuocatur suppressio, beneficium non deciditur ab alio principio, sed ipsum est principium sui ipsius, & in hoc distinguitur conseruatio eiusdem substantiæ ab illius destructione, & creatione nouæ, vt pulchrè philosophatur *Bald. in d. cap. cum accessissent num. 17. & 18. de constit.* & hoc idem apertè censuit *Barbat. in d. Clem. vltim, num. 21. vers. sed responde.*

87 Vsquè adeò, vt pro reductione † beneficij ità suppressi ad statum pristinum nõ sit necessaria auctoritas Papæ, vt ibidem per *Bald. vers. sed in reparatione*, etiamsi illa interuenisset in suppressione, vt in *eod cap. cum accessissent*, docet *But. num. 10.*

88 Si verò agatur de suppressione † extinctiua tituli, quià iàm non possunt remanere reliquiæ, in quibus conseruetur substantia ipsius beneficij, nihil est, quin per dissolutionem vnionis, beneficium deducatur de non esse ad esse, habeaturquè pro nouo beneficio, quod fuit de mente Ioannis de Lignario, quem sequuntur omnes, *in eadem Clementina*, præcipuè verò *Capr. nu. 13. vers. si verò renouatur*, & omnium clariùs explicat *Felin. in eod. cap. cum accessissent sub n. 33. vers. ad idem quod notat*, vbi ex mente Cardinalis ait, ita declarandã esse Glossam præcitatam in *d. Clem. vlt. videlicèt* per hãc distinctionẽ, an fuerit extinctus titulus, vel secùs: quò etiam trahit ipse doctrinam Baldi, & argumenta illius superiùs adducta, quæ distinctio optimè probatur per *tex. in l. intercidit 58. de condit. & demonstr.* vbi I. C. respondit, si alicui legatum est sub hac conditione, si Consul fuerit, & is in Insulam deportatus est, non extingui legatum, quià restitui in Ciuitatem potest, sed non idem dicendum, si ea pœna est affectus quæ irroget seruitutem, propterea quod seruitus morti adsimiletur, Nequè ab eadem mente videtur fuisse alienus *Petrus de Perus. in tractat. de vnion. par. 2. cap. 2. num. 11.* & pro hac dissolutione, à qua resultat huiusmodi noua creatio, requiritur Papæ auctoritas, *Bald. in eod. cap. cum accessissent, sub num. 16. vers. item oportet quod in ista noua creatione.*

Posito autèm augumento dotis ex causa acquirendi patronatum ad formam priuilegij, iàm de alio non quæritur, quàm de illius quantitate statuenda, vt firmetur, quid erogatum fuerit in em-
89 ptionem prædiorum, & redituum, itaùt † calculetur ad rationem quinquè pro centenario, iuxta doctrinam *gloss. in auth. perpetua, in verb. iusta, C. de Sacros. Eccles. Afflict. decis. 284. num. 4. in extremis verbis, Aym. cons. 189. num. 6. ad finem, Surd. cons. 451. num. 39.*

90 Hæc enim est † communis conclusio, reditus prædiorum fore æstimandos secũdùm hanc quantitatem, *Rota decis. 651. num. 1. par. 1. diuers.*
91 etiam † in materia taxationis interesse rei venditæ, sequuta fide de pretio, *Neuiz. cons. 75. num. 5. Cas. de Grass. decis. 187. num. 4. & decis. 188. itidem num. 4.*

Dixi autèm, *in emptionem prædiorum, vel re-*
92 *dituum*, nàm † si erogatio fieret in iuribus, & actionibus, quibus etiam maximè consequerentur reditus, haudquaquàm admitteretur ista calculatio, cum nusquàm actio tanti æstimetur, quãti res ipsa ex actione debita, vt per eum textum notat *Bald. in l. quod debetur ff. de pecul.* & respondit *Rot. in præallegat. Valentina parochialis de Carlet*, vbi referuntur in similibus terminis duæ aliæ decisiones.

Quemadmodùm verò Papa in suis constitutionibus parcit patronatibus, nè fundatores retrahantur à fundationibus, ità & multò magis eisdem parcit in ipsis prouisionibus beneficiorum: Quidquid enim nonnulli queruli inter vulgares dispergant, tanta est modestia Sedis Apostolicæ, tãtusquè zelus in conseruandis patronatibus Laicorum, vt in hac parte mirum sit, quàm religiosè fundatorum voluntates illibatas haberi velit:
93 Nàm † in quacunquè resignatione, etiam ex causa

per-

permutationis, adijcitur clausula *accedente consensu Patronorum*, & si non fieret de patronatu mentio, gratia esset nulla, nisi ex tacito saltim cõsensu patronorũ convalesceret, vt latè per *Paris. de resignat. Benefic. lib. 2. quaest. 4. ex*
94 *num. 4. vsque ad 15.* similiter † in vnionibus, & suppressionibus hoc tenacissimè seruatur, *Roch. de Iur. patr. in verb. Honorificum, nu. 8.* & tradit *Paris. d. quaest. 4. num. 11. Fastol. dub. 6. Verall. decis. 246. par. 3.* & fuit responsum in vna *Aprutina Iuris patronatus, 7. Nouembris 1601. coram Cardinali Horatio Lancellotto*, & aliàs sæpè, vt putà si erigatur in Collegiatam, nequè
95 enim † id potest fieri, nisi Patronus consentiat, *Io. Andr. in cap. nobis, 25. num 8. ad med. versic. &*
96 *in hoc casu de Iur. patr.* quæ erectio † si fiat, intactum tamen durat Ius patronatus in Iure præsentandi ad Canonicatus, *Seraph. decis. 1444. num. 11.*

97 Et cùm duobus tantùm † casibus consueuerit derogari absolutè patronatui laicorum in totum, & in vno pro medietate, etiã in his (si rectè derogationes huiusmodi expendantur) non refragantur
98 voluntatibus fundatorum: Primo enim † casu derogatur in totum, quando vacat beneficium in Curia per obitum, vt tradunt *Staphil. de mo. & forma prouiden. sectio. sequitur videre, num. 10. Mandos. de Sign. Grat. in verb. derogationes Iuris patronatus*, cum alijs per *Paris. dicta quaest. 4. ex num. 44.* Sed ista derogatio non est contraria voluntati fundatoris, sitquè potius ad compescendos motus Patronorum, quàm quià sit de Iuris rigore necessaria; Etenim licèt beneficia huiusmodi non cadant sub reseruatione clausa in corpore iuris, de qua in superiùs allegato *cap. 2, de praeben. in 6.* & diximus suprà *num. 7.* nihilominùs
99 in casu talis vacationis, censetur † fundator voluisse conformare consuetudini, de qua in eo textu, ac illius rationi, & in consequens, nè quispiã inferior à Papa in reuerentiam ipsius, ac Sedis Apostolicæ, ingerat se in prouisione beneficij apud illam vacantis.

Secundò casu derogatur etiam in totum, quan-
100 do † Patroni impediuntur præsentare, propter litem in Curia, iuxta terminos *tex. in cap. 2. vt lite pendente in 6. Seraph. decis. 797. nu. 5.* hoc enim casu quià nemini infertur iniuria propter impedimentum litis, de quo commodiori loco agetur, cessat etiam omne præiudicium, in tantum, vt nèc sit necesse facere de tali Iure patronatus mentionem, vt pulchrè disputat, & concludit *Cassad. decis. 3. vt lite pendente, per totum*, vbi in fine dicit, eam sententiam approbatam fuisse in Signatura Gratiæ, & deinceps in Rota semper receptam.

Casus autem, quandò consueuit derogari pro minori parte, vel etiam pro medietate, nihil in se amari habet, quià dùm is, qui impetrat, suppo-
101 nit † se præsentatum à maiori parte, clarum est, de Iure non habendam esse rationem minoris partis, vt determinat *Cassad. decis. 2. num. 1. de Iur. patr. &* & sequuta est Rota in vna *Aretina Cappellania, 9. May 1603. coram bo. me. Cardinali Pamphilio*, & in vna *Lauden. Cappellania 7. Iunij 1617. coram Illustriss. D. Cardinali Caualerio.*

102 Quemadmodùm nèc medietatis, † si profiteatur se esse præsentatum à medietate patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, & sic saltim se esse positum in æquilibrio cum alio, tùnc enim nèc in articulo patronatus quicquam fit contra voluntatem fundatoris, quæ potiùs ità conseruatur, nèc in articulo præsentationis alijs patronis, vel præsentato ab eis iniuria fit, ex quo cùm sit locus gratificationi iuxta textum in *cap. cum autem, de Iure patron.* nemini dicitur Ius quæsitum, cui præiudicium fiat, *cap. pastoralis, eo. tit.* & fuit decisum in *Mediolanen. Cappellania, 27. Martij 1602. impressa apud Garz. de benef. par. 4. cap. 3. n. 14.* & Deo benè fauente opportuniori loco explicabitur.

103 Quod autem pertinet ad patronatus Ecclesiasticorum, vel ità mixtos † vt non præponderet qualitas laicalis, vel ad alios competentes iure singulari, quibus passim consueuit in totum derogari, in quod tendunt causæ illæ derogationis explicatæ per eundem *Paris. d. quaest. 4. ex nu. 49.* & per *P. Monetam de commutat. vlt. vol. cap. 10. in 5. quaest. ex num. 262. & 283.* non pertinent ad hunc finem, qui in his patronatibus prorsùs
104 cessat, † nèc in alijs consideratur quàm in patronatibus laicorum, idest fundatis ex bonis patrimonialibus laicorum, vt optimè declarat *Gloss. in cap. cum dilectus, §. nos igitur, in verb. quempiam praesentare, ad finem, de Iur. patr.*

105 Nequè † ab his diuersus est casus, quandò conceditur retentio beneficij Iuris patronatus alicui promoto ad Episcopatũ, vt videtur voluisse *Paris. eadem quaest. 4. num. 58.* nàm nequè hoc casu, aduersatur voluntati defuncti, nequè præiudicatur patronis, cum ipsi semel approbauerint personam, vt non detur vacatio de facto, vt latè explicat *Rota decis. 21. sub num. 5. versic. pro parte contraria, & versic. Quintum, quià patronus, & sub num. 6. ad fin. versic. nèc obstat cap. cum dilectus, de praeben. in nou.*

106 Est tamen verum, † quòd dùm supradictis duobus casibus, Papa derogat pro medietate, vel pro minori parte patronatui laicali, semper qualificat præsentationem, vel consensum patronorum sibi suppositum, & dissensum aliorum, vt debeat intelligi de consensu, vel dissensu patronorum existentium in quasi possessione præsentandi; aliorum enim non existentium in tali possessione, nulla habetur ratio, iuxta *tex.* cum sua materia in *cap. consultationibus, de iur. patr.* ità *Felyn. in tractat. quando lit. Apost. praeiud. patron. in. 9.*
107 *limitat.* etiam si qui † non essent in possessione, aliàs forent veri, & indubitati patroni, *Card. cons. 69. num. 4. Rota decis. 167. num. 7. part. 2, diuers.* & me scribente firmarunt Domini, pro intellectu consuetæ narratiuæ, quòd quis sit præsentatus à medietate, vel maiori parte Patronorum existentium in possessione, seù quasi præsentandi, in vna *Pistorien. Parochialis, 15. Ianuary 1621. coram R. P. D. Pirouano.*

108 Quicquid sit, si ageretur ad alium effectum, quàm † Iustificationis talis clausulæ ante factam aliquam

aliquam præsentationem, dato enim tùnc quod constaret notoriè de Iure patronatus non existentis in possessione, ipse nihilominùs esset admittendus ad præsentandum cum alijs pro sua parte, vt declarat eadem *decis. 167.num.9.vers. sed pro responsione par.2.diuers.*

Et hæc quidem de causa finali ipsius Iuris patronatus, quatenùs est actus legis in illud efformando, & concedendo, quatenùs
109 mando,& concedendo, quatenùs † enim est actus
hominis in acquirendo, quod Moderniores vocitant, Ius patronatus passiuum, *Monet. in supracit quæst.5.num. 258.* alium habet finem, nimirùm, vt inter alias prærogatiuas, hanc præcipuam assequatur, videlicèt quod instituatur in beneficio persona designata per patronum, aùt per ipsum fundatorem, sibiquè in hoc mos geratur, de quo latè per eundem *Monet. loco proximè citato ex num. 259.*

Et in hoc quilibet fundator magis oculos in-
110 tendit, vt † videlicèt beneficium ex sua liberali-
tate dotatum, ad eos deueniat, quos, vel ipse, vel alij à se designati præsentandum iudicauerint, sicquè suo desiderio satisfiat, *Abb. in præalleg. c. quanto sub num.6. versic. Vnde in hoc tantum, & Barbat. sub num. 10. vers. sed D. Abbas, de Iudic.* ità quod si in ipso dotationis, siuè erectionis limine alias causas pretexat, pietatis videlicèt, aùt similes, eæ huic deseruiant, tanquàm media, vt elegantèr deducit *Nauarr. in comment. ad textum in can. cum Minister, 23. quæst. 1. in princ. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 Iuris patronatus beneficium, qualitèr constituatur.
2 Ius patronatus, dicitur annexum iuri spirituali.
3 Iuris patronatus cognitio, spectat ad solum Iudicem Ecclesiasticum.
4 Laicus, est incapax cuiuscunquè iuris spiritualis.
5 Nauarri doctrina de spiritualitate, in medium adducta, & reiecta.
6 Ius patronatus, Nauarro existimatum fuit origine sua esse quid spirituale.
7 Spirituale quid.
8 Spiritualium partitio.
9 Ius patronatus, qualitèr intelligatur competere ex gratia.
10 Gratia duplex, videlicèt absoluta, & debita ex Iustitia.
11 Ius patronatus, in se non complectitur aliquid spiritualitatis, aùt propriè, aùt impropriè.
12 Ius patronatus, qualitèr dicatur introductum ex gratia.
13 Ius patronatus, qualitèr remaneat distinctum à beneficio.
14 Et in hoc expensa doctrina Beati Thomæ.
15 Spiritualium, alia dicuntur, quià talia sunt, alia verò, quià spiritualibus adhærent.
16 Ius patronatus, dicitur impropriè spirituale propter adhærentiam.
17 Causatum, non potest plus continere, quàm fuerit in influenti potentia causa.
18 Ius patronatus, est quid merè temporale, etiam respectu præsentationis.
19 Præsentationis actus, nequè respectu præsentantis, nequè respectu præsentati, aliquid implicat spiritualitatis.
20 Præsentatio, simplicitèr habilitat præsentatum ad obtinendum beneficium.
21 Ius patronatus, impropriè tantùm, & inspecto vltimo fine, potest dici quid spirituale.
22 Ius patronatus, qualitèr dicatur annexum iuri spirituali in cap. quanto de iudic.
23 Annexum, siuè connexum aliquod dici, ratione ordinationis, & præparationis.
24 Libri Ecclesiastici, non sunt res spirituales.
25 Textus in cap. quanto de iudicijs expenditur.
26 Ius patronatus, qualitèr dicatur coniunctum, & connexum causæ spirituali.
27 Præiudicialis causæ cognitor, cognoscit etiam de principali.
28 Spiritualitas, non contrahitur ex simplici connexione.
29 Connexa, siuè annexa, essentialitèr distinguuntur.
30 Iuris patronatus cognitio, qua ratione permittatur soli Ecclesiastico Iudici.
31 Textus in cap. significauit, de testib. latè explicatus.
32 Executor simplex, nullam habet cognitionem testium.
33 Examinis receptor, non potest cognoscere, aùt de causæ meritis, aùt de contingentibus, vel emergentibus.
34 Testium examen ad perpetuam rei memoriam, pertinet ad iudicem ordinarium.
35 Papa ipse, antiquitùs causas Ecclesiasticas iudicabat.
36 Decretalium liber, vndè conflatus.
37 Hieronymi Ceuallos error, in articulo iurisdictionis circa cognitionem causæ Iuris patronatus.
38 Delegatus non iure proprio, sed iure delegantis procedit.
39 Laicus, potest delegari per Papam ad aliquam causam Ecclesiasticam.
40 Causæ Ecclesiasticæ cognitio, non potest ad alium iudicem pertinere, quàm Ecclesiasticum.
41 Iuri patronatus, non infertur præiudicium ex sententia laici super re merè profana.
42 Iuris patronatus cognitio spectat ad solum iudicem Ecclesiasticum, etiamsi cohæreat feudo laicali.
43 Quod tamèn declaratur vt hic.
44 Patronus laicus, per alium laicum violentèr expulsus, potest agere actione iniuriarum coram iudice laico, & quomodo hoc intelligatur.
45 Ius patronatus non potest vendi.
46 Et quæ sit ratio.
47 Ius patronatus transit cum Vniuersitate vendita.
48 Atquè ità, cum hereditate vendita.
49 Vel etiam cum Castro, aùt villa.
50 Et cum quauis alia Vniuersitate.

51 Etiam

QVÆSTIO IX.

Quæ sit materia, vel forma Iuris patronatus; & qualiter Ius patronatus dicatur connexum spiritualitati.



QVANDO erigitur beneficium Iuris patronatus, 1 tres †concurrunt actus inter se ità cohærentes, & reciprocantes, vt facillimum fit eos confundere, ni ex diuersitate materiæ, & formæ vniuscuiusque, alter ab altero distinguatur: Prior, & in quo cadit (vt ità loquar) primus motus, attribuitur fundatori, alter Episcopo, aùt habenti Iurisdictionē Episcopalem, & posterior deniquè legi ipsi concedenti Ius patronatus; Itaquè primus actus patroni, conficitur in oblatione temporalium, pro erectione beneficij, & in reseruatione Iuris patronatus, aùt expressa, aùt subintellecta, prout diximus in præcedenti; forma autèm, est eiusdem oblationis, sub eadem reseruatione, actualis præsentatio, facta ipsi Episcopo: Secundus actus Episcopi conficitur in admissione oblationis Patroni, & eius forma consistit in reductione materiæ illius profanæ sibi oblatæ, ad spiritualitatem, per annexionem diuini officij, vt vidimus in superiori libro *quæst. 7. num. 9.* Tertius tandèm actus (qui est actus legis) consistit in concessione Iuris patronatus, cuius ideò materia non est alia, quàm triplex illa prerogatiua honorificentiæ, suppeditationis alimentorum, & facultatis præsentandi per Rectorem beneficij, de qua egimus hoc eodem libro *quæst. 3. num. 16* & in quæstione præcedēti Forma verò est annexio, siuè applicatio huiusmodi Iuris, facta beneficio ità erecto, qua ratio-
2 ne †Ius patronatus dicitur annexum iuri spirituali, in *cap. quanto, de Iud. & in cap. de Iure verò, de Iur. patronat.* & hanc quidem esse practicam, modumquè, & formam constituendi beneficium Iuris patronatus, docuit *Abb. in cap. significatum sub num. 5. ad fin. vers. ex prædictis,* quem ibi sequitur *Dec. sub num. 17. de preben.*

3 Hinc verò, maxima oritur difficultas, † an Ius patronatus, aùt ex materia, aùt ex forma huiusmodi, contrahat aliquid spiritualitatis, nam si hoc negetur, videtur etiam cessare ratio, cur eius cognitio non nisi Ecclesiastico Iudicio permittatur, vt scribitur *in d. cap. quanto.* & cur in eo cadat simonia, quod tamen asseritur *in d. cap. de Iure verò.* Quod si affirmetur, rursus maior
4 ingeritur dubietas, † qua nimirùm ratione capax huius Iuris sit laicus, qui est expers cuiuslis Iuris spiritualis, *cap. Sacrosancta, & cap. Messana, de election. & cap. causam quæ, de præscript. gloss. vltim. in cap. 2. de transact.* & perplexitatem istius difficultatis, hinc etiam agnouit *Azor. moral. institution. tom. 2. lib. 6. cap. 19. in 2. quæst.*

Nauar-

5 Nauarrus, † *in Commentario super Rubrica de Iudiciis num.22.* post multa agnouit, resolutionem huius difficultatis pendere à cognitione, quid sit spiritualitas, & sub *num.23.* agnouit etiam non esse facile definire, quid sit spirituale, & tandem sub *num.25.* pronunciauit, *Spirituale dici donum supernaturale à Deo datum ad animarum salutem, vel quid institutum supernaturaliter ad eam efficiendam, vel ab Ecclesiastica potestate supernaturali sibi data, ad conficiendum illa, vel eis annexa*, & hinc infert sub *num. 30.* Ius patrona-
6 tus † origine sua esse spirituale, quia non humana, & naturali, sed diuina, & supernaturali potestate per Christum Petro, & Ecclesiæ tradita, inuentum & creatum est, reprehendens ideò Abbatem, Aretinum, Felynum, & Decium in eodem *cap. quanto*, existimantes, nullam Spiritualitatem in iure patronatus dignosci.

Verùm, quemadmodùm hæc eius definitio, siuè descriptio, non est secundùm regulas aùt Dialecticorum, aùt Iurisconsultorum, ità neque aùt ipsa, aùt illatio indè facta, in determinanda hac controuersia nobis est probanda; præcipuè cum ibi permisceat Nauarrus beneficium cum ipso Iure patronatus, & Ius præsentandi cum Iure eligendi, quorum & ratione materiæ, & ratione formæ, diuersa penitùs est substantia; Ideò omis-
7 sa hac eius doctrina, dicimus † (describendo tamen, non definiendo) *spirituale id omne dici, quod à Spiritu Sancto ex illius gratia immediatè procedit, siuè sensui corporeo haud quaquàm expositum, vt sunt Virtus, & dona ipsius Spiritus, siuè sensui expositum per corporalia, quæ se habeant ad ipsa spiritualia eodem modo, quo habet corpus humanum ad animam, veluti sunt omnia materialia Sacramentorum, sine quibus impossibile est, vt ipsa Sacramenta consistant*, prout longiori verborum tractu post *Archidiac.* declarat *Bellam. in can. 1. ex nu. 3. vsque ad 18. 1. quæst. 1. & in can. si quis obiecerit, sub nu. 4. versus finem vers. vnde dicit Hugo 1. quæst. 3.*

Et dignoscitur hoc etiam ab effectu, nàm Spiri-
8 tualium omnium, † alia conferunt gratiam immediatè supernaturalem, alia verò per hominum ministerium disponunt ad huiusmodi gratiam suscipiendam, itàut in æstimando spiritualitatem hanc, non sit statim facienda relatio ad potestatem supernaturalem, (hac enim ratione, facilè posset quispiam omnes res ad spiritualitatem deducere) sed ad gratiam ipsam inuisibilem, & supernaturalem, ex doctrina *B. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 3. in corp.*

Quoquo igitur modo sumatur spiritualitas illa, prorsùs à patronatu excluditur, nàm si simpliciter attendatur persona patroni, Ius istud non consequitur à potestate supernaturali, sed à naturali, cum, vt superiùs dictum est, naturaliter vnusquisquè possit rei suæ, cum illam tradit, quam vult præscribere legem; quamuis enim (præcipuè re-
9 spectu præsentationis) non possit negari, † quin istud Ius dicatur competere ex gratia, tamen id non est referendum ad gratiam diuinam, & supernaturalem, vt existimauit Nauarrus, sed ad gratiam debitam ex Iustitia, itàut nèc possit denegari citra iniuriam, vt vidimus libro superiori *quæst. 32. num. 17.*

10 Est enim duplex † gratia, generalis videlicet, seù absoluta, quæ nimirùm pendet à mero arbitrio Superioris, & alia specialis, quæ dicitur debita ex Iustitia, non quod non possit per Superiorem denegari absolutè, & præcisè, sed quod non possit denegari citra quandam iniuriam petentis, & quin denegans dicatur facere Iniustitiam, vt magistralitèr explicat *gloss. in cap. cupientes, in verbo gratia, de elect. in 6.* & in idem, est alia *gloss. in can. exigunt causæ, in verb. causa, 1. quæst. 7.* & est quoque *text. in cap. bonæ memoriæ, il primo,* vbi optima *gloss. in verb. gratia, & Abb. num. 13. & 14. & Host. num. 9. ad fin. versic. sic dispensatio, de postulat. Prælat.*

11 Et propterea, † Ius istud consideratum in persona patroni, nihil aliud complectitur, quàm satisfactionem illius desiderij, & voluntatis, quod est quid merè temporale, nèc Ius aliquod spirituale confert, *Abb. in supra citato cap. quanto, sub num. 6. versic. nec etiam ex statu,* itaut nèc absolutè, nèc impropriè quasi spirituale dici possit, vt ibidem per *Bellam. sub num. 2. versic. primum autem.*

Et quatenùs ex gratia conceditur, non est referendum id ad aliquam spiritualitatem, sed ad Iu-
12 ris singularitatem, quo † videlicet contra tenorem antiquorum Canonum Ius istud non admittentium, propter tamen vtilitatem rei Ecclesiasticæ, quæ hac ratione augebatur, auctoritate Pontificia introductum fuit, quod nò est nouum in Iure, *l. Ius singulare, ff. de legib.* & hoc est, quod docuit *Bero. in supra citata Rubr. de Iud. sub n. 40. ad fin. versic. nec obstat quod ex gratia, & n. 47. versus finem, versic. & hac de causa Ius patronatus.*

Si verò consideretur effectus illius Iuris in persona præsentata, quatenùs ipsi præsentato quæritur Ius ad rem, secundum ea quæ alibi scribimus, clarum est, neque id ad spiritualitatem pertinere,
13 remanet † enim quid semper distinctum ab ipso beneficio Ecclesiastico, & illius prouisione, eodem modo, quo præparatio, & ordinatio ad aliquid, est quid distinctum ab illo ad quod est facta, vt notàt Doctores, & post eos *Decius, in Rubr. num. 1. cum seq. C. de Edendo*, & hoc est, quod Beatus
14 Thomas doctè admodùm, in ipso † Iure patronatus, & præsentandi exemplificat *2. 2. quæst. 100. art. 4. in corpore vers. quædam autem sunt*, cuius mentem, nò satis videtur assequutus Nauarrus loco supra allegato. Et quod idem tradit *ead. q. 100. in primo artic. in resp. ad 6.* quòd sicùt anima viuit secundùm se ipsam, corpus autem viuit ex vnione animæ, ità etiam quædam sunt spiritualia secundùm se ipsa, sicuti sacramenta, & alia huiusmodi, quædam autem dicuntur spiritualia ex hoc, quod talibus adhærent: Ex qua doctrina patet, Ius patronatus haud quaquàm esse quidpiam spirituale, sed ità dici propter simplicem adhærentiam ad id quod est spirituale, quemadmodùm explicant *Præpos. in summ. 1. quæst. 1. num. 20. & Turrecrem.*

crem. sub nu. 16. versic. spirituale verò, & hanc
eandem sententiam probauit *Bero. in Rubr. ex n.
41. de Iudic.* vbi sigillatim explicat omnes effectus
Iuris patronatus, & eos reducit ad simplicem
temporalitatem.

Et sanè absurdissimum esset, actum hunc præ-
sentationis contemplari in persona præsentati, ve-
luti quid spirituale, cùm demonstretur in ipso præ-
17 sentante † quid merè temporale, nè quando plus
sit in causato, quàm in influenti potentia causæ, vt
18 dicit *Bald. in l. 1. num. 3. ff. de Senat.* quod† pro-
cedit nedùm respectu honorificentiæ, & alimento-
rum, *Abb. in cap. nobis, sub num. 6. ad fin. de Iur.
patr.* sed etiam respectu ipsius Iuris præsentandi,
vt præter supradictos docuerunt *Archid. & Bel-
lam. in præcitato can. piæ mentis, vterquè num. 2.
16. q. 7. Roch. de Iur. patr. in verbo, Ius, num. 4.*
omnes enim in hoc conueniunt, per præsentatio-
nem, nihil spiritualitatis ipsi præsentato acquiri; si-
19 cùt nèc † præsentans aliquid spiritualitatis exer-
cet, quod latè demonstrat *Abb. in eo. cap. quanto,
nu. 6. per tot.* & sequitur *Barbat. nu. 10. & vers.
20 sed D. Abbas*, illud† enim Ius, quod quæri-
tur præsentato, resoluitur in simplicissimam habi-
litationem personę ad obtinendum institutionem,
*Azor. moral. instit. tom. 2. lib. 6. cap. 19. in præ-
21 cit. quæst. 2. ad finem*, & † propterea non nisi
impropriè, inspecto vltimo fini, potest dici ius spi-
rituale, *Bellam. in eo. cap. quanto, sub num. 2.
versic. secundum verò, de Iudic.*

Superest nunc ostendere, qualitèr salua hac
sententia, dicatur de Iure patronatus solum Iudi-
cem Ecclesiasticum cognoscere posse, in *d. cap.
quanto, de Iudic.* & prohibitam esse illius vendi-
tionem in *cap. de Iure verò, de Iur. patr.* & quid
præstet illa connexio spiritualis, super qua funda-
tur vtraquè dispositio horum textuum, quod vlti-
mum in ordine, priùs est declarandum, cum ab il-
lo vtraquè dispositio reguletur.

22 Et sanè † B. Thomas *præcit. 2. 2. quæst. 100.
art. 4. in corpore versic. quadam autem*, censuit, vt
iàm diximus, annexionem illam, de qua in *d. cap.
quanto*, & de qua similitèr in *d. cap. de Iure*, non
intelligi de annexione ratione dependentiæ à spi-
ritualitate, hoc enim casu spiritualitas influeret in
ipsum patronatum annexum, siuè dependentem,
sed de annexione ratione præparationis, & ordi-
nationis ad spiritualia, quæ annexio non facit, vt
præparatum, vel ordinatum participet de natura
eius ad quod fit præparatio, vel ordinatio, vndè (in-
quit ibi B. Thomas) *huiusmodi non præsupponunt
spiritualia, sed magis ea ordine temporis præce-
dunt*: & secundùm hanc doctrinam, constat per-
peram eos iudicasse, qui existimauerunt agi in eo
textu de tali annexione, propter quam alterum
ex annexis assumat naturam alterius annexi nobi-
lioris, vt in eodem *cap. quanto*, existimarunt *Glos.
in verb. connexa, Ancher. sub num. 2. versic. quæ-
rit glos. quæ sit ratio, Io. de Imol. sub num. 1. vers.
nota quod res separata, Barbat. num. 9.* cum qui-
bus videtur transiuisse *Christoph. de Anguian.
in tractat. de legib. lib. 2. controu. 13. n. 21. & 22.*

23 Nàm † veritas est in contrarium, quià an-
nexio, de qua in supradictis Iuribus, non est pro-
priè annexio, quæ constituat vnum indiuiduum,
sed impropriè sic dictum ratione ordinationis, &
præparationis, ex sententia *B. Thomæ*, quæ fuit
etiam in eodem *cap. quanto* neruosè defensa, &
comprobata per *Abb. num. 6. & 7.* vbi in *versic.
nec obstat*, proponit simile de libris Ecclesiasticis,
24 qui† ordinantur ad finem animæ, & rei spiritualis,
& tamen non sunt spirituales, nèc Sacri, eandem
opinionem paritèr ibi est amplexus *Felyn. sub
num. 2. versic. sed istis non obstantibus*.

25 Vndè *text. in eodem cap. quanto*, non † arguit
simplicitèr à connexitate, sed à qualitate illius,
quam ponderat in illis verbis: *Ita coniuncta est,
& connexa causis Spiritualibus*, vt animaduertit
Dec. sub num. 8. quæ verba etiam ponderat *Bel-
lam. sub num. 2. post medium vers. sed aduerte*, vbi
ait, *sed aduerte, quià Textus non dicit, causam
Iuris patronatus esse Iuri Spirituali coniunctam,
seù annexam, sed dicit, eam coniunctam, seù con-
nexam Spiritualibus causis, & non immeri-
tò, quia ex decisione causæ Iuris patronatus ape-
ritur via decisioni causæ super Iure præsentandi
agitandæ, quæ spiritualis est, & ideò negari non
potest, quin causa Iuris patronatus, causæ spiri-
tuali sit coniuncta, Ius enim non potest prætende-
re præsentatus, nisi vel Iuris præsentandi proprie-
tas, aut illius bona fidei possessio tempore præsen-
tationis, competierit præsentanti*: Hæc Bellamera;
26 qui clarè† censet, terminum coniunctionis, & con-
nexionis, referendũ esse nõ ad Iura aliqua, sed ad ip-
sas causas, quatenùs altera alteri est pręiudicialis.

Quæ tamen doctrina mihi omninò non satisfa-
cit, nàm *Text. in cap. de Iure verò, de Iur. patr.*
videtur submouere hunc intellectum, dùm clarè
determinat, Ius patronatus esse annexum Iuri spi-
27 rituali: vltrà † quod Iudicia præiudicialia non cõ-
fundunt Iurisdictiones, is enim qui cognoscit de
causa status, quæ præiudicialis est, cognoscit etiã
de causa principali, cui fit præiudicium, *l. 1. & ferè
tot. tit. C. de ordin. cognit.* & propterea tenendum
est, Ius quidem patronatus cum omnibus effecti-
bus suis esse connexum Iuri spirituali, idest ipsimet
beneficio, vt suprà exposui, sed connexione impro-
pria, respectu scilicet institutionis ex simplici præ-
paratione, & ordinatione, iuxta sententiã B. Tho-
28 mæ, & aliorum suprà citatorum, quæ annexio † nõ
operatur, vt desinat esse quid merè temporale,
cùm non sequatur, istud est annexum Spiritualita-
ti, ergò spirituale est, vt præter supradictos, benè
etiam docuit *Gemin. in can. 1. super 1. glossa, 1.
29 quæst. 1.* & regula est, † quod connexa, essentiali-
tèr distinguantur, *Dec. in d. cap. quanto, num. 3.
Marian. Soc. in Rubr. num. 24. de Simonia.*

Perspecto igitur, qualitèr se habeat ista con-
nexio; quoad primam illationem, quod ideò non
possit Iudex Laicus de Iure patronatus cogno-
30 scere, vt disponitur in eodem *cap. quanto*, ea † est
ratio, quià Ius istud patronatus, vtcunquè tem-
porale, cùm esset prius denegatum per Ecclesiam,
postmodùm per eandem Ecclesiam, siuè illius Re-
ctores, nimirùm Summos Pontifices, contra teno-
rem rationis anteà expensæ, propter vtilitatem

atquè

atquè ità Iure ſingulari inuectum fuit, vt ſuprà
quæſtio 3. demonſtrauimus, vndè licèt propter il-
lam connexionem, de qua ſuprà, non contraxerit
aliquam Spiritualitatem, hanc tamen contraxit
qualitatem, vt propter finem, ad quem fuit con-
ceſſum, dicatur negocium Eccleſiaſticum: diuerſa
enim ſunt ſpiritualia, & Eccleſiaſtica negotia, ne-
què enim omnia Eccleſiaſtica, ſpiritualia ſunt, ſed
in hoc conueniunt, vt ratione Iudicij æquè Eccle-
ſiaſtica non ſpiritualia, ac ipſa Eccleſiaſtica ſpiri-
tualia, debeant per Iudicem Eccleſiaſticum co-
gnoſci; & dicantur Eccleſiaſtica quoquo modo
ordinata per Eccleſiam ad ipſam ſpiritualitatem,
quod clarè deffinitur ex textu in *cap. 2. eod. tit. de
Iudic.* cui eſt conſequutiuum dictum *cap. quanto;*
Et rationis ratio eſt, nè ſit in manu Iudicis Laici
inferre præiudicium Eccleſię, prout in ſpecie illius
articuli, conſiderat præ cæteris *Bald. in eod. cap.
quanto, ſub num. 7. verſic. ſecunda ratio eſt,* cuius
hæc ſunt verba: *ſecunda ratio eſt, quia ſi Iudex
Laicus poſſit cognoſcere, ergò poſſit ſupra caput
Eccleſiæ maiorem, idèst patronum, creare per
ſuam ſententiam, arg. ff. de ſtat. liber. l. ſtatu liberi
à cæteris ſeruis, §. fin. & ff. de Iur. patr. l. ſi duo
patroni, in princip. ſed hoc valdè abſurdum eſſet,
quod Eccleſia, quæ eſt libera; per ſententiam Iu-
dicis Secularis efficeretur patrom.*
31 Ex quo intelligimus, malè ſenſiſſe † *Zabarell. in
cap. ſignificauit, num. 1. verſic. Item, ex ea ſub-
ſcriptione, de teſtib.* dùm exiſtimauit, Iudicem Lai-
cum eſſe capacem cognitionis ſuper articulo, an
patronus voluerit Eccleſiam eſſe liberam, ſoluen-
do illam à vinculo patronatus; motus, quòd Papa
ſimilem cognitionem in caſu illius decretalis man-
dauerit Iudici Sabinenſi, quem cùm non nomina-
uerit ſub nuncupatione alicuius dignitatis, aut of-
ficij Eccleſiaſtici, coniectatur ipſe Zabarella fuiſſe
merè Laicum, & eum aliqui ſequuti ſunt, quos
ibi congeſſit *Felyn. ſub num. 1. verſic. ex quo no-
ta ſingulariter.*
Præter id enim, quod coniectura iſta adeo eſt
leuis, vt non mereatur verbis refutari, poſito etiã,
quod ille Iudex Sabinenſis fuiſſet Laicus, indè
non ſequeretur, quod aliquid in ſpecie illius textus
fuerit inductum, quod vel diſcrepet à ratione *d.
cap. quanto,* ex doctrina Baldi ſuprà relata, aut
quod pertineat ad Iuriſdictionem Laicalem in
cognoſcendo quouis modo de patronatu; nam
etiamſi prætendatur liberatio, nihil eſt, quin poſſit
Iudex contra eam pronunciare, & ſic iudicare
contra ſtatum libertatis Eccleſiæ; & in ſpecie
d. cap. ſignificauit, nulla prorſus cognitio manda-
ta fuit illi Iudici Sabinenſi, ſed nudu miniſterium,
receptionis videlicet teſtium ad futuram rei me-
moriam, ſuper eo quod tunc ſuggeſſum fuerat Pa-
pæ, videlicet fundatores in fundationis articulo
profeſſos fuiſſe, & publicè dixiſſe, ſe nihil Iuris in
Eccleſia per ipſos fundata, retinere velle, quod ni-
hil concludit ad competentiã propriæ Iuriſdictio-
nis; quia tali caſu Iudex ille procedebat tanquàm
merus executor facti, iuxta terminos textus in
*l. Fidei, & in Auth. apud eloquentiſſimum,
32 C. de fid. Inſtrum.* nec in conſequens poterat † ſi-
bi arrogare aliquam cognitionem, ſed Papæ man-
danti nudam operam nauabat; ſimplexquè mini-
ſterium impendebat; itaùt nihil ipſe cenſeretur
agere, ſed Papa per eum, iuxta doctrinam *Bald. in
cap. de cætero, num. 6 de ſent. & re Iud.*
33 Nequè propterea in † his Examinatoribus, ſeù
Receptoribus, contẽplamur ſtatum aliquem Iudi-
cialem; Quin, ſi ipſi præter illud nudum miniſte-
rium quod ſibi demandatum eſt, velint agere, &
de cauſa, vel illius contingentibus cognoſcere, re-
putantur temerarij, & tanquàm tranſgreſſores ſibi
demandatæ prouinciæ, notantur, vt nupèr in ſpe-
cie notatus fuit quidam Iudex Subdelegatus à
Rota in vna Calaguritana Canonicatus doctoralis
*27. Iuny 1622. coram Reuerendiſſimo D. Coc-
cino.*
Nequè dicatur, explodi hanc conſiderationem,
34 quia † non Iudex aliquis ordinarius, vel delega-
tus commiſerit iſtud examen, ſed ipſe Papa, vt pro-
ptereà etiam ceſſet iſta deductio, & appareat ex-
citatam potiùs in ea ſpecie fuiſſe Iuriſdictionem
ordinariam illius Vicarij Sabinen. quàm ei manda
tam, in quod poſſent fortè alludere ij, qui ex eo
textu notant, ad Iudicem, qui habet ordinariam
cauſæ cognitionem, pertinere examen teſtium ad
perpetuam rei memoriam, vt notat in eodem
cap. ſignificauit, Card. quem ibi ſequitur *Felyn.
ſub num. 1. verſic. & ex eo textu,* & cenſuit etiam
*Lambert. de Iur. patronat. lib. 3. quæſt. 9. art. 3.
ſub num. 3.*
Nam iſta repplicatio, à nemine vnquàm fiet qui
35 ſciat morem † iudicandi antiquiſſimum Romanæ
Curiæ in cauſis Eccleſiaſticis; nequè enim Iudi-
ces, ſeù Auditores Sacri Palatij proprio nomine,
antiquitùs aliquid decernebant, omnes enim
conſultationes Pontifici dirigebantur, per Pontifi-
cem verò ad ipſos excutiendæ mandabantur, ij ve-
rò ſimpliciter referebant, mòx verò ſententia ab
ipſomet Papa ferebatur per modum Reſcripti,
ſeù Epiſtolæ decretalis, vt patet ex ipſo volumine
decretalium, quæ aliud non ſunt, quàm ſententiæ
Papales latæ ſecundum conſilia Rotalia, & nota-
uimus in *apparat. num. 87.* Nequè niſi ſeriùs
modus hic, qui hodiè ſeruatur, inuectus fuit, vt ex
Speculatore notat *Gomez. in proœmio Regula-
rum, §. Rota immutatio.*
Non ergò ea decretalis, *ſignificauit,* continet
delegationem cauſæ, ſed delegationem examinis
factam per Papam, non ſimplicitèr tanquàm per
Principem, ſed tanquàm per cauſæ cognitorem, &
36 Iudicem; præmiſſus etenim mos † iudicandi, non
ſolùm in maioribus, ſed etiam in inferioribus cau-
ſis ſeruatus fuit, ex quo, vt dixi, mòx compilatus
fuit Decretalium liber, vt optimè aduertit *Veſtr.
in praxi lib. 2. cap. 27. num. 1. & 2.* quæ cum mi-
nimè tùnc obſeruata fuerint à Zabarella, & Fely-
no, nil mirum, ſi in eum errorem prolapſi, ſecum
quoſdam alios traxerunt, quorum propterea nul-
la habenda eſt ratio.
37 Suntquè ideo reſpuenda † in hanc rem tradi-
ta per *Hieronymum Cauallos de cognitio. per
viam violentiæ par. 2. quæſt. 94.* tametsi *Lambert.*
quem ibi ipſe allegat, longè aliter loquatur, ſi vi-
delicet

delicèt ipsa Ecclesia sit Actrix,& velit probare factum contra Laicos, vt ità loquitur in *d. art. 3. num. 4.* non excedendo scilicet articulum probationis facti, & ex sua voluntate, non autem ex necessitate: nàm si Iudiciariam viam Ecclesia fuerit aggressa,mouendo Iudicium diffamationis necesse est,adeant(vellint,nollint) Iudicẽ Ecclesiasticum. Et sanè Vir pius & Iuris æque prudētissimus, quàuis non agnouerit errorem Cardinalis, & eius auctoritati succubuerit,assumpti nihilominùs duritiẽ satis percepit,cùm etiamsi in specie dicti Capituli, *significauit*, admittatur concessam delegationẽ vnà cũ cognitione causæ, & illius decisione, agnouerit itidem, eam adhuc malè deseruire illationi supradictæ, cùm satis pateat, Iudicem illum Sabinensem, quantumcunquè laicum, non potuis-
38 se † procedere alitèr,quàm vi delegationis, & sic non Iure proprio, sed Iure Papæ delegantis, *cap. sanè il 2. de off. delegat.* cum alijs cumulatis per *Carolum de Graffijs,in tractat. de effect. Clericat. effect. 1. num. 32.*

Quod non solum,non detrahit Iurisdictioni Ec-
39 clesiasticæ,sed potiùs† eam mirificè adiuuat.cùm tùnc laicus cognoscat tanquàm Delegatus Apostolicus: neque verò nouum est, ex Apostolica delegatione id fieri posse,respectu alicuius particularis causæ, vt declarat *Cardina. in cap. perpendimus, num. 6. versic. secundam partem, de sent. excom. Felyn. in cap. 2. num 1. de maio. & obed. Alex. consil. 8. sub nu. 1. versic potest etiam. vol. 1.* cum multis alijs quos cumulat *Cened. in suis Canonicis quæstionibus, quæst. 4. sub num. 13. versic. In quibus quidem casibus.*

Atque ita vndequaquè res vertatur, liquet,non posse esse veram opinionem Zabarellæ, quià semper quæstio super Iurepatronatus tanquàm inseparabilis à præiudicio Ecclesiæ. perpetuò dicetur
40 negocium † Ecclesiasticum, cuius cognitio pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum solùm, vt suprà dictum est ex *cap. 2. & d. cap. quanto de Iudic.*
41 Quod adeò verum est, † vt si Iuspatronatus dependeat ab exitu litis pendentis super prædio destinato pro dote coram laico, quià laicus potest per suam sententiam damnum inferre Ecclesiæ, dicatur intercisa illius Iurisdictio, & si feratur sententia,indè non præiudicetur liti super Iurepatronatus coram Ecclesiastico,qui est verus sensus Rotæ apud *Seraph. decis. 797. num. 4 & 6.*
42 Hinc quoquè educitur, non esse veram † distinctionem quam afferunt nonnulli pro intellectu *tex. in d. cap. quanto,de Iudic.* inter patronatum ex se subsistentem, & patronatum cohærentem feudo laicali, quam distinctionem facit *Igne. in repet. l. necessarias, §. non alias, ex nu. 455. ff. ad S. C. Syllan* nàm in vtraquè specie militat ratio, *d. cap.*
43 *quanto*, quam non attigit *Igne.* nisi † quis vellet eam sustinere respectu consequutionis ipsius Iudicij vniuersalis super feudo, quod quidem ius non abhorret, vt benè aduertit *Cardina. in eo. cap. quanto, num. 2.* dummodò non fiat de Iure patronatus mentio, nequè in libello, nequè in sententia, vt declarat ibidem *Abb. sub num. 9. versic. & intellige quod nequè in libello.*

44 Est tamèn verum, quòd † si patronus laicus,per vim expellatur per alium laicum, aùt turbetur in possessione status sui, ità quòd indè nascatur actio Iniuriarũ,poterit talem actionem coram laico exercere,quod est id totũ,quod docuit *Bald. in prealleg. cap. quanto, de Iud. n. 8.* sed hinc nec sequitur,quòd iudicet super patronatu,vel principalitèr, vel incidentèr, nàm si velit vltra cognitionem, & coercitionem iniuriæ pronunciare super traditione patronatus,pro qua personalis actio competeret, haud quaquàm id posset, quicquid sub verbo dubitatiuo, *fortè*, visus sit sentire *Butr. in vltimis verbis*,& plenè declarat *Barbat. in eodem cap. quanto sub num. 15. versic. adde etiam, & seq.* vbi ait,quod ista opinio esset contra casum decisum in eo textu. Proindequè falsa est sententia supradicti *Cauallos in d. quæst. 94. nu. 13. & 14.* nec doctores per eum citati, illam alitèr probāt.

Quo verò ad aliam illationem prohibitæ Iurispatronatus venditionis in *d. cap. de Iure verò*, est
45 animaduertendum † aliud esse quærere, an Iuspatronatus vendi possit, & longè aliud, an in huiusmodi venditione cadat Simonia, nàm vbi quærimus simplicitèr,an vendi possit, articulus non habet difficultatem,est enim textus clarus in *d. cap. de Iure, & in cap. præterea il 2. de Iur. patr.* sed istud non magis concludit ad spiritualitatem, quàm concludat superius argumentum; Ratio enim,cùr prohibita sit venditio Iurispatronatus, est quidem spiritualitas, sed non quæ illi insit, verùm cui ipse patronatus adiacet, iuxta declarationem suprà positam, diuerso tamèn modo,quàm vrgeat ratio superioris argumenti; & est,quià tametsi re vera Ius patronatus sit Ius Seculare, &
46 Laicale, vt demonstrauimus, tamèn† propter illam annexionem, quam habet cum spiritualitate, dicitur si e pretio pretiosum, & sic res prorsùs inæstimabilis,vt considerat *Cuiac. in d. cap. quanto*, & ante eum aduertit quoquè *Abb. in d. cap. de Iure, sub num. 2. versic. sed quando per se*, ibi, *nam*
47 *æstimatur res inæstimabilis*. Et ideo non † impeditur eius transitus cum vniuersitate venditâ, super qua possit cadere æstimatio, & precium, vt ibidem concludit *Abb. ex text. in cap. cùm secundum, eod. tit.* & nisi in specie fuerit exceptuatum per venditorem, præsumitur, quòd partes voluerint illud transire, *cap. ex literis, eod. tit.* vt putà si vendatur hæreditas; cùm hæreditas sit Ius vni-
48 uersale, nèc † possit dubitari, quin multa Iura in se contineat, *Innoc. in cap. ex literis, sub nu. 2. ad finem, versic. Si tamèn sit aliquod Ius, de Iur. patron.* & est communis opinio, vt ibi notat
49 *Abb. num. 13.* vel etiam † secundum eos, si vendatur Castrum, aùt Villa quæ habet in se Iurisdictionem, honorem,& districtum, ex consuetudine, vèl Statuto, *Innoc. eod. num. 2. & Abbas nu. 10.*
50 Et denique † quomodocunquè conceipiat quis dispositionem suam ad vniuersitatem bonorum, & Iurium suorum, secundum veriorem sententiã, quam contra *Innoc.* videtur tenere *Abb. in eodem cap. ex literis, sub num. 12. versic. sed pro hac opi-*
51 *nione contraria*: etiam † quod disponens vsus fuisset particula, *mea*, dominij expressiua, prout

reprobato *Innoc. & Lambert.* censuit Rota apud
Seraph. decis. 725. num. 1. attestana de commu-
ni, *Put. in nou. decis. 341. Ferret. consil. 179. nu. 2.*
52 quicquid † sit de dispositione vniuersali omnium
bonorum, vel Iurium, quæ quis habet in aliquo
loco nuncupatim, in hoc enim casu Rota tenet, nō
transire Iuspatronatus, quod etiam censuit *Abb.*
vbi supra nu. 11. & 14. sequutus ibi *Innoc. nu. 3.*
& idem censuit *Dec. in cap. Sedes, num. 3. de re-*
script. vt benè animaduertit *Rota dicta Seraph.*
decis. 725. sub num. 1. ad medium.
53 Vbi tamèn agitur † de venditione, aùt alia di-
spositione de Iuribus vniuersis, verificanda est pro-
prietas in transferente, siuè prætendatur transitus
tanquàm connexi, siuè alitèr, *Mantica decis. 164.*
num. 1. & decis. 198. ex num. 1. & per tot.
54 Et si agitùr de Castro, aùt Villa, semper † est
tùnc supponendum, quòd annexio Iuris patrona-
tus ad Castrum sit clara, aliàs enim non datur hu-
iusmodi transitus, *Mantic. d. decis. 164. num. 2.*
55 Quod est indultum fauore † Ecclesiæ, cuius inte-
rest, beneficium esse fundatum per Baronem, tan-
quàm personam priuatam, vt aliquandò Ius pa-
tronatus possit extingui, non autèm perpetuari
cum Castro, vt pulchrè resoluit *M. Anton. Ge-*
nuen. in practicab. quæst. 350. num. 2. & per tot.
56 Deprehenditur † autèm, an fuerit reseruatum
Castro, vèl Dignitati, aùt è conuerso singulari per-
sonæ Domini Castri, seù obtinentis talem Digni-
tatem, ex formula ipsius dispositionis, an videlicèt
personæ, vel potius Dignitati facta sit concessio,
57 *Mantic. decis. 150. n. 5.* vbi subijcit † id procedere,
etiàmsi post nomen proprium, fuerit adiectum
nomen Dignitatis, cum illa adiectio potiùs cen-
seatur apposita gratia demonstrationis, *arg. l. si*
communis seruus ità stipuletur, de stipul. ser. &
l. Mela in princ. de alim. & cib. leg. & firmatum
etiam fuit *decis. 53. num 4. par. 1. in recent.* Quod
etiam in dubio tenendum est, ex quo concessionea
huiusmodi fieri consueuerunt propter merita quæ
ratio non cadit in Castro, vel Dignitate, vt per
Mantic. ea. decis. 150. nu. 6.
Præmissa ergò accipienda sunt, quando perti-
nentia Iuris patronatus deducitur ex titulo dona-
tionis, aùt simili translatiuo, & acquisitiuo do-
58 minij, nàm si de titulo non constet, † ad alias con-
iecturas deuenitur, & præsumptiones, veluti si
supposito patronatu, Ecclesia sit sita intra mœnia
Arcis, seù Castri huiusmodi, hoc enim casu præ-
sumitur Iuspatronatus annexum ipsi Castro, præ-
cipuè concurrente obseruantia, quià præsentatio-
nes essent factæ ab eo tantùm, qui pro tempore
fuit Dominus Castri, *Rota decis. 697. num. 3. ead.*
59 *par. 1. in recent.* quamuis † si alitèr constaret de
annexione, parum referret, quod Dominus Castri
aliter admisisset ad secum præsentandum, cum sic
non potuerit præiudicare Ecclesiæ, vt fuit respon-
sum in vna *Terdonen. Iuris patronatus, 24. Ianua-*
rij 1614 coram Reuerendissimo D. Pamphilio.
Difficultas tamèn, quod attinet ad hanc con-
trouersiam, stat in eo, an in hac venditione cadat
60 simonia? Quod † voluit Abbas, *in d. cap. de Iure*
vero, sub num. 2. versic. Item committitur simo-
nia, & in cap. veniens, il primo, sub num. 1. vers.
& quod in Iure patronatus, de Testib. latissimè
Lambertin. de Iur. patr. lib. 1. part. 2. quæst. 4.
art. 3. ex n. 1. & lib. 2. par. 1. quæst. 9. art. 11. n. 4.
61 Hinquè Iurispatronatus † amissionem conse-
qui, non obscure voluit *Gloss. vltima in cap. quid*
Clerici, eod. tit. de Iur. patr. & videtur communis
opinio, quam latè promouet *Roeb. in suprà citat.*
tractat. in verb. ipse, vel is, sub num. 54. versic.
Contrarium tamèn, & num. 55. & pronunciauit
Rota decis. 302. num. 4. par. 1. in recent.
62 Vndè etiam in specie † superioris controuer-
siæ, an in venditione Castri, veniat Iuspatronatus,
Doctores omnes sentiunt, tametsi ex natura actus,
Iuspatronatus veniat in huiusmodi venditione,
nihilominùs hoc non procedere, vbi id exprimi-
tur, quasi tùnc videatur illi aliquod precium sta-
tutum; quæ fuit opinio *Io. Andr. in cap. 1. nu. 2.*
de Iur. patr. quem ibi omnes sequuntur, etiam-
63 si † adhibeatur auctoritas Episcopi, vt ibidem
per *Franch. num. 3.* ea viua ratione, quià tùnc
64 contractus est simoniacus, prætetquàm † si ex-
pressio fieret declaratiuè, velùti vendo Villam cū
omnibus Iuribus suis, videlicèt Iurisdictione,
Iure patronatus, & non coniunctiuè, & principa-
litèr, iuxta distinctionem *Gemin. in eod. cap. 1. sub*
nu. 5. vers. Ioannes Calderinus, sequitur *Franch.*
num. 3. versic. qu are dominium, & hanc eandem
distinctionem post Rochum, & Lambertinum, pro-
bauit etiā *Rota decis. 399. n. 4. & 5. par. 2. in recent.*
65 Cæterùm contrarium censuisse † videtur *Ar-*
chid. in can. qui studet, num. 5. 1. quæst. 1. vbi
aduertit, annullari quidem contractum, sed aliam
pœnam non imponi; Nec videtur afferri textus,
qui huiusmodi venditionem pronunciat simonia-
66 cam, sed duntaxàt nullam; consueuit † enim alle-
gari *cap. quia Clerici de Iur. patr.* vbi decerni-
tur, Clericos ementes Aduocatias (quas *Glos. 1.*
ibi interpretatur Iuspatronatus) ad eum effectum,
vt postmodùm eorum filij, vèl nepotes, ad Eccle-
siam præsententur, eisdem aduocatijs ità acquisi-
67 tis spoliandos esse, & quod † ibi vox illa *Aduoca-*
tia, (quamuis propriè simplicem importet defen-
sionem, & protectionem Ecclesiæ, non autem Ius
patronatus, *can. Saluator, circa medium 1.*
quæst. 3. cum alijs allegatis in vna *Vercellen. Iuris*
patronatus, 19. Iunij 1595. coram Cardinali
Blanchetto,) sit accipienda pro Iurepatronatus,
ex sui significatione, propter auctoritatem *Glos.*
supra relatam, & Butrij ibidem num. 1. & 6. &
Abb. num. 2. Lambert. eod. tractat. lib. 1. par. 1.
art. 3. quæst. 1. princip. num. 1. & 15. tenuit
etiam Rota in supra allegata *Terdonen. Iurispa-*
tronatus, 24. Iunij 1614. coram Reuerendissimo
D. Pamphilio.
Attamèn etiamsi transeamus cum intellectu
Glossæ, quod Iuspatronatus, eo casu non sit resti-
tuendum venditori, nihilominùs non videtur hinc
inferri posse ad simoniam, sed ad simplicem rei
indignitatem, vt videtur aduertisse *Abb. in eo. tex.*
sub nu. 8. ad fin. versic. Nam Indignum est, quod
minimè recedit à Iuris ratione, quià si Patronus
68 exponat † libertum, Ius suum amittit, *l. 2. versic.*
sed

sed nec Dominis,C.de Infant.exposit. vt ratio decisionis *d. c.quià Clerici*,ea sit,quod Patroni, iniquissimo cooperãtes desiderio,illorum Clericorũ ementiũ,ad eũ scilicèt finẽ,vt filij,vèl nepotes eorũ præsentarentur ad Ecclesias, suũ iuspatronatus à se abiecerint,& excusserint,iniuriâ Ecclesiæ inferẽdo,& hoc in effectu est id quod voluit *Io.Calder.* quẽ sequutus est ibi *Abb.sub n.8.* vt ità fiat applicatio Ecclesiæ,cui facta est iniuria,prout docet idẽ *Abb.in d.c.de Iure verò,ad finem versic.& videtur*;& propterea non probat *text.*ille,assumptum.

69 Multò minùs,probat id textus † in *d.c. de Iure,& in cap. præterea il secondo,eod. tit.* in neutro enim aliud nõ inducitur,quàm cõtractus nullitas.

Abbas tamen,in præcitato *cap.veniens,num.1. versic.Et quod in Iure patronatus,de testib.* affert

70 alium textum, quem dicit † esse notabilem in *cap. præterea il primo, quod in ordine est 9. de transact.* vbi Summus Pontifex pronunciat,simoniacam transactionem inter Laicos,& Religiosos, super Iure præsentandi ad Ecclesiam, per quam Laici ius præsentandi consequuntur, Religiosi verò portionem in Ecclesia; & sanè hic textus, qui primo aspectu videtur valdè fortis, si penitiùs cõsideretur,non facit ad rem, quià in casu illius decretalis, Ecclesia non præsupponebatur à principio patronata, nèc ideò Religiosi illi,transigendo, patiebantur patronatum quodammodò de nouo creari; Vndè non dicebantur transferre patronatum,sed vendere libertatem Ecclesiæ pro illa temporalitate,quod est proprium Simoniæ;Vndè textus non dicit,quòd Laici per illam transactionem remanserint cum patronatu,præsupponendo quod illum antea haberent, sed quòd obtinuerunt,ibi *ità quòd præsentationem Laicus obtineat*, quod præsupponit nouam acquisitionem: & sic in specie dicti decretalis,concorditèr Laici,& Religiosi ludebant super corio alieno, nimirùm Ecclesiæ, nàm isti diripiebant temporalia, illi autem spiritualia; libertas enim Ecclesiæ, est quid spirituale, & nihilominùs non participat cum patronatu,neque patronatus ad illam quouis modo relationem habet, vt patet ex his, quæ suprà latè disseruimus.

Affertur deniquè pro hac communi sententia,

71 quòd etiamsi † à Iure patronatus excludamus omnem spiritualitatem, & simplicitèr in eo contemplemur annexionem de qua suprà, adhùc tamèn subsit ratio committendi circa illud Simoniam;quià sicùt simonia committitur in spirituali, ità in annexo, & hæc fuit argumentatio *Abb.in d.cap.de Iure verò*, & probat *Text. in cap.quæsitum, §.generalitèr, de rer.permut.* vbi scribitur, quòd pactio, quæ circa spiritualia fit, vel spiritualibus connexa, labem semper continet simoniæ, & ibi *Gloss. in verb. simonia.*

72 Attamèn neque hæc † solida est ratio, nàm illud videtur intelligi opportere, de connexo propriè sumpto, non autem de separabili: quatenùs

73 ergò definitur simonia, vt sit † studiosa voluntas, seu cupiditas emendi, vèl vendendi spiritualia, vèl spiritualibus annexa, quam explicat *Hostien. in*

74 *Summa, num.c.* illud † vltimum de annexione,

non est passim receptum,vt aduertit *Marian.Socin. in Rubr. num.3. de simon.*

75 Atque ità,vt vides,articulus hic † videtur valdè dubius. Veritas tamèn est, quod circa Ius patronatus cadit simonia,etenim nimis stringit ratio hæc Abbatis,quàm cõmunitèr Doctores sequũtur, quicquid subrilizando dici possit, nàm illa annexio præsupponit semper causam spiritualem, & propterea licèt Iuspatronatus sit quid merè tẽporale, tamen in quantum est ordinatum ad spiritualia, & hoc modo annexũ spiritualitati, dicitur vendi,tanquàm spirituale,si specialiter distrahitur, sicut è conuerso, dicitur distrahi tanquàm quid merè temporale, si cum vniuersitate alienetur, vt clarè explicat *B. Thomas, in suprà citata quæst. 100. art. 4. in corpore, & in responsione ad tertium,circa finem,versic.Ius autem patronatus.*

76 Hincquè,soluitur† argumentatio facta pro contraria opinione; simonia enim,non solùm contrahitur super spiritualibus,sed etiam super annexis, & non solùm super annexis, ex quibus constitui-

77 tur indiuiduum,sed etiam † in annexis impropriè, idest separabilibus à re, cui connectuntur, vel ad quam ordinantur, quæ fuit ratio adijciendi illa verba, *spiritualibus annexa*, in definitione simoniæ,vt benè docet *Soc. in d.Rubr. nu.12. iuncto num.24.de Simonia.*

Huius tamèn simoniæ longè diuersa est ratio ab illa,quæ circa ipsa spiritualia cõmittitur,qualia sũt

78 beneficia, † seu beneficiorum collationes,nàm hæc veluti mero Iure positiuo inducta, sola Papæ auctoritate euitatur, illa autem, tanquàm Iure diuino prohibita,tenacius hæret:Quàuis enim aliqui(vt id obitèr attingam)existimauerint,Papam

79 posse † absque incursu talis simoniæ, vendere, (vt ij loquuntur) titulos beneficiales,*Card. in cap.c num.2.de Simon.*ea ratione moti,quod Tituli huiusmodi sint de Iure positiuo, & quod Papa non possit committere simoniam, vt post alios retulit *Ceuall.practica. quæst.160. num.2. & per tot.*id tamen processit ex confusione terminorum,

80 & ab Imperitia,quæ vti est fons, & origo † omniũ malorum, dedit ansam vulgari in Romana Curia dicterio, videlicèt propter scientiam, & tolerantiam Papæ, in ea non committi simoniam, *Abb. in cap. extirpandæ, in repet.§.qui verò,sub num. 53. versic. videtur ergò de præbend.* haud quaquàm illi dissimili Lacædemoniorum in Athenienses,omnia Athenis honesta haberi,turpe nihil cuius meminit Plutarchus in *Lacon. Apothegm*, & qui seriò visi loqui, argumentati sunt ab ambi-

81 tu per † legem Iuliam prohibito, ad simoniam, cum ille in Principis Curia impunè toleretur per doctrinam *Bart.in l.c. nu.2.ff. ad l.Iuliam, de ambitu, Præpos. in can. latorem, num. 1. quæst.1.Iacobat.de concil.lib.4. art. 4. num. 6.*

At res longè se alitèr habet,nàm in primis Bar-

82 tolus † non dicit, quod in Curia Romana non possit contrahi simonia, sed supposita scientia Papæ, ait, eam non puniri, & in hoc benè intrat simile de Ambitu; At id minimè trahi oportet ad simoniam, quæ non solùm Homines, sed Deum vltorem habet,veluti ab ipso Deo prohibita.

Quapropter neque opus est cum illis supponere, Papam non posse simoniam committere, quod est contra doctrinam *B. Thomæ 2. 2. quæst. 100. art. 1. in respons. ad 7.* cum quo sentit omnis schola Theologorum, nèc negat *Menoch. cons. 67. num. 22.* atquè ex nostris non desunt qui idem doceant, præcipuè verò *Archidiac. in can. non decet, ex num. 3. distinct. 12. & Marian. Soc. in Rubr. num. 25. & in cap. 1. num. 15. cum seqq.* & deniquè in *cap. quoties, num. 2. de simonia*; sed est dicendum, nusquàm Romanos Pontifices pro eorum pietate, tantum scelus admittere, non quidem efficiendo, vt simonia non sit crimen, & illud quidem cæteris detestabilius, quod refugit omnē sanum intellectum, *Germon. animad. lib. 1. cap. 19. in vlt. col.* sed prorsùs abstinendo ab omni actu, qui potest sapere simoniam.

Vt propterea, quamuis Papa aliquandò relaxet pœnas à sacris Canonibus indictas ob simoniæ labem, in quod tendit dispositio *tex. in c. per tuas, il primo, de simon.* prout exponit *Germon. vbi supra*, vel etiam Iuri positiuo deroget, hinc tamen non sequitur, quod ipse toleret simoniam.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, tenentur de superefluentibus reditibus ædificare Ecclesias.*
2 *Iuspatronatus, aliud Ecclesiasticum, aliud Laicale, & quæ inter hæc sit differentia.*
3 *Iuspatronatus Ecclesiasticum radicatur in ipsamet Ecclesia, Laicale verò in Patrimonio, siuè persona sit laica, siuè Ecclesiastica.*
4 *Iuspatronatus, ità potest per Laicum reseruari Ecclesiæ, vt nihilominùs reguletur tanquàm Laicale.*
5 *Et quæ sit ratio.*
6 *Iuspatronatus translatum in Ecclesiam, de Laico efficitur Ecclesiasticum.*
7 *Nequè deinceps attenditur illius origo.*
8 *Quod tamen, declaratur vt hic.*
9 *Iuspatronatus, qualitèr reputetur Ecclesiasticum ex eo solo, quod fuerit acquisitum per personam ecclesiasticam.*
10 *Acquisita per beneficiarium, censentur acquisita de bonis Ecclesiæ.*
11 *Iuspatronatus, Ecclesiasticum reputatur, si acquisitum appareat de prouentibus Ecclesiæ.*
12 *Acquisita per Beneficiarium, non ità præsumuntur acquisita de reditibus Ecclesiæ, quominus possit probari contrarium.*
13 *Clericus, potest testari de acquisitis ex propria industria.*
14 *Item ex acquisitis de distributionibus quotidianis.*
15 *Iuspatronatus, reputatur Ecclesiasticum, vel laicale, ex qualitate personæ existentis in quasi possessione præsentandi.*
16 *Clericus, reseruans Iuspatronatus hæredibus suis ad beneficium erectum de reditibus Ecclesiasticis, peccat.*
17 *Decretum Iudicis, præsumitur interpositum iustis de causis.*
8 *Iuspatronatus, reseruatum per Clericum, pro hæredibus suis, cum auctoritate Episcopi, præsumendum est Laicale.*
19 *Et qui contrarium dicit, probare debet.*
20 *Quod tamen procedit, ex suppositione possibilitatis.*
21 *Possessio, acquisita ex vno actu, extenditur ad omnes alios cōpetentes ex eadem causa vniuersali.*
22 *Clericus, qui habet bona Ecclesiæ, & bona etiam patrimonialia, in dubio præsumitur acquirere ex vtrisque permixtim.*
23 *Iuspatronatus, acquisitum per Clericum habentem bona Ecclesiastica, & patrimonialia, reputatur mixtum.*
24 *Feudalia bona, si deuoluantur ad Ecclesiam, & ante illorum incorporationem, applicentur pro dote beneficij per Episcopum, cum reseruatione Patronatus pro consanguineis eiusdem, & talis reseruatio confirmetur per Papam, inde censebitur Iuspatronatus ex Priuilegio mero.*
25 *Bona eadem, an magis expediat conuertere in dotem Beneficij, quàm iterum infeudare.*
26 *Prælatus, potest de bonis feudalibus ad Ecclesiam suam deuolutis, iterùm alios infeudare, etiam consanguineos proprios.*
27 *Feudi in reconcessione, præferri debet hæres defuncti cuiuis extraneo.*
28 *Prælatus, non tenetur reinfeudare, præcipuè si retinere velit pro Ecclesia.*
29 *Dos Beneficij, est expers cuiusvis oneris respectu dotantis.*
30 *Feudi, vel Emphyteusis concessio, vix potest dici alienatio.*
31 *Iuspatronatus non acquiritur Auctori, sed ei, à cuius dominio, res quæ confertur, procedit.*
32 *Iuspatronatus acquisitum per Prælatum, indistinctè reputatur Laicale, vbicunquè supponitur in eo facultas testandi, & liberè disponendi de reditibus Ecclesiæ.*
33 *Bona Feudalia, vel emphyteotica, reputantur merè allodialia, propter concessam facultatem de illis ad libitum disponendi.*
34 *Clericus prohibetur testari de acquisitis ex reditibus Ecclesiæ, à iure positiuo.*
35 *Indultum, siue licentia, simplicitèr remouet impedimentum, non autem tribuit ius in re.*
36 *Actus quilibet terminatur primo fini suæ operationis, nèc habentur in consideratione quæ consequuntur.*
37 *Indultum conferendi, concessum impedito, remouet simpliciter impedimentum.*
38 *Et Indultarius, confert iure suo pristino.*
39 *Iuspatronatus, qualitèr reputetur Ecclesiasticum, ex eo solo, quòd competat personis addictis Ecclesiæ.*
40 *Iuspatronatus, non æstimatur Ecclesiasticum ex simplici statu personæ, nisi in ordine ad Ecclesiā.*
41 *Iuspatronatus qualitèr æstimetur Ecclesiasticum, ex eo solo, quòd in personam Ecclesiasticam sit transfusum.*
42 *Iuspatronatus, reputatur Ecclesiasticum, si sit transfusum in Collegium Ecclesiasticum.*
43 *Monasterium, sumitur pro ipsa Ecclesia regulari.*
44 *Beguinarum Iuspatronatus, tùr reputetur Ecclesiasticum.*

45 Ius-

sub reseruatione Regulæ secundæ Cancellariæ, quia collatio sit diuisa per turnum.

103 *Iuspatronatus mixtum, sub duplici forma exprimitur.*

104 *Clausula generalis, respiciens narrata in corpore supplicationis, cuius sit vis.*

105 *Iuspatronatus mixtum, quando iudicetur præponderans in altera qualitate, ex narratiua facta in gratia.*

106 *Hæredes plures si instituantur, censentur singuli instituti in partibus æqualibus.*

107 *Iuspatronatus pluribus competens, præsumitur in dubio eis competere tanquàm singulis, non tanquàm vniuersis.*

108 *Quod declaratur ex obseruantia in præteritis præsentationibus.*

QVÆSTIO X.

Iuspatronatus, quando reputetur Ecclesiasticum, Laicale, aut mixtum; & quomodo, ac qualiter his derogetur?



NON solùm laicos, oblato iure patronatus, Lex ad fundandas Ecclesias inuitat,
1 sed etiam Clericos, † quos tamen ad id de superefluẽtibus teneri, certissimum est, *cap. ad audientiam, cum sequenti, & cap. vltimo de Ecclesijs ædifican.* de quo satis egimus in superiori libro *quæst. 28. ex num. 45.* Hinc verò statim sequitur duplex
2 esse † iuspatronatus, Ecclesiasticum videlicèt, & laicale: Ecclesiasticum, quod ipsi Ecclesiæ acquiritur ex erectione alterius Ecclesiæ, vèl beneficij de proprijs ipsius Ecclesiæ bonis, vèl reditibus; laicale, quod personæ singulari, non contemplatæ in alio statu, quàm laicali, vice versa reseruatur ex eadem causa erectionis de proprijs laicalibus, seù patrimonialibus bonis, ità post alios declarat *Aym. consil. 63. sub num. 6. versic. breuiter respondeo*: itàut differentia essentialis inter has patronatus species nulla sit alia, quàm materia ipsa ex qua originem ducit fundatio, vt si ex re Ecclesiæ, Ecclesiasticum reputetur, si ex re, siuè patrimonio priuati, priuatũ, & laicale, *Couar. pract. quæst. cap. 36. nu. 3. Hoied. de benef. incomp. par. 1. cap. vlt. num. 113.*

3 Porrò, vbicunquè † beneficium est fundatum de reditibus, vèl bonis Ecclesiæ, iuspatronatus cõpetit Ecclesiæ, non autem illius Rectori, prætèrquàm in nudo exercitio, vt probat *tex. in præcit. cap. ad audientiam, de Ecclesijs ædifican.* ibi, *si vero persona matricis Ecclesiæ virum Idoneum præsentare distulerit*: atquè ità fit, vt contemplemur ius patronatus radicatum in Ecclesia, tanquàm ex bonis ipsius fundatum sit beneficium, in persona autem Rectoris Ecclesiæ, tanquàm in nudo ministro, contemplemur nudum eiusdem iuris exercitiũ, & proptereà cẽsent Doctores Ecclesiasticum illud dici, quod competit ratione Ecclesiæ, & laicum, quod ratione patrimonij, siuè persona sit laica, siuè Ecclesiastica, *Abb. in cap. cum autem, num. 3. de Iurepatr.* & in *cap. cum vos, num. 4. versic. & intelligo, de off. Ord. Rebuff. in concord. tit. de coll. §. præfatique ordinarij, Glos. patroni Ecclesiastici, & in tit. de Signat. gratiæ, in 3. par. versic. nècnon Iuspatronatus, num. 7. in prax. & in tractatu de nominationib. quæst. 8. num. 35. Roch. de Curte, in verb. Ius, num. 13. versic. patronatus laicorum, Lambertin. eod. tractatu, lib. 1. par. 1. quæst. 1. art. 5. n. 3. Felyn. in tracta. quan. lit. apost. præiud. patro. in 3. limit. Spin. in Specul. de testam. glos. 4. de patron. a test. nomina. sub num. 15. & 16.* cum alijs quos congessit *Cened. Canon. quæst. 22. nu. 5.*

4 Hinc verò primum infertur, si † laicus fundet de proprijs bonis beneficium, posse in illius fundatione reseruare Iuspatronatus Ecclesiæ, sub hac lege, vt ad eam pertineat, non tanquàm Ecclesiasticũ, sed tanquàm laicale, quod, maturè discusso articulò, resoluit Rota in *Romana Iurispatronatus, 31. Maij 1613. coram bo. me. Cardinali Sacrato*, cuius meminimus in superiori libro, *quæst. 32. n. 25.*
5 *& 32.* non † tàm ea ratione, quod huiusmodi lex non habeat causam aliquam perpetuæ prohibitionis à Iure, vel sit contra substantiam beneficij, secundum ea, quæ posuimus in eadem quæstione, ex *num. 19.* quàm quià huiusmodi iuspatronatus, inspecto illius fonte, & origine sit Laicale, & ea lex præseruet illud in eodem statu, neque enim aliud mutari intelligitur, quàm persona habentis præsentare, per quam mutationem non mutatur qualitas illa naturalis ipsius rei, *Spin. in supradicta glos. 4. num. 17. Cened. ead. quæst. 22. nu. 6.*

6 Et licèt † translato iurepatronatus in Ecclesiã, illud efficiatur Ecclesiasticũ, *Lãbert. de iurepat. lib. 1. par. 1. quæst. 1. art. 8. Couar. in præalleg. c. 36. sub num. 5. versic. secundò illud erit, Paris. consil. 35. num. 21. vol. 4.* cum alijs quos sequutus fuit *Cened. ea. quæst. 22. num. 7. Seraph. decis. 1420.*
7 *num. 6.* & facta huiusmodi translatione, † non attendatur origo huiusmodi; *glos. in c. dilectus, el 3. quod in ordine est 34. in verb. ex donatione Regis, versic sed hoc non est verum, de præben. Seraph. dicta decis. 1420. sub num. 2. versic. nec placet quod deducitur.*

8 Attamèn hoc † intelligitur, nisi alitèr in actu ipso translationis conuentum sit, quià absurdũ est, quòd Ecclesia in parte approbet actũ huiusmodi, & in parte reprobet, vt in terminis patronatus libertorũ, est *tex. in l. nã absurdũ, ff. de bon. libert.*

9 Infertur secundò, qualitèr iuspatronatus † iudicetur Ecclesiasticum: nàm si erectum sit beneficium, & dotatum de bonis Ecclesiæ, iuxta dispositionem textus in *præalleg. cap. ad audientiam, de Eccles. ædifican.* res nullam habet difficultatem, neque circa id opus est repetere, quæ diximus superiori libro, *quæst. 28. ex num. 46.* Si verò declaretur iuspatronatus huiusmodi ex eo duntaxàt, quod qui erexit beneficium, esset persona Ecclesiastica, & simùl obtineret reditus Ecclesia-
10 sticos, licèt præsumatur † quicquid in hanc causam impensum est, processisse ex bonis ipsius Ec-

clesiæ

clesiæ, *glos. in can. 1. in verb. suo, 12. quæst. 3. & in*
cap. 1. in verb. debent, de pec. cler. & ibi Innocent.
11 *& Abb. num. 3. Arct. consil. 31. num. 6.* & in† con-
sequens hinc videatur satis concludi ad Ecclesia-
sticitatem patronatus, *can. Apostolicos, 9. quis-*
quis, & ibi *glos. in verb. construxisse, Archidiac.*
num. 3. Præpos. num. 2. 12. quæst. 2. Abb. in dicto
cap. ad Audientiam, num. 12. de Eccles. ædifican.
& in consil. 57. sub nu. 5. ad fin. versic. ius autem
patronatus, lib. 1. Felyn. in cap. cum venerabilis,
sub num. 37. versic. & adde quod ædificans, de ex-
cept. Roch. de Iurepat. in verb. Ecclesiam funda-
uit, num. 8. & in verb. dotauit, num. 26. Lambert.
eod. tract. lib. 1. par. 1. quæst. 8. art. 7. per tot. &
fuit latè conclusũ in *Mantuana Canonicatus, 17.*
Maij 1613. coram bo. me. D. ALPHONSO
MANZANEDO DE QVIÑONES Viro, cùm
genere, tum Patriarchali Ordine, (sed magis Iuris
scientia, & ingenij soliditate) Illustri, qui die 13.
Nouẽbris huius anni 1617 è mortalibus ereptus est.
12 Nihilominus quia præsũptio hæc, †non est præ-
sumptio iuris, & de Iure, quominùs nequeat pro-
bari impensum de proprio patrimonio (si iustifice-
tur eius præexistentia) vel de acquisitis ex propria
industria, vt expresse tenet *Glos. in dicto cap. 1. in*
verb. debent, de pec. Cler. adeo vt semper admit-
tatur probatio contra dictam præsumptionem, vt
clariùs ibi explicat *Abb. num. 5.* etiam coniectu-
ralis, vt per *Alex. consil. 101. nu. 4 vol. 7.* nihil est
quin ità profligata huiusmodi præsumptione, ac-
quisitio debeat reputari extra causam Ecclesiæ,
13 cùm † vnusquisque Clericus quantumcunquè be-
neficijs ditatus, possit disponere de acquisitis ex
sua industria, *cap. quia nos, & cap. relatum, il se-*
condo, de testam. Couar. in relect. cap. 1. num. 11.
14 *eod. tit.* quemadmodum & † de acquisitis ex distri-
butionibus quotidianis, *Ias. consil. 75. nu. 8. lib. 3.*
In constituendis autem his coniecturis, viden-
tur distinguendi aliquot casus.
Prior est, quando difficultas cadit in hoc sim-
plici articulo præsumptionis, ex suppositione pos-
sibilitatis in vtranque partem, & concurrit quasi
15 possessio; & † hoc quidem casu, tale præsumitur
Iuspatronatus, quales sunt personæ, quæ existunt
in illius quasi possessione; sic enim bona indicãtur
acquisita ex bonis Ecclesiæ, si Ecclesia sit in posses-
sione, & è conuerso patrimonialia, si hæredes Præ-
lati eorum possessionem obtineant, secundum do-
ctrinam *Glos. in can. sint manifesta, in verb. pro-*
bantur, ad fin. vers. vel dic, 12. quæst. 1. & hanc
sententiam probauit Rota apud *Put. decis. 221.*
versic. & pro resolutione, in correct. lib. 2. & de-
cis. 90. vers. & fuit resolutum, lib. 3.
Præcipuè, si fundator illud expresse reseruasset
pro suis hæredibus, adhibito cõsẽsu Episcopi, nàm
tunc, vltra possibilitatẽ, concurrunt duæ præsum-
ptiones: vna quæ oritur ex ipsa possessione, seù
quasi, & altera quæ insurgit ex illa reseruatione;
neque enim fit verisimile, fundatorẽ voluisse dece-
16 dere cũ peccato, quod† proculdubiò incurrisset re-
seruãdo patronatũ pro hæredibus, aut consangui-
neis suis, si fundasset beneficiũ de redditibus ipsius
Ecclesiæ, vt censuit *Abb. in præalleg. c. ad audien-*
tiam, nu. 12. & diximus in *præcit. quæst. 28. n. 47.*
Minùs fit verisimile, Episcopum qui interuenit
in erectione beneficij, eam reseruationẽ admisisse,
17 citra causæ cognitionem, cùm † decretum præsu-
matur interpositum ex iustis causis, donec con-
trarium probetur, iuxta doctrinam *glo. in l. 1.*
in verb. omni ordine, C. de fide instrum. & in l.
hast. . fisca. lib. 10. quam singularem dixit *Ias. in*
l. mandata, num. 6. ff. de off. eius, cui est manda.
Iurisd.
18 Et has duas † coniecturas, videlicèt expressæ
reseruationis pro laicis, & eorundem quasi posses-
sionis, magni fecisse videtur Rota apud *Achill. de-*
cis. 314. alias 1. num. 1. de Iurepat. & apud
Mohed. decis. 9. ante num. 1. vers. hoc tamèn non
obstante, eod. tit. & respondit etiam in vna *Vi-*
terbien. Iurispat. 4 Maij 1610. coram bo. me.
Cardinali Sacrato.
19 Et propterea, dicenti † Iuspatronatus esse Ec-
clesiasticum, incumbit onus probandi, secundum
doctrinam *glos. in præalleg. can. sint manifesta;*
totum hoc enim efficit illa quasi possessio, vt con-
siderat *Crescent. decis. 9. nu. 1. eod. tit. de Iurepat.*
20 Quod semper est intelligendum † ex supposi-
tione, quòd Clericus haberet patrimonium, vèl
acquisierit ex industria, aliàs vix admitteretur ista
præsumptio, etiã ex possessione, quominùs tenea-
tur probare hæres, vt declarando doctrinam Gof-
fredi docuit *Io. And. in cap. vt vnusquisque, n. 3.*
de pecul. Cler. quam ità expendit Rota in vna
Arboren. Spolij, 12. Iunij 1624. coram eo. bo. me.
Patriarcha Hierosolymitano.
Hæcquè eadem conclusio, procedit etiamsi es-
sent plura beneficia eodem tempore erecta, sub
eadem reseruatione, & laici patroni reperirentur
in quasi possessione præsentandi ad vnum tantùm;
nàm licèt respectu huius beneficij, actus præsenta-
tionis sit singularis, magis tamèn attenditur cau-
sa illius, quæ est vniuersalis ad alia quoquè bene-
21 ficia, quàm actus, & propterea† ex vno actu cense-
tur acquisita possessio vniuersalis ad omnia, iuxta
Theoricã *Baldi in l. vltima, sub n. 24. vers. tu dic,*
quod magis est consideranda, C. de emancip. liber.
& ità in puncto decidit Rota in superiùs allegata
Viterbien. Iurispatronatus.
Alter est casus, quandò retento eodem suppo-
sito possibilitatis, non datur hæc quasi possessio,
nèc vrgent aliquæ coniecturæ, quæ magis inclinent
in vnam, quàm in alteram partem: Et hoc quidem
22 casu, † cum præsumatur acquisitum tàm ex bonis
Ecclesiæ, quàm ex proprijs permixtim, iuxta do-
ctrinam *Abb. in cap. cum esset, sub num. 24. post*
med. versic. aut dubitabatur, de testam. Soc. Sen.
cons. 91. num. 4 lib. 3. cum alijs citatis per *Me-*
noch. de arbitr. cas. 195. num. 7. consequens fit,
23 vt † Iuspatronatus, etiam debeat reputari mix-
tum, vt resoluit Rota in *supradicta Viterbien. Iu-*
rispatronatus, coram bo. me. Cardinali Sacrato.
Tertius est casus, quandò difficultas oritur ex
qualitate bonorum, quæ licèt non processerint
ex patrimonio, vèl industria fundatoris, sed merè
pertinerent ad Ecclesiam, tamèn eorum applica-
tio, benè processit ab illius facto, & mero arbitrio
sibi

24 sibi à lege concesso, velùti si iura feudalia † de
uoluantur ad Episcopum ,& per ipsum, antequàm
incorporentur mensæ suæ, applicentur pro dote
beneficij, cum reseruatione iurispatronatus pro
suis consanguineis; & hoc sanè casu dicendum est,
iuspatronatus minimè reputari laicale, & eam
reseruationem factam pro consanguineis, vel alijs
laicis, esse inutilem, quià cùm bona illa, sint de
dominio Ecclesiæ, impossibile est, vt tale iuspa-
tronatus alteri acquiratur, quàm ipsi Ecclesiæ,
iuxta superiùs deducta; vndè si Papa confirmet ta-
lem reseruationem, ex quo non habet causam ra-
dicatam in iure cõmuni, ea iudicabitur tanquàm
ex mero priuilegio, iuxta regulam tritissimam,
quam sæpiùs firmauit Rota, vt in *recentior. decis.
58 num. 6. & decis. 88. nu. 1. par. 1.* & sic subijcie-
tur decreto *Concilij, sess. 25. cap. 9.* talia iura pa-
tronatus absolutè reuocanti, vt censuit Rota in
*Mantuana Canonicatus, 17. Maij 1617. coram
eo. bo. me. Patriarcha Hierosolymitano.*

25 Nequè dicatur, plus esse † bona Ecclesiæ in
feudum, vel emphyteusim concedere, quàm iuspa-
tronatus ex illorum applicatione constituere, ea
ratione, quòd per feudalem, vèl emphyteoticam
concessionem, transferatur dominium vtile, rema-
nente penes Ecclesiam solo directo, quod ferè
nullius est commodi, cum tamen è conuerso in
iurepatronatus, commodum leue sit apud Patro-
num, & omnis ferè vtilitas sit apud Ecclesiam, vt
visus est sentire *Menoch. cons. 90. ex num. 15.* vn-
dè cum permissum sit Episcopo talia bona, ante-
26 quàm incorporentur, iterùm † infeudare, *cap. 2.
de feud.* etiam suis consanguineis, *Bald. in cap. vni-
co, in princip. num. 8. de his, qui feud. dare poss. in
vsib. feud.* quod (secundùm Menochium) est quid
plus, ità videtur eidem permissum eadem bona
applicare pro dote Ecclesiæ, sub reseruatione pa-
tronatus ad fauorem eorundem suorum consan-
guineorum, quod est quid minus, *cap. cui licet 53.
de reg. iur. in 6. cum simil.*

Est enim aduertendum, in primis, hoc de maio-
ri, vel minori præiudicio Ecclesiæ, cuius sunt bo-
na, quicquid dicat Menochius, non esse verum; fa-
cta enim deuolutione, etiam ante incorporatio-
nem, bona ità deuoluta dicuntur pleno iure ad
27 Ecclesiam pertinere, † nàm licèt in concursu te-
neatur præferre hæredem defuncti, cui, si præfera-
tur extraneus, videtur inferri iniuria, indequè per-
missa sit appellatio à Prælato inuestiente, iuxta do-
ctrinam *Bart. in l. 1. in princip. sub num. 1. ad fin.
versic. & dico quod si Prælati, de priuil. credit.*
quod (obscuriùs tamen) priùs tradiderat in *l. 1. §.
permittitur, ibidem, nu. 1. de aqua quotid. & æstiu.*
quod maximam sapere æquitatem, censuit *Goza-
dinus, cons. 86. sub num. 24. vers. præterea dato,*
28 nihilominùs † non cogitur alicui infeudare, si pro
ipsa Ecclesia, Prælatus ea velit retinere, vt decla-
rat *Abb. in cap. bona memoriæ, il secondo, sub n. 28.
vers. hoc dictum, de postulat. Prælat. Gozad. loco
proximè allegato:* nec desunt plures, qui simplici-
tèr tenent & absolutè, Ecclesiam non cogi reno-
uare, quos latè cumulat *Rosental. de feud. tom. 1.
cap. 7. num. 3.* in quam sententiam inclinauit Ro-
ta *par. 2. in recent. decis. 664. num. 7. cum sequen.*

Et propterea dùm illa applicat pro dote bene-
29 ficij, iàm ea prorsus à se abdicat, cum † dos be-
neficij, sit expers cuiusvis oneris respectu dotan-
tis, *Glos. in can. si quis basilicam, ad fin. de conse-
crat. distinct. 1. Lambert. de iurepatronat. lib. 1.
par. 1. quæst. 5. art. 4. num. 4.* & diximus in supe-
riori libro *quæst. 31. num. 36.* cùm verò vtens fa-
cultate sibi à iure permissa, eadem iterùm conce-
dit, aùt in feudum, aùt in emphyteusim, adhùc re-
tinet dominium directũ, vna cum spe, quod iterùm
solidetur cum eo dominium vtile, atquè interim
saluum est sibi ius Canonum, homagij, Laudemio-
rum, & aliorum iurium, quæ competunt ratione
30 directi; adeò quòd, huiusmodi concessio † verè, ac
propriè non possit dici alienatio, vt ait *tex. in l. 1.
in princip. C. de iur. emphyt.* & ità dictum assum-
ptum Menochij reiecit Rota in *præallegata Man-
tuana Canonicatus, 17. Maij 1619. coram supra-
dicto Patriarcha Hierosolymitano.*

Non itaquè Episcopus, seu quiuis Prælatus, hoc
casu, aliquid de suo Ecclesiæ confert, sed simplici-
tèr hoc agit, vt conferatur, quod non est causa
legitima acquirendi patronatum ex iure commu-
31 ni, illud enim † non acquiritur actori, sed ei à cu-
ius dominio, res quæ confertur, procedit, & sic
Ecclesiæ, prout optimè consuluit *Abb. cons. 57. sub
num. 5. circa finem vers. ius autem patronatus,
par. 1. Roch. de iur. pat. in verb. Ecclesiam funda-
uit, num. 8. & in verb. & dotauit, num. 26. Lam-
bert. eod. tract. lib. 1. part. 1. quæst. 8. art. 7. ex n. 1.
& per tot. Fel. in cap. venerabilis, num. 32. & 33.
de exception.* & fuit responsum in eadem *Mantua-
na Canonicatus, & in Spoletana Abbatiæ, 19. De-
cembris 1625. coram Reuerendissimo Domino
Coccino.*

32 Hoc tamèn, quod † diximus de feudalibus non
obtineret in bonis, quæ vtcunquè processissent ab
Ecclesia, effecta mox fuissent de patrimonio ipsius
Prælati, ex indulto Apostolico, veluti si foret ei
concessa facultas disponendi de reditibus Eccle-
siasticis, tàm inter viuos, quàm in vltima volunta-
te, vt in casu decisionis factæ in dicta *Viterbien.
Iurispatronatus,* tùnc enim iuspatronatus, reputa-
tur merè laicale, & de iure communi, vt in dicta
Viterbien.

Ratio est, quià tùnc tales reditus incipiunt ha-
33 beri pro patrimonialibus, exemplo bonorũ † em-
phyteoticorum Ecclesiæ, vèl feudalium, quæ ob
facultatem de illis ad libitum disponendi, sortiun-
tur naturam patrimonialium, & allodialium,
*Anchar. consil. 125. num. 9. Roland. consil. 42.
num. 27. vol. 1. Io. Ant. Bell. cons. 30. nu. 70.*

Nequè dicatur, secundum hæc, talẽ patronatum,
adhuc reputari ex priuilegio stante dicto indulto,
nàm priuilegium non est intentum ad acquiren-
dum iuspatronatus, sed remouendum impedi-
mentum iuris positiui circa liberam dispositio-
34 nem: Vndè cum † reditus Ecclesiastici, inspe-
cta eorum natura, sint sub libera dispositione Præ-
lati, impedimentum verò circa illorum vsum
omnimodum, & tanquàm de patrimonialibus illi
aliundè non oriatur, quàm à iure positiuo, *in cap.*

cum

eum in officijs, & in cap. relatum, il 2. de testam.
vbicunquè Papa consentit, vt Prælatus, siuè bene-
ficiarius de illis liberè disponat, intelligitur simpli-
35 citèr † remouere illud impedimentum, & ex tunc,
actus liberè exercetur per Indultariũ, perindè ac si
illud impedimentum nusquàm emanasset, vt benè
docet *Bald. in l. si vt proponis, sub num. 1. vers.*
multum enim refert, C. de seru pig. dat. manumiss.
Gab. conf. 143. num. 7. lib. 1.

Quapropter, eo tempore, quo Indultarius, ac-
quisita ex reditibus Ecclesiæ, applicat fundationi,
vel dotationi beneficij, ea sunt iam effecta de pro-
prio eius patrimonio, atquè ita indultum, & eius
vis cadit super remotione Impedimenti, quomi-
nùs efficerentur de eius patrimonio, non autem
super applicatione eorundem in hanc magis quàm
in illam causam, de qua indulgens non cogitauit,
36 cùm quilibet actus, † terminetur primo fine suæ
operationis, nèc habeantur in consideratione, ea,
quæ consequuntur, *l. Neratius, 14. ff. de seruo cor-*
rup. l. verum est 40. ff. de furtis, can. quantum,
& can. sæpè 50. distinct.

37 Et in simili dicimus, si Papa † indulgeat Ordi-
nario, impedito conferre propter reseruationes
Apostolicas, vt illis non obstantibus conferat, pri-
uilegium, siuè indultum cadere super remotione
impedimenti, non autem super actu collationis
subsequutæ; & propterea actum remotionis im-
pedimenti dici Apostolicum, actum verò collatio-
nis dici ordinarium; non secùs, ac, si ligato mani-
bus, & pedibus dissoluantur per quempiam vin-
cula, dicemus beneficium illud dissoluentis consu-
mari in illa dissolutione vinculorum, cæterùm
actum subsequentis ambulationis, vèl operationis
manuum, esse actum hominis liberi, & distinctum
à dicto beneficio, vt pulchrè ratiocinatur *Ioan.*
Monach. in cap. cum aliquibus nu. 3. quem ibi se-
quitur *Gemin. sub nu. 6. vers. oppono contra secun-*
dam partem, de rescript. in 6. Cassad. decis. 8. n. 5.
de praben. Rot. decis. 783 num. 3. par. 3. lib 3. di-
38 *uers.* Etiamsi dicat † se conferre in vim indulti,
Gonz. ad reg. de mensib. glos. 24. num. 68. & fuit di-
ctum in *Cremonen. Canonicatus, 26. Aprilis 1624.*
coram Reuerendissimo D. Coccino, qua de re, suo
loco agetur.

Quartus est casus, quando certi sumus, bona
non processisse ab Ecclesia, sed à proprio patrimo-
nio alicuius laici fundatoris, sed dubietas oritur
ex qualitate personarum, quibus facta est appli-
catio ipsius Iurispatronatus, veluti cùm fuit reser-
39 uatum personis † professione quidem laicis, sed
addictis alicui officio, aùt instituto pio, quod
latè post alios tractat *Cened. in superius allegata*
Canon. quæst. 22. ex nu. 9.

Cæterum, est aduertendum, Doctores hanc con-
trouersiam agitantes, existimasse eius resolutio-
nem pendere ab eo, an personæ quibus ius istud
applicatum est, sint personæ Ecclesiasticæ, vel se-
40 cus; quæ opinio prorsus est falsa, nàm vt † Patro-
natus dicatur Ecclesiasticus, non attenditur status
personæ, nisi in ordine ad statum ipsius patrona-
tus, videlicèt an sit in dominio Ecclesiæ, vèl quià
de bonis Ecclesiasticis constitutũ sit, vel quià, vt-
cunquè de bonis patrimonialibus erectus, tamèn
fuerit postmodum in Ecclesiam aliquam Secula-
rem, vèl Regularem transfusus, adeo vt ipsa Ec-
clesia, vèl Monasterium dicatur patronus, & actus
ipse præsentationis, ei attribuatur, *tex. est clarus*
in cap. vn. de iurepat. in 6. Vndè qui opinati sunt,
41 eo † ipso, quod ad Clericum deuenit Patronatus,
eum effici ius Ecclesiasticum, vèl tropicè loqu-
ti fuere, ponentes nomen Clerici, pro ipsa Eccle-
sia, cuius est Rector Clericus, vel certè malè sense-
runt: nequè enim satis est patronum esse Clericũ,
vt dicatur patronatus Ecclesiasticus, sed id ipsum
exigitur, quod competat ratione Ecclesiæ, quod
clarè docuit *Abb. in cap. cum vos, paulò ante n. 4.*
vers. & tene menti, de offic. deleg. & in cap. cum
te num. 4. de iurepat. cui accedunt alij superiùs al-
legati *num. 3.* qui licèt loquantur de Clerico, qui
ex patrimonio suo patronatum acquirit; nihilomi-
nùs ex rationis identitate, hoc idem est censen-
dum de eo, cui aliundè quàm ab Ecclesia tale ius
obuenit, prout ex sẽtentia Geminiani *in eod. c. vn.*
in princ. num. 10. colligit *Lambertin. de iurepat.*
lib. 1. par. 1. quæst. 1. art. 5. num. 8. & hanc senten-
tiam probauit etiam Rota, in vna *Asloricen. Ca-*
pellania, 7. Februarij 1612. coram Reuerendissi-
mo D. Pamphilio.

Et licèt *tex. in eod. cap. vn.* æquiparet casum,
in quo iuspatronatus transfertur in Ecclesiam,
casui, in quo transfertur in Monasterium, vndè Do-
42 ctores colligunt, † idem fore si transferatur in
quodcunque Collegium Ecclesiasticum, *Lambert.*
eod. tract. lib. 1. par. 1. q. 1. art. 9. num. 2. cum
alijs adductis per *Cened. in præcit. quæst. 22. nu. 7.*
tamèn hinc nõ diuersificatur casus hic, à casu quo
transfertur in Ecclesiã: Collegiũ enim Ecclesiasti-
43 cum † in hac controuersia illud tantum accipi-
mus, cuius obiectum aliud non est, quàm ipsa Ec-
clesia, quale in proposito est monasterium, de quo
loquitur *tex. in d. cap. vn.* sumitur enim ibi Mo-
nasterium, pro ipsa Ecclesia Regulari, prout ità su-
mitur in *can. nemini, iuncta glos. in verb. Mona-*
sterium, 16. q. 7. Clem 1. & ibi glos. in verb. secu-
lari, circa fin. vers sed vt prædixi, de electio. &
probat etiam *tex. in cap. cum dilectus, de consue-*
tud. quod efficit ipsa proportio materiæ, vt do-
cet *Barbat. in cap. ex literis, num. 15. eod. tit. de*
consuetud.

Hinc cõstat, malè eos sensisse, qui permoti exẽ-
44 plo Beguinarum, † quæ, etiam si sint Seculares,
quià tamèn religiosè viuunt, & habitum portant
religiosũ, nõ videntur merè laicæ; eæ nãquè cẽsen-
tur facere Collegium, gaudentque priuilegio, &
foti, & Canonis, & ideo si quod habẽt ius præsen-
tandi, illud reputatur Ecclesiasticũ, vt censuit Ro-
45 ta *de iurepat. in antiquis decis. 15.* idẽquoquè † exi-
stimarũt, fore dicendum de Iurepatronatus com-
petente alicui Confraternitati Secularium affixæ
alicui Ecclesiæ, necnon Operarijs fabricæ Ecclesię,
quam opinionem tenuit *Lambert in supracit. tra-*
ctat. de iur. pat. lib. 1. par. 1. quæst. 1. art. 10. num. 4.
vbi loquitur de huiusmodi Confraternitatibus, &
sub *nu. 6. versic. tu aduerte*, vbi loquitur de ope-
rarijs fabricæ, in quibus licèt non concurrat hæc
circum-

circumstantia, quod constituant Collegium, con-
currit tamèn aliud, in quo verificatur, eos dici per-
sonas Ecclesiasticas, nimirùm quod bona deputa-
ta fabricæ, dicuntur Ecclesiastica, satisquè sit in
aliquo subijci foro Ecclesiastico, vt hac de causa
possit quis dici persona Ecclesiastica, vt hanc sen-
tentiam approbando, ratiocinatus est *Hiero Paul.*
in pract. Cãcella. Apostol. tit. declaratio super propo-
nente, vers. in causa mea Maioricen. & si conce-
dimus, illud esse iuspatronatus Ecclesiasticum,
quod quis possidet ratione Ecclesiæ, illicò, & con-
sequetur iuspatronatus, his operarijs competens,
Ecclesiasticum dici, cum illis competat ratione
Ecclesiæ, prout ità arguit *Rebuff. in prax. tit. de*
præsentat. & institut. num. 5. & 6. hoc idem cen-
suit *Gambar. de offic. & potest. legat. lib. 3. n. 389.*
vers. tu vide, & nu. 390. & cum Lambertini sen-
tentia, circa præfatas Confraternitates, simplici-
tèr ad eũ se referendo, vidêtur transiuisse *Guttierr.*
quæst. can. lib. 1. cap. 35. num. 30. Garz. de benef.
par. 5. cap. 1. ex num. 599.

Hos, inquam, constat malè, & perperam sensisse,
siuè isti laici, sint confratres, siuè sint Operarij;
Nàm cùm supponimus, iuspatronatus spectare
Ecclesiæ, cui aùt Confraternitas est affixa, aùt cui
ipsi, in fabrica operantur, recedimus ab hypothesi,
quod eis competat iuspatronatus: cùm verò reti-
nemus eandem hypothesim, quod eis solidũ ius
competat, illud excludimus ab Ecclesia, nequè
procedunt supradictæ argumentationes; nàm si su-
biectum eorum administrationis, aùt officij non
est Ecclesia, aùt ius aliquod Ecclesiasticũ, necessa-
riò cõsequitur nil aliud esse, quàm nudũ ministeriũ,
distinctũ, & penitùs separatũ ab Ecclesia, quippè
46 ipsi † sunt incapaces Iuriũ Ecclesiæ, vèl eorũ admi-
nistrationis, etiãsi accederet cõsẽsus Episcopi, *can.*
in nona. 16. quæst. 7. & latè post *Hostien.* & alios
tradit *Abb. in cap. 2. sub num. 9. ad fin. vers. dicit*
enim quod laicus, & Dec. ex num. 92. de constitut.

Et ità manifestum fit, nihil valere argumentum
à Beguinis, siuè sororibus tertij Ordinis, ad istos
confratres laicos, vel operarios fabricæ. Nàm
47 supradicta decisio præsupponit, istas † Beguinas,
(quas nos vocamus tertiarias,) propter Religionẽ,
quam habent, facere Collegium: Earum enim du-
plex est status, prout aliæ degunt in proprijs do-
mibus, aliæ verò Collegialiter in Claustris, & ni-
hilominùs quæ degunt in proprijs domibus, ipsi
ordini aggregantur, viquè ipsius aggregationis de
eo participant, vt latè explicat *Rodericus de regu-*
gularib. tom. 2. quæst. 65. art. 5. 3. argum. vsque
ad fin. vbi latè docet, hos tertiarios, tàm mares,
quàm fœminas, esse verè, ac propriè personas Ec-
clesiasticas, & annexas Ordini Beati Francisci, po-
tiriquè omnibus Priuilegijs, & Immunitatibus Ec-
clesiasticis, vt ibi per eum toto illo articulo. Sup-
ponit ergo decisio in his Beguinis Monasterium,
& sic Ecclesiam, cui sit patronatus acquisitus.

Quod minimè cadit, vel cadere potest in Con-
fraternitatibus prædictis, vel operarijs fabricæ;
48 etenim, † quoad Confraternitates Laicorum, satis
constat, eas, de Iure communi, non esse de foro
Ecclesiæ, secundùm doctrinam Bartoli in *l. id quod*
pauperibus, num. 34. C. de Episc. & Cler. Paris.
cons. 34 ex num. 20. lib. 4. Natta cons. 62. num. 6.
cum alijs cumulatis per *Guttierez can. quæst. lib. 1.*
49 *d. cap. 35. num. 9.* Status enim Laicalis † est com-
patibilis cum statu deuotionis, atquè ideò, veluti
in hac re ei præponderans, illum in se rapit, *Felyn.*
in cap. 2. num. 10. de foro competen.

50 Et licet Felynus, circa hoc fundet † se super di-
cto Abbatis *in cons. 31. par. 1.* qui sub *nu. 1.* loqui-
tur de Confraternitatibus non adscriptis certo lo-
co, & *num. 2.* loquitur de non constitutis auctori-
tate Episcopi, tamèn hoc nihil ad rem nostram;
nequè enim simplicitèr quærimus, an Confrater-
nitates sint loca pia, ratione alicuius operis ad
quod sint institutæ, quod concedimus, veluti si ha-
beant Hospitale, *Bald. cons. 162. sub num. 4. vers.*
undè nèc sunt pia loca, lib. 4. vel etiã an sint subie-
ctæ foro Ecclesiæ, quià sint institutæ auctoritate
Ecclesiastica, quod etiam admittimus, ex cumula-
tis per eundem *Guttier. d. cap. 35. ex num. 11.* Sed
51 quærimus, † an eæ, sint Collegia Ecclesiastica, ra-
tione alicuius Ecclesiæ, cui sit quæsitum iuspatro-
natus (quod est impossibile secundùm ea quæ su-
perius dicta sunt) Vndè etiam si subijciantur po-
52 testati Episcopi in aliquibus, vt † videlicèt, pos-
sint compelli rationem ei reddere, iuxta terminos
Concilij Tridentini, *sess. 21. cap. 8. & 9. de reform.*
Gened. d. quæst. 22. nu. 10. & 14. vèl per eundem
cogi ad recipiendum, vèl reijciendum aliquem ex
eorum cætu, *Bobad. de Repub. lib. 2. cap. 17. n. 141.*
itemquè si agatur de ipsis rebus vniuersitatis, vèl
iure aliquo spirituali, ità quod ratione rei subie-
ctæ, Iurisdictio spectet ad Episcopum, in reliquis
tamèn, quantumcunquè sint affixæ Ecclesijs in
quibus habent Oratoria, & sunt institutæ auctori-
tate Episcopi, non habent priuilegium fori, quale
in vniuersum habent personæ Ecclesiasticæ, vt de-
clarat idem *Bobad. loco proximè citato, cap. 18.*
num. 228.

Quæ etiam faciliùs procedunt, respectu Laico-
rum, qui fabricæ Ecclesiæ præpositi sunt; nequè
enim in his quærimus, an ratione ipsius eorum
muneris, possint conueniri apud forum Ecclesiæ,
(quod magis intelligitur ratione contractus, vèl
quasi, quàm ratione rei;) sed, an quatenùs habent
iuspatronatus, illud habeant ab Ecclesia, vèl potiùs
ab illo eorum munere, & illius contemplatione,
quod ab ipsa Ecclesia penitùs est separatum, & di-
stinctum, vt etiam diximus: Porrò in constitutio-
53 ne, seù deputatione talium † Operariorum, non
creatur, vel mandatur officium aliquod in Eccle-
sia ipsa, cum superioritate, vèl potestate aliqua,
quod citra Papæ auctoritatem fieri nequit, sed
nudum exercitium, seù ministerium conuertendi
aliquos reditus in causam fabricæ, sub onere red-
dendi rationem Ministris ipsius Ecclesiæ, vt post
longam disputationem concludit *Abb. in prædicta-*
to cap. 2. sub num. 11. vers. & de officio fabricæ,
vbi etiam *Bald. num. 8. Dec. ex num. 95. vers. sed*
contra istam, Barbat. ex num. 25. & alij passim
de Iudicijs, Aufrer. de potest. secul. reg. 4. n. 37.
54 Quæ procedunt, † etiam si tali Operario, con-
cedatur facultas colligẽdi oblationes, vt per *Abb.*
ibidem

ibidem sub num. 10. ad fin. vers. nec etiam puto.
Istud enim non concludit ad exercitium alicuius
55 Iuris Ecclesiastici: Vndè nihil mirum, si † etiam
permittatur supradictis Confraternitatibus Lai-
corum in eorum Oratorijs, Ferret. cons. 278. n. 5.
& Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 42. num. 12.
56 Sed etiam † aliquibus Laicis in ipsis Ecclesijs, mo-
dò nihil conuertant in proprium vsum, & ratio-
nem de oblatis reddant ipsi Ecclesiæ, Dec. con-
57 sil. 148. num. 3. quod † fauore Clericorum est
introductum, vt ij minùs abstrahantur à diuinis,
Decius ibidem nu. 11. Aufrer. dicta reg. 14. n. 37.
vers. eodem modo.

Et ex his diluitur argumentatio Rebuffi, su-
periùs adducta, negatur enim omnino, aùt cui-
piam Confraternitati Laicorum, aùt cuiuis Ope-
rario, seù Præfecto fabricæ in quê sit transfusum
iuspatronatus, siuè præsentandi, illud obtinere
58 ratione Ecclesiæ; verius enim † est ei competere
ratione ipsius instituti, vèl muneris, quod vtcun-
què possit dici pium, vèl dependens ab Ecclesia,
aùt illi adiectum, tamèn est quid penitùs ab Eccle-
sia, & iuribus illis semotum, vt ostendimus: Atquè
ità verior est sententia, talem patronatum adhùc
reputari laicale, cum, & munus illud sit laicale, &
personæ laicæ, quemadmodùm sententiam hanc
tenuit Felyn. in tract. quando litera Apostoli-
ca præiudic. Patron. in 4. limit. Roch de Iure-
pat. in verb. Ius, quæst. 3. num. 17. Couar. pract.
quæst. cap. 36. n. 8. Silua de benef. par. 3. quæst. 16.
sub num. 23. versic. & præmissa, Azor. moral. in-
stitut. par. 2. cap. 28. vers. Item iuspatronatus,
Rota diuers. decis. 174. num. 7. & 8 par. 1. quos
sequutus est Cened. dicta quæst. 22. ex num. 11.
vers. contrariam sententiam, vsque ad nu 14.
59 Est autem cauendum † ab eodem Cenedo in
ea ipsa quæst 22. num. 16. & 17. dùm pro conci-
liatione harum opinionum distinguit inter casum,
quo apparet, an beneficium fuerit fundatum ex
reditibus Ecclesiæ, vèl potius ex bonis patrimo-
nialibus, à casu quo de hoc non apparet, & dicto
num. 17. facit differentiam, an Confraternitas sit,
vèl non sit affixa alicui Ecclesiæ auctoritate Ordi-
narij; nàm illa quidem distinctio est vera, sed non
congruit terminis huius controuersiæ; differen-
tia autem hæc, quamuis & videatur recedere ab
eisdem terminis, nihilominùs etiam subuertitur
ex supradictis, posito enim quod Confraternitas
sit fixa alicui Ecclesiæ, certè ista fixio (vt ità lo-
quar) in alio nô cõsistit, quàm in simplici subiecto
loci, videlicèt, vt ibi valeat habere Oratorium,
& exercere opera pietatis, ad quæ instituta est;
60 Vndè etiamsi Ecclesia habeat reditus, tamen † ex
quo ij non permiscentur cum reditibus, vèl colle-
ctis Confraternitatis, aùt etiam cum emolumen-
tis Præfectorum fabricæ, refragatur huic assumpto
iuris dispositio, secundùm quam quisque præsumi-
tur acquirere de proprio, non de alieno, iuxta
Theoricam Bartoli in l. Titium, §. altero, sub n. 2.
vers. tertio casu, ff. de administrat. tutor. Decian.
cons. 21. sub num. 1. vers. & in dubio, cum alijs
adductis per Menoch lib. 8. præsumpt. 47. num. 7.
61 præcipuè ad euitandum † delictum propter prohi-
bitionem Iuris in superiùs allegato can. in nona,
16. q. 7. Bart. in l. cum oportet, sub num. 5. vers.
quandoque si præsumeremus, C. de bon. quæ lib.
Aym. cons. 191. sub nu. 8. versic. & licèt, & con-
sil. 244 sub num. 6. versic. & in terminis.

Infertur hinc tertiò, qualitèr æstimari oporteat
patronatus competentes partim Ecclesiæ, partim
laico, ex qua participatione constituitur quædam
mixtura: Qua in re ne Iuuenes decipiantur, est ad-
62 uertendum, mistum † illud dici, quod ex conuen-
tione, & permistione plurium specierum compa-
tibilium confectum est, l. adeò, §. voluntas de acq.
re. dom. §. si duorum materia, instit. de re. diuis.
Menoch. cons. 461. num. 16.
63 Mixtum verò, aliud constitutiuum, † & aliud
non constitutiuum tertiæ speciei, sed vnius tan-
tùm, ac propriæ retentiuum: Quippè illud dicimus
constitutiuum nouæ, seù tertiæ speciei, quod est
confectum ex speciebus in quantitate æqualibus,
prout in mulso, & in electro, quæ sunt exempla po-
sita per Caium, & Iustinianum in locis superiùs
allegatis, & de hoc misto accipienda est regula,
64 qua dicimus, de eo † alitèr iudicari oportere,
quàm de simplici, l. item vulneratus, in fin. ad leg.
Aquil. Anchar. cons 37. sub num. 6. vers. item ali-
ter, Natta cons. 463. num. 19 Surd. consil. 419.
num. 25.
65 Ex opposito verò dicimus † retentiuum pro-
priæ speciei, cui alia est admixta in minori quan-
titate, nàm tunc ista admixtio simplicem qualita-
tem infert, nequè mutat substantiam speciei, cui
admiscetur, vt tradunt omnes, præcipuè verò Al-
ciat. in l. 1. in 2. lectur. Auenionen. n. 7. & 8. de
verb. oblig. Vtcunquè enim possit & hoc, dici mi-
66 stum, tamèn quia præualet altera species, illa † so-
la attenditur, tanquàm magis potens, l. cum
quæritur, ff. de stat. hom. l. sed est quæsitum, ff. de
lib. & posthum. Menoch. cons. 648 num. 9 & 690.
num. 7. & ex ea sola ens recipit denominationem,
Ias. in consil. 74. sub num. 6. versic. confirmatur
lib. 3.
67 Secundùm verò † doctrinam hanc, profectò
Iuspatronatus, non dicetur mixtum ex solo con-
cursu Ecclesiæ, seù patroni Ecclesiastici, & patro-
ni laici, sed illud tantùm, quod æqualitèr vtriquè,
competet, nàm si ex tribus vocibus, duas habeat
Ecclesia, iudicabitur totum Ecclesiasticum, & è
conuerso totum laicale, si duas habeat laicus, quæ
fuit opinio Io. de Lignar. in cap. dilectus, il 3. de
præbend. quam amplexus fuit Felyn in cap. ex li-
teris, num. 3. de constit. & licèt ab ea visus sit dis-
sentire Roch. de Iu. patr. in verb. Ius, sub n. 16.
vers. contrarium credo, In eã tamen inclinauit Ro-
ta apud Crescent. decis. 3. sub num. 1. de Iu. patr.

Sed nequè in rei veritate Rochus sententiam
hanc damnat, sed potiùs eam restringit ad parita-
tem, non ex numero personarum, sed ex numero
vocum, seù suffragiorum, quod etiam sentit Cre-
scent. ea. decis. 3. num. 2. nèc est contra assumptum
Ioannis de Lignario, & Felyni.

In articulo ergò præiudicij, quod potest inferri
68 patronatui huiusmodi mixto, si supponatur † hæc
æqualitas, & qua secundum præmissa, videatur

quæ-

quædam tertia ſpecies conſtitui, de eo idem fit iu-
dicium, quod de patronatu merè Laico. Vndè ſi-
cùti in Papa non præſumitur voluntas derogandi,
vèl præiudicandi, niſi id exprimat, ità in quouis alio
à Papa inferiore deficit poteſtas, etiam ſi eſſet Le-
gatus de latere, *Abb. in cap. dilectus, num 5. de*
offic. legat. Felyn. in cap. multorum, num. 3. de
Iudæis, Fed. de Sen. conſil. 65. num. 1. & eſt ratio
69 ſecundùm † ipſos, quià Clerico ſuffragatur priui-
legium Laici, & è contra, per *tex. in l. ſi commu-*
nem, ff. quemad. ſeru. amit.

70 Etenim cùm † agitur de fauore, vèl odio, Iuris mi-
niſterio, opportunè aùt retinetur, aùt diſſoluitur
illa mixtura, vndè ſicut mixtum comprehenditur
in fauorabilibus ſub ſimplici, *Surd. conſ. 453 n. 49.*
ità in odioſis minimè, *Riminald. in l. ſi emancipa-*
ti, num. 11. & ibi etiam *Cagnol. num. 144. C. de*
collat. Bero. conſil. 153. num. 59 vol. 1. Ruin. con-
ſil. 167. num. 20. ibidem vol. 1. cum alijs quos ſe-
quutus fuit idem *Surd. conſ. 430. num. 14.* præci-
71 puè vbi viget eadem ratio, † vel vna ex ſpecie-
bus ſimplicibus potentior eſt, vt concludit Ro-
ta apud *Gregor decis. 140. num. 15. & 16.*

Hancque ſententiam, de totali defectu poteſta-
72 tis in Legato de Latere, & de præſumpto † defe-
ctu voluntatis in Papa, probauit etiam *Card. con-*
ſil 69. ſub num 3. verſic. nàm ſecundo caſu, & poſt
plures, *Sylu de benef. par. 3 quæſt 11. nu. 35. Re-*
73 *buff. de nominat q. 15. ex num. 8.* & † quod in
hac materia plus non poſſit Legatus, quàm Epi-
ſcopus, tradit etiam *Gamb. de offic. & poteſt. Le-*
gat. lib. 3 num. 260.

74 Et propterea quamuis non † teneatur Legatus
habere conſenſum Eccleſiaſtici, erit tamèn nulla
eius prouiſio, niſi acceſſerit conſenſus Laici, *Gem.*
in præsit. cap. vn. §. verum, n. 10. de Iurepat. in 6.
75 præterquàm † ſi competeret laico patronatus
iure aliquo ſingulari; quamuis enim *Io. de Imol. in*
prealleg. cap. dilectus, ſub num. 8 ad fin. verſ. ſed
certè, videatur æquiparare iuspatronatus compe-
tens iure ſingulari, patronatui competenti de iure
communi, & confundere effectū fundationis, cum
ſimplici beneficentia, tamen ſatis patet eum loqui
contra opinionem Abb. Felyn. & aliorum præci-
tatorum, & ſic contra communem, & falſa ratione
fuiſſe deceptum, vt aduertit Rota apud *Caſſad.*
decis. 7. ſub num. 3. verſ prædicta autem ratio.

In Papa verò ſola voluntas exigitur, quæ tamen,
76 vt dictum eſt, nuſquàm præſumitur, etiam † ſi mo-
tu proprio reſcribat, vt ait *Caſſad. loco proximè*
allegato, verſ propter quam rationem, & licèt ad
ſuſtinendam quandam expectatiuam, olim Rota
opinata fuerit, partem Eccleſiaſtici, tanquam di-
gniorem, trahere ad ſe partem laici, & ità totum
patronatum reputari Eccleſiaſticum, vt legitur *de-*
cis. 46. de conceſſ. præben. in antiq quā contra *Fely-*
nū eā impugnantē, in ſæpecitato *tract. quando lit.*
Apoſt. præiud. pat. in 6. ampliat. conatus fuerit
tueri *Æneas de Falco. in tract. de reſeruat quæſt.*
4. in effect. 14. & ſequutus eſt etiam *Staphil. de*
modo, & form. impetr. §. ſed dubium, ex nu. 3.

Nihilominùs, ſatis conſtat, contrarium eſſe de
iure verius, neque Aen. de Falc. aùt Staphil. ſatis
aſſequutos fuiſſe rationem ſupradictæ *decis. 46.* il-
lamquè acceptam in eo ſenſu, in quo ipſi eam ac-
ceperunt, & prout loqui videtur, nullatenùs ſubſi-
ſtere; ac proinde veriſſimam eſſe opinionem Fe-
lyni, prout latè demōſtrat *Roch. de Curt. de Iu. pat.*
in verb. Ius, ſub nu. 15. ad finem, verſ. contra iſtam
conclusionem, ſequitur *Lambert eod tract. lib. 2.*
par. 3. quæſt 9. art 9. ſub num. 1 verſ. ſubdit tamen,
Hosea. de benef. compatib. par. 1. cap. 24 nu. 114.
& reuocata ad cribrū Iuſtitiæ, dicta deciſione 46.
Rota opinionem Staphilæi, & Aeneæ tanquàm er-
roneam, reiecit in quadam cauſa *Fauentina Pa-*
rochialis, 12. *Octobris 1548. coram Achille, vt*
in eius deciſionibus impreſſ. ſub tit. de iur. pat. de-
cis. 3. & apud Put decis. 153. lib. 3. & deinceps
pluriès ità fuit reſponſum, vt refert *Gonz. ad reg.*
de menſib. gloſ. 18 num. 13. & 14. & Garz. de be-
nef. par. 5. cap. 1. nu. 582. Seraph. decis. 719. nu. 4.
ad hunc enim effectum, vt non intelligatur ei dero-
gatum, quod mixtum eſt, reputatur merè laicale,
Put. decis. 9 ſub tit. de Iur. pat. Seraph. decis. 1314.
num. 4. Rot. in recent. decis. 541. ſub nu. 4. verſ.
quia ad obiectum, par 2.

Infertur quarto, multo minùs cenſeri Papam
velle vnquàm derogare Iuri patronatus laicorum
ſimplici, ex quacunque generali, & effuſa oratio-
77 tione; Vndè Hoſtienſis † in *supracit cap. dilectus,*
ſub num. 5. de off. deleg. ſcriptum reliquit, ſe vi-
diſſe literas, per Papam ſcriptas Prælatis Angliæ,
continentes hanc ſuam proteſtationem, quod nuſ-
quàm intenderet, per clauſulas generales, præiudi-
care patronatibus laicorum, cui ibidem aſſenſit
Io. Andr. ſub num. 6. ad fin. verſ. in glo. 3. & Lap.
alleg. 96. ſub num. 2. verſ. & facit optimè, idem-
que tradit *Fel. in ſæpecit. tract. quan. lit. Apoſt. in*
princip.

78 Vndè, niſi fiat expreſſa, † & indiuidua mentio
talis Iurispatronatus, & quaſi poſſeſſionis patro-
norum, gratia corruit, *Card. in ſæpè alleg conſ. 69.*
ſub num. 4. verſ. ſufficit enim, vbi quod pro indu-
cenda nullitate gratiæ, ſufficit hæc quaſi poſſeſſio,
& idem cenſuit Rota apud *Verall. decis. 223. par.*
2. & Seraph. decis. 719 num. 4. & 5.

79 Cuius rei ea eſt ratio, quòd † in illa quaſi poſ-
ſeſſione fouetur proprietas, vt qui adeò poſſeſſor
eſt, verus etiam patronus reputetur, iuxta *tex. in*
cap. conſultationibus, de iu. patr & benè deducit
Dec. conſ. 117. ſub num. 2. verſ. & quantum ad
propoſitum, conſ 126. ſub num. 3. verſ. & ideò no-
tab. litèr, & conſ. 153. nu. 4 plures cumulat *Lam-*
bert. lib. 2. par. 1. quæſt. 3. art. 1. num. 7. & per tot.
benè *Simonet. de reſer. quæſt. 70 nu. 2.* ex ea enim
80 quaſi † poſſeſſione præſumitur dotatio, & fundatio,
Put. decis. 394 lib. 2. in correct.

81 Quinimò, ad hunc † effectum præualet poſſeſ-
ſio proprietati, quæ proprietas ſi ſit in alio, non at-
tenditur, *Rota decis. 49. n. 1. & per tot. de reſcrip.*
in antiq. ſecundùm ea tamen quæ poſuimus in ſu-
periori libro, *quæſt. 34. ex nu. 27.* & alibi etiam di-
cimus.

82 Et poſito, quòd proprietas † eſſet apud vnum,
quaſi autem poſſeſſio eſſet apud alterum, qui eam
ſibi vſurpaſſet, adhùc idem foret dicendum, quià
licèt

licèt respectu vsurpatoris nulla vrgeat ratio fauoris, plurima tamen vrget respectu patroni, in quo est proprietas, & plurima rursus respectu eius, qui fundauit, aut dotauit ab initio, nàm istius memoria, etiam in nudo illo facto possessionis, quantumcunque ex mera vsurpatione acquisitæ, conseruatur, & in hoc radicatur ratio non derogandi patronatibus, vt concludit Rota apud *Serapu. ea. decis. 719. n. 2. & 3.*

Infertur quintò, ad verum intellectum, & explicationem Clausularū, quæ consueuerunt apponi in gratijs Apostolicis circa derogationes Iurispatronatus; Nàm vt in hac re non sufficiunt clausulæ generales, vt dictum est, etiāmsi subijciatur alia
83 clausula *ex certa scientia*, quæ † non trahitur ad ea, quæ in facto consistunt, & quorum ideo ignorantia præsumitur, iuxta doctrinam *Bald. in l. vlt. sub num. 9. versic. dicas etiam, C. sent. rescin. non poss. Curt. Sen. cons. 49. num. 35. Dec. cons. 407. num. 23. Paris. cons. 1. sub num. 90. vers. non enim operatur, lib. 1.*

84 Ità antiquatis veteribus formulis, de † quibus per *Cassador. dec. vlt. de Probat. & decis. 7. de Iurepatron. & Cardinal. dicto cons. 69.* quæ erant magis proportionatæ Gratijs expectatiuis, & preuentiuis, quarum vsus recessit ab aula, prudentissimè fuit excogitata infrascripta clausula, quæ nusquàm prætermitti cōsueuit, videlicèt; *Necnon etiā derogatione Iurispatronatus etiā laicorū, & nobiliū, & illustriū, eisque ex dotatione, vel fundatione cōpetat. pro medietate, seu si illorū, & Clericorum mixtum, seu Clericorum tantum, atque etiam si litigiosum, & si deuolutum, in totum*; Quod si prætendatur vacatio apud Sedem, adijcitur, *& quatenus ac Iurepatronatus huiusmodi, attenta vacatione apud Sedem, in totum.*

85 Prior ergò pars † clausulæ *etiam laicorum, & illustrium*, ità est concepta, & extensa ad illustres, quià, vt derogatio capiat Patronatus illustrium, non sufficit facere mentionem de laicis, super quo hodiè habemus *reg. Cancell. 42. de derogat. Iurispatronatus*, vbi *Ioannes a Chokier ad Gloss. antiqu. num. 17. Couarr. practic. quæst. cap. 36. sub nu. 1. vers. Imò si Iuspatronatus, Rebuff. in prax. in 3. par. Signat. num. 62. Ruin. cons. 79. num. 5. vol. 5. Mandos. in tract. de Sign. Grat. §. Derogationes Iurispatronatus, in prima col. in vers. derogatur, & vers. Regum, cum seq.*

86 Illud verò de illustribus, † minimè est trahendum ad eos, qui ex generis nobilitate, aut alia quauis ratione, titulum hunc sibi vulgò vsurpant, sed ad eos restringitur, quos dicta Regula specificat, videlicet Reges, Duces, Marchiones, vel alios Principes, quod est secundum intentionem Iuris, vt demonstrauimus hoc libro, *quæst. 5 num 88.*

87 Neque tamèn, † his Patronatibus illustrium, passim consueuit derogari, sed tantùm, vbi in impetratione supponitur aliquis intrusus, quem litigando expelli oporteat, vt notanit *Rebuff. loco proximè allegato, num. 37. & ex eo Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 390. & Moneta, de commutat. vltim. vol. cap. 10. num. 265. vers. Rebuffus verò.*

Altera pars, ibi, *eisque ex dotatione, vel funda-*
88 *tione competat*; satis exprimit, Papam † nihili facere quodcunque aliud Ius Patronatus competens Iure singulari, æquè enim istud, atque Iuspatronatus Ecclesiasticum in eius pura, & absoluta est potestate, *Cassad. dicta decis. 7. num. 4. & 5. de Iurepatronat.* cum alijs supra allegatis, & quos congerunt *Moneta dicto cap. 10. num. 270. & Garz. dicto cap. 1. num. 573. cum seqq.*

89 Etiamsi competat † Illustribus, cùm exceptio sit de regula, *vulg. l. nàm quod liquidè de penu legat.* cum similibus per *Dec. in l. 1. num. 22. de reg. Iur. & Menoch. cons. 609 num. 10.* nisi concurrat
90 aliud singulare in priuilegio, per quod mens † Papæ non videatur se ad illud extendere, cuiusmodi est Decretum præseruatiuum à quacunque generali derogatione, *Pute. decis. 207. num. 3. lib. 3. in correct.* hoc enim casu, præualeret Decretum illud
91 præseruatiuum, nisi † rursus illius vis elideretur per clausulam derogatoriam derogatoriarum, quæ fuit inuenta, vt daretur modus, quo Pontifices possint derogare Gratijs præcedentibus, de quibus notitiam non habent, vt post *Gonzal. ad reg. de mensib. gloss. 36. num 30.* notauit *bon. mem. D. Beltraminus, ad Gregor. decis. 211. num 21.* in
92 qua † vis eadem fuit attributa clausulæ *cuiuscunque Dignitatis, status, &c.* vt ibi *num. 5.* quod latissimè etiam firmat *Gonzal. ad d. reg. gloss. 38. num. 2. & per totum.*

93 Neque ideò est vera † limitatio, quam intulit *Garz. loco præcitato*, si videlicet agatur de Patronatu Regis, aut Principis obtinentis Iura Regia, seu Imperij, remittens se ad scripta per seipsum, sub *num. 219. & per Gonzal. gloss. 24 nu. 159.*

Nàm in primis, hoc esset de directo contra decisiones, quæ sunt in terminis Iurispatronatus Regum, & Principum Iura Imperij habentium: Præterea nèc per ipsum allegati sub dicto *nu. 21.* loquuntur de Iure patronatus competenti Regi ex mero priuilegio, vt ipse supponit, quod patet ex eorū lectura, præcipuè *Glossator. antiqu. ad reg. 40. n. 8.* cui primo, opinionē hanc imponit, & constat Couarruuiā *in præcit. c. 36. vers. secundum*, loqui secundùm terminos Iuris, *Gonzal. vero in praall. leg. gloss. 24.* agnouit, expressè contrarium fuisse decisum in *Meliten. Beneficij, 24. Nouembris 1605. coram bo. me. Domino Penia*, vt ibi per eum sub *num. 160.* in vltimo impressis, quæ fuit confirmata apud *Gregor. dicta decis. 211. nu. 10. & per tot.* & licèt videatur contrarium sentire, nihilominus mouetur satis debilibus fundamentis, videlicet auctoritate *Archidiac. & Ioann. Andr. in cap. 2. sub num. 5. ad med. de Prabend. in 6.* dicentium,
94 sub dispositione illius textus † non comprehendi beneficia, quæ sunt ad collationem Regum in eorum Regnis, quod etiam voluerunt *Gaspar de Perus. in tract. de Reseru. §. Quæ autem beneficia, nu. 12. & Aeneas de Falco, eod. tract. in 3. quæst. principal. num. 13.* cum alijs accumulatis per *Couarr. in præcitat. cap. 36. nu. 5. vers. Quæ quidem beneficia.*

Verùm, istud est admodùm debile fundamen-
95 tum, non solùm quià præter † eum casum, quan-

do facultas conferendi, ab antiquo concessa est
Regibus,propter aliqua benemerita , & seruitia
præstita Sedi Apostolicæ, opinio hæc nequit susti-
neri,ex his quæ tradit *Mandos.ad reg.Cancell.11.*
in 13.quæst.num.7.& 8.vers.Crederem tamen,
& sententia *Archidiac. & Ioann. Andr.* potiùs
procedere ex conniuentia Papæ ad euitanda scan-
dala , quàm quià sit de Iure , vt colligitur ex *Io.*
Monach.in eod.cap.2.sub num.5.vers.Et contra,
& declarat ipse *Io.Andre. sub num.7. versic.dicit*
autem ipse, Sed etiam quià textus in dicto *cap.2.*
non habet decretum derogatorium , sed potiùs
præseruatiuum priuilegij conferendi vacantia ex-
tra Curiam .

Et hac eadem responsione tollitur aliud funda-
mentum de decreto Concilij, *sess.25.cap.9. de re-*
format. dùm in artitulo reuocationis Patrona-
tuum,excipit Patronatus Regum;quippè id è dia-
metro aduersatur terminis propositæ difficultatis,
aùt in casu supradictæ clausulæ, aùt in casu cuius-
vis dispositionis derogatoriæ per verba vniuersa-
lia conceptæ ad omnia priuilegia cuivis personæ
cuiuscunque status, & Dignitatis concessa , vt in
præallegatis decisionibus .

96 Tertia pars † in illis verbis, *seù si illorum, &*
Clericorum mixtim, seù Clericorum tantum,con-
tinet primum,& præcipuum casum,in quo Papa
in totum Patronatui derogat , videlicèt si mixtus
sit,parificando mixtum,simplici Clericorum , se-
cundùm ea,quæ superiùs exposuimus, & scitè ad-
modùm explicat *Moneta in superiùs alleg.cap.10.*
num 283.

97 Difficultas tamen oboritur,diuiso vsu† præsentã-
di per vices inter Ecclesiam, & laicos,si Papa con-
ferat,existente Ecclesia in suo Turno , an eundem
turnum consumat : Hinc enim pugnat pro affirma-
tiua fauor laici , in cuius præiudicium tenderet
prouisio Apostolica, si Turnum non consumeret ,
gloss.Pragmat.Sanct.de Collat.§.Itẽ quod omnia,
in verb.facienda,ad finem,& hinc pro negatiua vul.
gata cõclusio,quod prouisio Apostolica nõ cõsumet
Turnũ, *Rota decis.21.de præb.in antiq.*cũ adductis
per *Gonzal. ad reg.de mensib.gloss. 45. §. 1.n. 31.*
Garz.in dicto cap.5.sub n.614. cum seq. qui tenet
turnum non consumi.& eum sequi tur *Moneta*
dicto cap.10.num.217.

98 Ego verò † potius censeo istud de consumptio.
ne turni (ex suppositione tamen reseruationis,
quam faciunt,tàm Garzias , quàm Moneta) esse
impracticabile,& vtrumque in eo fuisse deceptum,
quòd existimarunt,dùm facultas præsentandi est in
turno Ecclesiæ,Patronatum reputari merè Eccle-
siasticum,& tùnc cadere sub reseruationibus Apo.
stolicis , quod est erroneum ; nam posito quod
Clem. plures ,de Iurepatron. procedat etiam in
Patronatu mixto,si constituatur turnus,non ideò
dissoluetur ea mixtura ; qua durante , est impossi-
bile Iuspatronatus mixtum cadere sub aliqua re.
seruatione , vt suprà dictum est:turnus enim ille,
non diuidit aùt Iuspatronatus. aùt Ius præsentan-
99 di, quod † nèc minus est indiuiduum , quàm Ius
ipsum patronatus , sed tantùm diuidit vsum, &
exercitium,vt docet *Innocent.in cap.1.num.1.de*
Iurepatron. & clariùs declarat *Vitalin. in præci-*
tata clem.plures, §. & vt faciliùs,num.3.& 8. de
Iurepatron.

Et ideò operatur quidem Turnus hic,vt nisi hoc
Papa intelligat, non censeatur voluisse præiudica-
100 re † Patrono existenti in Turno,iuxta *Achill. de-*
cis.2.num.3. de Iurepatronat. at minimè, vt hinc
solidetur Ius distinctũ ab exercitio, in ipso exerci-
tio , ità quod cadat sub reseruatione, vt concludit
Gonzal. ad regul.de mensib.glos.45.§.3.ex nu.39.

101 Nequè ad rem † facit, quod existens in Turno
dicatur vice sua præsentare , ità vt ad eum dicatur
præsentatio pertinere , iuxta doctrinam *Ioan.*
Andr in cap.cum in illis,sub nu.2.super verb.vel
præsentationem , de praben. quem ibi sequuntur
Geminian.in §.fin.num.3.Franch.num.5.versic.
nam vt dicit,Ancharan.sub num. 5. vers. Item si
præsentatio, Probus ad Io. Monach.nu.60.Ludo-
uicus Bologninus in Addit.ad Ioann. de Anania,
cons.43.nu. 5. Rochus in sæpe allegato verb. Ius,
sub num.10. vers. Idem decidit .

Nàm,hæc stant simul,quòd Turnarius præsentet
vice sua,& hac vice præsentatio dicatur ad eum
pertinere, & nihilominùs Beneficium, tanquàm
Iurispatronatus mixti,non cadat sub reseruatione
aliqua propter mixturam, quæ non habet suas ra-
dices in eo exercitio,sed in ipso Iure indiuiduo, vt
102 superiùs demonstrauimus;& in fortioribus † ter-
minis hoc experimur in reseruatione regulæ se-
cundæ Cancellariæ , si fiat diuisio exercitij colla-
tionis;siuè præsentationis simultaneæ,vt per *Gon.*
zal.dicta gloss.45. in §.3. ex nu.34.

Quòd si Papa,sciens præsentationem in Turno
Ecclesiæ, conferat Iure concursus,non tàm consu-
mit Turnum, quàm derogat Iuripatronatus in to-
tum,quod non pertinet ad effectum alicuius reser-
uationis,*vulg.l.eius qui in prouincia,ff.si cer.peta.*

Est autem aduertendum,in his derogationibus
Iurispatronatus , vt plurimum , de eo fieri dupli-
103 cem † mentionem, vnam in corpore supplicatio-
nis, cùm explicitè narratur pertinentia, ad effectũ
vt Papa intelligat nedùm qualitatem patronorũ,&
in consequens an sit Ecclesiasticum, vel Laicale ,
sed etiam pro qua quota singulis cõpetat,hincquè
percipiat,an mixtura sit æqualis,vel præponderet
pars laicitatis,cui difficiliùs derogat . Alteram
post primam Signaturam; dùm inter clausulas ge-
nerales hæc etiam inseritur derogatoria Iurispa-
104 tronatus,quæ † vt respondet qualitatibus narra-
tis in corpore supplicationis,& ab ea narratiua,in
sua generalitate determinatur , iuxta *Cassad. de-*
cis.5.num.1.ad fin. de refer. ità tanquàm adiecta
in executionem,nõ alterat illam priorem narra-
tiuam, sed eam potiùs in suo intellectu confirmat,
vt per *tex.in Clem.1.de præben.*tradit *Butr. con-*
sil. 29.sub num. 1. versic. nec obstat quod infra ,
Dec. consil. 195. sub num. 3. versic. 2. diligen-
tèr .

105 Et propterea, ad † effectum dignoscendi , an
Papa sciuerit æqualitatem , vel inæqualitatem
mixturæ,nihil potiùs est attẽdendum,quàm prior
narratiua,facta in corpore supplicationis,aùt etiã
in litteris,si enim (verbi gratia) expressum foret
Iuspa.

Iuspatronatus esse mixtũ, videlicèt Ecclesiæ, nècnon laicorum talis, & talis familiæ, procnldubiò censeretur narrata mixtura æqualis, propter vim termini collectiui *laicorum*, *l. interdum, in princ. vbi Bart. num. 2. ff. de hared. instit. Crescen. in superius cita. decis. 3. num. 2. de iu. patro. Moneta in praalleg. cap. 10. nu. 285.* Si verò narratum fit, Iuspatronatus esse mixtum, clericorum, & laicorum, videlicèt talis Ecclesiæ, seù Rectoris illius, ac talis familiæ, nècnon talis familiæ, tunc cum vnica oratio, hos tres patronos coniungat, per suas copulas distinctas, eadem oratio, vnicuiquè æqualitèr distribuit partes, neque vni semissem, & duobus alijs semissem, sed singulis suum trientem assignat
106 non attento ordine nominandi, vt † in simili, de pluribus institutis hæredibus, sunt textus clari, in *l. Attius, 11. in d. l. interdum, in princ. & in l. tit. ait Sabinus, 17. §. sed si asse expleto, vers. nam, & si vnus, ff. eo. tit. de hared. instit.* & plenè tradit *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 10. ex n. 1.*

Procedit tamèn vis narratiuæ huius, ex suppositione veritatis ipsius, iuxta *Crescen. decis. praal-*
107 *leg.* pro qua constituenda † est regula Iuspatronatus pluribus competens in dubio præsumi eisdem competere, vt singulis, non vti vniuersis, & Collegium constituentibus, *Lambert. de iu. patr. lib. 2. par. 2. quast. 2. art. 8. nu. 25.* & firmauit Rota apud *Cas. de Grass. decis. 1. num. 2. & decis. 2. itidem num. 2. de iu. patr. & in Calaguritana de Aly, 20. Iunij 1588. coram bo. me. Comitulo.* Vn-
108 dè, totum hoc, declaratur ex † obseruantia in præteritis præsentationibus, vt conclusum fuit in *Pampilonen. Beneficiorum de Taffalla, 27. Ianuarij 1620. coram bo. me. Archiepiscopo Seleucien.* ex deductis per *Lambert in praecit. art. 8.* in qua decisione optimè fuit declaratũ, quando Vniuersitas, vel Collegium constituatur ex pluribus personis diuersæ professionis, super quo satis scripsimus in superiori libro, *quast. 14. ex num. 66.* vt eorum nihil hic rescribere oporteat.

Sequitur, *atque etiam si litigiosum, si deuolutum in totum*, quæ quidem clausula clarè continet duos casus, seù potius duas causas iustissimas, quibus Papa, laicorum patronatibus in totũ derogat, & de priori quidem obitèr egimus in *quast. 8. num. 100.* & plura hic tractanda essent; Verùm quoniam materia hæc est communis alijs beneficijs liberis, vndè inferioribus Collatoribus insurgit singulare impedimentum, tali casu consueuit in ius, & possessionem defuncti superstitem surrogare, satius esse duxi, quæ hic Iurepatronatus forent dicenda, reseruare particulari quæstioni, in vniuersum de effectu litis, & gratia surrogationis, quàm inferiùs subijciam, quòd etiam seruabo respectu materiæ deuoluti, quàm paritèr singulari quæstione perstringam.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus qualitèr actiuè, vel passiuè consideretur.*
2 *Iurispatronatus qualitas iudicatur, ex mente fundatoris.*
3 *Iuspatronatus, aliud Gentilitium, aliud hareditarium, & aliud mixtum, & quod nam dicatur gentilitium.*
4 *Gentilitia qualitas, potest imprimi Iurispatronatus, etiam post fundationem, de consensu Episcopi.*
5 *Iuspatronatus, non potest transferri in praiudicium possessoris.*
6 *Neque in praeiudicium Gentilium, quibus est reseruatum.*
7 *Iuspatronatus gentilitium, extinguibile est eum gente.*
8 *Libertatis impedimentum, reputatur inuidum.*
9 *Iuspatronatus, qua ratione acquiratur per readificationem Ecclesia, in loco Sacrato.*
10 *Gentilitia qualitas, semel impressa Patronatui, tandiù durat, quandiu durat gens.*
11 *Gentilitius Patronatus, finita gente, siue familia, efficitur hareditarium.*
12 *Nisi aliud constet ex dispositione fundatoris.*
13 *Et qua sit ratio.*
14 *Gentilitius Patronatus, est transferibilis in praiudicium transferentis, & quomodo hoc procedat.*
15 *Prasentatio facta per vnum ex Patronis, conseruat ius alterius non prasentantis.*
16 *Quod declaratur, vt hic.*
17 *Etiam non probata scientia.*
18 *Et an procedat, vbi agitur de praescribenda libertate ad fauorem Ecclesia.*
19 *Iuspatronatus, de natura sua transitorium est ad haredes etiam extraneos.*
20 *Iuspatronatus, in dubio, prasumitur hareditarium.*
21 *Non autem Gentilitium.*
22 *Iuspatronatus, pro quibus haredibus prasumatur reseruatum.*
23 *Iuspatronatus hareditarium, extinguitur, si instituatur hares Ecclesia ipsa patronata.*
24 *Et qua sit ratio.*
25 *Iuspatronatus hareditarium, transit ad haredes vtriusque sexus.*
26 *Iuspatronatus hareditarium, qualitèr per ingressum patroni, acquiratur Monasterio.*
27 *Monasterium, post ingressum Patroni, prasentat iure suo.*
28 *Hareditarium vbi pratenditur Iuspatronatus, quid probari debeat.*
29 *Iuspatronatus, an transeat in fideicommissarium.*
30 *Sepulchrorum iura, non transeunt in fideicommissarium.*
31 *Fideicommissum, dicitur titulus vniuersalis.*
32 *Fideicommissarius, qua iura capiat ex fideicommisso.*
33 *Iuspatronatus, non transire in fideicommissarium vniuersalem, multi tenuerunt, qui hic allegantur.*
34 *Et qua ratione moti.*
35 *Textus in l. Quia perindè, §. Restituta ad Trebel. explicatus.*
36 *Textus in l. si operarum, de operis Libert. eum sua ratione explicatus.*

37 *Ius-*

37 *Iuspatronatus, transmissibile est ad fideicommissarium, si constet de mente testatoris.*
38 *Vniversum, non est, à quo, vel vna res detrahitur.*
39 *Iuspatronatus, non transfertur in fideicommissarium particularem.*
40 *Fideicommissarius vniversalis, nusquam potest haberi loco* Legatarij.
41 *Iuspatronatus mixtum, ex gentilitio videlicet, & hareditario, qualitèr constituatur.*
42 *Qualitates vbi plures debent concurrere, non sufficit actori probatio vnius.*
43 *Feudum hareditarium, quemadmodum & Emphyteusis non transfertur nisi, ad haredes.*
44 *Iuspatronatus gentilitium, defertur* Gentili, *etiãsi hares non sit.*
45 *Etiamsi hareditati renuntiaverit.*
46 *Secus verò, si fuerit hareditarium, aut mixtum.*
47 *Iuspatronatus mixtum vindicanti, an satis sit probare se haredem.*
48 *Et qualitèr qualitatem hanc in se ipsum promoveat.*
49 *Descendentia, qualitèr deducatur in vindicando Patronatu gentilitio, vel mixto.*
50 *Interpretatio fit secundum subiectam materiam.*
51 *Et secundum vsum loquendi.*
52 *Parentum appellatione veniunt ascendentes vsque ad Tritavum.*
53 *Sed ex subiecta materia, & secundum vulgarem vsum loquendi significantur agnati.*
54 *Iuspatronatus, reservatum pro se, suisque descendentibus, quid differat à reservato pro suis agnatis.*
55 *Agnationis appellatio, propriè, etiam ad transversales refertur.*
56 *Liberorum appellatio, refertur ad descendentes.*
57 *Iuspatronatus gentilitium qui sibi vindicat, quo casu teneatur probare se esse de linea effectiva fundatoris.*
58 *Linea in materia successionis, quid, & quotuplex sit.*
59 Linea, *dictio, intelligitur in dubio de recta.*
60 *Et qualitèr hoc intelligatur.*
61 *Linea sua, relata ad aliquem, in quo sensu exponatur.*
62 *Iuspatronatus vindicanti, sufficit probare se esse de linea contentiva.*
63 *Linea effectiva, an satis censeatur declarata per adiunctum,* prolis.
64 Linea, *vox nunquàm intelligitur de effectiva, data possibilitate comprehensionis transversalium.*
65 *Linea paterna, est idem, quòd dicere* de paterna parte.
66 *Clausula* ex paterna parte, *stat pro termino differenti, ad exclusionem fæminarum.*
67 *Fæminæ, sunt capaces Iurispatronatus.*
68 *Quod obtinet etiam in privatis, & sine aliqua dignitate.*
69 *Salva semper gradus prærogativa.*
70 *Consanguinei appellatio, triplex.*
71 *Et vulgo latissimè sumitur vox hæc, pro quibusvis coniunctis sanguine, sivè ex parte Patris, sivè ex parte Matris.*
72 *Propinquorum appellatio, propria est coniunctorum sanguine ex parte matris.*
73 *Consanguinei, in materia indifferenti dicuntur, tàm agnati, quàm cognati.*
74 *Coniunctorum appellatio, convenit tàm agnatis, quàm cognatis.*
75 *Proximorum appellatio, in materia successionis, tàm ad agnatos, quàm ad cognatos pertinet.*
76 *Propinquorum appellatio, ad cognatos æquè, ac agnatos pertinet.*
77 *Cognati, quando censeantur exclusi à vocatione per terminum æquivocum, seu communem ipsis, & agnatis.*
78 *Generis appellatio, præcipuè in favorabilibus complectitur descendentes ex fæminis.*
79 *Cippi vox, non est legalis.*
80 *Sed est vocabulum rusticorum, quo significatur stipes domus.*
81 *Cippus domus propriè ad agnationem refertur.*
82 *Complectitur tamen fæminam descendentemà stipite.*
83 *Et quæ sit ratio.*
84 *Cippi appellatio, nunquam complectitur fæminas vbi constat testatorem voluisse prospicere solis masculis.*
85 *Fæmina, etiam nupta, dicitur de stirpe paterna.*
86 *Descendentes ex fæmina, secundum consuetudinem Hispaniæ, dicuntur de cippo.*
87 *Proximioris vocatio, post gravatum, an referatur ad proximioritatem respectu ipsius gravati, vel potius ipsius gravantis.*
88 *Proximioritas, non refertur ad gravatum, vbi fit transitus ad personas minus dilectas.*
89 *Proximioritas, vbi non vrgent coniectura in contrarium, ex veriori sententia refertur ad vltimum gravatum.*
90 *Proximior, admittitur ad successionem illius, qui semel fuit admissus.*
91 *Quod declaratur, vt hic.*
92 *Spurij, in concursu legitimorum, non admittuntur ad succedendum in Patronatibus.*
93 *Iuspatronatus, reservatum pro seniori de familia, licèt competat toti familiæ, quià tamen exigit hanc qualitatem senioris, seniore decedente, non transit ad eius descendentes, sed revertitur ad alium seniorem de familia.*
94 *Patronus, existens in quasi possessione Patronatus, non tenetur probare aliquam descendentiam.*
95 *Descendentia probanda est per gradus distinctos à communi stipite.*
96 *Descendentia, in materia Iurispatronatus omninò est probanda.*
97 *Descendentia, secundum aliquos, non est probanda per gradus distinctos, præterquàm vbi agitur de impedimento matrimonij, quæ tamen opinio reprobatur.*
98 *Descendentia probatio generica, quo casu videatur sufficere.*
99 *Descendentia per gradus distinctos, perpetuò est probanda, vbicunquè debet concludere ad legitimitatem.*
100 *Antiquum, non æstimatur minori spatio annorum 100.*

101 De-

QVÆSTIO XI.

Quotuplex sit Iuspatronatus in articulo successionis, quaquè sit cuiusque speciei deductio?



EX præmissis satis liquet, Ius ipsum Patronatus, & præsentandi, quod est potissimum eius commodũ, dupliciter cõsiderari, † videlicet actiuè in persona Patroni præsentantis, & passiuè, siue applicatiuè in persona præsentati; vndè non ineptè illud primum actiuum, istud verò secundum nuncupamus Iuspatronatus passiuum, proût exponit etiam *Monet. de commut. vlt. vol. cap. 10. num. 258.* atque ità actiuam à passiua præsentatione distinxit Rota in vna *Lunen. Sar-*

zanen. Iurispatronatus, 9. *Februarij* 1626. *coram R. P. D. Pirouano*, & vtrinque constitui
2 ex ipsa mente fundatoris, à qua † perpetuò sumenda est in hac materia regula *l. pen. de lega.* 1.
l. haredes mei, §. cum ità, ad Trebel. §. sed non vsque Instit. de lega. & in his terminis Rota *decis.* 155. *n.* 1.
ad finem vers. pro quorum pracipuo fundamento, *par.* 1. *in recent.*

Quò fit, vt cùm eius statum in ipsius Patroni
3 persona contemplamur, enascatur duplex † patronatus species; Vnus enim est Gentilitius, alter verò est hæreditarius, ex vtroquè vero fit tertia species, quæ *mixtis* dicitur: Gentilitius autem Patronatus tùnc dicitur, quando fundator voluit illum pertinere ad gentem, vel familiam, aût suam, aût alterius personæ à se dilectæ, de quo latè agit *Lambert. de Iur. patronat. lib.* 1. *par.* 2. *quast.* 2. *art.* 8. *ex num.* 1. & per omnes ferè articulos eius quæstionis.
4 Et sanè qualitas hæc † potest quandocunquè imprimi per fundatorem, etiam post ipsam fundationem, accedente consensu Ordinarij, *Rota decis.* 675. *nu.* 2. *ad fin. vers. ideò argumentum, par.* 1. *in recent.*
5 Ratio est, quià licèt † translario patronatus, non possit attentari in præiudicium illius, cui est Ius quæsitum, etiam ex sola possessione bonæ fidei, velùti quià non clam, vel precario, sed palàm, & Iure suo præsentauit, iuxta *Calder. cons.* 19. *de iu.*
6 *patr.* nequè ideò † ea permissa sit in præiudicium gentilium, si pro gente reseruatus sit, vt deducunt *Couar. var. resol. lib.* 2 *c.* 18. *n.* 10. ~~*Molin. de primog. Hispan. lib.* 3 *cap.* 24. *nu.* 31~~. & post alios *Garz. de benef. par.* 5. *c.* 9. *n.* 69. nihilominùs cùm hæreditario patronatui imprimitur hęc qualitas, nō solùm cessat præiudicium istud, sed etiam impressio hæc
7 tendit in fauorem Ecclesiæ, cui † aperitur spes libertatis post extinctam familiam, *Reuerendissimus D. Coccin. decis.* 163. *num.* 3. & propterea
8 non † posset impediri sine manifesta inuidia, *Instit. de leg. fuf. can. toll. per tot. cum ibi not.* & sic fingitur fauore Ecclesiæ, quod ità fuerit à princi-
9 pio cautum: vt in simili dicimus, † acquiri patronatum, reædificanti Ecclesiam, de consensu Episcopi, nēpè, quià fauoris eiusdē causa, pręsumatur illa reædificatio facta ante consecrationē, vt ait *Abb. cons.* 59. *sub n.* 3. *vers. quod tamèn limitauit, par.* 2.

Postquàm verò gentilitia hæc qualitas semel
10 est impressa, continuat † quousque gens ipsa durat, vel familia, intransmissibiliter, præterquàm si transmissio ab ipso fundatore fiat, vt per *Lābert. ibidem ex num.* 4. secundùm tamen ea quæ suprà diximus ex *Calder. cons.* 19. & latiùs explicant *Couar & Molin. locis pracitatis.*
11 Finita † autē familia, transmittitur ad hæredes, & efficitur hæreditaruim, iuxta celebre *Anchar. cons.* 81. *num.* 4. *& per tot.* contra quem licèt tenuerit de directo *Gemin. cons* 45 *num.* 7. nihilominùs constat opinionem Ancharani esse communem, & veram, nèc alium quàm Geminianum, habere contradictorem, vt etiam maturè re digesta, censuit Rota *decis.* 385. *ex nu.* 1. *& per tot. par.* 1. *diuers.* & latiùs apud *Seraph. decis* 364 *sub nu.* 2. *versic. his tamen non obstantibus, cum seq. & per tot & decis.* 378. *num.* 3.
12 Nequè enim † cū familia extinguitur, nisi aliud constaret ex dispositione fundatoris, qui reseruasset patronatū pro tali familia, seù gente, taxatiuè, vel cū alio signo æquipollente, vt latè declarat dicta *decis. n.* 3. 4. *&* 8. *Seraph. d. decis.* 378. *n.* 6 pro-
13 cedit enim tùnc † illa exclusio, vi pacti singularis, *Paris. cons.* 84. *num.* 6. *lib* 4.
14 Quinimò, etiā † durante familia, potest alienari, tenetquè alienatio in præiudiciū alienantis, ac trāsit ad hæredes extraneos, quatenùs alij non impugnent, contra quos etiā potest præscribi, vt latè fuit decisum in *Mediolanen. Iurispatronatus*, 18. *Aprilis* 1617. *coram R. P. D. Pirouano*; nihil enim est, quin inter ipsos Patronos sufficiat quadragenaria, vt alter contra alterū pręscribat: Quan-
15 doquidem, etiamsi † præsentatio vnius præseruet Ius alterius, *l. aquam*, *ff. quemad. ser. amitt. Feder. de Sen. cons.* 147. *sub num.* 2. *versic item casum, cum seq Abb. cons.* 54. *sub num.* 3. *vers. nàm vbicunquè, par.* 1. *Ruin. cons.* 50. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 5. *Verall. decis.* 292 *par.* 2. *Seraph. decis.* 970.
16 *num.* 2. (modò † omnes eodem Iure veniant, vt declarat *Lambert. lib.* 2. *par.* 1. *quast.* 3. *artic.* 16. *num.* 16. nequè præsentatio vnius facta sit clam ab altero, *Rota in recent. decis.* 707. *nu.* 9. *par.* 1.)
17 nihilominùs vbi veniunt diuerso Iure, † conclusio nullam habet difficultatem, vt per *Lambert. ibid.* & respondit *Rota decis* 219 *nu.* 5. *par.* 1. *diuers.* vbi sub *num.* 16. firmatur, hoc procedere etiam
18 non probata scientia, quicquid † sit, vbi agitur de præscribenda libertate ad fauorem Ecclesiæ, vt respondit *Rota decis.* 109. *num.* 11. *par.* 2. *diuers.*

Hæreditarius verò patronatus, erit, si fundator illum pro hæredibus reseruauerit, seù ex-
19 presè, seù tacitè: eteuim † cum de Iure communi, Iuspatronatus sit transitorium ad hæredes, *Clem. plures*, vbi *Card. num.* 1. *&* 6. *Anchar. num.* 2. *de Iur. patr. Abb. in cap. cum secundum, num.* 3. *&* 5. *eod. tit.* idem *Anchar d. cons* 81. *nu.* 2. *Didac. var. resolut. lib.* 2 *cap.* 18. *nu.* 6 *ad fin.* quantumcunquè extraneos, *glo. in cap. considerandum in verb coharedes*, 16. *quast.* 7. *in clem* 2. *in verb. haredes, de Iu. patr. Eman. à Costa in repet. cap. si pater, par.* 2. *verb. Trebellianica, nu* 41. *de testam. Lambert. de iu. patr lib.* 1. *par.* 2. *quast.* 2. *art.* 1. *num.* 15. *&* 23. *Didac. vbi suprà, Molin. de primog. lib.* 1 *cap.* 24. *nu.* 7. cum adductis per *Peregr. de fid. art.* 6. *num.* 37. *Morot. cons* 33. *num.* 5. *& Fachin cons.* 34. *num.* 3. *lib.* 3. censetur in dubio
20 fundator, se voluisse † conformare cum ipsius Iuris communis dispositione, & consequentèr, instituere Iuspatronatus hæreditarium, iuxta *Anchar. d. cons.* 81. *nu.* 4. cum aliis allegatis per *Rotam decis.* 482. *num.* 7. 675. *nu.* 1 *&* 707. *nu.* 8. *in recent. par* 1. estquè communis opinio, *Card. consil.* 122 *ante num* 1. *vers. sed hac opinio*, & pro-
21 pterea dùm † non constat de cōtraria lege adiecta in fundatione, atquè ità super hoc nō potest dubitari, semper vrget præsumptio, patronatū non esse gentilitium, sed hæreditarium, *cap.* 1. *& cap. cum secu-*

feculum, vbi *Abb. num. 3. & 4. de iu. patr.* Gabr. *conf.* 196. nu. 5. *lib.* 2. & probant præallegati, quos fequuta fuit Rota in *Piftorien. parochialis*, 28. *Ianuarij* 1624. coram R. P. D. *Merlino*.

Cenfeturquè ità referuatus pro hæredibus,
22 ideft pro † hæredibus fuis, fi fimpliciter fibi illud referuauerit, fiuè pro hæredibus alterius, cui pariter illud fimpliciter referuauerit, ità quod hoc fecundo cafu, non redeat Iuspatronatus ad hæredes fundatoris, fed ad hæredes illius, in quem ipfe transfmifit, vel collocauit Iuspatronatus, vt benè confuluit *Cald. conf.* 5. *fub tit. de Iur. patr.*

23 Præterquàm fi † inftitueretur hæres ipfamet Ecclefia fundata, & dotata, aùt quouis alio titulo in eam Iuspatronatus transferretur; nàm hoc cafu Iure confufionis extinguitur, *Card. conf.* 123. *num.* 3.

Semoto verò hoc cafu, qui habet hàc particularé
24 rationem, nec † in eodem fubiecto dentur duo cor-
25 relatiua, tranfit † patronatus ad quofcunquè hæredes, cuiufcunque fint fexus, *Roch. de Iur. patr. in verb. Competens alteui, num.* 1. & per ingref-
26 fum † hæredis, quæritur Monafterio, *Lamb de Iur. patr. lib.* 1. *par.* 2. *quæft.* 2. *art.* 25. *per tot.* adeo quòd fi in totum fit facta translatio, efficiatur Ecclefiafticum, vel fi pro parte, itidem pro parte, atque ità, mixtum, quemadmodùm declarat Rota *decif.* 541. *num.* 4 *par.* 2. *in recent.*

27 Vt propterea † omnis actiuitas exindè ipfi Monafterio attribuatur, neque enim ingreffus fine auctoritate Monafterij præfentat, fed ipfum Monafterium, *Seraph. decif.* 1328. *num.* 1.

28 Exigitur † autem in hærede, vt probet, fe effe hæredem vniuerfalem, ità quod nec fufficiat inftitutio in maiori parte bonorum, etiam in filio, vt latè docet *Berot. in Rubr. nu.* 22. *de iu. patr.* quod etiam explicat poft *Lambert.* & alios, *Didac. var. refol. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 7. *verf. fecundo bine euidentiæ.*

29 Eft tamèn maxima † inter noftros diffenfio; An Iuspatronatus tranfeat in fideicommiffarium; Etenim cum textus in *l. Quià perindè*, 42. *§. Reftitu-*
30 *ta*, *ff. ad Trebell.* dicat, reftituta † hæreditate, Iura fepulchrorũ, apud hæredem remanere, Bartolus *in eo. §. Reftituta*, docuit, hoc idem ftatuendum effe in Iurepatronatus, argumento textus in *l. fi operarum*, 29. *ff. de oper. libert.* vbi I.C. lite pendente fuper præftatione operarum, fi Patronus decedat, negat actionem transferri in hæredem extraneum, fed benè in filium, etiamfi hæres non fit, modò non exhæres.

Sed Romanus in *l. Titius*, 54. *num.* 5 *ff. eod. tit. Ad Trebellian.* doctrinam hanc Bartoli in dubiũ reuocat, duabus rationibus: Prima, quod omnia fint transmiffibilia ex fideicõmiffo, quæ funt transmiffibilia directò in hæredes extraneos: quod autem Iuspatronatus fit huiufmodi, fatis oftendimus hac ipfa quæftione, *num.* 19.

Altera, quòd ficuti titulo vniuerfali Iuspatronatus eft tranfmiffibile inter viuos, ità & multò magis debeat effe tranfmiffibile eodem titulo, per
31 vltimas voluntates; neque † verò negari poteft, quin fideicommiffum fit titulus vniuerfalis, cum & in dubio tale reputetur, *l. cogi*, *§. de fucceffione*, *ad Trebellian. Bardellon. conf.* 9 *num.* 1. cum alijs adductis per *Fufarium, in tract. de fideicommiff. Subftit. quæft.* 268. *num.* 11.

Beroius, in *Rubr. ex num.* 15. *de Iurepatro.* opinionem Bartoli defendit contra hæc duo
32 fundamenta Romani, Supponens † in Fideicommiffarium non tranfire alia Iura hæreditaria, quæ concernentia commodum pecuniarium, & burfale, & in confequens non tranfire Iuspatronatus, quod in honore confiftit, per *text. in l. fi patroni in princip. eod. tit. ad Trebell.* refpondetq; motiuis Romani, quòd facta inftitutione per hæredem grauatum, nihilominùs apud eum remaneant iura directa, nec ad fideicommiffarium poffint tranfire alia Iura, quàm vtilia, non autem directa, cuiufmodi funt Ius fepulchri, & Iuspatronatus, vt ibi per eum *num* 16. & ad fecundum argumentum refpondet, non omne quod eft tranfitorium ad hæredes extraneos, effe transmiffibile per fideicommiffum, fed illud tantùm, quod tranfit, non vti ad hæredem; fed quia hæres eft; ità ille *num* 17.

33 Eandem opinionem † negatiuam, per *textum in dicto §. Reftituta*, fimpliciter tenuit Baldus in *l. final. fub num.* 59. *ad fin. verf. Si autem bæreditatem*, *C. de Edict. Diu. Hadr. toll.* & hanc fententiam effe communem atteftatur poft alios Alexander, qui ità confuluit *conf.* 73. *nu.* 1. *lib.* 7. & fecuti funt alij, videlicet Ferrettus *conf.* 134. *num.* 8. *Hippol. Riminald. conf.* 107. *nu.* 30. *lib.* 1. multos cumulat *Faebineus, confil.* 34. *nu.* 2. *lib.* 3. *Didacus* (qui tamen nutare videtur) *variar. refolut. lib.* 2. *cap.* 18. *fub nu* 8. *verf. Quibus & alia ratio, & Peregrinus de fideicommiff. artic.* 6. *n.* 37. *Ripa in l. Centurio, nu.* 55. *de Vulgar. & pupillar. Lambertin. in tract. de Iurepatronat. lib.* 1. *par.* 2. *quæft.* 1. *art.* 24. *num.* 6. propè innumeros congerit *Fufarius, in dicto tract. de Subftit. fideicommiffar quæft.* 634. *num.* 2. & cum hac opinione, videtur tranfiuiffe Rota in vna *Maceraten. Iurispatronatus*, 5. *Decembris* 1625. & 1. *Iulij* 1626. *coram Reuerendiffimo Domino Coccino*.

34 Licèt autem Molina, † vir perfpicaciffimi ingenij, in tractatu *de Primog. Hifpan. lib.* 1. *cap.* 24. *ex num.* 10. conatus fuerit Romani fententiam, contra Bartoli opinionem, defendere, demonftrando quàm larga fit differentia, inter Iuspatronatus, & Ius fepulchri, nihilominùs Peregrinus, *dicto artic.* 6. *num.* 37. illum diro inufsit ftigmate, quòd non intellexerit rationem præmiffæ negatiuæ fententiæ, videlicèt quod aliud fit quidpiam peruenire ad hæredem, vti hæredem, & longè aliud peruenire ad hæredem, quià hæres fit; quod ipfe eodem artic. 6. *num.* 35. poft alios conatur explicare, propofito exemplo Iuris fepulchri, dicens, illud ad hæredé, vti hæredem duntaxàt peruenire, quod pro portionibus hæreditarijs defertur, ad hæredem verò, quià hæres fit, quod in folidum cuique hæredum, ex minima quauis parte fcripto, defertur; quod ipfe defumpfit ab alijs; præcipuè à *Ripa in l. Centurio, num.* 55. *de Vulgar. & pupillar.*

Verùm exiftimo, Molinam, rationem hanc intel-

tellexiſſe, ſed etiam agnouiſſe, illam eſſe inanem; &
propterea tanti non feciſſe, vt mereretur verbis
refutari; Nàm in ſe eſt ineptiſsima, & ſine aliquo
fundamento; & quamuis Ripa vbi ſuprà, & alij
etiam, illam adſcribant Paulo de Caſtro *in præal.*
leg. §. *Reſtituta*, quem ille legit cum *l. quamuis, 40.*
num. 4. eod. tit. ad Trebell. tamèn Caſtrenſis lon-
gè alitèr loquitur, quàm ſibi per hos imponatur,
dicit enim, & rectè, quod per reſtitutionem hære-
ditatis non tranſeunt feuda, vel emphyteuſis, quæ
non habentur, vt res hæreditariæ, ſed propter hæ-
reditatem ſicut Iura ſepulchrorum; vndè facit ma-
nifeſtum diſcrimen inter Iura hæreditaria, & non
hæreditaria, ſed quæ tamen deueniunt ad hæredē
cum occaſione hæreditatis magis, quàm Iure hæ-
reditario; & ſic dum infert ſimile de Iure ſepulchri,
euidenter ſentit, Paulum *in dicto* §. *Reſtituta*,
loquutum fuiſſe de ſepulchro familiari, ſiuè gen-
tilitio, iuxta *l. familiaria, ff. de Religioſ. & ſum-*
ptib. funer. Nō itaquè Caſtrenſis facit differentiam
inter hæredem, quià hæres ſit, & hæredem, quià
35 tanquàm hæres capiat, hæc † enim eſt diſtinctio
inſipida, & verbalis; nequè conſiderat ſolidum, vèl
diuiduum apud vnumquemque, qua ratione at-
tenta, nulla Iura hæreditaria poſſent transferri in
fideicommiſſarium, cùm Ius omne in ſui ſubſtan-
tia ſit indiuiduum, reſpectu verò commoditatis di-
uiduum; ſed facit differentiam in titulo acquiſitio-
nis, au videlicet quod de facto transfertur in hæ-
redem, illi acquiratur alio titulo, quàm hæredita-
rio; nimirùm ex pacto, & prouidentia maiorum;
vt in feudo, & emphyteuſi, atquè etiam in ipſo
Iure ſepulchri, ſi familiare ſit; Vndè retento hoc
intellectu §. *Reſtituta*, quod loquatur de Iure ſe-
pulchri familiari, dehiſcit fundamentum nega-
tiuæ ſententiæ, quemadmodùm & deficiunt aliæ,
quæ ſigillatim reſoluit *Molina, vbi ſupra ex n. 18.*

Et quod hæc fuerit mens Bartoli, vt videlicèt
tex. in d. §. *reſtituta*, loquatur de Iure ſepul-
36 chri familiari, colligitur † ex argumento, quo vti-
tur, à ſimili, de actione mota ſuper operis liberti
in d. l. ſi operarius, 29. de oper libert. in cuius ſpe-
cie negat Iuriſconſultus tranſmitti actionem ope-
rarum liberti in extraneum hæredem, ea ratione,
quod ille extraneus ſit incapax præſtationis ope-
rarū, tanquàm debitarū à liberto, cū impoſſibile ſit,
illi eſſe libertum, quem non manumiſit, atquè ideò
vult illud remanere apud liberos, etiamſi hæredes
non ſint, quòd eſt è diametro contra dictam di-
ſtinctionem, in cuius vtroque membro ſupponi-
tur, quod hæres ſit: nequè enim alia huius rei eſt
ratio, quàm quià is qui retinet, diuerſo Iure ca-
pit, quàm Iure hæreditario, atquè ità cum Bartoli
doctrina ità explicata, optimè congruit intellectus
hic, quem non ſolum probauit *Caſtr. vbi ſupra*,
verùm ètiam *Cuiac. poſthum. tom. 2 ad lib. 20.*
Paul. ad edict. ſuper interpretatione d. l. quia pe-
riudè.

Et hinc Rota in *præalleg. Maceraten. Iuriſpa-*
tronatus, quamuis (articulo alitèr non diſcuſſo)
tranſierit cum communi opinione, tamen agnouit
37 etiam † id non eſſe ex natura rei, quia ſcilicèt pa-
tronatus ſit intranſmiſſibilis ad fideicommiſſariū,
ſed prouenire ex mente teſtatoris; quo fit, vt illa
ſatis ſit certa, ſi verſemur in fideicommiſſo vni-
38 uerſali de tota hæreditate, cum ab vniuerſo † vna
res vacare non poſſit, *l. ſi ita quis hæres, 74. de hæ-*
red. inſtit. vt pronunciauit *Bald. in d. l. fin. nu. 59.*
39 *ad fin. C. de edict. D. Adr. toll.* nequè † agatur de
fideicommiſſo particulari, quo caſu, aliud eſſet di-
cendum, ex diſtinctione, quam facit *Guid. Pap. de-*
ciſ. 507. & ibi *Ferer. in addit. & Chaſſan. in ca-*
thal. glor. mun. par. 1. conſid. 43. verſ. dicit tamen:
40 Quamuis † enim Emman. à Coſta, *in repet. cap. ſi*
pater 2. par. in verb. Trebellianica, num. 4. cone-
tur adſtruere, fideicommiſſarium perpetuò haberi
loco legatarij, tamen hoc eſt falſum, vt demon-
ſtrat *Molin. vbi ſuprà, ex nu. 23.*

41 Mixtus verò tùnc † reputatur patronatus, cùm
fundator vtranquè qualitatem in ſucceſſore exe-
gerit, eæ enim compatibiles ſunt, itaùt tùnc non
admittatur niſi qui hæres ſit, ſimulquè gentilis, ex-
42 traneus verò repellatur, ea euidēti ratione, † quod
vbi concurrere debent plures qualitates, non ſuf-
ficiat vnius probatio, *l. ſi hæredi plures, de cond. in-*
ſtit. §. *pen. Inſt. de hæred. inſtit. cap. ult. de verb.*
ſign. in 6. cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag.*
§. 1. glo. 7. ex nu. 1. & per *Gonzal. ad reg. de men-*
ſib. glo. 13. in princ. num. 100.

43 Quandoquidem Iuſpatronatus, † fraternizat, in
articulo ſucceſſionis cum feudo, & emphyteuſi, in
quibus hoc Iure vtimur, vt latè per *Clar. in §. feu-*
dum, quæſt. 9. ſub nu. 4 verſ. quandoque & tertio,
cum alijs quos allegat, & ſequitur *Surd. conſ. 63.*
num 11. & 12. & ità reſpondit Rota in *Medio-*
lanen. Iuriſpatronatus, 18 Aprilis 1616. coram
R. P. D. Pirouano. Vt hinc intelligas in puncto
ſucceſsionis, quàm diuerſus ſit effectus illarum
44 ſpecierum: nàm † ſi merè Gentilitius fuerit, pote-
rit Gentilis, illud vindicare, non ſolum ſi non ſit hæ-
45 res, *Dec. conſ. 149. num. 1.* ſed † etiam ſi hæredi-
tati renunciauerit, *Feder. de Sen. conſil. 111.*
ſub num. 9. verſ. Item quæritur, Rota deciſ. 251.
46 *nu. 3. par. 2. rec.* quod † non admitteretur, ſi fuerit
hæreditarius, *Rota deciſ. 53. num. 3. par. 1. in rec.*
vel mixtus, ex prædictis.

Fateor tamen, non debere hunc probare ſe eſſe
47 hæredem vltimo defuncti, quia nèc † in emphy-
teuſi, aùt feudo mixto, id requiritur; ſatis enim eſt,
vt ſit hæres eius, qui feudum, vel emphyteuſim pri-
mus adquiſiuit; vt concludit *Clar. vbi ſupra nu. 5.*
verſic. ſed quæro an oporteat; vbi alios refert, qui-
bus addi poteſt *Pariſ. conſ. 65. num. 32. lib. 3.*

48 Nequè crediderim, † in docendo de hac quali-
tate, multum illi eſſe inſudandum, quià ſat eſt, quod
dicat, ſe paratum hæreditatem adire, ſi aliquo mo-
do illa ſibi deferatur, & ſic ſufficiet ſpontanea
oblatio, modò non conſtet, ipſum eam hæredi-
tatem primo acquirentis repudiaſſe, vt rectè cen-
ſuit *Dec. in conſil. 288. ſub nu. 13 ad fin. verſic. &*
hoc confirmatur.

49 Cæterùm, † tàm in ſimplici gentilitio, quàm
in mixto, difficultas verſatur in probanda deſcen-
dentia, præcipuè, vbi illa ducitur ab antiquo, maxi-
mè proptèr improprium modum loquendi, quo
plerumquè in ſimilibus vtuntur fundatores, circà
quod

50 quod non poteſt dari alia Regula, quàm † vt interpretemur verba, ſecundum materiam ſubiectam, *l. ſi vno, ff. locati*, & ſecundum communem
51 vſum loquendi†, *l. librorum, §. quod tamen Caſſius, vbi Bart. & alij de leg. 3.* & propterea ſi funda-
52 tor † ſibi, & ſuis parentibus referuauerit patronatum, vanum tùnc eſſet referre diſpoſitionem hanc ad eius aſcendentes, vſque ad Tritauum, iuxta *l. Iuriſconſultus, §. parentes, de grad.* ſed ea vox
53 inflectitur † ex ſubiecta materia, & ſecundum communem vulgi vſurpatione, vt ſignificet Agnatos, *Tiraq. de retract. conſang. §. 1. Gloſſ. 8. num. 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 88. num. 18. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 31.* & in puncto fundationis Iurispatronatus reſpondit *Riminald. Iun. conſil. 303. num. 2. cum duobus ſeq.* quem ſequuta eſt Rota in præallegata *Mediolanen. Iurispatronatus, 29. Aprilis 1613. coram R. P. D. Pirouano.*

Itaquè, duæ poſſunt occurrere difficultates; prior eſt, an is qui prætendit ſe eſſe comprehenſum, teneatur probare agnationem in genere, quæ dicitur comprehenſiua, vel potius in ſpecie, quod dependeat ex perſona ipſius fundatoris, vel alterius, cui ipſe reſeruauit patronatum, quæ dicitur agnatio effectiua.

Altera verſatur circa modum, videlicèt, an debeat hæc agnatio, & deſcendentia probari per gradus diſtinctos à communi ſtipite.

Et ſanè, prior duas habet inſpectiones; prima reſpicit qualitatem lineæ, vndè videlicèt originetur; ſecunda reſpicit qualitatem perſonarum, quæ ſupponitur in linea; Et quod ad primam, obſeruandum eſt, an fundator vſus fuerit huiuſmodi verbis, per quæ ſe reſtrinxerit ad lineam ſuam effectricem, veluti ſi dixiſſet ſe reſeruare patronatum *pro ſe, ſuiſque deſcendentibus*, vel potiùs *pro*
54 *ſuis agnatis*, quemadmodùm † enim in primo caſu non continentur alij, quàm procreati ab ipſo fundatore, aùt ab alio, ad quem eſt facta relatio, itá è conuerſo, in ſecundo cenſetur voluiſſe omnes comprehendere, qui ſunt de ſua agnatione, ſiuè ſint poſiti in linea recta, ſiuè ſint tranſuerſales, & poſiti in linea tranſuerſali, *tex.* eſt clarus in *autb. de hæred. ab inteſt. ven. in princ. verſic. quia igitur*, ex cuius textus ponderatione benè deſumitur,
55 agnationis appellatione, † propriè etiá ad tranſuerſales referri, vt colligit *Menoch. conſ. 424. n. 23.*

Vndè non eſt dubium, reſeruato Iure patrona-
56 tus pro deſcendentibus, vèl pro liberis, † (quod idem eſt, *l. liberorum, 220. de verb. ſignif.*) eum
57 qui † patronatum vindicat, teneri oſtendere, non ſolùm ſe eſſe de agnatione, ſed de agnatione effectiua, etiam quod fundator vſus fuerit termino æquiuoco, quem ſtatim qualificaſſet ex termino differenti: vbicunquè enim terminus qualificatur in diſpoſitione, non ſufficit, eum probare in abſtracto, ſed debet probari concurſus termini qualificantis, *vulg. l. 4. §. hæc autem actio, ff. de vi bo. rapt.* aliàs poſſet de facili alterari ipſa diſpoſitio, vt fuit conſideratum in præcitata *Mediolanen. Iurispatronatus, 28. Nouembris 1616. coram* R. P. D. *Pirouano.*

Difficultas tamèn maxima verſatur, quando nō ſolùm Teſtator vſus eſt termino æquiuoco reſpectu vocatorum, verùm etiam illum qualificauit ex alio termino itidèm æquiuoco, vt putà *de linea,*
58 eſt enim † linea, collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens, & numeros diſtinguens, *Ancbar. conſil. 95. num. 9. Barbat. in l. cum acutiſſimi, num. 125. C. de fideicom.* & ea quidem duplex, videlicèt recta, ſub qua continentur aſcendentes, & deſcendentes, & inflexa, ſub qua veniunt etiam tranſuerſales, vt declarat *Bald. conſil. 321. num. 1. verſic. & dicendum eſt, lib. 1.* & latè explicat *Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 24.*
59 & quamuis † in dubio, vox iſta referatur ad lineam rectam, vt idem ſenſit *Bald. in verſic. item eum fa-*
60 *cimus mentionem*, tamèn † hoc procedit, vbi relatio fit ad lineam alicuius propterèáq; perpetuò indagandum eſt, an perſona ad quam refertur, adiecta ſit materialitèr, & effectiuè, vel potiùs ſubiectiuè, ſiuè contentiuè; adeo quod æquiuocū, iā non oritur ex eo, quod vox iſta *linea*, non debeat intelligi in dubio de linea recta talis perſonæ, vt dicebat *Bald. vbi ſupra*, ſed ex eo, quod in hoc ſignificatu, ſuperegrediatur perſonam illam, & pertingat eius aſcendentes, vt conſulendo docuit idē *Bald. conſil. 165. num. 1. lib. 4.* vbi de eo, qui ſubſtituerat filijs ſuis maſculis, proximum agnatum ex paterna linea; enimverò non poterat ea ſubſtitutio, referri ad lineam effectiuam ipſius Teſtatoris, quod ſecùs eſſet, ſi vocaſſet, qui eſſent de linea
61 ſua, propter illud † pronomen *ſua*, quod facit perſonalem demonſtrationem, & habet naturam præciſam, *Menoch. conſil. 349. nu. 3. Caphal. conſ. 43. num. 8. & conſil. 630. num. 1.* quos ſequutus fuit *Fuſar. de fid. ſubſtit. quæſt. 345. num. 6. & 7.* vbi pergit referre alias formulas, expreſſiuas rectæ huius, vel obliquæ lineæ: Licèt me non lateat, cum iſtud pronomen verificetur in ſuo ſignificatu, tàm in contentiua, quàm in effectiua, communem opinionem, adhùc in hoc caſu, ſtare pro contentiua, ex deductis per *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. ad fin. & Peregr. d. art. 22. num. 26. verſic. contra verò*, in quam ſententiam inclinauit Rota in *Romana de Narn*, 17. *Iunij 1619. coram bo. me. Vbaldo.*
62 Niſi ergò verſemur † in caſu vocationis, reſtrictæ ad effectiuam, ſatis erit vindicanti patronatū, docere ſe deſcendere à fratre fundatoris, vel ab alio tranſuerſali patris illius, qui ſubijcerenti eidem lineæ rectæ, cui ſubijciebatur fundator, ſiuè alia perſona, cuius linea eſt contemplata, & hoc eſt, quod clarè explicat *Bald. conſil. 334. nu. 6. 7.*
63 *& 8. lib. 3.* vbi eandem † æquiuocationem, agnoſcit in voce *proles*; quamuis ſubdat, ex communi loquendi vſu, hanc inclinare ad effectiuam, & per eam, ſi alternatè adiecta ſit, declarari vocem *linea*, vt ſignificet lineam effectiuam: Baldum retulit, & ſequutus fuit *Soc. Sen.* (quāuis ſatis perplexè loquatur) *conſil. 33. ſub nu. 9. verſic. confirmantur prædicta, lib. 3.*
64 Et Rota, † data poſſibilitate comprehenſionis tranſuerſalium, tenet, vocem hanc, *linea*, nuſquàm intelligi de effectiua, vt concluſit in præcitata *Medio-*

Mediolanen. Iurispatronatus, 29. Iunij 1617.
etiam quod explicata esset qualitas lineæ, puta
65 dicendo ex paterna parte, quod † est idem, ac di-
cere, de paterna linea, vt præsupponit *Bart. con-
sil. 10. sub num. 1. par. e.* & ex eo infert *Curt. Iun.
consil. 5. num. 23. & 25.*

66 Etenim, † hæc verba, *ex paterna parte*, stant pro
termino differenti, ad exclusionem fœminarum,
non autem ad præsignandam agnationem effecti-
uam, vt per *Curt. Iun. eo. cons. 5. num. 25. & 26.* &
censuit Rota in præallegata *Mediolanen. Iurispa-
tronatus.*

67 Quo verò ad alteram inspectionem, est † aduer-
tendum, fœminas esse capaces Iurispatronatus,
iuxta opinionem *Io. Andr. in d. cap. nobis, sub n. 2.
ad fin. sup. verb. si quis, de Iu. patr. Calder. cons. 1.*
vbi ait, hoc esse verissimum, *eo. tit.* & probat *tex.*
68 *in cap. vlt. de concess. praben.* † qui *tex.* licèt lo-
quatur de Comitissa Flandriæ, atquè ità de persona
constitura in Dignitate, nihilominùs id admittitur
etiã in quacunquè muliere priuatæ conditionis, &
absquè vlla Dignitate, vt ex sentẽtia Rotæ conclu-
dit *Abb. in eo. cap. fin. num. 7.* & sequutus est *Cas-
sad. decis. 1. nu. 4. eo. tit. de Iu. patr.* vbi alios alle-
gat, *Lambert. lib. 2. par. 3. quæst. 4. in 5. quæst. art.
19. num. 8.*

69 Ac proindè, cùm fundator, † qualificat quos
vocat, aliquo termino Iuris, qui possit, etiam se-
cundùm vulgarem sensum, intelligi tàm de fœmi-
nis, quàm de masculis, perpetuò eam capi inter-
pretationem, vt voluerit etiam fœminas, & eorũ
descendentes complecti, salua tamen semper gra-
dus prærogatiua, iuxta eandem *Cassad. decis. 1.
num. 1.*

70 Vndè, si vocauerit consanguineos, cùm † termi-
nus hic, possit tripliciter sumi, strictè, pro duobus
fratribus, vèl sororibus ex eodem patre procrea-
tis, *l. 1. §. post suos vers. consanguineos, ff. de su. &
leg. hered. l. amita, C. com de success. Instit. de leg.
agnat. success. in princ.* Largè, pro agnatis tantùm,
exclusis cognatis, *l. 1. & l. consanguinitatis, C. de
legit. hered. l. 1. in princ. C. de legit. tut.* & largissi-
mè, pro quibusuis coniunctis sanguine, siuè ex par-
71 te patris, siuè ex parte matris (in quem † sensum
magis vox ista vulgò vsurpatur, vt concludunt
*Alex. cons. 229. num. 10. lib. 6. & Berot. consil. 95.
itidem num. 10. lib. 2.*) cùm de patronatu agitur,
hæc fiet interpretatio, vt sub hac appellatione, om-
72 nes ità sanguine coniuncti, etiam à sola † matre
procedentes, qui alioqui simplicitèr propinqui di-
cuntur, *in l. si spurius, ff. vnd. cognat.* & ad diffe-
rentiam agnatorum appellantur cognati *in §. vul-
gò quæsitos, Instit. de success. cognat. Ang. cons. 283.
num. 4.* veniant sub appellatione consanguineo-
73 rum, postquàm † materia apparet indifferens, &
cõcurrit vulgaris sensus, *Tiraq. de retract. lignag.
§. 1. glos. 9. num. 1. & 200. Peregr. de fid. art. 22.
num. 31. Fusar. qui alios refert, de substit. quæst.
365. n. 3.* & in his terminis respondit Rota in *Se-
gobien. Capellaniæ, 24. Ianuarij 1624. coram bo.
me. Buratto, & in Palentina anniuersarij, 9. De-
cembris 1626. coram Reuerendissimo D. Coc-
cino, & 29. Nouẽbris 1627. corã R. P. D. Duran.*

Idemquè obtinet, & multò magis, si vocauerit
74 coniunctos, hic enim terminus, † vtiquè etiam
est aptus comprehendere, tàm agnatos, quàm co-
gnatos, *Alex. consil. 115. nu. 10. lib. 2. Gozad. con-
sil. 20. sub num. 8. versic. credimus etiam, Dec.
consil. 223. num. 2. & consil. 269. sub nu. 4. versic.
& appellatione coniunctorum*, quod latiùs docet
in l. 2. num. 225. de reg. Iur.

75 Quemadmodùm etiam, † si vocauerit proxi-
mos, *Dec. in ea. l. 2. d. num. 225. & d. consil. 223.*
76 *num. 3.* vel † propinquos, *Bald. consil. 334. nu. 3.
lib. 3. Anchar. consil. 95. sub num. 5. versic. tertio
circa hoc.*

77 Nequè alitèr ab hac † lata significatione re-
ceditur, quàm si ex aliquo termino adiuncto, aùt
concludenti argumento, appareat fundatorem
voluisse prospicere agnatis tantùm; & propterea
cùm de hoc termino adiuncto agitur, rursùs est
ponderanda illius proprietas, & an rursùs possit
hanc latam significationem retinere, veluti si vo-
cetur proximior consanguineus de genere, *vt in*
78 *d. Segobien. Capellania*; nequè enim † vox ista
in materia indifferenti, & tantò magis in fauo-
rabili, eam excludit latam interpretationem, quo-
minus complectatur descendentes ex fœminis,
cum sit terminus naturalis, vt concludit *Barbat.
in l. cum acutissimi, sub nu. 114. versic. vndè cum
genus, & num. 147. C. de fideicom.*

Idẽ quoquè videtur dicendũ, si vocatus sit proxi-
79 mior cõsanguineus de cippo: nequè enim hæc † est
dictio legalis, vt in *præallega. Pampilonen. anni-
80 uersarij, ex Corn. consil. 273. num. 5. lib. 4.* sed † est
vocabulum Rusticorum, quo significatur stipes
domus, vt aduertit *Angel. in l. vlt. num. 6.* & cla-
riùs exponit *Castren. num. 7. C. de verb. signif.*

81 Vndè, licèt videatur † eius significatio, propriè
referri ad ipsum stipitem domus, idest agnationis,
vt per eundem *Ang. & Castr. vbi suprà*, & pleniùs
tradunt *Honded. consil. 75. nu. 7. & 8. lib. 1. Surd.
consil. 443. nu. 18. lib. 3. Bursatt. consil. 228. nu. 46.
lib. 3. Menoch. lib. 4. præsump. 88. num. 22. Mantic.
de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. num. 16.* cum alijs
per *Fusar. de substit. quæst. 348. nu. 1.*

82 Attamèn, hoc non transit sine distinctione, † nàm
respectu ipsius fœminæ, descendentis ab eo stipi-
te, non potest negari eam esse de stipite, seù cip-
po, proindequè, inspecta vocis proprietate, esse
vocatam, vt concludit *Paris. consil. 35. num. 6. &*
83 *consil. 47. num. 50. lib. 2.* (est enim, † genere,
& in consequens de stipite, vt argumentatur
Soc. Iun. cons. 94. num. 9. & 10. lib. 1.) Ni-
84 si aliundè appareat, † Testatorem voluisse pro-
spicere solis masculis, vt per Rotam apud *Mantic.
decis. 351. sub num. 3.*

Quod locum obtinet, etiamsi sit nupta, licèt
85 enim † aliud videatur constitui, ex doctrina *Bart.
in l. quoties, num. 2. C. de priuil. scholar. lib. 12.*
quam sequutus est *Barbat. in l. cum acutissimi,
num. 150. C. de fideic.* tamen constat, id non esse
verum, nequè eam Lecturam esse Bartoli, vt aduer-
tit *Alex. consil. 125. num. 10. lib. 7.*

86 Respectu tamèn descendentium † ex ipsa fœ-
mina, salua consuetudine, vt in Hispanijs, de qua
per

per Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. num. 16. cui Rota, in dicta Palentina anniuersarij, non est visa prorsùs acquiescere, vt censeatur sub appellatione cippi vocati, requiritur quod existent aliquæ coniecturę, per quas appareat, Testatorem ad agnationem non respexisse, prout in specie illius controuersiæ, in qua, prima vocatione, fundator vocauerat tres cognatos, & vltimo descendenti, vocauerat proximiorem eiusdem.

87 Quod etiam † si non expressisset, censebatur sub simplici vocatione proximioris voluisse, quamuis enim articulus sit maximè controuersus, prout eum latè agitat Fusar. de substitut. fideicom. quæst.
88 485. nèc † vbi fit transitus successionis in personas minus delectas, proximioritas referatur ad vltimum decessorem, sed ad ipsum fundatorem, ex traditis per Decian. cons. 21. n. 6. lib. 3 nihilominùs
89 vbi † cessat hæc circumstantia, nèc vrgent coniecturæ in contrarium, verius est, eam referri ad vltimum decessorem, ex veriori sententia, quam latè tuentur adducti per Rot. decis. 72. nu. 3. par. 1. diuers. & decis. 681. num. 2. par. 2. in recent. vbi propè infiniti allegantur, & firmarunt Domini in præalleg. Palentina Anniuersarij.

90 Neque enim vlla subest ratio, † postquàm aliquis est admissus, vt qui est ei proximior, tanquàm de eius linea, non admittatur, Tiraquell. de Iur. primog. quæst. 40. ex nu. 1. nec dissentit Rot. de-
91 cis. 15. sub num. 8. par. 1. diuers. nisi fortè † quis esset vocatus reuocabilitèr, vel in subsidium, veluti si in defectū legitimorū, fuerint admissi spurij, quia
92 in † concursu legitimorum semper adhùc excluderentur spurij, vt ex deductis per Menoch. consil. 285. nu. 14. per tot. tenuit Rota decis. 126. nu. 5. par. 1. in recent. quod priùs fuerat etiam dictū in Ianuen. Iurispatronatus, 25. Iunij 1607. coram Cardinali Lancellotto; in qua fuit addu-
93 ctum aliud simile de † Iurepatronatus relicto seniori de familia, quod licèt competat familiæ, quia tamen exigit hanc qualitatem senioris, seniore in quem semel ingressum fuit decedente, non transit ad eius descendentem, sed reuertitur ad alium Seniorem de familia.

Et hæc quoad primam difficultatem, quam in hoc articulo posuimus; quoverò ad alteram, con-
94 stituenda est Regula. seclusa † quasi possessione, quæ ab hac necessitate liberat etiam ad effectum præsentationis, Cassad. decis. 9. de iu. patr.
95 Seraph. decis. 1334 nu. 8. omnino teneri eum† qui tanquàm patronus prætendit patronatum, iustificare suam descendentiam per gradus distinctos, iuxta doctrinam glo. in cap. licèt ex quadam in verb. gradus de testib. Ancbar. consil. 52. sub nu. 6. versic. vlterius, Capra consil. 156. num. 6. Dec. consil. 312. sub num. 6. vers. præterea, & num. 7. Aym. consil. 249 sub num. 12. versic. secundò principalitèr, & est tex. in l. Iurisconsultus, vers. nàm quoties, ff de gradib. & affin. Rota diuers. decis. 185. num. 4. par. 1. & decis. 288. num. 2. par. 2. & in ter-
96 minis†prætēdētis Iuspatronatus, Mantic. decis. 88. n. 2. & firmarūt etiā Domini in vna Sutrina beneficij, 18. Decembris 1587. coram Cardinali Pamphilio, in Ar etina Capellania, 28. Ianuary 1611 coram Lancellotto, & in Mediolanen. Iurispatronatus, 18. Iunij 1618. coram R. P. D. Pirouano.

97 Quamuis enim præmissa † regula videatur per aliquos restringi ad eum casum, in quo agitur de probanda consanguinitate, vel affinitate, ad effectum dirimendi matrimonium, prout videntur eā restringere Aret. consil. 37. nu. 3. & Dec. cons. 595. sub num 8. versic. non obstant alia, nihilominùs ex rationis identitate, illa militat, vbicunquè agitur de graui præiudicio, quemadmodùm in materia successionis, & Iurispatronatus, vt ex Corn. consil. 78. num. 3. & Alex. consil. 82. nu. 6. vol. 1. quibus addi possunt Purpur. consil. 288. sub num. 6. versic præterea, lib. 1. & Aym. d. consil. 249 nu. 13. Riminal. Iun. consil. 363. num. 87. lib. 4. declarauit Rota apud Mantic. decis. 307. sub nu. 3. versic. nequè obstat.

Vndè, tamètsi in proposito articulo, cesset con-
98 cursus personarum, super † quo videtur fundata dicta regula, adeò quod aliàs videatur sufficere probatio generica, absque distinctione graduum vt ex doctrina glo. in l. 1. C. de probat. videtur firmasse Rota in vna Placentina Capellania, 15. Nouembris 1593. & 10. Ianuarij 1598. coram bo. me. Penia, cuiusmeminit Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 70. num. 3.

Non tamèn cessat præiudicium Ecclesiæ, nequè cessat ratio probandi per gradus distinctos, ex quo non sufficit generica illa, & qualiscunquè descendentia, sed exigitur descendentia legitima,
99 quæ†alitèr non potest constitui, quàm ex positione graduū, qui enim agit tanquàm descendens legitimus, debet vtranque qualitatem iustificare, Roland. cons. 3. n. 47. cum alijs per Marescot. eo. c. 70. num. 2.

Difficultas tamen maxima consistit in qualitate, & mensura probationis, nàm si non versemur
100 in antiquis, idest supra centum annos, proùt† antiquitatem ità æstimat Rota, iuxta Put. decis. 206. num. 4. & per tot. lib. 1. in correct. & alibi etiam diximus, adeò quòd detur possibilitas habendi testes de veritate, qui videlicèt cognouerint perso-
101 nas, (hoc enim † pacto in hac materia ad veram scientiam concluditur, vt consuluit Dec. cons. 155. sub num. 4. vers. secundo principalitèr) non admittitur alia probatio, quàm plena, & concludens: Si
102 verò versamur in materia † antiqua, & sic supra centum annos, non desunt qui velint, sufficere testimonium de auditu, & fama, propter difficultatem probationis, proùt ità consuluit Aret. consil. 17. sub num. 3. post med. versic. & ità relinquitur, & hoc idem videtur in effectu voluisse Bald. in auth. quas actiones, num. 17. & 18. C. de Sacros. Eccles. Alex. consil. 90. num. 6. & 7. vol. 6. plures cumulat, & sequitur Caphal. consil. 137. n. 45.

103 Idemquè dicitur, † si proferantur enunciatiuæ antiquæ in instrumentis publicis, quæ æquipolleant famæ, Bald. loco proximè citato, sub nu. 18. versic. potest etiam probari, Alex. d. consil. 90. n. 6. Mandell. Alb. consil. 83. num. 3. plures cumulat Mascard. de probat. conclus. 512. num. 5. cum seq.

104 At id non est simplicitèr verùm, † sed eo duntaxàt

taxàt casu procedit, vbi concurrunt adminicula,
& itá in *d.cap. licèt ex quadam 47. ext. de testib.*
loquuntur *Hostien. sub num. 2. versic. & idem vi-*
detur, *& Ioan. Andr. num. 3.* quos ibi sequitur
Abb itidem sub num. 3. versic videtur tamèn.
105 Quamuis enim non negetur, famam † in anti-
quis inducere præsumptionem veritatis, itaút hinc
transferatur onus probandi contrarium in negã-
tem, *Dec. d. cons. 555. sub num. 3. versic. in alia au-*
tem materia, *Alex. d. cons. 90. sub nu. 7. vers. nàm*
106 *talis probatio*, tamèn † satis constat, regulam
hanc non applicari, vbi agitur de fundanda inten-
tione actoris contra Reum, *Achill. decis. 1. num. 1.*
107 *de orbat.* vbi † enim graue infertur præiudicium
alicui, non attenditur præsumptiua hæc probatio
per famam, *Paris. cons. 23. num. 241. lib. 1.*
108 Quapropter, in hoc articulo, si agatur † de
probanda descendentia antiqua per testes, requi-
runtur ad minus duo testes pro singulo gradu,
iuxta doctrinam *Innoc. in cap. ferìet vers. imò*
plus est, & quem ibi sequitur *Bald. nu. 3. eo. tit. de*
109 *testib.* Et quod ijdem † testes concordent in
personis, á quibus audierint, aliàs in probando hu-
iusmodi gradu, reputarentur singulares, *Alex. con-*
sil. 82. sub num. 3. vers. præterea, lib. 1. Natt. con-
sil. 388 sub num. 3. vers. debet etiam apparere, plu-
res addit *Marescot. præcit. cap. 70. num. 8.* & de-
110 bent esse † personæ graues, & hoc in specie de-
ponere, quòd audierint à personis grauibus, & fi-
de dignis, iuxta terminos *tex. in d. cap. licèt ex*
quadam, *Natt. d. cons. 388. eo. num. 3. versic. & di-*
cit Antonius, *Maresc. loco præcit. versic. & debent*
esse. Quippè, † vt admittatur hæc probatio de au-
ditu auditus in materia descendentiæ, præter tem-
pus centum annorum, in testibus hæc copulatiuè
requirũtur, vt sint bonæ opinionis, & famæ, specifi-
centq; singulos gradus à stipite, vt affirment se cre-
dere itá esse, & dēniquè quod deponant, se vidisse,
quod consanguinei, pro talibus se habebant, proút
itá scribit *Soc. Sen. consil. 47. sub num. 16. vers. &*
licèt in probanda consanguinitate, vol 4 & debent
per suam scientiam de visu specificare nominatim
personas de vtroque latere, vt aduertit *Lan-*
fran. de Orian. in tract. de testib. sub num. 99. vers.
item debet subijcere.
Non tamèn existimo necessarium, quòd istæ
qualitates in testibus articulentur, vt visus est sen-
tire *Rimin. Iun. in supracit. cons. 363. num. 86. &*
Marescot. d. cap. 70. num. 8. ad fin. versic. & ista
qualitates, nàm nèc Doctores per ipsos citati hoc
dicunt, nequè vlla satis solida ratione hoc suaderi
potest, quamuis existimem necessarium, tamètsi
non sit articulatum, nihilominùs liquere debe-
re ex depositione ipsorum testium.
Si verò agatur de probanda descendentia per
enunciatiuas antiquas, vnusquisque gradus exiget
enunciatiuas saltim duas, atquè itá concursum
duorum instrumentorum, itaút vnum nullo modo
sufficiat, vt pulchrè deducit *Franc. Aret. in cap.*
cum causam, sub num. 23. vers. sed potest respon-
deri de probat. Rota diuers decis. 185. nu. 1. par. 1.
Seraph decis. 1232. nu. 4.
111 Et vlteriùs necesse est, vt qualiscunquè † pro-
ponatur enunciatiua, illa sit necessaria ad actum,
Dec. consil. 360. num. 6. Alexan. cons. 136. n. 11.
lib. 1. Mathesil. *sing 79.* & ibi *Adden.* concurrantq;
alia, de quibus per *Verall. decis. 337. nu. 6. par. 3.*
Nequè ideò, ad probandam hanc descendentiã,
sufficeret testamentum, in quo quis esset nomina-
tus, tanquàm filius, & hæres institutus: Quià vt-
112 cunquè hæc † verba probent contra enuncian-
tem, nullo tamèn modo probant in præiudicium
Tertij, *Grat. consil. 140. nu. 42. lib. 1. & cons. 156.*
num. 6. lib. 2. Rebuff. de nominat. quæst. 1. num. 4.
Barbat. consil. 6. sub num. 3. versic. respondeo quod
Dominus meus, lib. 2. & post alios firmauit Rota
in causa *Sutrina beneficy S. Angeli, 13. Martij*
1588. coram Platto, & notauit etiam *Marescot.*
var. resol. cap. 70. num. 7.
Quod intelligitur, quando huiusmodi enuncia-
tiua esset nuda, & vnica, si enim esset adminiculata,
vel etiam cõcurrerent plura instrumenta, aliud fo-
ret dicendum, propter antiquitatem, vt admittunt
præfati Doctores, & Rota apud *Verall. d. decis.*
337. ex num. 2. par. 3. velùti si cum enunciatiua
vnica descendentiæ concurreret in eadem persona
enunciata quasi possessio, vt in specie descenden-
tiæ, ad effectum patronatus, tenuit Rota apud *Se-*
raph d. decis. 1232 sub num. 3. versic. quantum ad
descendentiam, & num. 4.
113 Vel si eadem enunciatiua coadiuuaretur † ex
alio instrumento, in quo incurreret eadem enun-
ciatio, velùti si post testamentum, in quo quis fuit
nominatus, & institutus, tanquàm filius, appareret
aliud testamentum ipsius nominati, & instituti, in
quo alium filium sibi institueret; nàm hoc casu, pri-
ma enunciatiua, coadiuuatur per secundam, & sic
non vnum, sed duo proponuntur instrumenta,
quemadmodùm resoluit Rota apud *Seraphin. de-*
cis. 489 num. 1. vbi firmatum fuit nihil referre,
quod in secundo instrumento testator non enun-
ciauerit se filium illius, qui primùm testatus est,
modo concurrant duæ demonstrationes, nominis
videlicèt, & cognominis eiusdem.
114 Est tamèn aduertendum † in deducenda, & ar-
ticulanda hac descendentia, si appareat de quasi
possessione Iurispatronatus in persona alicuius
successoris, non esse necessarium exordiri proba-
tionem à persona fundatoris, sed sufficere illam
articulare per graduum distinctionem à persona
115 talis possessoris, quamuis enim † ipsa possessio non
transeat de persona in personam, atquè itá de de-
functo in hæredem, *l. cum hæredes, in princ. de ac-*
quir. posses. Achill. decis. 105. aliàs 5. de cau. poss. &
propr. ex nu. 2. vbi fuit reprobata contraria opi-
nio Lambertini, *Verall. decis. 420. ex nu. 1. & per*
tot. par. 2. Mantic. in supràalleg. decis. 88. num. 5.
Rota in recent. decis. 260. nu. 4. & decis. 237. nu. 2.
116 *par. 2.* etiàmsi exstaret † statutum de continuan-
da possessione in hæredem, vt reprobata contraria
117 sententia sæpissimè fuit resolutum, etiam † non
obstante suitate, *Gregor. decis. 222. nu. 6. & 7.* vbi
Beltram. num. 12. & decis. 417. num. 8. ex ea ta-
118 mèn † resultat probatio pertinentiæ, *Rota de-*
cis. 337. sub nu. 3. par. 2. in eisdem recent. Beltram.
ad d. Gregor. decis. 417. sub num. 14. versic nihilo-
minus

minùs tamen, & consequentèr legitimæ descen-
dentiæ illius possessoris à primo stipite, ac pro-
119 indè (quicquid † sit ad effectum Canonizationis
Iurispatronatus, de quo per *Archid. in can. si plu-
res, nu. 4. 16. quæst. 7.* cuius sententiæ suffragantur
tradita per *Feder. de Sen. consil. 111. sub nu. 9. ad
finem vers. sed Episcopus*) satis erit, si iste, qui vin-
dicat patronatum, probet, se descendere ab illo
quasi possessore, vt censuit Rota in præallegata
*Mediolanen. Iurispatronatus, 18. Iunij 1618. co-
ram R. P. D. Pirouano*, dummodò remoueatur
omnis æquiuocatio circa identitatem talis perso-
120 næ, quæ est facilis † in antiquis, cum possit dari
instantia plurium personarum eiusdem nominis,
ac proindè necesse est excludere pluralitatem per
probationem identitatis, *Abb. in cap. cum Ioan-
nes, nu. 16. de fid. instr. Dec. consil. 36. nu. 4. vers.
primo quià.*

121 Nequè ideò sufficiens est identitatis † conie-
ctura, quæ cōstituitur ex identitate nominis, *Bart.
in l. inter stipulantem, 83. §. si Stichum, num. 13.
de verb. oblig. Fel. in cap. Auditis, sub nu. 27. vers.
considera tamèn, de præscript.* Corn. *consil. 143.
num. 12. lib. 2.* & latè tradit *Menoch. lib. 6. præ-
sump. 15. ex num.* 38.

Vndè Doctores dant pro cautela, vt præter cir-
cumstantiā temporis, quæ omninò est necessaria,
iuxta regulam *l. duo sunt Titij, de testam. tut.* duæ
122 ad minus concurrant † demonstrationes, vna ex
persona patris, & altera ex patria, ponentes tale
exemplum, Petrus Martini de Perusio, *Bart. in
l. demonstratio falsa, 17. nu. 14. ff. de cond. & de-
monst.* quem sequutus fuit *Alex. consil. 153. nu. 4.
lib. 2* & tradit etiam *Menoch. d. præsump. 15. n. 40.
qui alios allegat.*

Et hæc quidem in patronatu Gentilitio, in quo
123 etiam † succeditur in capita, non autem in stirpes,
cum verba fundatoris, omnibus de gente conue-
niant, *Rota decis. 251. nu. 5. par. 2. recent.* & fuit
dictum in *Florentina Canonicatus, 24. Maij 1616.
coram bo. me. Buratto, & in Pistorien. Parochia-
lis, 9. Februarij 1624. coram R. P. D. Merlino.* in-
telligendo hoc tamen de ipsa successione in solido
patronatu, non item in exercitio circa Ius præsen-
124 tandi, quia istud non † potest pertinere, nisi ad
eum de familia, qui pro tempore est proximior
fundatori, iuxta *tex. in l. cùm ità, §. in fideicommis-
so, de lega. 2 Bald. consil. 1. num. 8. lib. 3. Cald. con-
sil. 19. de Iur. patr* Couar. *practic. quæst. cap. 38.
num. vltimo, vers. alioquin, Franc. de March. de-
cis. 1235. num. 4. par. 1.* quam sententiam proba-
uit Rota in *Pientina Iurispatronatus, 10. Iu-
nij 1602. coram Litta.*

In ea tamèn decisione extendenda, super hoc
125 puncto ipse Litta hæsitauit, tùm ex eo, † quod vbi
plures sub nomine collectiuo vocantur, omnes,
pro vno reputentur, & habeant Ius coæquale, vt
in terminis patronatus firmat *Dec. cons. 122.* quem-
admodùm, si concepta esset stipulatio pro omni-
bus, & singulis, *Butr. consil. 29. num. 2.* & fuit con-
sideratum in *Florentina de Ricasolis, 10. Mar-
tij 1603. coram Cardinali Lancellotto*; tùm quià
videbatur contrarium de directo decisum in vna
*Regien. Iurispatronatus, 19. Nouembris 1601. co-
ram Penia*; Verùm tota hæc controuersia compo-
ni potest ex tenore fundationis, & obseruantia
in præteritum, vt in dicta *Regien.* fuerat obserua-
tū, & in d. *Florentina de Ricasolis, 10. Martij
1603. coram Lancellotto, & in Taurinen. Iuris
patronatus, 1. Aprilis 1585. coram Pamphilio.*

126 At, si hæreditarius sit, in eo † non succeditur in
capita, sed in stirpes, iuxta *Clement. plures de Iur.
pat.* quæ emanauit ad tollendum conflictum triū
opinionum super hac re inter se dissidentium, vt
post Rochum, commemorat *Cassad. decis. 2. n. 6.
de Iu. patr.* & tradunt omnes in eadem *Clem.*
præcipuè *Vital. nu. 1. & 45. Gabr. consil. 196. n. 3.
lib. 2. Morot. d. consil. 33. num. 4.* & sæpissimè fuit
decisum, vt in præallegata *decis. 251. nu. 5. par. 2.
in recent.*

Quod intelligitur de successione (vt ità dixerim)
successiua, non autem de successione primitiua,
quæ fit ipsi fundatori, in hac enim aliud non atten-
ditur, quàm sectio, vel vnio vocum per ipsum fa-
cta, prout plures personas, aùt coniunxit, aùt di-
siunxit, vt tanta sit portio vnius disiuncti, quanta
est portio omnium coniunctorum, *l. liber homo,
69. §. Titius hæres esto, ff. de hæred. instit.* atquè
127 ità in hac † prima successione, si facta sit disiunctio,
semper succeditur in stirpes, non autem in capita,
Dec. consil. 122. ex num. 1. & per tot. & censuit
Rota *decis. 308. num. 1. & per tot. par. 2. in re-
cent.*

128 Si verò plures, continuata † oratione, sint vo-
cati per nomina propria, tùnc omnes succedunt
in capita æqualitèr, & pro virili, *l. nonnunquàm,
ff. ad Trebell. Gloss. vltima, in l. fin. C. de Impub.
& al. subst.* atquè ità in terminis Iurispatronatus
consuluit *Peregr. cons. 32. n. 13.* quem probauit Ro-
ta in vna *Spoletana Capellaniæ, 25. Iunij 1620.
coram R. P. D. Buratto.*

129 Quod etiam procedit, † si postmodùm in di-
uersa scriptura per modum adiectionis, aliā per-
sonam nominasset, vt in *dicta Spoletana* decisum
fuit, cum adiectio dicatur pars dispositionis cui
fit, *Boer. decis. 284. num. 2. Caphal. consil. 318. ex
num. 2.* cum alijs ibi adductis.

130 Est autem minus † præiudicium Ecclesiæ, quod
succedatur in capita, quàm in stirpes, quod fortè
non præcauit *Dec. in præcitato consil. 122. ad
fin. versic. & in hoc etiam agitur*; nàm si essent
mille capita, non considerantur omnes nisi pro
vna voce, vt est *text. in d. Clement. plures*, itaut
plures præsentantes, perpetuò habendi sint loco
vnius, *Archid. in præallegato can. si plures, nu. 3.
versic. in ea Gloss. 16. q. 7.*

131 Proptereaquè, † dicimus, hùc minimè pertinere
materiam Iuris accrescendi, vel non decrescendi,
vt post aliquos fuit opinatus *Lambert. de Iur. pat.
lib. 1. par. 2. quæst. 4. artic. 5. nu. 3. circa finem ver-
sic. & intellige indiuiduum*, nàm cum sit in vno-
quoquè solidum, & integrum Ius, erit quoquè so-
lidus, & integer eius vsus, & commoditas, nequè
egebit Iure accrescendi, vel non decrescendi: tan-
tum non officiet alteri idem Ius habenti, cui illud
semper censetur præseruatum, vt post *Federic. de*

Sen. & Abb. scribit Ruin. consil. 50. num. 9. & 10.
lib. 5. Verall. decis. 292. par. 2. & declarauimus su-
132 prà hac quæst. ex num. 15. Quod si omnes, † vel
aliqui præsentent diuersos, enumerantur vota sin-
gulorum præsentantium, vt qui est à pluribus præ-
sentatus, præferatur præsentato à minori parte,
etiam habenti maiores qualitates, cap. 3. de Iur.
patr. iuncta glo. in verb. qui maioribus, Lambert.
lib. 2. par. 3. quæst. 4. artic. 1. Didac. in reg. pecca-
tum, par. 2. §. 7. num. 4. Guttier. can. quæst. cap. 11.
num. 20. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 257. Se-
raph. decis. 875. num. 2. Rot. in recent. decis. 202.
num. 1. par. 2. quos retulit, & sequuta est Rota in
Pampilonen. Parochialis, 26. Iulij 1626. coram bo.
133 me. Buratto, in qua † declaratum fuit, iniustè pro-
cessisse Ordinarium, stante inæqualitate votorum,
qui vtrunquè præsentatum iussit examinari, tan-
quàm si fuissent pares, quæ decisio fuit postmo-
dùm in gradu appellationis confirmata 21. Iunij
præsentis anni 1627. coram R. P. D. Duran. hoc
enim casu, nequè est locus concursui, vbi agitur
de parochiali, ex dispositione Concilij, sess. 24.
cap. 18. Gonzal. ad reg. de mensib. glo. 6. num. 138.
Garz. de benef. par. 9. cap. 9. num. 157. Greg. de-
cis. 494. num. 2. & ibi Beltram. num. 3.
134 Nequè enim † alitèr est locus gratificationi,
quàm si vota sint æqualia, iuxta textum in cap.
cum autem, vbi Gloss. in verb. Iudicio Episcopi, de
iu. patr.
135 Circa autèm † punctum æqualitatis in discordia
patronorum est aduertendum, non omnem præ-
ponderantiã vocis, æqualitatem hanc soluere, vt
in casu Cassad d. decis. 2. ex num. 2 de iu. patr. vbi
qui habebat semissem præsentauerat vnum: ex
decem verò habentibus alium semissem, octo præ-
sentauerant alterum, duo alij præsentauerant pri-
mum, & resoluit Rota, illum primum non habere
maiorem partem, quià cum voces essent sectæ in
duas partes, præsentatus ab octo censebatur præ-
sentatus ab habentibus integram partem, ea ra-
136 tione † quod qui habet maiorem partem corpo-
ris, interpretatiuè dicatur habere consensum om-
nium, cap. 1. de his, quæ fi. à ma. par, cap. l. quod
maior ad municip. Abb. in cap. pastoralis, sub n. 6.
versic. nàm si habetur, de rescrip. Vndè, & maior
pars descendentium ab vno suffocat, & absorbet
minorem, Lambert. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 25.
sub num. 29. versic. subdit etiam, & lib. 2. par. 3.
quæst. 4. artic. 7. ad fin. Gonzal. qui alios cumulat
ad reg de mens. glo. 45. num. 61. & hanc Cassadori
decisionem approbauit Rota in Aretina Capel-
lania 7. Iuly 1617. & 9. Decembris 1619. coram
Illustrissimo D. Cardinali Caualerio.
Non solùm verò prodest hæc discreuisse, vt ra-
tionem succedendi consequamur, sed etiam, vt
intelligamus, quæ personæ sint habiles ad succe-
137 dendum; etenim in Iurepatronatus † hæreditario,
nihil vtiquè vltra exquiritur, quàm an is sit hæres,
& pro qua parte, nàm secundùm quotam hæredi-
tatis in eo succeditur, & non vltra, Rota decis.
251. num. 7. par. 1. in recent.
Nequè ab ea repellentur illegitimi, non solum
si succedant titulo singulari, quod non videtur ha-
bere difficultatem, ex iuribus, & rationibus latè
deductis per Roch. de Iur. pat. in verb. competens
alicui, nu. 9. & per Lambert. cod. tract. lib. 1. par. 1.
quæst. 7. art. 17. ex nu. 6. & par. 2. quæst. 2. art. 26.
sub nu. 15. vers. Reperi istis iam congestis, Gabr.
consil. 195. sub num. 6. lib. 1. & probauit Rota in
vna Aurien. Parochialis, 8. Nouembris 1613. co-
138 ram bo. me. Manzanedo, etiam si † succedatur ti-
tulo vniuersali cum alijs legitimis, adeo quod fi-
lius naturalis ità efficiatur Patronus in solidum
proptèr indiuiduitatem patronatus, sicùt is qui
legitimus est, iuxta doctrinam Baldi in l. eam quam
num. 57. ad finem, C. de fideicommiss.
At in familiari, seù gentilitio, diuerso Iure vti-
139 mur, † cùm illegitimi non dicantur de gente, seù
de familia, vt benè consuluit Gabr. d. consil. 195.
num. 5. & 6. & diximus suprà num. 92. etiam si
essent legitimati per Imperatorem, vel alium Prin-
cipem laicum, Gabr. vbi supra d. num. 6. versic.
140 Quatenus vero quæritur, potissimum † si essent in-
cestuosi, quo casu, ne quidem possent iuuari legi-
timatione habita à Papa, nisi in indiuiduo facta
esset mentio de qualitate, tàm natalium, quàm ip-
sius Iurispatronatus, vt etiam aduertit Gabr. ibi-
dem num. 8. & sequuta est Rota decis. 251. nu. 7.
par. 2. in recent.
141 Quæ tamèn † omnia, procedunt cùm fundator
vsus est verbis ciuilibus, vocando scilicet gentem,
vel familiam, Paleot. de not. & spur. c. 60. per tot:
secùs verò, si fuisset vsus verbis naturalibus, idest
significantibus tantum effectum naturæ, puta vo-
cando suos consanguineos, cùm & ipsi illegitimi
142 dicantur † consanguinei, velùti ab eodem sangui-
ne, & semine prouenientes, iuxta doctrinam Bar-
toli in l. Tutelas, sub nu. 4. versic. Videndum est 2.
de capit. diminut. & clariùs in l. Pronunciatio 195.
§. familiæ sub num. 1. versic. Verùm puto. ff. de
verb. significat. vbi ait, expendendum tunc esse
sensum talium verborum, secundùm communem
vsum loci, adeo vt ista vox familia, possit quando-
què inflecti, vt significet naturalem coniunctio-
nem, & hoc idem censuit Ang. in l. ex facto, §. si
quis, il 2. num. 4. ff. ad Sen. cons. Treb.
143 Quamuis † enim Bastardi, nec quidem veniant
de iure Ciuili appellatione consanguineorum,
l. si spurius ff. vnde cognat. cum alijs relatis per
Honded. cons. 5. num. 18. lib. 2. & consequentèr id
multò magis debeat admitti de Iure Canonico in
his præcipue Iuribus ad spiritualia ordinatis, Ro-
144 ta decis. 703. num. 3. par. 1. diuers. tamen † nega-
ri nequit, quin ea prouisio Iuris Ciuilis, fundata sit
super ratione incertitudinis sanguinis, prout de
vulgo conceptis loqui text. in dicta l. si spurius,
benè aduertit Afflict. decis. 96 num. 10. ac in con-
sequens non sit perpetua, vt possit ad eos quo-
què illegitimos extendi, qui tanquam filij à patre
agniti sunt, vel, vtcunquè, Patrem indicare possunt,
in his enim militat ratio ponderata per Bar. in
145 locis prealleg. nàm ij, tamètsi † spurij, & nati ex
damnato coitu, inspecta natura, filij sunt, & in eos
cadit naturalis affectio, vndè de æquitate Canoni-
ca nedùm in linea materna, sed etiam in paterna
debent admitti tanquàm sanguine coniuncti, vt
pulchrè

pulchrè notat *Abb.in cap.nonnulli 28.versic.sunt*
& aly num. 11.vers sed inspecta aquitate natu-
146 *rali, de rescript.* & sic † debere hos admitti ad
Iuspatronatus, ad quod vocati sunt consanguinei,
vel alij per verba naturalia illegitimis conuenien-
tia,consuluit *Nauarr.cons.4.num.1.& 2. de Iur.*
patr. & latè habetur *decis.350.num.2.& 6.in re-*
cent.par.3.
147 Quæ pariformitèr militant † in præsentatione
passiua,respectu filiorum legitimorũ descendentiũ
ex illegitimis,iuxta dictũ Nauarri consiliũ, & la-
tè resoluit Rota in *Tirasonen. Eleemosinariæ,14.*
Nouembris 1603.coram bo. me.Card. Lancellot-
to, & pleniùs, me scribente, in vna *Pampilonen.*
Capellaniæ 6. Nouembris 1617. & 16. Februa-
rij.1618. coram R.P.D. Pirouano, vbi tamen fuit
148 dictum, † non procedere in descendente ex nato
de damnato coitu, qui semper reputatur persona
odibilis, & consequentèr nec comprehensa sub
verbis naturalibus, ex *Honded. præallegato con-*
sil.5.nu.33.lib.2.& allegat.per Peregr. *de fidei-*
149 *com. art.22.nu.81.* licèt † in casu decisionis præ-
fatæ,euitaretur ex alio scrupulus hic, qui in facto
occurrebat,videlicèt ex eo, quod fundator eum
talem spurium agnouer at pro consanguineo, nèc
illius personam abhorruerat, & in eadem fuit de-
claratum præmissa procedere etiam in concursu
lineæ legitimæ cum illegitima,ex præallegatis,ni-
si constaret ipsum fundatorem voluisse præferri li-
neam legitimam,tùnc enim dùm superest persona
de linea prædilecta,positi in alia non debent admit-
ti, *Dec.consil.87.nu.1.* cum alijs allegat per *Surd.*
consil. 355.num. 45.
50 Et sumitur hæc coniectura † si fauore agnatio-
nis professus fuerit se fundare,vel aliàs esset perso-
na valdè Nobilis, aùt Ecclesiastica, quæ verisimi-
litèr,si non abhorruisse illegitimos,saltim eos no-
luisse cum legitimis admitti præsumendum sit, vt
benè declarat Rota *decis. 26. ex num 5. vsque ad*
finem, par. 1.in recent.
151 Quamuis non admittatur argumentatio † præ-
dilectionis lineæ,de præsentatione actiua ad passi-
uam,vt postmodùm recedendo à decisionibus fa-
ctis coram eodem D. Pirouano,agnouit,& firma-
uit Rota in eadem causa *Pampilonen. Capella-*
niæ,4.Martij 1622.coram bo.me. Remboldo,in
qua fuit decisum, Capellaniam, de qua tùnc age-
batur, esse adiudicandam domino Didaco Rami-
rez de Acedo clienti meo, filio legitimo Ioannis,
filij naturalis Ferdinandi,fratris Gundissalui funda-
toris,qui iusserat Cappellaniam conferri suo pro-
ximiori consanguineo, vsus hoc vulgari, *mi Deu-*
do,mas Cercano, que fuera, quæ verba sunt apta
comprehendere nedum descendentes ex illegiti-
mis,sed etiam illegitimos,vt probat Garz. *de be-*
152 *nefic.par.7.cap.15.num.46.*& fuit etiam † consi-
deratum ex consuetudine illarum partium,parti-
cularique lege, illegitimos gaudere nobilitate pa-
rentum,vt in his terminis consulendo,fusè scripsit
Azeued.consil. 24. ex num.13.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ seculares,quibus modis competere dicantur Regularibus.*
2 *Iuspatronatus, qualitèr acquiratur Regularibus.*
3 *Iuspatronatus, cùm donatur per laicum Monasterio,non est necessarius consensus Episcopi.*
4 *Quod tamen declaratur, vt hic.*
5 *Monasterium, potest iure aliquo singulari nancisci ius conferendi in Ecclesijs secularibus.*
6 *Institutio duplex,videlicèt collatiua tituli,& auctorizabilis.*
7 *Episcopus, fundat intentionem suam de iure communi, super vtraquè institutione Beneficiorum, idest tàm collatiua, quàm auctorizabili.*
8 *Ecclesia secularis, duplici ex causa, potest concedi Monasterio regularium.*
9 *Monasterium, cui est concessa Ecclesia secularis, nisi ea sit collegiata,potest indè extrudere seruitium secularium.*
10 *Cura animarum, inabdicabilis ab Episcopo.*
11 *Institutionis auctorizabilis,ratio.*
12 *Ecclesia secularis, subijcitur Monasterio regularis,aliquando respectu temporalium,aliquando respectu spiritualium tantum,etiam pleno iure.*
13 *Institutio auctorizabilis, qualitèr transeat in Monasterium.*
14 *Concessio Ecclesiæ secularis, pleno iure facta,non transfert ea, quæ sunt ordinis, nèc ius visitandi.*
15 *Eadem,facta pleno iure, quoad temporalitatem tantum,adhuc non transfert omne ius Episcopale.*
16 *Nequè immutat statum Ecclesiæ.*
17 *Et conseruat Ius instituendi, in Episcopo.*
18 *Ecclesia,vbi conceditur monasterio,quoad temporalitatem, non censentur appropriari fructus alij, quàm supereffluentes.*
19 *Congrua portio, assignanda est Rectori Ecclesiæ, præsentato per Monasterium,antequàm instituatur in Ecclesia seculari.*
20 *Congrua portio,debetur Rectori Ecclesiæ.*
21 *Et quidem in causam alimentorum.*
22 *Et qualis debeat esse.*
23 *Et in eam non imputantur exigua,& incerta.*
24 *Congrua portio,assignatur propter curam animarum, & non alias.*
25 *Et quæ sit ratio.*
26 *Congrua, non debet augeri ob illius tenuitatem, quando non est diminuta quantitas assignata.*
27 *Quod tamen declaratur, vt hic.*
28 *Congruæ portionis ratio,fundatur super præiudicio Ecclesiæ,& Ordinis clericalis.*
29 *Congruæ Portionis assignatio, spectat ad Parochianos.*
30 *Quod tamen declaratur, vt hic.*
31 *Congrua portio,qualitèr taxetur.*
32 *Institutio auctorizabilis, respectu curæ animarum competit Episcopo,si tamen concessio præcesserit ab Episcopo,etiam respectu spiritualium, & pleno iure.*

33 *Cura animarum, an possit esse penes Monasterium Monialium.*
34 *Moniales, sunt capaces iuris deputandi personam ad exercitium curæ animarum.*

QVÆSTIO XII.

Ius præsentandi, vel instituendi, qualitèr competat Regularibus, ad secularia beneficia.



VÆ hactenùs in materia Iurispatronatus disputauimus, ad ea beneficia magis pertinere videntur, quæ vel secularia sunt, vel nullo modo Regularibus (vt ità loquar) affecta: Cæterùm cùm aliqua etiàm competantur, quæ aùt regularia asseruntur, aùt sub hoc ipso Iurepatronatus eorundem regularium fundata, de his quoquè (summatim tamèn) hic agendum est; Illudquè no-
1 bis † constituendum, ex theorica *Abb. in cap. de Monachis, 12. sub num. 5. vers. & vt clarius, de praben.* quinquè modis, posse Ecclesias seculares, spectare ad Religiosos; quos nos præsequemur.

Primo, quoad Iuspatronatus dũtaxat: nihil enim
2 est, quin † monasterium, possit Iuspatronatus acquirere, siuè ex donatione laici patroni, siuè ex proprio facto fundationis, vt pulchrè deducit *Glos. in summa, versic. & nota quod duobus modis, 16.*
3 *quæst. 2.* & vbi † illud acquirit ex elargitione laici, non est necessarius consensus Episcopi, vt contra *Gloss. in præalleg. cap. de Monachis, in verb. de prouentibus,* quæ opinata fuit, talem consensum esse necessarium, rectè ibi censuit *Anchar. sub num. 5. vers. primo casu, & Butr. sub nu. 8. versic.*
4 *secundum casum,* dummodò † nihil vltra assequatur, quàm quod habuit laicus concedens, *Abb. ibidem sub num. 6.*

Quapropter, si quid plus, ea occasione, nitatur acquirere, tùm omninò erit necessarius consensus Episcopi, vt aduertit *Glos. in præalleg. summa 16. quæst. 2. versic. si verò patronus*: velùti si vltra patronatum Patronus intendat Ecclesiam etiam, & illius bona temporalia transferre, quorum ipse est incapax, *Ioan. de Anan. in eodem cap. de monachis, num. 5.* & ibi *Butr. num. 8. versic. primus modus.*

5 Secundo, quoad ius liberè † conferendi: quamuis enim ius commune refragari videatur, tamèn iure aliquo singulari, potest Monasterium facultatem hanc nancisci, *Clement. vn. de supplen. neglig. prælat.* Vt enim suprà docuimus *hoc ipso libro, quæst. 2. ex num 4.* ius conferendi neque est iurisdictionis, nequè ordinis Episcopalis.

Tertio, quoad institutionem: Duplex est autem
6 institutio, vna † quæ dicitur collatiua tituli, cuius subiectum est beneficium, & altera, quæ dicitur authorizabilis, cuius subiectum est cura anima-
7 rum: Quamuis enim † super vtroquè, Episcopus fundet intentionem suam de Iure communi per Regulam generalem, quam habemus in *can. omnes Basilicæ, 16. quæst. 7. & in cap. ex iniuncto, ad fin. de haret.* traditquè *Abb. in præalleg. cap. de Monachis, sub nu. 7. versic. idem dum in tertio modo, de præben.*

8 Tamèn, potest ex concessione † Episcopi ipsius, vel Papæ, nedùm illa prior, sed etiam hæc posterior, Monasterio cuipiam acquiri; quapropter dũ Episcopus Ecclesiam sine populo, alicui Monasterio concedit in eius proprios vsus (prout potest iusta subsistente causa, videlicèt, vèl propter paupertatem religiosorum, *can. diaconi, 93. dist.* vèl vt iusti edant labores impiorum, *cap. relatum nè cle-*
9 *rici, vel Monach.*) nisi de † Collegiata agatur, poterit Monasterium indè omne seruitium secularium extrudere, vt distinguendo docet *Anchar. in eod. cap. de Monachis, num. 6.*

Dùm verò concedit Ecclesiam cum populo; aut eam concedit in eius vsus; & cum nihilominus teneatur ibi Monasterium habere Rectorem, seù Vicarium perpetuum, quià cura populi semper
10 radicatur in Episcopo, censebitur † quidem Monasterium habere ius conferendi Ecclesiam, & illius regimen, at non curam animarum, & regimen illius, quæ est inabdicabilis ab Episcopo, *Gemin.*
11 *in cap. 1. n. 2. de Capel. Monach.* Vt nè tamen † ista regimina ità quodammodo annexa per diuersos Ministros præstentur, inductum fuit, vt Rector præsentetur per Monasterium, & instituatur per Episcopum, non institutione collatiua, sed authorizabili, *d. cap. 1. de capell. Monach.* de qua institutione, & illius effectu satis egimus in superiori libro, *quæst. 25. ex num. 12. & quæst. 33. ex num 99.*

Quod si concessio huiusmodi, per Episcopum
12 fiat pleno iure, non quidem respectu † temporalium, de qua concessione inferiùs dicetur, sed respectu spiritualium tantùm (qui termini sunt prorsus diuersi, nequè ideo veniunt confundendi, vt patet ex doctrina *Ioan. Andr. in eodem cap. de Monachis, sub num. 11. versic. aut habet eam proprio iure quoad temporalia*:) supposito quod illa concessio non sit facta ab alio, quàm ab ipso Episcopo, idem videtur dicendum, vt censuit *Franch. in eod. cap. 1. num. 3.* quasi quod Episcopus nequeat à se abdicare curam huiusmodi, & idem quoquè tenet *Butr. in eod. cap. de Monachis, sub num. 8. versic. Hostien. verò, & Imol. sub num. 6.*

13 Cæterùm, oppositum † est verius, quià hoc casu vtraquè institutio, collatiua scilicet, & authorizabilis est penes Monasterium, non quidem iure proprio, quasi ab Episcopo auulsa, & in Monasterium translata, quod est impossibile, vt dictum est; sed iure Episcopi, ac ipsius vice, adeò vt Monasterium in hoc dicatur Vicarius Episcopi, vt optimè declarat *Ioan. Andr. in eodem cap. de Monachis, sub num. 10. versic. verum si pleno iure,* & sequitur *Anchar sub num. 7. versic. secundo casu, de*
14 *praben.* Quicquid † sit respectu visitationis, & eorum quæ sunt ordinis: hæc enim non veniunt sub hac concessione facta pleno iure. vt ibidem per *Anchar & per Io. de Imol. nu. 7. & Butr. sub n. 8. versic. Hostien. autem.*

15 Quarto, quoad † temporalitatem tantùm, vbi videlicèt

delicèt Papa, vel Episcopus propter Religiosorum
inopiam, ità concedit Monasterio Ecclesiam, vt
indè possit percipere omnes eius reditus, eos-
que in suos vsus, & vtilitatem conuertere; & hæc
quidem concessio, præseruat Episcopo omne ius
Episcopale, in tantum, vt ab eo debeat obtineri
decretum immissionis in possessionem, vt est tex-
16 tus in *cap. pastoralis, de priuileg.* ac † proindè
quicquid contingat circa fructus, quantum perti-
net ad statum ipsius Ecclesiæ, is nullo modo muta-
tur, & in consequens, cùm ibi sit retinendus Re-
ctor, qui præsit Ecclesiæ eodem modo, quo priùs,
potest quidem Monasterium, ibi deputare talem
Rectorem etiam amouibilem, modò consuetum
seruitium Ecclesiæ non fraudetur, *Ioan. Andr. in
eod. cap. de Monachis, sub num. 9. versic & tamèn*
17 *habetur*, sed tamèn persona † debet præsentari
Episcopo, qui habet illum instituere, *Abb. in eo.
cap. de Monachis, num. 2. & 8.*

Vndè institutio huiusmodi, non ità ex abrupto
18 fit, quià cum ista † temporalitas censeatur con-
cessa, supportatis oneribus consuetis, etiam si hoc
dictum non sit, restringaturquè illa appropriatio
fructuum ad superefluentes, vt ait *Io. Andr. loco*
19 *proximè citato*, Episcopus non alitèr † procedit
ad eam institutionem, quàm præuia assignatione
congruæ, ad quam præstandam, Monasterium ip-
sum compellet, vt in *eod. cap. de Monachis*, tra-
dunt *Anchar sub num 3. vers. quarto, nota reme-
dium, & Imol. ibidem sub nu. 3. vers. hodiè verò*,
& est textus in *Clem. 1. de Iur. patron.*

20 Nihil enim certius est, quàm † Rectori Ecclesiæ,
siuè Vicario, exercenti curam animarum, & ad-
ministranti Sacramenta Populo, congruam por-
tionem deberi, vt in *dicta Clement. 1. & in cap.
extirpandæ, §. qui verò*, vbi notant omnes, *de præ-*
21 *ben.* debetur enim † pro alimentis, vt ex ea *Clem. 1.*
tradidit Rota apud *Cæsar. de Graß. decis 4. nu. 6.*
22 *eod. tit de praben.* & debet † esse talis, vt commo-
dè quis possit sustentari, *Glo. in cap. vn. in verb.
absque penuria, de stat. Regul. in 6. Rebuf. de con-
gr. quæst. 8. num. 78.* cum multis adductis per Ro-
tam *decis. 420. num. 3. par. 1. in recent. & par. 2.
decis. 449. num. 3.*

23 Nequè in eam † imputantur exigua, & incerta,
Rot. decis. 5. num. 3. par. 2. diuers. quamuis impu-
tentur primitiæ, *Mantic. decis. 269. num. 2. & 6.*

24 Fundatur autè iustitia istius cõgruæ † super quali-
tate muneris, videlicet curę animarũ, siue eius exer-
citij, quo cessante, cessat etiam ipsa congruæ assi-
gnatio, etiamsi àd nutum superioris quis admini-
stret, *Rot diuers. decis. 16. nu. 1. & per tot. par. 1.*

25 Et ratio † huius singularitatis est, nè dùm is, qui
eam debet administrare, sibi cogitur aliundè vi-
ctum quærere, & propter egestatem, etiam men-
dicare, non solùm cura deferatur, sed etiam
Sacerdos ipse parochianis suis habeatur ludibrio,
vt considerat *Rot. d. decis. 420. num. 5. par. 1. re-
cent.*

26 Quæ procedunt † etiam si appareret fuisse con-
gruam assignatam à principio, nàm licet tenuitas
assignationis ab initio factæ, non sufficiat vt illa
debeat augeri, præcipuè si sub ea, curæ Regimini in-
cubuissent, *Mantic. decis. 22. num. 1, Gregor. de-*
27 *cis. 429. num. 2.* nihilominus, † vbi non fuisset as-
signata in speciebus sufficientibus pro victu, vt in
casu *d. decis. Mantica*, sed in pecunia, quæ propter
sensim auctã annonę caritatẽ, iàm minus sufficiẽs es-
set, vt Rector cũ ea possit sustẽtari, omnino est au-
gẽda, vt resoluit *Rot. in præalleg decis. 449. sub n. 5.*
28 nequè enim agitur † de præiudicio personæ Recto-
ris, sed ipsius Ecclesiæ, & clericalis ordinis, *Rot d.
decis. 420. num. 4 par. 1. recent.* & declarat etiam
Beltram. ad Gregor. d. decis. 429. num. 8.

29 Nequè posset Monasterium, † hoc casu onus
istud assignandi congruam, referre in parochianos,
quasi quod ij teneantur in retributionem admini-
strationis eius, alere Rectorem, iuxta textum in
*can. omnis Christianus, de consecrat, distinct. 1.
Abb. in cap. de Rectoribus, nu. 6. de Cleric. ægrot.*
30 nàm tunc † id procedit, quando Ecclesia est
Sacramentalis tantùm, non etiam prædialis, & ta-
men parochiani iure aliquo speciali, sunt im-
munes à solutione decimarum, ità declarauit Ro-
ta *d. decis. 449. sub num. 4 par. 2. recent.* in qua
31 etiam, † Domini, in taxanda huiusmodi congrua,
adhæserunt taxationi factæ in Vicarijs perpetuis,
per Constitutionem Pij V. 75. nempè in ducatis
quinquaginta, quam summam, etiam pro congrua
habuit *Rot. in prealleg.* Mantic. *decis. 269. nu. 2.*

32 Quintò deniquè, ac † postremò competere po-
test Ecclesia secularis Monasterio, quoad spiritua-
litatem, & temporalitatem simul, & hoc casu est
distinguendum, an subiectio sit facta pleno iure,
vel secùs: Si enim est facta pleno iure, tàm respe-
ctu temporalium, quàm spiritualium, tùnc solida
institutio, idest tàm collatiua tituli, quàm autho-
rizabilis respectu curæ, pertinet ad Monasterium;
si verò non est facta pleno iure, pertinet collatiua
tantùm, vt declarat *Abb. in d. cap. de Monachis,
nu 9.* Vndè isti duo posteriores modi parificantur
in consequendo iure præsentandi, si videlicèt ha-
beat Monasterium, aùt temporalia tantùm, aùt
temporalia, & spiritualia simul, nõ ex concessione
Papæ, sed solius Episcopi, vt concludit *Hostien. in
d. cap. de Monachis, sub num. 1. ad fin. versic. in
his enim omnibus.*

33 Quæ, etiam procedunt † respectu Monasterij
monialium, modò respectu exercitij ipsius curæ
accedat authorizabilis institutio Episcopi, *Felyn,
in cap. cum venerabilis, sub num. 36. vers. & nota
quod potest Monialibus competere, de except. ex
Rotæ decis. 21. incip. quod Vicaria, num. 4. de præ-
ben. in antiquior. Bisignet.*

34 Quamuis † enim Moniales non sint capaces
curæ, vel eius exercitij actualis, sunt tamen capa-
ces iuris, deputandi personam capacem eius po-
testatis, inquit Rota *d. decis. 21. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Textus in cap. Auaritia, de electione in 6. expli-
catus.*
2 *Proceditque eius dispositio, etiam in postulatio-
ne.*
3 *Necnon in præsentatione.*

71 Clem.

71 Clem. Auditor, de rescriptis, quomodo procedat.
72 Instituendi facultas, non deuoluitur nisi ad Rotæ Auditores.
73 Clem. Auditor de rescriptis, obtinet in solis Rotæ Auditoribus, non item in Auditore Cameræ, vel contradictarum.
74 Textus in cap. super eo, de offic. deleg. explicatus.
75 Appellationis Iudex, reuocans sententiam Iudicis à quo, debet decernere id ipsum, quod ille facere debebat.
76 Instituendi facultas, qualitèr sit in Rota Auditore, dum cognoscit de causa Beneficiali.
77 Clem. Auditor, inducit ius nouum respectu potestatis conferendi, & quomodo.
78 Clem. Auditor, de rescriptis, an vindicet sibi locum in institutione.
79 Clem. Auditor, de rescriptis, habet locum in quocunque delegato.
80 Institutionis executio, an suspendatur per appellationem.
81 Institutio, vel confirmatio, an habeat vim definitiuæ propter vocationem, quæ fit per edictum.
82 Lis, qualiter efformetur, ad effectum, vt stante appellatione ab institutione, resultet attentatum.
83 Sequestratur possessio, vbicunquè est attentatum, propter casum appellabilem, in articulo institutionis.
84 Appellationem remouens Constitutio in causis beneficialibus, ad effectum suspensiuum, intelligitur de appellatione extraiudiciali.
85 Prouisiui, & electiui actus, vsquè adeo sunt extraiudiciales, vt etiam diebus feriatis fieri valeant.
86 Possunt tamen etiam iudicialitèr fieri.
87 Attentata non euitantur prætextu boni Iuris, nisi illud sit notorium, vèl ex confessione partis, vel ex iudicato.
88 Institutio facta per Iudicem appellationis, ante iudicatum, non est exequibilis citra vitium attentatorum.
89 Præsentatus coram Episcopo, & mox coram inferiori, an possit regredi ad præsentationem factam coram Episcopo.
90 Textus in cap. vt quis duas, de elect. in 6. explicatus.
91 Præsentatus, habens duas præsentationes, quando possit vtranque prosequi.
92 Remittentibus ius suum, non datur regressus.
93 Nisi proponatur error aliquis excusabilis.
94 Variatio circa actiones, non permittitur.
95 Nisi quis, iusto errore ductus, actionem sibi incompetentem elegisset.
96 Textus in cap. vt quis duas, de elect. in 6. non procedit in præsentatione, siue institutione.
97 Sententia, regulatur à petitione.
98 Sententia certa, non potest ferri super incerto.
99 Sententia, debet ferri super certo, non autem super incerto.
100 Sententia lata super incerto, etiamsi sit in statu validitatis, tamen non est exequibilis.
101 Variatio, non permittitur in iudicijs.
102 Optione, siuè electione vnius, præcluditur via ad aliud.
103 Præsentationis actus, non conficitur extra personam habentis instituere.
104 Ratione dispositionis cessante, cessat & ipsa dispositio.
105 Via vna, vt præcludatur per electionem alterius, quænam concurrere debeant.
106 Optio, siuè electio formalis, qualitèr constituatur.
107 Integra quando dicatur res, vt competat regressus ad idquod videbatur per electionem alterius remissum.
108 Electores, possunt variare, circa personam electi, antequàm ille acceptet.
109 Iuspatronatus, quando probari debeat plenè, vel potiùs sufficiat pro eo semiplena probatio.
110 Dominium, quando plenè, vèl semiplenè probandum.
111 Iuspatronatus, & dominium, in articulo probationis, fraternizant.
112 Iurispatronatus quæstio, quando dicatur incidens, ad effectum iustificationis.
113 Clausula, iustificato priùs Iurepatronatus coram Ordinario, cuius sit vis, & effectus, in articulo probationis.
114 Iurispatronatus quæstio, quando dicatur principalitèr mota.
115 Libertas Ecclesiæ, præsumitur contra asserentem illam esse de Iurepatronatus.
116 Præsumptio, ad effectum vt vrgeat, necesse est, vt per aliquem allegetur.
117 Præsumptio, non potest elidi nisi ex plena, & concludenti probatione contrarij.
118 Iuspatronatus, est plenè, & concludentèr probandum, vbi adest contradictor, qui vindicet libertatem Ecclesiæ.
119 Iuspatronatus, iustificatur ex sola quasi possessione, nisi allegetur quasi possessio contra prouisum Apostolicum, tanquam de reseruato.
120 Et quid in alijs casibus.
121 Præsumptio, quæ oritur ex quasi possessione, præualet contrariæ præsumptioni libertatis.
122 Quod tamèn, intelligitur respectu Rei, & possessoris.
123 Iurispatronatus probatio in priuatis, nullo modo alterata est ex decreto Concilij.
124 Vniuersitas, & Parochiani, reputantur inter potentes, in materia præsumptæ vsurpationis Iurispatronatus.
125 Iuspatronatus, qualitèr iustificandum ex Concilij præscripto in potentibus.
126 Immemorabilis, requisita per Concilium in articulo probationis Iurispatronatus potentum, an possit suppleri per æquipollens.
127 Forma, non potest suppleri per æquipollens.
128 Iuspatronatus, quando possit iustificari inter potentes citra immemorabilem.
129 Vsurpatio in iure, sumitur pro illata, & temeraria occupatione.
130 Vsurpationis coniectura, in materia iurispatronatus, quæ.
131 Potentia personæ, pro arguenda vsurpatione, æstimatur ex iurisdictione.

132 *Item, ex summa nobilitate.*
133 *Et quæ sit ratio.*
134 *Vsurpationis præsumptio in materia Iurispatronatus, non eliditur, sed magis augetur ex sublimitate personæ.*
135 *Verisimile quod non est, imaginem falsi præsefert*
136 *Parochianorum Iuspatronatus, præsumitur ex vsurpatione.*
137 *Vsurpatio Iurispatronatus, non præsumitur in pluribus familijs, quæ habuerunt originem ab vno stipite.*
138 *Potentia personæ, non æstimatur pro arguenda vsurpatione Patronatus, quando cum ea concurrit alia persona priuata.*
139 *Iurispatronatus rigorosa probatio, in potentibus, militat etiam in possessorio.*
140 *Nisi cõstaret de præsentatione effectuata post Concilium, præuia causæ cognitione.*
141 *Iurispatronatus probatio, adminiculatur ex enunciatiuis antiquis in institutionibus, & quæ sit ratio.*
142 *Ordinarij, non consueuerunt esse faciles in admittendis præsentationibus, nisi liqueat de Iurepatronatus.*
143 *Iurispatronatus probatio, adminiculatur ex enunciatiuis antiquis in præsentationibus, quantumcunquè non appareant effectuatæ.*
144 *Iurispatronatus enunciatiua, quantumcunque antiqua, quando non habeantur in consideratione.*
145 *Iurispatronatus eiusdem, præsumitur Beneficium cuius est Ecclesia, in quæsitum est.*
146 *Iurispatronatus probatio, adminiculatur ex pictura armorum, siuè insignium alicuius familiæ.*
147 *Arma, siuè insignia, non consueuerunt apponi in re aliena.*
148 *Armorum, siuè insignium appositio, ad arguendum Iuspatronatus, non attenditur, vbi potest assignari alia causa.*
149 *Iurispatronatus probatio, adminiculatur ex nota incisa in lapide antiquo.*
150 *Item ex descriptione in libro antiquo.*
151 *Item ex libro visitationum.*
152 *Iuspatronatus, iustificatur ex sententia Ordinarij lata super statu.*

QVÆSTIO XIII.

Institutio præsentati ad Beneficium Iurispatronatus, vbi necessaria sit, & quo ordine promoueatur.



1 QVOD decreuit Concilium generale Lugdunense sub Gregorio Decimo, vt nullus † de cætero administrationẽ dignitatis, ad quam electus est, priùs quàm celebrata de ipso electio cõfirmetur, sub Oeconomatus, vèl procurationis nomine, aùt alio de nouo quæsito colore, in spiritualibus, vèl temporalibus, per se, vèl per alium pro parte, vèl in totum gerere, vèl recipere, aùt illis se immiscere præsumat, omnes illos, qui secùs fecerint, iure (si quod eis per electionem quæsitum fuerit) eo ipso priuatos decernendo, vt legitur in
2 *cap. Auaritia, de elect. in 6.* non † solùm obtinet
in electione, de qua expressè loquitur, & in po-
stulatione, vt in *cap. bona memoriæ Maguntinen.*
de elect. notatquè *Roman. cons. 330. num. 21.* Sed
3 etiam † in præsentatione, personaquè ipsius præ-
sentati, vt in *eod. cap. auaritia*, post alios docet
Franch num. 2. Calderin. cons. 8. de elect. Lap. al-
leg. 8. sub nu. 4. versic. sic & pœna, cum pluribus,
quos cumulant ibi addentes in *verb. auaritia, &*
4 *Gabr. consil. 199. num. 3. lib. 1.* siuè agatur † de
dignitatibus, quarum mentio in ea decretali fit, si-
uè de beneficijs simplicibus, iuxta *Archid. senten-*
tiam, in eod. cap. auaritiæ, nu. 4. ad fin super verb.
priuatos; & contra Geminianum, qui fuit diuersæ
opinionis, vt ibi per eũ *n. 9.* disputant, & tenẽt alij,
præcipuè *Franch. num. 2. versic. item & in præ-*
sentato, cum multis quos citat *Marescot. variar.*
resolut. lib. 2. cap. 35. ex num. 45.
5 Nequè est dubium, † eum esse canonem latæ
sententiæ, non autem ferendæ, vt aduertit ibidem
Glos. in verb. priuatos, Crescent. decis. 6. sub n. 15.
19. & 20. de iur. patron. Et per vnicum
6 actum († perfectum tamen, & consumatum) eam
pœnam incurri, vt latè per *Crescent. d. decis. 6.*
num. 17. & 18.
7 Dicitur autèm in proposito, actus † perfectus, &
cõsumatus, non ex instrumentali possessione, sed ex
actuali perceptione fructuũ, siuè temporalium, siuè
spiritualium, vt in eo, cui præstitum est iuramen-
tum, tenet *Rot. apud Put. decis. 45. lib. 3. & di-*
uers. decis. 83. nu. 4. & 6. par. 3. lib. 3. estquè com-
munis opinio, quam latè tuetur *Gabr. d. con-*
sil. 199. nu. 4. lib. 1.
8 Proceditquè † hæc pœna, nisi proferatur titu-
lus, vndè causetur bona fides, vèl afferatur excusa-
tio colorata, *Gloss. in cap. fin. in verb. inanes, ad*
9 *fin. de elect. in 6.* cum † in materia pœnali, quælibet
causa excuset, iuxta *Gloss. in l. 1 §. vltimo, in verb.*
Hoc iudiciũ, ad fin. ff. si quis ius dic. non obtemp. l.
igitur, ff. de liberali causa, Aym. cons. 18. nu. 9. & in
10 his † terminis, tradit *Gloss. in d. c. final.* & sequuta
est *Rot. apud Seraph. decis. 238. n. 9. & 10.* vt de
eo, qui habuit titulum nullum ex defectu citatio-
nis, contra Ioannem Andreæ, tenet *Mil. in verb.*
pœna decretalis Auaritia: Quicquid sit, si nullitas
insurgeret ex defectu potestatis, vt considerat
Cardin. consil. 31. sub num. 4. versic. item non ser-
uata, & conferunt rationes põderatæ per *Roman.*
in supracit. cons. 310. num. 22. & 23. resoluitquè
Rot. diuers. decis. 83. nu. 7. par. 3. lib. 3. Marescot.
11 *in præcit. c. 35. n. 49.* & quod † dictum est de qua-
cunquè causa colorata, referendum est ad cau-
sam erroris in facto, non autem ad causam erroris
12 in iure, *Cardin. d. consil. 31. num. 5.* nisi ius † esset
valdè dubium, *Marescot. d. cap. 35 n. 50.* quæ dubie-
tas constituitur, aùt ex mixtura facti, aùt ex opi-
nionum conflictu, prout post alios optimè deducit
Reuerendissimus D. Coccin. decis. 295. nu. 8. & 9.
Vt iàm ex his manifestum fiat, quàm sit neces-

saria

faria præsentato ad beneficium, Superioris Eccle-
13 fiastici institutio: per eam † etenim consequitur ius plenum, *cap. 1. de reg. iur. in 6. cap. ex frequen. tibus, & cap. auctoritate, de instit. Lambert. de iur. patr. lib. 1 par. 2. quæst. 7. art. 1. num 9.* & antè illam, perpetuò subijcitur periculo, nè Patronus
14 variet accumulando; nèc sibi in effectu aliud † cen. seatur quæsitum, quàm vt possit agere pro ipsa institutione, vt ibidem sentit, & docet *Abb. in cap. cum Bertoldus, num. 12. de sent. & re iudic.*

Quòd, si non habita institutione, ingerat se administrationi, vèl se intrudat in beneficium, incidit
15 in pœnam supradicti Canonis, ex † cuius disposi tione, beneficium potest impetrari tanquàm vacans, vt priùs, etiam non facta mentione de intrusione in specie, pro qua sufficit clausula *amoto*, *Cardin. d. consil. 31. sub num. 5. versic. dico enim.*
16 Et hoc † amplius, quamuis non inducatur priuatio aliorum beneficiorum, quæ priùs obtinebantur (cum neque verba, neque ratio dictæ decretalis hoc inferant, vt respondit Rota in vna *Mutinen. Canonicatus, 14. Martij 1603. coram*
17 *bo. me. Cardinali Horatio Lancellotto*) tamen † qui in eam decretalem committit, efficitur ineligibilis ad alia, siuè in eadem, siuè in diuersa consistat Ecclesia, vt deducit *Pet. de Baif. in tractatu de elect. par. 2. cap. 8. nu. 1.* quem sequitur *Menoch. de arbitrar. cas. 403. num. 2. & 3.*
18 Videndum est igitur de ipsa institutione, † quæ nihil est aliud, quàm *Canonica ordinatio facta per Episcopum in beneficio vacante, de Clerico per patronum legitimè præsentato*: vt colligitur ex *tex in can. decernimus, qui in ordine est 32. 16.*
19 *quæst. 7.* vndè tùnc † demùm est debita præsentatio, vbi apud habentem instituere quatuor hæc liquent, nempè vacatio beneficij, existentia iurispatronatus, habilitas præsentati, & præsentatio facta in tempore, vt colligit *Rota decis. 337. num. 1. par 2. in recent. & in Lunen. Sarzanen. Capellæ, 20. Iunij 1601. coram bon. mem. Cardinali Sacrato.*

Quapropter, vt validè ad institutionem ipsam procedatur.
20 Primùm, necessè est decerni, † & publicari edictum, de quo in *cap. final. de elect. in 6.* cuius materiam latissimè discutit *Lambert. de iur. patr. lib. 2. par. 2. quæst. 6. per totam.*

Porrò necessitas eius Edicti in præsentatione, vtcunquè immineat, certè intenta est ad promouendum ipsum instituendum, non autem ad vali-
21 dandum actum præcedentis præsentationis, † ad quem nemo est vocandus, *Aym. consil. 63. nu. 2.*

Est autem aduertendum, textum illum expressè loqui de confirmatione electionis, eaquè ratio-
22 ne † inniti, nè dùm contrà doctrinam Apostoli *in prima ad Timoth. cap. 5.* citò electo citò manus imponitur, competitor aliquis, aùt coppositor supplantetur, vt in verbis textus ille habet: Quæ ratio cum æquè videatur militare in institutione, quæ fit de præsentato, visum est Doctoribus dispositionem illius textus, ad ipsam quoquè institutionem extendi, vt ibi per *Gloss. in verb. electione, versic. & idem puto in præsentatione*; quo-
23 circà, si † omittatur edictum huiusmodi, indè vitiari actum institutionis ipso iure, propter decretum irritans in eo Canone appositum, tradunt communitèr Doctores in *d. cap. final.* præcipuè vero *Gemin. num. 12.* & alij, quos citat *Lapus in supradict. alleg. 8 num. 4* & ibi addentes *in littera V. Bald. consil. 17. num 7. lib. 5. Aym.* qui plures cumulat *d. consil. 63. sub n. 2. versic. qui textus, & consil. 177. nu. 1.* & plerumquè firmauit Rota, vt in *Cusentina Capellæ, 26. Aprilis 1602. coram Illustrissimo Cardinali Millino, in Valentina beneficij, 10. Martij 1617. coram bon. mem. Andrea. & in alia Valentina beneficij, 31. Ianuarij 1622. coram bo. me. Remboldo*: & faciunt notata per *Sarnen. ad Reg. 17. num. 5.*

Sed nihilominùs, cùm id per interpretationem inductum sit, tantam vim non obtinet, quantam obtineret, si specialitèr ità fuisset in ipsa præsentatione constitutum: licèt enim, quælibet dispositio † amplietur, & restringatur ad limites ratio-
24 nis in ea expressæ, etiamsi verba non patiantur, *l. adigere, §. quamuis, de iur. patron. cap. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inutil. cap. vlt. de reg. iur. in 6.* cum similibus adductis per *Abb. in cap. quià in Insulis, sub num. 3. versic. nam quælibet,*
25 *de regul.* cum ipsa ratio † magis spectetur, quàm verba, ad quæ se habet, tanquàm anima ad corpus, seù superficiem, vt inquit *Bald. in l. si quis seruo 20. num 10. C. de furt. & ser. corupt.* & ex multis exemplificat *Tiraq. ad l si vnquam, in verb. libertis, ex num. 47. C. de reuocand. donat.*
26 Adeò vt, ratio † eadem omnes decidat casus, non per extensionem, sed per comprehensionem, ad instar generis complectentis omnes suas species, *l. vlt. C. de indict. viduit. tollen. l. libertum, C. de nuptijs, Abb. consil. 75. sub n. 7. ad fin. vers. nec est verum dicere, lib. 1 Alex. consil. eodem 75. num. 3. lib. 5.* quos sequitur *Franciscus Beccius consil. 62. num. 17.*
27 Nihilominùs, hæc, & similia procedunt † in ratione identifica, non autem in similitudinaria, vt explicat *Suarez de legib. lib. 6 cap. 3 num. 3 & 4.* Nec quidem in omni identifica, sed in adæquata, & vsque adeo intrinseca, & vniuersali, vt omnes casus, qui eius vi, in lege comprehenduntur, in ordine ad iustitiam, & prudentiam legis, necessariò connectantur, vt sit contra rectam rationem, & contra prudentiam, in quibusdam casibus tantùm, & non in omnibus, eandem rationem participantibus, dispofuisse, vt per exemplum positum in *cap. 1. de tempor. Ordinat. in 6.* ità punctualitèr docet idem *Suarez dicto cap. 3. num. 20. & 21.*

Quapropter, quantum pertinet ad vim obligatiuam, non videtur in hac materia Institutionis, & sic diuersa à materia confirmationis, pluris æstimanda ea interpretatio, siuè extensiua, siuè comprehensiua, quàm simplex interpretatio probabi-
28 lis non necessaria, vt potè † quæ à prudentum interpretatione duntaxàt dependet, *l. Nam vt ait*
29 *Pedius, ff. de legib.* Quippè necessaria † ad solum Principem spectat, *l. vlt. C. de legib. can. sicut enim versic. Ex his omnibus, 11. quæst. 1. Alciat. in l. omni innouatione, num. 6. C. de Sacros. Eccles.*

30 Quo-

30 Quocircà,etiam si concedatur, † appellatione Electionis, latè sumpto vocabulo, venire etiam præsentationem,vt in *eod. cap. fin.* in specie censuerunt *Io. Andr. sub num.5. versic. Ex quo igitur, & Ancbar.sub nu.4.versic. qui subdit, Lapus in præcitata allegat.8 sub num.4.versic. Quià præsentatio*,nequè prædicta ratio, videatur extranea ab hoc actu institutionis, imo quodammodò magis vigere,quàm in actu confirmationis, vt visus est sentire *Lambert.* (quamuis minus aptè) in *superius alleg.quæst.6.art.6.num.7.*

Attamèn,hæc magis probabiliter,quàm necessariò extensionem important; Nàm nequè Sedes materiæ,quæ de electione est,distinctaquè à Sede huius materiæ Iurispatronatus, fert eam latam
31 significationem; nequè ratio † ità est vtrique materiæ intrinseca,vt hos casus necessariò connectat in ordine ad Iustitiam legis, & prudentiam Legislatoris, vt hinc possit Legislator,aùt iniustitiæ,aùt imprudentiæ redargui; cùr magis eam rationem vniuersalem applicauerit huic materiæ confirmationis, quàm materiæ institutionis, aùt alteri simili; proùt requiritur, ad effectum vt extensio sortiatur plenam vim obligatiuam, vt elegantèr explicat *Suarez dicto cap. 3.num.21.& cap.4.per totum.*

32 Etenim intrinseca † ratio dicti *cap.fin.de elect. in 6.* est detestatio celeritatis; quæ tamèn non in omnibus casibus militat; sunt enim plures,quibus maximè celeritas commendatur, *Clem. 1.* & ibi *gloss.in verb.celeri,de Immunit.Eccles.*Et doctri-
33 na illa Apostoli, nè cito manus † imponatur; celeritatem quidem reprobat, sed indiscretam, in his quæ sui natura minimè sunt reiterabilia;cuiusmodi sunt ordinationes Sacræ,de quibus locum illum Apostoli,intelligi oportere, monuerunt in *can.*Manus *1.quæst.1.Archidiac.num.2.Bellam. in versic supple in glossa,Turrecrem. sub num.3. versic. secundo dicitur, & Præposit. num.1.*

34 Et hinc constat, † non malè pronunciatum fuisse per Rotam apud *Bellam.decis.619.quæ incipit capitulum*, textum in dicto *cap fin.* inducere Ius nouum, & à Iure communi exorbitans; ac proindè restringi ad terminos confirmationis in quibus loquitur.nequè extendi ad hanc materiam
35 institutionis; † Quamuis *Mandos. in Addit. ad dictam Lapi allegationem 8.*eum videatur reprehendisse; Nàm Bellameræ opinio est sustentabilis in ipsa vi obligatiua legis, & propterea Rota perpetuò est amplexa hanc sententiam; vt tametsi præualeat contraria opinio *Ioann. Andr.* eaquè communis sit, nihilominùs non admittatur vbiquè, sed tantum vbi consuetudine,aùt iure aliquo singulari contrarium non est receptum, *Pute.decis.298.in correct.lib.1.* vbi tamen vult, alleganti
36 consuetudinem † huiusmodi incumbere onus probandi,& hanc eandem sententiam probauit *Lambert.d.l.2.par.2.quæst.6.art.14.num.1.* & secundum eam fuit responsum in vna *Lamacen. Beneficij,21. Iulij 1596.coram bo.me.Corduba.*

37 Quocirca, cùm datur † de hoc defectu contra possessorem Beneficij,cui nulla est necessitas iustificandi titulum,sola possibilitas consuetudinis huius obiectum elidit, vt fuit resolutum in dicta *La-*
38 *maecn. Beneficij*; nequè enim omnis † resistentia iuris,possessionem inficit, quominùs manuteneatur, sed ea tantùm,quæ nullam discussionem exigit, *Seraph decis.1463.num. 2.* & quæ reddit aliquem incapacem possessionis de iure communi, fundando eodem iure intentionem alterius, super negatiua iuris specialis,iuxta doctrinam *Glo.in cap.si diligenti,in verb.iustus titulus,post medium versic.vt ergo scias, de præscript.* & ibi præ cæteris *Butr.sub num.17.versic.Glossa dicit,cum seq. Franch.in cap.1.sub num.8.versic.tertio limita,& nu.9. eod.tit.in 6.*

39 Constatquè † ad euitandam pœnam nullitatis institutionis, ex defectu huius edicti, sufficere quamcunquè causam apparentem, quemadmodū suprà dictum est circa incursum pœnæ *cap. Auaritiæ*, vt de eo, qui prætermiserat Edictum,ex eo quod vnus ex patronis, sibi oretenus dixerat, se consentire in præsentatum ab altero, consuluit *Bald.in præallegato cons.17.sub num.7. vers.modo quæritur, l.b.5.* & de eo, qui ideo omisit edictum, quià per sententiam Iudicis appellationis, sibi iussum fuerat, illicò deuenire ad institutionem sine aliquo edicto, pronunciauit Rota apud *Puteum dicta decis. 473. ad finem,versic.tamèn hoc non obstante,lib.2.*vbi subiecta fuit hæc generalis ratio, quod causa quælibet etiam iniusta,excuset à pœna: Fundatur enim principalitèr ratio dicti textus, super præsumpto dolo confirmare haben-
40 tis,quam præsumptionē propterea excludit † quęuis causa, etiam (vt loquuntur nostri) bestialis; textus est in *l.igitur,12.vers. & generalitèr, de liberali causa, Aym.cons.18.num.9.* cum alijs per *Tiraq.in tractat. de pæn. leg temperan. cau. 43. Menoch. cons.381.nu.47.*

41 Ab hac autem † controuersia, penitus remouentur institutiones, quæ procedunt à Sede Apostolica,non tàm ex eo quod veriùs sint solidæ prouisiones, quàm institutiones, vt hanc rationem post alios considerat *Lambert dicto lib. 2. par.2. quæst.6.art.3.* quàm quià in his cessat ratio doli considerata per eundem textum;quo fit, vt nequè executor litterarum Apostolicarum, cum clausula, *verificato prius coram te iurepatronatus*, teneatur proponere Edictum huiusmodi, quod censuit *Rota diuers decis.21.num.1. part.2.*

Enimverò lex ista, non est dicta alijs, quàm ordinarijs: Vndè vt non afficit Papam, nequè il-
42 lius executores, ità † vice versa afficit omnes inferiores Ordinarios,qualescunque ij sint; In tantum, vt quià Legatus Papæ, in Prouincia sibi de-
43 mandata, † Ordinarius reputatur,vt dicit textus in *cap. 2. vbi optima Glossa,in verb.reputantes,de officio legati in 6.*nisi & ipse præmittat hoc edictū, institutio per ipsum facta de Præsentato coram eo,sit ipso iure nulla, vt respondit Rota in superiùs citata *Valentina Beneficij,10.Martij 1617. coram Andrea.*

44 Vbicunquè autem † exigitur huiusmodi Edictū, cuius formulam præscripsit *Lambertin. dicta quæst.6.art.22. ex num. 2.* id præcipuè est obseruandum, nè peccet in aliquo substantiali, cuiusmodi

45 di est assignatio termini competentis, † habita
scilicèt ratione distantiæ loci, in quo moratur is,
de cuius præiudicio agitur, vt explicat *Glossa in*
eod.cap.fin.in verb.competentis: dilationes enim
Iudicis arbitrio commissæ sunt, ex locorum di-
stantia, & negotiorum qualitate, *Glossa in cap. e.*
46 *in verb. nimie breuem, de dilatio.* censuitquè † Ro-
ta in his terminis, in præcitata *Valentina Benefi-*
tij 31. Ianuarij 1622. coram Remboldo, in qua
fuit etiam firmatum, necessariam esse assignatio-
nem peremptorij per verba expressa; Quod est
perpetuò verum, vbi vnicum proponitur edictum,
sinè vnica citatio, auctoritate *Glossæ in eod. cap.*
final. in verb. peremptorio, Ioannis Andreæ n. 5.
& Ancherani sub num. 3. vers. septimo nota.

Nèc minor solertia adhibenda est in actu publi-
cationis, nè quis fraudis possit suspicari; quaprop-
47 tèr † in publico edictum proponi debet, vt no-
tat *Glossa in dicto cap. final. in verb. generalitèr*,
48 de qua publicatione, nèc † statur simplici asser-
tioni Notarij sine testibus, *Pute. decis. 5 lib 3.* de-
betquè legitimè constare, non solùm de lectione,
& affixione, sed etiam de refixione, & sic quod
fuerit lectum, atquè ibi dimissum, per congruum
49 temporis † interuallum, iuxta *Cassad. decis. 4 de*
dolo, & contumac. Rota decis. 8. eodem titulo in
nouis, & decis. 325 num. 6. lib. 3. par. 3. diuers. &
in recentior decis. 624 num. 10. par. 1.

50 Virtus autem † huius edicti, ea est præcipua,
vt facta præsentatione etiam per Patronum puta-
tiuum, & post lapsum termini subsecuta institu-
tione, si Patronus verus, ac legitimus superueniat,
non audiatur, sed pro ea vice, præiudicium illud si-
bi imputet, vt docuit *Geminian. in cap. 2. sub n. 6.*
vers. & idem esset, de officio Vicarij in 6. & plenè
consuluit *Oldradus cons. 3. ex num. 1. per totum*,
Lambert. in præcitata quæst. 6. art. 27. Et fuit re-
solutum in vna *Valentina beneficij de Otignent*,
27. Iunij 1607. coram Penia.

51 Prætoris † enim auctoritas, tuetur validitatem
actus, tanquàm bona fide gesti, *Card. in cap. con-*
sultationibus, sub num. 6. in 5. quæst. de Iurepatr.
Roch. de iurepatr. in verb. competens, sub num. 50.
versic. sed hic cadit, & num. 51.

52 Nequè illi suffragaretur, † nondùm esse elap-
sum quadrimestre, aùt semestre tempus, à iure cō-
cessum ad præsentandum; quamujs enim id plu-
rimùm inter nostros controuersum sit, ex dedu-
ctis per *Lambert. dict. lib. 2. part 2 quæst. 1. art. 28.*
per tot. constat tamen, hanc esse verissimam sen-
53 tentiam, quià † non proponitur Edictum, nisi post
factam præsentationem per aliquem, & sic in eo
actu consumitur dilatio illa quadrimestris, aùt se-
mestris patronis assignata, & in ipso edicto præ-
figitur terminus contra omnes in genere: vndè li-
cèt Patrono posteà comparenti, non imputetur
cùr non præsentauerit in termino edicti, cum ne-
què Edictum hoc contineat, imputatur tamen
cùr in termino edicti non comparuerit, & deduxe-
rit ius suum, vt considerat etiam *Lambert. dict.*
art. 28 num. 9. & ità resoluit Rota in præallega-
ta *Valentina Beneficij de Otignent.*

Quod tamen, intelligitur semper cum supposito
validitatis edicti, & institutionis; si enim institu-
tio esset inualida, vt puta quià præcipitata, aùt fa-
54 cta † contra legem fundationis, vt in casu *Seraph.*
decis. 1270. nu. 2. Rota decis. 15. num. 1. pars. 2. in
recentior. vtiquè non esset attendenda, nèc præsta-
ret vllum impedimentum, vt pronunciauit Rota
in *Gerunden. Beneficij 2. Decembris 1605. coram*
bo. me. Card. Sacrato, & in præallegata *Valentina*
Beneficij 31. Ianuarij 1622. coram Remboldo.

55 Sic etiam Edicto ipso † existente nullo, indè
quoquè inficeretur ipsa institutio, resquè prorsùs
reputaretur integra, vt deberet admitti qui se op-
poneret, quemadmodùm in præallegatis decisio-
nibus firmatur; quod enim de iure non sortitur ef-
fectum, nullum præstat impedimentum, *cap. non*
præstat, de regul. iur. in 6. vndè nec collatio nulla,
impedit quominùs alia fiat, Rebuff. *de nomin.*
quæst. 17. num. 15.

56 Quod † si validum supponatur Edictum, sed in-
ualida duntaxàt institutio, eatenùs admittetur cō-
parens post terminum edicti, si iustum impedi-
mentum adduxerit, aliàs semper poterit videri res
minùs integra, vt debeat admitti, quemadmodùm
firmauit Rota in *præalleg. Valentina beneficij de*
Otignent. & probat etiam *Oldrad. d. consil. 3.*
num. 3.

Alterum requisitum, ad validitatem institutio-
nis est, vt præmittatur cognitio circa illa quatuor
superiùs indicata, videlicèt quod beneficium va-
cet, quod existentia iurispatronatus sit clara,
quod Præsentatus sit habilis, & deniquè quod præ-
sentatio sit facta in tempore; Vndè si vix elapso
57 termino † edicti fieret institutio, haberetur pro præ-
cipitata, & nulla, tanquàm facta non adhibita cau-
sæ cognitione, vt fuit responsum in *præalleg. Va-*
lentina beneficij 31. Ianuarij 1622.

58 Vt in simili dicitur de decreto Iudicis, † quod
ob celeritatem in interpositione reputatur nullum
ex defectu cognitionis causæ, *Soein. Iun. cons. 48.*
num. 14. lib. 1. Neuiz. cons. 85. num. 4. & 6. cum
alijs adductis per *Franc. Becc. cons. 52. nu. 123.*

Et licèt quatuor ista, videantur præsupponi in
ipso actu præsentationis valido, quemadmodùm
scripsimus suprà *quæst. 6.* nihilominus in eo actu
supponuntur simplicitèr; sed antequàm deueniatur
tur ad institutionem, discutiantur; præcipuè duo
illa, quæ respiciunt subiectam materiam iurispa-
tronatus, videlicèt quod præsentatio sit facta in
tempore, & quod constet de iurepatronatus, in
his enim duobus consistit Iustitia præsentationis,
& in consequens institutionis debitæ.

Porrò, quemadmodùm facta præsentatione in
tempore, quod in laico est quadrimestre, & in Ec-
clesiastico patrono semestre, vt in eadem quæ-
stione diximus *num. 22.* ius suum non potest pa-
trono deperire ex quantacunquè procrastinatio-
59 ne Episcopi, cui † nulla est præfixa dilatio ad in-
stituendum, iuxta *Abb. cons. 28. n. 2. par. 2. Glossat.*
antiq. ad regul. 40. in princip. versic. nàm de iure,
& tenuit Rota *decis. 4. versic. præterea nullum*
tempus, de iur. patron. in nou. & respondit etiam
in *præcit. Lunen. Sarzanen. 5. Decembris 1601.*
coram Cardinale Sacrato, & in Firmana. Al-
taris

taris, 24. Februarij 1616. coram bo. me. D. Vbaldo;
itá non facta præsentatione huiusmodi, solidatur
60 potestas liberè prouidendi in Episcopo, & † nisi
conferat infra sex menses, fit deuolutio ad supe-
riorem; & hoc modo intelligitur deuolui etiam
beneficium iurispatronatus, vt in eodem loco no-
tat *Glossat. antiq.*
61 Consulitur † verò, tàm patrono, quàm præsen-
tato ab ipso, eo casu quo Episcopus plus æquo dif-
fert instituere, vt vel appellet, si expresse reijciatur,
cum non sit in potestate habentis instituere, tolle-
re institiam præsentationis, aùt respectu præsen-
tantis, aùt respectu præsentati, *Butr. in d. cap. cum
Bertoldus, nu. 5. de re iud.* vel si non expresse reij-
ciatur, sed simplici dilatione frustretur, superio-
62 rem † adeat per viam querelæ, qui eundem com-
pellat ad instituendum, vt per enm textum docet
Abbas in cap. pastoralis, nu. 5. & 6. de iur. patron.
& ante eum *Archid. in suprà alleg. can. decerni-
mus, sub nu. 3. versic. item præsentatus, 16. quæst. 7.*
63 nisi † mallit (quod frequentiùs, & tutiùs vsitatur)
simplicitèr asserendo se præsentatum à patronis,
impetrare prouisionem à Papa, iuxta *Rot. decis. 4.
ad fin. vers. recurrat ergò, de iur. patron. in nou.*
Dùm verò appellationem, aùt querelam prose-
64 quitur, dubium oritur, an † ius instituendi deuol-
uatur ad Iudicem, qui de grauamine cognoscit, vèl
querelam ipsam recipit; In quo articulo, breuitèr
dicendum est, talem potestatem non deuolui, nisi
per indirectum; nàm si procedatur per viam que-
65 relæ, cui † tùnc est locus, vbi nullum grauamen
positiuè supponitur, sed tantùm ex negligentia, &
mora, *l. fin. §. illud etiam*, C. *de. tempor. appel.* po-
66 terit † superior aditus, præfigere terminum Epi-
scopo, intra quem si nolit instituere, tùnc ipse loco
eius instituet, vt hanc practicam docuit *Rota
d. decis. 4. vers. præfigatur igitur, de iur. patron.
in nou.*
Si verò procedatur per viam appellationis à
67 grauamine positiuè illato, siuè quià † expresse sit
denegata institutio, vt in *d. c. pastoralis*, vbi *Gloss.
in verb. appellauerit, de iur. patron.* siuè quià tèr
solemnitèr requisitus, obstinatè distulerit, iuxta
practicam, quam docuit *Bald. in l. vlt. num. 3. C.
de sentent. & interlocut. omn. iudic.* Mysing. *cent. 1.
obser. 91. cent. 2. obseruat. 24. & cent. 3. obseruat. 57.*
68 dicendum videtur, facultatem † hanc deuolui in
Iudicem ad quem, vt de facultate confirmandi, est
textus in *cap. significauerunt*, ibi, *qui electionem
ipsorum confirmans, de except. & in cap. ad pro-
bandum*, ibi, *de electione custodis, vt eam, sicut de
iure fuerit faciendum, confirmare, vel infirmare
curetis, de sent & re iudic.* & hanc sententiam te-
nuit *Gloss. in Clemen. Auditor, in verb. debitum;
vers. quid de electo de rescript. & ibi Cardin. n. 12.*
69 Et est ratio, quià † appellationis hic sit præci-
puus effectus, vt negotium pro quo est appellatum
deuoluat, vt post alios latè tradit *Franch. in cap.
bona 51. num. 26. de appell.*
70 Veruntamèn, quoniam † potestas conferen-
di nusquam deuoluitur, etiamsi pronuncietur
appellatio leg[illegible]ima, quià huiusmodi non pertinent
ad processum, inquit *Innocent. in c. dudum, il 2. n. 5.
& 6. de elect. Io. Andr. in cap. cum M. Ferra-
rien. ex num. 21 de constit. & in cap. 2. sub num. 2.
versic. regularitèr tamèn, de praben. in 6.* sequitur
71 *Franch. vbi supra num. 27.* emanauit † ad fa-
uorem Auditorum Rotæ dispositio dictæ *Clem.
Auditor, de rescript.* quæ nec procedit ex suppo-
sitione simplicis appellationis à grauamine, sed ex
suppositione commissionis Papæ super toto nego-
tio principali, vt aduertit idem *Franch. in eod.
cap. bona, num. 28. versic. secundo infertur.*
Circumscripto vero hoc præcipuo indulto con-
cesso Auditoribus Rotę; quicquid sit respectu con-
72 firmationis, tamèn † respectu institutionis vide-
tur, facultatem hanc instituendi ad alios delegatos
non deuolui, nèc alitèr eos posse concipere suam
sententiam, quàm remittendo præsentandum ad
Ordinarium, vt ipse eũ instituat. vt est textus no-
tabilis in *cap. super eo, 15. de offic. deleg.* & notat
Vital. in ead. Clement. Auditor, num. 30. Mantic.
decis. 231. num. 3. & responsum fuit in *Mediola-
nen. Parochialis, 16. Martij 1588. coram bo. me.
Cardinali Platto, & in Aretina Capellaniæ, 4. Iu-
lij 1603. coram Reuerendissimo D. Attrebaten.*
73 Et quod † dicta Clementina sit intelligenda de
solis Rotæ Auditoribus, non autem de alijs Audi-
toribus eiusdem Curiæ, quales sunt Auditor Ca-
meræ, & Auditor Contradictarum, ij enim Ordina-
rij sunt, neque ideo talem sibi vindicant potesta-
tem, *Gloss. in ead. Clement. in verb. Auditor, &
Cardinalis num. 5.* & in Auditore Cameræ pro-
nunciauit Rota in vna *Gerunden. Beneficij, 13.
Octobris 1600. coram bo. me. Penia.* cuius meminit
Gonzal. glos. 23. num. 16.
74 Nisi dicatur, textum † in *d. cap. super eo, de off.
deleg.* loqui de delegato ad cognoscendum cau-
sam, tanquam in prima instãtia super articulo sim-
plicis pertinentiæ patronatus, seù iuris præsentan-
di, vt patet ex eius litera; Et propterea non ap-
plicari casui. vbi supponitur delegatio ad cogno-
scendum causam appellationis super grauamine
illato per ipsummet Episcopum, vel alium haben-
tem instituere, dum denegauit institutionem de-
75 bitam, neque enim video, † cùr Iudex appellatio-
nis, reuocãdo grauamẽ, nõ possit facere, quod tace-
re tenebatur Iudex à quo, iuxta regulam *l. eos, in
princip. C. de appell cap dilecta, de except.* quam
rationem ponderat *Glos. in d. Clem. Auditor, in
verb. debitum.*
76 Neque † videtur sustentabile, facultatem hanc
instituendi, esse singularitèr concessam Rotæ Audi-
toribus, per *d. Clem. Auditor*, nàm quando Audi-
tor instituit, non nititur priuilegio dictæ Clemen-
tinæ, sed potiùs facultati sibi competenti de iure
77 communi tanquàm delegato, quippe † priuilegiũ,
de quo in *d. Clement.* longè est pinguius; adijcit
enim facultatem conferendi, quæ est quid distin-
ctũ à cognitione articuli, an beneficium sit debitũ,
vt ex mente supradictæ *Glos.* explicat *Cardin. in
ead. Clem. sub num. 12.* si enim agatur de simplici
confirmatione, vel institutione, agitur de debito ex
mera iustitia, at si agitur de collatione, agitur de
mera gratia, quæ ideò non potest videri deman-
data per rescriptũ super cognitione causæ, *Innoc.*

in

in praalleg.cap.dudum num.6.de elect. & in hoc maximam versari differentiam inter ius conferendi,& ius instituẽdi,vt illud sit ex accidentaria quadam potestate,istud verò ex lege iurisdictionis,latissimè probauimus hoc libro, *quaest.2.ex nu.12.*

78 Tametsi † enim *Bellam.decis.620.* pronunciauerit, dictam *Clem.* habere etiam locum in institutione,quia institutio verè collatio sit,nihilominùs constat, rationem hanc non esse veram,vt demonstrauimus eadem *quaest.2.nu.15.* & è diametro repugnare doctrinæ *Cardinalis in d.Clement. num.12.*

Qua ratione(salua semper tanti Auditorij reuerentia)quotiescunquè † supponatur appellatum in ipso articulo institutionis denegatæ, & causam per speciale rescriptum commissam extra Rotam, siuè etiam extra Curiam,cum clausula consueta, *deuolutionis totius negotij principalis:*tenerem, posse Iudicem institutionem facere illi,cui de iure est debita,vt de Cardinali censuit *Vital. in ead. Clem.nu.33.* atquè ità de iure posse saluari, quod ad simplicem vsum, & praxim retulit *Reuerendissimus D. Ioannes Aloysius Riccius (nuper ad Ecclesiam Vicen. meritò promotus) can. collect. 1598. ad fin. vers. sed nihilominùs.*

80 An autem † appellatio suspendat executionem institutionis, pendet ex qualitate controuersiæ; si enim processum sit iudicialitèr,admittitur appellatio ad vtrumque effectum, & si interim procedatur ad institutionem, & traditionem possessionis,reuocantur omnia per viam attentati, *Rot.diuers.decis.6.num.2.part.2.& in recent.decis.586. num 1.par. 2.* & ità DD. seruari iusserunt in *Regien. Capellaniæ 24. Martij 1603. in relationibus causarum coram bo.me.Buratto.*

At si processum sit extraiudicialitèr,secùs;nàm institutio ex sui natura est mera interlocutoria, nisi facta sit vocatis vocandis, & cum causæ cognitione, vt de confirmatione pronunciauit *Glos. in cap. fin. in verb. inanes, ad medium vers. si*

81 *autem fiat,de electione. in 6.* super quo, † licèt dubitauerit eadem *Glos.*propter vocationem,quæ fit per edictum, iuxta formam illius decretalis, nihilominùs, saltim ad hunc effectum, vt debeat exprimi causa, quæ appellationè iustificet, nèc aliter retardet executionem, reputatur interlocutoria, vt ibi docet *Anchar.sub nu.4.in 5.quaest. vers. & ista opinio,*Vnde appellatio nõ retardat executionẽ,si ipsa institutio,præcesserit sicùti nèc illius cõsecutiua,vt apertè sensit *Innoc. in cap.constitutis, num.2.ad fin. vers. nàm sicùt appellatio,& nu.4.* & ibi etiam *Butr.nu.9. ad fin. vers. licèt quidam dicant,& num.17.Abb.num.14.Imol.sub num.9. vers.in ea Gloss.& Bellam.num. 10. de appellat.* nèc Institutio hæc sortitur vim diffinitiuæ in alio, quàm in hoc vno,videlicet vt per Institutorẽ, reuocari nequeat, aut immutari, *Franch. in eod. c.fin.n.7.de elect.in 6.*optimè *Lambert.de iur.patron.lib 2.par.2.quaest.1 e.art.4.nu.6.& 7.ac per tot.* adeò quod totum istud pendeat à formalitate litis præexistentis,& iudicialis controuersiæ, vt dictum est, & post prædictos probat *Lanellot. de attent.par.2 cap.17.limit.49.* secundùm primam impressionem,& ità quoquè declarauit *Rot. in recent.decis.522.num.1.par.2.*

82 Lis autèm tùnc † efformatur,quandò in termino Edicti de quo suprà, aliquis se opponit,supposita enim oppositione legitima,vtiquè deinceps est iudicialitèr,procedendũ,& si appelletur,appellatio ad vtrumquè effectum admittitur,vt suprà dictum est,aliàs omnia cadunt sub attentato, *Rot.decis. 227. ex num.4.lib.2.par.3. diuers.*

Consueuitquè passim in Rota his casibus appo-

83 ni † sequestrum, iuxta *Cassad.decis.3. num. 6. de restit.spol.Verall.decis.157.par.3.Caesar de Graffis decis.2.num.1.de appell.*& plurics in his terminis seruatum fuit,præcipuè in *Lunen.Sarzanen.iuris. patronatus,23.Iunij 1615.coram bo.me.Rembol-*

84 *do*, in qua † fuit etiam resolutum, secundùm hos terminos regulandam esse quandam Constitutionem synodalem, prohibentem in causis beneficialibus admitti appellationem ad effectum suspensiuum,vt debeat intelligi, quando proceditur extraiudicialitèr, & sic etiam extraiudicialitèr ap-

85 pellatur,secùs verò si iudicialitèr: tametsi † enim isti actus electiui,& prouisiui in tantum sint extra-iudiciales,vt etiam diebus feriatis fieri possint, vt per eum textum notat *Geminian.in cap.concerta-*

86 *tioni, num.3. de appellat. in 6.* nihil tamen † est, quin etiam iudicialitèr promoueri possint ex alterius legitima, vèl saltim colorata contradictione,vt patet ex præmissis,quam distinctionem probauit etiam Rota, in vna *Calaguritana de Ollauari,28.Ianuarij 1604. coram Penia,in Calaguritana de Haro,16.Iun. 1607.coram bo.me.Car. dinali Lancellotto,* & in alijs propè infinitis.

87 Nequè,supposita † iudiciali controuersia, facilè euitaretur attentatum prætextu boni iuris, nisi illud esset notorium,aùt ex confessione partis,aùt ex re iudicata, vt paritèr fuit decisum in præallegata *Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus*; nequè enim alitèr bonum ius in hac materia æstimamus, *Rota decis.3 de restitut.spoliat. in nouis,* quod alibi latiùs expendimus.

Quod, si ità seruatur cùm appellatur ab institutione ipsius Episcopi,de qua magis potest dubitari an sit facta in controuersia iudiciali, vel secùs;

88 vtiquè sine aliqua difficultate admittitur, † respectu institutionis quæ fieret in sententia reuocatoria ipsius institutionis, aùt alterius grauaminis in gradu appellationis,per quam mandaretur, institutum immitti in possessionem; hoc enim casu, quicquid fieret pendente nedùm appellatione interposita,sed etiam decendio dato ad appellandũ, vtiquè caderet sub attentato, & per viam attentati,vel etiam nullitatis reuocaretur, iuxta regulam *cap. nonsolum, de appellat. in 6.* proùt ità censuit *Rota decis. 618. nu.2.par.1. recent.*

Et præmissa quidem magis respicere videntur ordinem procedendi in ipso habente instituere, quàm illius officium in excutiendo subiecto instituibili, quod diximus versari circa quatuor, nimirũ vacationẽ,habilitatẽ præsentati,præsentationem factam in tempore, & existentiam Iurispatronatus;& cum de primo satis scripserimus in *praecita. quaest. 6. ex num. 1.* de secundo verò ibidem

etiam aliquid notauerimus *num. 29.*
Nùnc restat de alijs duobus, pauca hæc explica-
re: Et respectu prioris indaginis, An videlicèt prę-
sentatio facta sit in tempore, vt ideò debita sit in-
stitutio præsentato, vel potiùs è conuerso factus sit
locus dispositioni textus in *cap. quoniam de Iure-*
patron. cum pro formalitate ipsius præsentationis
exigatur, vt facta appareat coram habente insti-
tuere, vt firmauimus in eadem *quæst. 6. num. 47.*
super quo Episcopus habet fundatam intentionē
89 de Iure communi; Est aduertendum, sicùti † facta
præsentatione coram alio inferiori ab Episcopo,
qui ex aliqua rationabili causa existimaretur ha-
bere ius instituendi, excluderetur deuolutio, vt
ostendimus eadem *quæst. 6. num. 48.* excludi ean-
dem deuolutionem, si priùs fieret præsentatio co-
ram Episcopo, & mox ex verisimili, probabiliquè
causa dubitandi, quod institutio pertineret ad aliū
inferiorem, denuò ea fieret coram tali inferiori,
ad quem tamen, nullo modo pertineret: Licèt enim
neutra ex his præsentationibus, videatur posse iu-
uari præsentatus (idest, nequè ex hac secda velùti
non facta coram habente instituere, nequè ex pri-
ma, ad quam impossibile est eum regredi propter
secundæ prosecutionem, nequè ex vtraquè simùl,
cum id à iure censeatur improbatum ex determi-
90 natione textus † in *cap. vt quis duas de election.*
in 6. cuius dispositio æquè procedit in præsenta-
tionibus, ac in electionibus, de quibus tantùm vi-
detur loqui, vt apertè sentit *Lapus in pract. alle-*
gat. 8. nu. 4. & ibi addentes, qui alios referunt,
Lambert. de Iurepat. lib. 2 part. 2 quæst. 5. art. 3.
num 6. idquè propter incertitudinem, idem *La-*
pus allegat. 132. n. 3. vbi iterùm addētes) nihilomi-
91 nùs veritas est, eum † posse iuuari ex priori valida,
ob probabilem errorē facti circa ius singulare, an
videlicet institutio spectet ad aliū, quàm ad Epi-
scopum; quo supposito, non arctatur præsentatus
alterutram eligere, sed vtramque potest prosequi,
iuxta doctrinam *glossa in eodem cap. vt quis duas*
in verb. eligere, quam in his terminis probauit *Ro-*
ta in superius allegata Lunen. Sarzan. Capel-
la, 20. Iunij, & 5. Decembris 1601. coram bo. me.
Card. Sacrato.
92 Tamètsi enim, † remittentibus ius suum non de-
tur regressus, *l. quæritur §. si venditor de ædilit.*
edict. can. quam periculosum, 7. quæst. 1. Dec. con-
sil. 445. sub num. 56. circa finem, vers. sed breuitèr
respondetur, Franc. Bec consil. 38. n. 4. & cons. 74.
93 *ibidem num. 4.* Hoc tamen † semper intelligitur,
nisi ità remittens, esset aliquo modo excusabilis, vt
in proposito ait *Io. Andr. in eodem cap. Vt quis*
duas, sub num. 3. ad finem, super verb. tolerabilis.
94 Et in † simili videmus, licèt in iudicijs non per-
mittatur variatio circa actionem, diciquè consue-
uerit, via quā elegisti, tibi pateat, *l. si Mulier 21.*
§. vlt ff. de eo quod metus caus. l. final. in princip.
95 *C. de codicilis, Aym. consil. 74. num. 8.* adhuc † va-
riationem concedi, si iusto errore ductus quis, in-
competentem actionem elegerit, vt declarat *Ias.*
in dicta l. finali, sub num. 1. vers. secundò limita,
C. de codicill.
Quinimò (si mihi licet, quid in hac re sen-
96 tiam, ingenuè fateri) arbitror, textum † in dicto
cap. vt quis duas, nequè in verbis, nequè in ratio-
ne applicari posse materiæ huic præsentationis, &
institutionis. Nàm aduerti, eum duo decidere:
Vnum principale, videlicèr habentem duas ele-
ctiones in eadem Ecclesia celebratas, non posse
nisi vnam prosequi, petēdo illius confirmationem,
atquè ideo compellendum alteram de duabus op-
tare, ratione ibi expressa, nè cum ipsius Ecclesiæ,
aùt sui Aduersarij (si aduersarium habeat) discri-
mine in incerto vagetur; Ratio huius principalis
dicti secundùm ipsum textum, est diuagatio in in-
certo: Quippè dùm petitio vagatur in incerto, si
sub ea, obtineatur institutio, hæc quoque erit su-
per incerto; vt in simili dicitur de quacunquè sen-
97 tentia, † quæ, vt regulatur à petitione, *l. vlt. C. de fi-*
deicomm. libertatib. cum similibus vulgatis, si fera-
tur iuxta petitionem incertam, dicetur quoquè in
98 certa; impossibile enim † est, super incerto ferri
sententiam certam, *c. Graue, qui in ordine est 74.*
11. quæst. 3. Natta cons. 32. sub num 23. vers. suffi-
cit namquè, Surd. consil. 311. num. 18. Et in
99 consequens nihil valebit, cum † de ratione sen-
tentiæ sit, vt feratur super certo, non autem super
incerto, *§. Curare Instit. de Action. l. 3. C. de sent.*
quæ sin. certa quant. Menoch consil. 711. nu. 6.
100 Et vbi † posset saluari à nullitate ex natura
subiectæ materiæ, quamuis foret in statu validita-
tis, nusquàm tamen esset in statu exequibilitatis
ante liquidationem, *Bald. in l. 1. nu. 4. C. de Iur. &*
fact. ignor. Surd. cons. 248. num. 13. & cons. 324.
num 24.
Alterum est huic consecutiuum; videlicet per
optionem factam de vna Electione, ità extingui
effectum alterius, vt ad eam sibi non detur regres-
101 sus, quod non † solùm oritur ex natura Iudicij, vt in
dicta *l. si mulier §. final. ff. de eo quod metus caus.*
102 & in dicta *l. vlt. C. de Codicill.* Sed ex eo † etiam
quod hæc sit vis Electionis, vnius ex pluribus su-
biectis oblatis, *l. serui electione 5. & l. Hu-*
iusmodi 86. §. Stichum de leg. 1. l. Statu libe-
rum 11. §. Stichum, de leg. 2. l. Apud Aufidium, de
Opt. legata.
Prius illud, certè non potest applicari terminis
præsentationis, & institutionis; dùm enim suppo-
nitur aliquem habere duas præsentationes ab eo-
dem, vel pluribus Patronis; necesse est etiam sup-
ponere eas factas coram diuersis pretendentibus
103 Ius instituendi; nequè † enim, vt Electionis actus
in personis Eligentium, & Electi, ità præsentatio-
nis actus, in personis præsentantium, & præsentati
conficitur, cùm omninò requiratur persona ha-
bentis instituere, vt demonstrauimus in præcitata
quæst. 6. num. 33.
Vndè fit, vt licèt vtranque præsentationem de
se factam, quis promoueat, ex quo tamen eas non
promouet coram vno, eodemquè habente insti-
tuere, sed singulas singularitèr coram singulis In-
stitoribus, prorsus cesset ratio illa incertitudinis;
104 atquè ità dispositio † dicti textus in principali di-
cto, *vulg. l. Adigere §. Quamuis de Iurepatron.*
cum alijs superiùs allegatis.
105 Sed nequè alterum est applicabile; quià † vt
per

per electionem vnius viæ præcludatur altera , primum exigitur, vt ista Electio fieri debeat Iuris necessitate , si enim positum sit in eius simplici arbitrio, vti qua ipse velit, non præcluditur aditus, aut regressus huiusmodi, etiam post Electionẽ vnius, vt est casus in *l. 3 ff. de Testam. milit.* & censuit Rota apud *Pute. decis. 334. num. 4. in correct. lib. 2.*

106 Præterea † exigitur, vt ista Electio sit formaliter facta, idest in executionem concessæ optionis, vt in casu dictæ *l. Apud Aufidium de Option. leg.* & aliorum textuum superius allegatorum: Enim verò necessitas Electionis , quæ consumit optionem , differt ab ipsa potestate eligendi , cum hæc oriatur ex mera voluntate , illa verò ex facto extrinseco iubentis eligi, *gloss. in dicta l. vltim. in verb. Potestatem C. de Codicill.*

107 Denique, vt † denegetur regressus, opus est rem integram esse desijsse; quod tunc intelligitur, quando per Electionem , siue optionem vnius subiecti, quæritur Ius cuipiam respectu alterius , vt est casus in dicta *l. Huiusmodi § Stichum*; Quo fit, vt si nihil alteri quæratur, cesset ratio hæc denegatiua regressus, *Aym. consil. 207. num. 3. Franc. Becc. in supraalleg. consil. 43 num. 43.* qui mouentur ex generali regula, quod etiam in ipsa Electione Ca-
108 nonica (proprio tamen nomine facta) permissa † sit variatio , antequàm per acceptationem Electi ei sit Ius quæsitum, ex doctrina *Abb. in cap. Accedens, sub num. 3 ad fin. vers. Nam si eligitur absens, de præbend.*

Quæ omnia, cessant in hac controuersia prosecutionis plurium præsentationum , cum nullibi iniecta sit necessitas hæc à Iure , nec detur terminus habilis propositæ scilicet, vel iussæ Electionis , aut Iuris interim alteri quæsiti.

Respectu autem alterius imaginis , non repetam ea quæ circa modos legitimos probandi patronatum exposui suprà *quæst. 7. ex num. 27. 34.*
109 *43 & 47.* Sed tantùm † breuiter hic explicabo , quando sit necessaria probatio plena secundum ea, quæ ibi tradidimus & quando sufficiat semiplena , & rursus quomodo quæ minus sufficiens est , possit adminiculari, seù coadiuuari. Et quoad primum facienda est conclusio , vt quemadmodum
110 domini † probatio , cùm de eo agitur incidentèr, sufficit semiplena , cùm verò principalitèr, exigitur plena , *Aym. consil. 137. ex num. 3. vers. sed præmissis, Seraph. decis. 832. num. 1.* ità in patronatu, sufficiat semiplena probatio si incidentèr, exigatur autem plena , si principalitèr de eo quæra-
111 tur, in hoc † enim dominium, & patronatus fraternizant, inquit *Cassad. decis. 2. sub num. 3. ad fin. vers. videntur enim, & num. 4. de probat.*
112 Tunc verò dicitur incidenter † de patronatu agi, si nemo libertatem Ecclesiæ sibi vindicet , veluti si simplicitèr tractetur de iustificatione gratiæ, vt post alios latè deducit *Mantic. decis. 244. num. 5.* vèl etiam, si agatur ad effectum præeminentiarum , vt in pluribus causis responsum fuit, quas refert Rota in *recentior. decis. 348. num. 2. par. 2.*
113 Quod procedit, etiam † si agatur de iustificatione clausulæ, *verificato Iurepatronatus coram Ordinario*, quæ consueuit apponi in literis Apostolicis, quando Papa mandat prouideri, tanquam de beneficio iurispatronatus; licèt enim ea clausula importet conditionem, *l. à testatore, de condit. & demonstr.* videaturque ideò plenè, & concludentèr iustificanda, *Alex. consil. 59. num. 18. lib. 2.* & pronunciauit Rota in *Lucana iurispatronatus 7. Iunij, & 1. Iulij 1585. coram Orano*, & in alijs relatis per *Mant. in compend. claus. 161.* nihilominùs id non obstiet , si simplicìter tractetur de iustificatione gratiæ , vt in Ius terminis est dicta *Mant. decis. 208. in princip. iuncto num. 1.*
114 Dicetur autem † de patronatu principaliter quæri, si extet contradictor, qui Ecclesiæ libertatem vindicet, siuè is sit Episcopus, siue prouisus ab eo, aut à Papa tanquàm de libero; hoc enim casu,
115 quia † vrget præsumptio pro libertate Ecclesiæ , *Innoc. in cap. cum venerabilis num. 9. de except. Abb. consil. 50. num. 3. lib. 2. Gig. cons. 48. num. 16. & consil. 49. num. 24 Dec. consil. 119. sub num. 1. vers. & ad hoc facit, Mant. decis. 360. num. 4. Seraph. decis. 1353. num. 2.* præcipuè si concurreret vltimus status idem *Seraph. decis. 1120. num. 1.*
116 Et simul concurrit qui eam alleget, quod † est necessarium secundum doctrinã *Bart. in l. si adulterium cum incestu num. 14. ad l. Iul. de adult. Bald. in l. alia num. 1. C. de his quib. vt indign. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst 48. nu. 2. & 3.*
117 Propter hanc incalescentem † præsumptionem, exigitur hoc casu plena , & concludens probatio, iuxta regulam *l. vlt. vbi Bart. num. 1. ff. de eo quod met. caus.* Curt. Iun. *in l. 1. num. 58. C qui admit. cum alleg. per* Menoch. *d. lib. 1. quæst 31. num. 8.*
118 *& 9.* & hanc † sententiam, sub hac distinctione , probauit Rota apud *Mantic. d. decis. 208. num. 1.*
119 Maximè, si contradictor † esset prouisus à Papa tanquàm de reseruato , tunc enim illa , quasi possessio (quæ aliàs si incidentèr de hoc ageretur, argueret proprietatem, *Seraph. d. decis. 832. num. 1.*) remanet infecta , & nullius considerationis, vt pluriès fuit decisum, *Rota decis. 222. num. 1. & decis. 224. num. 3. par. 1. recent.*
120 Et circumscripto effectu † reseruationis , hoc est quoque admittendum in alijs casibus, vbi vindicatur libertas Ecclesiæ , extra tamen manuten-
121 tionis articulum; licèt enim † præsumptio descendens ex quasi possessione seruitutis, potentior reputetur ea, quæ est pro libertate , ex traditis per *Cuman. in l. priusquam, num. 14. & 15. de oper. no nunc.* Menoch. *de præsumpt d. lib. 1. quæst. 29. num. 12. & de arbitr. cas. 473. num. 26.* id tamèn
122 intelligitur † respectu Rei, & possessoris in summarijssimo possessorio Retinendę, non autem respectu Actoris, inferentis ex tali possessione ad proprietatem, vt benè declarat *Cuman. vbi supra, & Menoch. de retinen. remed. 3. sub num. 33. vers. dissoluendus est nodus.*

Et hæc quidem, sine difficultate procedunt, cùm agitur de probando patronatu priuatorum ,
123 circa † quoad Sacrum Tridentinum Concilium *sess. 24. cap. 9.* nihil innouauit, *Gabr. consil. 192. num. 1 lib. 2.* cum multis congestis per *Gonzal.*

ad reg. de mensib. Gloss. 18. num. 54. cum seqq. Rot. in recent. decis. 374. num. 1. par. 2.

Quandoquidem, cùm tractatur de iurepatronatus, personæ in qua cadit præsumptio vsurpationis, (quales reputantur nedum domini temporales, & alij de quibus infrà, verum etiam quælibet
124 Vniuersitas, † & parochiani, *Put. decis. 55. n. 1. & 2. lib. 1. in nou. Achill. decis. 317. sub num. 5. vers. & quod cum vniuersitate,* & id ex mente Sacræ Congregationis firmatur apud *Reuerendissimum D. Coccin. decis. 25. n. 3.* hancquè sententiā iāmsæpiùs fuisse Canonizatā, dixerunt Domini in *Calaguritana iurispatronatus de Viana, 9. Maij 1616. coram bo. me. Remboldo*) Concilium, loco præallegato, inducit particularem formam probandi:
125 nequè enim contentatur quadragenaria, † sed exigit quinquagenariam, & qualificat illius probationem, vt constet per instrumenta authentica, absquè vlla interpolatione; Quo verò ad titulum præsumptum, non contentatur fama, vel alio æquipollenti, sed exigit immemorabilem, adeò vt horum concursus penitus sit de forma, *Reuerendissimus D. Coccin. d. decis. 25. num. 2. & 3.* & fuit latè comprobatum in *d. Calaguritana de Viana*, atquè ità cum his personis longè duriùs, quàm cum priuatis agitur, quod latissimè prosequitur *Gonzal. d. gloss. 18. ex num. 63.*

126 Et quamuis, si daretur alia probatio, † immemorabili æquipollens, per quam æquè elideretur vsurpationis præsumptio, illam sufficere reperiatur responsum apud *Seraph. decis. 1141. num. 9. & 10* tamèn vix est, vt hæc sententia obtineat, ex quo
127 immemorabilis requiritur pro forma, quæ † non potest per æquipollens adimpleri, *Dec. consil. 466. num. 19. Surd. consil. 318. sub num. 10. vers. adeo quod,* & propterea ex mente Sacræ Congregationis immemorabilem non posse suppleri hoc casu, fuit decisum apud *Reuerendissimum D. Coccin. d. decis. 25. nu. 2.*

128 Existimo nihilominùs, † posse sustentari priorem sententiam, si de pertinentia duntaxàt inter plures patronos, vel præsentatos ab eis quæstio sit; quo casu videtur relaxari rigor dicti decreti, vt aduertit *Franc. Zipa. in Analyt. lib. 3. de iur. patr. num. 6.*

Cæterùm, quoad terminum vsurpationis, quo
129 vtitur supradictum decretum, non † est dubium intelligi, proùt sumitur in iure, idest pro illicita, & temeraria occupatione, vt in *l. 2. C. de Colleg. illic. & in l. si is contra quem C. de edif. priuat.*
130 cuius duæ sunt coniecturæ, † siuè præsumptiones ex personarum qualitate deductæ, ad quas omnes aliæ reducibiles sunt.

Prior, est potentia personæ, quæ tanta supponatur, vt ex ea possit argui reuerentia, aùt concussio in eo, qui debuisset defendere libertatem Eccle-
131 siæ, quæ potentia † non solum æstimatur ex Iurisdictione, *Verall. decis. 128. num. 1. par. 2. Rota in recent. decis. 219. nu. 1. par. 1. & par. 2. decis. 412. num. 4. & decis. 421. num. 1. Mantic. decis. 89. num. 1. & 2.*

132 Sed etiam ex summa † nobilitate alicuius familiæ, *Seraph. decis. 952. num. 6.*

133 Ratio huius præsumptionis, † radicatur in quodam respectu Ordinarij, qui non fuerit ausus, Potenti contradicere, *Put. decis. 55. sub num. 2. vers. sed Dominus Marsicanus lib. 1.* æquiparātur enim ad effectum potentiæ huius, esse de magna aliqua parentela, & esse Dominum alicuius Oppidi, aùt Ciuitatis, vt pulchrè determinat *Bald. consil. 347. ad med. versic. nàm magna parentela, lib. 1.*

134 Hanc verò præsumptionem vsurpationis † ex huiusmodi potentia, minimè remouet sublimitas personæ, sed potiùs illam auget: Vndè Rota voluit, eam præualere, etiam in Iurepatronatus prætenso per Regem Aragoniæ, vt apud *Mohed. decis. 10. num. 1. & 2. de iu. patr.*

135 Altera, est rei inuerisimilitudo, quæ † semper præsefert quandam falsi imaginem, vt dicit *Bald. in l. 1. num. 16. C. de ser. fugit.* & qui regulam exornat, *Franc. Becc. consil. 52. num. 72. & 73.*

Quam inuerisimilitudinem, tùnc maximè deprehendimus, quando plures Parochiani, vèl familiæ, sibi hoc Ius vindicant; nequè enim fit verisimile, quod à principio plures familiæ diuersæ, ità cō-
136 uenerint, vt fundarent, † ædificarent, dotarentvè Ecclesiam, aùt beneficium aliquod, sed benè est verendum, nè potiùs illud occupando, ità præscribere tentauerint, *Butr. in supra alleg. cap. dilectus num. 13.* & ibi etiam *Barbat. itidem num. 13. de off. leg.*

137 Cessaret autem † hæc mala præsumptio, si constaret, eas omnes familias ab vno stipite descendisse, vt aduertit *Rota decis. 235. sub num. 5. vers. vltra quod in hoc casu, par. 2. in recent.*

138 Quemadmodùm etiam cessaret, † respectu personæ potentis, aùt alicuius Vniuersitatis habentis Iurisdictionem, quando ad Iuspatronatus, & eius exercitium cum illa concurreret aliquis priuatus: tùnc enim quià remota etiam persona potenti, vel aliàs suspecta de vsurpatione, nihilominùs Ecclesia minime remaneret libera, nō sumitur vsurpationis præsumptio, nequè est locus rigori dicti decreti, *Rota decis. 219. n. 2. par. 1. & decis. 154. sub nu. 7. vers. sed vlterius, vsque ad finem, par. 2. recent.*

139 Obtinet autem supradictum † decretum Concilij, etiam in possessorio, *Rota decis. 556. sub nu. 3. versic. consideratum etiam fuit, par. 2. in eisdem*
140 *recent.* nisi constaret, † post ipsum Concilium fuisse aliquem præsentatum, & præsentationem habuisse effectum, adhibita tamen causæ cognitione in ipsa institutione, *Zipa. vbi suprà nu. 5. Gonzal. d. glo. 18. num. 26. & 28.* Quippè aliæ confessiones, vel approbationes ordinariorum, minimè suffragarentur, *Rota in recent. decis. 154. nu. 8. par. 1.* præsumerentur enim adhùc per easdem artes extortæ; quæ fuit ratio, vt Concilium inficeret omnes concessiones, & possessiones, vt deducit *Rota ea. par. 1. decis. 658. num. 3.* nisi fortè implicarent necessariò causæ cognitionem, *Rota ea. par. 1. decis. 211. nu. 3.*

Quando verò, agitur de probatione in quouis gradu suo coadiuuanda per adminicula, nullum est eo efficacius, probationiquè ipsi propinquius,
141 quod sumitur † ex antiquis enunciatiuis; eæ enim habent

habent vim famæ, vt fuit decisum in *Iaeen. portionis 4. Maij 1601. coram Illustrissimo D. Cardinali Millino, in Tirasonen. Capellania 14. Decembris 1607. coram* Reuerendissimo *D. Pamphilio*, & in alijs, quas sequuta est Rota in *recent. decis.224.n.4.par.1.* Ea irrefragabili ratione, quod
142 non consueuerint Ordinarij † esse admodùm faciles in admittendis præsentationibus, nisi priùs sibi liqueat de Iurepatronatus, *Rota decis.11. sub num.1.vers.ratio,nàm ex quo de Iur.patr.in nou. & in recent.par.1.decis.13.n.1.Seraph.dec.1232. nu.2.Mantic.decis.150.nu.3.*

Quod adminiculum admittitur, siuè enunciatiuæ
143 huiusmodi appareant factæ in literis † institutionum tantùm, Rota *in eisdem recent. par. 1. decis. 518. num. 2. & 3. Seraph.decis.1305.num.3.* siuè in solis præsentationibus, quantumcunquè nō appareant effectuatæ, modò sint antiquæ, & in se inconcussæ, nullaquè ex parte debilitatæ; vt putà si possent separari à facto, & ab approbatione Ordi-
144 narij, vt in casu quo † prouisus Apostolicus tanquàm de libero, postmodum recognouisset aliquos in pattonos, vt apud Rotam *ea.par.1.recent. decis.333.num.3.& 4.* vel quando Ordinarius in enunciando patronatu, vsus fuisset termino potiùs sonante in negatiuam, quàm in affirmatiuam, vt putà si dixisset, *vt prætenditur*, ista enim loquutio potiùs negat, quàm affirmat, *Cas.de Grass.decis.176. aliàs 1.qui fil.sint legit.* & fuit dictum in vna Romana *domus 2.Martij 1598.coram Peregrino*: hoc enim casu enunciatiua hæc non esset considerabilis, vt in *Astoricen. beneficij 26. Iunij 1585.coram bo.me.Cardinali Pamphilio*; Nisi fortè relatum id esset, non ad existentiam Iurispatronatus, sed ad pertinentiam, vt fuit declaratum in suprà allegata *Tirasonen. Capellania 14. Decembris 1607. coram* Reuerendissimo *D. Pamphilio*.

Maximum quoquè esset adminiculum, si bene-
145 ficium esset † in Ecclesia patronata, alio enim non apparente, præsumetur eiusdem Iuris, *Fel.in cap. cum venerabilis.sub num.37.versic. Tu vide, de except.* Rota *decis.15.& 16.de iur. patr. in antiq. & in recent.par.2.decis.374.num.6.* Reuerendissimus D.Coccin.*decis.393.nu.1.*

146 Nèc leue esset, si pro † adminiculo afferretur armorū, siuè insignium familiæ pictura, vel affixio, *Anchar. consil. 113.num.4.* Ripa *in cap.cum Ecclesia Sutrina, nu.97. de caus.poss.& propr. Lambert.de iur.patr.lib.3.quæst.5.art.4.num.2.* Idem Reuerendissimus *D.Coccin.decis.230.num.1.Rota in recent.decis.13.sub num. 3. vers. & plurimum mouebant, par.1.*

147 Nequè enim talis armorum † appositio, consueuit fieri in re prorsùs aliena, *Io.de Anan.in consil.86.num.2.* & ponderat Rota apud *Seraph. decis. 1141. nu.7.*

148 Quod tamèn intelligitur, † nisi possit assignari alia ratio talis appositionis, vt declarat idem *D. Coccin.d.decis.230.in vers. & quamuis hæc conclusio.*

149 Paritèr, multum adminiculatur in hac † materia, memoria aliqua literis super hoc incisa in aliquo lapide antiquo, seù columna, iuxta *glo.in cap. cum causam in verb. per libros antiquos, versic. item si reperiatur, de probat.* & consuluit *Bald. cons.310.sub n.1.& per tot.lib.5.Ferrett.cons.298. num.9.Lambert.lib.2.par.2.quæst.10.art.9.nu.3. & 4.* cū adductis per Rotā *d.dec.374.n.7.* & apud *D.Coccin.d.decis.230.sub nu.1. vers.de inscriptione verò*, & apud *Seraph. d. decis.1141. nu.7.*

150 Quemadmodùm, & descriptio † in libro aliquo antiquo, iuxta doctrinam *glo. in præalleg.cap. cum causam in princ. Aym.cons.158.num.5.* Rota *d.decis.13.nu.3.Reuerendissimus D. Coccin. decis.174.num.1.*

151 Vrgeret etiam, tanquàm validum † adminiculum, si ex libris Visitationum appareret, beneficium fuisse visitatum tanquam de Iurepatronatus, idquè in eis enunciaretur, *Verall.decis.158. par.2.Rota d. decis.13.vers.& præsertim par.1.& decis. 360. num. 11.*

Nihil autem magis præstaret in hoc, quàm ali-
152 qua sententia ipsius Ordinarij, † quæ statum huiusmodi aliquandò canonizasset, vt in superiùs allegata *Tirasonen. Capellæ*, & censuit Rota in *recent.par.1.decis.413.sub num. 1. versic. & meritò.*

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus, incipit competere ex momento, quo quis se obligauit cum consensu Episcopi, fundare, & dotare beneficium.*
2 *Destinatio quando, & quomodo habeatur pro actu perfecto.*
3 *Fundus dotalis, constituitur ex die desponsationis.*
4 *Patronus, potest constituere procuratorem ad præsentandum, ante erectionem Beneficij.*
5 *Facere, aliud, & aliud promittere se facturum.*
6 *Destinatio, nihil operatur, respectu eorum quæ à facto pendent.*
7 *Potentia aliqua, attribui nequit non enti.*
8 *Iuspatronatus sibi vindicans, quia testator mandauerit Beneficium dotari, tenetur docere de adimplemento huiusmodi mandati.*
9 *Factum quod reperitur, præsumitur ab eo factum, qui facere tenebatur.*
10 *Consensus Ordinarij, præsumitur adhibitus in reseruatione iurispatronatus, ex diuturnitate temporis, & obseruantia.*
11 *Præterquàm, si prætendatur Iuspatronatus per personam in qua cadat præsumptio vsurpationis.*
12 *Dotis diminutio, imputatur Ecclesiæ, non autem fundatori.*
13 *Iuspatronatus, non amittitur ex diminutione dotis.*
14 *Item nèc si suppresso Beneficio, applicetur pro dote alicuius dignitatis in Cathedrali.*
15 *Iuspatronatus, extinguitur, si deuenerit ad ipsam Ecclesiam patronatam.*
16 *Iuspatronatus, non potest transferri per cessionem simoniacam.*
17 *Iuspatronatus, amittitur per simoniam.*

tur. Iuspatronatus, & quæ sit ratio.
81. *Felynus defensus contra Lambertinum.*
82 *Iurispatronatus non censetur derogatum in prouisione Apostolica, ex eo duntaxat, quod in ea sit facta mentio de Iurepatronatus.*
83 *Felynus defensus contra Couarruuias.*
84 *Permutatione Beneficij Iurispatronatus, ob contemptum Patroni declarata irrita, non competit regressus permutanti, sed Patronus præsentat, & præsentatus instituitur in pœnam ingratitudinis.*
85 *Secùs verò, si cesset huiusmodi contemptus.*
86 *Resignatio facta de Beneficio Iurispatronatus, sine consensu Patroni, est nulla, nequè abdicat ius à resignante.*
87 *Permutatione dissoluta, an liceat regredi ad Beneficia dimissa, sine nouo titulo.*
88 *Permutatio, inducit nouam vacationem.*
89 *Resignatione declarata nulla, id consequitur, per eam non fuisse abdicatum ius aliquod à resignante.*
90 *Titulus pro regressu ad beneficia permutata qui, & qualis exigatur, vbi permutatio est declarata nulla.*
91 *Sententia virtus, extenditur ad omnia necessaria consecutiua.*
92 *Licentia, sufficit pro regressu ad Beneficia permutata, vbi permutatio est declarata nulla.*
93 *Permutans beneficium reseruatum, cum beneficio Iurispatronatus, nihil agit.*
94 *Permutari prohibentur beneficia reseruata.*
95 *Et qui consequitur huiusmodi Beneficia, dicitur intrusus.*
96 *Nequè talis permutatio sustineri potest ex æquitate, de qua in cap. vn. de rer. permutat. in 6.*
97 *Et quæ sit ratio.*
98 *Permutatio de Beneficio reseruato, tenet in præiudicium permutantium, sed non in præiudicium Reseruationis.*
99 *Reseruatio inficit possessionem.*
100 *Tàm ciuilem, quàm naturalem, propter decretum irritans.*
101 *Permutatione declarata nulla, non datur regressus ad Beneficia permutata, nisi proponatur excusatio ex aliquo errore in facto, secus vero si in iure.*

QVÆSTIO XIV.

Supposito Patronatu; si prouideatur Beneficium, non adhibito consensu Patroni, an, & quando prouisio sit nulla ipso iure.



1 IN hac controuersia præsupponitur iurispatronatus existentia, & duratio; ideò hoc in primis est explicādū, à quo scilicet momēto incipiat, & qualitèr extinguatur: incipit † autē illicò vt quis de consensu Episcopi validè se obligauit fundare, construere, vel dotare beneficium, sub
reseruatione patronatus, etiam si adhuc id executioni minime demandatum sit, ità vt nec exindè possit pœnitere, sed valeat vrgeri ad implementum, quod post alios tradit *Lambert. lib. 1. par. 1. quæst. 4. art. 10. num. 4. & par. 2. quæst. 1. art. 21. num. 5.*
2 Destinatio enim illa † sub obligatione efficaci,
habetur pro actu perfecto, & consumato ad effectū consequendi priuilegia iuris; vt in simili dicitur
de fundo destinato in dotem, is enim etiā ante matrimonium, consequitur priuilegium fundi dotalis,
vt est textus in *l. 4. ff. de fund. dotal.* quod prouenit ex vi præcedētis despōsationis, atquè ità virtute
actus, ex solo destinantis contrario consensu, mi-
3 nimè resolubilis, vt † declarat *Fel. in cap. cum adeo sub num. 2. versic. ad idem facit de rescript.*
Id verò intelligitur, de acquisitione iurispatronatus adæquatè ad subiectum, vndè per hanc destinationem vtiquè iam dicetur patronus, nequè
locum, aùt prouinciam ipsius alter quivis occu-
4 pabit, poteritquè † ipse ex tunc constituere procuratorem ad præsentandum, vt resoluit *Rota decis. 530. num. 14. par. 1. recent.*
At, minimè patronatus exercitium habebit circa illos tres fructus, de quibus in superioribus
5 egimus, cum † enim aliud sit facere, & longè aliud promittere se facturum, *Glos. in l. seruus electione 5.*
6 *in princip. in verb. possumus, de leg. 1.* & in † his
quæ à facto pendent nihil operetur destinatio,
Abb. in cap. Maioribus, sub num. 5. ad fin. versic. in factis enim, de præbend. impossibile est, vt tale ius, quoad exercitium, dicatur quæsitum, nè
7 quando † videatur non enti attribui potentia aliqua, contra regulam *l. eius qui in prouincia, ff. si cert. pet.*
8 Vndè, si iuspatronatus vindicetur † per successorem eius, qui mandauit Capellam construi, vel dotari, catenùs ei suffragabitur mandatum illud, si doceatur de facto ipso constructionis, vel assignationis dotis, cum consensu Episcopi, *Mantic. decis. 360. num. 5. Seraph. decis. 952. num. 1. Rot. in recent. par. 1. decis. 381. num. 2. vers. tum quia non*
9 *constat de effectuatione*, licèt † in hac re admittatur præsumptiua probatio, videlicèt si id, quod pro implemento facti promissi, vel iussi desideratur, de facto appareat, præsumitur enim factum ab eo cui id facere incumbebat, iuxta *Abb. cons. 54. nu. 2. par. 1. Rot. decis. 598. n. 6. par. 1. diuers. & in recent. decis. 694. nu. 1. par. 2.* vbi aliæ allegantur, & fuit resolutum in vna *Vercellen. Capellaniæ 7. May 1601. coram Illustrissimo D. Cardinali Millino.*
10 Et præsumeretur † etiam consensus Ordinarij
adhibitus ex diuturnitate temporis, & obseruantia, iuxta celebre *Barbat. consil. 33. num. 2. lib. 2.* sæpè à Rota canonizatum, *Seraph. decis. 871. n. 3. Rot. in recent. par. 1. decis. 517. itidem num. 3.*
11 Quæ tamèn probatio præsumptiua, † minimè
in persona potenti admitteretur, quià nihilominùs semper vrget præsumptio vsurpationis, & non probationis factæ ad formam decreti Concilij, de qua in superiori quæst. egimus, & ità sæpè respondit Rota, vt apud *Mantic. decis. 257. nu. 4. & 5. &*
in

in recent. decis. 58. num. 4. par. 1. & clariùs apud Seraph. decis. 952. num. 8.

12 Extinguitur † autem (nisi ad tempus per fundatorem sit reseruatum) per accidens, vt putà quià destruatur substantia beneficij, non item si simplicitèr eius dos diminuatur, nusquàm enim diminutio ipsa fundatori imputatur, Rot. dec. 230.
13 num. 5. par. 1. diuers. & indè non † amitti patronatum, decidit Rot. in recent. par. 2. decis. 521. sub nu. 2. versic. ad effectum enim.

Et hoc idem esset, si applicaretur dos eadem pro dote alterius beneficij, vèl dignitatis, aùt Ca-
14 nonicatus in Ecclesia; nàm licèt extinguatur † beneficium per vnionem, vèl suppressionem, non tamen extinguitur iuspatronatus, sed transfertur ad beneficiũ, cui ea applicatio fit, Seraph. decis. 1444. num. 11. & fuit resolutum in vna Lancianen. Archipresbyteratus 2. Maij 1616. coram Buratto; quicquid sit, si fieret pro dote Prælati Ecclesiæ Cathedralis, refragante dispositione textus in cap. nobis de iur. patron.

Habet enim iuspatronatus perpetuam causam durationis ex traductione de persona in perso-
15 nam, nisi ea traductio impediatur, velutì cùm † iuspatronatus in ipsam Ecclesiam, seù capellam patronatam transmittitur, siuè iure hæreditario, Rot. decis. 756. num. 2. par. 2. in recent. siuè quouis alio titulo, Cardin. consil. 123. num. 3. & suprà etiam notauimus.

Vel nisi lex impediat ipsum transitum in odium
16 eius in quem transire deberet, veluti si † fuisset de eo facta cessio, aùt donatio sub aliqua conuentione simoniaca. propter quam non est dubiũ, non solum translationem impediri, cap. de iure, & cap præterea, de iur. patron. Abb. in c. veniens il primo num. 1. de testib. Roch. de iur. patron. in verb. & vtilis, ex num. 9.

17 Verùm etiam, † ius ipsum patronatus amitti, cap. quià Clerici, eod. tit. de iur. patron. Paul. de Cittad. de iur. patron. par. 9. sub n. 11. versic. quarto de communi, Roch. in verb. ipsi, vel ii num. 54. quos sequuta est Rota decis. 302. num. 4. par. 1. in recent.

Idemquè erit, si patronus esset lapsus in hęresim, aùt ipse in alium eo morbo affectum transtulisset;
18 Quippè † ex huiusmodi crimine nedùm redditur incapax iuris patronatus, sed si quod priùs habebat, illud amittit, etiam si ipse fuisset dotator, quià ob enormitatem sceleris, lex fingit illum incapacẽ vsque ab initio, Lambert. lib. 3. quæst. 8. art. 2. n. 4. Rot. in recent. par. 3. decis. 6. sub nu. 2. ad fin. vers.
19 & patronus, licèt † abiurata hæresi (si tamen restituatur in integrum) illud recuperet, vt voluit Archid. per eum textum in can. decernimus, num. 1. & ibi Bellam. num. 8. 16. quæst. 7.

20 Enimverò, † nisi restitueretur, ex sola abiuratione nõ recuperaret iuspatronatus, excepto casu, quo in specie non fuisset lata sententia super ipso articulo priuationis, aliàs secùs, vt benè distinguit Glos. in can. maximum, in verb. dignitate, 1. quæst. 7.

21 Paritèr idem est dicendum, si † patronatus ipse, in fiscum redigatur, siuè facta sit confiscatio omnium bonorum, & iurium per ipsum Iudicem Ecclesiasticum, siuè facta sit confiscatio generalis per Iudicem laicum, & particularis de ipso iurepatronatus per Ecclesiam, ex doctrina Ioannis de Imol. in Clement. pastoralis, nu. 71. & 72. de sent. & re iudic. Rot. decis. 53. num. 5. par. 1. in recent.

22 Si verò sit † gentilitius, adhùc durat, si supersit aliquis de gẽte, Rot. dec. 221. n. 3. eadẽ par. 3. rect.
23 hoc † enim casu, filij non dicuntur habere patronatum à Patre qui deliquit, sed à genere, & maioribus; nèc propterea eis præiudicat ea confiscatio, l. 3. de interd. & releg. Ign. in repet. l. necessarias §. non alias num. 457. ad S. C. Syllan. Molin. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 11. num. 2. Iul. Clar. in §. fin. quæst. 78. num. 8. & firmauit Rota apud Reuerendiss. D. Coccin. decis. 298. nu. 4.

24 Quod procedit, † etiam in crimine læsæ Maiestatis, vt latè ibi prosequitur eadem decisio ex num. 6. & latius decis. 351. per tot. præcipuè ex num. 7.

25 At, si confiscatio fiat † à Iudice laico tantùm, non leuis est controuersia, quam latè agitãt Roch. de iur. patron. in verb. ipse, vel ii ex num. 66. & Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 72. pro qua videntur distinguendi duo casus.

26 Prior est, quando † iuspatronatus est annexum alicui Castro, quod venit in confiscationem, & hoc quidem casu, concludendum est, ius istud tanquàm annexum Castro confiscato, transire in fiscum laicum ratione annexionis, quod admittebat Rot. in Agathen. iur. patron. impressa inter recent par. 1. decis. 53. num. 5. & per tot. & declarat etiam Re-
27 uerendissimus D. Coccin. decis. 232. nu. 1. & † ità est intelligenda Gloss. in can filijs, vel nepotibus, in verb. propinquis, ad fin. 16. q. 7. quæ dùm facit vim super Vniuersitate, vt debet intelligi de Vniuersitate, cui iuspatronatus sit annexum.

Secundus est, quando non adest huiusmodi annexio, adeò vt cesset necessitatis transitus vi annexi; & in hoc est simplicitèr negandum, patrona-
28 tum transire in fiscum laicum; nàm † quicquid voluerit Alexander in l. in Insula nu. 3. ff. solut. matr. cum alijs allegatis per Roch. loco superiùs
29 alleg. ista negatiua † sententia, nedùm est æquior, vt ipse Rochus fatetur, sed etiam est verior, quæ fuit Glos. in d. Clement. pastoralis, in verb. subiecta, & ibi Imol. n. 71. cum seq. de re iudic. Collectar. in cap. in quibusdam, sub n. 10. versic. sed nunquid de pœn. & in cap. vlt. sub num 4 versic. quid si patronus, de iur. patr. Mil. in verb. patronatus ius, Andreas Pomus, Rotæ Auditor, quem citat Roch. d. num. 78. ad fin. quos sequuta est Rota d. decis. 53. num. 5. & apud Reuerendissimum D. Coccin. d. decis. 232. sub num. 1. & decis. 298. num. 1. & plenè docet Card. in Clement. plures sub num. 8. ad fin. versic. item si fieret confiscatio, & secundùm eam, plenè consuluit Marcus Mantua consil 5. nu. 25.

30 An autem Ecclesia † hinc acquirat statum libertatis? & sit distinctio, aùt delictum pro quo est facta condemnatio, & confiscatio, est commissum in Ecclesiam; & tunc iuspatronatus rectè Ecclesiæ applicatur, etiam in præiudicium vocatorum, facta tamen declaratione ipsius delicti per Ecclesiam,

vt

vt rectè monet *Imol.in d. Clem.pastoralis nu.72.*
versic.sed si publicentur; aùt non est commissum
31 in † Ecclesiam; & tùnc non applicabitur Ecclesiæ,
sed pertinebit ad vocatos, & hùc tendunt latè de-
ducta per *Marc. Mant.d.cons.5.nu.25. & per tot.*
hancquè distinctionem, exemplo feudi, & emphy-
teusis latè probauit *Rot. apud Reuerendissimum*
D. Coccin. d.decis.232.num. 4. & in his terminis
32 potest sustineri, quod † dùm viuit delinquens, pos-
sit admitti fiscus ad præsentandum pro ipso, non
in præiudicium Ecclesiæ (vt existimauit *Socin.Sen.*
consil.51.sub nu.6.versic. & si dicatur lib.2. sub
quo temperamento transierunt *Roch. d.verb.ipse*
vel is, sub nu.68.ad fin.versic.vel dicemus, & Pe-
regr.eod.lib.5.tit.1.num.72. vers. tenendo istam)
sed in præiudicium vocatorum.
33 Quippè, defuncto † delinquente redit, iuspa-
tronatus ad vocatos, & si nullus extaret, Ecclesia
remaneret libera, *Archid.in can.considerandum*
num.1.16.quæst.7. aliàs sequerentur duo maxima
34 absurda, & quod Ecclesiæ † præcluderetur spes li-
bertatis, vt considerat *Card.in d.Clement.plures,*
nu.8. & quod eadem canonizaret sententiam lai-
ci in articulo priuationis iuris à se ipsa concessi,
35 & in † quo ideò prorsus deficiebat laici potestas,
Barbat.in cap.quanto sub num.17. ad fin. versic.
adde D. Antonium, iuncto num. 24. de iu-
dic.
Extinguitur etiã cũ ipso iurepatronatus ista facul
tas illud transferendi, ex legitima præscriptione
36 contrarij status libertatis; quamuis enim ex † sola
negligentia in nõ presentãdo (quicquid sit respectu
patronatus ex priuilegio, in quibus terminis, sunt
Mohed.decis.10.de iu patr. & Put.dec.7.eod.tit.
quas sequuta est Rota apud *Seraph.dec.1367.n.6.*)
37 idm † constituerimus, iuspatronatus de iure com-
muni competens nõ amitti, hoc eodẽ *lib.quæst.7.*
38 *ex nu.22.* nihilominùs † vbi datur formalis præ-
scriptio status contrarij, & quod appareant factæ
collationes, tanquàm de libero, sciente, & patien-
te patrono, vtiquè hinc patronatus amittitur,
quod admittit *Rota decis.613.num. 3. par. 1. re-*
39 *cent.* & sufficere tempus † quadraginta annorum,
iuxta regulam *cap. cùm de beneficio de preben.*
in 6. fuit decisum in *Salernitana Rectoria 22.*
Martij 1591.coram Cardinali Pamphilio, & in
d.Lancianen. Archipresbyteratus 2. Maij 1616.
coram Buratto.
40 Quapropter, remaneret † elisa præscriptionis
hæc deductio, si aùt prouisiones essent Apostolicæ,
Rot.decis.77.num.4.par.1. & decis.337.num.2.
41 *par.2.in eisdem recent.* Aut † appareret, patro-
num percepisse alios fructus iurispatronatus, aùt
in exhibitione honorificentiæ, vel in suffragio ali-
mentorum, *Mohed. d.decis.10.num.4. versic. sed*
in hoc casu de iur.patron.
42 Et consulitur etiam † absentibus, vel peregrè
profecturis, vt Procuratorem constituant, qui oc-
currente vacatione possit præsentare, secundum
ea, quæ exposuimus suprà hoc libro *quæst. 6. ex*
43 *num.10.* cuius mandati maxima est vis; † nàm
etiam si postea ignoretur, vbi sit patronus, ità vt
illius vita reuocetur in dubium, semper præualet
præsumptio vitæ, vsquè ad centum annos, iuxta
44 *Achill. decis.1. de probat.* Satis enim est †. osten-
di, eum vixisse tempore concessi mandati, vt vita
præsumatur, proùt in his terminis respondit Rota
in vna *Aurien. parochialis de Brues 8. Nouem-*
bris 1613.coram bo.me. Manzanedo, quæ postmo-
dùm fuit confirmata de anno 1615. vt in *recent.*
decis.726. num.3. par.2.
45 Quod si cuipiam † absenti hæreditas defera-
tur, nèc sciatur vbi sit; consulitur his quorum
interest, vt curent, authoritate Magistratus depu-
tari administratorem generalem omnium bono-
rum, & iurium hæreditariorum; Administrator
46 enim † præsentat, inquit *Gambar.de offic.leg.lib.4.*
Rubric.de potest.leg.in commendan. benef. num.
135. non secus, ac Tutor, *Lambert.de iur.patron.*
lib.2.par.1.quæst.9.art.9.& 10. vel etiam seque-
stratarius, *Felin.in cap. cum Bertoldus, num. 29.*
de sent.& re.iudic. Rot.decis.5.de elect.in antiq.
& fuit latè decisum, me scribente, in vna *Medio-*
lanen.Iurispatronatus 20.Februarij 1606.coram
47 *bo.me.Iusto*, in qua † fuit firmatum, per præsen-
tationem huiusmodi, factam per administratorem,
ità censeri consumptum ius præsentandi pro ea
vice, vt deinceps non attendatur præsentatio fa-
cta per ipsum principalem superuenientem; ea
48 viua ratione, quòd cùm † præsentatio sit in fru-
ctibus, *cap.Consultationibus de iur.patron.Glos.*
vlt.in cap.cum Bertoldus de re iudic. Rebuff. de
nomin. quæst.17 num.54. Rot.decis.7.de iur.pa-
tron.in nou. Cassad.decis.7.nu.15.de caus. posses.
& propriet. non possit administrator amittere
perceptionem huius fructus interim obuenienti hæ-
reditati, quam administrabat.
Posita autèm subsistentia, & duratione patro-
natus; pro resolutione propositi articuli expen-
49 dendus † est textus in *can. decernimus 32. 16.*
quæst.7. per quem decernitur, si Episcopus loci,
spretis fundatoribus, in Ecclesijs præsumpserit
Rectores ordinare, ordinationem irritam fore,
& ad verecundiam eiusdem Episcopi, alios ordi-
nandos, quos ipsi fundatores elegerint. Hoc ita-
què in primis statuendum est, Canonem illum esse
latæ, non autem ferendæ sententiæ, ex illis verbis,
ordinationem suam, irritam nouerit esse, siuè con-
50 sideretur † vis participij præteriti temporis, vel
præsentis, vt ex eo textu considerat *Hostien.in*
cap.extirpanda, sub n.9.versic.& secundum hunc
intellectũ, & ibi etiã *Ioan.Andr.sub n.11.de pre-*
ben. cũ infinitis cumulatis per *Tiraq.ad l.si unquã*
51 *in verb reuertatur, nu.32.* siuè † consideretur pro-
prietas illius vocis, *irritam*, prolatæ à lege, proùt
eandem considerat idem *Hostien.* per eũ textum
in cap.tua nuper, nu.2.ad fin. & Ioan.Andr.n.3.
vers.dicit enim Goffredus, de his, quæ fiunt à Prel.
sine consens. Capit. cum adductis per eundem *Ti-*
raq.loco precit.sub num 48.versic. & dictio, qui
52 licèt velit, etiam aliquando † eam vocem inflecti,
& exponi, *irritũ*, pro, *irritando*, atquè in terminis
illius decreti hoc ibi voluit expressè *Turre-*
crem. num. 10. nihilominùs, sensus hic non potest
suaderi contra vocis proprietatem ex qualitate
subiectæ materiæ, super quo puncto, aliàs qui-
dem-

dem maxima fuit inter Rotæ Auditores contro-
53 uersia; verum sententia hæc Bernardo de † Bo-
nuetto antiquarum decisionū collectori,& multis
aliis visa est verior, vt ipse attestatur *decis. 10. sub num. 4. versic. mihi tamen, & multis alijs, de iur. patron. in antiq. Et Bellam. in cap. cum olim sub num. 3. versic. a principaliter opponitur, de causis poss. & propriet.* ait, pridie quàm eam lecturam faceret, duos vel tres tantum ex Auditoribus contrarium censuisse sed cæteros omnes hanc sententiam approbasse,& aliàs tempore suo ità fuisse decisum.

Fundamentum huius sententiæ est spretus, & contemptus personæ, & iuris alterius, vt habet textus *præterit. in verbis*, ibi, *spretis eisdem fundatoribus*, vox †
54 enim illa, *spretis*, huius est energiæ, vt vilipendium significet, & contemptum, *l. litigatores in princip. ff. de recept. arbitr.* quod in eodem Canone geminatur ex alijs verbis, ibi, *præsumpserit Episcopus ordinare*; verbum enim † illud *præ-
55 sumpserit*, itidem inducit dolum, & temeritatem, vt explicat *Card. in Clem. 1. sub nu. 22. vers. contrarium consuluit, & priuileg. Nauarr. in manual cap. 27. num. 156 cum sequent.* & ponderauit Rota in vna *Aquen. irregularitatis 14. Maij 1607. coram Illustrissimo D. Cardinali Caualerio*, nec † est dubium, plurimum fore attendendum
56 concursum duplicis termini eiusdem potentiæ, quo vtitur textus prædictus, *Caphal. consil. 62. num. 40.*

Dato enim huiusmodi temerario contemptu,
57 & vilipendio personæ,& iuris alterius, quod † infert manifestam contumeliam, & iniuriam in personam, iuxta textum in *l. 1. in princip. versic. contumeliam autem ff. de iniur.* meritò actus declaratur irritus à principio, cum nequeat esse de ra-
58 tione legis quæ † est refrenatio peccatorum, *l. 2. ff. de legib.* vt sustineat actum iniurium, & contumeliosum, vel per momentum, in statu validitatis;
59 cum id † repugnet iuris principijs, *l. iustitia 10. versic. iuris præcepta ff. de iust. & iur. & iuris præ-
60 cepta inst. eod. tit.* & propterea cum † ad periciendum quemlibet actum humanum, non sufficiat voluntas, nisi etiam concurrat potestas, iuxta doctrinam *glo. 1. in l. si filia C. de donat. ante nupt. Soc. Iun. consil. 72. nu. 13 lib. 1. & consil. 153. nu. 16 lib. 2.* cum a ijs adductis per *Menoch. consil. 1. num 259.* actus hic perpetuò dicetur labora-
61 re defectu potestatis, cum quæ † contra bonos mores, vel honestatem fiunt, ea nec nos facere posse credatur *l. filius 15. versic. nam quæ facta ac. condit. inst. t. l. Aius 79. §. 1. de iur. dot. Menoch. consil. 90. num 41.*

62 Sperni autem † patronus,& in consequens hac in re cum eo contumeliosè agi tunc dicitur, quando, vel cùm posset commode vocari, non fuit vocatus vel vocatus non fuit expectatus, vel deniquè præsens, nō expulsus, aut obauditus fuit, secundùm *Hu. onem in eod. c. 20. decernimus*, cuius sententiam probarunt cæteri, præcipuè *Archid. n. 4. Bellam. num 9. & Turrecrem. itidem nu. 9.*

Ex his verò infertur ad distinctionem duorum casuum, quæ perpetuò in hac re facienda; prior est, cùm beneficium iurispatronatus vacat per obitum, aut per alium modum inuoluntarium, & confertur, siuè per Papam, siuè per Ordinarium tanquàm liberæ collationis;& hoc sanè casu quan-
63 documque † Patronus id resciuerit, & præsentauerit, mittendus erit præsentatus, neque intrusus poterit iuuari Regula de annali, aut de triennali, vt concludit *Gomes ad reg. de annal. quæst. 26. versic. secundus est casus, & ad reg. de trien.
64 quæst. 9 per tot.* interim † tamen erit in statu validitatis, cùm nulla lex, prouisionem illam irritet ipso iure, neque vrgeat ratio dicti *can. decernimus*, fundata super spretū; nàm si prouisio facta sit à Papa, hoc est clarum, ex traditis hoc libro *quæst. 10. num. 77.* si verò facta sit per Episcopum, multò minus, quia etiam in ipso data scientia iurispatronatus, cessat spretus, ex quo vacationi nullus se op-
65 ponit,& interim censetur † facta prouisio, sub ea conditione, si Patrono placuerit, *Rot. decis. 10. num. 5. de iur. patron. in antiq. Verall. decis. 189. num. 2. par. 3.* & diximus in superiori *lib. quæst. 34. num. 62.*

Alter est, quando beneficium vacat per resignationem, licet enim beneficia iurispatronatus sint
66 ex † eorum natura resignabilia non vocato patrono, *Caldcr. consil. vlt. de renunt. Mohed. decis. 6. num. 6. de iur. patron.* non sunt tamen conferibilia sine consensu patroni, ex superius deductis; ideò supposita resignatione, non simplici, sed facta ad fauorem corā Ordinario ex causa permutationis, prout fieri potest ex dispositione *tex. in cap. vn. de re. permut. in 6.* duplex occurrit dubitatio: Prior est, an non reclamante patrono, actus sit in statu validitatis, altera est, an resignatione ad patroni instantiam rescissa, is qui resignauit, recuperet beneficium resignatum.

67 Et sanè in primo articulo, † quamuis Ordinarius collator non possit cogere patronum ad consentiendum, secundum *Calder. consil. 2. sub num. 2 versic. item si electores, de rer. permut.*

68 Neque ex collatione † facta ex huiusmodi causa, videatur turbatus status patronorum existentiū in quasi possessione præsentandi, *Verall. decis. 134.
69 par. 1. & dec. s. 189. num. 1. par. 3.* cum † ad istum effectum exigatur actus spoliatiuus, *Calder. in con. sil. 15. versic. oportet ergo, & de iur. patronat.*
70 vel concursus † scientiæ, & patientiæ eorundem patronorum, *Dec consil. 226 sub num. 4. ad finem versic. ad quod etiam facit.*

Interim tamen, dùm Patronus non impugnat,
71 Doctores omnes conueniunt † eam esse in statu validitatis, ex quo semper est ratificabilis, ideoquè mero iure tenere; *Imol. in cap. vlt. nu. 31. de rer. permut. Prob ad Ioan. Monach. in rubr. num. 5. ad fin. eod. tit. in 6. Rochb. de iur. patron. in verb. honorificum nu. 8. versic. vbi attingunt*, & hanc sententiam (se tamen contradicente) Rotam tenuisse, scribit *Bellam. dec. 87. n. 1 iuncta dec. 179. Feder. de Sen. in tract. de benef. permut. quæst. 30. nu. 52.* quem sequitur *Rot. in nou. eod. tit. decis. 5. per tot.* & esse communem, testatur *Fel. in tract. quan. lit. Apost. prætud. patron. ampliat. 9.* multos addit *Couar. practic. quæst. cap. 36. num. 9. versic. tametsi frequen-*

frequentiori consensu, Put. decis. 402. num. 1. & ibi plena apostilla, lib. 1. Ferret. cons. 211. nu. 15.
vbi alios allegat, & fuit latè resolutum in *Gerun-
den permutationis, 5. Iulij 1595. coram Litta, re-
gistrata per Garz. de benef. par. 11. cap. 3. sub
num. 19.*
72 Et hanc sententiam puto † verissimam; nàm
licèt textus *in praallegato can. decernimus*, ir-
ritet ipso iure prouisionem, eam tamèn irritat
cum supposito spretus, & quod patronus eius cau-
sam prosequatur, sed non negat spretum illum esse
remissibilem, & actum ratificabilem, vt ex tunc
conualescat, fiatquè retrotractio ad principium,
73 pro quo † satis est non fuisse submotam spem ra-
tificationis, iuxta pulchram Theoricam *Bald. in
l. 1. sub nu. 11. ad med. versic. non obstat primum
C. si plur. vn sent.* proùt è conuerso non posset
74 fieri † hæc retrotractio, si Ordinarius prouidisset
iure deuoluto, ex inhabilitate extremorum con-
iungibilium, *Rot. in praecit. decis. 10. sub n. 4. vers.
in proposito, de iur. patr. in antiq.*
75 Erit ergò, Patrono reclamante, resignatio † ex
causa permutationis facta coram Ordinario, nulla
76 ipso Iure, ex dispositione *d. tex.* nisi † adhuc permu-
tantes ignorent patronatum, vt benè aduertit Ro-
ta in dicta *Gerunden. permutationis*, etiam si facta
77 in Curia sit, † quià adhùc semper vrget ratio con-
temptus, *Lap. alleg 96. nu 4.*
78 Quæ ratio procedit, etiãsi expresserint † benefi-
cium esse Iurispatronatus, quià aùt id expresse-
runt, apud Ordinarium in resignatione, ex causa
permutationis; & sanè, nulla est resignatio, quia cũ
Ordinarius non possit derogare Iuripatronatus,
in eo non potest aliud considerari, quàm contem-
ptus patronorum, cuius causa perpetuò irritat
actum ipso Iure, & in his terminis benè loquitur
*Calder. dicto consil. 2. sub num. 2. ad fin. de re-
rum permut.*
79 Aùt apud Papam; & † nisi Papa deroget, irrita
adhùc est prouisio, ex defectu voluntatis, cum
intelligatur facta sub conditione, si accedat con-
sensus patroni, *Dec. in superius alleg. consil. 126.
num. 4.*
At, hinc non impeditur ratificatio, non solum
in prouisione ità facta per Ordinariũ, sed & mul-
tò minùs in prouisione facta per Papam, in qua
80 hoc ampliùs concurrit, † quod propter expres-
sionem huiusmodi, cesset etiam ratio contemptus,
qui ideo non potest imputari Patronis exprimen-
tibus, nèc Papæ, qui non censetur alitèr voluisse
approbare permutationem, quàm si non reclama-
rent patroni, *Dec. dicto consil. 126. num. 4.* idquè
est, quod ex mente Rotæ in *dicta decis. 5. de rer.
permut. in nou. & Federic. de Sen. loco suprà al-
legato*, colligit *Felyn. in dicto tract. quand. liter.
Apost. praiud. Patro. in 9. ampliat* quem non satis
81 videtur † intellexisse Lambertinus, dicens se valdè
mirari de sua dominatione, *in sæpe cita. tracta. de
iurepat. lib. 2. par. 3 quæst 9. art. 12. num. 2.*
82 Enimveeò, Lambertinus proptereà † existima-
uit, eo ipso censeri derogatum per Papam iuripa-
tronatus, quod de eo fit facta mentio; in quo ma-
nifestè lapsus fuit, nequè enim id fuit de intentio-
ne Felyni, cuius ipse ideò doctrinam in deterio-
rem sensum accepit, quemadmodùm & *Couarr
83 d. cap. 36. num. 9.* vbi eum † reprehendit, qui di-
xerit valere permutationem, etiam non facta men-
tione iurispatronatus, quod certè nemo ex verbis
Felyni ibi colliget, nisi qui non calleat vsum fori
nostri, secundùm quem optimè loquutus fuit, &
cum hoc sensu, præmissaquè distinctione benè cõ-
ciliantur sententiæ, quæ hac in re per *Couarr. vbi
supra*, & per *Garz. d. par. 11. cap. 3.* tanquam
contrariæ proponuntur.
Ex his autem, consequitur facillima resolutio
84 alterius articuli: Si quidèm cùm † resignatio est
ipso iure nulla ob contemptum patronorum, pro-
culdubiò Resignans non reuertitur ad beneficium
resignatum, sed poterit Patronus liberè alium
præsentare, qui instituatur in pœnam ingratitudi-
nis resignantis, siuè permutantis, quod clarè do-
cuit *Gemin. in cap. nemo deinceps sub num. 11,
versic. & hae dicit vera, de elect. in 6.*
85 Vbi verò non est ipso † iure nulla, sed venit an-
nullanda, quià Resignans, vel permutans ignora-
uerit patronatum, & in summa non possit illi ad-
scribi ingratitudo, tùnc cassata resignatione, pote-
rit Resignans ad suum beneficium reuerti, *Butr.
in eo. cap. nemo deinceps nu. 10 versic sin autem
ignorabat, de elect. in 6.* & hanc distinctionem pro-
bauit Rota in *praalleg. Gerunden. permutationis*,
86 atquè ità debent † intelligi, quæ passim possunt
occurrere, & doctrinæ, & decisiones, quæ habent,
data nullitate resignationis beneficij, ex hoc capi-
te quià sit de Iurepatronatus, ius à resignante non
abdicari, *Rota decis. 4 num 1. par. 2 in recent.*
87 Vndè frustratoria ea est indago, an † in casu
permutationis ex hac causa dissolutæ, in permu-
tantibus, pro regressu ad eorum beneficia, exiga-
88 tur nouus titulus; quamuis enim ex † permuta-
tione detur noua vacatio, vt contra *Io. Monach.
in cap. vn. num. 7. de re. permutat in 6.* disputat
ibi *Prob. ex num. 14.* & tenet Rota in *nou. decis. 1.
num. 4. & 5. versic. Quibus non obstantibus, eod.
tit. & in antiq. decis. 7.*
89 Tamèn ea † vacatione declarara nulla, id etiam
consequitur, nullum per eam fuisse Ius abdicatum
à resignante, vsque à principio, vi tacitæ conditio-
nis, *l. nec vtilem ff. quib. ex caus. maior. l. Qui ab-
senti, ff. de acquir. poss. Cassador. decis. 3. num. 1. de
renunc. Caputaquen. decis. 84. num. 2. & 9. & de-
cis. 86. num. 3. par. 3. Put. decis. 511. num. 1. lib. 2.
& 158. num. 1. lib. 3. Faris. alios referens, de re-
sign. benefic. lib. 1. quæst. 3. num. 47. Gregor. de-
cis. 159. num. 6.* Et hoc est, quod in terminis huius
articuli, clarè determinat *Ioann. Andr. in eod.
cap. vnic sub num. 3.* qui sic ibi expendit doctri-
nam *Ioannis Monachi nu. 7.*
Et ità intelligendus est Probus eodem loco
90 *num. 14.* qui videtur † velle, necessarium esse titu-
lum; vt scilicèt locutus fuerit non de titulo aliquo
collatiuo, seù nouo, sed de titulo resultante ex ip-
sa sententia declaratoria, super nullitate permuta-
tionis; illa enim implicat licentiam Superioris,
quod liceat permutantibus regredi ad Beneficia
91 dimissa; vis † enim sententiæ, extenditur ad om-
nia

nia necessaria consecutiua, *Bald.in l. Qui non probasse,num.1.C.de Calumniator.Dec.consil.43. num.3 & 4. Surd.decis.261.num.6.* Et ità vide-
92 tur † se ipsum explicare *Probus vbi supra, sub num.20.* dùm expresśè vult, pro huiusmodi titulo sufficere licentiam Superioris.

93 Quemadmodùm autem, † in his permutationibus, quæ fiunt de Beneficijs Iurispatronatus cū Beneficijs liberę collationis, plerunquè nitūtur ingratissimi homines, toto iure indignante, præiudicium inferre Patronis à quibus fuerunt præsentati, ità etiam nituntur quandoque ij, qui à Sede Apostolica honorati sunt, ipsi Sedi, respectu reseruationum, præiudicare, velùti quandò obtinens Beneficium liberæ collationis, quod tamen est affectum, seù reseruatum, illud permutat coram Ordinario cum Beneficio Iurispatronatus laicorum, consensu patronorum adhibito; quod scit esse expers cuiuscunquè reseruationis, vt iàm sæpè diximus; Vndè huiusmodi quoquè permutatio est nul-
94 la, & irrita; Tùm quia Beneficia reseruata † coram Ordinarijs permutari prohibentur, per *extrauag. execrabilis, §. Quæ omnia, de præben. Franch.in cap.vnic.sub num.5.versic.Nisi reseruatio, de rerum permut. Vitalin in Clem.1.n.66. eo.tit.Felin.in cap.In nostra, sub num. 12. versic.*
95 *Et ex hoc consuluit de rescript.* vbi ait, † recipientem tale Beneficium verè, ac propriè esse intrusum, & idem tradunt, *Socin in cap.sicut vnire, num.19 de conceß. præben.Lap.alleg.26.num.2. Mandos.* qui post alios testatur de communi, *ad reg.1.quæst 13.num 4. Mantica de tacit. & ambig.lib 25.tit.9. num.12. Garz. de benef.par.11. cap.2.num 82.Calderin.consil.3 per tot.de rerum*
96 *permutat.* vbi † videtur tacitè reprobare illud confictæ æquitatis velamen, quod aliqui deducunt ex *text.in cap.vnic. de rer. permut. in 6.* quod tamèn clariùs reiecit Rota in *nou.eod.tit.decis. 1. num 6.* & hanc eandem sententiam firmat *Put.decis.225.in princ.lib.1.* vbi alios allegat.

Tùm quià id videtur attentari in fraudem reseruationis, vndè etiam cessat dictæ æquitatis ra-
97 tio quæ † se minimè compatitur cum fraude legis, cui ipsa è diametro repugnat, *l. non dubium C.*
98 *de legib. Menoch.consil.285.num.38.* atquè † ità tenet quidem resignatio, vt noceat ipsis permutantibus, idest, vt ex momento factę dimissionis vacēt beneficia resignata, secundùm *Adden.ad dec.1. ad fin.de rer.permut in nou.* Secùs verò, vt noceat alijs in præiudiciū reseruationis, *l. sicut æquū 37. cum seq. de actio. emp. cum simil. Rota de rer. permut.in antiq.decis.16 sub nu.7. ad fin. versic. Nec obstat decretalis.*

Quapropter, si permutans moriatur, Beneficiū nō intelligitur vacare per illius obitū, sed per resignationē, cùm prior vacatio, impediat sequentē, nequè sit considerabilis possessio cōpermutantis,
99 cum ea † sit infecta propter Decretum irritans appositum in dicta *extrauag. Rota decis. 3. de rest. spoliat. in nou.* cum alijs adductis per *Reuerendissimum D.Coccinum decis.51.num.2.& 3.*
100 Nequè enim fieri potest, † vt is cum quo facta est permutatio, dicatur possidere, aùt ciuilitèr, aùt naturalitèr, propter dictum Decretum, *Bisignett. decis.1.num.6. de restit.spoliat. Ferret. consil. 3. num.18.*

101 Et hoc casu non † datur regressus ad Beneficia permutata, propter dolum, & fraudem, à qua non possunt saluari prætextu ignorantiæ Iuris, quamuis admittatur excusatio ob aliquem probabilem errorem facti, vt distinguit *Federic. de Senis consil.112.sub num.3.versic.Quæro secundo,* velùti in casu *decis.917.diuerso.par.3.lib. 3.* & sic circumscripto casu huius legitimæ excusationis, stat contra sic Resignantem, Regula qua dicimus, fraudem suam nemini prodesse debere, *l.si ab hostibus §.1. ff.solut.matr.l.ità demum, ff.de arbitr.l.verum §. tempus, ff.pro soc.l.sed & si,§.planè ad finem ff.ad exhiben.Tiraq.de retract.consanguineo.§.1.glo.9. n.67.Decia.cons. 4.n.33. lib.1.* nequè legem vllo modo fraudi vnquàm assistere, *l. si sponsus,§.circa, de donat.inter vir.& vxo.Surd.consil.382.n.54. & 63.*

Quapropter, etiam in permutationibus, quæ fiunt in manibus Papæ, si beneficium sit Iurispatronatus laicorum, vt ideo necessaria sit derogatio in totum, non alitèr datur huiusmodi derogatio, quàm sub hac Clausula exclusiua cuiuscūquè doli, & fraudis, videlicèt *attenta permutatione huiusmodi, quatenus vera, & Canonica existat,* quę est verificāda, vt censuit Rota *in Burgi Sancti Sepulchri beneficij 4.Iulij 1625.coram R.P.D. Merlino.*

Et hæc quidem pauca, currenti calamo scripsisse, satis est in hac materia Iurispatronatus vastissima, & latissima; non quià existimem, eam intra has angustias posse concludi, sed quià arbitrer, Tyrones ex his faciliùs posse multa intelligere, quę per Rochum de Curte, & Cæsarem Lambettinum priùs tradita fuerunt, & per nos etiam, vt sese obtulerit occasio, in sequentibus dicentur, quæ sine hac methodica explicatione vix benè, & sine aliquo æquiuoco, percipi valēt: Nequè ideò hùc omnia contraxi, quæ integrum exigerent volumen, præcipuè cùm propediè expectetur opus egregiū D. Iuliani Viuiani Decani Pisani, cui ipse titulum fecit, Praxis de Iure patronatus, in quod omnia congessit, quæ vsquè in hanc diem per Rotam in hac ipsa materia discussa fuerunt.

Iamquè ad alia properamus, quæ, vt plurimum sunt affinia Iurispatronatus, ità sæpiùs nos cogent ad eandem materiam, quasi analecta, redire.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi ius, nominationibus, & reseruationibus ferè exhaustum.*
2 *Electionis tractatio, secundùm aliquos, recessit ab aula.*
3 *Electionis materia, quæ pertinet ad Regulares, per quos nouitèr excussa.*
4 *Eligere, quid.*
5 *Eligere, in iure ciuili, sumitur pro iudicio, quod apud Rhetores, diuinationis dicitur.*
6 Eligere, *vox, quomodò sumatur.*
7 *Nominatio, quid significet in iure.*

8 *Electio*

8 *Electio, in stricta significatione, quid sit.*
9 *Nominatio triplici ex fonte oritur.*
10 *Præsentatio facta per Patronum, quando resolua- tur in simplicem nominationem.*
11 *Nominandi ius, qualitèr efformetur ex iurepa- tronatus competentis alicui Vniuersitati.*
12 *Nominatio Patronorum, præsentationi praam- bula, dicitur electio, sed impropriè.*
13 *Nominatio Parochianorum facta Capitulo, de pluribus præsentandis coram habente instituere, habetur pro actu distincto ab ipsa præsen- tatione.*
14 *Nominandi ius competens parochianis, an rapiat in se iuspatronatus, siuè præsentandi.*
15 *Patronus intelligitur, qui habet Ius præsentandi liberum.*
16 *Electionis necessaria facultas, non est beneficium propriæ liberalitatis.*
17 *Expectatiua ad Beneficium competens tali colla- tori, non comprehendit Beneficia, quæ tenetur conferre de consilio, vel consensu alterius.*
18 *Et idem dicitur de Beneficio ad præsentationem cum simili consilio, aut consensu, reprobata de- cis. Bisignet. 2. de concess. praben.*
19 *Nominanti, iure, & vice aliena, non competit ius- patronatus, etiamsi debeat ex necessitate præsen. tari vnus ex nominatis.*
20 *Deputatorum ab Vniuersitate factum, reputatur factum ipsius Vniuersitatis.*
21 *Præsentationis actus, arguit pertinentiam Iuris- patronatus in præsentante.*
22 *Euentus, formatur à primordio tituli.*
23 *Originalis causa, perpetuò est attendenda.*
24 *Necessarium non reputatur, quod sumit initium à contractu, licèt posteà, necessarium dicatur.*
25 *Consilium Ciuitatis, perpetuò repræsentat Ciui- tatem ipsam, cuius vices gerit.*
26 *Nominatio quænam oriatur ex iure eligendi.*
27 *Nominationis circa ius eligendi, tres species.*
28 *Nominatio, quæ fit in scrutinio, quando, & qua- le ius tribuat nominato.*
29 *Variatio suffragiorum, nullatinus permissa post publicationem scrutinij.*
30 *Nominationis ex indulto Apostolico, duplex species.*
31 *Nominandi facultas ad Prælaturas sui Regni concessa Regi Christianissimo ex indulto Apo- stolico.*
32 *Nominatio ad Prælaturas, intra quod tempus fie- ri debeat.*
33 *Nominandi ius, indultum Academijs, quale, & quibus Vniuersitatibus concessum, quaquè ra- tione.*
34 *Nominato per Vniuersitatem, vbi sit contradictio, tenetur ipse iustificare nominationem.*
35 *Expectans Pauper, secundum antiquam formam, non tenebatur probare valorem, & quænam ea esset forma.*
36 *Secus verò expectans secundum posteriorem formam.*
37 *Nominatus, perpetuò tenetur iustificare nomi- nationem, ad cuius executionem agit.*
38 *Valor Canonicatuum Germaniæ, non consueuit exprimi in Curia, nisi in 24. ducatis, per non excessum.*
39 *Et quæ sit ratio.*
40 *Nominato, cui incumbit onus iustificandi valo- rem, non suffragatur confessio prouisi Aposto- lici.*
41 *Confessio ad vnum finem, non præiudicat confi- tenti, respectu alterius.*
42 *Nominatus, qui cessit, aùt Beneficio, aùt nomina- tioni, efficitur inhabilis ad nouam nominatio- nem, ex Constitutione Gregorij XIII.*
43 *Nominatus, qui est Reus & possessor, non tene- tur ad aliquam iustificationem.*
44 Smutitio *apud Milites Hierosolymitanos, idem est quod nominatio.*
45 *Et exigit petitionem, siuè oppositionem.*
46 *Expectatiua concedi consueta per Magnum Ma- gistrum Religionis Hierosolymitanæ, quod- nam ius tribuat.*
47 *Antiquiores, præferuntur in adeptione Dignita- tum.*
48 *Prælatio in nominationibus, siuè smutitionibus militaribus S. Ioannis Hierosolymitani, inni- titur soli antianitati, non etiam maiori meren- tia, præterquam in dignitatibus conuentuali- bus.*
49 *Debitores communis ærarij in Religione Hiero- solymitana, sunt incapaces dignitatum, & com- mendarum vacantium.*
50 *Smutire volentes milites in religione Hierosoly- mitana, quælitèr doceant se non esse debitores communis ærarij.*
51 *Officialibus adhibetur fides circa ea, quæ pertinent ad eorum officium.*
52 *Diligentia, sæpe numero non iustificant nega- tiuam.*
53 *Scripturæ contrariæ sibi ad inuicem fidem abro- gant.*
54 *Obiectum dans, etiam in negatiua consistens, tene- tur probare.*
55 *Solutionem negans, non tenetur negatiuam pro- bare.*
56 *Et quomodo hoc procedat.*
57 *Negatiua consistens in iure opponentis, quando sit per ipsum iustificanda.*
58 *Solutionem collectæ, qui factam negat, vt iuxta statutum actor non audiatur, negatiuam hanc probare debet.*
59 *Obligatio de qua constat, durare præsumitur.*
60 *Obligatio tollitur, aùt naturalitèr, aùt ciuili- tèr.*
61 *Debito erga commune ærarium obiecto militi Hie- rosolymitano in actu smutitionis, eoquè pro- bato, tenetur ipse probare liberationem ante smutitionem.*
62 *Obiectiua materia, non admittit probationes præ- sumptiuas.*
63 *Obiectiua materia, merè non reputatur, quæ im- plicat ius dantis.*
64 *Probatio præsumptiua, non reijcitur etiam in ma- teria obiectiua, quæ implicat ius dantis.*
65 *Solutio omnis non parit liberationem.*
66 *Delegatio, vt pariat liberationē, qualis esse debeat.*

67 *Receptorum listis, & relationibus transmissis in Conuentum Religionis Hierosolymitanæ, optimè probatur debitum cuiusque Religiosi erga Conuentum.*
68 *Debitum, qualitèr constituatur liquidum.*
69 *Smutitio in Religione Hierosolymitana, in qua plures quam uno se ad inuicem protrudunt tanquàm incapaces, quomodo reguletur.*
70 *Successor legitimus, non habetur qui est remotior in gradu, quandiu adest proximior qui capax sit.*
71 *Hæres secundo loco scriptus, non admittitur, quandiu extat hæres primo loco scriptus.*
72 *Capacitas superueniens, dùm lis pendet super smutitione, siuè nominatione ad dignitatem militarem, quo casu suffragetur.*
73 *Posterior in gradu, tunc demum admittitur ad succedendum, excluso eo qui est in priori, prætextu incapacitatis, vbi incapacitas est irreuocabilis.*
74 *Adeundi hæreditatem tempus, perpetuum est.*
75 *Capacitas superueniens in hærede, sufficit de tépore aditionis hæreditatis, dummodò res sit integra.*
76 *Et quando dicatur ad hunc effectum res integra.*
77 *Statutum Religionis Hierosolymitanæ, quo debitor communis ærarij, repellitur à smutitione, etiamsi postmodum, debitum soluatur, quomodò intelligatur.*
78 *Casus à statuto non decisus, determinari debet secundum constitutionem iuris communis.*
79 *Remissoria, non datur ad probandam obseruantiam contrariam interpretationi factæ per Rotam.*
80 *Miles Hierosolymitanus, non redditur incapax dignitatum, & commendarum suæ religionis, ex morbo caduco, siuè Epilepsia.*
81 *Epilepsia morbus, infert irregularitatem.*
82 *Respectu tamen beneficiorum, quæ habent Ordinem annexum, cuius propterea impeditur administratio.*
83 *Mutilatio, vel aliud vitium corporis non infert irregularitatem, nisi respectu Beneficiorum habentium Ordinem annexum, cui ideò impeditur persona deseruire.*
84 *Smutitio, non permittitur extraneo à Lingua Portugalliæ.*
85 *Hierosolymitanæ* Religionis *Præceptoria, sunt sub libera dispositione Magni Magistri.*
86 *Pragmatica, & Constitutiones laicorum non afficiunt personas Religiosas, & earum bona.*
87 *Milites Hierosolymitani, sunt verè Religiosi.*
88 *Decreto irritanti, apposito in Constitutione Papæ, solus ipse Papa potest derogare.*



QVÆSTIO XV.

Eligere quid? & quatenùs Nominationem significat, qualitèr hæc constituatur.



HACTENVS de iure patronatus, prout est causa eludendi potestatem Episcopi in prouidendo de beneficijs, nunc ergò dicendum est de iure eligendi, quod æquè eandem potestatem imminuit, vt præmisimus hoc libro *q.2. num.56.*

1 Et quamuis hodiè videatur cùm † nominationibus, tùm reseruationibus ferè vbiquè exhaustum, *Dec. in cap.1. ex num. 10. de elect.* adeò, vt
2 censeatur titulus † ille ab aula recessisse, vt loquitur *Lambert. de iur. patron. lib.2. par. 1. quæst.7. art 20. num.8.* & aduertunt *Mandos. ad reg.2. in præfat. n.3. & Garz. de benef. par.4. cap.1. nu. 11.*
3 & quod† inter Monachos, Regularesquè viget ius eligédi, satis excussii videatur per viros egregios, præcipuè modernos, *P. Lucam Castellinũ Ordinis Prædicatorum, de electione Canonica, & P. Sigismundum à Bononia, Ordinis Capuccinorum, de elect. & potest. Prælat regul.*

Nihilominùs, non erit nobis ex toto eadem tractatio transmittenda, nè videatur in aliqua parte opus nostrum dehiscere: Id autẽ, quàm maxima poterimus, breuitate præstabimus, vtiliora duntaxàt percurrendo, & quæ fori vsui frequentiùs occurrere possunt.

4 Est autem † Eligere, (quantum pertinet ad materiam subiectam) actus voluntarius, quo dijudicantur, expenduntur què mores, vndè Virtuti familiarissima est, perpetuoquè ideò illi aduersantur ira, & cupiditas, vt elegantèr explicat *Arist. Ethicor. lib.3. cap.2.* Vndè Vlpianus in *l. interest 5. de liber. caus.* ait, *Prætoris partes interponendæ sunt, vt eligat quem potissimum in hoc esse existimet,* & in *l. si plures, 16. de accusat. Iudex* (inquit) *eligere debet eum qui accuset, causa scilicet cognita, æstimatis accusatorum personis, de dignitate, vel ex eo quod interest, vel ætate, vel moribus, vel alia iusta de causa.* Sic etiam Paulus in *l.2. de popul. act. si plures* (ait) *simul agant populari actione,*
5 *Prætor eligat idoneiorem,* quod † pertinet ad iudicium (sic Rethores vocant) diiudicationis, vt benè aduertit *Cuiac. in l. spectosas, 100. de verb. signif.*
6 Sumitur autem † vox ista, prout est analoga, largè & strictè: Et quidem largè sumpto vocabulo, significat nominationem: Est enim Nominatio
7 electio † quædam, siuè euocatio de persona magis idonea, vt probat *tex in l.2. §. si eo tempore, ff. de administrat. rerum ad Ciuit. pertin.* hinc nominari magistratum dicimus, in *l. Imperator 11. ad municip. iuncta l. quid ergo, ibi, qui non idoneum nominauit, eod. tit. & in l. fauertèr 14. de excus. tut.* strictè † autem significat legitimum
8 actum Ecclesiæ, quo, in eius vel Prælaturã, vel Consortium

fortium idonea persona destinatur, vt colligitur
ex *c. 1. de elect.* & est ex mente *Goffr.* quem refert
Tholos. Syntagm. iur. lib. 17. cap. ea. num. 18. de
vtraquè igitur breuitèr dicendum.
9 Nominatio ergò est triplex, † proùt triplici ex
fonte deducitur: & quidem prior, oritur ex ip-
so iurepatronatus, de quo in superioribus est
actum; quandoquidem illi est perpetuò inclusa:
10 nàm si patronus † præsentet in absentia habentis
instituere, actus ille dicitur nominatio simplex,
nequè ante sortitur vim præsentationis, quàm si
præsentatus, se ipsum coram habente instituere,
præsentet cum instrumento præsentationis, ne-
què interim ei ex huiusmodi actu simplicis no-
minationis ius aliquod censetur acquisitum, secun-
dum ea quæ scripsimus hoc libro *quæst. 6. ex
num. 35.*
11 Ex hac autem facultate † nominandi iuripa-
tronatus implicita, innectum est ius aliud nomi-
nandi, magis formatum, cùm videlicet patronatus
ipse pertinet ad Parochianos, aùt Vniuersitatem
aliquam, quæ minus commodè conuenire possit, ij
enim consueuerunt aliquos deputare, qui nomi-
nent, vel vnam, vel plures personas, quæ postmo-
dum præsententur habenti instituere. Porrò hic
12 actus † nominandi, manet distinctus ab ipso actu
præsentationis, & hac ratione dicitur electio, quā-
uis minus propriè, vt considerat *Abb. in cap. 2. n. 3.
versic. sed pro tanto, & in cap. nobis, 25. num. 4.
de iur. patron. Lambert. in eod. tract. de iur. pa-
tron. lib. 2. par. 1. quæst. 1. art. 4. num. 2. & 3.* & fuit
dictum in vna *Pampilonen. de Sanguessa 24. No-
uembris 1608. coram Reuerendissimo D. Attre-
baten.*
13 Vel, aliter etiam † consueuerunt ijdem Paro-
chiani nominare coram alijs, puta coram Capitu-
lo, & Capitulum mox consueuit nominatum, aùt
nominatos præsentare coram Episcopo habente
instituere, vnde & hic actus, semper est distin-
ctus ab ipso actu præsentationis, proùt latè expli
cat *Collect. in cap. cum dilectus, sub num. 2. versic.
quid de quæstione, eod. tit. de iur. patron. & in
cap. 1. ex num. 30 de reg. iur.*
14 Vndè his casibus, non inutilitèr quæritur † verū
ius istud nominandi rapiat in se ius patronatus, ad
effectum, vt patronatus dicatur esse penes ipsum
nominantem, qua in re constituendi sunt duo casus.
15 Prior est, quando is, qui † nominat, iure suo no-
minat, non vice, aut mandato alterius, ità ut, qui
præsentat non habeat actum præsentationis libe-
ræ, sed teneatur ex necessitate præsentare nomi-
natum, seù nominatos; & hoc casu illa nominatio
rapit in se totum ius præsentandi, nequè qui præ-
sentat intelligitur patronus, sed executor patroni,
& hoc est, quod docuit *Collect. in d. cap. cum dile-
ctus, sub dict. nu. 2. versic. quod benè concederem,
de iur. patron. & in præcit. cap. 1. sub num. 30. de
regul. iur.* vbi quod congregatis Auditoribus, &
Doctoribus in Curia, fuerunt omnes in hac opi-
nione, & ità fuit iudicatum, quod etiam probauit
Gambar. de off. & potest. leg. lib. 3. num. 398. &
censuit Rota in vna *Ilerden portionis, 11. Decem-
bris 1613. coram bo. me. Buratto.*

16 Non enim facultas † necessariæ electionis, pro-
priæ liberalitatis beneficium est, inquit Papinia-
nus in *l. vnum ex familia, 69 §. si de falcidia, vers.
non enim de leg. 2.* Quapropter nèc vbi Episco-
17 pus, vel alius † collator, tenetur conferre de con-
silio, vel consensu alterius, collatio, vtcunquè sua
possit dici, non tamen est libera, nequè si cuipiam
concedatur expectatiua ad beneficium talis colla-
toris, sub ea comprehendetur beneficium huius-
modi, vt hac eadem ratione concludit *Collect.
18 in d. cap. 1. num. 32. de reg. iur.* quod etiam † di-
citur de beneficio spectante ad præsentationem
Abbatis, de simili tamen consilio, aùt consensu alte-
rius, vt reprobata *Bisignetti dec. 2. de concess. præ-
ben.* tenuit Rota apud *Pute.* vt refert *Gonzal. ad
reg. de mensib. glo. 45. num. 32.*
19 Alter est casus, quādo † is qui nominat, nō nomi-
nat Iure suo, sed iure alieno, alienaq. vice, veluti cū
Deputati ab Vniuersitate nominant, & nihilomi-
nùs Vniuersitas, quæ tenetur ex propria promissio-
ne, & Iuramento dictam nominationem sequi, at-
què ità nominatum, seù nominatos præsentare: &
hoc casu tenendum est, patronatum spectare nihi-
lominus ad Vniuersitatē mādantē vices suas, nō au-
tē ad mādatarios, seù Deputatos huiusmodi; ea ra-
20 tione quod factū à Deputatis † Vniuersitatis, dica-
tur factū ipsius Vniuersitatis, *l. Item eorum, §. 1. ff.
quod cuiusque Vniu. nom. Corn. consil. 234 nu. 2.
& 10. lib. 4.* & ità resoluit Rota apud *Mantic. de-
cis. 161. num 2.*
Quod intelligitur, siuè post actum nominatio-
nis, sequatur actus præsentationis per ipsam Vni-
uersitatem seorsim à Deputatis præsentātem, cum
21 actus † præsentationis præseferat Iuspatronatus,
& illius pertinentiam, *Abb. in supradicto cap. 2 sub
num. 3. versic. sed pro tanto, & in cap. nobis n. 4.
de Iur. patr.* cum alijs superiùs citatis, siuè in
eo simùl interueniant Deputati ijdem, qui nomi-
narunt, cùm vterque actus, originetur in ipsa Vni-
uersitate mandante, siuè deputante, vt fuit deci-
sum in superiùs allegata *Pampilonen. de Sangues-
sa, coram Reuerendissimo Attrebaten.* in qua fuit
dictum, ità prius in eadem fuisse decisum *18. De-
cembris 1579. coram Lauretano, & 20. Februa-
rij 1586. coram Clem. VIII.*
Nequè refragatur nexus ille, quo se Vniuersi-
tas adstrinxit, de præsentando quem illi nominas-
sent: nàm iste nexus oritur ex ipsius spontanea
voluntate à principio, vndè & actus qui sequitur,
eidem spontaneæ voluntati attribuitur cum à pri-
22 mordio † tituli posterior formetur euentus, vt
inquit *tex. in l. vn. §. nulla enim, C. de impetr. lu-
23 crat. descrip. lib. 10.* originalis enim † causa per-
petuò est attendenda, *l. etiam, §. 1. versic. idem
dicendum, de petit. hæred. l. si hæres, de act. empt. l.
24 damni, §. Sabini, de damn. infect.* nequè † reputetur
necessarium, quod à contractu initium sumit, licèt
posteà necessarium dicatur, *l. si fideiussor, §. 1. ff.
qui satisd. cog. l. si mulier in princ. ff. de eo quod
met. caus. Surd. cons. 396. nu. 15. & 26.*
25 Quemadmodùm nèc refragaretur, si † deputa-
tio esset facta in perpetuum, ità ut vno ex Deputa-
tis defuncto, possent superstites alium in eius lo-

cum sufficere: nihil enim repugnat, quin semper in
illis repræsentetur ipsa Vniuersitas, vt de Consilio
Ciuitatis dicitur, quod licet perpetuum sit, nihi-
lominus in eo semper repræsentatur Ciuitas, cuius
illud vices gerit, *Z art. 1 l. aduersus n. 2. lect. sub*
n. 1. vers. quandoque Ciuitas, C. de vsur. Alex. cons.
135. sub n. 1. vers. præterea per reformationē. lib. 7.
Altera est Nominatio quæ oritur ex ipso Iure
26 eligendi, cùm videlicet † habentes solemnitèr
vnum eligere ad formam *cap. quia propter 42. de*
elect. eligunt plures, eo enim casu actus ille resol-
uitur in simplicem nominationem, ex qua tamen
nullum prorsus Ius quæritur alicui ex nominatis,
vt est *tex. clarus in cap. quod sicut 28.* & ibi *glo.*
in verb. Iuris eo. tit. de elect. vbi *Abb. in §. super eo*
sub num. 1. in versic. quædam est nominatio, con-
27 stituit tres † species nominationis in hoc articulo
electionis, & hanc vocat nominationem solemnē,
quæ fit Principi, ad differentiam minùs solemnis,
quam ipse ponit in simplici propositione persona
rum ante electionem, & ad differentiam eius,
28 quæ fit in scrutinio: Doctores enim † nomi-
nationem nuncupant suffragium illud, quod in
scrutinio fertur, voluntquè ex ea Ius quæri, vt in-
dè cogantur Electores ad eligendum, si tamen
iam sit publicatum scrutinium, quasi tùnc inchoa-
ta electione, per *tex. in cap. Publicato*, & ibi *glo. in*
verb. variare, eod. tit. & in d. cap. quod sicut, in
verb. Iuris, vbi concluditur ex tunc prohibitam
esse variationem; quamuis *Io. Andr. in eo. cap. pu-*
blicato, num. 26. videatur sentire, nèc ante publi-
29 cationem scrutinij, † variationem hanc permitti,
nisi superuenerit notitia alicuius defectus in per-
sona; quod est satis durum, cum in effectu non
possit indè videri Ius aliquod quæsitum nomina-
to, vt apertè docet *Butr. in cap. auditis, num. 10.*
eod. tit. & quod absolutè possit variari ante publi-
cationem scrutinij, tenet *Mil. in verb. nominatio*.
Nequè hic plura de hac nominatione, quæ vt est
implicita electioni, cum ea tractanda est.
Posterior ergò Nominatio ex Indulto fluit Apo-
30 stolico, cuius duplex est species; Vna † concessa
Summis Principibus, aùt implicitè, quales sunt
Primariæ preces concessæ Imperatori; eæ enim nil
aliud cōtinēt, quàm Ius nominandi personā, cui cō-
feratur, de quo Iure satis egimus supra *quæst. 6. ex*
num. 47. aùt explicitè, veluti est Indultum nomi-
31 nandi † ad Prælaturas sui Regni, concessum Regi
Christianissimo, vt habetur in concordata *Rubr.*
de Reg. ad Præl. nomin. in §. 5. vbi *Rebuff.* la-
tissimè, & de quo etiam *Tholos. Syntag. iur. lib. 17.*
cap. 12. sub num. 24. versic. sic hodie, & cap. 38.
32 *num. 13.* cui † faciendæ, præscriptum est tempus
semestre à die vacationis, & facta nominatione, si
nominatus minùs idoneus fuerit repertus, præfi-
xum est semestre ad nominandum alium idoneum,
sub pœna deuolutionis, vt in *ead. concord. de Reg.*
ad Prælat. nomin. §. 1. & notat etiam *Tholos. eo.*
lib. 17. cap. 9. nu. 25 & de simili Indulto concesso
Regi Catholico in aliquibus Ecclesijs meminere
etiam *Couar. de sponsal. lib. par. 2. §. 10. ex num. 5.*
& alij relati per *Barbosam in collect. ad cap. cum*
terra, 14. num. 8. de elect.

33 Academijs verò altera † est concessa, non so-
lum in Regno Franciæ, super qua integrum tra-
ctatum confecit Rebuffus, sed etiam alijs Vniuer-
sitatibus Studij Generalis, vt in specie Louanien.
per Sixtum Quartum, quod Indultum fuit diuer-
simode ampliatum per Leonem X. & alios Pon-
tifices. Quæ concessio, vt fuit facta fauore
Pauperum literis incumbentium, vt eisdem suc-
curratur de honesto aliquo subsidio Ecclesiastico,
vsque ad certam quantitatem, ità huic nomina-
34 tioni vbicunquè legitimè contradicitur, † non est
dubium, nominatum teneri probare qualitates ex
Indulto requisitas, quarum duæ sunt præcipuæ, vna
respectu collatorum, videlicèt, vt habeant ius con-
ferendi vltra sex beneficia, quamuis enim actus vi-
deatur perfectus, & sic præsumatur factus, proùt
de Iure fieri debet, nihilominùs cùm nominatio
sit facta respectu priuilegij, & relatum sit in re-
ferente, debet nominatio verificari cum omnibus
suis qualitatibus, vt ità resoluit *Put. decis. 321. in-*
cip. eadem die 6. Octobris lib. 3. in correct.
Et altera respectu ipsius nominati, vt videlicet
beneficium non excedat valorem taxatum; quam-
uis enim gratia ista nominationis non recedat à
natura expectatiuæ pro pauperibus graduatis, &
35 secundum † antiquam formam expectatiuarum
huiusmodi, in parte dispositiua non qualificaretur
beneficiū ex valore, sed in parte separata inhibere-
tur dūtaxat executoribus nè prouiderēt de benefi-
cio, cuius reditus excederent valorem taxatū, vt in
formula, quam ponit *Lap. alleg. 79. in 1. col.* ibi
Inhibentes, nè eidem Petro, &c. vel explicaretur
simplicitèr intentio Papę, quod non intenderet ex-
pectanti prouideri de beneficio vltra certam taxā,
proùt notat *Staphil. de form. expectan. in 10 form.*
sub num. 4 vers. eodem modo, vt in ipsa dispositiua
potius videretur totum id remitti arbitrio exe-
cutorum, adæquatè ad merita expectantis, per hæc
verba, *De beneficio secundum suæ probitatis me-*
rita competente, vt in dicta *Lap. alleg.* refertur, &
notat etiam *Gom. s. de grat. expect. num. 103.* in
cuius quidem expectatiuæ terminis non arctaba-
tur expectans probare valorem, seù taxam huius-
modi, proùt in hunc sensum debet accipi *Rot.*
decis. 12 de probat. in antiq. cuius rei ea est mani-
festa ratio, quod eo casu, summa taxata, non esset
pars gratiæ, vt benè etiam considerat Rota *decis.*
6. nu. 9 de præben. in antiquioribus Bisignetti.
Nihilominus id non videtur posse applicari ter-
minis facultatis huius, in qua licet taxa nō sit adie-
cta in parte respiciente actum nominationis, est
tamen adiecta in parte respiciente actum acce-
36 ptationis, in quo cōsumitur effectus gratię, † proùt,
retento eodem simili expectatiuæ, concessæ pau-
peri graduato, postea quàm, antiquata formula su-
pra relata, introducta fuit noua, in qua, taxa speci-
ficè adiecta fuit ipsi actui acceptationis, censuit
Rota optimè hos casus distinguens apud *Crescent.*
decis. 9. de rescript. & diuers. par. 3. lib. 3. dec. 8 & 9.
37 & ità in his † terminis nominationis concessæ
articulo exactè discusso firmauit Rota in vna *Leo-*
dien. Canonicatus 8. Iunij, & 13 Nouembris
1582. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, quam
deci-

decisionem probarunt Domini in *Cameracen. Canonicatus, 20. Nouembris 1624 coram* R P. D. *Merlino*, in qua etiam fuit allegata alia *Leodien. Capellæ 30. May 1616. coram bo. me. Remboldo.*

Neque, si agatur de nominatione ad Canonicatum, postea suffragari confessio eius, qui eum im-
38 petrasset à Papa, & expressisset eius fructus non excedere valorem † ducatorum 24. quia licèt ista expressio toleretur in impetrantibus in Curia Canonicatus illarum partium, neque ideo exigatur alia iustificatio, vt sæpissimè fuit decisum, præcipuè *in dicta Leodien. Canonicatus, 9. Decembris 1589. & in Colonien. Canonicatus, 20. May 1602. coram Cardinali Pamphilio, & in Leodien. Canonicatus, & Scholastriæ, 27. Februarij 1612. coram bo. me. Cardinali Sacrato, & in Paderbonen. Canonicatus, 29. May 1610. coram Re-*
39 *uerendissimo D. Coccino.*

Tamen hoc procedit † respectu ipsorum impetrantium in vim concordatorum, vt euitetur solutio annatæ, non autem ad alios effectus, vt declarat *Rebuff. in prax. in 3. par. Signatura super verbo, necnon veri valor, num. 7. ad fin. & de nomination. quæst. 9. n. 32. & 33.* prout in his terminis aduertit Rota in *præfatis Leodien. coram Pamphilio, & Cameracen. corā R. P. D. Merlino.*

40 Et propterea, neque † consuetudo ista, neque confessio partis secundùm eam facta, potest deseruire, vt in eisdem decisionibus firmatum fuit, cum dubia probatio non releuet, *cap. in præsentia, vbi Glos. in verb. Verbum dubium, de probat. cum si-*
41 *milibus*, neque confessio † intensa ad vnum finem præiudicet confitenti respectu alterius, *Salycet. in l. 1. sub n. 24. vers. tertiò quia multi, C. de confess. Tiraquell. ad reg. res inter alios acta, limitat. 1. ad fin. versic. & quidem, Surd. decis. 150. num. 5. versic. prima quia,* sequitur *Gratian forens. discep. cap. 279. num. 24.*

42 Ex decreto autem † Gregorij XIII. ab hoc beneficio nominationis excluderetur, qui cessisset alteri beneficio, ad quod prius fuisset nominatus; nam ità efficeretur ad obtinendum alias nominationes eo ipso inhabilis, vt in *dicta Cameracen.* in qua fuit allegata alia *decisio in Leodien. Canonicatus, 11. Martij 1596. coram Card. Blanchetto.*

Quando autem fuisset nominatus ad alia, quæ adhùc obtineret, non est dubium, eum non posse etiam inniti primæ nominationi, nisi iustificato quod omnia simul non excedant summam taxatam, prout in dictis Constitutionibus expressè disponitur: Et hæc quidem omnia ità benè se ha-
43 bent, cùm nominatus † est Actor, & petit; si enim esset reus, & possessor, vtique præsumeretur pro validitate, & iustitia actus, & dicenti valorem esse supra taxam, & nominatum obtinere alia beneficia sufficientia, incumberet onus probandi, *Rebuf. super concord. tit. de collat. §. volumus, super verbo, florenorum auri in princip. & in vers. & idem si quis dicat*, & admisit *Rot. in supràalleg. Leodien. Canonicatus 13. Nouembris 1587. coram Cardinali Pamphilio.*

Symbolizat in al qua parte, cum his nominationibus, ea quæ in Sacra Religione Hierosolymitana fit in Comitijs Linguarum iuxta eiusdem Re-
44 ligionis stabilimenta, vocaturque † eorum vulgari sermone *smutitio* vt benè explicatur sub *tit. 19. de verb. signif. num. 23.* & Nominatio in specie nuncupatur, *sub tit. 13. de electione c. 3. ad fin.* nisi
45 quod in ea, nedùm non prohibetur ambitus, † sed imponitur necessitas petendi sub pœna inadmissibilitatis pro ea vice, vt statuitur sub *tit. 14. de Commendis, cap. 43. ad fin.*

46 Vt verò ista nominatio † tribuat ius nominato, necessaria est expectatiua Magni Magistri, quæ consueuit dari sine præiudicio maioris antianitatis alterius cum clausula, *ex nunc, prout ex tunc;* nàm licèt maior pars Dominorum in vna *Aquitanien. Prioratus, 21. Februarij 1625. coram bo. me. Archiepiscopo Seleucien.* plurimum dubitauerit, an per huiusmodi nominationem factam in vim expectatiuæ, esset quæsitum ius in re, nihilominùs in hoc fuerunt concordes quæsitum fuisse ius ad rem, itaut posset compelli Magnus Magister ad conferendū, eoq; recusante posset committi causa in Rota, vt Auditor ipse conferat in vim *Clem. Auditor de rescript.* quod dictum fuit, etiam aliàs fuisse resolutum *in Portugalen. Commendæ 23. Iunij 1614. & 13. Nouembris 1615. coram eodem,* Adeò, vt respectu similium expectatiuarum non cadat consideratio reuocationis alicuius, cum Rota sæpiùs eas approbauerit, vt in specie in *Campanien. Prioratus 18. May 1618. coram eodem, & 10. Maij 1619. coram Reuerendissimo Domino Coccino, & iterum in præalleg. Aquitanien. Prioratus 21. Maij 1625. coram bon. mem. Vbaldo.*

Et in his quidem smutitionibus, perpetuò præferuntur magis Antiani, tàm ex forma concessæ
47 expectatiuæ, quàm etiam † ex iuris communis dispositione, *l. 1. ff. de albo scribēn. cap. vlt. vbi Glos. in verb. antiquiorem, de consuet. in 6. cum simil.*
48 nulla † habita consideratione maioris merentiæ cuius ratio non habetur in alijs, quàm in Dignitatibus Conuentualibus, vt fuit expressè declaratum in dicta *Campanien. Prioratus, 18. May:*
49 quamuis habeatur ratio incapacitatis † personæ, qua nulla est frequentior, quàm debiti erga commune ærarium, ex *tit. de com ærar. cap. 24. & 26.* vbi cauetur, eos qui tempore vacationis, seu smutitionis fuerint reperti debitores communis ærarij, esse incapaces ad consequendum Digni-
50 tates, & Commendas vacantes: Quapropter † qui intendunt smutire, consueuerunt comparere in Lingua, & exhibere publicum testimonium Secretarij, quod non sit descriptus in listis debitorum
51 ipsius ærarij, creditur enim tali testimonio † Officialis ad quem ea res pertinet, iuxta doctrinam *Bart. in extrauag. ad reprimendum super verb. per nuntium, num. 10. ad fin.* cum alijs cumulatis per *Menoch de arbitr iudic. cas. 99 num. 4.* & in his terminis fuit responsum in *præalleg Campanien. Prioratus, 18 Maij*, & postea etiam in *præcit. Aquitanien. Prioratus 11. Aprilis 1622. coram R. P. D. Pirouano.*

Admitteretur tamen probatio in contrarium, si videlicet obijciens ostenderet, eum esse descriptum alicubi, vbi non essent factæ diligentiæ, id

52 enim est † possibile, vt liquet ex *Gregor. de-
cis.287.nu.1. prætipuè, si idemmet Secretarius,
53 qui † dedit primum, daret postmodùm secundum
testimonium in contrarium, eo enim casu fides re-
sultans ex primo, remanet ex secundo contrario
elisa, *l. scriptura C. de fid. instrum. cap. penultim.
extra eod. tit* reductaque causa ad hunc statum, in-
cumberet onus volenti smutire, docere de solutio-
ne facta ante ipsum tempus smutitionis: nàm quã-
54 uis † objjciens, etiam negatiuè, teneatur probare,
iuxta doctrinam *Innoc. in cap. super his num. 11.*
55 *de accus.* tamèn hoc non procedit in † negante
solutionem factam, *Innoc.* ibidem, *sub num. 10.
versic tamen si creditor,* cum multis adductis per
Franc. Becc. consil. 105. num. 12. & licèt *Innoc.*
56 loquatur in ipso † creditore excipiente, ea singu-
lari ratione, quod aliàs non credidisset, ac prop-
tereà velit id non admitti in Tertio objjciente, vt
eam doctrinam itá explicat *Cyn. in l. 2. subn. 6.
versic. aduerte circa hoc C. de iur. emphyt.* nèc vi-
57 deatur † tuta responsio, quod negatiua consistat in
iure opponentis, quo casu reijcitur onus proban-
di affirmatiuam in excipientem, vt tradunt relati
per *Surd. cons. 86. num. 1.* ex quo id obtinet, cùm
aliquid ipsi opponenti faciendum, aùt præstandum
est, vt declarat idem *Surd. eod. cons. 86. num. 2.*

Adhùc tamen existimo, conclusionem hanc op-
timè hìc applicari, quià plurimum referat obser-
58 uare † qualitèr Statutum procedat reddendo ali-
quem inhabilem, & incapacem; si enim simplicitèr
inhabilitaret eum, qui non soluit quod debebat,
vtiquè obiiciens de debito contracto, nihil age-
ret, nisi ipse positiuè probaret negatiuam non so-
lutionis factæ, vt de eo qui non soluit Collectam
Communitati, & ex hac causa iubetur non audiri
in iudicio, *Bart. in l. in illa stipulatione si Kalen-
dis, 8. num. 7. de verb oblig.* censuit, vt repellatur
ab audientia, opus esse probari negatiuam hanc
non solutionis, cuius sententiam probarunt, *Saly-
cet. in præalleg. l. 2. num. 16. C. de Iure emphyt. &
Anchar in d. cap. super his num. 23. de accusat.
Mascard. de probat. conclus. 1324 nu. 5.*

Sed simplicitèr inhabilitat debitorem, quę qua-
litas consistit in affirmatiua, nõ in negatiua; & ideo
satis est, quod ea qualitas verificetur eo modo
59 quo à statuto est expressum, nàm eius † duratio
præsumitur, vt deducit *Alciat. de præsumpt. reg. 2.*
60 *præsumpt. 12. num. 2.* † & proptereà, vt remouea-
tur hæc præsumptio, debet doceri, quod obligatio
fuerit resoluta, aùt naturalitèr, aùt ciuilitèr, iuxta
tex. in l penult. ff. de solut. & itá arbitror posse su-
61 stineri hanc † sententiam, quam probauit Rota in
*præalleg. Aquitanien. Prioratus 19. Aprilis, &
19. Iunij 1624 coram R. P. D. Pirouano.*

Nequè hoc casu militat ratio ponderata per In-
nocentium, quæ est odibilitas materiæ merè obie-
62 ctiuæ, ad quam † non concluditur ex sola præsum-
ptione, *Crescent. decis. 18. nu. 1. de probat.* nàm
63 cùm in casu, quo † competitor magis antianus
sit debitor cõmunis ærarij, & ex Statuto Religio-
nis vocetur sequens, non versamur in materia me-
rè obiectiua, sed dicitur de iure dantis, *iuxta Cas-
sad. decis. 2. de except. Rot. decis. 17. num. 2. & de-*
64 *cis. vlt. eod. tit.* & proptereà † etiam hoc casu, ad-
mittitur probatio præsumptiua, vt declarat Rota
apud *Crescent. d. decis. 18. num. 3. & 8. de pro-
bat.*
65 Præcipuè, cùm † nequè omnis solutio, effectum
liberationis producat, veluti si facta esset personæ
minus legitimæ, vt in *l. pupillo, in l. filiusfamilias,
l. si seruus, cum l. sequent.* & alijs pluribus, *ff. de
solut.* & notat *Cuiac. in l. liberationem, 47. versus
fin. de verb. signif.*

Vndè, is contra quem obijcitur de obligatione
erga commune ærarium, tenetur probare solutio-
nem, & verè, & legitimo modo factam, per quam
consecuta sit liberatio, itàut non sufficiat dele-
66 gatio † nisi fuerit formalitèr facta, & acceptata
per ipsius ærarij Præsidentes, vt fuit decisum in
d. Aquitanien. ex trita doctrina Glossæ Magnæ in
*l. quamuis, §. si mulier, il secondo ad Velleian.
Socin. Sen. consil. 267. num. 3. volum. 2 Mandel.
consil. 2. sub num. 13 per tot.* cum multis adductis
per *Surd. decis. 23. num. 6.*
67 Et in ea † decisione, fuit expressè recessum ab
eo quod fuerat priùs dictum, non iustificari debi-
tum ex simplicibus listis, & relationibus Recepto-
rum transmissis in Conuentum, nisi nomen fuisset
relatum per Officiales ærarij inter alia nomina
debitorum; quod procedit, etiamsi prætendatur
68 minus deberi, quàm fuerit relatum; hoc enim † non
facit, quin debitum sit liquidum inspecto statu prę-
senti, qui ad hunc effectum debet attendi, quod
signantèr esse notandum dicit Soc. Sen. *in l. pecu-
niam, nu. 10. ff. si cert. pet.* latè *Grammat. dec. 58.
num. 10. & 11. & Franch decis. 292. nu. 2.*
69 Hæc † verò incapacitas resultans ex huiusmodi
debito, non est perpetua, sed consumitur eius ef-
fectus in ea prima smutitione; & proptereà si fue-
rint tres competitores, quia videlicèt vltimus An-
tianus, & expectans prætendat priores duos esse
incapaces, si primum tantùm ostenderit incapa-
cem, solidum ius remanebit in secundo, impossibi-
le enim est hunc Tertium admitti, donec adest ma-
gis antianus, & habilis, exemplo desumpto à suc-
70 cessoribus ab intestato, † nam remotior in gra-
du, nunquàm admittitur ad successionem, quan-
diù adest proximior, qui est capax, *l. antiqui, in
princip. ff si pars hered. petat. l. inter agnatos, ver-
71 sic. quandiù, ff. vnde legit.* nequè ad † secundam
spem admittitur, donec exstat hæres primo loco
scriptus, *l. quandiù, la terza, & l. eum in testa-
mento, in princip. de hered. instit* per quæ iura
itá conclusit Rota in *dicta Aquitanien. 21. Fe-
bruarij.*
72 Si ergò lite inter eos pendente, † iste secundus
antianus, aùt decesserit, aùt cesserit, itàvt contin-
gat noua vacatio illius qualiscunque iuris ex eius
persona, vndè sit necessaria, vel noua smutitio, vel
si lis pendeat in Rota, aperta sit via *Clemen. Au-
ditor de rescript.* vt suprà dictum est, & hoc medio
tẽpore, superuenerit habilitas, puta quià, quod de-
bitum erat communi ærario, solutũ sit, non est du-
bium illi primo antiano adiudicandam esse digni-
tatem, ad quam prius facta fuit smutitio, eodem
argumẽto desumpto à Successoribus ab intestato,
in

73 in quibus † ità demùm ex successorio edicto competit ius sequenti in gradu, quando is, qui erat in primo, irreuocabiliter fuit effectus incapax, aliàs secùs, *l. 3. §. sed si bonorum, ff. ad Tertul. l. a. §. si quis aditus, & l si ex modica, §. si filius, ff. de bon. libert.* & propterea quandocunque re integra superueniat capacitas, ille admittitur, quia † cum
74 tempus aditionis sit perpetuum, *l. cum antiquiori.*
75 *bus, C. de iur. delib.* sufficit eum, tempore † aditionis capacem esse, *l. si seruus eius, qui ff. de ac. quir. hered.* vt pulchrè determinat *Feder. de Sen. consf. 26. sub num. 1. versic sed re integra, cum sequen. Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 2. n. 20.*

Quod simile benè applicatur; nàm licèt respectu secundi antiani, cui fuit ius quæsitum ex similitione, non possit dici res integra, eo modo † quo
76 nec possit dici res integra respectu aditionis hæreditatis, si capacitas superuenisset post ipsam hæreditatem acquisitam sequenti in gradu, vt per *Feder. vbi supra nu. 3. Rom. consil. 296. num. 3. Port. de Imol. consil. 23. ex n. 39. Molin. vbi supra n. 17. Tiraquell. de retract. lignag. 178. 1. glo. 9. nu. 103.*

Nihilominùs, est res integra, dum ex eius parte contingit noua vacatio, cùm huic Tertio, nunquã fuerit apertum ius succedendi, *l. si alienum, ad fin. de hered. instit.* vt voluit *Franc. à Monte Altino in consultatione adiecta præfato Feder. consil. 26. sub num. 6. post medium, versic. ad primum venio,* & ex his ità firmauit Rota in *præalleg. Aquitanien. Prioratus, 21. Maij 1625. coram bo. me.*
77 *Vbaldo,* in qua fuit responsum, † statutum 43. *de commend.* quod videbatur remouere effectum superuenientis capacitatis debere intelligi, in præiudicium eius, cui interim est ius quæsitum, secùs verò respectu alterius, cui nullum est ius quæsi-
78 tum, cum † dictum statutum in ca su particularitèr non deciso, recipiat determinationem à iure communi, *l. commodissimè de liber. & posthb. cum*
79 *simil.* vndè † cum pars victa niteretur probare contrariam obseruantiam contra hanc interpretationem, Rota sub *die 4. Iulij coram eodem,* illam expressè denegauit, ea solida ratione quod contra iuridicã interpretationẽ Statutorum, factã à Rota, impertinens sit deductio contrariæ obseruantię interpretatiuæ, & ex causa huiusmodi passim denegari remissoriam consueuisse, constat ex *decis. 212. num. 1. par. 1. in recent. & Gregor. decis. 211. num. 6. vbi Beltram. ad fin.*

Cæterùm excepto supradicto defectu, aùt alio simili ex stabilimẽtis deducto, cuius modi est omissio meliorationum, de qua *in tit. de commendis ex cap. 16.* non attenderetur quiuis alius contingens Militis personam absque illius culpa, vt de
80 morbo Epilepsiæ, † fuit responsum in *supraalleg. Campanien. Prioratus. 18. Maij 1618. coram bo. me. Seleucien. & 10. Maij 1619. coram Reuerendissimo D. Coccino,* tamètsi enim hinc con-
81 trahatur Irregularitas † iuxta *Glos. in can. communiter. in verb. de ys, ad med. vers. illam literam 33. distinct.*

Tamen satis constat, id non posse referri, nisi ad
82 ea † beneficia, quæ habent Ordinem annexum, cuius indè impeditur administratio, *Veral. decis. 236. par. 2. Garz. de benef. par. 7. cap. 12. n. 20.* & sic de alijs similibus, vt de mutilato est textus
83 in *cap. 2. de Cler. ægrot.* per quem † textum, generalem conclusionem in omnibus similibus faciunt *Abb. & Butr. in cap. penult. num 11. & 13. de corp. vitiat. Nauar. in manual. cap. 27. nu. 252. Azil. de cens. par. 7. disput. 2. dub 6. conclus. 3. vers. sed circa, Sayr. in thesaur. casuum conscientia, lib. 6. cap. 2. num. 23. Tolet. in Summa lib. 1. cap. 63. num. 5. vers. quarta regula,* cum alijs quos cumulauit *Reuerendissimus D. Coccin. in eadem Campanien. Prioratus.*
84 Arceret autem † Militem, vel etiam Religiosum à mutitione, qualitas illi, quod esset extraneus à lingua, cui indulta esset facultas reijciendi personas quascunque, quæ non essent oriundæ ex tali Prouincia, vel Regno, cuiusmodi est Breue concessum per Sixtum V Linguæ Portugalliæ sub die 28. Iunij 1621. quo insuper mandatur Magno Magistro, & Capitulo generali, nè Fratres illius Linguæ cogãt recipere, vel admittere similes personas, cum clausula *sublata,* & amplissimis derogationibus, vt fuit decisum in *Egittanien. Commenda 8. Iunij 1626. coram R. P. D. Merlino;* Quicquid enim dici possit de Pragmaticis, & Constitutionibus illius Regni, (quæ neque censentur cõ-
85 plecti beneficia hæc Militaria, quæ sunt † ad liberam dispositionem, & nutum Magni Magistri, *Mohed. decis. 10. nu. 2. de caus. poss & propr.* cum alijs adductis per *Seraph. decis. 1390 num. 1.* ne-
86 què afficiunt † personas Religiosas, & earum bona, *cap. quæ in Ecclesiarum, cum ibi not. de con-*
87 *stit.* cuiusmodi sunt † isti Milites, & Religiosi Hierosolymitani, vt sæpissimè fuit decisum, referturquè *par. 1 recent. decis. 333. nu. 1. & par. 2. decis. 87. ibidem num. 1. par. 2. Gregor. decis. 87. num. 2. vbi Adden. num 13. & 14.* & diximus in superiori *lib. quæst. 36. n. 30. & 31.*)

Nihilominùs, per huiusmodi Breue est sublata omnis difficultas; & licèt Magnus Magister consueuisset priùs concedere huiusmodi extraneis gratiam, quam vocant, de limitibus, nihilominùs ex particulari Statuto Religionis edito de anno 1588. fuerunt reuocatæ gratiæ huiusmodi in
88 futurum faciendæ: Quapropter, † vbi viget huiusmodi Breue, solus Papa potest habilitare personam externi, præcipuè propter decretum irritans, *cap. cum inferior, de maior. & obed. Clem. ne Romani, de elect. Rota decis. 72. sub num. 5. ad fin. par. 1. recent.* prout ità fuit responsum in dicta *Egittanien. Commenda.*

SVMMARIVM.

1 *Electionis canonica definitio.*
2 *Electio, vt dicatur actus Ecclesia.*
3 *Electio, in genere sumpta, non est actus legitimus.*
4 *Electio canonica, est actus legitimus.*
5 *Actus legitimi, qui, & quomodò dicantur.*
6 *Actus legitimi non recipiunt, neque diem, neque conditionem.*
7 *Electio non potest fieri sub conditione aliqua.*
8 *Electionis forma, quæ in prælaturis.*

9 Et

9 *Et quæ in Canonicatibus, & Dignitatibus inferioribus.*
10 *Electiui Beneficij appellatione, quid veniat.*
11 *Electiua, dicuntur etiam inferiora Beneficia, veluti Canonicatus, si in eorum collatione necessaria sit confirmatio.*
12 *Doctors attestanti de consuetudine alicuius loci, in quo sit versatus, creditur.*
13 *Electiua Beneficia etiam Canonicatus, & alia inferiora, eatenùs dicuntur, quatenùs in electione seruatur forma cap. quia propter, de elect.*
14 *Electiuum Beneficium, qualitèr constitui dicatur ex consuetudine.*
15 *Electiui Beneficij nuncupatio qua, ex declaratione Innocentij Septimi.*
16 *Electiua dicuntur Beneficia, si sit necessaria confirmatio in eorum prouisione, etiam quod non seruetur forma capit. quia propter.*
17 *Quod tamen declaratur, vt hic.*
18 *Canonica electio, tripliciter accipitur, largè, strictè, & strictius.*
19 *Electio, non potest esse Canonica, si facta sit non seruata forma Canonum.*
20 *Postulatio fit de persona patiente defectum, vndè non minus gratiam, quàm iustitiam concernit.*
21 *Electo, debetur ex iuris necessitate confirmatio.*
22 *Electio, acceptatio, & confirmatio sunt actus inter se distincti.*
23 *Voluntatis motum, reputari vnicum actum in agente, quatenus æqualitèr cadit super obiectum, & super rationem obiecti.*

QVÆSTIO XVI.

Electio Canonica quæ, & qualitèr dicatur.



HOSTIEN. *in summa de electione, sub num. 1.*
1 *Electio* † (inquit) *est alicuius persona ad dignitatem, vel fraternam Societatem, seruata forma, canonicè facta vocatio:* quam
definitionem, seu descriptionem in substantia probanit *Anastasius Germonius in Paratit. de elect. in princ.* Nequè recedit ab ea, quam posuimus in superiori quæstione, dùm diximus, *Electionem, esse Ecclesiæ actum legitimum, quo in eius, vel prælationem, vel consortium, persona idonea destinatur;* cuius descriptionis, nùnc rationem exponimus.
2 Diximus autem esse, *actum Ecclesiæ*, idest † Cætus, seù Collegij Ecclesiastici formalitèr constituti, vt probat *tex. in cap. 1. de electione;* adiecimus *legitimum*, idest *solemnem*, quamuis enim Electio
3 in genere sumpta, non † sit actus solemnis, nèc in consequens legitimus, vt declarat *Cuiacius postumor. tom. 3. in interpret. l. illud, aut illud, 19. de optione legata;* nihilominus hæc de qua
4 agitur, est † actus legitimus, idest, solemnis, nequè enim alitèr fieri potest, quàm secundum solemnitates per leges, sacrosquè Canones inuectas, *dicto cap. 1. & cap. cum in iure peritus,* & alijs passim
5 *eod. tit. de electione.* Et hac quippè † ratione, Adoptio, emancipatio, & alia pleraquè, dicuntur actus legitimi, idest solemnes, in *l. actus legitimi 78. de*
6 *reg. Iur.* & sicùt † ij propterea non recipiunt diē, vel conditionem, vt ibi ait textus, & in *cap. actus*
7 *legitimi 50. eod. tit. de reg. Iur. in 6.* ita nequè † ipsa electio, vt est expressum in *cap. 2. eod. tit. de elect. in 6.* etiamsi ità fiat, *si Papæ placuerit, Rip. resp. 2. sub nu. 2. vers. sed hoc non obstante, de elect.* adeò enim est nulla, vt nequè cassatione egeat pro noua electione celebranda; Quod enim traditur, non posse deueniri ad secundam, nisi cassata prima, *cap. considerauimus, & cap. auditis, eo. tit. de elect.* procedit valida existente prima, *cap. cum terra, eo. tit. Butr. in eo. cap. auditis, nu. 11. & 17. Rip. resp. 7. eo. tit.* & me scribente, respondit Rota in *Tridentina Canonicatus, 13. Febr. 1604. coram Illustrissimo D. Cardinali Millino.*
Dixi, *quo in eius, vel Prælaturam, vel consor-*
8 *tium,* quamuis enim † alia sit forma, & solemnitas Electionis Prælati, de qua in *c. quià propter 42.*
9 *de elect.* & alia † inferioris Dignitatis, aùt Canonicatus, pro qua sufficit consensus vndequaquè eductus, *Innoc. in d. cap. cum in iure, sub n. 2. vers. vel dic quod hic consensus, eod. tit. de elect. Mil. in verb. nominatio facta ante scrutinium, versic. ista*
10 *etiam fuit mens;* nequè ideò appellatione † beneficij electiui veniat aliud, quàm ipsa Prælatura, & caput Collegij, vt censuit *Rot. apud Verall. decis. 295. num. 3. par. 1.* Nihilominùs inferiora
11 hæc † quoquè dicentur electiua, si ità consuetudine receptum sit, vt ea electio expectet confirmationem, quemadmodum in Canonicatibus Ferrarien. consuluit *Cardin. cons. 103. sub num. 5. & 7.* quod repetit in *Clem. quia contingit, §. vt autem, sub n. 2. vers. sed si electio Canonicatus, de Religios. dom.* & eum sequitur *Felyn. in cap. in nostra, sub num. 26. vers. hoc autem, de rescript.* quorum
12 auctoritati, & † attestationi super consuetudine huiusmodi fidem adhibendam esse, censuit Rota in *Ferrarien.* Canonicatus, *26. Aprilis 1624. coram R. P. D. Pirouano:* tanquam attestantium de consuetudine loci, in quo vterque fuit versatus, iuxta theoricā *Bar. in l. de quibus, n. 21. de legib.* quā probarūt *Menoch. cons. 54. n. 5. & cons. 190. n. 1. Bece. consil. 67. num. 32. Surd. cons. 74 num. 14.* allegati in dicta decisione, Idemquè censuit Rota de Canonicatibus Ecclesię Cremonen. *in causa Cremonen.* Canonicatus, *26. Aprilis 1624. coram Reuerendissimo D. Coccino.*
13 Quod tamen † ità accipiendum videtur, si etiā in huiusmodi inferioribus seruetur forma *capit. quià propter*, vt declarat *Staphil. de forma impetr. §. ad secundum principale quæsitum, num. 8. & 9.* vbi vult, in impetratione de hac forma fieri mentionem. Ex quibus ità declaranda veniunt multa, quæ, quodammodò sub nube, posuit Vir alioqui insignis *Hieronym. Gonzal. ad reg. de mensib.*
14 *Glos. 19 per tot. præcipuè ex nu. 13.* Ità vt † quod simpliciter pluribus visum est, beneficium electiuū illud dici, quod tale est ex consuetudine, *Ripa consil. 5. de rescript.* cum multis, quos cumulat

Germon.

Germon. de indult. Cardinal. §. ac beneficia, n. 32.
referendum est, non ad quamcunque consuetudinem, sed ad hanc ipsam, circa formam eligendi
ad præscriptum Concilij generalis in *d. cap. quia*
propter, vt explicat *Staphil. loco superius alleg.*
Quod est conforme declarationi factæ per Innocentium Septimum, volentem illud esse beneficiũ
15 electiuum, † & dici, in cuius electione seruatur
forma dicti *cap. quia propter*, vel per cuius vacationem, Ecclesia redditur viduata Prælato, vt refert se id audiuisse *Collector tit. de elect. decis. 1.*
vers. audiui tamen, in antiquis, quem sequitur
Felyn. in cap. in nostra, sub num. 26. vers. & scias
quod Innocentius, de rescript. Germon. in d. §. ac
beneficia, num. 32.
16 Quamuis enim † non negetur, ea etiam electiua dici, in quorum electione non seruatur dicta
forma, modò sit necessaria confirmatio, vt deducit
Felyn. in d. cap in nostra, sub eod. num. 26. ad fin.
versic. & ibi etiam dicit, de rescript. Papazon. ad
Rotæ decis. 3. num. 2 de elect. in nou. vbi tria hæc
æquiparat, quod requiratur confirmatio Superioris, vel quod seruetur forma *cap. quia propter*, vel
denique, quod per eius vacationem succedat Ecclesiæ viduatio.
17 Attamen, † istud vergit ad acceptionem termini huius in significatione lata, quæ non excludit
hanc electionem minus solemnem, ex doctrina
Innoc. in superiùs allegato cap. quod sicut, num. 7.
18 *de elect.* vbi scripsit, Canonicam † electionem dici largè, si facta sit seruato iure naturali ex consensu electi, & eligentium, modò non interuenerit
causa aliqua, quæ illã inficiat, vt puta quia facta sit
per clamorẽ Populi, aùt per abusũ secularis potestatis, *cap. 2. cap quisquis, & cap. Messana, eod tit.*
de elect. strictè, vbi omnia interueniunt, quæ sunt
de substantia, etiam si omittatur forma dicti *cap.*
quia propter, quod potest verificari in electione ad
Canonicatus, & ad alia, de quibus suprà dictum;
& denique strictiùs, vbi seruata est dicta forma,
in quem sensum eam doctrinam accepisse videtur
Milis, loco superiùs alleg. quam doctrinam ibi præ
cæteris secutus est *Ioan Andrea num. 50 Gemin.*
consil. 53. num. 4. Alciat. paradox. lib. 5. cap. 16.
num. 8.
19 Neque enim † dixeris, Innocentium hanc triplicem significationem voluisse referre ad Prælaturas, de quibus in *d. cap. quia propter*; nam cum
earum respectu prodita sit ea forma, impossibile
est, vt ea omissa, talis electio aùt strictè aùt largè
sumpto vocabulo, dicatur Canonica, cùm perpetuò dicatur facta contra Canones, prout aduertũt
Gemin. loco præallegato, & Rebuf. in prax. tit. Canon. instit. qua dicatur num. 7. & 8. quas sequuta
est Rota in *Treueren. Abbatia Sancti Maximini, 24. Ianuary 1625. coram Reuerendissimo D.*
Coccino impressa per Patrem Castellinum in tractat de elect post cap 4. pag. 112. nu. 29. & inferiùs
etiam suo loco dicemus.
Dixi, *idonea persona*, idest nullum patiens de-
20 fectum, aliàs † enim non posset procedi per viam
electionis, prout Electio est actus legitimus, nullo
extraordinario remedio indigens; sed procedendum foret per viam postulationis, quæ non minus
gratiam, quàm iustitiam concernit, *cap. 3. §. ad*
pendentes, de postul. Prælat. Abb. in rubric. nu. 2.
eod tit.
Ac tandem dixi, *destinatur*, per electionis enim
actum simpliciter persona destinatur, non etiam
cogitur; vnde & hinc descriminatur actus puræ
electionis ab actu acceptationis illius, & ab actu
confirmationis Superioris; quamuis enim præcedat Electio, tamen electus potest non acceptare,
21 & rursùs acceptatione subsecuta, tametsi † debeatur ei confirmatio ex iuris necessitate, *cap. 3.*
vbi Abb. num 1. de elect. cap. vlt. eod. tit in 6 Gregor. decis. 240. nu. 12. & dixit Rota in *Ferrarien.*
Canonicatus, 26. Aprilis 1624 coram bo. me. Rem-
22 *boldo*, nihilominus isti actus † non sunt confundendi, sed separandi, *cap. cum sit. & cap. nulli, eo.*
tit. in 6. Rota decis. 3 eo. tit. in nou. Tametsi negari nequeat, cum hæc destinatio sit intensa, vt dictũ
est, in finem habendi Prælatum, vel Consortem,
23 motum hunc voluntatis † in agente, reperiri vnicum actum æqualiter cadentem super obiectum,
& super rationem obiecti, vt pulchrè philosophatur *D. Thom. 1. 2. quæst. 12. art. 4. in corp.*

SVMMARIVM.

1 *Electionis Canonicæ causa efficiens, est Collegium, siuè Vniuersitas Ecclesiastica.*
2 *Vniuersitas, repræsentatur in duabus de tribus partibus.*
3 *Electus canonicè, dicitur qui à duabus de tribus partibus electus est.*
4 *Vniuersitati actus attribuitur, qui gestus est à duabus eius partibus.*
5 *Electio facta à minori parte, in tantum est nulla, vt non conualescat, si postmodum alij accedant.*
6 *Capitulum, quando censeatur legitimè conuocatum, & quæ sint signa Capitulandi.*
7 *Capitulo congregato, si aliqui discedant, quando ij qui remanserunt, possint ad electionem procedere.*
8 *Electio, interuentu laicorum vitiatur.*
9 *Electionis de forma est, nè admittantur in ea laici.*
10 *Laici, si quando adstiterunt electioni Summi Pontificis, id processit ad custandum schismata, & populares furores.*
11 *Electio Summi Pontificis, nullam admittit permixtionem laicæ potestatis.*
12 *Eadem solidata est in Sacro Collegio S. R. E. Cardinalium.*
13 *Textus in Canon. in nomine Domini, distinct. 23. explicatus.*
14 *Clerus Romanus, totus repræsentatur in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegio.*
15 *Sede Apostolica vacante, omnis potestas publica remanet in Sacro Collegio Cardinalium, & quomodo.*
16 *In eo tamen monetur, tanquàm collocata per ipsummet Pontificem, supra quem nusquam ideo eleuatur.*

17 *Sede*

17 *Sede vacante tempore congregati Concilij, nullatenus ad Concilium, sed ad Sacrum Collegium Cardinalium spectat S. P. electio.*

18 *Electioni Successorum, potest quam vult, praescribere formam Romanus Pontifex.*

19 *Textus in Canon. si transitus, 79. distinct. explicatus.*

20 *Pontifex Maximus, nusquàm alitèr, quàm per electionem promotus.*

21 *Vigily electio, cassata auctore Bonifacio, qui eam promouerat.*

QVÆSTIO XVII.

Electio, vt Canonica dicatur, respectu eligentium, quid potissimum obseruandum sit.



X his, quę posuimus in præcedēti quęstione satis constat; cū agitur de Canoni-
1 ca electione, causā† illius
efficiētem esse Collegium Ecclesiasticum, iuxta *c. 1. de elect.* & propterea, cum
2 quælibet † Vniuersitas repræsentetur in ea potiori
parte, quæ ex duabus de tribus conficitur, computata etiam persona eius, in quem decernitur,
3 *l. 3 & 4 ff. quod cuiusque vniuers. nom.* tota† hæc
potestas attribuetur Vniuersitati repræsentatæ in
his duabus partibus de tribus, itàvt is tantum
possit videri canonicè electus, in quem consenserint duæ partes collegialitèr, *cap. licèt, 6. §. statuimus, iuncto cap. Ecclesia vestra, 48. §. verum, & cap. Cumana 50. eod. tit. de elect.* & est communis opinio Canonistarum, & Legistarum, ad hoc
4 vt † actus gestus ab Vniuersitate valeat, sufficere
interuentum duarum partium huiusmodi, vt latè
docet *Abb. in cap cum omnes, num. 11.* & ibi *Fel. sub num. 33. versic. extra glossam, & Dec. in 1. lect num. 51. de constit.*

5 Adeò † quòd, quemadmodum si alij postmodùm accesserint, electio facta à minori parte, & sic
nullitèr, minimè conualescat, cùm de forma sit, vt
electio fiat per Vniuersitatem ipsam, non per singulos, *cap auditis, 29. & cap. in Genesi 55. eod.*
6 *tit.* ità si Capitulo † ipso semèl legitimè conuocato, videlicet more solito, putà per sonum Campanæ, aùt ministerium Nuncij, & in loco solito, &
ordinatè sedendo, quæ sunt in effectu signa Capitulandi, vt loquitur *Fel. in cap. eam te, sub n. 14. versic. prima declaratio, de rescript. Aegid. decis. 10 sub num. 2. versic. aut non apparet, Paris. consil. 92. num. 17. lib. 4. Put. decis. 295. num. 2.*
7 *lib. 3.* aliqui discederent, eorum † discessus non
habeatur in consideratione, quominùs reliqui
possint procedere ad electionem: sub hac tamen
distinctione, vt si instet lapsus termini Iuris, stet
conclusio absolutè, siuè qui remanserunt constituant duas de tribus, siuè minimam partem; si verò non instet lapsus hic, eadem conclusio obtineat, dummodò qui remanserunt, conficiant duas
de tribus partibus, vt docet ità distinguendo, *Abb. in cap. nobis, 19. num. 10. de elect.* & ibi etiam *Butrich. num. 2. & 3.* sequitur *Fel. in praalleg cap. cum omnes, sub num. 34. versic. adde D. Abbatem, de constit. Petr. de Buls. in direct. elect. par. 3. c. 6. num 7. Rom. consil. 301. nu. 15. Franc. de Marcb. decis. 924. num. 6. & decis. 1336. cum seq. par. 1.* & fuit resolutum in *Tridentina Canonicatus, 15. Decembris 1603. & 13. Febr. 1604. coram Illustrissimo D. Cardinali Millino.*

8 Constat autem, cùm laici † longè arceantur ab
huiusmodi Vniuersitatibus Ecclesiasticis, impossibile esse, electionem aliquam ex eorum auctoritate promoueri, *c. Sacrosancta 51. §. attendētes, &*
9 *c. Messana 56. eod tit.* itàut †hoc sit de forma substantiali ipsius electionis, nè in ea scilicet, admittantur laici; Vndè si secùs fiat, dubium non est,
eam ipso Iure nullā esse, *Aleiat. in l. 1. § sed si mihi, nu 11. & 12. de verb. oblig.* & dixit Rota in *Treueren. Abbatiæ, impressa apud Castellin. pag. 103. num. 17.* & de hoc etiam disseruimus hoc libro *quæst. 6. ex num. 54.*

10 Et quamuis olim, ad euitandum † schismata, &
compescendum populares furores in electione
Summi Pontificis videatur adhibitus consensus
Populi, vt legitur in pluribus Canonibus relatis
in *63. distinct.* & commemorat *Baron. in anno 1059.* & qui totum huius historiæ processum enarrat *Azor. instit. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 1. in 2. 3.*
11 *& 4. quæst.* tamèn id † ex ipsius Ecclesiæ decreto factum fuit, satisquè constat, ius eligendi Summum Pontificem procul esse à permistione cuiusquè Secularis potestatis, vt præ cæteris latè docet *August. Triumph. de potest. Ecclesia quæst. 2.*
12 *art. 8. per tot.* forequè † ità solidatum in Sacro
Apostolico Senatu S. R. E. Cardinalium, vt nulli
alteri communicabile sit, *cap. licèt de elect. cap. vbi periculum, eod. tit. in 6. Clem. nè Romani, paritèr eod tit.*

13 Nequè enim † verè fuit vnquàm in alijs, aùt
de Clero, aùt de Populo ius istud eligendi Pontificem; Quod enim scriptum legimus in *can. in nomine Domini, distinct. 23* ibi, *in primis Cardinales Episcopi, diligentissimè simul de electione tractantes, mox Christi Clericos Cardinales adhibeant, sicquè reliquus Clerus, & Populus ad consensum nouæ electionis accedat, &c.* non eum habet sensum, vt vel soli Cardinales Episcopi, seorsim ab alijs Cardinalibus, & veluti facientes particulare Concilium, electionem promouerent, vel quod Clerus reliquus, & Populus de ipso actu electionis haberent participare, sed quod omnes Cardinales simul tractarent, & concluderent electionem, incipiendo à Cardinalibus Episcopis tanquam ordine maioribus, conclusam verò, & perfectam denunciare haberent Clero, & Populo, prout etiam hodiè fit, vt explicat *Turrecrem. in eod. can. 1. ad 2. art. sub nu. 14. super verb. Cardinales Episcop.* Itàut, quæ ibi traduntur de consensu, debeant intelligi de consensu, non in ipsa electione dum est in fieri, sed de consensu præstando electioni iàm factæ, vt docet ibi *Præpos. sub n. 1. vers. nota quod Populus*; adeò quòd nullo modo talis consensus sit de substantia electionis, vt

est

est communis opinio, de qua ibi per *Bellam. sub num 37. vers. secundum est*.

Resque penè ridicula esset, confingere nunc aliquam potestatem, aût in Clero reliquo, aût in Populo ipso Romano circa electionem Summi Pontificis, etiam qua Princeps temporalis est, cum &
14 totus Clerus Romanus † repræsentetur in ipsis Cardinalibus, ex quo ij de Clero, & in Clero sunt, *Bald. in præcit. cap. quia propter, nu. 15. de elect.* & tota Populi potestas temporalis per ipsummet Populum in Papam transfusa, vt docuimus in su-
15 periori libro *quæst. vlt. ex num. 28.* Vndè † vita functo Pontifice non reuoluitur ad Populum, sed remanet radicata in ipso Collegio, in iis duntaxat administratione suspensa, quæ ex ipsius Papæ Constitutionibus concessa non fuerunt, *Clem. nè Romani de electio.* & optimè etiam declarat *August. Triumph. in prææalleg. quæst. 3. art. 8. & 9.*

16 Vndè, quemadmodùm † hæc Collegij potestas, tanquàm in eo collocata per ipsum Principem, nusquam potest eleuari supra Pontificale fastigiū, cum quicquid facit, faciat auctoritate ipsius Papę, vt monet *Triumph. ead. quæst. 3. in 7. art.*

17 Ita, in hoc † articulo electionis, ex eisdem Constitutionibus adeò est solidata, vt si congregato Generali Concilio, cedat, vel decedat Papa, Concilium nequeat hanc auctoritatem eligendi Successorem sibi vindicare, vt latè disputat, & concludit *Iacobat. de Concil. lib. 6. art. 9. Silua de benef. par. 2 quæst. 22. ex num 14. Sebast. Medic. de legib. & statut. par. 1. quæst. 10. num. 4. Vasq. illustr. controuers. cap. 22. num. 10.* cum alijs quos congessit, secutusquè fuit *Bursat. cons. 108. nu. 18. lib. 1.* vbi refert, ità fuisse seruatum in Concilio Lateranen. vltimo, Sede vacante per obitum Iulij II. & respondet motiuo contrariæ obseruantiæ in Concilio Constantien. reiecta contraria opinione *Barbat. in cap. quod translationem, num. 146. de offic. deleg.* & sequacium, tanquàm contra communem.

18 Quià licèt † eidem Sacro Collegio, Papa possit quam velit formam præscribere in futuri successoris electione seruandam, vt notant omnes per eum textum in *cap. licèt, de elect. & in d. can. 1. 23. distinct. Lancel. in Templo omni. iudic. lib. 2. cap. 1. in 2. quæst num. 1. 2. & 6. & per tot.* nequè
19 à iure † exorbitet, vt in ipso Sacro Senatu, tractet de persona Successoris, vt ità accipiendus est
20 *can. si transitus, 79. distinct.* absit tamèn, † vt vnquam necessitatem inijciat ipsi Collegio suum sequendi sensum, cum nèc in primitiua Ecclesia probata fuerit designatio Clementis facta per Petrum, quantumcunquè vel vmbra Petri curaret infirmos, vt docet *Gloss. in eod. can. si transitus in verb. non possit, & in can. Apostolica, §. bis omnibus, in verb. Beatus, 8. quæst. 1.* & est communis opinio, vt attestatur *Abb. in d. cap. licèt, sub nu. 2. versic. non tamen Papa, August. Triumph. vbi supra quæst. 2. art. 3.* vbi latè refert huius sententiæ rationes viuas, & irrefragabiles, proût etiam faciunt *Turrecrem. in can. Moyses, sub n. 6. versic. alia fuit ratio mystica, 8. quæst. 1.* quibus addi possunt quæ ponuntur per eundem *Triumph. loco præcit. in 1. quæst. art. 2. Bursat. d. consil. 108. n. 7. & Tiraq. de Constit. 3. part. limit. 2. nu. 4. & nouissimè P. Castellin. de Elect. can. c. 10. ex n. 21.*

Quod non prosequor, cum vix pertineat ad nostrum institutum, nequè timendum sit tale quidpiā vnquàm futurum, habemusquè illustre exem-
21 plum † Bonifacij, qui cum sibi elegisset Vigilium, pœnitentia ductus, auctor ipsemet fuit, vt in secundo Concilio Romano, ea electio cassaretur, fatendo se Maiestatis Reum, vt pluribus prosequitur *Coriol. Vir in Ecclesiastica Historia peritissimus, in Summa eius Concilij, ex Baron. in anno 531.*

SVMMARIVM.

1 *Electio corruit, si Electi persona minus digna sit.*
2 *Eligendi ius, ad quos deuoluatur.*
3 *Deuolutio circa ius eligendi, fit gradatim.*
4 *Eligendi ius, solidatur in minori parte, quæ elegit dignum.*
5 *Etiamsi numerus aliorum, excedat in duplo.*
6 *Eligentes, præsumuntur scire qualitates electi.*
7 *Electio, vbi peccat in materia, idest in persona electi, est nulla ipso iure.*
8 *Electus, ex quibus constituatur dignus, siuè idoneus, remissiuè.*
9 *Dignior eligendus est.*
10 *Electio de digno omisso digniori, tenet mero iure, sed non excusantur eligentes.*
11 *Electio Summi Pontificis, fit præuio iuramento de eligendo meliori.*
12 *Personarum acceptio, fit contra Iustitiam distributiuam.*
13 *Obiectus dare contra petentem adiudicationem Beneficij, etiam ad retardandam executionem literarum Apostolicarum, vnicuique permissum, & quarè.*
14 *Electio ea tantùm dicitur, quæ exigit confirmationem Superioris.*
15 *Aliàs veriùs dicitur collatio.*
16 *Electiua beneficia, speciali nota digna.*
17 *Quod quomodo intelligatur, hic explicatur.*
18 *Electio, non tribuit ius in re, collatio autem secùs.*
19 *Electio vera, facilè confunditur cum electione impropriè dicta.*
20 *Officium, in quibus consistat.*
21 *Præsentatio, quæ non apparet sortita effectum, non habetur in consideratione, ad effectum acquirendi quasi possessionem.*
22 *Electio non confirmata, non habetur in consideratione pro acquirenda quasi possessione.*
23 *Præsentatio, non annullatur annullata institutione.*
24 *Electio, non perimitur annullata confirmatione.*
25 *Electio non euertitur per confirmationem minùs Canonicam.*
26 *Institutio, denotat subiectionem personæ præsentati respectu instituentis.*
27 *Confirmatio præsignat subiectionem in persona electi respectu confirmantis.*
28 *Confirmatio est iurisdictionis.*
29 *Electus, administrans ante confirmationem, incidit in pœnas cap. Auaritia de elect. in 6.*

30 *Nisi*

30 *Nisi nitatur priuilegio, aut permissu Superioris.*
31 *Vel eum excuset vtilitas, aut necessitas ecclesiæ.*
32 *Electio, aliquando pro confirmatione, & è conuerso confirmatio pro electione sumitur.*
33 *Et qualiter hoc casu distinguantur hi termini.*
34 *Electio vera, quo signo deprehendatur.*
35 *Electio Summi Pontificis, vbi est facta, non potest examinari.*
36 *Pontifex, vbi est electus, potestatem nanciscitur immediatè à Deo, non ab electoribus.*
37 *Confirmare habens, excutit processum, & personam electi.*
38 *Electione, vacatio non consumitur.*
39 *Electionis actus, quomodo distinguatur ab actu confirmationis.*
40 *Electionis actus, reputatur vnicus, cum actu suffragiorum, & collationis.*
41 *Confirmationis actus, in quo delitescat, vndè reddatur Electio perfectissima.*
42 *Electio Summi Pontificis, perfectissima est.*
43 Recipere *verbum, cuius sit energia.*
44 *Receptus in leuitatem, quis dicatur.*
45 *Recipere, longè aliud quàm eligere.*
46 *Electo, si obijciatur post confirmationem, procedendum est per viam accusationis.*
47 *Electo inhabilitatem obijciens ante confirmationem, tenetur probare obiectum.*
48 *Exuberat tamen hoc casu officium confirmare habentis.*
49 *Etiam oppositore deficiente, vel renunciante.*
50 *Electus, tenetur probare suas habilitates, vbicunquè confirmare habens id exigat.*
51 *Non solùm circa ætatem, & literaturam, ac legitimitatem, verum etiam circa vitam, & mores.*
52 *Bonitas, cur non præsumatur in promouendis.*
53 *Confirmare habens, si indignum confirmet, quas pœnas subeat.*
54 *Adiudicationem Beneficij petens vigore tituli perfecti, videtur nihilominus teneri probare suam habilitatem.*
55 *Habilitas, & idoneitas præsumitur in prouiso, vbi actus habet suam debitam formam.*
56 *Quod vt procedat, hic declaratur.*
57 *Habilitas præsumitur in prouiso, eatenus, quatenus contra eum nihil probatur, ac præsumatur.*
58 *Præsumptio inhabilitatis in prouiso, qualitèr purgetur.*
59 *Collatio perfecta, præsumitur Canonica, & de persona habili, & Canonica.*
60 *Electus, qui non expectat confirmationem, non tenetur probare habilitates suas.*
61 *Solemnitatis ad actum necessaria præsumptio, per contrariam præsumptionem de facili tollitur.*
62 *Habilitatis præsumptio, quæ est pro prouiso, non tollitur nisi per plenam probationem defectus.*
63 *Prouisus, qualiter iustificet suas habilitates pro constituendo iure suo.*
64 *Electus per Capitulum ad Canonicatum, qui non expectat confirmationem alterius Superioris, non tenitur ad probandum aliquid de sua idoneitate.*

QVÆSTIO XVIII.

Electio, qualitèr reddatur nulla ex persona electi, & quando Electus vrgeatur probare suam habilitatem.



1 ELECTIO, non † etiam reputatur canonica, si persona Electi minùs digna sit, *cap. cum in cunctis, 7. §. vlt. cap. Innotuit, 20. §. habito, cap. congregato 51.*
2 *de elect.* Indequè vèl † ius eligendi deuoluitur ad Papam, si tractetur de Cathedrali, & omnes peccauerint, vel ad alium Superiorem, si de inferioribus, vt docet *Hostien. in d. cap. cum in cunctis, num. 47. de elect.* gradatim
3 tamen, † vt explicat *Franc. de March. decis. 1340.*
4 *sub nu. 3. versic. & regularitèr, par. 1.* vel si † non omnes peccauerint, in alijs consolidatur qui contradixerunt, & personam idoneam elegerunt, etiã si minimam partem constituant, *cap. dudum, eo. tit. Host. in d. cap. congregato, n. 4. Franc. de March. d. decis. 1340 num. 1. & 3. ad fin.*
5 Et licèt † *Innoc. ibid.* hoc intelligat verum, nisi numerus numerum in duplo excedat, quo casu vult, non consolidari in minori Ius eligendi, nisi probetur maiorem numerum scientèr elegisse indignum, nihilominùs ista distinctio reprobatur ibidem per Hostiensem, qui tenet indistinctè tale Ius consolidari etiam in vno, siuè maior pars sciuerit, siuè ignorauerit, quod latiùs vti se habeat, tradit ibidem *Abb. num. 3. cum duobus seqq.* quià scilicèt ignorantiæ allegatio minimè excuset, ex
6 quo † scientia præsumitur, *cap. nulli scire, eo. tit. in 6. Bald. consil. 318. num. 2. lib. 3.*

Nequè est necessaria aliqua sententia priuato-
7 ria, nàm † vbi peccatur in materia, idest in ipsa persona, quæ eligitur, actus, vt dixi, irritus est ipso Iure, vt benè distinguit *Franc. de March decis. 1339. nu. 1. par. 1. & decis. 398. nu. 4. par. 2.* Vt ideò cauendum sit à *Menoch. consil. 67. nu. 28.* dùm inaduertentèr separat materiam electionis à persona electi, nequè enim ità loquitur Glossa, quam ipse allegat.
8 Ex quibus † autèm idoneitas constituatur, vèl excludatur, succinctè quidem, sed aptissimè declarant, præter alios, *Hostien. in summ. num. 9. & 10. & Tholos. in partit. canon. lib. 1. tit. 29. cap. 6. per*
9 *tot.* quod alibi fusiùs trado; Tantùm † illud monendũ hic arbitror, in omni electione præferẽdum eũ fore, qui cæteris est melior, ac morum, & vitæ Sanctitate præstantior, *can. licèt ergò 8. quæst. 1.* cum alijs citatis per *glo. in cap. 2. in verb. Sanctiores, de off. custod. & Lambert. de Iur. patr. lib. 2. par. 1. quæst. 10. art. 3. num. 5. & 6. Rota in recent. decis. 65. num. 8. par. 1.*
10 Et quamuis † electo digno, simplicitèr omisso digniori, sustineatur electio, *cap. cum nobis, de electio.* cum propè infinitis cumulatis per *P. Sigis. à Bonon. de electio. & potestat. Prælat. dub. 34. sub num. 1.* nihilominùs in propriæ salutis discrimen

tantum

tantum nefas eligentes haud dubiè attentant, vt latè disputat, & concludit *Nauarr. in miscell. de orat.ex num.76.in 43.miscell.* secundùm tamen explicationem, quam facit idem *Pater Sigism.loco supra allegato.dub. 33.per tot.*

11 Vndè in electione Summi † Pontificis, hodiè ex duabus Cōstitutionibus Gregorij XIII.& Sāctissimi D.N. Vrbani Octaui, præscripta super hoc est Cardinalibus Sacramenti forma, de qua per *Patrem Castellinum, de elect. canon. cap.10.per tot.*

12 Semota † enim vrgenti causa, quæ ipsum negotium concernat, subintrat acceptio personæ à Iure prohibita, & committitur in Iustitiam distributiuam, vt optimè etiam explicat *D. Thom.a. 2. quæst.63.art.2.in respons.ad 3.*

Cæterùm, maxima est inter DD. controuersia, si electus petat confirmari, & quispiam se illi opponat, prætextu quòd minus dignus sit, cui incumbat onus probandi, an videlicèt ipsi electo, suam habilitatem, an verò obijcienti, eius inhabilitatem;

13 Quippè † nè detur vitiosus ingressus in beneficium, cuique est permissum se opponere petentibus beneficij adiudicationem, etiam ad effectum impediendi executionem literarum Apostolicarum, *Gig.de pens.quæst.vlt.num.18.* & dixit Rota in *Pampilonen.pensionis de Azagra 27. Iunij 1601. coram Corduba.*

Verùm ante omnia constituendum est, eam

14 duntaxat † dici electionem, quæ confirmatione Superioris eget, ea autem, quæ tali confirmatione non indiget, electionem minimè fore, nàm & nos, actum electionis suprà ab actu confirmationis separauimus, & vbicunquè Canones faciunt mentionem de Electione, terminum referunt ad eam, quæ confirmatione indiget, prout exponit *Gloss. in Clem.2.§. vt autem, in verb. Electionem, de re-*

15 *lig.dom.* & propterea, si † illicò sequuta Electione, supponamus sine aliqua confirmatione Ius quęri electo, eam verius collationem dici tradit Rota *de elect. in antiq.decis.1.*

16 Ideoquè, tametsi electiua † Beneficia dicantur speciali nota digna, nèc veniant in generali dispositione de Beneficijs loquente, vt post alios latè tradit *Gonzal. ad reg. de mensib.gloss.19.ex n. 5.*

17 nihilominus cōstat, de his electiuis † cōfirmatione nō egētibus, id minimè intelligi, vt post *Card.in d. Clement.2.§.vt autem,n.2.* docuit *Felyn.in c. In nostra,num. 25. versic. hoc autem quod debet fieri mentio, de rescript.* & hanc differentiam ad effectū ea includendi, vel excludendi, à nominationibus, agnouit *Rebuff. in tractatu de nominat. quæst.15. num. 32.* & ad effectum reseruationis, *Aen. de Falcon.quæst.3. princ. num.21.* & tradit etiam *Gonzal.d. glos. 19. nu. 21.*

18 Ex quibus resultat, nihilominùs dari † hanc anomalam (vt ità dixerim) electionem, quæ videlicet, nomine tenus, electio dicatur, re autem ipsa prouisio sit, lōgequè recedat à veræ electionis natura; nàm electio vix tribuit ius ad rem, *Rota decis. 6.n.3. de election. in nou.* & diximus in *superio.lib.quæst.27.ex nu. 1.* hæc autem, dat plenum Ius in re, quod oritur electo in vim perfectæ collationis, *c.vlt.ad finem,de concess.preben.* Quemad-

19 modū verò, † nō ambigo, hanc non esse electionē, ex quo ei minus congruit definitio posita initio præcedentis quæstionis, ità valdè vereor, nè in discernenda hac anomala, à legitima electione, facillimè quispiam allucinetur; fateri ergò oportet, quod assumunt præmissi Doctores, eam tantùm dici electionem, cui reciprocat confirmatio Su-

20 perioris, ad quem pertinet † examen tàm processus electionis factæ, quàm ipsius personæ electæ, vt dicit *tex.in c.Nihil est 44.§. volentes, de elect.* non secùs, ac reciprocat factum Superioris præsentatum instituentis, ipsi præsentationi, *can. Decernimus, 16.quæst.1.* & hoc expresśe voluit Rota *decis.62.num.2. par.2.*

21 Vndè, † quemadmodùm Patrono nulla quæritur quasi possessio præsentandi ex nudo facto præsētationis, nisi illa appareat effectuata per Institutionem, *Abb.in cap.Consultationibus, sub num.9. vers. quod ergo intelligerem, de Iur. patr. Paul. de Cittad. in tractat. de Iur. patr.par.6.art.3. num. 62. Calderin. consil. 12. eod. tit. de Iur. patron.*

22 Itàneqnè † ex facto puræ electionis quæritur aliqua quasi possessio eligendi, nisi sequuta confirmatione, *Seraph decis.628.nu.1.*

23 Et quemadmodùm annullata † Institutione, non annullatur præsentatio, potestquè præsentans Ius suum prosequi, *Rota decis. 648.par.4. in re-*

24 *cent.* ità † annullata cōfirmatione, minimè perēpta censetur electio, quominus electus Ius suum prosequatur coram eo, ad quem pertinet cōfirmatio,

25 *Seraph.decis.1011.nu.3. & 4.* cum † electio canonicè facta, non euertatur per confirmationem minùs canonicam, aùt aliter nullam, *cap confirmationem, de elect. in 6. Idem Seraph.decis. 1274.*

26 *num. 1.* Ex quo etiam consequitur, † vt quemadmodùm Institutio denotat subiectionem in persona præsentati, dicto *can.decernimus, cum ibi no-*

27 *tat.16.quæst.7.* ità † etiam confirmatio eandem subiectionem in persona electi necessariò supponat, cum per Superiorem fiat, *Hostien. in Summa*

28 *de elect. num. 27.* Potestas enim † confirmandi iurisdictionis est, inquit *Butr.in cap.1.num.9. de translat.prælat.* Idem *Seraph.decis.637.nu.1.*

29 Sic, quemadmodùm † præsentatus administrans ante Institutionem, ità electus administrans ante confirmationem redditur inhabilis, etiam sequuta confirmatione, *cap. Auaritia.de elect.in 6.* quem textum exornat *Mantic.decis.261.num.3* & nos latè scripsimus suprà hoc *eo.libro quæst.13.ex n.1.*

30 nisi sic † administrans, innitatur priuilegio, aùt gratiosæ voluntati Superioris, *Oldrad. consil. 146.nu.6. Rebuff.in praxi tit.de subrog.gloss.4. ad reg.num.7. Rota decis.741.num.4.par.2.in*

31 *recentior.* vel prætendat † excusationem, ob præcisam necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ, concurratquè simul distantia loci, & consuetudo, vt latè hæc omnia explicat *Oldrad.consil.9.ex num.1. per tot.*

Fatendum est tamen, aliquandò id ipsum, an in ea interueniat confirmatio, perobscurum fieri, dùm interim non possumus id arguere ex proprietate verborum, propter facilitatem æquiuocan-

32 uocandi in his terminis,ex quo † sæpissimè electio,
pro confirmatione,& è conuerso confirmatio,pto
electione viurpatur, *Mil. in verb.collatio differt à*
prouisione, Menoch. consil.402.nu.2.& cons.512.
*num.23 Gregor. decis.66.ex num.*1. vndè , & in
33 hac † materia, vetba obliquantur, & reducuntur
ad consonantiam Iuris communis, pro ratione
subiecti, *Rota decis. 27.num.2. de præbend. in*
nou.

34 Doctores itaquè, † videntur communi calculo
differentiam hanc constituere in hoc vniuersali si-
gno, si videlicèt eligentes ità eligant,vt sine alte-
rius cuiusvis personæ facto, electus plenum Ius
assequatur,vt patet ex dicta *decis.66. nu 6.*

At mihi circa hoc,maxima sese offert difficultas;
35 nàm secundùm hanc doctrinam,Electio † Summi
Pontificis,quæ fit per Sacrum Collegium, non ex-
pectat confirmationem alterius , nec à quopiam ,
posteaquam facta est , examinari potest , *cap. li-*
cèt de elect. Triumph.de potest. Eccles.quæst.2. ar-
tic.6.in resolut.& in resp.versic.secundo modo,&
36 in Pontificem ità electus † potestatem nanci-
sciturimmediatè à Deo,non ab Electoribus,vel ab
alio,vt disputat , & benè declarat *Suarez. in de-*
fens. fid. Cathol. lib. 3.cap.2.num.15. & tamèn
est veta electio, vt superiùs ostendimus.

37 Quod si dicas,eam † confirmari à Deo,nihil ptę-
stiteris,quia assumptnm,de humana,non de diuina
confirmatione intelligitur, & tex. *in præalleg.cap.*
Nihil,de elect. exigit factum Supetioris,qui exa-
minet, & processum, & personam Electi ; quæ est
38 ratio, vt † per Electionem non consumetur vaca-
tio , nec per mortem electi noua inducatur , sed
semper duret prima vsque ad confirmationem,
Gloss. in clem. 1. in verb. collatio , vt lite pend.
quam teputauit singularem Rota *in nou.decis.17.*
ante num.1.de electión.

39 Igitùr † aduerte,actũ cõfirmationis distingui,& se-
parari ab actu electionis,nõ tàm ex diuersitate per-
sonę cõfirmãtis,quàm ex diuersitate causę,videlicèt
vt ipsam electionẽ perficiat,& cõsumet;quapropter
si aut ex Indulto Apostolico,aùt alio Iure singula-
ri inductum sit, quod electus per Capitulum simul
installetur, iàm ille actus installationis habet vim
confirmationis, pet quam præcedens actus ele-
ctionis perfectissimum sortitur effectum , qui sci-
licèt consumitur in potestate administrandi ; &
hoc est quod subtilitèr disputat,&resoluit *Oldrad,*
consil.146.nu.5.& per tot. modò scilicèt serue-
tur forma aliqua ex præstitutis in *cap. quià pro-*
ptèr, proùt in his terminis loquitur idem Oldra-
dus;denturquè isti duo actus distincti; nàm suffra-
40 gium , † & collatio ordinantur ad actum ele-
ctionis ; ideoquè eo subsequuto , non reputantur
plures , sed vnus actus in quo consumitur electio,
Abb.in cap.Publicato,nu.9.de elect.

41 Præter hunc † igitùr actum, si aliquid,aùt de
Iure,aùt ex cõsuetudine fiat,quod implicet Ius ad-
ministrandi , ille dicitur actus confirmationis , &
sic electionis perfectissimæ,vt explicat *Oldradus,*
42 *vbi suprà* . Vndè & † perfectissima dicitur ele-
ctio Summi Pontificis , quià Sacro Collegio ne-
dùm mandata est potestas eligendi simplicitèr,sed
etiam recipiendi, vt habet in verbis *tex. in cap.*
43 *licèt, de elect.* recipere † enim est quid amplius ,
44 & perfectius,quàm eligere,cum † actum absolu-
tum significet;sic dicitur receptus in Ciuitatem
qui iàm muneribus illius defungitur, *l.1.ff.ad mu-*
45 *nicipal.* & † pro termino differenti ab electione,
ponderatur per *Card.in consil.103.num.5.*

His expositis,distinguendi sunt duo casus:Quo-
rum prior est,cùm versamur in electione quæ ex-
pectat confirmationem à Superiore,in ipsoquè ar-
ticulo petitæ confirmationis aliquis obijcit electo
inhabilitatem, nè confirmetur (si enim obijcere-
46 tur † defectus aliquis post confirmationem, in-
tempestiua esset obiectio , foretquè tùm proce-
dendum per viam accusationis solemnis,de qua
in *cap.super his,de accusat.* & distinguit *Franc.de*
47 *Marchis decis. 1392. n. 3.*) & hoc sanè † casu
concludendum est, obijcientem teneri probare
inhabilitatẽ per ipsum obiectam,quæ fuit senten-
tia *Gloss. in cap. si fortè , in verb. defectum, de*
elect. in 6. & ità etiam intelligenda est alia *gloss.*
in cap.bona memoria,23.in verb.per rerum natu-
ram, circa finem versic.negatiua qualitatis,extr.
eod.tit.Innocen.in cap.super his,num. 7. de accu-
sat.Specul.de probat.§.1.nu. 7.

48 Est tamèn verum,etiam hoc casu † exuberare
officium illius, qui debet confirmate, vt possit ex
officio de hoc inquirere,etiam nemine opponente,
c.cum nobis,19.§.his igitur,vbi bona Gloss.in verb.
49 *ex officio , de elect.* imò † etiam oppositore defi-
ciente,vel renunciante,*Gloss.in d.cap.si fortè in*
verb. euidentem,ad med.vers.sed nunquid Iudex,
50 *eod. tit.de elect. in 6.* & tùnc † debebit ipse ele-
ctus probare habilitatem suam, iuxta doctrinam
Felyn. in cap.in præsentia.sub nu.28.vers.& ideò
volens, de probat.Io.And.ad reg.Infamibus,vers.
ad contrarium,n.8.& 9.de reg.iur.in 6.But.in c.
bona il primo,nu.58.ad finem versic.si autem non
intenderet, de elect.

51 Quod est † intelligendum,non solum de ætate,
ac literatura , & legitimitate , verùm etiam de
Vita,& moribus . Quicquid enim voluerit *glos.in*
*d.cap.si fortè,in verb.scientia,*constat ptęsumptio-
nem illam bonitatis,in hoc nihil suffragari , & ab
illa in promotionibus , & alijs actibus spirituali-
bus recedi, *Sarnen.in tract. de expectatiu.nu.78.*
& 150.Alciat.de præsumpt. reg.3. præsumpt. 2.
sub num 2.versic.4. limitatur , & quod ideo om-
nino probari hæc debeant,docuit *Card. in Clem.*
52 *Vnic.nu.2.de concess.præben.*vbi ait, quod † quià
nascimur filij iræ,& procliues ad peccandum,vio-
lentèr præsumitur contra quemlibet,vbi agitut de
ipso promouendo .

53 Ratio verò,cùr hoc casu † exuberet officium
confirmare habentis,est euidens,quia in causa ver-
satur ipsius interesse, attento quod præter actus
nullitatem,si confirmaret indignum , seù inhabi-
lem, incideret in pœnas de quibus in *cap. nihil*
est 44. extr. de elect. & hanc rationem considera-
runt *Glos. in dicto §.his igitur, in verb. ex officio,*
ad fin.& Aegid. decis.16.sub num.7. versic. item
quia Iudex .

Alter est casus, quando versamur in electione,
quæ

quæ non expectat confirmationem alterius Superioris; & hoc casu si agatur de vera electione, & in consequens de vera confirmatione per actum diuersum, & æquipollentem, secundùm ea, quæ suprà dicta sunt, res penè est impracticabilis; nisi in eo actu oriatur controuersia, itàut in eius prosequutione suspenso illius effectu, de hoc quæratur;
54 & cum† hoc casu ità electus censeatur habere titulum perfectum, cuius vigore petit sibi adiudicari beneficium, videtur dicendum, quod sibi obiecta inhabilitate per aliquem ante huiusmodi adiudicationem, onus probandi habilitatem eidem incumbat, quod sensisse videtur *Rota de probat. decis. 14. ad fin. & de præsumpt. decis. 1. in princ. in antiq.*
55 Licèt enim quisque † præsumatur habilis, & idoneus, præsertim vbi actus habet debitam formam, *Bald. in l. cum te minorem, nu. 6. C. de prob. Dec. in cap. in præsentia, num. 47.* & ibi etiam *Abb. num. 4. ext. eo. tit. de probat.* & idem *Dec. in cons. 682. num. 13. ad fin. vers. quarto non obstat, & num. 15.* cum alijs per *Mandos. ad reg. Cancell. 18. quæst. 3. num. 6.* & per *Mascard. de probat. concl. 666. num. 9.*
56 Tamèn id obtinet, vbi nemo † ipsam habilitatem controuertit; si enim controuertatur, & negetur, cessat huiusmodi præsumptio, *Bellam. decis. 134.* ac in consequens videtur onus istud probandi incumbere petenti adiudicationem, qui de Iure tenetur instificare omnia, per quæ constituitur Ius suum, idem *Bellam. decis. 154. sub num. 1. circa med. vers. modò Ego.*

Contrarium nihilominùs tenendum est, per doctrinam *Innoc. in cap. 1. num. 3. de concess. præ-*
57 *ben. in 6.* vbi vult, † prouiso sufficere hanc præsumptionem idoneitatis, nisi aliquid in contrariũ probetur, aùt præsumatur, & ibi eum sequuntur *Host. nu. 4. Anchar. n. 3. Gemin. nu. 5. & Franch. num. 3.* & voluit etiam *Calder. consil. 5. de probat.*
58 Quippè, data aliqua extrinseca † præsumptione pro opponente, etiam prouisus debet docere se dignum, nèc pati defectum obiectũ, saltim per iuramentum purgatorium, vt post *Io. Andr.* tradit *Butr. in superiùs allegato cap. Bona, ante num. 59. vers. hæc vera sunt, de elect.* cessante verò hac præsumptione, secùs, iuxta *Innoc. & alios præallegatos.*

Et ratio est, quià prouisus habet intentionem fundatam super actu perfecto, nequè tenetur probare requisita ad illum, inter quę est habilitas sua:
59 Iuris † enim auctoritate prouisio perfecta præsumitur canonica, vt post *Innoc. Host. & Io. Andr.* docuit *Gemin. in cap. licèt Episcopus, sub nu. 12. versic. & sufficit ei de præben in 6.* sequitur *Rebuff. in prax. Rubr. can. Instit. quæ dic. sub n. 9. vers. non tenetur tamen.*
60 Et sanè, per hanc rationem videtur † sedari quilibet turbidus intellectus tenentium contrariam opinionem; nàm electus hoc casu non fundat se agendo, vel excipiendo super habilitate, vt perperam considerarunt aliqui, in quorum sententiam videtur & ipse descendisse Mandos. *ad d. reg. 18. quæst. 3. num. 3.* sed super actu perfecto, quo probato, resultat probata ipsa habilitas ad electionem præambula, & necessaria; in tantum, vt quamuis *Innoc. in cap. Innotuit, col. 2. vers. de solemnitati-*
61 *bus autem, de eo qui furt. ord. suscep.* dicat, † quod præsũptio solẽnitatis ad actũ necessariæ per con-
62 trariã pręsũptionẽ de facili tollatur, tamen † id non debeat intelligi de præsũptione idoneitatis personę, quę non tollitur, nisi per plenã probationem defectus, vt per eum textum, quem in hoc reputat singularem, voluit *Abb. in d. c. in præsentia, n. 32. versic. dices tamèn, & num. 33. de probat.* & ibi etiam *Fel. num. 28. vers. & hoc est verum, & Dec. num. 167. Mascard. vbi suprà, num. 19.*
63 Atquè ità etiam satisfit alteri rationi, † quod petens Canonizationem, vel adiudicationem, teneatur probare ea, per quæ constituitur Ius suum: Nàm Ius prouisi, satis constituitur ex ipso actu prouisionis perfecto, & absoluto; & in hanc sententiam conferunt longo ordine digesta per *Menoch. lib. 2. præsumpt. 50. ex num. 21. & num. 25.*
64 & eandem, † in puncto electionis ad Canonicatum Ecclesiæ Tridentinæ, quæ aliam confirmationẽ Superioris non expectabat, probauit Rota me scribente, in *Tridentina Canonicatus, 15. Decembris 1603. & 13. Febr. 1604. coram Illustriss. D. Cardinali Millino.*

SVMMARIVM.

1 *Textus in cap. Quià propter, de elect. refertur, & explicatur.*
2 *Forma Electionis duplex est, alia substantialis, alia accidentaria.*
3 *Electio vitiatur, nisi seruetur forma ipsa accidentaria.*
4 *Clausula*, alitèr non valeat, &c. *importat decretum irritans.*
5 *Electio, non minus canonizatur per formam accidentariam, quàm per substantificam.*
6 *Et quæ sit ratio.*
7 *Electiua naturalitèr, est omnis Ecclesia Collegiata.*
8 *Respectu tamen Prælaturæ, per cuius vacationem inducta sit reseruatio.*
9 *Electiua, an possint esse plures Prælaturæ in eadem Ecclesia.*
10 *Electiua Beneficia, non sunt Canonicatus, nequè Dignitates in Ecclesia Collegiata, præterquàm per accidens.*
11 *Et in his, nulla solemnis de iure requiritur Electio.*
12 *Electiones Prælatorum Regularium, exigunt formam præscriptam in cap. quià propter, de elect.*
13 *Electio Canonica, quorum vocationem exigat.*
14 *Excommunicatus maiori excommunicatione, non debet vocari ad electionem.*
15 *Etiamsi prætendatur excommunicatio iniusta.*
16 *Absentes sunt vocandi ad Electionem, secundùm consuetudinem cuiusquè Ecclesiæ.*
17 *Absentes omnes, sunt vocandi ad Electionem, qui sunt intra Prouinciam.*
18 *Nisi proponatur absentia vltra duas dietas.*

QVÆSTIO XIX.

Electionis forma, an sit vna, vel multiplex.



1 *VIA propter* † (inquit Innocentius III. in Concilio Generali Lateranen.) *diuersas electionũ formas, quas quidam inuenire conantur, & multa impedimenta prouenerunt, & magna pericula imminent Ecclesijs viduatis; Statuimus, vt cùm electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commodè interesse, assumantur tres de Collegio fide digni, qui secretè, & sigillatim vota cunctorum diligentèr exquirant, & in scriptis redacta, mox publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto, vt is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel maior, & sanior pars Capituli consentit: Vel saltè eligendi potestas aliquibus Viris idoneis committatur, qui vice omnium, Ecclesiæ viduatæ prouideant de Pastore: Alitèr electio facta non valeat, nisi fortè communitèr esset ab omnibus quasi per inspirationem absque vitio celebrata; Qui verò contra præscriptas formas eligere*

gere attentauerint, eligendi ea vice potestate pri-
uentur: Illud autem penitùs interdicimus, nè quis
in electionis negotio procuratorem constituat, nisi
sit absens in eo loco, de quo debeat aduocari, iusto.
què impedimento detentus venire non possit; Su-
per quo, si opus fuerit, fidem faciat iuramento, &
tunc si voluerit, vni committat de ipso Collegio vi.
cem suam: Electiones quoquè clandestinas repro-
bamus; statuentes quàm cito electio fuerit celebra-
ta, solemnitèr publicetur. Sunt verba *tex. in cap.*
quia propter, 42. de elect. in quo tota perstringitur
electionis forma.

Est autem ante omnia aduertendũ, cùm textus
loquatur de pluribus formis, respectu vnius spe-
ciei electionis (quod videtur impossibile, cùm
vnicuiquè enti non possit, nisi vna forma esse) for-
2 mam † electionis esse duplicem, substantialem
nimirùm, seù naturalem, quæ fit per consensum,
aùt totius, aùt maioris partis Collegij, vt hic etiã
videtur supponi, & in *cap. Auditis, eo. tit.* & acci-
dentalem, quæ versatur circa modum exprimen-
di, siuè educendi consensum illum, & quæ ideò
non dicitur tangere substantiam ipsius electionis,
sed nudum artificium in eius compositione, vt do.
cet *Bald. in eo. cap. quià propter, sub num. 9. versic.*
dic ergò, quod quædam est forma; & nihilominùs
3 si hæc accidentaria forma † non seruetur, actus
erit ipso Iure nullus; quicquid enim ibi voluerit
Hostiensis, hæc est vera sententia, quam contra
eum in eodẽ *cap. quià propter*, probauit *Io. Andr.*
num. 37. & Innoc. num. 8. Bellam sub nu. 2. vers.
primo quæro, & alij passim, id assumentes ex decre.
to, de quo in textu, ibi, *alitèr electio facta non va-*
4 *leat*; important † enim verba huiusmodi decre-
tum irritans, *Rom.* qui testatur de communi, *con-*
sil. 332. nu 12. Alex. cons. 41. n. 13. & 14. lib. 5. cum
innumeris cumulatis per *Reuerendissimum D.*
Coccin. in Meten. Monasterij 5. Iulij 1621. &
in Treueren. Abbatia S. Maximini, 20. Nouem-
bris 1624. impressis apud *P. Castellin. in tract de*
Canon elect. cap. 8. & collegit etiam *Barbos. in*
collect ad d. cap. quià propter, nu. 30.
5 Vndè non minus † canonizat electionem, for-
ma hæc accidentaria, quàm substantia ipsa con-
sensus eligentium, vt ex *Bald. vbi suprà*, concludit
6 *Boer. decis. 1. num. 70.* Quamuis † enim negari ne-
queat, formas istas esse distinctas, tamen vltima
est ordinata ad primam, ità quod non seruata hac
forma accidentaria, non possit dici constare de
consensu, vt ità post *Mandagot. de elect. cap. 22.* &
ibi etiam *Boer. in litera B.* ratiocinata est Rota
in *præalleg. Meten. Monasterij.*

Ex præmissa verò litera, primum colligitur, Edi-
ctum. de quo in ea, non obtinere in omnibus ele-
ctionibus, sed in naturalibus tantùm, idest in Præ-
7 laturis Collegiorum, † constat enim omnem Ec-
clesiam Collegiatam esse naturalitèr electiuam, vt
8 loquitur *Gambar. de off. leg. lib. 3. nu. 84.* idest † re-
spectu Prælaturæ per cuius vacationem contingit
viduatio Ecclesiæ; Viduatio enim supponit neces-
sariò sponsalia, atquè ità refertur ad Prælationem
in Ecclesia ratione curæ animarum, siuè sit Episco.
palis Dignitas in Cathedrali, siuè alia in inferiori
Collegiata, cui tamen sit annexa animarum cura;
9 adeo, vt si plures sint † Dignitates, inter quas di-
uisa cura sit, non omnes, sed vna tantùm, censeri
possit electiua, ea videlicèt, quæ ex consuetudi-
ne, aùt ipsius Ecclesiæ, aùt circumuicinarum, repu.
tatur pro maiori, vt disputat, & resoluit *Rota*
decis. 5. num. 2. de elect. in nou. & propterea si Iu-
re aliquo speciali Episcopalis Dignitas, vel alia
huiusmodi, non prouideatur per electionem, id erit
10 per accidens; È conuerso † verò, Canonicatus, &
Dignitates, quibus non est annexa animarum cu-
ra, non sunt naturalitèr electiuæ, nèc in eis serua-
tur forma *d. cap. quià propter*, quæ restringitur
ad Prælaturas, vt dictum est, & aduertit etiam *In-*
noc. in cap. ex parte, num. 4. de concess. præben. Rot.
in antiq de elect. decis. 1. & in nou. d. decis 5. pau-
lo ante num. 1. vbi ait, hanc opinionem esse Euan-
gelicam, *Fel. in cap. in nostra, nu. 25. vers. & nota*
diligentèr, de rescript. quibus addi possunt *Franc.*
de Marcb. decis. 922. num 3. & 4. par. 1. Garz. de
benef. par. 1. cap. 6. num. 25. siuè sint simplices Ca-
nonicatus, & præbendæ, in quibus terminis loqui.
tur *Innoc. in d. cap. ex parte, nu. 4. de concess. præ-*
ben & Abb. in d. cap quia propter, sub nu. 7. ver-
sic. circa istam partem, siuè sint Personatus, & Di-
11 gnitates; † quicquid enim visum fuerit *Oldrad.*
consil. 146. num. 1. in his nulla solemnis huiusmodi
requiritur electio, nisi habeant generalem Iurisdi-
ctionem in Ecclesia, vt explicat *Glos. in d. verb.*
Ecclesijs viduatis, & aduertit Rota in eadem *Me-*
ten. Monasterij.

Si igitùr, in his prouidendis procedatur per ele-
ctionem, dicentur electiua accidentariè, quòd ni-
hil prohibet fieri, vt in superioribus visum est, ne-
què in his habebit locum dispositio dicti *cap. quià*
12 *propter*, quantumuis obtineat † in electione Præ-
latorum Regularium, iuxta *glos. ibidem, in verb.*
Ecclesijs viduatis, ad med. versic. satis potest dici,
vbi etiam *Abb. num. 7. & 8.* cum alijs cumulatis
in præfatis decisionibus *Reuerendissimi D. Coc-*
cini, & per Barbos. in præcit. collect. nu. 5. & 6.
13 Secundum colligitur, † ad futuram huiusmodi
electionem non omnes esse vocandos, sed, vt dicit
tex eos qui debẽt vocari, quiquè volunt, simulquè
pòssunt commodè interesse; vndè satis apparet, Ex.
14 communicatos non † esse vocandos, quin si velint
interesse, debere eos expelli, si id fieri possit absque
periculo, & scandalo, cum aliàs ex permixtione
excommunicatorũ irrita sit electio, vt post *Man.*
dagot. de elect. in 1. par. cap. 20. vbi Boer. sub
lit. C. D. T. notat *Pater Castell. in supracit. cap. 8.*
num. 14. intelligendo tamen de publicè excom-
municatis maiori excommunicatione, vt declarat
Innocen. in cap. illa quotidiana, ex nu. 1. per eum
15 *tex. de elect.* obtinetquè † conclusio, etiam si præ.
tendatur excommunicationem fuisse iniustam, hoc
enim casu competit actio excommunicato ad id
quod interest, contra excommunicatorem, sed nõ
potest interim dare de nullitate electionis, *Ho-*
stien. in cap. sollicitudinem, ante num. 1. vers. sed
quid si interim, de appellat. per tex. in cap. Sacro,
§. cumquè aduersus, & ibi *glos. in verb. ad interesse,*
de sent. excomm.

16 Sic etiam absentes non omnes † vocandi sunt, sed ij tantùm, qui commodè possunt vocari, quod regulatur ex consuetudine cuiusque Ecclesiæ, vt concludit *gloss. in cap. coram dilecto, 25. in verb. in prouincia, ad fin. vers. in talibus enim vocationebus, eod. tit. de elect.* circumscripta verò consuetu-
17 dine, vocandi † sunt omnes qui sunt in Prouincia, vt probat textus præcitatus, & tradunt Doctores
18 ibi cumulati per *Barbos. num. 2.* nisi † propone-
tetur distantia vltra duas dietas, vt per *Innocen.*
19 *in eod. cap. quia propter, num. 10.* Prouincia † autem, intelligitur Diœcesis, siuè Episcopatus, *Clem. nè Romani, de elect.* & notat *Aufrer. ad Capell. Tholosan. quæst. 42. sub num. 2. versic. alij vnam Diœcesim, Rebuff. in l. absentem, 199. vers. ad hae pater, de verb. signif.*
20 Vocatio autem † hæc, debet esse legitimè facta, nè aliàs insurgat contemptus, *Imol. in eod. cap. coram dilecto, num. 6. eod. tit.* & cui incumbat onus probandi, vocationem fuisse legitimam, vel secùs, latè explicat idem *Castellin. vbi suprà, ex n. 17.*
21 Est tamen maxima differentia, † inter casum, quo quis de Iure debet vocari, & casum, quo non debet vocari nisi ex consuetudine; In primo enim si vocetur, & non expectetur, irrita est electio, ipse de te de contemptu; in altero verò secùs, quia cū vocatio non fiat ex necessitate Iuris, sed ex consuetudine, nisi etiam hoc iustificetur, quod de consuetudine expectari debeat, non potest produci hæc consuetudo ad hunc effectum annullandi electionem, qu à non fuerit expectatus, ex quo tunc non possit dici aliquid attentatum contra Constitutionem irritantem electionem ipsam, iuxta grauem sententiam *Abb antiq. in cap cum inter vniuersas, 18. sub nu. 1. versic. ad glossam,* & ibi etiam *Compostell. eod. tit de elect.* qui in hoc casu non expectationis dicunt, vocantes teneri duntaxat ad id quod interest, pro expensis factis in itinere, quia si fecerunt gratiam in vocando, noluerunt facere gratiam in expectando, quæ sunt diuersa, vt considerat etiam ibi *Panorm. nu. 12.* sequutus ibi opinionem *Io. Andr. num. 13.* & hoc indistinctè procedere, siuè immineat, siuè non immineat periculum, docet ibidem *Hostien. num 6. & Bellam. sub num. 12. versic. sed in veritate,* licet ipse rationem hanc non probet.
22 Impeditus, † verò, qui secundum præmissa, potest commodè vocari, debet omninò vocari, & hoc casu potest interuenire per Procuratorem, vt expressè disponitur in ipso *tex. cap. quia propter, in*
23 *§. illud autem,* dummodò † ille procurator sit de ipso Capitulo, vt ibi scribitur & in *c. si quis iusto,*
24 vbi omnes *de elect. in 6.* hoc † tamen casu, duo sunt probanda, & absentia in loco, & impedimentum cum sua qualitate, videlicet quod tale sit, vt absens interuenire nequeat, *d. §. Illud, vbi glo. in verb. venire, Abb. nu. 1.* & alij passim, *Lambert. de Iur. patr. lib. 1. par. 2. quæst. 4. in princ. artic. 1. sub n. 5. vers. Verum est.*
25 Nec creditur † Procuratori, affirmanti medio Iuramento super tali impedimento, nisi ad hoc habeat speciale mandatum, vt notat *glo. in praalleg. cap. si quis iusto, in princ. in verb. detentus,* vbi *Ar. ebid. num. 2. & Bellam. in supracit. cap. quia propter, num. 4. ad fin. & num. 5.*
26 Quod † etiam experimur in præsentatione Patronorum Ecclesiasticorum; quamuis enim alio Iure vtamur in Patronis laicis, vt per *Azor. instit.*
27 *moral par. 2. lib 6. cap. 14. in 6. quæst.* Tamen † in Ecclesiasticis ità seruatur, vt fuit decisum in *Calagurritana beneficij de Murillo, 14. Maij 1619. coram bo. me. Andrea.*
28 Tertium, ex eodē textu colligitur, † nouam formam per eum inductam, sumere initium à principali clausula, quæ regitur à verbo *statuimus,* quæ est ibi, *assumantur tres de Collegio;* quamuis enim *Gloss. in eod loco, in verbo sanior,* existimauerit hanc particulam, non esse de substantia, cum qua videtur sensisse *Mandagot. cap. 23. in verbo irritari,* tamen veritas est in contrarium, vt aduertit *Hostien. ibidem sub num. 17. in verb. tres.*
Regulatur enim, vt dixi, à verbo *statuimus,* quod
29 est † iuris noui inductiuum, *Gloss. in Clem. vlt. in verb. statuimus, de rescrip. Seraph. decis. 510. n. 4.* cum alijs per *Barbos. in collectan. ad dict. cap. quia*
30 *propter, num. 4.* & propterea † quicquid exprimitur sub ea oratione aliter, quàm prius esset à iure communi dispositum, dicitur de forma, *Anchar. cons. 241. num. 11. Dec consil. 262. num. 4. & consil. 434. num. 1. consil. 455. num. 7. Franc. Becc. cons 62. num. 43.*
31 Quartum colligitur, † (id quod ex præcedenti etiam consequitur circa illam primam formam, quæ pendet ex scrutinio) neque plures, neque pauciores eligi posse scrutatores, quàm tres; nam quod non possint eligi pauciores, habet in se manifestam rationem, quia firmius est iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur, vt aduertit ibi *Hostien. num. 18. & 20.* vndè si Collegium non constet numero sufficie ti, debent alij scutatores extra illud assumi, *Compostella.* quem alij sequuntur *in eo. c. quia propter, sub n. 5. vers. nunquid extra;* Quod verò nō pos int eligi plures, nō ità manifesta ratio est, nàm testamentum exigit pro forma interuentum septem testium, *§. 1. instit. de testam. ordin.* & tamen si plures adhibeantur, non vitiatur testamentum, & propterea licèt tutius sit non interuertere hunc numerum, vt ait *Cardin. in eod. cap. quia propter, sub num. 3. in 12. quæst. versic. sed contra facit,* prout ità etiam loquuntur *Goffred. Innoc. Hostien. & Compostel.* quos refert *Anchar. ibidem sub num. 1. super verb. assumantur,* tamen ego putarem, non ideo vitiari electionem, si plures adhiberentur scrutatores, modò sint de eodem Collegio, & ità posse sustineri opinionem *Glossæ,* quam probauit *Abb antiq. in eod. cap. quia propter, num. 7. ad fin vers. si verò plures.*
32 Vis enim istius † formæ, stat in hoc, quòd debeant sumi tres de eodem Collegio, vt prædicti omnes agnoscunt, & tradit *Abb. sub num. 13. vers. quartum substantiale est,* reprobata contraria sententia *Vincentij, & Tancredi,* tenueruntq; alij communiter, quos latè cumulauit Rota in *præcit. Meten. Monasterij, apud Castellin. pag. 98. & 99. num. 5.* vbi optimè fuit animaduersum, in-
33 dè non vitiari electionem, si † cum tribus de Col-

legio

legio assumantur tres alij extra Collegium, semper
enim erit verum, assumptos fuisse tres de Collegio, & in consequens satisfactum huic formæ, vt
ideò nil mirum, si confirmata fuit eiusmodi electio,
cuius meminit *Cardin. in pract. quæst. 12.* cum
vtile, per inutile non vitietur.
34 Quintũ † colligitur, cũ textus non distinguat, admitti omnes qui sunt de Collegio, siuè sint tales de
iure cõmuni, siuè de cõsuetudine, aùt alio iure singulari, *Speculat. de elect. §. 1. sub n. 12. vers. eligant
enim:* in his enim quoque, verificatur dispositio prę
35 dicti textus, quod ibidẽ cẽsuit *Cardin.* Cęterũ, † vt
simplicitèr admittãtur extranei, nulla ex cõsuetudine potest introduci, vt latè prosequitur *Rot. in
36 dict. Meten. ex nu. 6.* præterquàm † respectu scrutationis ipsorummet scrutatorum; nàm textus in
hoc nihil disponit; & quamuis Doctores ibi opi-
37 nentur, scrutationem hanc ipsis permitti, vt † duo
scrutentur tertium, *Compostell. num. 6. & 7. Butr.
num. 26.* & alij, nihilominùs, vt dixi, hoc non est
expresse prouisum, vt per *Abbat. sub num. 9. vers.
quarto quæritur*, licèt accedat hanc esse meliorem, & communem practicam, vt duo ex eis scrutentur tertium, & idem videtur sentire *Cardin.
sub num. 4. vers. dic ergò.*
38 Sextum colligitur, de forma † scrutinij esse, vt
vota secretò exquirantur, & in scriptis redigantur,
vt latè explicatur in supradictis decisionibus, &
per Doctores, quos latissimè cumulat *Barbos. ad
dict. cap. quià propter, ex num. 17.*
39 Septimum colligitur, de forma † scrutinij
esse, vt eò publicato, & facta collatione mox
per vnum nomine Capituli, electio fiat, siuè præcedat mandatum Capituli, siuè sequatur ex tacito consensu, qui ex non reclamatione deducitur,
*Gloss. in cap. sicut in verb. per vnum, de elect. in 6,
Abb. in d. cap. quià propter, num. 11. Francis. de
Mareb. decis. 922. num. 2. lib. 1.* & publicatio ista,
40 si † omnes consentiant, potest etiam fieri per extraneum, *Petrus Bais. in direct. elect. par. 3. c. 33.
num. 4. & 5.*
41 Octauum hinc † deducitur, quàm sit difficile
seruare hanc formam electionis per scrutinium, &
simùl quàm periculosum, vt post alios commemorat *Menoch. consil. 67. num. 27.* periculum enim
42 in eo consistit, quod † publicato scrutinio, non est
permissa Electoribus variatio, sed coguntur eligere
eũ, in quẽ maior, & sanior pars suffragiorũ intẽsa
fuerit, *cap. publicato, 58. de elect.* & alibi diximus.
43 Est tamen † aduertẽdũ, aliud esse publicari scrutiniũ, & longè aliud publicari mentem scrutinij; nàm
tùnc dicitur publicari scrutiniũ, quando euulgantur nomina eorum, qui suffragia tulerunt cum ipsa
vororũ directione ex scriptura, dicendo verbi gratia, *A. B. & C. consenserunt in D. sed E. & F.
consenserunt in G.* & sic de singulis, vt declarat
Speculat. de elect. §. 1. num. 26. Quando verò reticentur nomina, & simplicitèr publicantur vota in
genere, dicendo, *A. habuit tot vota. B. habuit tot.*
hæc non est publicatio scrutinij, sed mentis duntaxat ipsius scrutinij, ideoquè tunc adhuc licita
est variatio, veluti re adhuc integra, vt declarat
Aegid. in d. c. publicato, n. 9. vers. septimo quæritur.

44 Quæ verò dicatur † maior, & sanior pars, explicant Doctores in prædicto *cap. quià propter,* &
alij, quos cumulat *Barbos. num. 27.*
45 Nonum ex *eod. tex.* colligitur, † forma Electionis per compromissum, quando videlicèt potestas eligendi committitur aliquibus Viris idoneis; quod efficitur, siue in plures, siuè in vnum tãtùm compromittatur, & siuè Compromissarij sint
de Collegio, siuè sint extranei, *Gloss. in eod. cap.
quià propter, in verb. viris, & in verb. vice om-
46 nium;* quod est † diuersum ab electione facta
mixtim, videlicet per scrutinium, & per compromissum simul; tamètsi enim possit dari hęc mixtura,
*Speculator. de elect. §. 1. num. 20. vbi Ioan. Andr.
in verb. pro consensu, Compostellan. in d. cap. quià
propter, num. 14. vers. sed & si Capitulum;* tamèn
47 hoc casu necesse est, vt detur † mixtura hæc ex concursu vtriusque formæ, veluti cùm Compromissarij secretò, & sigillatim vota singulorum exquirunt, & eum eligunt, in quem maior, & sanior pars
Capituli consensit, *cap. cum expediat, 29. de elect.
in 6. iuncto cap. cum dilectus, 32. extra eod. tit.*
tuncquè sunt in hac specie seruanda omnia, quæ
seruari oportet in electione per scrutinium, *cap. sicut 23. de elect. in 6.* & censuit Rota in *d. Meten.
Monasterij.*
48 Decimum ex *eod. tex.* † innuitur, nullam ex his
duabus formis, aùt scilicèt per scrutinium, aùt per
compromissum necessariam esse, si fortè fiat electio per quasi inspirationem.
49 Laborant autem Doctores in explicando, † quæ
dicatur inspiratio, & quæ quasi inspiratio; aiuntq;
plurimi, inspirationem esse illam, quæ fit nullo ordine seruato inter eligentes; dùm ij quasi inebriati
Spiritu, vno ore aliquem eligunt; quasi autem inspirationem vocant, quando subitò, & repentè,
seruato tamen aliquo ordine inter eligentes, vnus
post alium, & sine aliquo interuallo, quempiam
eligunt: Ità *P. Sigism. à Bonon. in tract. de form.
canon. elect. dub. 2. num. 4. & 5.* quæ doctrina, &
distinctio attribuitur *Hostien. in eo. cap. quià pro-
50 pter num. 49. & 50.* Qui † tamèn longè alitèr
loquitur, quemadmodùm, & longè alitèr loquuntur scribentes in eo textu, quibus per Moderniores id imponitur; verba enim Hostiensis sub *n. 50.
ad fin. & nu. 51.* Sunt hæc præcisa: *Tangitur ergò
hic duplex forma, scilicèt vera inspiratio; & hæc
est prima; nèc eget aliquo adminiculo, cum illum,
qui super omnes est (nèc fallit, nèc fallitur) habeat
auctorem, infrà de sent. excom. à nobis. 19 quæst. 2.
duæ Secunda est quasi inspiratio, sicut dicitur possessio in corporalibus, & quasi possessio in incorporalibus, 5. eod. querelam, & not. infrà de caus.
poss. cum Ecclesia. Sic & dicitur verum dominium, & quasi dominium. ff de public. l. 1. Primo
igitur ad primam, scilicèt ad inspirationem, si forsan ipsam Deus dederit: Secundo ipsa deficiente,
quæ perrara est, ad hanc est recurrendum: Tertie
ad formam compromissi; Quarto ad formam scrutiny: Prima est à Deo, & latet sub illo verbo quasi, & ideò de illa parùm loquutus est, quià peccatis nostris impedientibus, raò, aut nunquàm contingit, talis tamen fuit electio Beati Ambrosij, &*

B. Ni-

B. Nicolai , 61. dist. §. bis omnibus : Secunda est quasi à Deo , & eget propter dubium Canonica probatione , & confirmatione , Et paulò inferiùs loquendo de prima, *hac tamen electio* (inquit) *rarò contingit. Sed nèc quasi inspiratio de facili, quia vix est, quin vnus assentiat.*

Ex quibus verbis Hostiensis, nihil minus colligitur, quàm superiùs assignata differentia inter inspirationem, & quasi inspirationem, sed penitùs di-
51 uersa , vt † videlicèt illa dicatur inspiratio , quæ habet Deum Auctorem immediatum, & super hoc habet aliquod signum certum , Vndè ipsa dicitur certa, ad differentiam alterius, proposito pulcher-
52 rimo exemplo in duabus Electionibus: † priori videlicèt B. Ambrosij, quem vnius infantis vox pronunciauit Episcopum, quam mox vniuersus cætus frequenti acclamatione probauit, vt commemorat *Spondan. in epit. annal. Baron. in anno 374.*
53 *num.* 1. & † B. Nicolai, Patroni mei, qui ad Myrensem Ecclesiam, ignotus ab. ignotis comprouincialibus Episcopis fuit promotus , prævio Diuino monitu , vt quem in Ecclesiæ foribus deprehenderent , Nicolai nomine, eligerent ; & aliud exemplum similis inspiratæ electionis habemus in libro Numeri , *cap.* 17. ex signo miraculo-
54 so, quo † in electione Aaron, virga illius floruit, cæteris arescentibus, proùt exemplificat *August. Triumph. de potest. Eccles. quæst. 2. art. 4. in resp. ad primum*, & cum hac doctrina conueniunt omnes scribentes, præcipuè *Abb. in §. Nisi num. 3. Bellam. num. 5. Butr. num. 48 Card. ante num. 1. sub 3. quæst.* vbi expressè ponit hoc pro termino differenti inter inspirationem , & quasi inspirationem , quod inspiratio habeat signum extrinsecum , vt in præfatis exemplis B. Ambrosij , & B. Nicolai ; quasi autem inspiratio non habeat, nisi illud signum latens ex vnanimi consensu , *Ioan. Andr. num. 39.* & omnium clariùs *Io. de Imol. sub num. 10. vers. item aduerte*, vbi, vt dicatur inspiratio, in differentia quasi inspirationis, exigit signũ voluntatis Diuinæ euidens, vt erat olim , (inquit ipse) quando descendebat columba super promouendum .

55 Est igitùr verum, in hoc etiam differre † inspirationem, à quasi inspiratione, quod in inspiratione nullo ordine seruato eligatur quispiam , vnanimitèr, in quasi autem inspiratione, possit interuenire ordo aliquis, & tractatus in genere, quamuis non in specie, adeò quòd excluso humanæ instigationis quocunque Spiritu, dicatur electio facta quasi per inspirationem , vt admittunt Doctores prædicti, *& alij in eodem cap quia propter*, qui in hoc videntur confundere inspirationem , & quasi inspirationem, de qua tantum loquitur textus, vt in specie colligitur ex verbis *Innocen. sub nu. 6. ad finem, super verb. per inspirationem, Abb. antiq. num. 21. & 22. Compostell. sub num. 27. & n. 28. cum sequenti* , *Hostien. sub d. num. 50.* & cæteri passim; & hoc est, quod sentit Rota in duabus decisionibus *Meten. Monasterij , & Treueren. Abbatia*, quas allegat *Pater Sigismundus à Bononia, vbi supra* .

At vltra hanc circumstantiam , exigitur signum certum extrinsecum , quod hanc dubietatem re-
56 moueat , an sit † electio facta à Deo, tanquam illius Auctore immediato , vt loquuntur Doctores superiùs allegati, & vt vno verbo concludam, possit dici *electio cælestis*, quod prorsus examinatione indiget, vt punctualitèr tradit *Ioan. Andr. nu. 39. ad finem, vers. & recipit examinationem, & Zabarell. ante num. 1. vers. & dic quod sit examina-*
57 *tio*; Etenim illa † vnanimis, & quasi ab ebriatis, electio, non est signum certum, sed præsumptum, vt concludit *Compostella. num. 29. ad finem, & Abb. num. 23. Bellam. num. 4.* nequè ideo excludit necessitatem confirmationis, quam prorsus excludit signum certum, & infallibile, vt paritèr concludunt *Abb. antiq. sub nu 20. ad finem vers. Item si aliquis Zabarell loco superiùs allegato, Ioan. Andr. sub d. num. 40 vers. secunda est* , & in specie quod vnanimis electio, facta non seruato aliquo ordine quasi per ebriatos Spiritu , & quæ aliquibus visa est inspiratio ad differentiam quasi inspirationis; nihilominùs hoc respectu quod sit immediatè à Deo, adhuc dicatur dubia, nequè excludat necessitatem confirmationis , optimè aduertit *Oldrad. in consil. 155. sub num. 2.* ibi , *nisi fortè propter dubium* , & hoc voluit etiam dicere *Franc. de Marcb. quæst. 1310. num. 1. par. 1.* cuius verba , aliquo modo impressoris vitio videntur corrupta, vt colligitur ex doctrina *Cosmæ Guimier*, quem ipse citat *in Glos. Pragmatica sanct. tit. de elect. cap. sicut , §. & cum humana , super verb inspirare, pag. mihi 87.* vbi vult ex mente *Hostien.* inspirationem, ad differentiam quasi inspirationis, constare reuelatione, & tunc non indigere confirmatione , tanquàm factam Auctore Deo .

Ex quibus constat, inspirationem in proposito, eam dici, quæ insignita est miraculo, vt Doctores præfati consentiunt, quod non cadit in quasi inspiratione, qualemcunquè præsupponamus vniformitatem, & conspirationẽ omnium in vnum, & quasi ebriationem Spiritualem, cùm omnia hæc pos-
58 sint habere causam aliquam naturalem; est † enim miraculum illud tantum, non quod fit præter ordinẽ naturæ, sed quod fit præter ordinẽ totius naturæ, vt docet *B. Thom. in 1. par. quæst. 110. art. 4. in*
59 *corp.* Vndè dicitur opus solius Dei, † vt ipse ibi subijcit, & benè etiam explicat *Cuiac in cap Venerabili, 52. in princip de testib.* & sic intelligitur ex-
60 cedere † vim totius naturæ, quemadmodùm docent *Conimbricen ad l. 2. physic. cap. 1. quæst. 1. artic. 1. vers. tertio pro tota* .

Et propterea hoc est diligentissimè obseruandum , nè quando prætextu inspiratæ Electionis à
61 Deo , omittatur electionis confirmatio , † cum sine hoc signo manifestæ reuelationis, perpetuò dicatur inspiratio præsumpta , vt latissimè præter supra allegatos , deducit *Rip. sub tit. de elect. responso quinto, alias 33. num. 8. per totum* , cui præsumptioni nequè est locus, vbicunquè adest
62 vel vnius † contradictio, etiamsi postmodum ille consentiat, cùm hinc non purgetur vitium, huic formæ quasi inspiratæ electionis semel ex tali contradictione impressum, quemadmodùm in eodem *cap. quia. propter*, docuit *Compostellan. sub nu. 28.*

Bellam.

Bellam. in dicto §. nisi forte, nu. 3. Zabarell. n. e. Io. And. num. 39. Anchar. num. 3. Io. de Imol. sub num. 10. vers. & nota, quod hanc formam.

63 Cùm igitur præsumpta † hæc inspiratio, con-
firmatione egeat, etiamsi habeat certam formã
respectu sui ipsius, non tamen censenda est tan-
quam tertia forma electioni posita in supradicto
cap. quia propter, in illis verbis, *nisi fortè com-
munitèr esset ab omnibus, quasi per inspirationem
celebrata*, verius enim, est ex illis verbis inductam
esse simplicem exceptionem ab obseruatione dua-
rum formarum ibi præscriptarum, & hoc clarè vo-
luit *Compostellan. num. 27.* & clariùs referendo
eius dictum, explicat *Bellam. in §. nisi forte, ante
num. 1.* & satis deprehenditur ex lectura dicti *tex.*
qui ex suppositione notionis termini, quid sit
quasi inspiratio, eam simpliciter excipit à regula,
64 ideòque † dicit, *nisi fortè, &c.* dictio † enim illa
nisi est ex sui natura exceptiua, vt post *Bart. in l.
actione, num. 1. C. de transact.* notant ibi *Ias. n. 3.
& 4. Dec. num. 5. & 6.* & alij passim, *Mandos. de
monitor. quæst. 31. n. 10. & 1e.* cum infinitis quos
cumulat *Cened. sing. 23. nu. e. & 2.*

Quamuis autem, vt suprà dictum est, electio fa-
cta contra supradictas formas, nulla sit ipso iure
65 propter decretum irritans, † tamen respectu pœ-
næ priuationis facultatis eligendi pro ea vice ità
eligentibus indictæ, ea nõ incurritur ipso iure, tex-
66 tus enim conceptus est per † verbum futuri tem-
poris, *priuentur*, vt post alios latè explicat *Ti-
raquell. ad l. si vnquam, in verb. reuertatur,
num. 177.*

67 Quocircà † si ante sententiam priuationis fue-
rit facta noua electio, non poterit, ex defectu po-
testatis impugnari, *cap. cum terra, eod. tit. de elect.
Roman. cons. 483. nu. 9.* vbi articulum hunc be-
nè declarat, cum alijs citatis per *Menoch. cons. 67.
num. 29. & 30. Barbos. ad d. cap. quia propter,
68 num. 34.* qui benè † etiam declarat, quænàm di-
cantur electiones clandestinæ, quas textus ille im-
probat, vt ibi per eum *num. 30.*

69 Eæ autem † formæ positæ in *d. cap. quia pro-
pter*, nusquàm obstrinxerũt Sacrum Collegium in
eligendo Summo Pontifice, vt in *cap. licet eod. tit.
de elect.* docuerunt *Hostien. sub nu. 14. vers. hac
autem intelligas, & Io. Andr. num. 21.* quos alij
communitèr sequuntur, præcipuè verò *Anchar. sub
num. 5. ad fin. vers. vltimo, Abb. sub n. 9. ad med.
versic. & hoc consistit in facto*, vbi subditur, quod
si aliquando Cardinales seruarunt formam tradi-
tam in *d. cap. quia propter*, id euenit de facto, non
ex Iuris aliqua necessitate, & *num. 13. versic. sed
intellige, Ioan. de Imol. num. 9. Bellam. num. 27.*
vbi ait, hoc esse vnũ principiũ, & *n. 4e. vers. secun-
do, quià Papalis electio, & n. 46. Butr. n. 25. & 27.
Ioan. de Anan. paulo ante nu. 8. vers secundo quià
eius, Zabarell. n. 10. Compostell. nu. 25. Præpos. in
can. si transitus, in 1. columna, vers. nequè de alia
forma omissa, 79. distinct. & in can. e. in 5. co-
lumna, vers. notat Gloss. non procedere, 23. di-
stinct. Francisc. de Mareb. decis. 1230. num. 3.
par. 1.*

70 Et quamuis receptum etiam † olim fuerit, sin-
gulis diebus fieri consuetum scrutinium, quod etiam *Pius IV. in eius Constitutione 63. §. 3.* decreuerat, ibi, & *singulis diebus scrutinium fiat, & in primo accedere liceat*, nemo tamen dixerit scrutinium illud regulatum vsquàm fuisse secundum formã dicti *c. quià propter*: omnes enim Cardinales in scrutatores adhibiti censentur, solo Decano singulorum Rota in Calice sub sigillo recipiente, vt declarat *Honuphr. Panui. in annot. ad Platinam, in vita Clementis V.* & tradit etiam *Tholosan. in Commen. ad tit. de elect. cap. 3. nu. 7.* poterantquè Cardinales conficere scrutinium etiam publicum, *Franc. de Mareb. decis. 936. n. 3. par. 1.*

Reliqua Romani Pontificis electionem concernentia, prorsùs transmittenda duxi; quippè & extranea est à foro nostro, & dudùm exoptatissimam recepit formam ex Constitutione Gregorij XV. promulgata anno 1621. Kal. Octobris opus tùm maximè vrgente Ludouico Cardinali Ludouisio, Magni Principis Nepote Maximo, nèc me latet super ea per Virum tantæ moli parem nimirùm Reuerendissimum D. Ioannem Baptistam Coccinum Rotę Decanum, conscriptum esse commentarium, cuius lux vt effulserit, omnes de Canonicæ electionis tractatus facilè exhauriet.

SVMMARIVM.

1 *Textus in cap. 1. vt lit. penden. in 6. cum sua ratione expensus,*
2 *Eundem porrigi ad beneficia iuris patronatus, etiam laicorum.*
3 *Iurispatronatus laicorum beneficia, contineri sub dispositione textus in d. cap. e. non per modum extensionis, sed per modum conclusionis sub eius ratione.*
4 *Eadem beneficia, etiam si Regum sint, cùm à Papa, ex supposita lite impetrantur, non esse exprimendam hanc qualitatem.*
5 *Iurispatronatus beneficia ea afficiuntur lite, quæ fit inter ipsos præsentatos, non item quæ fit inter patronos, & Ordinarium.*
6 *Vel inter Patronos super pertinentia,*
7 *Etiamsi præsentati adhæreant.*
8 *Et quæ sit ratio.*
9 *Intrusus, non est tolerandus in intrusione sua.*
10 *Intrusioni non est aperienda via.*
11 *Litium prorogatio auuertenda.*
12 *Ratio dispositionis, vbi non militat, nec militat ipsa dispositio.*
13 *Lis inter patronos, non impedit, quin mortuo vno ex præsentatis, alter præsentetur.*
14 *Lis inter prouisos à diuersis collatoribus, dependens à iure conferendi, afficit duntaxat beneficium de quo est lis, non item alia etiam eiusdem rationis.*
15 *Etiamsi liti accedant Collatores.*
16 *Et quæ sit diuersitatis ratio.*
17 *Lis super quasi possessione præsentandi, mortuo præsen-*

præsentato, non impedit alium præsentari.
18 *Sed differtur institutio, vsque ad exitum litis.*
19 *Nisi possessio sit admodùm clara, & sine vitio, modo agatur in Rota, ex dispositione Clem. Auditor, de rescrip.*
20 *Lis super proprietate, siuè super statu, non afficit beneficium.*
21 *Subrogandi superstitem in ius, & ad possessionem defuncti collitigantis, mos, & ratio.*
22 *Lis super titulo beneficij sola, beneficium afficit.*
23 *Dominium, seù quasi dominium beneficij, tunc disentitur, cùm agitur de titulo.*
24 *Dominium, necessarium subiectum litis pro inducendo vitio litigiosi.*
25 *Lis mota super beneficio per eum, qui habet mandatum de prouidendo, an afficiat beneficium; Beltraminij sententia negatiua contra affirmatiuam Rota discussa, & reiecta.*
26 *Litigiosi vitium, nusquàm contrahitur ex actione personali.*
27 *Vniuersalis propositio, in vno falsa, in totum redditur falsa.*
28 *Opinionem mutari, quando conueniat, vel secùs.*
29 *Lis super remotione personæ à beneficio, an afficiat beneficium.*
30 *Literæ in forma gratiosa, nusquàm dantur in impetrationibus, per quas quis remouetur à beneficio.*
31 *Titulus, non causatur ex literis super remotione, sed ex sententia.*
32 *Etiamsi priuatio inducta sit ipso iure, reprobata distinctione Garzia.*
33 *Præsentato non quæritur ius in re, sed ad rem tantùm.*
34 *Litigiosum, non contrahitur ex qualitate iuris, quod habet actor, sed ex qualitate actionis per eum propositæ.*
35 *Præsentatus, quamuis non habeat ius in re, dirigit tamen actionem in rem, petendo beneficium sibi tradi.*
36 *Innocentij doctrina in cap. cum M. Ferrarien. sub nu. 9. vers. & generalitèr dicimus, de const. quod petitio confirmationis, vel institutionis non causet litigiosum, explicata, & defensa.*
37 *Actio, vt factum præstetur, est merè personalis.*
38 *Actio realis est, siuè quis dicat rem suam esse, siuè proponat in ea sibi aliquod ius esse, & concludat eam sibi deberi.*
39 *Textus in cap. 1. & 2. vt lit. pendent. in 6. vndè, quaquè occasione processisse existimetur.*
40 *Baldi doctrina in authentica litigiosa, sub nu. 1. C. de litigios. expensa.*
41 *Mortuo illo, qui habuit mandatum de prouidendo, super quo est lis, non impeditur Ordinarius conferre propter litem, sed propter affectionem insurgentem ex appositione manus Papæ.*
42 *Lite mota super executione literarum in interdicto adipiscenda, etiamsi incidat quæstio super titulo, beneficium non afficitur.*
43 *Nisi appelletur, & in commissione sit inserta clausula* cum incidentibus, &c.
44 *Clausula*, vnà cum omnibus incidentibus, *complectitur negotium principale.*
45 *Incidentium appellatione in articulo grauaminis, venit etiam ipsum negotium principale.*
46 *Iactationis commissio, complectitur tàm petitorium, quàm possessorium, nisi restricta sit.*
47 *Actio aliud, & aliud agere.*
48 *Lis, & causa, quomodo differant.*
49 *Litis contestatio solemnis, omittitur in beneficialibus.*
50 *Lite mota super beneficio, censetur deductum omne ius.*
51 *Nisi sit restricta ex forma petitionis, vel ex natura subiecti.*
52 *Subrogatio, si quando conceditur per Papam, ex qualicunque lite narrata, quæ aliàs beneficium non afficiat, præualet.*
53 *Sed si interim Ordinarius prouiderit, vel patronus præsentauerit, per eam non tollitur ius quæsitum prouiso, vel præsentato, vel etiam electo, & quæ sit ratio.*
54 *Superstes collitigans, potest ius suum prosequi per contradictas contra interesse putantes, non citato procuratore defuncti.*
55 *Etiam si sit Reus.*
56 *Et quæ sit vtilitas istius processus, & iudicij.*
57 *Regula de subrogandis collitigantibus summa, & breuis explicatio.*
58 *Eiusdem sectio.*
59 *Superstiti collitiganti, nullum esse præfixum tempus ad petendam subrogationem.*
60 *Mensis, de quo in Regula de subrogandis, & illius terminus, quorsum tendat.*
61 *Subrogatio, de qua in Regula, habet fomentum iuris.*
62 *Subrogationi obtinendæ pro superstite collitigante, an sit præfixum tempus; Rota variauit.*
63 *Superstes collitigans suo periculo differt subrogationem petere.*
64 *Regula de subrogandis, est euentualis, si subrogari contingat.*
65 *Tertius petens subrogationem in iuribus defuncti collitigantis, quodnam periculum subeat, & quomodo ab eo sit sibi cauendum.*
66 *Subrogato Tertio, & postea subrogato Collitigante infrà mensem, vsquè adeò resoluitur gratia Tertij, vt nec conualescat, si adhuc intrà eundem mensem moriatur collitigans.*
67 *Lite pendente super beneficio, manus inferiorum collatorum sunt ligatæ.*
68 *Ratione tamen litis, non vi alicuius reseruationis.*
69 *Reseruatio, perpetuò durat, quousquè per nouam prouisionem Papæ, ea sit consumpta.*
70 *Litigiosum, cum lite extinguitur.*
71 *Collitigante possessore mortuo in Curia reseruatio insurgit, non ratione litis, sed ratione loci.*
72 *Rota opinio de duplici reseruatione ratione litis, & obitus, discussa.*
73 *Lis, non producit reseruationem vltra ipsius litis tempus.*
74 *Collitiganti superstiti, vel etiam Tertio non datur prouisio, sed subrogatio.*

75 *Subro-*

75 Subrogationem petere, negligenti superstiti imputatur.

76 Superstiti collitiganti, siuè collitigans cesserit, siuè decesserit, vel naturalitèr, vel ciuilitèr, subrogatio debetur.

77 Ingressu Monasterij, beneficium dicitur vacare, perindè, ac morte naturali.

78 Subrogatio debetur collitiganti, ingresso eius aduersario Religionem.

79 Superstiti subrogationem Officiales morantes, grauitèr peccant.

80 Subrogatio in vim Regulæ, denegatur intruso.

81 Intrusio ad effectum denegandi subrogationem, non præsumitur etiam ex instrumento possessionis adepta, sed probanda est de facto, & cum fructuum perceptione.

82 Intrusus, quot modis, quis dicatur.

83 Intrusus is quoquè dicitur, qui meretur priuari Beneficio.

84 Intrusus, vt quis iudicetur, id spectari oportet, an ingressus fuerit vitiosus.

85 Intrusus, vt dicatur ad effectum denegationis subrogationis, qualitèr consideretur, & num. sequen.

86 Intrusio, ad effectum denegandi subrogationem, exigitur de tempore quo illa petitur.

87 Et quæ non sit purgata.

88 Possessio triennalis defuncti excludit superstitem collitigantem à subrogatione: Sed quià nihilominus inferiorum ligatæ sunt manus, datur Tertio subrogatio.

89 Hæc tamen possessio, exigit titulum coloratum.

90 Possessore pacifico triennali, habente causam ab eo qui non fuit pacificus, defuncto, vtrum sit locus subrogationi ad fauorem superstitis collitigantis, qui litem mouit post huiusmodi triennalitatem.

91 Litigiosa res transit in Tertium, nedùm cum suis vitijs, sed etiam cum suis remedijs.

92 Calumniæ exempla allata in Regula, eam non restringunt.

93 Calumniæ vox in quo significatu vsurpetur.

94 Calumniæ suspicio, quando cesset in impetrante ob priuationem.

95 Impetrans ex suppositione vacationis in vim decreti, non præsumitur calumniosus.

96 Calumnia præsumptio, stat contra mouentem litem sine aliquo fundamento.

97 Calumniosa lis, non est lis.

98 Calumniæ præsumpta casus, expressi in Regula de subrogandis, quid ab alijs different.

99 Calumnia dùm constituitur ex non iure, illud non ius, debet esse clarum, & notorium.

100 Calumnia, æstimatur Iudicis arbitrio.

101 Calumnia præsumptio, eliditur ex sola possibilitate boni iuris.

102 Calumnia præsumptio, non inducitur ex sola intermissione litis per multos annos.

103 Calumnia, quomodo ab euentu minus boni iuris arguatur vsque ab initio extitisse.

104 Citatio, vt causet litem extra Curiam.

105 Et vti in Curia.

106 Lis, sola sententia, finitur.

107 Lis mota sine actione, sustentatur tamen in prosecutione, qua cessante ipsa quoquè cessat.

108 Lis non extinguitur per negligentiam solam in probando.

109 Calumnia, perpetuò excluditur, quando ab initio aderat ius probabile, licèt progressu ostensum fuerit improbabile.

110 Calumnia, cùm ex ea opponitur, debet esse euidens, & nullo modo sanabilis.

111 Præcipuè in Actore.

112 Et vbi agitur ad effectum denegandi subrogationem.

113 Subrogari petens in vim Regulæ, nequè suum, nequè defuncti ius tenetur iustificare.

114 Lis ad effectum Regulæ de subrogandis, non alitèr formatur, quàm ex citationis legitimè executa reproductione.

115 Lis, quando dicatur introducta ante reproductionem citationis reproducta.

116 Lis, non est ante contestationem.

117 Litis contestatio, quomodo in beneficialibus formetur.

118 Litis contestatio, essormatur per accusationem contumaciæ, vbicunquè non requiritur contestatio formalis.

119 Mandatum, non requiritur in persona illius, qui citationem exequitur.

120 Lis, vt introducatur per procuratorem, est necessarium mandatum.

121 Sufficit tamen mandatum tacitum, vel etiam præsumptum.

122 Mandatum tacitum, vel præsumptum, ex quibus constituatur.

123 Et an debeat semper concurrere antiquitas temporis.

124 Et quod sufficiant quæuis coniecturæ.

125 Et quæ sint.

126 Mandatum, quando arguatur ex productione iurium.

127 Ratificatio, ad effectum inducendi litem, an & quando sufficiat.

128 Procuratoris falsi, & super mandato mentientis actus ratificari nequit.

129 Mandatum generale ad omnes causas, & lites, an sufficiat in beneficialibus.

130 Lapi opinio, allegatione 70. de insufficientia mandati generalis pro causis beneficialibus, discussa.

131 Causæ Spirituales, dicuntur grauiores, nequè ideo veniunt in mandato generali.

132 Clausula ad omnes alias causas, &c. restringitur ad similes expressis.

133 Causarum omnium appellatione, veniunt, tàm maiores, quàm media, & minores.

134 Causa beneficialis ea dicitur, quæ est super titulo, non quæ est super rebus beneficij.

135 Causæ Ecclesiasticæ, separantur à ciuilibus.

136 Et quomodo id accipiendum sit.

137 Procurator ad causas ciuiles, & criminales indeterminatè, non censetur datus ad causas Beneficiales.

138 Indefinita, non æquipollent vniuersali, quando non est par omnium ratio.

139 Causæ Spirituales, exigunt speciale mandatum.

140 Cau-

140 Causarum ciuilium appellatione, non veniunt nisi pecuniaria, secus Ecclesiastica, vel Spirituales.

141 Procurator ad omnes causas ciuiles, & criminales, censetur datus ad causas cuiuscunque generis.

142 Generalis terminus, complectitur omnes species.

143 Nisi sit adiectus cum taxatiua tantum, post enumerationem aliquarum specierum.

144 Causæ ciuilis appellatione, quid contineatur.

145 Ciuilium causarum appellatione, in rescriptis, non veniunt sola pecuniaria.

146 Opposita, ex oppositis explicantur, cùm sunt æquiuoca.

147 Mandatum procuratorium, debet iustificari de tempore, quo actus geritur.

148 Commissiones, impetrantur sine mandato, ac decernuntur etiam citationes, sub promissione de rato infra duos menses, etiam parte contradicente.

149 Mandati non facta exhibitio, non vitiat actum, modo præexistat, & pars non opposuerit.

150 Lis, extinguitur per cessionem apud acta.

151 Etiam in absentia Iudicis.

152 Itemquè per sententiam, quæ tamen in iudicatum transierit; modò nulla remaneant litis reliquia.

153 Lis non extinguitur per desertionem instantiæ, nisi super desertione fuerit pronunciatum, & consumata executio.

154 Lis, etiam post iudicatum, potest in aliquo adhùc foueri, vel etiam reintegrari.

155 Nullitatis causa perimitur eadem instantia, si incidentèr sit deducta.

156 Nullitatis causa, quando incidentèr, & non æquè principaliter censeatur mota.

157 Quod conijcimus ex copula, vel alio termino æquipollenti.

158 Instantia terminata, non dicitur terminata lis ad effectum exceptionis pro retardanda executione.

159 Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum.

160 Lis per desertionem instantiæ, non intelligitur extincta, quominùs Beneficium remaneat litigiosum.

161 Sicut nèc ad effectum interrumpendi annalitatem.

162 Lis, an conseruetur in deductione nullitatis, & negatiua opinio Baldi relata, & reiecta.

163 Subrogationis forma duplex, gratiosa, & rigorosa.

164 Subrogationis subiectum multiplex, vndè & ipsa multiplex est.

165 Subrogatio, ad quæ fiat.

166 Lis, quæ erat cum defuncto, an sit eadem cum subrogato superstite, & quomodò.

167 Actio, & passio non potest dari in eodem subiecto.

168 Subrogatio in vim Regulæ, adiuncta, nè superstiti detur nouus collitigans.

169 Subrogatio concessa alteri, quàm collitiganti, veriùs est quædam prouisio Papæ, quam subrogatio.

170 Subrogationem habens, dum iustificat litem, si Ordinarius prouidet, tenet prouisio.

171 Subrogatio ad ius defuncti, capit etiam ius ad rem, si sit considerabile.

172 Subrogatio ad ius Defuncti, in hac parte est merè conditionalis.

173 Subrogatus, petens ius ad quod fuit subrogatus canonizari, tenetur illud iustificare.

174 Subrogari aliud, & aliud per Papam concedi facultatem expediendi in forma gratiosa subrogationis.

175 Facultas expediendi in forma gratiosa, implicat concessionem subrogationis, vt necessarij antecedentis.

176 Consequenti, inest antecedens.

177 Habilitas terminorum, in quacunque dispositione supponenda.

178 Princeps, non intendit suo rescripto cuiquam præiudicare.

179 Subrogatio fundatur super impossibilitate præiudicij cuiuspiam.

180 Possessio ad quam quis subrogatur, transit cum suo vitio.

181 Possessionis transitus, qui fit per subrogationem, fit cum vitio iam contracto.

182 Possessioni defuncti vitiosæ, non fit accessio ex possessione subrogati.

183 Possessio attentata, transit in subrogatum, cum eodem vitio, vndè exceptio attentati, non impedit subrogationem.

184 Reseruatio, ligat manus inferiorum.

185 Fructus inexacti, an veniant in subrogatione.

186 Subrogato, quando fructus videantur debiti potius ex subrogatione in litem, quàm ex subrogatione ad possessionem.

187 Subrogationis gratia, qualitèr executioni mandetur.

188 Subrogatio gratiosa, transfert possessionem ciuilissimam in subrogatum.

189 Subrogatus, videtur continuare possessionem defuncti.

190 Possessionis ciuilissimæ ius, per subrogationem transfusa, non complectitur naturalem.

191 Possessio ciuilissima per subrogationem transfusa, implicat facultatem apprehendendi auctoritate propria naturalem, siuè vacet.

192 Siuè sit occupata de facto.

193 Possidenti ciuilitèr, infertur vis, nisi admittatur ad naturalem.

194 Et ideo si repellat impedientem, non dicitur spoliare.

195 Quicquid sit in casu statuti continuantis possessionem.

196 Et ratio diuersitatis in subrogatione.

197 Decretum reseruationis, inficit possessionem, vsque ad conseruationem in statu vacationis.

198 Intrusus contra decretum reseruationis, non potest dici possessor, vel ciuilis, vel naturalis.

199 Subrogatus gratiosè, in apprehendenda possessione, non tenetur citare intrusum.

200 Reseruatio, vt inficiat possessionem, debet esse notoria.

201 Sicut & affectio.

202 Subrogatus, tenetur adire iudicem, siuè executorem sibi datum in literis, quando simul cum illis

illis gratiam subrogationis expediuit.
203 *Gratia non iustificata, non est exequibilis.*
204 *Iustificatio, debet fieri citato legitimo contradictore.*
205 *Intrusi possessio contra reseruationem, non est infecta respectu non habentis gratiam iustificatam.*
206 *Subrogationis effectus, intrat post illius iustificationem.*
207 *Litera ad partes, super subrogatione, possunt quandocunque desumi ex clausulis generalibus, & sub eadem data.*
208 *Clausula* facultatis expediendi in forma gratiosa, *capit omnem modum vacandi.*
209 *Subrogatio desumpta ex clausulis generalibus, retinet idem priuilegium executiuum.*
210 *Subrogatio ad partem, potest expediri, etiam quod semel fuerit expedita simul cum gratia principali.*
211 *Etiamsi expeditio fuisset facta in forma Dignum, seu commissaria.*
212 *Subrogationis ad partem prærogatiua, est vt non teneatur subrogatus aliud iustificare, quam clericatum, item, & respectiuè reseruationem, ac possessionem ad quam est facta subrogatio.*
213 *Subrogationem expediri, vel exequi, lis super Beneficio non impedit.*
214 *Subrogatio superueniens, purgat omne vitium præcedens absque noua apprehensione, vel declaratione.*
215 *Lis mota super subrogatione, quando dicatur.*
216 *Contradictor legitimus, quis dicatur pro impedienda immissione subrogati.*
217 *Contradictor legitimus, quandò dicatur possessor cum titulo.*

QVÆSTIO XX.

Lis quatenus impediat dari nouum collitigantem superstiti, vel subrogationem in vim Regulæ promoueat.



ISt àm circa Iuspatronatus, quàm circa Ius eligendi, breuitèr expositis, priusquàm deueniam ad alterum, vndè potestas liberè conferendi in Episcopo elíditur, iuxta propositam methodum ad finem 2. *quæst.* huius libri, operæ pretium est excutere impedimentum, quod eidem Episcopo oritur, nedùm circa vsum ipsum iuris conferendi, sed etiam circa vsum iuris præsentatos instituendi, & electos cõfirmandi, videlicèt ex lite:
1 Enimverò Bonifacius VIII decreuit, vt † duobus litigantibus super electionibus de se in discordia celebratis, si contingeret aliquem ipsorum mori, vel suo iuri renunciare, aut à prosecutione illius quoquo modo excludi, ad electionem aliam (lite super electione superstitis pendente) nullatenùs procedatur, aliàs attentata foret, nec viribus subsisteret electio, idquè vt dispendiis occurreret, quę Ecclesiæ patiuntur interdùm propter diuersas electiones, vt refertur in *cap. 1. vt lit. pend. in 6.*
2 Quæ ratio † cum militet etiam in præsentationibus ad beneficia iurispatronatus, ad has quoquè vim einsdem Constitutionis extendit, siuè tractetur de Iurepatronatus Ecclesiasticorum, siuè etiam laicorum, & siuè contingat mors, vel casus aliquis ex præmissis post tempus datum ad præsentandum, vt sentit *Io. And. in dicto cap. 1. ante num. 1. in princ.* siuè ante tempus huiusmodi, vt per *Lap. ibid. num. 2.* & latissimè firmat *Lambert. de Iurepat. lib. 2. par. 1. quæst. 6. art. 12. ex nu. 3.*

Et quamuis *Felinus*, vt refert *Gomesius* vbi infrà existimauerit, plurimum in contrarium vrgere absurdum, quod aliàs sequi posset, videlicet, superstitem obtinere in lite iniusta, ni patronus alterum præsentet, tamen ista ratio non videtur bona, quià superstes non innititur iuri tantùm suo, sed etiam defuncti, ex dispositione *tex. in dicto cap. 1.* & propterea ab hac sententia non est recedendum, quam tàm antiquis temporibus, quàm suis quoque semper sequutam fuisse Rotam, scriptum reliquit *Gomes. in regula de subrogan. quæst. 13.*
3 Itaut omni † casu, dispositio dicti textus procedat æquè in iurepatronatus, vt dictum est, nõ per modum extensionis, sed per modum conclusionis sub ratione expressa, vt pleniùs deducit *Calder. cons. 1. vt lit. penden. Lap. alleg. 22. num. 3. Guidobo. decis. 104.* & fuit resolutum in *Pampilonen. de Iariguagli 21. Maij 1603. coram Cardinali Lancellotto*, & firmauit Rota in *recent. par. 1. decis. 306. num. 1. & 2. & decis. 427 num. 2.* Videturquè decisum per textum expressum in *c. a. eod. tit.* ibi, *vel*
4 *etiam præsentetur*, in tantum, † vt cùm à Papa impetratur beneficium litigiosum, minimè sit facienda mentio Iurispatronatus, etiam si esset alicuius Regis, vt concludit *Cassad. decis. 9. ex num. 5. eod. tit. vt lit. pend.*
5 Quod intelligitur, si † lis sit inter ipsos præsentatos principalitèr, secùs verò, si vel inter patronos Iuspatronatus vindicantes, & Ordinarium asserentem beneficium esse liberæ collationis, vt considerat *Lambert. lib. 2. par. 2. quæst. 1. art. 9. num. 14.* & discusso articulo, censuit Rota *d. de-*
6 *cis. 427. num. 3. par. 1. in recent.* vel inter † ipsos patronos super pertinentia, proùt ibidem deducitur *nu. 4. & 5.*
7 Quinimò, † nec si etiam sit inter ipsos præsentatos, sed accessoriè ad litem principalitèr motam inter patronos præsentantes, quod fuit de mente *Archidiaconi in d. cap. 2. sub num. 1. in verb. litigatur*, quem visus est sequi *Franch. sub num. 3. versic. & procedunt prædicta, eod. tit.* & hanc sententiam probauit Rota *decis. 426. num. 5. par. 1 recent.*

Ratio autem distinctionis huius, non est ea, cum qua aliqui simplicitèr transeunt, videlicet, quòd beneficium, dùm est controuersia principalitèr inter præsentatos, efficiatur litigiosum, aliàs secùs,
8 quod aliò tendit; sed est, quòd † cùm versamur in lite principalitèr mota inter præsentatos, si mortuo vno, alter in eius locum præsentetur, adhùc erit

erit discutiendum ius illius defuncti; secùs verò si
lis sit inter patronos ad inuicem, vel inter ipsos, &
defendentem libertatem beneficij; hoc enim casu
Ius præsentantis rapit in se ius præsentati, siuè de-
mortui, siuè superstitis: Vndè non militat ratio di-
cti textus, quæ militat in primo, & quod ista sit ra-
tio dicti *cap. 1.* optimè aduertit *Cald. dicto con-
sil. 1. vt lit. pend. in prima col. ver. sed quod ratio.*
Quæstio enim de Iure defuncti, ideò est necessa-
ria, vt ibi, subdit Calderinus, ad effectum, vt sciatur
9 de Iure superstitis, nè † si iam sit intrusus, in sua
intrusione toleretur, *Ferret. consil. 1. num. 12. &
consil. 12. nu. 11. Menoch. de recup. rem. 15. n. 464.*
10 vel † intrudatur, contra *tex. in cap. 1. de reg. iur.
in 6.* atquè ità sit, vt hoc casu optimè militet ra-
11 tio considerata per textum, *nè propter † litium
prorogationem Ecclesiæ patiantur dispendia*, hoc
enim Canones perpetuò abhorrent, *clem. dispen-
diosam, de iudic. gl. in cap. 3. in verb. existere, de
12 arbitr.* quæ † ratio, vt dixi, minimè viget, vbi lis
solummodò est inter præsentantes, & sic nèc mili-
tat eadem dispositio, *l. 2. ff. de milit. test.* cum alijs
per *Gabr. consil. 196. num. 12. lib. 1.*
13 Hinc verò intelligimus, veridicum † esse, quod
scripsit *Lapus alleg. 136.* videlicèt, lite mota inter
patronos, & mortuo vno ex præsentatis, non in-
trare dispositionē dicti textus, quominùs patronus
ille qui est in quasipossessione, in ea continuet
præsentando, siuè lis sit super proprietate (quod
nemo vnquàm reuocauit in dubium) siuè etiam
sit super ipsa possessione, nè aperiatur via fraudi
contra possessores, vt concludit *ibi nu. 8.*
14 Qua ratione, è conuerso † si lis sit inter proui-
sos à diuersis collatoribus super certo beneficio,
quæ dependeat ab ipso iure conferendi, istique qui-
dem lis, impediet conferri beneficium illud quod
est in lite inter illos prouisos, sed non impediet,
quominùs in vacationibus aliorum beneficiorum,
collator qui est in quasi possessione conferendi,
eam continuando, conferat; nàm istud non esset in-
cludere casum sub ratione dicti textus, sed ipsum
textum ad casum diuersæ rationis proferre, vt op-
timè respondit Rota in *Ferrarien. Canonicatus, 7.
Nouembris 1625. coram bo. me. D. Rembaldo.*
15 Quod procedit, † siuè sint in lite collatores,
siuè secùs, quià in effectu *tex. in dicto cap. 1.* non
potest applicari, nisi illi beneficio in indiuiduo, su-
per quo inter se principaliter disceptant prouisi;
tùnc enim demùm viget illius ratio, vt supra dixi;
Et propterea malè, & perperàm aliqui hoc casu
contemplantur quasi possessionem conferendi in
Collatoribus, vel eligendi seu præsentandi in Ele-
ctoribus, & Patronis; qualiscunquè enim ea sit,
respectu illius beneficij super quo est lis, non po-
test dari superstiti nouus collitigans, vt in specie
de patronis præsentantibus conclusit Rota in
*dicta Pampilonen. de Iariguagli 21. Maij 1603.
coram bo. me. Cardinali Lancellotto.*
16 Cessat † ergò, ratio hæc in alijs beneficijs, quæ
non sunt in lite; nèc propterea potest impediri,
quin collator, qui est in quasi possessione confe-
rendi, ea, vti vacant, conferat, & qui est in quasi
possessione præsentandi, ad ea præsentet, etiamsi

lis sit super proprietate, iuxta *Lap. dicta alleg. 136.
num. 5. cum seqq.* & docuerunt in *cap. ex literis,
de Iurepat. Abb. num. 3. & ex nu. 6. Io. And. nu. 4.
& Io. de Anan. num. 15.* cessat enim tunc vitium
litigiosi, quod alioqui impediret conferri, vel eli-
gi, aut præsentari, *Ferret consil. 191. nu. 13. Lan-
cellot. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. num. 640.*
quos sequuta est Rota in *præfata Ferrarien. Ca-
nonicatus.*
17 Quod etiam † procedit, si lis fuerit introducta,
& pendeat super ipsa possessione, seu quasi præsen
tandi; nàm licèt præsentatio fieri nequeat in præ-
iudicium collitigantis, qui est verus sensus Rotæ
18 *decis. 1. ad fin. de Iurepat. in nou.* tamèn † simpli-
citèr facta tenet, licèt supersedeatur vsque ad exi-
tum litis in confirmando electum, vel in instituen-
do præsentatum, quæ fuit opinio *Io. Calder.* dùm
interpretaretur *tex. in cap. cum venissent de in-
teg. restitut.* prout eum legentem refert se au-
diuisse *Lap. dicta alleg. 136. sub num. 8. versic. &
hunc Iuris intellectum*, & ex sententia Butrij mox
citandi, probauit etiam Rota in *supra allegata
Ferrarien. Canonicatus.*
19 Cæterùm † & id quod de dilatione dicitur in
confirmando, vel instituendo, referendum est ad
eum duntaxàt casum, quando quæstio possessionis,
ità est turbida, vt adhùc non liqueat Iudici, quis
possideat, vel si liqueat, docetur tamen de vio-
lentia aliqua, quam oporteat purgari; alioquin si
possessio sit liquida, nèc appareat de vllo vitio, op-
timè potest, non obstante lite, ad confirmationem,
vel institutionem procedi, & hoc est quod clarè
docuit *Butr. in dicto cap. cum venissent, num. 45.
vers. quandoquè pendet lis, cum seq. de in integ.
restitut.* & ante eum *Innocen. num. 2. versic. sed
dices, cum seq.* quem allegat dicta decisio.
Quod, quemadmodùm semper erit admitten-
dum in Rotæ Auditorio, in quo idem est Iudex, &
Collator, ex dispositione *Clem. auditor, de rescri-
ptis*; ità extra Rotam, semper erit impracticabile,
ideoque expectandus tunc exitus litis.
20 A tota † autem hac disputatione, ea est dimo-
uenda lis, quæ cadit inter prouisum, & alium qui
simplicitèr pro Iure, & interesse suo opponat se
prouisioni, aut illius exequutioni, absquè eo quod
prætendat se prouideri, putà si sit patronus, vel
collator; hoc enim casu non dicitur lis super titu-
lo, sed super proprietate ipsius beneficij, seu veriùs
super statu, vt explicat *Vitalin. in Clem. 1. ex
num. 43. eod. tit. vt lit. pend.*
21 Hæc autem † pro extinguendo litium fomite
non satis habuerunt Romani Pontifices ad remo-
uendas lites, earumque materiam succidendam,
verùm excogitarunt superstitibus ità consulere, vt
eis daretur subrogatio in Iuribus, & ad possessionē
defunctorum collitigantium; Indeque condita est
Regula de subrogandis collitigantibus, quæ est Sā-
ctissimi D. N. Vrbani VIII. 29 cuius ratio est ea-
dem, quæ dicti *cap. 1. & 2. vt lit. pend.* fundata su-
per vno, & eodem supposito facti, videlicèt litis,
22 qua † sit beneficium ipsum affectum, videlicèt non
cuiuscunque litis, sed super titulo, *Vital. in Clem. 2.
num. 72. eod. tit. vt lit. pend. Gamb. de offic. legat.
lib. 3.*

lib.3.nu.475. & latè deducit *Greg. decis.335. ex nu.2.* vbi alias refert decisiones, additquè ratio-
23 nem, quod † tùnc demùm cùm agitur de titulo, veniat in discussionem quasi dominium ipsius beneficij, *cap.si tibi absenti, de praeben. in 6. Mil. in ver. litigiosa res, Sarnen. ad reg. de trien. q. 73.*
24 *num.7.* subiectum † autèm litigiosi sit dominium, *authen. litigiosa, in verb. dominio*, vbi *Bald. num.2. C. de litig. Salycet. in l.2. eodem tit. cum alijs ibi allegatis*, & quae tùnc adducebantur in ea causa, in qua ego ipse scribebam, & hoc idem postmodùm saepiùs Rota censuit, vt commemorat *bon.mem. D. Beltram. ad eundem Greg. decis.305. num. 8.*

25 Caeterùm † idem Beltraminus, Vir in Iurisprudentia acutissimus iuxtà, ac solidissimus, conclusionem hanc impugnat contra duas decisiones, videlicet in *Romana Capellaniae 3. Aprilis 1620. corā Reuerendiss. D. Coccino, & in Leodien canonicatus 9. Iuny 1621. coram bon. mem. D. Vbaldo*: in quibus, contra ipsius sententiam, Rota firmauit, beneficium nō esse litigiosum, etiamsi gratia Apostolica non sit expedita in forma gratiosa, sed simplicis mandati de prouidendo; cùm tamen oriatur duntaxàt quædā actio personalis pro implorando iudicis officio, & consequentèr, secundùm praemissa, excludatur potentia contrahendi
26 vitium litigiosi, quod † minimè vnquàm in personali contrahitur, vt inquit *Bald. in dicta authentica litigiosa sub num.1.* Pergit autem Beltraminus vbi suprà, referre sua fundamenta contra assumptum Rotae, quae si vera essent, etiam in illis terminis mandati de prouidendo, vtiquè funditùs
27 euerterent regulam suprà firmatam, cùm † propositio vniuersalis in vno falsa, reddatur falsa in omnibus, *l. habeat vnusquisque, C. de Sacrosan. Eccles. l. inter omnes ff qui satisd. cog. Bart in l. si is qui ducenta §. vtrum, sub num.6. vers.4. oppono ff. de reb. dub. Menoch. cons.2. num.101.*

Sunt ergò fundamenta illius diligentèr expen-
28 denda, nè † quando, si minus solida sint, imprimāt nouam opinionem contra veritatem, & Iustitiam, sicquè contingat immutari ea, quae certam interpretationem semper habuerunt, quod improbat *tex. in l. minimè ff. de legib.* si verò subsistunt, minimè neglecta iaceant, cùm pudendum haud sit mutare sententiam, vbi veritas, & Iustitia id persuadet, prout dicit *Bald. in cons.467. num.3. lib.4.*
29 Primum igitur † mouetur ex *Gloss. in suprad. cap.2. vt lite penden. in 6. in verb finita*, vbi ad finem ait, si quis agat ad remotionem beneficiarij, vt sibi beneficium assignetur, locum esse illi decretali: Eccè ergò casus, secundùm Glossam, in quo non petitur beneficium tanquàm suum, & tamen litigiosum efficitur: Nec obstat (inquit ipse) quod Rota admittat doctrinam Glossae, sed dicat, eam procedere, quando praecessit titulus, ius in re tribuens, & sic prouisio, non mandatum de
30 prouidendo, quià † in istis impetrationibus, quae tendunt ad amotionem possessoris, nusquàm dantur literae gratiosae, & sic prouisionis, sed literae in forma mandati de prouidendo, quod est conforme dispositioni Iuris in *cap. olim 25. §. nos igitur*, ibi, *super dicta parochia perpetuum silentium imponentes praefato. R. de Ulmo, assignetis eandem de rescrip.* quapropter videtur hinc confundi haec Rotae opinio.

Verùm existimo, Virum alioqui doctissimum, assequutum minimè fuisse mentem Rotae, quae
31 non † considerauit titulum ex literis Apostolicis; sed ex sententia Iudicis, quae praecessit in articulo priuationis, & consequutiuae adiudicationis: nequè enim Rota ignorauit, iudicium intensum ad priuandum aliquem propter delictum, non tangere beneficium, cum per illud persona duntaxàt delinquentis efficiatur litigiosa; sed benè considerauit dari posse casum, vt per sententiam quis priuetur, & alij beneficium adiudicetur, ex qua incipit victor habere titulum, & in consequens beneficium remanet litigiosum; & hoc in effectu est, quod dicit Glossa praedicta, quae est intelligenda, & declaranda secundum textum, quem allegat in *dicto cap. olim 25. de rescript.* atquè ita rem hanc optimè explanat *Staphil. de lit. Iust. sect. vltimo quod istam materiam, num.16. & Sarnen. in reg. de subrog. quaest.7. num.5.* quos sequuta est *Rota apud Put. decis.476. ad fin. lib.2.* in cuius etiam specie, proponebatur iàm lata sententia, vt in principio refertur, & ita etiam declarat *Mandos. de signat. grat. super rescripto, si neutri in prima col. vers. si neutri, seu si nulli, & in §. priuationes pen. col. vers. in priuationibus, Cbissan. decis.171. in manuscriptis*, quam post praeallegatos quoquè, refert, & sequitur *Garz. de benef. par.11. cap.3. num.76. & 77.*
32 Nequè † admittenda est ea distinctio, an versemur in priuatione inducta ipso iure, vel potius ex sententia hominis, quam ipse Garzias ex aliquibus videtur afferre eodem loco *nu.80.* & visus indè est sententia Rotae reprobare sub *nu. 83.* Nam ista distinctio verè est erronea, nequè per Rotam fuit vnquàm agnita, aut probando, aut reprobando: Etenim *Achilles decis.416. nu.4. & decis.417. num.6.* super quibus fundat Garzias argumentum approbationis, non considerat effectum priuationis ipso iure, vt beneficium dicatur litigiosum, sitquè locus dispositioni textus in *d. cap.2.* sed ad effectum, vt causa dicatur beneficialis, vel non, qui sunt termini multum diuersi; Decisio verò in *Calaguritana beneficij 29. Octobris 1601. coram Cardinali Lancellotto*, super qua fundat idem argumentum reprobationis, nihil huiusmodi continet, quià excludit vitium litigiosi, non quià esset expectanda sententia hominis, sed quià non petebatur beneficium; & propterea sententia, ex qua praemissi Doctores colligunt titulum, & consequentèr litigiosum, non est contemplanda in simplici praeparatorio articulo priuationis, sed in articulo super facta adiudicatione beneficij, quod Staphilaeus loco superiùs allegato insinuat in illis verbis, non satis ab omnibus perpensis, ibi, *quia per sententiam prouidetur de beneficio*, sentit enim manifestè, eadem sententia pronunciari Reum priuatū, & actori prouisum: Vis igitur, in hac disputatione stat in titulo, qui resultat ex ea prouisione contenta in sententia, quià sit data haec forma ex rescri-

rescripto, siuè à iure, vt in Auditoribus Rotæ, ex *Clem. Auditor, de rescriptis*, & hoc idem eodem modo insinuat *Mandos. d. §. impetrationes, ad fin. eod. vers. in impetrationibus*, ibi, *per sententiā enim beneficio prouidetur*; Ex quibus liquet, istud primum fundamentum Beltramini. constitutum super doctrina Glossæ, & super aliis auctoritatibus per eum allegatis, non adeò vrgere, vt sit flectendum à Rotæ sententia.

Secundum igitur est, quod videtur tali argumētatione confici; lis † inter præsentatos facit beneficium litigiosum, vt suprà ostendimus, & tamen præsentati non petunt beneficium tanquam suum, sed tanquam sibi debitum, cum præsentato non quæratur ius in re; sed ad rem tantùm, *Sarn. ad reg. de infirm quæst. 17. num. 6. Rot. in nouis decis. 8. num. 2. de Iur. patron. Seraph decis. 1446. num. 1.* relati per ipsum, & alibi explicamus.

33

Et hæc sanè argumentatio videtur primo aspectu valdè vrgere, quæ tamen facilè diluitur: nam quod † beneficium efficit litigiosum, non est qualitas iuris, quod habeat actor, sed est qualitas actionis, quæ ei competit, idest an sit personalis, vel realis, & rursus si realis sit, an sit intensa in rem ipsam, vel potius resoluatur in simplicem hypothecariam; vt si personalis sit, nullo modo efficiat rem litigiosam; si realis, & hypothecaria, solam possessionem litigiosam constituat; si verò in rem ipsam, eam ipsam rem litigiosam reddat, & hæc est doctrina, in qua tandem residet Baldus qui eam ait esse veram, in *l. 2. num. 3. C. eod. tit. de litigios.*

34

35 Itaquè, † licèt electus agens pro confirmatione, & præsentatus instans pro institutione non habeat adhuc ius in re perfectè quæsitum, sed tātùm ius ad rem, nihilominus dum ius istud suum ad rem prosequitur, dirigit actionem, non in personam, & qualem dumtaxat is d rigit, qui habet nudum mandatum de prouidendo; sed eam dirigit in rem, vt res ipsa, idest beneficium sibi tradatur, vndè efformatur lis super ipso titulo, & quasi dominio, vt optimè explicat *Seraph. decis. 990. num. 3.*

36 Hincquè † arbitror, doctrinam *Innoc. in cap. cum M. Ferrarien. sub num. 9. vers. & generaliter dicimus, de constit.* non fuisse ab his satis perpensam, qui existimarunt, eam fuisse correctam per textum in *d. cap. 1. & 2. vt lite pendente*, quod voluit idem *Beltram. loco praecitato, vers. tandem dicebam*. Ait autem *Innoc. si quis dixit rem sibi deberi ab aliquo, siuè corporalis sit, siuè sit prabenda, indè non contrahi vitium litigiosi, quominus ille, à quo petitur, possit alienare, idemquè seruari, si petatur confirmatio electionis*, quod nō est contrarium dispositis in *d. cap. 1. & 2.* nam loquitur Innocentius de petente præbendam, tanquàm sibi debitam ab eo, qui conferre habet, vel de petente confirmationem ab eo, qui habet confirmare, & sic non loquitur Innocentius in casu petitæ collationis, vel confirmationis indiscordia Competitoris, vel Coelecti, sed in simplici actione intensa contra eum, qui tenetur conferre, vel confirmare; meritoquè hoc casu beneficium non efficitur litigiosum, quià is à quo petitur, secundum intentionem actoris, non tenetur nisi ad factum, & propterea † est mera actio personalis, *§. omnium autem, inst. de action.* At vbi actio intenditur contra competitorem, vel coelectum, non negat, imò vult Innocentius, contrahi litigiosum, vt in *vers. secus est autem*, vbi ad hunc effectum parificat † hos duos casus, siuè quis proponat, rem suam esse, siuè dicat, sibi in ea ius esse, ac propterea sibi deberi, ibi, *vt si quis agat confessoria ad aliquam rem, vel prabendam, quam alius tenet, in qua dicit, se ius habere, & suam esse, & ideo sibi deberi*.

37

38

39 Et propterea, † nullus ex allegatis per Beltraminum, dicit dictam doctrinam fuisse correctam per dictum *cap. 1. & 2. vt lite pendente in 6.* sed benè decretales istas emanasse ad declarationem eorum, quæ traduntur in materia litigiosi, non solum per *Innoc.* sed per *Compostel. & alios* tàm in *d. cap. cum M. Ferrarien.* quàm alibi, & ità loquitur *Gloss. in d. cap. 1.* nèc *Io And. in d. c. cum M. sub num. 23. vers. super hoc, de constit.* aliud dicit, quàm super hoc articulo litigiosi hodie extare prædictas duas decretales, neque aliter loquitur *Ioan. de Imol. ibidem, sub num. 36.* qui sunt Doctores citati per Beltraminum.

40 Et propterea, † Baldus acutissimè obseruauit Innocentium, dùm negat contractum fuisse vitiū litigiosi, id non constituisse ex alio, quàm quià foret intentata actio personalis; subinferens in *pracit. authen. litigiosa sub eodem num. 1.* hæc formalia verba, *ita debet intelligi Innocen. in c. cum M. Ferrarien. extra de constit. ad fin. &c. & nota extra eius dictum factus est casus in cap. 1. vt lite pendente in 6. & hoc est necessè scire in Palatio Apostolico*: ex quibus sanè verbis confirmatur intellectus superiùs positus ad doctrinam Innocentij, simulquè educitur, Baldum id verè sensisse, vltra doctrinam prædictam, hodiè nos habere dispositionem dictæ decretalis Bonifacij, nō euersoriæ, sed potiùs confirmatoriæ doctrinæ ipsius Innocentij.

Neque hic intellectus confunditur ex eo, quòd idē Beltraminus loco superius allegato, ad mediū *vers. & ad doctrinā Bal.* supponit, videlicet Baldū, & Innocentiū loqui de literis cōmendaritijs, seu monitorialibus, quæ olim per Pontificem dirigebātur collatoribus, præueniendo vacationes, vel de literis datis ad prouidendum de beneficio incerto, per quas ius minimè enìquam quæritur; sed tantùm competit imploratio officij Iudicis: Esto enim, quòd ex his literis, nullum ius competat, sed simplex imploratio officij Iudicis, tamen hinc non tollitur, quin & ista cōsideratio sit prorsus diuinatiua, simulquè minus concludens ad punctum, cùm etiam si habeat quis literas mandati de prouidendo ad certum beneficiū vacans, nihil aliud possit apud executorem prætendere, quàm vt is mandatum illud exequatur, & sic conferat, & in consequens dicat, vel faciat; quod certè nihil est aliud, quàm actionem in personam intendere, vt in præallegato *§. omnium autem, instit. de actionibus*, & propterea † eo mortuo, quamuis

41

ordina-

ordinarius non possit conferre, tamen id non pro-
uenit ex impedimento litis, sed vi reseruationis,
seù affectionis ex appositione manus Papæ, *Vital.
in Clem. 1. num. 49. vt lite penden.*

Stet ergo conclusio, non omnem litem sufficere-
re, vt sit locus vel dictis duabus decretalibus Bo-
nifacij, vel Regulæ de subrogandis; sed exigi litem
super titulo, & quidem principalitèr, nō inciden-
42 tèr. Quapropter, dùm † mouetur quæstio super
executione literarum in interdicto adipiscendæ,
etiam si incidentèr quæratur de titulo, ea tamen
non sufficit pro obtinenda subrogatione, vt latis-
simè deducitur in præallegata *Gregory decis. 335.
ex num. 8.*

Et ideo Bonifacius voluit excludi litem super
executione mandati de prouidendo, nequè tamen
excludi litem inter plures electos, vel præsenta-
tos, cum actio, hoc casu, in rem ipsam, idest bene-
ficium feratur, & quæstio super efficacia electio-
nis, vel præsentationis, veluti ex necessaria suppo-
sitione, veriùs incidat, quàm principaliùs intenda-
tur, vt rectè aduertit *Seraph. in præalleg decis.
990. num. 3.*

43 Quòd † si concesso mandato de immittendo
pro executione literarum, Reus appellet, & obti-
neat committi causam, cum clausula, *vnà cum
omnibus, & singulis incidentibus, &c. ac quam,
& quas &c.* dicetur per huiusmodi commissio-
nem lis etiam introducta super proprietate,
eritquè tunc locus Regulæ, *Rota in recentio.
44 decis. 342. num. 2. par. 1* Ea † enim est vis clausulæ
prædictæ, vt negotium principale deuoluat, cùm
45 certum sit, † illud esse de incidentibus in articulo
cuiusuis grauaminis, *Aegid. decis. 618. ad fin. vers.
& maximè, Cassad. decis. 9. nu. 13. de caus. possess.
& prop. Mandos. ad ipsam regulam quæst. 17 n. 7.*
& censuit *Rota in Barchinonen. parochialis de
Matarò 20. Iunij 1611. coram bon. mem. Cardi-
nali Sacrato, & in Tuden parochialis 26. Ianua-
rij 1615. coram Illustrissimo D. Cardinali Ve-
rospio.*

46 Idemquè erit, † si dùm mouetur iudicium in
possessorio, vel dùm etiam eo adhuc non moto,
alter qui possidet, causam super iactationibus in
Rota committi curet absquè tamen vlla restricti-
ua, vt declarat *Mandos. d. quæst. 17. num. 6.*

Ratio differentiæ inter hos duos posteriores
casus, & priorem, est, quià licèt in primo æquè
competat, vel possit competere actio, quæ secun-
dum præmissa afficiat beneficium, tamen ea non
fuit mota, prout est mota in his posterioribus;
47 vis † enim non stat in actione, sed in illius exerci-
tio, cùm aliud sit actio, & aliud agere, vt benè do-
cet *Bald. in l. 1. num. 11. C. si plures vna sent.*

48 Siquidèm † hæc est substantifica differentia in-
ter causam, & litem, vt illa dicatur ante, hæc vero
non nisi post litem motam, *Præpos. in can. quod
49 clericus num. 9. 11. quæst. 1.* Et licèt † in beneficia-
libus, in quibus proceditur simplicitèr, & de pla-
no, sine strepitu, & figura iudicij, *Clem. dispendio-
sam de iudic.* idest sine libello, & litis contestatio-
50 ne, *Clem. sæpè de verb. signif.* censeatur † dedu-
ctum omne ius ab initio, *Aegid. decis. 661. Put.
decis. 83 num. 3. lib. 1. Reuerendissimus Dominus
Coccin. decis. 443. num. 1 & 2.*

51 Nihilominus † id nō procedit, quando fuit mo-
tum iudicium super simplici immissione, vel exe-
cutione literarum coram Executore, nam tunc
videtur actio restricta ex forma libelli, seù peti-
tionis, vt considerat *Gregor. d. decis. 335. num. 6.*

Hæc autem satis, pro explicando subiecto ip-
sius litis contemplatæ tàm per Regulam, quàm
52 per supradictas decretales. Vndè † si Papa narra-
ta sibi quacunque alia lite etiam super nudo pos-
sessorio, subrogationem concedat, vtiquè gratia
53 subsistet, *Seraph. d. decis 990. nu. 7.* Veriùm † hinc
non tolletur ius quæsitum alteri, cui fortè inte-
rim ordinarius prouiderit, vel quem patroni præ-
sentarint, nisi Papa, ei in specie deroget, & pro-
pterea esset legitimus contradictor ad impedien-
dam immissionem, nequè enim est Papæ subroga-
tio, quæ afficiat potestatem inferiorum, sed quali-
tas litis, & hoc est, quod decidit Rota apud eun-
dem *D. Coccin. decis. 431. num. 5. & per tot.*

Posita igitur lite super titulo, quæ est huius gra-
tiæ extremum, superstiti collitigāti duæ sunt aper-
54 tæ viæ litem ipsam expediendi: Prior † est, vt siuè
petitor, siuè possessor sit, quatenus de suo bono
iure non desperet, illud prosequatur, citatis gene-
raliter per edictum, siuè per contradictas omni-
bus sua interesse putantibus, nam nèc ad id tene-
tur citare Procuratorem defuncti, nisi velit ad
cautelam, vt concludit *Cassad. decis. vlt. vt lite
pend. ex num. 1. & per tot.*

Et quamuis respectu Rei, & possessoris, mortuo
55 actore, lis remaneat extincta, tamen nihil † est,
quin si velit, possit eam prosequi, & hoc modo ob-
tinere absolutionem, *Aegid. decis. 156. sub num. 1.
vers. nisi Reus.*

Et sanè hoc maximè illi prodesse potest, nè Pa-
56 pa † alium subroget in iuribus defuncti, qui cum
rursus lite diuexet prout, me consulente, practica-
tum fuit in quadam *Granaten. capellania, de an-
no 1606.* in qua licèt Rota sub die 18. Octobris
coram bon. mem. Cardin. Marcomontio, resoluis-
set, dandam esse subrogationem Don Ludouico
de Spinosa Fonseca, pro quo scribebam, quia ta-
mèn prætendebatur reseruatio excessiuæ cuiusdā
pensionis, ad id effugiendum, consului, causam per
contradictas promoueri super bono iure, & ter-
minari per sententiam, modo quo suprà dictum
est, adeò vt is qui pensionem expectabat, priùs
senserit, Don Ludouicum esse immissum in posses-
sionem, quàm quid ageretur animaduerteret.

Altera est, obtinere subrogationem, vt in Re-
57 gula disponitur, quæ † in summa hoc habet, gra-
tiam cuius factam per mensem ante subrogatio-
nem collitiganti concessam, nullam esse, subroga-
tionem autem cum accessorijs, si neutri, si nulli,
nouæ prouisionis, ac perindè valere, captiosis, vel
odiosis impetratoribus denegandam.

58 Diuiditur † ergo Regula in duas partes; in pri-
ma annullatur prouisio cuius tertio concessa, per
mensem ante subrogationē collitigantis, ea ratio-
ne, vt succidantur litiū anfractus, & nè noui aduer-
sarij, collitigantibus dentur, & est Regula antiqua,

quæ durat vſque ad nouam adiectionem incipien-
tem ex *verſic. & nihilominus*. In ſecunda duos
ponit caſus,quibus denegatur ſubrogatio colliti-
ganti, ea ratione, vt obuiet fraudibus impetran-
tium beneficia viuentium.

59 Ex prima educitur, ſuppoſita lite, nullum † eſ-
ſe præfixum terminum colliriganti ſuperſtiti, ad
obtinendam ſubrogationem,ad effectum, vt dein-
ceps ea ſibi denegetur: ſed ad effectum duntaxat,
60 vt † ſi quæ interim concedatur tertio,ea reddatur
nulla;quicquid enim hæſitauerint interpretes eius
Regulæ,precipuè *Alph.Soto,Sarnen.in 1.quæſt.
in princ. & quæſt. 10. ex verſ. ſi maior est diffi-
cultas,& Mandoſ.in 2.quæſt.*hic eſt verus,& lite-
ralis ſenſus Regulæ,perpetuò à Rota approbatus,
tùm quià magis congruat verbis,à quibus non eſt
recedendum,*l.1.§. ſi is quis nauem ff. de exercit.*
cum ſimilibus adductis per *Neuiz. conſ.62. nu.4.*
61 tùm quià † etiā iſta ſubrogatio debita colligan-
ti,habeat perpetuum iuris fomentum ex *cap.2.vt
lite pend.in 6*; videtur enim ab illo textu penè de-
ſumpta, vt pronunciauit *Rota in Romana capel-
laniæ,15.Maij 1626. coram bon.mem. D.Burat-
62 to*, & in hanc partem † cum primùm his rationi-
bus videretur magis inclinare Rota, licèt vota
æqualitèr fuiſſent ſecta apud *Put.deciſ.141.lib.3.*
tamen eadem cauſa iterùm poſita, ità fuit firmatū
ex *deciſ.144.ex nu.1.eod.lib.3.& deciſ. vnic.ſu-
per Reg.de ſubrog.Ant.Auguſt.in epit.ſuper ea-
dem Reg.§. vlt.* & deinceps Rota huic ſententiæ
perpetuo adhæſit,*Seraph.deciſ.1165.nu.2.Greg.
deciſ.125. num.16. & ibi adden. num.19. & 20.
Reuerendiſſimus D.Coccin.deciſ.350.num.6.&
in recent.deciſ.342.num.10.par.1.*

63 Hinc † verò monetur ſuperſtes, nè, vt ad eius
aures deuenit mors collitigantis ſui, differat im-
petrare ſubrogationem, quià ſi tertius præoccu-
pet,vt multoties contigit,obſeruauimus deinceps
eidem collitiganti gratiā hanc denegari,nèc tunc
64 de alio queri habet,quàm de ſe ipſo,ex quo † Re-
gula in hac parte eſt euentualis, ſi videlicet Prin-
cipi placuerit infra menſem, ex die ſubrogatio-
nis conceſſæ tertio, etiam collitiganti illam con-
cedere, vt clarè indicant verba illa ibi, *quoties
aliquem collitigantem ſubrogari conceſſerit*,vt fir-
mat *Reuerendiſſ. D. Coccinus d. deciſ. 350.n.2.*

65 Monetur † etiam quiuis Tertius ſibi proſpicere,
nè oleum perdat, & operam; niſi enim denegetur
ſubrogatio collitiganti intra menſem, eius gratia
66 remanet adeo reſoluta,vt † nèc conualeſcat,ſi col-
litigans ſubrogatus exindè moriatur, etiam intra
menſem illum,vel ſuum ius non proſequatur, *Re-
buf.in praxi ad Reg.de ſubrog.Gloſ.6.verſ.& ſi
poſtquam*.

Vndè qui prudentiores ſunt, aut ſignata ſuppli-
catione, ſuperſedent in expediendo,donec ſit lap-
ſus menſis, vel non alitèr expediunt, quàm ſi in
ſupplicatione fuerit derogatum Regulæ huic de
ſubrogandis, tùnc enim demum remanent tuti,
*Sarnen.ad eandem regulam quæſt.17.verſ.breui-
tèr prædictis*.

Vt verò regula annullat gratiam apoſtolicam
tertio conceſſam,ità & multo magis reddit nullas
67 prouiſiones inferiorum collatorū,quorum † prot-
ſus ſunt ligatæ manus,*Seraph. d. deciſ.990. nu.8.*
68 quod † prouenit ratione litis,vt dictum eſt, non
autem vi alicuius reſeruationis; longè enim hæc
ſunt diuerſa,beneficium eſſe litigioſum, & eſſe re-
69 ſeruatum,vel affectum;ſi quidem † reſeruatio, vel
affectio perpetuò durat, donèc per nouam proui-
ſionem ſit conſumpta,iuxta *extrauag. ad Romani
de præben. Sarnen.ſuper reg. de trien. quæſt. 31.
num.9.Simonet.de reſer.q.10.n.5.Mandoſ.ſuper
reg.impetr. per obitum Card. quæſt.9. num.5.*

70 Litigioſum † verò beneficium,cum extinctione
litis hanc qualitatem perdit,ceſſatquè impedimē-
tum ex ea inferioribus collatoribus, ſiuè contin-
gat per mortem vtriuſquè collitigantis,ſiuè vnius,
qui eſſet in poſſeſſione,modò extra curiam defun-
ctus ſit,*Clem.1.eod.tit.vt lit.pend.*nequè enim vi-
tium litigioſi vltra litem profertur, vt ibi docet
Vital.num.5.

71 Si enim † mors contingat in Curia, ceſſat reſer-
uatio iuris cōmunis,ex diſpoſitione *c.2. de præb.
in 6.*nèc datur noua aliqua ex *d. Clem.* vt ibidem
72 per *Vital.nu.3.& 35.*Vt † meritò cauendum ſit à
quadam deciſione facta in *Neocaſtren parochia-
lis 25.Maij.1625.coram bon.mem.D.Remboldo*,
quæ hoc caſu ſupponere videtur concurſum du-
plicis reſeruationis:nàm etiam ſi lis ſit in curia,in-
dè tamen non cauſatur reſeruatio, vel affectio ali-
qua,vt optimè demonſtrat *Simonet.de reſer.q.10.
73 n.5.*ſed inſurgit † ſimplex impedimentū ex lite hu-
iuſmodi,nè Ordinarij conferant; ex qua non con-
cluditur ad reſeruationem aliquam, quæ, vt dixi,
vltra litem extendatur, vt etiam poſt alios latiſſi-
mè tradit *Gonzal. ad reg.de menſib.§. prooem.7.
74 nu.118.& Gloſſ.6.n.146.* quod † ſimul confirma-
tur vſu curiæ;nequè enim datur prouiſio, ſed ſub-
rogatio, tanquā quid penitus à prouiſione diuer-
ſum,*Gomes.ad d.reg.de impetr.q.8.nu.5.Gonzal.
d.Gloſ.6.num.147.*

Fatendum eſt tamen, dum lis viget, & in
conſequens durat impedimentum, ex illa iuris
inhibitione contra inferiores, nè conferant, ob
huiuſmodi inhibitionis concurſum, cum reſer-
uatione ipſa reſultante ex vacatione apud ſedem,
conſtitui caſum mixtum, ad excluſionem indulti
de conferendo reſeruata,etiam vacantia apud ſe-
dem,licet enim non concurrat duplex reſeruatio,
in quibus terminis loquitur *Sarnen. ad Reg. de
impetr. benef.per obit,quæſt.15. ex n.17. Verall.
dec.85.n.1.p.2.*concurrit tamen eadē ratio, quià
ſcilicet in diuerſis ſimilibus caſui expreſſo, non fit
extenſio etiam ex maioritate rationis, vt conclu-
dit *Verall.ead.deciſ.85.n.2.Anchar.conſ.151.n.5.
Aymo conſ.6.n.11.*& iſtud eſt, quod voluit dicere
Rota in præallegata *Neocaſtren. coram Rembol-
do*,quæ poſtmodum ità fuit declarata,ſub die 10.
Martij 1627. coram R.p.d. Duran.

75 Quemadmodum † verò,ſuperſtiti negligēti pe-
tere ſubrogationem imputatur, *cap. ſi clericus de
76 præben.in 6.*ità † tempeſtiuè petenti non denega-
tur, ſiuè proponatur mors ciuilis, ſiuè naturalis,
cap.2. vt lit. pend.in 6. ibi, *cedant, vel decedant*,
quæ verba accipiuntur nedùm verè, ſed etiam
inter-

interpretatiuè, vt ibi expressè notat. *Archid. sub num. 1.* super eisdem verbis, quam opinionem, æquam esse, censuit ibi *Anchar. ibidem sub nu. 1. in 2. not.* & sequitur *Franch. sub num. 5. vers. & idem quando alter litigantium*.

77 Ac † proinde, si quis ingrediatur religionem, cùm per ingressum, æquè ac per mortem, vacent beneficia, *cap. beneficium de regul. in 6.* nihil est,
78 quin † colitiganti, in vim Regulæ debeatur subrogatio, propterea quod militet prorsus eadem ratio, nè nouus detur sibi collitigans, vt resoluit *Rot. decis. 531. num. 1. par. 2. recent.*

79 Vrget † enim vsquè adcò hæc ratio, vt si Officiales, & Expeditores gratiam huiusmodi denegent, vel remorentur, plurimùm suas grauent conscientias, vt optimè deducit *Mandos. ad ipsam Regulam quæst. 2. sub num. 5. vers. ex præmissis facile, & per totum eum numerum*, quam sententiam videtur probasse *Rot. apud Seraph. d. decis. 1165. num. 1.*

Nisi tamen, versemur in casu expressæ denegationis per ipsammet Regulam, in secunda eius parte, qui tres omnino sunt.

80 Prior est, † quando superstes petens subrogari, est intrusus, vt in prima parte dicitur, super quo materiam latè tractant ad ipsam Regulam *Gloss. antiq. & addentes ad ipsum, Mandos. in 4. quæst. & Rebuf. Glos. 4. num. 4. & Gigas in tract. de intrus. num. 68.*

81 Hæc † tamen intrusio, cum sit quid facti, non præsumitur, & propterea est probanda, nèc sufficeret ostendere possessionem adeptam per instrumentum, sed est iustificanda occupatio de facto, cum perceptione fructuum, quæ concludat ad actualem possessionem, prout censuit Rota apud *Seraph. d. decis. 1165. sub nu. 4. vers. verum huic obiectioni*.

Deberquè Regula, in hac parte intelligi de vera intrusione, cùm † scilicet quis vel propria au-
82 ctoritate, vel sine titulo eius qui potest conferre, possessionem inuasit, hic enim demum verus dicitur intrusus, quasi non per portam ingressus, sed violentèr, vt dicit *Baldus in cap. quia diuersitatem sub nu. 2. & ibi adden. de concess. preben.*

83 Et quamuis † ille quoquè dicatur intrusus, qui licèt habeat collationem, habet tamen vitiū, propter quod meretur beneficio priuari, *Fel. cons.*
84 *44. n. 5.* in tantum, vt id solùm vniuersalitèr † spectari oporteat, an ingressus fuerit vitiosus, vt scribit *Ruin. cons. 128. num. 5. lib. 5.*

85 Tamen ad † istum effectum, non id duntaxat inspicitur, sed an potuerit vitium huiusmodi purgari, aut de iure, quià superuenisset nouus titulus, cū quo potuisset intrusus causam possessionis sibi mu-
86 tare, *Ruin. ibidem nu. 4.* aut de facto, quià † is, qui petit subrogari, ante obitum collitigantis ab ea intrusione destitisset; Regula enim considerat intrusionem tempore subrogationis peritæ, vt ad eam notant *Sarnen. quæst. 18. Rebuff. d. Glos. 4. num. 3. & alij passim, Gigas loco præcitato nu. 82. Seraph. d. decis. 1165. num. 6. ad fin. vers. & tollit omnem difficultatem*.

87 Vndè † si ante obitum, collitigans obtinuisset sibi decerni mandatum de manutenendo, vtiquè hinc diceretur intrusio purgata, vt respondit *Rot. in prealleg. decis. 342. num. 9. par. 1. & decis. 531. num. 2. par. 2. in recent.*

88 Secundus est casus, quando † lis est mota cōtra triennalem possessorem, vt paritèr in eadē prima parte Regulæ disponitur; hoc enim casu, non quidem cessat effectus litis, quominus scilicet Ordinarius, & quiuis inferior collator, impediatur cōferre; sed benè cessat causa fauoris respectu collitigantis superstitis, & ideò datur quidem subrogatio, verùm non ipsi, sed alteri tertio, vt decidit *Rot. apud Mohed. decis. 4. sub num. 1. vers. quia responsum fuit, vt lit. penden.*

89 Exigitur tamen † hoc casu, tàm possessio, quàm titulus coloratus, nō secus, ac cùm agitur ad effectum Regulæ de triennali, vt resoluit *Rot. d. decis. 531. n. 4. ad fin. par. 2. in recent.* & propterea si petens subrogari, probaret alterutrum, vel scilicet, quod mortuus non habuit titulum coloratum, vel quòd possessio fuisset per aliū occupata, cùm duo in solidū eandem rem nequeāt possidere, *l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. possessio.* certè nō posset denegari subrogatio, vt concludit Rota ibidem.

90 Proceduntquè † hæc de plano, cùm agitur de possessione triennali defuncti, nullo modo affecta, idest nequè ex persona sua, nequè ex persona præcessoris sui, à quo causam habuit; nā si habet causam ab alio, cum quo priùs lis esset, licèt possederit per triennium pacificè, non leuis est cōtrouersia, an eo defuncto, superstes qui fuit in lite cum eius præcessore, de iure veniat subrogandus? In quo articulo *Rota d. decis. 342. par. 1. in recent.* distinxit duos casus. Prior est, cùm iste defunctus habuit causam à collitigante, idquè possessione vacante, vel saltem apud eum non existente; & hoc sanè casu censuit, eum triennalem effectum fuisse, nec esse locum subrogationi.

Alter est, cùm collitigans, cui defunctus successit, habuit possessionem, ità quòd etiam possessio esset in lite; & hoc casu voluit locū esse subrogationi, quam distinctionē intulit ex *Mohed. decis. 8. n. 1. vt lit. pendent.* primo enim casu sola proprietas est in lite, non itē possessio, nihil ergò est, quin sit pacifica, vt exigit Regula, secus verò in secūdo,
91 quia † in Tertium transiuit res litigiosa, nō solùm cum suo vitio, sed etiā cum eisdem remedijs, propter scientiam ipsius tertij de hac circumstantia, vt videtur elici ex doctrina *Prepos. in cap. bonæ memoria, paulo ante nu. 19. vers. nec obstat fundamentum, de appellat.*

Tertius est casus, quando cōtra petentē subro-
92 gari, vrget præsumptio calumniæ; nam † exempla, quæ proponuntur in Regula, de impetrante beneficium illius, cui ob senium, aut infirmitatē imminet vitæ periculum, & de impetrāte per priuationem, & amotionem ex quibusuis criminibus, & excessibus, non restringunt Regulam, præcipuè cū adiecta sit clausula, *vel similibus*; & vtrumque sa-
93 nat in apertam calumniam, cuius † verbi significationem (quantum ad materiam hanc pertinet) in latiori significatu accipimus, idest, non pro eo duntaxat delicto, quo quis in alium falsa cri-

mina

mina intendit, vt in *l. 1. §. calumniari ff. ad Tur-
pill.* sed generalitèr pro quacunque fraudulen-
ta, & frustratoria lite, ad aliquid contra Iustitiam
extorquendum, *l. si calumnuetur 233. de verbor.
signif. Io. Kal. in suo lexic. iurid. in verb. calum-
niatores, et in verb. calumniantes*; nil verò calum-
niosius excogitari potest eo, qui ad instar Vultu-
ris, morituro imminet, vt de eo, qui litem contra
febricitantem triduo priùs quàm expiraret, est
Cassad. decis. 7. nu. 1. & per tot. de dol. & contum.
94 Nec † vacare præsumitur calumnia, qui ob pri-
uationem impetrat, vt enim in Regula disponitur,
vtiquè eo ipso; quòd aliquis impetrat beneficium
viuentis, censetur calumniati, vndè hac ipsa ratio-
ne, si cadit à syllaba, simul cadit à tota causa, *Host.
in c. 1. sub num. 9. vers. verùm quià de rescr. in 6.*
Quod perpetuò procedit; nisi fortè antè obitū
collitigantis, euentus aliquis in lite, præsumptionē
hanc elidat, putà si interim obtenta sit sententia,
vt per *Sarnen. in 7. quæst. vers. limitantur tamen
prædicta.*
95 Cessaret † etiam eadem præsumptio, si priuatio
insurgeret ex aliquo speciali decreto Papæ, qui
certo in casu induceret vacationem, & faceret
cuiquè facultatem impetrandi, *Greg. decis. 426.
num 9.*
96 Et generalitèr, † præsumptionem hanc calum-
niæ subiret, quicunque moueret litem sine aliquo
fundamento boni iuris, *Bisignet. decis. 2. num. 1.
ad fi. vers. nec obstat litis pendentia de rer. perm.*
Quippè, & hæc ipsa ratio odibilitatis impetrā-
tium, est etiam in ordine ad defectum litis, posita
97 enim calumnia, † remouetur & lis, *l. 1. §. Si inter
de litig* vndè parificantur non lis, & lis calumnio-
sa, *Sarnen. in quæst. 19. per tot. Lancell. de attent.
lit. pendent. cap. 4 in 4. limit.*
98 Est tamen aduertendum, † in his duobus casi-
bus per regulam expressis, vrgere præsumptionē
iuris, & de iure, ac ideò perpetuò denegari fubro-
gationem, in alijs verò, quibus calumniam præsu-
99 mimus ex non iure, istud † non ius constitui opor-
tere ex notorietate, ità vt lis videatur intensa in
100 caput alterius, *d. l. 1. de litig.* in quo † plurimum
versatur arbitrium Iudicis, vt de æstimatione ca-
lumniæ, pro deneganda restitutione in integrum,
post alios tradit *Odd. de rest. in integr. quæst. 43.
num. 77.* & censuit *Rota in suprà allegata Roma-
na Capellania 16. Maij 1626. coram Buratto.*
101 Ac proptereà † euitari posse calumniæ præsum-
ptionem, ex sola instantia, & possibilitate boni
iuris, dummodò probabili aliqua ratione, & iuris
colore sit adumbrata, latè disputat, & resoluit
Achill. decis. 7. ex num. 1. & per tot. vt lit. penden.
102 vbi † ità diluta fuit præsumptio hæc in eo, qui lite
mota, destiterat permultos annos, ab illius pro-
secutione, & declarata suptadicta decisio Bisi-
103 gnetti, quatenùs † vult argui calumniam vsquè ab
initio, si ex post cōstet de nō iure, vt explicetur ex
distinctione, quā ibi subijcit trium casuū. Quorū
Primus est; quando nec quidem probabilitèr
constat de aliquo iure ab initio, & hoc qui-
dem, solus cursus temporis inducere videtur de-
104 sertionem causæ; nàm licèt sola † citatio exci-
tet litem, dummodò, si sit decreta extra curiam,
habeat præinsertum rescriptum, vel aliud, vndè ci-
tatus instruatur de subiecto futuræ litis, iuxta
105 *Clem 2. ad fin. vt lit. pendent.* Vel si † in curia, sim-
plicitèr sit executa ad dicendum contra commis-
sionem, in qua species eadem futuræ litis expli-
cetur, absquè eo, quod in ipsa citatione rescriptū
insertum sit, *Mtlis in verb. citatio facta in Curia,
& in verb. litis pendentia inducitur,* Rota *in no.
decis. 9. vt lit. pendent. Vestrius in praxi lib. 4.
cap. 1. num. 1.* & in terminis Regulæ, *Sarnen. ad
eam in 3 quæst. nu. 2. Rot. decis. 1533. par. 3. lib. 3.
diuers & in recent. decis. 321. num. 3. par. 1. Greg.
decis. 27. n. 2.* & fuit responsum in præallegata *Ro-
mana Capellania 16. Maij 1626. coram Buratto.*
Tamen, si præter nudam citationem hanc, nihil
fiat, nèc appareat, defunctum, qui talem litem mo-
uit, habuisse probabile aliquod ius, facilè induci-
tur ex non prosecutione desertio, non quià instan-
106 tia deseratur, quæ † de iure canonico est perpe-
tua, vndè prodita est Regula, sola sententia finiri li-
tem, *Gamb. de off legat. lib. 3. in princ. ex nu. 467.*
107 Sed quià † lis mota, cessante actione, aliud non
habeat in quo sustētetur, quàm prosequutionē de
facto; vndè si ista cesset, cessabit quoquè ipsa lis, &
hæc fuit sententia *Glos. in Clem. 1. in verb. prose-
quatur, vt lit. pendent.*
Secundus est, quando constat ab initio, citan-
tem habuisse aliquod ius probabile; sed non ap-
paret, illud liquidasse, vel quouis modo promouis-
se; & hoc sanè casu nihil proponitur, vndè euacue-
108 tur ius illud, eiusquè effectus; negligentia † enim
in promouendo litem semel introductam, eam nō
extinguit. *Achill. in pracit. decis. 7. num. 6. vt lit.
pendent. Aegid. decis. 103. Cassad. decis. 3. de rest.
spol. Rot. in recent. par. 2. decis. 92. num. 2.* & fir-
marunt Domini in *d. Romana Capellania.*
109 Tertius est casus, quando † cùm petitur subro-
gatio, illud ius quod ab initio poterat videri pro-
babile, demonstratur improbabile; & hoc sanè,
nullo modo potest argui calumnia in ipso motu
litis, nequè desertio ex intermissione iudicij, & il-
lius prosecutionis, nisi concurrat etiam aliqua po-
sitiua coniectura, ex qua valeat induci vehemens
opinio, & conscientia propriæ iniustitiæ agnitæ in
ipso sic negligente, vel deserente, *Achill. d. decis. 7.
ex num. 7.*
110 Ratio est, † quià calumnia, cùm opponitur, de-
bet esse euidens, atquè taliter notoria, & constās,
vt nequeat vllo fuco adumbrari, *l. in summa, vers.
siue autem euidens, de condict. indeb.* præcipuè
111 dùm † exigitur in actore, vt ibi per *Angel. &
Castr. num. 3. Salic. in princip. & Iason. num. 3.*
& dixit *Rot. in d. Romana Capellaniæ*, passimquè
112 id † tradunt in his terminis inter alios *Rebuf. ad
d. reg. Glos. 7. num 3. Rot in recent. decis. 342.
nu. 7. par. 1.* cum latè adductis per *Greg. d. decis.
426. num. 8. & ibi adden. num. 11.*
113 Et quemadmodùm † in ipso superstite petente
subrogari, non exigimus bonum ius, ità & multò
minus, quominus ei detur subrogatio, exigitur
quod defunctus ipse bonū ius foueret, *Rot. dec. 92.
nu. 2. par. 2. in recen. Greg. decis. 125. num. 6.*

Basis

Basis igitur,& fundamẽtum istius gratiæ est ip-
114 sa lis,quæ † nequè efformatur ex sola impetratio-
ne Rescripti, vel ex solo decreto citationis, sed
tantùm ex illius executione, etiam si aliàs dare-
tur scientia aduersarij, *Vital. in Clem. 2. num. 25. vt lit. pendent. Reuerendissimus D. Coccin. decis. 431. num. 7.*

115 Quod rursus † est intelligendum de executio-
ne formalitèr reproducta, aut scilicet in præsentia
partis ad id citatæ, vel eius contumacia accusata,
atquè ità ex actu qui æquipolleat litis contesta-
tioni: quicquid enim fit ad effectum deuolutionis
causæ, pro quo nihil aliud attenditur, quàm sim-
plex executio, cùm ante illam permissa pœniten
116 tia sit, *Achill. eod. tit. decis 10. num. 1.* tamen † ad
hunc effectum litigiosi ante contestationem, non
potest dici lis, vt benè explicat *Prepos. in can. 1. num. 9. 11. quæst. 1.*

117 Conficitur † autem litis contestatio hoc casu,
dùm reproducitur executio, siuè compareat cita
tus, & respondeat (ità vt possit colligi ex re
sponsione huiusmodi, animum ipsius esse sustinen
di litem, *Rot. decis 6 num. 2. de lit. contest. in no.*)
118 siuè non compareat, cùm † illius contumacia ac-
cusata hanc eandem vim obtineat, vbi scilicet (ve-
luti in his materijs) non exigitur formalis conte
statio, *Bero. in cap. quoniam contra num. 108. de probat.*

Lis ergò ità debet præexistere, vt non possit de
ea dubitari, vndè & id principalitèr exquiritur, si
per Procuratorem introducta sit, an is mandatum
119 habuerit; quamuis enim † non requiratur manda-
tum in exequente, siuè intimãte citationem, *Rot.*
120 *decis. 1533. par. 3. lib. 3. diuers.* exigitur † nihilo-
minus in Procuratore, qui pro absente compa-
ruit in iudicio, & citationis decretum obtinuit,
& illam reproduxit, vt censuit *Rota apud Reuerendissimum D. Coccin. d. decis. 431. sub n. 5. vers. nam licet prætendatur*; adeò vt nèc sufficiat com-
paritio coniunctæ personæ; quicquid enim sit in
alijs, in his causis beneficialibus non admittitur
coniunctus, etiam cum promissione de rato, *Cassad. decis. vlt. num. 5. super regul.*

121 Sufficit tamen † mandatum siuè expressum, siuè
tacitum, vt eadem decisio admittit; quin præsum-
122 ptum, *Gregor. decis. 44 num. 1.* putà † ex qualitate
actus, ad quem sine mandato verisimilitèr quis nõ
accederet, *Dec cons. 36. sub num. 8. vers. secundò*
123 *respondetur*, qui † licèt loquatur in casu, vbi con-
currit temporis antiquitas, prout etiam loquitur
124 *Gozad. cons. 11. num. 13. & 14.* Idem † tamen ope-
ratur concursus alicuius alterius coniecturæ, vt
videtur concludere *Rot. apud Achil. decis. 2. n. 5.*
125 *de reb. Eccles. non alienan.* & in eo, † qui obtinuit
decretum citationis, seruauitquè terminum præ-
sente principali in curia, qui etiam dedit arrham
pro Regesto, respondit *Rota in Tuden. parochia-
lis 26. Ianuarij 1625. coram Illustrissimo D. Car-
dinali Verospio*, & conferunt quæ in hac re scribit
Cassad. decis. 3. nu. 4. de procur. & Rot. decis. 631.
126 *num. 2. par. 1. diuers.* & in eo † qui iura produxit,
(modò non sit domesticus, qui potuerit ea facilli-
mè subripere) sæpissimè est decisum, vt apud
Veral. decis. 188. num. 6. & 7. par. 2.

127 Sufficiet † etiam, si sequatur ratificatio, *Veral.*
128 *decis. 180. nu. 1. eadem par. 2.* modò † comparue-
rit cum promissione de rato, secùs si tanquam le-
gitimus Procurator, nàm tunc propter eius men-
dacium, non iuuaret ratificatio, *Bald. in l. Iulia-
nus in 1. lect. sub num. 3. vers. ego super hoc pun-
cto, ff qui satis. cog. Alex. cons. 32. sub num. 3. vers. accedat vltra prædicta, & num. 4. lib. 1.*

129 Sufficeret † etiam mandatum generale ad om-
nes lites motas, & mouendas, *Rot. decis. 27. nu. 2. vers. prædictis argumentis, de Procur. in no.* Et
130 quamuis † *Lapus alleg. 70. sub num. 8. vers. sed di-
co sub hac generalitate*, velit indiuiduari causas ec-
clesiasticas, tamen refellitur per *Papazzon. ad d. de-
cis. 27. nu. 11. vers. sed dico*, & Rota semper est am-
plexa sententiam hanc, vt notat etiam *Mandos. ad d. Lap. alleg. in verb. beneficialis, & ad reg. 31. q. 4. num. 18.* & fuit etiam conclusum in præ-
citata *Romana Capellania*.

131 Nequè † crediderim, contra hanc conclusionẽ
obstare, quod *Innoc. in cap. sides num. 5. de rescr.*
tenuerit, causas spirituales esse grauiores, & *tex. in Clem non potest, de procur.* decernat, in generali
mandato non venire negotia grauiora expresſis,
vt ait *Bellam. in decis. 5.*

132 Isthæc enim † intelligũtur, quando vrget alia ra-
tio expressa in iure, vt aliquid à generalitate sepa-
retur; & propterea, si in causa, quæ exigit manda
tum speciale, quis cõstituatur Procurator, & adij
ciatur clausula generalis, *& ad omnes alias cau-
sas, &c.* ista clausula non complectetur causas
maiores, quià illa expresſio restringit generalita-
tem ad similia, & hoc est, quod decidit *tex. in d.*
133 *Clem. 2.* si verò simplicitèr † quis constituatur ad
causas omnes, includuntur causæ omnes tàm ma-
iores, quàm mediæ, & minores, prout docet *Glos. in d. Clem. non potest, in verb. grauiora, vers. si diligenter attendas.*

Atquè ità optimè tale mandatum generale
134 comprehendet † beneficiales causas, cùm de titu-
lis beneficialibus agitur, licèt non capiat causas,
quæ impropriè, beneficiales dicuntur, quià de re-
bus beneficij, vel Ecclesiæ, ea speciali ratione,
quòd tales non posſint exerceri proprio nomine
beneficiati, sed Ecclesiæ, vt pulchrè explicat *Bel-
lam. d. decis. 5. nu. 3. per tot. præcipuè ad fin. vers. vel distingue.*

135 Nequè † contra eandem conclusionem vrgere
etiam arbitror *tex. in cap. in causis 15. de testib.*
dùm textus ille apertè sentit, causas Ecclesiasticas
diuersas esse, & separari à ciuilibus, quod etiam
censet *Lap. d. alleg. 70. num. 4.* vbi ideo ex hoc in-
tulit, non sufficere mandatum generale ad causas
ciuiles, & criminales, sed saltim exigi generale ad
ecclesiasticas, quem videtur sequi *Franch. in cap. qui ad agendum num. 5. de procur. in 6.* & secuta
est *Rota apud Put. decis. 241. lib. 2.*

136 Est enim aduertendum, † causas ecclesiasticas,
non esse diuersas à ciuilibus, prout ciuiles oppo-
nuntur criminalibus, & sic prout differũt (vt Dia-
lectici loquuntur) in radice, sed tantùm videri
diuersas ratione fori, in quo debent tractari, vt
agnoscit

agnoſcit etiam *Lap. d. alleg. 70. num. 3.* Et pro-
137 pterea † veniunt diſtinguendi duo caſus. Prior eſt,
quando quis eſt conſtitutus Procurator ad cauſas
ciuiles, & criminales ſimplicitèr, ſine aliquo ter-
mino generali, vel vniuerſali; & eo quidem dicen-
dum eſt, ſub tali mandato, non venire cauſas be-
138 neficiales, ea ratione, quòd indefinita † nuſquàm
æquipolleant vniuerſali, quandò omnium com-
prehenſorum ſub termino vniuerſali, non eſt par
ratio, *Surd. conſ. 430. num. 22. & conſ. 431. nu. 67. Raudenſ. de analog. cap. 35. num. 32.*

Videtur autem non eadem protſus ratio cau-
ſarum beneficialium, propter earum inſeparabili-
139 tatem à materia ſpitituali, quæ † ideo exigit ſpe-
ciale mandatum, *Rot in antiq. de procur. dec. 35.* & itá loquuntur *Lap Franch. et Put. in locis proximè relatis*, vbi ſcilicet factum eſt mandatum ad cauſas ciuiles, & criminales indefinitè.

Alter eſt caſus, quando termino illi, *ciuiles*, adiecta eſt vox generica, *omnes*; & hoc ſanè caſu, etiam idem videtur dicendum, quiá appellatio-
140 ne † cauſarum ciuilium, non veniunt, niſi cauſę pe-
cuniariæ, quæ ex ſui natura opponuntur cauſis in quibus agitur de rebus ſpiritualibus, vt pulchrè docet *Glo. in 11. quæſt. 1. in ſumma, in verb. quod Clericus*, & quamuis cauſa beneficialis dicatur propriè, cauſa, *Rot. d. deciſ. 27. ſub num. 2. ad fin. verſ. præterea cauſa beneficialis, de procur. in no.* nihilominus non poteſt dici cauſa ciuilis, ſecundum Gloſſam prædictam, & in conſequens non veniet ſub generica appellatione cauſarum ciuilium.

141 Cæterùm † in contrariam vrgeor ſententiam;
nam quandò quis conſtituit Procuratorē ad om-
nes cauſas ciuiles, & criminales, per hanc conſti-
tutionem complexus eſt omnia genera cauſarum;
neque enim aliæ reperiuntur cauſæ, quæ non ſint
142 vel ciuiles, vel criminales, & ſic † ſub hac determi-
natione omnes omninò cauſarum ſpecies rema-
nent incluſæ, *l. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, & ibi Angel. num. 2. l. ſi duo in fin. de adminiſt. tut. Natta conſ 98. num. 14.* & terminus
143 ille † generalis, *omnes*, cum præcedat ſpecies enu-
meratas, facit, vt ipſa enumeratio cenſeatur facta ex abundanti, & ad tollendam omnem dubitationem, non ad reſtringendum genus, cum non fuerit adiecta taxatiua aliqua, vt optimè explicat *Cravetta conſ 227. ſub n. 7. verſ. 4. licèt*, cenſenturquè potiùs ipſæ ſpecies extenſæ, quá latè patet genus, *Ruin. conſ. 32. num. 6. volum. 2. Laderch. de Imola conſ. 107. num. 9. & 11.*

Nec facit, quòd cauſæ ciuiles, eæ propriè dican-
tur, quarum ſubiectū eſt materia temporalis, nàm
144 imò cauſa † ciuilis eſt ea, quæ tractatur ciuili mo-
do, non criminali, *l. capitalium 28. §. incendiarij, ff. de pœn* & explicat *Briſſon. de verb. iur. ſignif. lib. 3. in verb. ciuilitèr*, & morem hunc loquendi non abhorrent canones, vt in *cap. per tuas, il primo, quod in ordine eſt 32. §. tales igitur, de Simon.* ex quo textu, notant ſcribentes, etiam in his dici agi ciuilitèr de crimine, vt ibi per *Abb. num. 1. & in cap. ſuper his, ſub num. 4. verſ. & pro hoc dicto, de accuſ. Feder. de ſen. conſ. 23. ſub num. 2. verſ. ſed in caſu noſtro, Rot. deciſ. 213. num. 2. par. 3. in recent.* quos in his terminis ſequuta eſt Rota in d. *Romana Capellania.*

145 Et propterea, † quicquid exiſtimauerit *Gloſ. in
ſumma d. 11. quæſt. 1.* illa eius expoſitio non eſt
ſimplicitèr vera, & in reſcriptis contrarium ſequi-
146 mur, vt ibi aduertit *Prapoſ. nu. 8.* nèc † habet dif-
ficultatem, vbi terminus hic *ciuilis*, fuit oppoſitus termino *criminali*, enimuerò, ex oppoſitis, & contrarijs voces omnes æquiuocæ explicantur ratione adiuncti, *Rauden.* qui alios allegat *de analog. lib. 1. cap. 10. num. 5. & cap. 22. num. 19.*

147 Mandatum † verò procuratorium, qualecun-
què ſupponatur, debet iuſtificari de tēpore exer-
citij illius actus, á quo ducitur lis, *vulg. l. Matrem
148 C. de probat.* & propterea cùm reſcripta † paſſim
impetrentur ſine mandato, & hoc amplius, citationes decernantur in Curia inſtantibus procuratoribus aſſertis, ſi vel promittant de rato, vel docere de mandato infra duos menſes, non obſtante quacunquè oppoſitione partis, *Reuerendiſſimus D. Coccin. deciſ. 431. num. 6.* niſi talis ratificatio, vel mandatum oſtenderetur, ſimul excludetur lis, *Reuerendiſſimus D. Coccin. ibidem.*

149 Niſi fortè, † qui citatus eſt, compareat, & nihil
opponat de mandato, nàm tunc ſatis eſt docere mandatum præextitiſſe, quamuis tunc non fuerit productum, omiſſio enim proteſtationis huiuſmodi, operatur, vt quandocunquè produci poſſit, *Mohed. de iudic. deciſ 2. Seraph. deciſ. 1215. nu. 4. Rot. deciſ. 688. num. 2. par. 1. diuerſ. & coram Reuerendiſſ. D. Coccin. deciſ. 54. num. 3. & deciſ. 62. nu. 2.* Quod licèt procedat ad effectum ſuſtinendi actum, nihilominus etiam obtinere ad effectum hunc cauſandi litem, pronunciarunt D. D. in ſuprà allegata *Romana Capellania.*

Semel verò, ex lite itá affecto beneficio, non
niſi lite extincta, ab ea affectione liberatur; & pro-
pterea in hac diſputatione ipſius litis durationem
contemplamur, quæ eo vſquè perſenerat, donec
150 ſit extincta, vel † per ceſſionem apud acta, *Chiſſa-
151 nen. deciſ. 23.* quod † intelligitur etiam in abſentia
Iudicis, & partis, adhibitis duntaxat Notario, & Teſtibus, vt ex mente *Caſſad. deciſ. 5. vt lit. pend.* reſoluit *Rot. apud Put. deciſ. 487. lib. 2.* & firmauit etiam in *Conchen. Archipresbyteratus 9. Martij 1592. coram bon. mem. Penia.*

152 Vel † certè ob ſententiam, quæ in iudicatum
tranſierit, & plenè etiam fuerit executioni demā-
data, itáut nullæ amplius remaneāt litis reliquiæ,
Mohed. eod. tit. vt lit. pendent. deciſ. 3. num. 3.
153 neque † verò ſat eſt, cauſam appellationis eſſe de-
ſertam, niſi deſupèr fuerit iudicatum, & conſumpta executio, *Rot. deciſ. 746. num. 2. verſ. præterea addebant par. 2. in recent.*

154 Enimuerò, † nihil prohibet, etiam poſt iudica-
tum, vel litem in aliquo articulo foueri, vel etiam integrari, veluti ſi petatur reſtitutio, vel detur de nullitate, vel etiā de vtroquè ſimul, quo caſu, quantumcūquè deſerta cauſa in articulo reſtitutionis, remanet adhuc viua in articulo nullitatis, cuius inſtantia durat triginta annos, *Franch. in cap. dilecto ex num. 171. de appell.* & fuit reſponſum in

Placen-

Placentina parochialis 1. Decembris 1603. coram bon. mem. Litta.

155 Nisi † fortè causa nullitatis esset commissa incidentèr, tunc enim eadem instantia perimeretur,
156 *Franch. in d. cap. dilecto num. 172.* & dicitur † incidentèr mota, quando ex contextu commissionis, non legitur simul expressè deducta, vnà cum articulo appellationis, aut restitutionis, vt ibi per eum *nu. 107. & 175.* & hanc opinionem, reprobata contraria sententia Iasonis *in l. contra maiores, C. de inofficioso testamen.* tenuit *Rota apud Put. decis. 168. lib. 2.* vbi de veriori, & magis communi, & *decis. 33. num. 7. cum sequenti lib. 3. par. 3. di-*
157 *uers.* Et propterea † id præcipuè attenditur, an causa, quæ videtur accedere, fuerit in commissione deducta per copulatiuam, vel alium terminum æquipollentem, *Reuerendiss. D. Coccin. decis. 90. num. 8.*

158 Diuersa enim est instantia à lite, & ideo † terminata instantia, non dicitur terminata lis; quod non solum obtinet ad effectum exceptionis, dum petitur executio, *Franch. vbi suprà nu. 172.* quod
159 caret difficultate, quià quæ † temporalia sunt ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, *Innoc. in cap. sæpè sub num. 6. vers. nec mirum de appell.* ve-
160 rùm † etiam ad hunc ipsum effectum litigiosi, modò lis à principio fuerit super titulo, vt in *d. Pla-*
161 *centina parochialis coram Litta*, sicuti etiam † ad effectum interrumpendi annalem, vt in *Regien. Prioratus 10. Ianuarij 1597. coram bon. mem. Penia.*

162 Quamuis † enim Baldus *in authentica, quæ supplicatio, num. 4. C. de prec. Imp. offer.* opinatus fuerit, obiectam nullitatem non inducere pendentiam litis, eo visus dilemmmate, quòd aut valet sententia, & non pendet iudicium, veluti per eam extinctum; aut non valet, & tūc quidem pendet, sed nō ratione obiectæ nullitatis, sed vt priùs, & tanquam adhuc sententia non decisum: nihilominus hæc eius argumentatio est minus concludens, quià super eo supposito, an sententia valeat, vel secùs, requiritur declaratio Iudicis, interim verò non potest euitari, quin lis pendeat, & sic intret ratio, & dispositio tex. *in supracit. cap. 1. vt lit. pendent. in 6.* atquè ita fuit hæc Baldi argumentatio meritò reiecta in suprà citata *Placentina parochialis*, & eodem modo declarata Achil. *decis. 15. num. 2. de rescrip.*

Et hæc quidem in materia hac delibasse satis, pro discernendo, quando debeatur subrogatio superstiti in vim Regulæ, postquàm verò est concessa, iàm tunc illius vim, & effectum propriùs contemplamur; circa quem, tria potissimum quàm maxima fieri poterit diligentia, nobis explicanda erunt: forma videlicet, subiectū, & exequutio.

163 Quod attinet ad formam, † ea est duplex, gratiosa scilicet, & rigorosa: gratiosa est, cùm Papa ipse subrogat per verbum *subrogamus*; rigorosa, cùm alicui mandat, vt sua auctoritate subroget, quæ & ideo propriè apud nos vulgo etiam dicitur mandatum de subrogando, *Mandos. ad reg. de subrogan. in 1. quæst. num. 4. Garz. de benef. par. 6. cap. 4. num. 1. Mohed. supra cit. decis. 11. vt lit. pendent. Rota in recent. decis. 378. num. 1. par. 1.*

164 Subiectum † istius gratiæ est triplex; lis, ius, & possessio: vndè neque vna, sed multiplex gratia dicitur, *Bellam. decis. 115. num. 3. iuncta Cassad. decis. 1. num. 1. vt lit. pendent. Seraph. decis. 596. num. 2.*

Dumquè superstes, vel etiam tertius hodiè, ex
165 suppositione litis, subrogatur, † ad hæc tria specificè, & nuncupatim subrogatio fit, videlicet ad litem, illiusquè prosecutionem, nec non ad omne ius, quod habuit defunctus, & quoad possessionē. Quod vltimum visu inuectum fuit ad tollendam antiquam controuersiam, an generalitèr subrogatus ad omne ius, censeatur etiam subrogatus ad possessionem, affirmatiuam tenente *Bellam. decis. 351.* negatiuam verò *Rota in no. vt lit. pend. decis. 10. sub num. 4. vers. præterea licèt mandatū.*

Quantum ad vltimum, cùm agitur de effectu gratiæ huius, respectu litis, & illius prosequutionis, supposita lite huiusmodi, si versemur in subrogatione gratiosa, non autem in rigorosa, illa in
166 hac parte trahit secum executionē, persistit † enim lis eadē in persona subrogati, nō tamē ad effectum prosequutionis (nisi tertius sit) hoc enim esset dare
167 in eodem subiecto actionem, & passionem, † quod est impossibile, *l. Vranius, vers. sed cum duo, ff. de fideiuss. Ias. in l. cum filiofamilias 11. num. 15. de leg. 1. Menoch. cons. 231. n. 13.* vt propterea hinc verius litis impediatur extinctio, *Cassad. d. decis. 1. vt lit. pendent. Veral decis. 167 num. 1. par. 2.*

Quod in ipsius subrogati vtilitatem est intro-
168 ductum, vt suprà dictum est, nè † videlicet sibi detur nouus collitigans, vt etiam censuit Rota in *Salamantina Capellania del Voto 5. Iuly 1593. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio impressa* apud *Garz. de benef. par. 6. cap. 4. sub num. 41. ad med.*

169 Si verò † nō sit superstes, sed tertius, in eo quoquè lis sustinetur, etiam quoad prosequutionem, vi subrogationis, seu veriùs ex decreto Papæ, hæc enim minus propriè dicitur subrogatio, sed quædam prouisio Papæ, cum facultate prosequendi litem, vt decidit *Rota apud Mohed. decis. 3. n. 2. vt lit pendent. & in d. Salmantina Capellania*, vbi facta fuerat subrogatio etiam ad executoriales.

170 Si autem † versemur in subrogatione rigorosa, priùs est verificanda lis, & dùm talis iustificatio pendet, & cunctatur in executione mandati, non impeditur collator inferior conferre, vel Patronus præsentare, *Cassad. d. decis. 1. vt lit. pendent.* admittitquè eadem decisio.

Cùm verò agitur de effectu gratiæ huiusmodi, respectu iuris, quod defunctus habuit, est aduer-
171 tendum † rescriptum referri ad quodcunquè ius, siuè in re, siuè ad rem, dummodò sit considerabile, vt declarando opinionem Collectarij excludentis ius ad rem, censuit *Sarnen. ad ipsam regulam de subrog. in 6. quæst.* & in hanc sententiam apertè inclinauit *Rota apud Seraph. decis. 596. num. 4.*

172 Vndè † ius istud (vt gratia suum in hac parte sortiatur effectum) iustificādum omnino est, quià ea pror-

ea prorsus est conditionalis, si videlicèt is in cuius ius facta est subrogatio, aliquod huiusmodi ius habebat, *Rebuf. ad eandem reg. num.44. Reuerendissimus D.Coccin. decis.183. num. 12.* potest enim esse, quòd defunctus nullum ius haberet, *Rota in sæpè cit. decis.10. sub num.4. ad fin. vers. tum quia, vt lit. pendent.*

173 Et quamuis † respectu simplicis applicationis talis iuris, videatur constituenda differentia inter subrogatum, & iussum subrogari, tamen respectu canonizationis, nulla est differentia, idemquè iustificandi onus æquè, ac subrogari iusso, ipsi etiam gratiosè subrogato incumbit, *Aegid. decis.112. Cassad. decis.2. sub nu.1. vers. & ità de subrogato de caus. poss. & propriet. Seraph. d. decis.596. n.3.*

Deniquè, cùm agitur de effectu gratiæ huius, respectu solius possessionis; Quià laborant Doctores in explicanda hac materia, & se mirabilitèr inuoluunt, est in primis aduertendum, aliud esse
174 quod † Papa subroget aliquem in possessionem defuncti, & longè aliud, quod ei det facultatem expediendi literas in forma gratiosæ subrogationis; nàm illud primum, Papa non facit, nisi in vim Regulæ, & hæc dicitur vera, & propria subrogatio, istud verò secundum passim admittit, dum inter clausulas generales, quæ supplicationibus inferuntur, hanc quoque inseri patitur, nèc delet, vndè fit, vt antequàm literæ sint expeditæ, non possit dici facta subrogatio, vt optimè explicat *Put. decis.423. num.1. & 2. lib.1.*

175 Præter id verò, est etiam aduertendum, † Papā concedendo hanc facultatem expediendi in forma subrogationis gratiosæ, videri quidem implicare concessionem eiusdem gratiæ, ex trita regu-
176 la, quòd qui † vult consequens, vult etiam necessarium antecedens ad illud, cùm in consequenti videatur contineri, *vulg. leg. ad rem mobilem, & l. ad legatum de procur. cum simil.* adductis per *Menoch. consil.14. num.7.* veruntamen id velle intelligitur, si concurrat habilitas terminorum, quæ
177 in † vnaquaquè dispositione necessariò est supponenda, *§. in extraneis, instit. de hæred. qual. & differ.* cum cumulatis per *Surdum consil.99. nu.29.*
178 quæ † habilitas, cùm versemur in rescripto Principis, in eo consistit, nè exinde aliquis grauitèr lædatur, *l. rescripta vbi Gloss. in verb. non lædat alium C. de prec. Imper. offer.*
179 Ratio † enim, cùr Papa in casu Regulæ, subroget superstitem ad possessionem defuncti, non est alia, quàm quià nèc cadat sub sensum possibilitas alterius coloratæ possessionis; supposita enim lite, sunt ligatæ manus inferiorum, siuè Collatorum, siuè Electorum, nec ideò est possibile dari in aliquo possessionem, vel præiudicari iuri eorundem inferiorum in conferendo, vel eligendo, vt fuit ponderatum in *Burgen. de Pancoruo. 24. Octobris 1588. coram Gipsio, & in Miranden. parochialis 2. Aprilis 1601. coram Penia,* relatis per *Garz. d. cap.4. sub num.11. & 33.*
180 Quamuis † enim possit esse, quòd ea possessio defuncti sit vitiosa, vtputa spoliatiua, nihilominus adhuc eadem militat ratio impossibilis præiudicij tertij; sunt enim compatibilia, subrogatum consequi effectum subrogationis in ea qualicunquè possessione, & eandem possessionem in eum transire cum suo vitio, de quo posteà videndum est, *Mantic. decis.252. num.5.*

181 Nequè enim † controuerti potest, quin transitus possessionis, qui fit per subrogationem huiusmodi, fiat cum vitio iàm contracto, *l. etiàm possidere ff. de acquiren. possess.* quapropterè † nèc datur
182 illi accessio, *l. Pomponius §. vlt. ad fin. eod. tit.*

Vndè nihil cuiquam deperit, quià illud vitium,
183 purgandum erit per ipsum subrogatum, vt † de possessione attentata pronunciauit *Rota apud Gregor. decis.251. num.5.* vbi *Beltram. num.15.* alias allegat, subijciens, ex hac causa exceptionem attentati commissi per defunctum, nusquàm impedire immissionem petitam per subrogatum.

Viget ergò ratio hæc cessationis præiudicij, si
184 beneficium sit reseruatum, ex quo † reseruatio, non secùs ac lis, inferioribus ligat manus, vt fuit decisum in suprà allegatis *Burgen. & Miranden,* idemquè est in affectione ex appositione manus, *Rota diuers. decis.570. num.1. par.1.*

185 Tandem † circa subiectum istud, quod in possessione constituimus, est aduertendum, in eo non contineri fructus inexactos per defunctum, *Put. decis.220. num.3. lib.2.* & quamuis † aliquando
186 etiam vi subrogationis, ij debeantur subrogato, tamen id non procedere ex subrogatione in possessione, sed ex subrogatione ad litem, in qua fructus etiam venirent, saltim Iudicis officio, vt declarat ibidem *Put. num.5. & Reuerendissimus D. Coccinus decis.368. itidem sub num.5.*

Aliud enim est possessio, & longè aliud sunt fructus possessori debiti; quocircà etiā concessa subrogatione in possessione cedentis, & ad litem in qua petebantur fructus, si aliqua vrgeat coniectura in contrarium, nèc fructus huiusmodi venient, vt in eo qui sibi fructus reseruauerat loco pensionis, nè niminm dispendium pateretur, vt quamuis hæc ratio respiciat futuros, nihilominus coniecturam faciat animi non cedendi præteritos inexactos, resoluit Rota apud eundem *Put. decis. 361. num.1. lib. 3.*

187 Deueniendo † nùnc ad vltimum, videlicet ad executionem; id duplicem habet inspectionem: Prior versatur circa necessitatem adeundi Iudicem. Altera circa modum procedendi, nequè nūc loquor de mandato de subrogando, siuè de subrogatione rigorosa, sed de gratiosa, aut propter litem, aut propter reseruationem concessa, nequè paritèr loquor de alia exequutione, quàm in assequenda possessione, in qua consistit maximum illius commodum.

Quo igitùr ad primam, satis apertum est, Papam subrogando aliquem in possessionem defun-
188 cti, transferre † in eum quādam ciuilissimam possessionem, nequè in hoc actu desideratur ministerium cuiusuis alterius, exemplo statuti continuātis possessionem defuncti in hæredem, *Paris. consil. 41. n.6. vol.1. Alex. consil.24. n.3. lib 3.* adeò vt nèc sit necessaria præsentia corporalis, *Bald. in rubr. num.13. de caus. poss. & prop.* si enim id potest statutum, multò magis Princeps, qui est lex viua, *l. ra-*

l. raptores, vbi Bart. num. 1. C. de Episc. & Cler. & in his terminis tradunt Mohed. d. decis. 11. ad fin. vt lit. pendent. Mantica decis. 71. num. 3.

189 Ità vt † hinc videatur inducta quædam possessionis continuatio, Gonzal. ad reg. de mensib. §. 3. proœm. num. 90. Rot. in recent. decis. 159. num. 3. par. 4. & apud Gregor. decis. 258. num. 6. & decis. 307. num. 4.

Vis autem istius ciuilissimæ possessionis ità
190 transfusæ, ea est præcipua, vt quamuis † secum non trahat naturalem, sed illius respectu exigatur realis apprehensio, Menoch. de adipisc. rem. 4. num. 82. & 84. Tiraquel. in tract. le mort saisit le vif. in 3. declarat. num. 6. nihilominus,
191 nèdum si vacans † sit (de quo nullum est dubium, vt in Conchen. beneficij 1. Iulij 1611. coram bon.
192 mem. Hierosolymitano) verùm etiam, si † quis interim in eam se intrudat, possit subrogatus tali intruso expulso, eam sine ministerio cuiuspiam Iudicis adipisci, vt videtur sentire Menoch. de recuper. possess. rem. 9. num. 194.

193 Eo † enim ipso, quòd nititur naturalem apprehendere, & intrusus illi reluctatur, ei manifesta fit vis, l. clam possidere §. qui ad nundinas,
194 de acquir. possess. quam † vim contraria vi incontinenti potest repellere, vt omnes agnoscunt in d. §. qui ad nundinas, & egregiè consuluit Socin. Sen. cons. 122. num. 12. lib. 4. quem refert, & sequitur Menoch. loco suprà cit.

195 Quamuis † autem id in statuto continuante possessionem non admittatur, cum illius effectus restringatur ad remedium adipiscendæ, vel retinendæ, nèc extendatur ad remedium recuperandæ, si interim per aliquem realis possessio occupetur (quod implicaret facultatem delinquendi, vt latè concludit Veral. decis. 213. ex nu. 1. par. 3.)
196 tamen † in subrogatione ista gratiosa, credo esse verissimum, quià ex suppositione aut litis, aut reseruationis, Papa inficit quamcunquè possessionem quoad omnem Iuris effectum, atquè ità videtur facultatem hanc producere contra quem-
197 cunquè occupatorem; virtus † enim decreti, vsque adeo inficit factum occupationis illius, vt cōtra illud conseruet possessionem prorsus vacuam, Reuerendissimus D. Coccinus decis. 51. num. 4.
198 in tantum † vt intrusus non possit dici, aut ciuilis, aut naturalis possessor, non quidem vi simplicis reseruationis, quæ duntaxat reddit possessionem iniustam, quod non diuersificat essentiam possessionis, l. 3. §. ex contrario ad fin. de acquir. possess. cum alijs quos in id citat Bisignettus decis. 1. num. 7. de restit. spoliat. sed, vt dixi, vi decreti in ipsa reseruatione adiecti: & ita conciliantur istæ opiniones, dùm aliqui ità tenent, ac in specie idem Bisignet. d. decis. 1. num. 6. Ferret. cons. 3. num. 18.

199 Quapropter † hinc non cogitur subrogatus eū citare, vel contra ipsum quouis modo iudicialitèr procedere, & ità videtur decisum in decis. 472. num. 3. par. 3. lib. 3. diuers.

Et quamuis etiam admittamus ei competere actionem spolij, veluti deiecto à naturali detentatione, nihilominus stante priori possessione ciuili, ei obstat exceptio proprietatis, qua opposita, fit cumulatio, iuxta elegātem doctrinam Bart. in l. naturaliter §. nihil commune sub num. 23. vers. aut proponitur, de acquiren. possess. & ibi Ias. num. 304. quos secutus est Menoch. cons. 2. num. 195.

200 Et hoc † perpetuò est intelligendum, si suppositum, aut litis, aut reseruationis sit notorium,
201 Gregor. decis. 58. num. 1. idemquè † est, cùm prætenditur affectio, Rota diuers. decis. 570. num. 1. par. 1. aliàs semper esset locus dispositioni textus in cap. licet Episcopus de praeben. in 6.

Necessitas igitur adeundi Iudicem, pro executione subrogationis gratiosæ, est accidentaria, & contra substantiam illius: Contingit autem ea du-
202 plicitèr, † primo ex forma literarum, quando scilicet non sunt expeditæ ad partem, sed simul cum tota gratia prouisoria; nàm tunc cum habeant certum executorem, supposita possessione alterius, debet adiri executor, & coram eo citari possessor, siuè intrusus, iuxta ea quæ suprà scripsimus. Ratio est, quià tunc subrogatio videtur dependere à veritate omnium narratorum in literis, & sic ante dictam iustificationem ea nullo
203 modo † est exequibilis, iuxta regulam cap. 2.
204 vt lit. pendent. iustificatio † autem debet fieri cum legitimo contradictore, si quis adest, & sic citato intruso, ex regula cap. licet Episcopus de praeben. in 6.

205 Nequè † enim illius possessio potest adhuc videri infecta respectu habentis subrogationem nō dùm iustificatam, & sic nequè naturalitèr, nequè ciuilitèr possidentis, l. 2. ff. vti possid. facta autem
206 narratorum † iustificatione, tunc demùm intrat illius effectus, vt censuit Rot. in Colonien. Canonicatus 17. Aprilis 1589. coram Comitulo, & in Tirasonen. Capellania 13. Martij, & 7. Aprilis 1606. coram Reuerendiss. D. Pamphilio.

207 Quapropter † qui volunt euitare istud maximum incommodum iustificandi omnia narrata, consueuerunt expedire literas subrogationis huius ad partem, & seorsim à literis principalibus, quæ, vt nemini diriguntur, nullo modo arctāt subrogatum adire aliquem, & quæ ex certa, & indubitata, aut lite, aut reseruatione implicant decretum cuiuscunquè possessionis infectæ, vt superiùs dictum est: passim enim ex clausulis generalibus tales literæ conceduntur sub eadem Data, & ea
208 clausula † capit omnem modum vacationis propter aliam clausulam sibi adiunctam, videlicet, siuè præmisso, siuè alio &c. Seraph. decis. 755. nu. 6.
209 quod † nihil detrahit fauori, & priuilegio ipsius subrogationis, vt in Miranden. Parochialis 13. Maij 1600. & 2. Aprilis 1602. coram Penia, & in Astoricen. Archidiaconatus 6. Nouembr. 1602. coram Cardin. Lancellotto, impressa apud Marches. tomo 1. pag. 375. num. 3.

210 Et licèt † aliquando dubitatum fuerit, an semel facta expeditione subrogationis simul cum literis principalibus, liceret expedire literas solius subrogationis ad partem, & literæ expeditæ suffragarentur, nihilominus articulo maturè discusso, Rota, recedendo ab antiqua opinione, affirmatiuam senten-

sententiam probauit in vna *Nouarien. beneficiorum 5. Iunij 1610. coram Reuerendiss. D. Coccino, & in Barchinonen. parochialis 28. Nouembris 1612. coram bo. mem. Cardinali Sacrato.*

211 Quemadmodùm † etiam censuit, posse in eadē forma expediri, & expeditas suffragari, etiā quòd literæ principales priùs fuissent expeditæ in forma *dignum, &c.* seu commissaria, vt fuit responsum in *Auersana beneficiorum, 3. Iulij 1606. coram eodem Cardinali Sacrato.*

212 Est autem † magna prærogatiua expeditionis huius ad partem, non solùm in eo, quòd (nisi vrgeat alia ratio adeundi Iudicem, de qua mòx dicetur) potest subrogatus propria auctoritate capere possessionem, & expellere intrusum, vt suprà dictum est, verùm etiam, quià in casu quo intrusus debet vocari, non tenetur subrogatus aliud iustificare, quàm proprium clericatum, possessionem ad quam est subrogatus, & litem, seu tanquàm de litigioso, vel reseruationem, seu affectionem, si tanquàm de reseruato, vel affecto facta sit, *Gonzal. in d. §. 7. proœm. nu. 212.* qui alios refert, & hanc esse conclusionem indubitatam pronunciauit *Rota decis. 509. num. 1. par. 1. in recent.*

213 Contingit † secūdo hæc eadem necessitas, quādo ipsa subrogatio est deducta in controuersiam; id verò nō intelligitur, cùm est mota lis super beneficio, nàm talis lis nequè impedit expediri literas ad partem, nequè quominus subrogatus in earum vim possessionem capiat, *Lancell. de attent. lit. pendent. in præfat. num. 340. Cotta decis. 181. Put. decis. 114. lib. 1. Mohed. in sæpè cit. decis. 9. & 11. vt lit. pendent. Rota in suprà allegata decis. 472. lib. 3. par. 3. diuers.* & ità dictum in *Pampilonen. parochialis de Echarin. 5. Nouembr. 1584. corā Cardinali Pamphilio, Mantic. decis. 71. n. 3.*

214 Quinimo † si ità subrogatus, priùs fuisset nactus possessionem vitiosam, superueniente subrogatione, remanet purgatum vitium, etiam absque alia declaratione circa mutationem causæ, vt ibi per eundem Manticam, *num. 2. & 10.* nisi superuenisset inhibitio post subrogationem obtentam, vt declarat *Reuerendiss. D. Coccin. decis. 72. num. 3.* Subrogatio enim hæc nedùm purgat omne vitiū, vt suprà dictum est, & pronunciauit Rota in *Agrigentina beneficij 21. Iunij 1600. coram Reueren. diss. D. Pamphilio*, sed etiam remouet omnia impedimenta præexistentia, *Rota d. decis. 472. n. 3.*

215 Sed intelligitur, † cùm est mota lis super ea ipsa gratia subrogationis, per illius productionem, tùnc enim si caperetur possessio in eius vim, esset attentata, *Mandos. ad reg. de subrog. quæst. 8. ad fin.* & ità fuit decisum in *Lucana Maiusculatus 27. Aprilis 1547. coram Orano*, sicquè est intelligendum totum id quod attribuitur litis pendentiæ, vel inhibitioni Iudicis in hac materia, vt in *Toletana Parochialis 26. Iunij 1609. coram eodem D. Pamphilio.*

216 Cæterùm, † cùm proceditur iudicialitèr, & est iustificata subrogatio iuxta præmissa, nèc de alio quæritur, quàm an immissio possit retardari ex legitima contradictione, articulus resoluendus est ex qualitate contradictoris; nàm vel & ipse insistit pro immissione, & nisi habeat parem titulum Apostolicum, cum eadem subrogatione, non est legitimus contradictor, nèc potest retardari immissio, per ea, quæ de imparitate tituli, post alios docet *Zuccard. in l. vltima num. 346. vers. 2. est aduertendum C. de edict. D. Adrian. toll.* & tenuit *Mantic. d. decis. 71. num. 7.* & censuit sæpè Rota, præcipuè in suprà allegata *Tirasonen. Capellaniæ, & in Vrgellen. Archidiaconatus de Andorra, 15. Iunij 1592. coram Penia*, & aliàs sæpè.

217 Vel † contradictor possidet, & eatenus est ad hunc effectum contradictor legitimus, quatenus, vel similem habeat titulum, ex eadem scilicet causa, quæ impediat infectionem, vel certè illum habeat ab eodem fonte, quod idem est, quià tùnc cum possideat, gratia sua Apostolica, præsumitur iustificata, *Rota decis. 297. num. 3. par. 2. in recent.* & sic datur in eo concursus paris tituli, cum possessione, ex quo concursu efformatur legitimitas contradictionis ad effectum impediendi immissionem, vt probat textus in *d. l. final.* & ibi docet *Bart. num. 22. vers. aduerte tres casus, Zuccar. & alij*, quos in his terminis secuta est *Rota in recent. par. 2. decis. 197. num. 1. Mantica d. decis. 71. num. 8.* cum alijs quos copiosè cumulauit *bo. mem. D. Buratius in Bosanen. Parochialis 28. Februarij 1625.* & fusiùs etiam de hoc alibi agemus.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia omnes, & constructa, & construenda, sub potestate Episcopi sunt.*
2 *Etiamsi per alium Episcopum fundentur.*
3 *Prebenda non potest conferri per Præpositum Ecclesiæ, sine consensu, vel iudicio Episcopi.*
4 *Conferendi ius solidum, potest esse penes Capitulum.*
5 *Conferendi ius, qualitèr possit esse in inferioribus ab Episcopo.*
6 *Conferendi ius in Cathedrali, regulatur potissimum à consuetudine.*
7 *Conferendi ius in Cathedrali, inspecto iure communi, valdè controuersum.*
8 *Collatio in Cathedralibus, est simultanea, Episcopi & Capituli, de iure communi.*
9 *Id verò de iure communi, quomodò intelligatur.*
10 *Ius commune, dicitur etiam quod constat interpretatione doctrinali, & ducitur per argumenta, & similia.*
11 *Ars, naturam imitatur.*
12 *Episcopus, prout est caput Capituli, non potest dici totus, vbicunquè est sine Capitulo.*
13 *Episcopus cum suo Capitulo, constituit vnum corpus.*
14 *Solus, dictio, directa in Episcopum, non excludit Capitulum ipsius.*
15 *Episcopus, qualitèr, & in quibus dicatur connexus Capitulo suo.*
16 *Prebēda Cathedralis Ecclesiæ, præsumūtur instituta de bonis cōmunibus Episcopi, et Capituli.*
17 *Prebenda eadem, qua ratione dicātur esse simultanea collationis Episcopi, & Capituli.*

18 Pra-

18 *Praebendalia, & non praebendalia Beneficia Cathedralis Ecclesiae, quae dicantur.*
19 *Collatio simultanea in Cathedralibus, obtinet de iure communi etiam in dignitatibus.*
20 *Secus vero in Beneficijs inferioribus.*
21 *Quod tamen latè executitur.*
22 *Portiones, & dimidiae portiones in Cathedralibus, non dicuntur praebendae.*
23 *Collatio simultanea in Cathedralibus, procedit etiam respectu portionum, & dimidiarum portionum.*
24 *Collatio simultanea conseruatur vni per collationem alterius, & propterea illico acquiritur ius prouiso.*
25 *Collatio, vbi est simultanea, potest fieri separatim.*
26 *Collatio vbi est simultanea, si fiat per vnum ex collatoribus, dum alter non contradicit, remanet in statu validitatis.*
27 *Clausula* dummodo tempore datae &c. *praeseruat ius quaesitum ex prouisione vnius tantum ex pluribus collatoribus.*
28 *Et quae sit ratio.*
29 *Collatio non desinit esse simultanea per diuisionem exercitij, siuè id contingat per turnum, siuè per distinctionem Beneficiorum.*
30 *Iurisdictionis exercitio diuiso inter fratres, alter in alterius territorio delinquens non potest per alterum puniri, & quae sit ratio.*
31 *Collatio simultanea non conseruatur in vnius collatione, si constet de mente conferendi priuatiuè ad alterum.*
32 *Voluntas in agère inanis est, si ius nō etiā assistat.*
33 *Collatio simultanea in dubio praesumitur conseruata in collatione alterutrius.*
34 *Possessio Canonicatuum in Cathedralibus non suffragatur, nisi sit capitularitèr adepta.*
35 *Possessionis traditio facta ab eo qui habet potestatem conferendi, implicat etiā actum collationis.*
36 *Collatio simultanea difficultèr conseruatur Episcopo in collatione facta per solum Capitulum.*
37 *Capitulum qualitèr possit conferre in absentia Episcopi.*
38 *Text. in c.vn. nè sede vacan. in 6. procedit etiam, vbi collatio est simultanea, & notatus lapsus Garziae.*
39 *Collatio vbi est simultanea, & debet fieri coniunctim, tantum valet suffragium Episcopi solius, quantum ipsius Capituli.*
40 *Collatio vbi est simultanea, & diuersis confertur, neutri sui quaeritur.*
41 *Itaut si interim Papa, aut eius Legatus prouideat, prouisio hae praeualeat.*
42 *Collatio vbi est simultanea, & coniunctim fit, suffragium Episcopi non augetur per accessionem vocis vnius Canonici.*
43 *Statutum facit rem notoriam.*
44 *Conferendi ius priuatiuè ad alterum, vbi deducitur simultaneo, non aliundè quàm à iure communi, sola, & simplici consuetudine induci pōt.*
45 *Secus verò, si illa supponatur in statuto fundamentali Ecclesiae, quia tūc exigitur praescriptio.*
46 *Praescriptio, non autem consuetudo est, vbicunquè agitur de auferēdo vni, & applicando alteri.*
47 *Collatio vbi est simultanea, etiam ex statuto, vni priuatiuè ad alterum, acquiritur praescriptione tricenaria, vel quadragenaria, sine alio titulo, & quae sit ratio.*
48 *Praescriptio eatenus exigit titulum, quatenus illi ius resistit.*
49 *Praescriptioni ius non intelligitur resistere, si simpliciter, seù leuitèr improbet possessionem, aut eam non sustineat, sed tantum, vbi vehementèr improbat, & prohibet.*
50 *Collatio, Capitulo vt possit praescribi, priuatiuè ad Episcopum, quando dicatur ius commune resistere.*
51 *Patientia sola, quando sufficiat pro iustificanda possessione praescribentis.*
52 *Collatio simultanea à principio, vbi in alterutro ex concordia constituitur, qualiter in eo consideretur.*
53 *Collatio facta alteri personae quàm qualificata ex pacto, vel concordia, est nulla.*
54 *Quod declaratur, vbi conferens recepit potestatem conferendi ex eodem pacto.*
55 *Nullum habetur, quod factum est contra prohibitionem, etiam sine explicito decreto annullatiuo.*
56 *Etiam quod dispositio non sit concepta verbis expressè prohibitiuis.*
57 *Electio facta de extraneo, tenet, etiam si debuisset fieri de eo, qui sit de gremio Ecclesiae.*
58 *Quod declaratur, vt hic.*
59 *Textus in can. nullus, & canon. obitum dist. 61. declaratus.*
60 *Capitulum potest eligere extraneum.*
61 *Nisi teneatur alitèr seruare ex statuto Ecclesiae, aut alio iure singulari.*
62 *Deuolutione facta, beneficium est conferendum illi cui tenebatur conferre iure aliquo singulari, is à quo facta est deuolutio.*
63 *Electio vt fiat de persona eiusdem Ecclesiae, est de honestate, non de necessitate.*
64 *Est tamen hoc casu permissa appellatio.*
65 *Canonicus vnus, negligentibus caeteris, vel etiam cessantibus, potest agere nomine Ecclesiae.*
66 *Capituli minori parte stante pro iuribus Ecclesiae, defertur contra maiorem partem.*
67 *Electionis passiua ius, non competit Canonicis ratione Ecclesiae, sed ratione personarum, sed tamen non tanquam separatum à Capitulo.*
68 *Collatio facta extraneo, dùm non impugnatur per Capitulum, an sit in statu validitatis.*
69 *Prouisio facta de Beneficio Iurispatronatus, spreto patrono, an sit in statu validitatis.*
70 *Et quid de prouisione facta de secundo nominato, omisso priori.*
71 *Causa finalis distinguitur ab impulsiua, vbi respicit vtilitatem concedentis.*
72 *Concessionis causa cessante, cessat & concessio.*
73 *Collator qui contulit Beneficium personae non qualificatae, & sic nullitèr, potest iteratò conferre personae qualificatae, si res sit integra, nèc lapsum sit tempus ad conferendum.*
74 *Collatio facta per Episcopum habentem ius conferendi ex pacto cum consilio Capituli, est nulla, si facta sit sine requisitione cōsilij huiusmodi.*

75 *Consilium Capituli non tenetur sequi Episcopus, etiamsi teneatur requirere.*
76 *Consilij requisitio, vbi est de forma, eius omissio annullat actum.*
77 *Episcopus fundat intentionem suam de iure communi super prouisione omnium beneficiorum sua Diœcesis.*
78 *Adeo vt ex collatione vnius Beneficij, censeatur sibi acquisita quasi possessio respectu reliquorũ.*
79 *Causa actus magis attenditur, quàm actus, in acquirenda possessione.*
80 *Ius conferendi respectu vnius Beneficij, diffunditur ad omnia, nedum existentia, sed etiam extitura, seu erigenda in futurum.*
81 *Episcopus, non habet fundatam intentionem de iure communi, respectu collationis prebendarum suæ Cathedralis.*
82 *Conferendi ius, quando est in controuersia inter Episcopum, & Capitulum, respectu prebendarum Cathedralis Ecclesiæ, in articulo manutentionis quid spectari oporteat.*
83 *Præsentatio, quando dicatur effectuata, ad effectum acquirendi quasi possessionem.*
84 *Episcopi scientia de collationibus factis per Capitulũ, ex solo tẽporis lapsu concludi præsumitur.*
85 *Capitulum cẽsetur consensisse collationi factæ per Episcopum iure proprio, & solido, ex actu traditionis possessionis, si simultaneã non pretẽdat.*
86 *Installatio, probat possessionem.*
87 *Scientia, & patientia non potest separari à facto in executionem præcedentis actus.*
88 *Scientia, & patientia præsumptio, est valdè arbitraria secundum qualitatem subiectæ materiæ.*
89 *Scientia sola probata, præsumptione cõtentatur.*
90 *Capitulum tradens possessionem Canonico præsumitur scire qualitatem illius prouisionis.*
91 *Episcopus, conferendo priuatiuè ad Capitulum, acquirit possessionem contra Capitulum, si hoc clarè enuncietur in eius literis.*
92 *Text. in c. eũ in illis, §. si verò, de præb. intellectus.*
93 *Verborum proprietas, in dubio spectanda.*
94 Omnimodè, *terminus est vniuersalis, et relatus ad collationem aptus comprehẽdere omnẽ speciem.*
95 *Episcopus, & Capitulum, vbi se ad inuicem protrudunt circa ius conferendi præbendas Cathedralis, quid præstare debeant.*
96 *Iuspatronatus præseruatur Patrono, si Beneficiũ erigatur in collegiatã, vel applicetur præbẽdæ.*
97 *Conferendi ius, conseruatur, tàm in proprietate, quàm in possessione consentienti applicationi Beneficij pro dote alterius.*
98 *Castrum dirutum, si readificetur etiam in diuerso situ, retinet ius custodiæ, quod prius habebat.*
99 *Capituli consensus exigitur in erectione noui Canonicatus, aut dignitatis.*
100 *Itemquè in vnione, seu applicatione alterius Beneficij, pro eius dote, siuè præbenda.*
101 *Actus, est referendus ad causam necessariam, non autem ad voluntariam.*
102 *Actus, præsumitur factus vt magis est vtilis agẽti.*
103 *Indultum conferendi, concessum Cardinali Episcopo habenti simultaneam, nõ ampliat eius potestatem, sed duntaxat remouet obstacula reseruationum, & alia impedimenta.*
104 *Quod videtur procedere, etiam secundùm formam modernorum indultorum.*
105 *Textus in l. si communem fundum, ff. quemad. seruitut. amitt. adductus, & explicatus.*
106 *Capax qui ex persona sua non est, capit ex persona alterius capacis.*
107 *Socius incapax, capit ex persona socij capacis.*
108 *Regula mensium reseruatoria, in exceptione Cardinalis ordinarij collatoris, suffragatur etiam Capitulo habenti simultaneam.*
109 *Text. in l. si communem fundum ff. quemad. seruitut. amitt. non procedit, nisi in indiuiduis.*
110 *Electio, & confirmatio, sunt actus separati, & diuersi.*
111 *Connexorum, idem est iudicium.*
112 *Text. in l. si communem fundum ff. quemad. seruitut. amitt. procedit etiã in simpliciter connexis.*
113 *Confirmatio, est quoddam accessorium ad electionem, eiusquè naturam sequitur.*
114 *Connexa, quæ dicantur.*
115 *Indultorum modernorũ, in quo sit diuersa forma ab antiquis concedi consuetis S. R. E. Cardin.*
116 *Regula mensium reseruatoria dùm excipit Cardinales, intelligitur de Cardinalibus non habentibus indultum.*
117 *Regula eadem, respectu Cardinalium Indultariorum, aperit eis viã prouidendi de reseruatis.*
118 *Iuris ignorãtiæ præsumptio, nõ cadit in Principe.*
119 *Regula, olim nuncupata de mensibus, quid differat à moderna Regula mensium reseruatoria.*
120 *Expectatiuæ, olim non capiebant Beneficia electiua, aut simultaneæ collationis.*
121 *Reseruationes speciales expectatiuis complexæ, quid differant à generalibus.*
122 *Cardinali ordinario collatori, alia oritur prærogatiua ab exceptione Regulæ reseruatoriæ, alia verò ab indulto.*
123 *Societas, terminatur cum subiecto.*
124 *Societate finita, expirat omnis eius effectus.*
125 *Societas super aliquo certo, non se extendit ad quid diuersum.*
126 *Regula Sanctiss. D. N. Vrbani VIII. super eo, quòd indulta S. R. E. Cardinalibus concessa super iure conferendi, non suffragentur eorum Capitulis habentibus simultaneam, aut ius eligendi, vel nominandi, præsentandiuè.*
127 *Canonicatus Doctorales siue Magistrales qualitèr introducti.*
128 *Magistri retentio, Regularibus præcepta iuxta facultates cuiuslibet Monasterij.*
129 *Magistrum pro Monasterio si renuat Abbas, qui dicat facultates non sufficere, Episcopus de hoc inquirit, & prouidet.*
130 *Magistro dùm expectatur vacatio præbendæ, cuius redditus sibi assignetur ad formam cap. quia nonnullis, de Magistr. tenentur Canonici contribuere ex singulis eorum præbendis.*
131 *Quod intelligitur de honestate, non de iuris rigore.*
132 *Canonicatus Magistrales, Doctorales, Pœnitentiarij, & Lectorales, qualitèr prouideantur.*
133 *Præbẽda Lectoralis, dicitur annexum oneri ipsum.*
134 *Magistri, siuè Scolastici electio, in Cathedralibus de iu-*

de iure est simultanea Episcopi, & Capituli.

135 *Ius conferendi, qui se habeat in Collegiatis inferioribus.*

136 *Et qui se habeat in Regularibus.*

137 *Episcopus, fundat intentionem suam de iure communi circa ius conferendi, tàm respectu secularium, quàm respectu Regularium.*

138 *Et respectu institutionis, & confirmationis.*

139 *Regularia exempta, si conuẽtualia sint, pertinent ad Prælatum, & Conuentum simul, aliàs ad solum Prælatum.*

140 *Ius conferendi, etiam in Regularibus, plurimum pendet ex consuetudine.*

141 *Quinimò, & ex vltimo statu.*

142 Pertinere, *verbum est analogum ad proprietatem, & possessionem.*

143 *Pertinentia collationis alia, & longè alia pertinentia iuris, & proprietatis collationis eiusdẽ.*

144 *Indultum de conferẽdo beneficiã reseruata, aliàs spectantia ad collationem Indultarij, non capit beneficia in quorum collationis possessione alter reperitur.*

145 *Proprietas, quando absorbeat causam possessionis.*

146 *Collatio facta ab eo, qui est in quasi possessione conferendi, non resoluitur, etiamsi ea possessio absorbeatur à proprietate.*

147 *Error communis, facit Ius, etiam in materia Iuris conferendi.*

QVÆSTIO XXI.

Simultanea collatio vbi, & quando locum habeat.



VM placuerit Sacris Ca-
1 nonibus, omnes † Basilicas, & constructas, & quæ
in futurum construentur,
esse sub potestate Episcopi Diœcesani, vt in *c. omnes basilicæ 16. quæst. 7.*
2 etiamsi † per alium fundarentur, *Abb. cons. 87 n. 7. lib. 1.* & hoc amplius, definitum fuerit nedum ani-
3 marum curam, † sed nec præbendas ecclesiæ per
quoscunquè Præpositos, sine consensu, vel iudicio
Episcopi cuiquè tribui posse, vt in *c. nullus eod. 16. q. 7.* durũ visum est aliquibus potestatem hanc Episcopis in eorum proprijs Cathedralibus imminui,
4 itaut † aliquando solidum ius conferendi ad ipsum Capitulum pertineat, *cap. proposuit 4. de concess. praben.*

5 Veruntamèn est † aduertendum, supradictos
Canones, circa potestatem hanc conferendi, eatenùs refragari inferioribus ab Episcopo, quatenus prætendatur exclusio Episcopi in totum, secùs verò si prætendatur duntaxat, aùt potestas regulata ab eius consensu, & iudicio, vt supponit *tex. in d. can. nullus*, aùt etiam concursus æqualis suffragij, & ità declarauit *Rota in Placentina Voti 20. Nouembris 1602. coram Penia.*

Quapropter, cùm agitur de Iure conferendi in Cathedrali (circumscripto effectu legis fundationis, quę omninò est custodienda) dùm quæritur, ad
6 quem pertineat † collatio, si liqueat de consuetudine, ea prorsus est seruanda, *Compostell. in cap. cum ecclesia Vulterana num. 1. & 2. de elect.* & fatentur omnes mòx allegandi.

7 Si verò † non liqueat, sed de hoc quæratur secundum Iuris communis dispositionem, magna est inter Doctores dissensio; alijs solidam hanc potestatem in Episcopo collocãtibus, alijs verò sentientibus, eam esse simultaneam, Episcopi videlicet, & Capituli, vt dissidium istud innuit Archid. qui rem indiscussam reliquit, in *cap. à collatione num. 1. de appell. in 6.* & qui pro solida Episcopi potestate tenuit Compostell. *loco superiùs allegato*, & cum eo *Bellam. decis. 69. num. 2.* vbi tamen vult, consilium Capituli exigi, vt ibi per eum *sub num. 4. vers. Dico secundo.*

At contra hos tenent alij communitèr, quibus visum est simplicitèr hoc de Iure communi con-
8 stituendum, in † Cathedralibus collationẽ esse simultaneã, Episcopi videlicet, & Capituli, proùt ità docuit *Glos. per eum tex. in d. cap. cum ecclesia Vulterana in verb. postulauit, de elect. & in c. vlt.* paritèr per eum *tex. in verb. communiter, de supplen. neglig. præl. & in cap. irrefragabili, 13. in verb. per Capitulum, ad med. vers. & dico quòd de iure communi, de off. Ord.* Et quamuis ipse dissentiat, glossas tamen istas esse cõmunitèr receptas, testatur *Bellam. d. decis. 69. sub n. 1. vers. sed glossa*, & recedendo ab opinione contraria, quam prius firmauerat, sententiam hanc, tanquam communẽ, & magis securam, salua semper, vt dixi, consuetudine, & effectu patronatus, tenet *Rota apud Cassad. decis. 22. num. 1. & sub num. 2. ad fin. vers. Rota hodie, de praben.* & exindè sæpissimè, *Put. decis. 62. de praben. Rota decis. 19. num. 5. par. 2. 2. diuers.* & commemorat *Mandos. super reg. 17. Cancell. quæst. 14. ex nu. 2. Abb. in d. cap. cum ecclesia Vulterana, nu. 8. de elect. Paul. de Eleazar. in repet. cap. nullus nu. 4. eod. tit. Franch. in d. c. à collatione, num. 1. in c. not. de appell. in 6. Butr. in cap. quia nonnullis, sub num. 4. vers. & est argumentum, de Magist.* & plenius tradit *Gonzal. ad reg. de mens. glos. 45. ex num. 36. Mantica*, qui testatur hanc eandem sententiam probatam fuisse Sacræ Congregationi super Concilio, *decis. 56. nu. 2. Seraph. decis. 980. nu. 2. Greg. decis. 95. n. 1.*

9 Quod tamen dicitur, Iure † communi cautum, minimè ità accipiendũ est, vt lex aliqua, siuè Canon idipsum expressè disponat; textus enim qui pro hac sententia consueuit allegari in *d. cap. cum ecclesia Vulterana de elect. & in cap. postulastis de concess. praben.* non probat hanc sententiam; veriùs enim refertur, quid in facto contingeret circa vsum, seù consuetudinem; quàm quod per eas decretales quidquam circa hoc decidatur, sed est intelligendum inductum per interpretationem
10 doctrinalem, quæ † vbi ratione constat, & per glossas, & Doctores communitèr est recepta, facit Ius, venitquè appellatione Iuris cõmunis, vt scribit *Aug. Bero. cons. 91. sub n. 16. vers. Verũ ego respondeo, lib. 1.* & optimè post alios deducit *D. Ant. Mar. Corat. in suo eleganti tract. de comm. opin.*

in præfat.ex num.30. Ius enim commune, & illud dicitur,quod per argumenta, & similitudines ducitur,*l.non possunt,cum seq.ff.de legib. Alex.cons. 5.nu.4.vol.5. Decia. qui in specie de hac materia loquitur cons. 6. sub num. 13. vers. etiam si iure communi lib.2.*

Inquirenda est tamen huius opinionis ratio, quam primùm aliqui hoc conficiunt syllogismo;
11 Ars † naturam imitari debet, *§. minorem Instit. de adopt.l. Fœmina C. eod. tit.* atqui natura ità comparatū est, vt nulla actio,prout actio est motus,attribuatur capiti sine corpore, ergò idem constituendum est in hoc artificioso corpore;
12 quæ † argumentatio est desumpta ex *tex. in cap. nouit de his, quæ fi. à Pral.sin.cons. Capit.* neque enim Episcopus, prout est caput Capituli, dicitur totus,vbicunque est sine Capitulo suo,*Host. in cap. Apostolica sub num. 5. vers. imò si hoc faciat sine Capituli consilio, de donat.*
13 Neque aliud hoc ipso notius est,propter † magnam communionem, quam habet Episcopus cū suo Capitulo, indè constitui vnum corpus, *d.cap. nouit,Calder.cons.22.ad fin.vers.item singulariter*
14 *de preben.* adeò vt † per hæc verba *solus Episcopus faciat*, non excludi Capitulū Ecclesiæ suæ,auctoritate Archidiaconi,pronunciauerit *Bald.in l. 1.sub.nu.4.vers. Vnde per hec verba*, & sequitur *Ias.num.7.C.de bon.poss.contr tab.* quod etiam fuit de mēte *glo.1.in can.Episcopus distin.24.& in cap. 1. in verb. solus possit Episcopus*, & ibi *Archid.sub n.4.sup.verb.solus Episcopus,Io. Andr.n.1.vers.non exclusos,& Franch.n.3.de baret. in 6.* & censuit Rota in *Cremonen. canonicatus 26.Aprilis 1624.coram Reuerendiss. D. Coccino*, & eadem die in *Ferrarien.canonicatus,coram R. P.D. Pirouano*,& hanc rationem retulit *Bellam. ead. decis.69. num.2.*

At hæc ratio non videtur concludere,quià pro-
15. cedit † ex suppositione connexionis Episcopi cum Capitulo, quæ formatur ex natura subiectæ materiæ, atque ita ex hac argumentatione petitur principium difficultatis,an in potestate conferendi,Canones connectant Episcopum, & Capitulū; neque enim *tex.in praalleg.cap.nouit de his, quæ fi.à Pral.sin.cons.cap.* connexionem hanc facit respectu potestatis conferendi, sed tantum respectu participationis consilij,ex suppositione,quod bona, & administratio eorū sint inter Episcopum,& Capitulum discreta,vt declarat *Gemin.in can. 1. col.2.vers. si aute bona, & administratio dist.21.*
16 Assignatur ergò alia ratio,quod præbendæ † in Ecclesia Cathedrali præsumantur institutæ de bo-
17 nis communibus Episcopi, & Capituli. Vndè † sinè de hoc expressè liqueat,siuè præsumatur,videtur æquale Ius vtriquè competere, nè aut Episcopus,aut Capitulum Canonicos minus gratos sortiatur,& hanc rationem posuit *Abb. in supracit. cap.cum ecclesia Vulterana,sub num.8. vers.Ego dicerem sic de elect.* quem probauit *Præpos. in can.1.col.7.vers.Panormitanus,distin.22.* & cum hac ratione transiuit Rota apud *Cassad.d.decis.22. sub num.1. vers.alio tempore de praben.*

Hinc verò Primum infertur, in hoc articulo
18 maximam † constitui oportere differentiam inter præbendalia,& non præbendalia beneficia ipsius Cathedralis; nàm præbendalia non solùm reputantur Canonicatus, qui videlicèt necessariò aut habent præbendam, aut non sunt sine expectatione præbendæ, verùm etiam Dignitates, & Personatus, vt optimè docet *Cuiac. sup. Rubr. de preben.post med. vers.porrò à prebendis.*
19 Proindeque, attenta † supradicta ratione,conclusionem superiùs firmatam obtinere quidem nedùm in Canonicatibus, verùm etiàm in Dignitatibus, vt nuncupatim docuit *Glos.in praalleg. can.1.in verb.disponit, vers.ego credo,dist. 21.* & tenuit *Rota in vna Barbastren. Archipresbyteratus 15. Iunij 1615. coram R.P. D. Pirouano.*
20 At minimè obtinere † in beneficijs inferioribus, vt determinat *Abb. in eod.cap. cum Ecclesia Vulterana, sub num.8. vers.in tertio membro, de elect.*
21 Et quamuis † in *praalleg. Barbastren.* fuerit doctrina hæc Abbatis in dubium reuocata, & mox *in vna Parmen.beneficij.10.Mar.1619.coram Reuerendiss. D. Pamphilio* reiecta, nihilominùs est benè cauendum ab hac decisione; contrarium enim priùs decisum fuerat in superiùs allegata *Placentina Votis 20.Nouembris 1602.coram Penia.*

Et licèt in dicta *Parmen. beneficij*, in qua ego scribebam, visum fuerit contrà sententiam Abbatis stare doctrinam *Franch. in cap. à collatione,n.1.de appell.in 6. & Henr. de Boich. in cap. nouit, in princ. num.4.& 5.de his quæ fi. à Pral.* nihilominùs si rectè aduertatur, vterque loquitur in diuersis terminis: Franchus enim loquitur secundùm terminos textus illius *cap. à collatione*, & doctrinæ ibi positæ per *Io.Andr.* qui *nu.3.* exponit terminum illum generalem, *beneficijs*, pro *præbendis*. Henricus verò de Boich, expressè loquitur de beneficijs inferioribus à Prælatura, quæ exemplificat in præbendis, ex auctoritate Ioannis Andreæ.

Et propterea non est recedendum à dicta Abbatis opinione, quod etiam expressè censuerat priùs Rota (vt dixi) in supra allegata *Placentina Votis 20. Nouembris 1602. coram bo.me. Penia* etiamsi auctoritas Abbatis non fuerit allegata,& ideò decisio prædicta in causa *Parmen. beneficij*, quam Ego obtinui, est intelligenda secundùm terminos decisionis factæ in causa *Barbastren. Archipresbyteratus* superiùs allegatæ, videlicèt vbi minora hæc beneficia, sunt fundata ex bonis communibus Episcopi scilicet & Capituli; hoc enim demùm casu idem dicendum est de his, quod de præbendalibus, cùm militet eadem ratio, *l.illud, ff. ad l. Aquil. cum simil.*
22 Hincquè est,vt † etiamsi Portiones, & dimidiæ Portiones in Cathedrali, propriè non sint præbendæ, cùm præbenda ea duntaxat dicatur, quæ est connexa Canonicatui, vel Dignitati, nec ideò pertineat ad hanc, quæ dicitur simplex portio fructuum, *Put.decis.431.num.4.lib.1.* nihilomi-
23 nùs † quia & eæ portiones cōstantur ex communibus redditibus Ecclesiæ, in eisdem conferendis

vigeat

vigeat hæc facultas simultanea, vt fuit decisum
in suprà allegata *Barbastren. Archipresbyteratus*,
in qua fuerunt allegatæ aliæ decisiones similes,
videlicèt in vna *Salamantina dimidiæ portionis*,
25. Iunij 1590. coram Comitulo, in Corduben.
itidem dimidia portionis 13. Febr. 1602. coram
Card. Sacrato. & in alia simili *19. Iunij 1602. co-*
ram Reuerendiss. D. Attrebaten.

Paritèr ex prædictis, secundo loco infertur,
24 supposita † hac simultanea, & quod ei locus sit,
si conferat Episcopus solus, vel Capitulum so-
lum, statim Ius acquiri prouiso, cum sufficiat al-
terum non contradicere, *Put decis. 62. de præben.*
25 quamuis enim † sit actus simultaneus, est tamen
in solidum apud vtrunque, & sic diuiduus respe-
ctu exercitij; Quocircà nihil est, quin possit fieri
separatim, *Achill. decis 4. num. 9. & 10. de præ-*
ben. cum alijs per *Gonzal. ad reg. de mens. glos.*
45. in princ. num 52 & per Garz. de benef. par. 5.
cap. 4. nu. 42. & hanc sententiam probauit etiam
Rota apud *Reuerendiss. D. Coccin. decis. 212. nu.*
4. & in Tarraconen. Sacristiæ 19. Martij 1602.
coram Iusto.

26 Et propterea, dùm † explicatur per vnum, nèc
alius contradicit, remanet in statu validitatis,
Achill. ibid. ex num. 11. & si Papa interim confe-
rat, cum clausula, *dummodò tempore data &c.*
27 per hanc † clausulam censetur præseruatum Ius
ex tali prouisione acquisitum, quantumcunquè ea
prouisio, possit videri imperfecta, *Put d. decis. 62.*
28 Sat enim † est eam esse puram, & non conditiona-
lem, vt de ea debeat fieri mentio, *Achill. d. decis.*
4. num. 17. Seraph. decis. 980. num. 16. Gonzal. vbi
suprà num. 69. & Garz. d. cap 4. num. 47.
29 Quocircà, † si diuidatur exercitium istius iuris
inter Episcopum, & Capitulum (vt fieri consue-
uit) aùt per turnum, aùt per genera beneficio-
rum, vt scilicèt Episcopus conferat vnum, & Ca-
pitulum conferat aliud genus, habebuntur istæ
omnes prouisiones tanquàm simultaneæ, & con-
iunctim factæ; quià licèt exercitium sit diuiduum;
non est tamen diuiduum Ius illud potestatis; vt in
simili dicitur de pluribus fratribus diuidentibus
30 inter se † Comitatū, qui etiamsi separatim exer-
ceant Iurisdictionem in portione sibi contingen-
te, non tamen intelliguntur disiunctim quidpiam
agere respectu ipsius Iurisdictionis, quæ est indiui-
dua, adeò vt si alter delinqnat in Territorio alte-
ri assignato, non possit per eum puniri, cùm
propter indiuidnitatem huiusmodi, par non ha-
beat in parem Imperium, vt singularitèr deter-
minat *Bart. in l. inter tutores num. 6. de admin.*
tut. & ità censuit Rota apud *Seraph. suprà alleg.*
decis. 980. num. 11.
31 Et hæc quidem de plano † procedere intelli-
gerem, vbicunquè non constaret apertè proui-
sionem fieri tanquàm de beneficio spectante ad
suam collationem, priuatiuè ad alterum: Si enim
constaret de hac mente, crederem actum esse
nullum, ex defectu potestatis; potestas enim,
cuius cum voluntate concursus exigitur pro per-
ficiendo quocunque actu humano, debet esse se-
32 cundùm Ius, non contrà Ius, itàut † Ius ipsum
videatur cum voluntate concurrere, vt docet
glo. in l. si filia in verb. donauit C. de donat. ant.
nup. cum alijs adductis per *Menoch. cons. 1. nu.*
15. vbi enim Iuris potentia non assistit, voluntas
inanis est, inquit *Bald. per eum tex. in l. nolle,*
vers. vel dic ff. de aeq. hered. Dec. in cap. cum su-
per 23. num. 25. de off. deleg. & hoc est quod clarè
censuit *Rota apud Achill. d. decis. 4. num. 5.*
de præben.

Proindèquè vbicunquè potest capi interpreta-
33 tio mentis conseruatiuæ simultaneæ, † ea omninò
est capienda, vt actus valeat, iuxta regulam *l quo-*
ties de reb. dub. Quapropter dùm Episcopus con-
fert solus, non statim interpretabimur, eum vo-
luisse facere collationē priuatiuè ad Capitulum,
sed potiùs eidem Capitulo præseruare Ius suum,
veluti actui traditionis possessionis implicitum;
34 nàm vt † scit actum hunc ad Capitulum ipsum de
Iure pertinere, nequè alitèr traditam possessionē
cuiquam suffragari, *c. si capitulo de concess. præb.*
in 6. Cassad. decis. 8. de cau. poss. & propr. Ferrett.
cons. 220. num. 13. Rota diuers. decis. 1156. sub
num. 1. vers. contrà tamen. par. 3. lib. 3. diuers. &
decis. 701. num. 5. par. 2. in recent. & fuit etiam
responsum *in vna Caurien. Iuris conferendi 9.*
Octobris 1592. coram Penia, in Pistorien. Cano-
nicatus 17. Iun. 1615. coram Illustriss. D. Card.
Caualerio, & in Meten. Canonicatus 4. Iulij
1618. coram R. P. D. Pirouano, & aliàs sæpè; quod
vti se habeat, congruentiori loco explicabitur.
35 Sic nequè ignorat, actum illum † traditionis
possessionis, in eo qui potest conferre, habere
vim collationis, vt notauimus hoc libro *quæst. 1.*
num. 24. & 25. & hoc est etiam, quod maior pars
Rotæ tenuit apud *Achill. d. decis. 4. ex num. 2. de*
præben.
36 Vt verò, ex hac † suppositione semper potest
saluari ea mens in Episcopo, ità è conuerso foret
difficile eam constituere in Capitulo, nisi detur
37 causa † aliqua non expectandi vt Episcopus si-
mul conferat, veluti cùm abest non tàm citò re-
uersurus, vt *in cap. vn. §. fin. Nè sed. vac. in 6.* vt
in terminis Episcopi absentis, & degentis in Ro-
mana Curia, censuit Rota *in Placentina Cano-*
nicatus 26. Febr. 1596. coram Orano, quam qui-
38 dem † rescripsit *Garz. d. par. 5. cap. 4. sub nu. 43.*
sed minimè eius scopum intellexit, vt ideò per-
peràm eam reprehenderit *sub num. 49.* & dùm
existimat, *tex. in d. c. vn. nè sed. vac. in 6.* non lo-
qui, nequè procedere, quando collatio est simul-
tanea Episcopi, & Capituli, ei refragatur doctrina
expressa Io. And. *in cap. à collatione num. 4. de*
appell. in 6.
39 Infertur tertiò ex eisdem, si ex statuto, † aùt
Iure alio singulari, prouidendum sit coniunctim,
tantùm valere suffragium Episcopi, quantum to-
tius Capituli, *Feder. de Sen. cons. 232 sub num. 1.*
post med. vers. nàm in ista collatione, multos con-
gerit *Gonzal. ad reg. de mens. glo. 45. in princ. nu.*
51. Garz. d. par. 5 cap. 4. num. 28. & hoc est, quod
fuit latissimè decisum *in Placentina Voti 2. Maij,*
& 7. Iun. 1586. coram Penia.
40 Quo fit, vt si ità † dissideant, quod diuersis
con-

conferant, neutri ex illis ius quæratur, & vtrinquè actus cornuat, quod se resoluisse in studio Paduano scripsit Federicus *in prealleg. conf. 232. sub num. 2. vers. sed subsequentèr*, sequitur *Ioan. Andr. in d. cap. à collatione, ex num. 3.*

41 Adeò vt, † si interim vel Papa, aut eius Legatus iure concursus prouideat, teneat ista prouisio, vt latè disputat, & concludit *Prob. ad Ioan. Monac. in rubr. ex num. 8. de iur. patron.*

42 Quod obtinet, etiamsi † suffragio Episcopi accederet suffragium alicuius Canonici, vt reprobata contraria sententia Hostiensis, determinauit *Ioan. Andr. in d. cap. à collatione nu. 4.* & notauimus etiam superiori *lib. quæst. 15. num. 35. & 36.*

Infertur quartò, in hoc ipso articulo, acquirendi ius conferendi ipsi Capitulo priuatiuè ad Episcopum, vel è conuerso, maximam esse differentiam inter casum, quo dubitatur quid à principio, & in fundatione Ecclesiæ constitutum sit, & casum quo certum est, quid fuerit constitutum, putà ex ipso statuto fundamentali Ecclesiæ, quod

43 facit † rem notoriam, & indubitatam, *Cephal. cons. 138. num. 20. lib. 1.* cum alijs per *Becc. cons. 12. num. 3.* Nam si nihil aliud asseueretur, quàm

44 iuris communis dispositio, cùm † idem ius deferat consuetudini, erit fundata intentio ius huiusmodi sibi vindicantis super sola, & simplici consuetudine, iuxtà *Cassad. ead. decis.* 22. & censent omnes Glossæ, & Doctores superiùs allegati, & alij, quos secuta est Rota *in Fauentina iuris conferendi, 4. Iulij 1584. coram Vicecomite.*

45 Si verò constet, † ità ab initio ordinatum, & statutum esse, vt videlicèt collatio fit simultanea, vtiquè non sufficiet consuetudo; sed erit iustificanda præscriptio, siuè hoc intendat Episcopus contrà Capitulum, *cap. non est*, & ibi *Gloss. 1. & Gemin. num. 1. & 2. de consuet. in 6.* siuè hoc intendat Capitulum contrà Episcopum, *Abb. in prealleg. cap. cum Ecclesia Vulterana, sub nu. 6. vers. aduerte, quia propriè ista non erat consuetudo, de elect.*

46 Quotiescunquè enim † agitur de auferendo vni, quod alteri applicetur, præscriptio est, non autem consuetudo, quæ non aufert alteri id quod applicat, prout notant omnes in *cap. vlt.* vbi præ cæteris, *Abb. sub num. 20. vers. si Episcopus acquirit, & Butr. sub num. 39. vers. vndè cum tangatur, de consuet. Aret. cons. 23. num. 11.* cum alijs copiosè adductis in causa *Burgen. distributionum de Viruiesca 22. Martij 1603. coram Manzanedo*, & in terminis istis plenè fuit decisum in *prealleg. Placentina voti, 6. Nouembris 1600.*

47 *coram Penia.* In qua † tamen sub die *20. Nouembris 1602.* omnes DD. duobus tantùm exceptis, voluerunt sufficere quadragenariã sine titulo, tùm quia hæc sit regula, vt in trigenaria, vel quadragenaria non exigatur titulus, *can. placuit 5. post 16. quæst. 3. cap. de quarta, & cap. si diligenti*, & ibi *Gloss. in verb. iustus titulus, & Felyn. sub num. 7. vers. est verum de præscript. Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 17. sub num. 7. vers. quod mirum est.*

Tùm quia cùm ius in hac re deferat consuetu-

48 dini, iàm cessat illius resistentia ab initio, quæ † sola operatur vt exigatur titulus, *cap. 1. de præscr.*

49 *in 6.* Nequè verò † tùnc resistere intelligitur, quando leuitèr improbat, seù non iustificat possessionem præscribentis, vt ibi aduertit *Franch. sub num. 8. ad fin. vers. tertio limita*, eatenùs enim dicitur ius resistere, quatenùs vehementèr possessionem improbat, & vetat, *Dec. cons. 134. sub num. 4. vers. & ad hoc facit, Couar. variar. resol. d. cap. 17. sub num. 7. vers. qua ratione.*

50 Est tamen in hoc † aduertendum, aliud esse, quod Capitulum simplicitèr prætendat ius conferendi priuatiuè ad Episcopum, prout Episcopus est Prælatus, & longè aliud, quod prætendat tale ius priuatiuè ad eum, prout est membrum ipsius Capituli; nàm, vt in priori casu non agitur de eo excludendo in totum, & ideò ius non resistit, ità in hoc secundo, cùm agatur de eo in totum excludendo, ius vehementèr resistit; & propterea tùnc non sufficit simplex præscriptio, nisi con-

51 currat titulus, quià etiàm quod † sola patientia illius, contra quem præscribitur, sufficiat ad inducendum consensum in participatione, tamen non sufficit in totali eradicatione proprij iuris, vt ex præsumpto consensu huiusmodi iustificetur præscriptio, quemadmodùm aduertit *Felyn. in cap. si diligenti sub nu. 7. vers. secunda restrictio, de præscript.* & hoc videtur in his terminis colligi ex doctrina *Butrij in cap. peruenit num. 17. per tot. de censib.* prout eam (quantumcunquè plurimum inuolutam) ità expendit *Balb. in tract. de præscript. in 4. par. princip. in specialibus quæstionibus concernentibus materiam ecclesiasticam, & canonicam, quæst. 8. sub num. 4. vers. addo, quod hanc quæstionem*, & sequitur *Ripa in cap. cum ecclesia Sutrina, num. 12. de caus. poss. & propr.* & ad hos terminos reducendam esse doctrinam Abbatis *in præcit. cap cum ecclesia Vulterana, nu. 6.* censuit *Rot. in prealleg. Placentina voti 20. Nouembris 1602. coram Penia.*

52 Infertur quintò, † si semèl vsquè ab initio posita simultanea de iure cõmuni in Episcopo, & Capitulo, fiat postmodùm inter eos concordia, per quã in alterutro solidetur potestas hæc, potestatẽ huiusmodi censeri in eo esse non de iure communi, sed ex concordia, atquè ità ex pacto; cùm enim ius commune aduersetur, vt suprà dictum [illegible] consequitur facultatem iuri singulari duntaxat inniti, *l. Ius singulare, ff. de legib.* & ità consuluit *Castr. cons. 365. sub nu. 1. vers. ista rationes vrgent, lib. 1.* & latissimè firmauit Rota *in suprà allegata Tarraconen. Sacristia 19. Martij 1601. coram Iusto.*

53 Vndè sequitur, † si in Episcopo per huiusmodi concordiam, siuè pactum, solidatum sit Ius conferendi Dignitatem aliquam, aùt Canonicatum, sub ea lege, vt teneatur certo generi personarum conferre, putà Canonico, aùt Præbendato Ecclesiæ, collationem esse nullam, si alteri personæ conferat, vt de prouisione facta alteri, quàm ordinato certo ordine requisito ex constitutione Ecclesiæ, censuit *Fed. de Sen. cons. 69. sub nu. 2. vers. item cum ecclesia.*

54 Ex quo enim † recipit potestatem ex concordia,

dia, quam de Iure communi, vel alio priùs non
habebat, nisi seruet formam sibi præscriptam, &
hanc qualitatem, actus corruit ex potestatis defe-
ctu, vt benè distinguit *glos. in Clem. 1. in verb. in-
hibëtes, post med. vers. puto quod eum diœcesanus,
de Iur. patr.* & post eam *Abb. in quæst. 5. in eip.
Augerio, sub num. 6. vers. secundo probatur*, se-
quitur *Fel. in c. ex parte sub num. 1. ad fin. in 2.
limit. & num. 2. de rescript.*
55 Quod procedit, etiamsi concordia † non ha-
beat decretum annullatiuum, propter implicitam
prohibitionem, nè actus aliter fiat, iuxtà doctri-
nam *Bar. in l. non dubium n. 21. C. de legib.* & ple-
nè tradit *Dec. cons. 494. nu. 12. & cons. 499. nu. 7.*
cuius sententiam probauit in his terminis Rota
apud *Put. decis. 330. sub num. 6. & per tot. lib. 1.
in correct.*
56 Et ad hunc effectum, quòd † dicamur versari in
dispositione prohibitiua, & in consequens annul-
lante actum, non est necesse, vt sit concepta ver-
bis expresè prohibitiuis, vt existimauit Alex.
*cons. 24. num. 3. lib. 4. & in l. 1. num. 6. ff. de lib. &
posth. Dec. in cap. 2. num. 18. de testib.* eius enim
opinio fuit reprobata per Rotam in *d. Put. decis.
330. num. 8.*
57 Vndè intelligitur † etiam nihil referre, quod
teneat electio de extraneo, quæ debuerat fieri de
eo, qui esset de gremio Ecclesiæ, iuxta sententiam
*glos. in cap. nè pro defectu, 41. in verb. ipsius de
elect.* quæ subdit, multa facta manere, quæ ab ini-
tio fieri prohibentur; Et quamuis Hostiensis ibi
videatur contra eam sentire sub *num. 9.* nihilomi-
nùs *Io. Andr. ibid. sub nu. 22. ad fin. vers. in glossa
vltima*, ait, id posse sustineri in scholis, cæterùm
contrarium seruari, & eum sequuntur *Butr. sub
nu. 23. ad fin. vers. sed Ioannes Andrea, & Card.
in §. is verò, sub num. 1. vers. oppono ad hoc.*
58 Doctrina enim † illius glossæ (quæ etiam est
conformis *tex. in d. cap. nè pro defectu*) procedit
in casu deuolutæ potestatis eligendi Prælatum;
Quamuis autem deuolutio fiat sub eadem lege,
vt videlicèt priùs debeat inquiri, an aliquis sit
59 idoneus † de gremio Ecclesiæ, qui cæteris debeat
præferri, iuxta dispositionem antiquorum Cano-
num, vt legitur in *can. nullus, & can. obitum,
dist. 61.* tamen istud non est mandatum præcisum,
quod originetur ex pacto, alioué Iure singulari,
sed est mandatum legis aliò non intensæ, quàm
vt eligatur idoneus; & propterea si omisso illo qui
sit de gremio, eligatur seu postuletur extraneus,
satis est adimpletum mandatum legis, quià licèt
non sit seruatum præcisè illius mandatum in in-
quirendo priùs de persona eiusdem gremij, siuè
cœtus, est tamen seruatum quod ei vicinum est, &
in quo cõsistit finis legis, quod videlicèt præficia-
tur idoneus, & in hoc sustinetur actus, vbi iam fa-
ctus est, atquè ità totum id explicat *glos. in præal-
leg. can. nullus, in verb. Ciuitatis, post med. vers.
item quid 61. dist.* Quod non applicatur terminis
controuersiæ huius, in qua supponimus id ex Iure
singulari inductum, nimirùm ex concordia, & sic
60 ex pacto, vis enim non stat in eo, quòd † quemad-
modùm posset Capitulum eligere extraneum, vt
in *cap. cum inter canonicos, & cap. cum nobis de
elect.* ità possit eundem extraneum eligere is ad
quem Ius illud est deuolutum, vt aliqui simplici-
tèr pronunciauerunt, cum qua responsione transi-
uit Rota in præfata *Tarraconen. Sacristiæ*, sed
consistit in natura mandati præcisi, quæ oritur
non à Iure communi, sed à Iure singulari; Vndè si
61 ex † Consuetudine, aut Statuto particulari Eccle-
siæ alius non posset eligi, quàm qui sit de gremio,
tùnc nequè ipsum Capitulum poterit eligere
extraneum, cùm minimè intelligatur habere col-
lationem liberam, vt elegantèr respondit Rota
apud *Put. decis. 99. sub num. 2. vers. quia fuit di-
62 ctum lib. 3.* & † sic nequè in consequens id atten-
tare poterit is, ad quem sit facta deuolutio, vt de-
clarando dicta aliorum in *præalleg cap. nè pro de-
fectu*, pulchrè distinguit *Henric. Boich. in cap. di-
lectus, num. 5. præcipuè sub vers. fallit vbi de con-
suetudine, de concess. præbend.* & hanc eius distin-
ctionem probarunt in *præalleg. can. nullus, Turre-
crem. sub num. 2. vers. quæ conclusio, & Præpos.
colum. 1. ad fin. vers. aut quæritur in Ecclesiis
sæcularibus.*
63 Quamuis autem, ius † commune in hoc mini-
mè iniiciat necessitatem, sed simplicitèr honesta-
tem dictet, proùt ex mente Bernardi declarat
Turrecrem. *loco præcitato vers. licet aliqui alij*, ta-
men etiam in hoc casu simplicis honestatis, per-
64 missa † est appellatio exclusiua taciti consensus,
& præiudicij, vt colligitur ex doctrina *Bellam. in
eod. cap. nè pro defectu, num. 15.* & censuit *Rot.
in dicta Tarraconen. Sacristia*, & quæ ideò existi-
mauit, posse tres, vel etiam vnum, talem appella-
65 tionem prosequi, eo quod † negligentibus reli-
quis, vel etiam mandatum reuocantibus, possit
vnus ex Canonicis nomine Ecclesiæ agere, vt post
alios docent *Innoc. in cap. cum olim circa princ.
vers. item quomodo. Abb. post nu. 2. circa fin. vers.
sicut enim, & sub num. 2. extra de testibus*, quam
pluriès secuta est Rota, præcipuè in vna *Mediola-
nen. Decimarum 3. Aprilis 1612. coram Reue-
rendiß. D. Pamphilio*, & in istis terminis in *Vir-
dunen. electionis 17. Maij 1589. coram Cardina-
li Platto.*
Quod tamen, in simplicibus terminis electio-
nis huius passiuæ, competentis de iure communi,
non videtur trãsire sine maxima difficultate; quip-
66 pè etiam † si deferatur minori parti stanti pro iu-
ribus Ecclesiæ, *cap. 1. de his quæ fiũt à maior. par.
Cap.* tamen in hac materia videtur deferendum
maiori parti, cum non præiudicetur iuri Ecclesiæ,
67 hoc enim ius † non competit Canonicis, ratione
Ecclesiæ, sed ratione personarum, *cap. quod sicut
de elect.* nequè tamen ità ratione personarum, vt
ius separatum à Capitulo, quo casu ex alio per-
missa esset singulis eadem prosecutio, sed ratione
personarum, veluti Capitulo vnitarum, *dicto cap.
cum inter Canonicos de elect. Clem. vt hi, qui, de
ætat. & qualit.* vndè semper præualet maior pars,
in qua viget ius istud eligendi, atquè ità cum *Glos.*
in hac sententia persistit *Præpos. in præalleg. can.
nullus, in verb. nàm standum maiori parti.*
68 Plurimum tamen dubitationis habet, an † dùm
Capitu-

Capitulum non impugnat collationem huiusmodi, ea sit in statu validitatis, exemplo prouisionis
69 factæ † de beneficio iuris patronatus, spreto patrono, quod firmauimus hoc libro *quæst. 14. n. 71.*
70 & de † prouisione facta secundo nominato, postergato priori, latè tradit *Rebuff. de nominat. quæst. 17. ex nu 37. & super concord. in §. si quis verò super verb. ipso iure nulla.*

Et Rota in *dicta Tarraconen. Sacristiæ*, negatiuè respondit, & iure merito, quià potestas illius, qui tenetur conferre præsentatis, aut nominatis, moueatur in se ipso, & iure proprio, potestas autem hæc non nisi in simultanea, & iure participato, sicque alieno, ideoquè ex pacto, iuxtà distinctionem *Gloss. in Clem. 1. in verb. inhibentes de iur. patron.* cum alijs superiùs adductis.

71 Modus † enim ille sub quo est facta concessio, respicit vtilitatem Capituli concedentis, proindequè reputatur causa finalis, non autem impulsiua, *l. Titio centū 70. in princ.* vbi hoc notat *Bart. antè n. 1. de condit. & demonstr. Angel. cons. 124. sub num. 4. vers. circa quod considero,* cum multis adductis per *Surd. cons. 487. nu. 24* atquè ità percutit radicem potestatis, quià modo illo non impleto, Capitulum non censetur à se potestatem
72 suam abdicasse, cùm † tunc cesset causa istius cōcessionis, & in consequens ipsa concessio, *Abb. in c. 2. in tertio notabili, de custodia Euchar. Tiraq. ad reg. cessante causa par. 1. num. 52.*

Fatendum est tamen, vltra eius actus nullita-
73 tem, minimè progredi; nequè enim † dixeris ex toto resolutam esse concessionem, ità quod Episcopus videri possit priuatus iure conferendi, quominus etiam ad illam vacationem possit iterùm prouidere de persona habente qualitates requisitas, dummodò res sit integra, idest nisi aut ex temporis lapsu, aut ex appellatione interposita sit potestas deuoluta, vel aliàs, putà ex prouisione Apostolica, intercisa, vt concludit *Castren. dicto cons. 365. num. 2. lib. 1.*

Infertur sexto ex præmissis, quemadmodùm
74 diximus † supposita simultanea non valere collationem Episcopi factam in vim concordiæ, personæ non qualificatæ, ità non valere eandem collationem, si simpliciter supponatur, antè concordiā Episcopum fuisse in vsu cōferendi solum quidem, sed adhibito consilio Capituli; Quemadmodùm enim in præcedenti, sic in hoc secundo casu, incurrit eadem ratio, nàm in hac necessitate requirendi cōsilium, fouetur illius naturalis causa præsumptæ erectionis ex bonis, aut ipsius Capituli, aut saltim communibus, iuxtà *c. ad audientiam de Eccl. ædific.* proindequè negari nequit, Episcopū ex huiusmodi concordia recipere liberā potestatem conferendi, quam priùs habebat vinculatam, & in consequens actum esse nullum, si non seruet modum sibi præscriptum, ex deductis in præce-
75 denti illatione. Quamuis † enim eo casu quo Episcopus tenetur requirere consilium Capituli, non teneatur etiam consilium huiusmodi sequi, in quo est differentia inter consilium, & consensum, quemadmodùm docet *Gloss. in cap. cum in veteri 53. in verb. expectatum de elect. Abb. in c. non*
76 *potest num. 21. de sent. & re iudic.* tamen † hinc non sequitur, quin, si illam requisitionem omittat, quæ videtur esse de forma, actus remaneat nullus, vt est textus clarus in *c. cum olim de arbitr.* omissio enim hæc vitiat actum, vbicunquè à lege, vel ab homine trahitur à principio potestas, cum limitatione, seu qualificatione dictæ requisitionis, vt per *tex. in cap. noui de his, quæ fiunt à Prælat. sine cons. Cap* punctualitèr in his terminis loquitur *Felin. in cap. ex parte paulo ante num. 2. vers. secunda limitatio de constit* & plenissimè deduxit *Rota in præalleg. Tarraconen. Sacristiæ 23. Ianuary 1602 coram Iusto.*

77 Infertur septimo ex eisdem, rametsi † in alijs beneficijs suæ diœcesis Episcopus vsquè adcò super iure conferendi de iure communi fundatam habeat intentionem, *ex d. can. omnes Basilicæ, & can. nullus 16. quæst. 7. Rota decis. 756. num. 4.*
78 *par. 2. in recent.* vt ob hanc iuris assistentiam † ex collatione vnius, censeatur sibi acquisita quasi possessio conferendi respectu reliquorum benefi-
79 ciorum, cùm tunc magis † attendatur causa actus, quàm ipse actus, *Abb. in cap. 1. sub num. 3. vers. solue de relig. dom Dec. cons. 27. num. 19. Tiraq. de retract. conuen § 36. Gloss. 3. n. 12. Rota dec. 222.*
80 *num. 7. par. 1. diuers.* nedum † respectu beneficiorum existentium de tempore talis actus, sed etiam erigendorum, vt concludit *Rota in eisdem diuers. par. 2. decis. 17 sub num. 8. vers. quoniam respondetur, & num. 9* & diximus suprà *num. 1.*

Nihilominus hoc minimè sibi locum vendicat
81 in † Canonicatibus, & præbendis Cathedralis Ecclesiæ, cùm in his Episcopus non habeat hanc solidæ collationis vniuersalem causam, propter dissimilitudinem rationis inter illa, & ista, ex latè deductis per *Felin. in cap. auditis num. 10. de præscrip* & ità fuit decisum in *Callien. iuris conferendi 6. Martij 1617. coram Illustriss. D. Cardinali Verospio.*

82 Quapropter quando † Episcopus, & Capitulū, se ad inuicem circa huiusmodi collationem protrudunt, prætendendo liberam collationem, non autem simultaneam, & vertitur quæstio super manutentione, nihil aliud consideratur, quàm ipsa possessio de facto, respectu cuiuslibet Canonicatus, aut præbendæ. quæ tunc demùm iustificatur, si collatio effectuata appareat, vt dicitur de
83 quasi possessione † præsentandi, quæ tunc censetur acquisita, si bona fide facta sit, si accesserit institutio, & deniquè si ità præsentatus, & institutus possessionem cœperit, sciente, & patiente eo, in cuius præiudicium vergere potest, *Calder. cons. 12. de iur patr. Rota in cap. cum Ecclesia Sutrina sub num. 93. vers. Quinto, & vers. Sexto requiritur de caus. poss. & propr. cum simil.*

Quod vltimum omnino etiam est necessarium,
84 licèt facillimè induci possit, nàm † circà collationes factas per Capitulum, scientia Episcopi ex solo lapsu temporis præsumitur, *Seraph. decis. 293. num. 4.*

85 Circa verò † collationes Episcopi, cùm Capitulum non prætendit simultaneam, cessat difficultas superiùs mota ex implicito concursu in conferendo,

ferendo, eaquè talis ſcientia, & patientia optimè conſtituitur ex actu traditionis poſſeſſionis,& in-
86 ſtallationis, hinc enim † nedùm probatur poſſeſſio,*Innoc.in cap.in litteris, ſub num.6. verſ. quadam tamen iura, de reſtit. ſpoliat.* ſed etiam ſcien-
87 tia,& patientia ipſius Capituli,quæ † non videtur poſſe ſeparari ab eo actu facto in executionem collationis Epiſcopi, *l.ſi mater C.de re.vendic. l. in debitum C.de condict.indeb.l.quidam de euict. cum ſimil.per Dec.conſ.583.num.6.* id enim poſi-
88 tum † eſt in Iudicis arbitrio ex ſubiecti qualitate, vt ait *Abb.in d.cap.cum eccleſia Sutrina ſub nu. 25.verſ & ſi præſumatur, de cauſ. poſſ. & propr.*
89 & hæc ſcientia † ſola præſumptiua probatione contentatur, *Rota decif. 179. nu. 2. par. 1.diuerſ.*
90 & in terminis ſcientiæ Capituli † de prouiſione facta Canonico ex actu traditæ poſſeſſionis,reſpondit etiam Rota in *Alexandrina Arebipresbyteratus 28. Iunij 1627.coram R. P. D. Merlino*,& ita fuit deciſum in *præalleg. Callien. iuris conferendi, coram Illuſtriſſ. D.Cardinali Veroſpio*.
91 Et hæc quidem procedunt,† dummodò ex tenore collationis factæ per Epiſcopum, conſtet, eū voluiſſe conferre Iure proprio, & priuatiuè ad omnes alios,putà enunciando (vt in caſu deciſionis factæ in dicta cauſa Callien. Iuris conferendi, in qua Ego ſcribebam pro Epiſcopo) quòd collatio ad ipſum ſpectabat,cum iſta enunciatio exclu-
92 dat ſimultaneam, vt † eſt *tex. in cap. cum in illis 16.§.ſi verò,de præben. in 6.* qui licèt loquatur de enunciatiua prolatá à Papa, Idem tamen obtinet in enunciatiua Epiſcopi, aut alterius Collatoris
93 ex proprietate verbi, quam † in dubio ſequi debemus,*vulg.l.non aliter 67.in princ. de leg.3. cū ſimil.vulg.*& videtur fuiſſe mens *glo.in d.§.ſi verò,in verb.eum alio in addit*,& fuit deciſum in ea-
94 dem *Callien.* Præcipuè ſi dictum eſſet † *omnimodè*,qui eſt terminus vniuerſalis,aptus comprehendere omnem ſpeciem prouiſionis, *glo. in clem.1. in verb. omnimodā de for.compet.Gemin.conſ.e5. num.3.Soc.Sen.conſ.43. num.12. lib.4.*& ita fuit etiam reſponſum in vna *Aſſiſien.Canonicatus 14. Iun.1601. coram Cardinali Sacrato.*

Infertur octauo, cùm, vt in præcedenti illatione, ſe ad inuicem protrudunt Epiſcopus, & Capi-
95 tulum, nihil potius eſſe ad alterutrius † intentionem fundandam, quàm docere, præbendam, de qua contenditur,aut etiam omnes,dotatas fuiſſe de proprijs reditibus, aut pro earum erectione ſuppreſſa, & applicata fuiſſe beneficia, quæ priùs eſſent ad propriam electionem.
96 Nam † in actu erectionis, aut applicationis huiuſmodi, quemadmodùm Patrono præſeruatur Ius patronatus, *Abb.in cap.ſuggeſtum num. 3. de Iur. patr. Roeb. de Curt. de iur. patr. in verb. honorificum ſub num. 8. ad fin. verſ. item benè facit, Seraph. decif. 1444. num. 11.* Ità &
97 collatori præſeruatur † Ius conferendi, cum militet eadem ratio non præiudicandi, quam non ſubuertit mutatio tituli, veluti facta per modum ſubrogationis,exemplo Militis habentis Caſtrum,quod cuſtodire tenebantur quidam Ruſtici,
98 qui † ſi Caſtrum illud per Bellum totalitèr deſtructum,reædificet,quamuis non in eodē loco,ſed ibi propè,cenſetur tamē illud reædificaſſe cum retentione eiuſdem Iuris circa cuſtodiam ſibi exhibendam per eoſdem Ruſticos, vt concludit *Alber.in l.ſi vſuſfructus Ciuitati ſub num,5.verſ. ex prædictis ff. quib. mod. vſuſfr. amitt.* quem ſequitur *Boer.decif.212.num.14. Bello. conſ. 5. per to.* Et propterea non amitti, ſed conſeruari priſtinum Ius conferendi, nedùm in proprietate,ſed etiam in poſſeſſione,cenſuit *Rota decif.17.num.5.par. 2. diuerſ.*& pleniùs fuit reſponſum in *d. Callien. Iuris conferendi,corā Illuſtriſſ.D.Cardinali Veroſpio*,& in eadem rurſus *14. Maij 1621.coram bo. me.Vbaldo*,in qua cauſa,Rota id procedere voluit, etiam quod Epiſcopus adhibuiſſet conſenſum Ca-
99 pituli ; cum enim conſenſus † hic neceſſarius ſit, nedùm in erectione noui Canonicatus,aut Dignitatis, *Fel.in cap. cum acceſſiſſent ſub num. 15.de*
100 *conſtit.*ſed etiam † in vnione, ſeù applicatione alterius beneficij pro eius dote,ſiuè præbēda, *clem. 2.cum ibi not. per glo.& Doctò.de reb.eccleſ. non alien.Petr.de Vbald.Senior in tract. de Vnio.eccleſ.cap.5.q.6. num.15.* cum alijs per *Rot. decif. 455.num.5. par.2. recent.* Actus ille adhibitionis
101 conſenſus † referendus eſt ad huiuſmodi cauſam neceſſariam, non ad quamcunquè aliam voluntariam,*l.vlt.C.de alim pupil. præſt: cum ſimil.* adductis per *Aym.conſ.106 nu.8.& conſ.135.n.34.*
102 Neque propterea capienda eſt † ea coniectura, vt voluerit Epiſcopus per huiuſmodi actum adhibitionis conſenſus, remittere Ius ſuum conferendi, ſed potius totum illud promouere, proùt ſibi magis erat vtile, *Aym.eo.conſ.106.num.9.*

Infertur nono, circumſcripta declaratione, de
103 qua infrà ; Indultum † conceſſum Cardinali Epiſcopo,habenti ſimultaneā cum ſuo Capitulo, non capere beneficia ſubiecta eidem ſimultaneæ, ſed tantum remouere obſtacula reſeruationum, & conſeruare ipſum Cardinalem in ſua poteſtate ordinaria, non autem etiam eandem poteſtatem ampliare, vt poſſit ſolus in præiudicium ſimultaneæ conferre,*Caſſad.decif. 3.ex num.2.de priuil.* quam probauit Rota apud *Put. decif. 200.ſub num.1.verſ.& quià indulta,& decif.93. num.3. lib.3.in correct.*
104 Quod non ſolùm † procedit ſecundum antiquā formulam Indultorum huiuſmodi, verùm etiam ſecundum alias poſtmodùm excogitatas,illamquè ipſam,quam commētatus eſt bo.me. Germonius, qui tenuit hanc eandem ſententiam, in *§.Regularia ad fin.Monet.de optio.cap.3. q.3. ex nu.82.* patetquè ex diuerſis deciſionibus cumulatis per *Gonzal.ad reg.de menſ.glo.24.n.25.& 68.*habeturquè in *3 p.diuerſ.lib.3.decif.537.& in recent. p.4.decif.642.& 702.Greg.decif.99. & dec.291. nu.2.& in Hiſpalen. beneficij de Xeres,12.Maij 1603.coram Litta*, in *Argentina Canonicatus 4. Maij 1611.corā Reuerendiſſ.D.Pāphilio,in Reatina Præpoſitoria 23.Ian.1615.coram Reuerendiſſ.D.Coccino*, & latiſſimè firmatū fuit per DD. in *Ferrarien. Canonicatus 26. Aprilis 1624. coram R.P.D. Pirouano.& 11.Decembris eiuſdem anni coram bo.mem.Vbaldo,& in Cremonen.Canonica-*

nonicatus itidem 26. Aprilis 1624. coram Reuerendiss. D. Coccino, reiecta opinione *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. nu. 628.* non aduertentis Cassad. *decis. 8. de praeben.* super qua se fundat, procedere secundum terminos *tex. in cap. cum illis §. ult. de praeben.* cuius dispositio respicit Cardinales Indultarios non habentes ordinariam collationem, prout intelligunt *Gonzal. ad reg. de mens. glo. 24. num. 66. Monet. d. c. 3. q. 3. num. 89. & 90.*

105 Ratio istius conclusionis desumitur ex † *text. in l. si communem fundum 10. ff. quemad. ser. amitt. si communem fundum* (inquit ibi Paulus) *Ego, & Pupillus haberemus, licèt uterquè non uteretur, tamen propter pupillum, & Ego viam retineo.* Ex quo textu id generalitèr assumitur, quod in indiuiduis, cuiusmodi sunt seruitutes omnes, excepto vsufructu, quis per alium retinet, quod per se non

106 potest retinere, *sapè enim quod quis † ex sua persona non habet, hoc per extraneum habere potest*, idem Paulus inquit in *l. Aristo ad fin. ff. qua res*

107 *pign. obl. poss.* & vbi sunt duo † socij, propter eum qui capax est, & alter capit per consequentiam, qui aliàs est incapax, *l. si is qui duos 30. de liber. leg. cum simil.* adductis per *Ias. in l. si emancipati ex num. 5. & 13. C. de collat. vbi etiam Dec. nu. 5. Cagnol. num. 103. Hier. Parmen. num. 111. & Hippol. Rimin. num. 164.*

Ità in proposito, vbi Cardinalis ordinarius col-

108 lator † excipitur à reseruationibus, vt in casu Regulae de mensibus, exceptio haec suffragatur etiam Capitulo habenti simultaneam, neque eam elidit Indultum, quod simplicitèr remouet obstaculum, & hoc est quod decidit *Rota d. decis. 702. num. 2. par. 4. recent. Gonzal. d. glo. 24. ex num. 52.*

109 Quae ratio videtur † etiam applicari, vbi proceditur per viam electionis, & confirmationis; quamuis enim Regula *d. l. si communem fundum* procedat in indiuiduis tantùm, vt dictum est, & probant *Dec. Cagnol. & Rimin. in d. l. si emancipati*, secùs in diuiduis, *l. vn. C. si in comm. ead. caus. Aret. cons. 25. num. 3. vers. circa secundum, Soc. sen. cons. 12. num. 17. lib. 1. Ruin. cons. 77. n. 4.*

110 *lib. 4. Afflict. decis. 213. num. 1. & 2.* Electio † autem, & confirmatio nedùm inter se diuidui actus reputantur, sed penitus diuersi, & separati, intantum vt confirmatio nihil Iuris addat confirmatio, *Oldrad. cons. 164. nu. 4. & 5.* & alibi ostendimus.

Tamen ea quoquè videtur admittenda in diui-

111 duis connexis, cùm quod in vno † connexorum est statutum, porrigatur ad alterum, *l. 1. C. de diuers.*

112 *rescrip. cap. penult. de appell.* & † quod regula *d. l. si communem fundum*, obtineat etiam in simplicitèr connexis, tradit *Menoch. cons. 136. num. 23.*

113 est † enim Confirmatio, accessorium quoddam ad electionis actum, & ea propter eius naturam sequitur, vt arguit *Gemin. in cap. cum in illis §. cum autem sub nu. 3. vers. sed huic rationi de praeben. in 6.* proindequè haec satis videri possunt annexa,

114 cum † alterum ad alterius perfectionem, & vtrunquè ad eundem finem tendat, vt ex multis deducit *Menoch. de arbitr. Iud. cas. 95. nu. 5. 6. & 8.* & dixi *lib. 1. quaest. 8. num. 54. & quaest. 40. n. 304.* & ità in his terminis consuluit *Alb. cons. 724. n. 8.* quem sequuta est *Rota in praalleg. Cremonen. Canonicatus 26. Aprilis 1624. coram Reuerendiss. D. Coccino, & in d. Ferrarien. Canonicatus 11. Decembris 1624. coram Vbaldo.*

115 Caeterùm † nusquàm mihi persuadere potui, mentem Papae, S. R. E. Cardinalibus tàm amplè in hac materia indulgentis, eam fuisse, vt in eo ipso articulo remotionis reseruationum, voluerit aut simultaneam, aut Ius eligendi conseruare Capitulis Cathedralium, & non potius ampliare eorundem Cardinalium Ordinariorum Collatorum Ius, vt possint soli, & absquè vllo interuentu Capitulorum huiusmodi, liberè conferre. Quippè in ea causa *Ferrarien. Canonicatus*, in qua Ego scribebam pro bon. mem. Ioan. Baptista Cardinali Lenio Episcopo Ferrarien. considerabam, Indultum ei concessum, habere haec verba, *& beneficia huiusmodi ratione mensium Apostolicorum, seu etiã ex eo, quod illa obtinentes, familiares &c.* Quae verba *ratione mensium Apostolicorum, &c.* non legebantur in antiquis Indultis, nèc quidem in illo, concesso per Sixtum V. Cardinali de Ruere de anno 1586. quod commentauit Germonius, in quo nèc minimum vèrbum de mensibus Apostolicis.

116 Aduertebam insupèr, † verba illa Regulae mensium reseruatoriae, quam hodiè habemus, videlicet, *non tamen S. R. E. Cardinalium*, per quae excipiuntur ab eadem Regula Cardinales, debere intelligi de Cardinalibus non habentibus In-

117 dultum, respectu enim Indultariorum, † Regula eisdem hoc amplius adijcit, vt aperiat viam prouidendi tanquàm de reseruatis, vice ipsius Papae, iuxta *Cassad. decis. 8. num. 10. & 11. de praeben.* aliàs hoc sequatur absurdum necesse est, vt ea verba nedùm superfluò, sed etiam impertinentèr videri possint adiecta, videaturquè Papa ignorasse, Regulam de mensibus non completi Cardinales,

118 quod † non est dicendum, *cap. 1. de constit. in 6. cum simil.*

Et hoc etiam manifesta demonstratione osten-

119 debam, nàm Regula, † quae olim nuncupabatur *de mensibus*, nihil commune habebat cum Moderna, in hac enim Papa reseruat sibi collationem in octo mensibus, submonendo quaecunquè impedimenta: In illa autem nihil aliud decernebatur, quàm in quatuor mensibus concessis Ordinarijs, expectatiuas & gratias praeuentiuas (quarum tùnc frequens erat vsus) non intrare in praeiudicium eorundem Ordinariorum, adeò vt respectu ipsorum, cessarent omnia impedimenta ex eisdem expectatiuis; & hoc erat mysterium, vt indulta Cardinalibus concessa, nihil aliud operari crederentur, quàm simplicem remotionem reseruationũ, idest non generalium, sed specialium resultantium ab expectatiuis; Licèt enim expectatiuae non caperent reseruata, *Gomes. decis. 9. lib. 1. in impress.* tamen cõcedebantur respectu certorũ mensium, cũ decreto irritanti, si per alios contingeret prouideri, ex quo insurgebat specialis reseruatio, vt colligitur ex doctrina *Fel. in cap. cum ex officij sub num. 36. vers. tamen dicit Cardinalis de praefer.* & insinuat etiam *tex. in c. 1. de concess. praeben. in 6.*

Indulta

Indulta ergò Cardinalium, tùnc eis concedebantur pro remouendis his impedimentis, nèc ideò extendebantur ad beneficia electiua, aut si-
120 multaneæ collationis, quià † nèc expectatiuæ, illa capiebant, nisi exprimerentur in indiuiduo, *c. cum in illis §. 1. de preben. in 6. Staphil. de expect. nu. 47. ad fin.*

121 At sublatis † expectatiuis, Indulta cœperũt cõcedi etiam cõtra reseruationes generales, de quibus sanè alitèr est iudicandum, quàm de specialibus resultantibus ex decreto apposito in expectatiua; Siquidem in specialibus non datur habilitas terminorum, vt Indultarius conferat vice ipsius Papæ, quæ datur in generalibus, & hoc est, quod tota ea *decis. 8. de preben.* agitat Cassadorus.

Quo fit, vt iàm cesset argumentatio communicationis Indulti Cardinalis cum Capitulo haben-
122 te aut simultaneam, aut ius eligendi; nàm † Cardinali oritur duplex prærogatiua, altera ex Regula ipsa, vt sit ab ea exceptus; & in hac optimè participat Capitulum, & benè intrant superiùs deducta ex *tex. in l. si communem fundum ff. quemad. ser. amitt.* nequè dubito, quin per huiusmodi exceptionem à Regula, ipsi Capitulo conseruetur simultanea, & Ius eligendi; Altera est, quæ eidem oritur ex Indulto speciali, non vt simplicitèr conferat, pro quo non esset necessarium Indultum, sed vt conferat (vt habent verba modernorum Indultorum) etiam reseruata ratione mensium; & in hac, impossibile est Capitulum participare, quià Papa clarè supponit reseruationem consistere, & aperit viam ipsi Cardinali prouidendi tanquàm de reseruato, quod non egreditur personam ipsius Cardinalis, nequè ex verisimili mente Papæ, nequè ex natura ipsius Indulti, *l. 1. ad fin. ff. de const. Princ.* & sic nõ applicatur *tex. in d. l. si communem fundum*, quæ, vtcùquè procedat nedùm in indiuiduis, sed etiam in connexis, tamen hic nulla cadit consideratio, aut indiuidui, aut cõnexi, dùm enim Papa voluit sustineri reseruationẽ, vtiquè remouit simultaneam, & ius eligendi, in quo consistebat illa indiuiduitas, & connexio, vt dicitur de societa-
123 te, quæ † vt terminatur cũ subiecto, *l. verum est 64.*
124 *§ vlt. vers neque enim ff. pro soc.* sic ea † finita, cessat omnis eius effectus, *Tiraq. ad reg. cess. caus.*
125 *par. 1. n. 227. & 240.* nequè etiam † si sustineretur in articulo collationis, sustineretur etiam in hoc diuerso articulo Iuris cõferendi vice ipsius Papæ, tanquàm de reseruato, cùm sit quid penitùs diuersum, ad quod non se extendit societas super aliquo certo, *l. cum duobus 52. §. vlt. eo. tit. pro soc.*

Et his quidem in hanc rem Sanctiss. D. N. posteà suggestis, ac per Sanctitatem suam maturè discussis; Ea. per suam Constitutionẽ, siuè Regulam publicatam 10. Septembris 1626. declarauit, in Indultis huiusmodi minimè cõseruari Capitulis Cathedralium Ius nominandi, eligendiuè, aut simultaneam, nequè eisdẽ talia Indulta in aliquo suffragari, vt in Regula ipsa, cuius tenor est, qui sequitur.

126 *Sanctissimus † in Christo Pater, & D. N. Dominus Vrbanus Diuina prouidentia Papa VIII. accepto quod S. R. E. Cardinales super indultis, et facultatibus disponendi de beneficijs Ecclesiasticis*

Sedi Apostolicæ reseruatis, & affectis à Sede prædicta sibi cõcessis, per Capitula, & Canonicos Cathedralium Ecclesiarum, quibus illi ex concessione, & dispositione Apostolica præsunt, impediuntur, sub prætextu, quod ipsi Capitula, & Canonici ius nominandi, vel præsentandi, aut aliàs quomodolibet disponendi de beneficijs in mensibus nõ reseruatis pro tempore vacãtibus, cũ prædictis Cardinalibus locorũ Ordinarijs coniunctim, vel diuisim habentes, tanquam membra capiti adhærẽtia, à Cancellaria Apostolica regula mensiũ reseruatoria, a qua Cardinales præseruantur, etiã excipi, & facultates, ac indulta quæ certarum reseruationum obstacula tollunt, sibi quoquè suffragari debere prætendunt. Et attendens priuilegium quod Cardinales in prædicta regula præseruentur, eis intuitu Cardinalatus concessum esse, nequè rationi consonum fore, vt Capitula, & Canonici, dùm sui Præsules Cardinalatus honore præfulgent, plus iuris in præiudicium Sedis Apostolicæ, seù ipsorũ Cardinalium Præsulum ius, & indultũ conferendi ab ipsa Sede habentium obtineant, atquè si ipsi Cardinales non forent: Motu proprio, sub die vigesima nona Decembris Anni ab Incarnatione Domini Millesimi Sexcentesimi Vigesimiquinti; declarauit, intentionis, & voluntatis suæ esse, quod Cardinales Præsules de omnibus, et singulis beneficijs Ecclesiasticis, quomodolibet nuncupatis, & qualificatis, ad eorum etiam cum alio, vel alijs collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seù quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem, ratione Ecclesiarum quibus ipsi Cardinales præsunt, coniunctim, vel diuisim spectantẽ, non tamen in libris Cameræ Apostolicæ descriptis, nèc ex personis familiarium Sanctitatis suæ, vel Conclauistarum, aut ratione vacationis apud Sedem prædictam reseruatis, vel affectis, quæ omnia Sanctitas sua sibi, & Successoribus suis Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialitèr & expressè reseruauit, ad præsens vacantibus, & in futurum vacaturis, soli per seipsos, vel alios ad id deputandos, absquè Capitulis, & Canonicis, alijsquè quamcunquè ordinariam dispositionem eorundem beneficiorum, similitèr coniunctim, vel diuisim cũ eisdem Cardinalibus habentibus (dummodò aliàs sub indultis eis concessis cõprehendantur) liberè prouideant, nequè Capitula, aut Canonici, huiusmodi priuilegio, quod Cardinalibus Præsulibus nullo habito Capitulorum, & Canonicorum respectu concessam esse dignoscitur, gaudere, frui, aut ius aliquod indè prætendere possint. Decernens, declarationem prædictam à dicta die vigesima nona Decembris robur obtinere debere, etiamsi nèdum publicata fuisset, & irritum, &c.

Placet publicetur, & describatur. M.

Infertur decimo: Quid statuendũ sit in hac con-
127 trouersia simultaneæ circa Canonicatus † Doctorales, quibus annexũ est onus lectionis, vel aliu l; pro qua re, sciendum est, in Lateranensi Concilio sub Innocentio III. priori decreto debere per vnamquãquè Cathedralem Ecclesiam, Magistro, qui eiusdem Ecclesiæ Clericos, aliosquè Scholares pauperes gratis instrueret, aliquod compẹtẽs

bene-

beneficium præberetur, quo & docẽtis releuaretur necessitas,& via pateret discentibus doctrinã, id ampliùs adiectum,vt nõ solùm in qualibet Cathedrali Ecclesia,sed etiã in alijs, quarum sufficere possent facultates, constituatur Magister idoneus à Prælato cum Capitulo,seu maiori,& saniori parte Capituli eligẽdus,qui Clericos ipsarum,gratis, in Grammatica facultate,ac alios instruere possit: Itemquè statutum, vt Metropolis Ecclesia Theologũ nihilominus habeat, qui Sacerdotes,& alios in sacra pagina doceat,& his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur, & hoc ampliùs,quòd assignentur cuilibet Magistrorum à Capitulo vnius præbendæ prouẽtus, & pro Theologo à Metropolitano tantundem;non quod propter hoc efficiatur Canonicus , sed tandiù reditus ipsos percipiat,quandiù perstiterit in docẽdo; Quòd si fortè de duobus Ecclesia Metropolis grauetur,Theologo iuxta modum prædictum ipsa prouideat, Grãmatico verò in alia suæ Ciuitatis, siuè Diœcesis,quę sufficere valeat,faciat prouideri;Sunt fermè verba *tex. in cap.quia nonnullis,de Magistr.*

Et quoad Regulares , postmodùm in Concilio
128 Viennensi dispositũ fuit,in singulis † Monasterijs, quibus ad hoc suppetunt facultates,idoneũ teneri Magistrũ, qui eos in primitiuis sciẽtijs instrueret diligentèr, vt legitur in *Clem. nè in agro §. ad ampliationem, vers.rursus,vt ipsi Monachis, de statu Monac. Io.Andr.in d.c.quia nonnullis,sub nu.1.vers.sed hodiè in singulis Monasterijs, Io.de Anan.itidem sub n.1.vers.& idem est*,vbi subdit,
129 si Abbas † dicat, facultates non sufficere, Episcopũ posse de hoc inquirere, & prouidere quæ prouisio fit,vel ad hoc cogendo eundem,vel ponendo ibi ipse Magistrum,vt explicat *glo.in d.§. ad ampliationem in verb.facultates*. Et hæc omnia confirmauit,& in melius reduxit *Sac. Conc. Trident. sess.5. cap.1.de reform.*

Circa id ipsum autẽ,quod præstari oportet hu-
130 iusmodi Magistro,aut Theologo,non est † dubium, dùm expectatur vacatio præbendæ,cuius sibi assignatur reditus , si cõtingat eũ ad id muneris assumi,singulos Canonicos teneri in causam eius mercedis, cõtribuere de singulis eorũ prębẽdis,si reditus supersint, *Host.in eod.c.quia nõnullis sub n.10. vers.quid si non vacat, Io.And.n.11. Anchar.n.5.*
131 Quod † intelligitur magis de honestate , quàm ex dispositione illius Canonis,si neque ante vacationem nolint huiusmodi Magistrum habere, vt declarant ibidem *Abb.nu.4.* & sequitur *Ioan.de Anan.num.5.& 6.& Marian.Socin. nu.32.& 33.vers.Dominus tamen meus.*

Quapropter, facrum Conciliũ dicta *sess.25 c.1.* mandat illi Magistro Grammatices , aut assignari beneficium, aut persolui mercedem, vel ex Capitulari , vel ex Episcopali mensa condignam , vel aliàs per Episcopum rationem aliquam iniri , nè adeò fructuosa prouisio negligatur.

Hinc factũ est,vt munia hæc consueuerint mandari ipsismet Capitularibus,vndè prodierũt Scholastriæ, Canonicatus doctorales, Theologales, & tandem etiam , ex dispositione eiusdem Concilij *sess.24.c.8.* Canonicatus Pœnitentiarius, de quibus omnibus latissimè agit *Garz.de benef.par.5. cap.4. ex num. 110.*

Hi igitur Canonicatus,circumscripta cõsuetu-
132 dine,aut alio iure singulari, non prouidentur † simul per Episcopum,& Capitulum, sed Episcopus eligit personam , præbenda autem confertur per eum, aut eos, per quem, vel per quos antea conferebatur, vt per eundem *Garz. eod.c.4. ex num. 137. & 145.* vbi de Pœnitentiario, & ex *nu.162.* vbi agit de istis Canonicatibus Lectoralibus.
133 Nequè verò per Episcopum tàm mandatur onus istud personæ,quàm illud idem præbẽdæ annectitur, *Hostien.in prealleg. cap.quia nonnullis num.12.vers.verum cum magister*, & ibi etiam *Henricus de Boich.num.15.*
134 Erit tamen locus † simultaneæ respectu Scholastici, siuè Magistri Grãmatici,vt disponit textus in *d.c.quia nonnullis*,& aduertit *Butr. sub nu.4. vers. Magistrum verò, Io. Andr.sub num.5. vers. de electione tamen, Anchar. num.2.*
135 Insertur vndecimo;in collegiatis † Ecclesijs inferioribus à Cathedrali, in quibus cessat præmissa ratio, nequè tanta est communio Episcopi cum Capitulo, inspecta eadem iuris communis dispositione,collationem simultaneam prætendi nõ posse,sed cõpetere ius præsentandi,siuè eligendi Capitulo,ius autem instituendi, siuè confirmandi, ad Episcopum pertinere , quæ fuit sententia Ioannis de Lignario,quam probauit *Abb.in præcit.at.cap. cum Ecclesia vulterana, sub nu.8. vers. quoad secundum casum , de elect.*

Quamuis enim multi tenuerint, solidam collationem pertinere ad Episcopũ, *Io.de Imol.in eod. c.cũ Ecclesia Vulterana sub num 5.post medium vers.& hæc opinio.* Alij vero opinati fuerint, eandem solidã prouisionem,pertinere ad Capitulũ,& eius Prælatum, sine aliqua Episcopi participatione, vt commemorat *Abb.vbi supra*, quod voluisse videtur *Io.And.in c.significatum sub.n.1. in primo notabili de praben.* & constat,aliquando placoisse Rotæ,vt in *antiq. de concess.praben. decis.4.vers. alij vero,& dec.8.per totã de prab.in eisdẽ antiq. Put decis.130.lib.1.in correctis,Decian.consi.6.n. 11.lib.1. Lap.alleg.31.n.1 vbi Mãdos.altos citat.* Nequè defuerint, qui pronunciauerint , Episcopum posse conferre , adhibito duntaxat consilio Capituli, *Feder.de Sen.cons.34.n.1.*

Nihilominus Rota videtur crebriùs, & tenaciùs dictæ opinioni Ioãnis de Lignario, ab anno 1520. adhæsisse,vt refert *Cassad.dec.22.n.2.& 3.de præb.* & consentiunt omnes ferè relati suprà sub *num.8.*
136 Infertur duodecimo;† simultaneam hanc multo minùs prætendi posse in Ecclesijs Regularibus, in ijs enim diuerso Iure vtimur;nam si exemptæ non sint, Episcopus fundat intentionem suam super libera potestate cõferendi,quod enim diximus hoc libro *q.2.ex n.1.* ipsi assistere Ius cõmune, quã la-
137 tè patet eius Diœcesis , nedùm procedit † respectu Secularium,verùm etiam Regulariũ,vt est *tex. in can.1.18.q.2.& in c.Abbate* vbi *Panor. n.3.de verb.sign. Gonz.ad reg.de mens.gloss.23. n.21. Seraph.dec.1353.sub n.3.vers.etiã in regularibus.*

138 Et

138 Et vbi proceditur † per præsentationẽ, vel ele-
ctionem, ipse idem fundatam habet intentionem
suam pro Iure instituendi, & confirmandi, *Abb. in c. cũ venissent, sub n. 9. vers. & idem dicit de instit.*
adeo quod Conuentus habeat quidem electionẽ
Prælati, Episcopus verò confirmationem, vt per
eum *tex.* innuit *gloss. in d. can. 1. 18. q. 2. in verb.*
instituere, & docet *Abb. in cap. cum venerabilis, sub. num. 45. vers. Dic tamen de except.*

139 Si verò sint exemptæ, † & de Conuentualibus
agatur, indubitatum est, prouisionem spectare ad
Prælatum, & Conuentum simul; si verò non sint
Conuentualia, ad solum Prælatum, vt post *Io. de Selu. in tract. de benef. par. 2. q. 22. ex n. 45. & 51.*
declarat *Gonzal. ad reg. de mens. glos. 23. n. 20. & 21.* & de his fusissimè pertractat *Gemin. in can.*
140 *1. dist. 21. in 3. col. vers. Secundo † casu*, vbi docet,
in hac materia plurimùm deferri consuetudini.

Quinimò, cùm inter prouisos agitur, nihil po-
141 tiùs attenditur, quàm vltimus † status, iuxta ter-
minos *tex. in cap. consultationibus, de iur. patron.*
Rota decis. 147. num. 2. par. 1. diuers. & latissimè fuit conclusum in Assisien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram Cardinali Sacrato, & in Maioricen. Thesauraria 18. Maij 1622. coram Reuerendiss. D. Coccino, superiùs allegatis.

142 Ad eum enim † Collatorẽ dicitur verè, & pro-
priè spectare collatio, qui est in quasi possessione
conferẽdi; quamuis enim verbũ *pertinere* sit ana-
logum ad proprietatem, & possessionẽ, vt ait *Rot. decis. 49. nu. 3. de rescrip. in antiq.* tamen alia est
143 pertinentia † collationis, & longè alia est pertinẽ-
tia iuris, & proprietatis ipsius collationis; quippè
collationis pertinentia in sola, & nuda possessione
cõstituitur, vt determinat *Rota d. decis. 49. per tot. præcipuè sub num. 3. vers. & pro prima parte.*

144 Et hinc, Indultum † de conferendo beneficia re-
seruata, quæ aliàs cessantibus ipsis reseruationi-
bus, ad Indultarij collationẽ spectant, nõ capit be-
neficia, in quorũ collationis possessione alter exi-
stit, etiamsi ius cõferendi ad ipsum Indultariũ per-
tineat, *Put. dec. 200. lib. 1. Mohed. dec. 8. de priuil.*

145 Et quamuis regularitèr, † quasi possessio rema-
neat absorpta à proprietate notoria, iuxta doctri-
nam *Abb. in d. c. consultationibus n. 9.* secundũ ea,
quæ exposuimus in superiori libro *q. 34. ex n. 29.*
146 nõ tamen † indè resoluitur prouisio iam facta ab
eo, qui ex vltimo statu habitus est pro legitimo
collatore, secundũ ea, quę in *d. q. 34.* explicauimus;
147 etenim, † in hac quoque materia, sibi locum vindi-
cat quod passim traditur, cõmunem errorem, pro-
pter publicam vtilitatem, ad cuius finem omnes
leges intensæ sunt, ius constituere, *vulg. l. Barbarius de off. prat. Rota decis. 608. nu. 12. p. 2. recent.*

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio sua, ni vnicuiquè seruetur, ordo confunditur.*
2 *Collatores ordinarij, vtrum dicantur grauari ex prouisionibus Apostolicis.*
3 *Detrahere aliorum potestati, Canones detestãtur.*
4 *Sedes Apostolica, habet potestatem super omnes mundi Ecclesias.*
5 *Papæ, totus Orbis stat pro Diœcesi.*
6 *Romana Ecclesia, ad instar totius Orbis quatuor Patriarchijs effulget.*
7 *Papa solus, inter Principes sæculi, propriè dicitur Monarcha.*
8 *Et quæ sit ratio, remissiuè.*
9 *Papæ summa, eaquè absoluta est potestas, seù plenaria dispositio respectu beneficiorum Ecclesiasticorum.*
10 *Papa, dicitur administrator omniũ Beneficiorũ.*
11 *Quinimò Dominus.*
12 *Papa, circa Beneficia habet laxas habenas.*
13 *Papæ voluntas vbi liquet, in materia Beneficiaria, frustrà quæritur de eius potestate.*
14 *Papæ potestas circa Beneficia, in administrando quæ.*
15 *Papa vt creare, ità & potest annihilare Beneficiales titulos.*
16 *Papa, est Dominus fructuũ omnium Beneficiorũ.*
17 *Papa iure suo vtitur, quãdo grauat fructus Beneficij, etiam sine consensu Titularis, & eo inuito.*
18 *Papa, põt fructus vnius Ecclesiæ, alteri applicare.*
19 *Papa, potest concedere facultatem Beneficiario disponendi de fructibus.*
20 *Etiam in præiudicium successorum.*
21 *Papa potest prouidere de Beneficijs vbicũquè sitis.*
22 *Papa, dum confert iure concursus, præualet eius collatio, vi amplioris prærogatiuæ.*
23 *Papæ potestas amplissima in conferendo, non potest minui per Concilium.*
24 *Conferendi ius, non originatur in Episcopis, sed in eos defluit à Papa.*
25 *Papa solus habet plenitudinem potestatis, alij verò Episcopi dicũtur vocati in partẽ sollicitudinis.*
26 *Papæ remanet integra, et plenior potestas, inabdicabilitèr, etiam per concessionem alteri factam.*
27 *Papa cõfert Beneficia, etiã in mẽsibus ordinarijs.*
28 *Papæ suprema potestas, ab eius persona prorsus inabdicabilis.*
29 *Papa, conferendo Beneficia spectantia ad collationem Ordinariorum, nihil eis detrahit.*
30 *Text. in can. peruenit 11. quæst. 1. expensus.*
31 Defensoris, *in Sicilia antiquum officiũ descriptũ,*
32 *Text. in can. ecce in præfatione dist. 99. explicatus.*
33 *Papa par est omnibus Episcopis in ordine, at maior in iurisdictione, & administratione.*
34 *Petrum, Apostolis vbiquè loco Domini fuisse, eisquè præfuisse.*
35 *Papa, applicando bona vnius Ecclesiæ alteri, simpliciter tangit administrationem.*
36 *Ecclesia Catholica, vna, cuius Principatus apud Ecclesiam Romanam, à qua reliquæ instituta.*
37 *Papæ potestas in Beneficialibus, vt in conferendo, sic procedit in auferendo, etiam sine causa.*
38 *Potestas ordinata in Papa.*
39 *Absoluta potestati, opponitur ordinata.*
40 *Absoluta potestas in Principe, malè audit.*
41 *Legis nomen quando mereatur, quod libitum est Principi, ex sententia Beati Thomæ.*
42 *Potestatis plenitudo, exigit certam scientiam in Principe vtente.*
43 *Papam posse auferre Beneficium sine causa, quò referri debeat.*

44 *Papa, omnia Beneficia sunt obedientiaria, & manualia.*
45 *Papa, nusquàm consueuit aliquem priuare Beneficio, sine causa.*
46 *Quod procedit ex mera illius æquitate.*
47 *Episcopus, nunquàm priuatur Episcopatu, præterquam ex causa legitima.*
48 *Papa, dùm priuat aliquem Beneficio, vtitur iudicio rationis.*
49 *Sed rationem soli Deo reddit.*
50 *Papa, non potest dici, cùr ita facis.*
51 *Causa iusta, præsumitur in facto Principis, etiam dum derogat iuri.*
52 *Præterquàm, si deroget iuri diuino, aut gentium.*
53 *Papa, non censetur etiam ex plenitudine potestatis, derogare proprio contractui, etiam si contineat liberalitatem.*
54 *Iudex, non potest reuocare in dubium, decretum Principis sub prætextu defectus causæ.*
55 *Quod intelligitur, de Principe non recognoscente Superiorem.*
56 *Beneficium acceptãs, censetur se obligare ex quasi contractu ad illius administrationem.*
57 *Quod procedit inter ipsum, & Ecclesiam.*
58 *Papa, si alicui auferat Beneficium, an teneatur ei dare recompensam.*
59 *Episcopus, quando etiam inuitus possit remoueri ab Episcopatu*
60 *Papa cùm priuat aliquem beneficio ex certa causa expressa, illa præsumitur vera.*
61 *Causa expressio in Papa, quando super aliquo disponit, quo casu exigatur.*
62 *Papa, prouidet Beneficia spectantia ad collationem inferiorum quintuplici iure, vt hic.*

QVÆSTIO XXII.

Quo iure, Romanus Pontifex conferat beneficia dissita in Diœcesibus Episcoporum?



CVM potestas Episcopi, circa prouisionem, & ordinationem Ecclesiarum, beneficiorũquè suæ Diœcesis, adeo sit radicata in iure communi, vt vidimus in præcedentibus, vix esse aliqui putarunt, posse Romanum Pontificem, talia
1 beneficia conferre; scribente † Gregorio ad Romanum Defensorem Siciliæ, *nam si sua vnicuiquè Episcopo iurisdictio non seruatur, quid aliud agitur, nisi vt per Nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur?* prout relatum est in *can. peruenit 11. quæst. 1.* quam sententiam extulit *Lucas de Penna*, tanquàm illi textui congruentem in *l. 2. sub num. 5. ad med. vers. si enim vnicuiquè, C. de execut. & exact. lib. 12. Reuerendissimus D. Coccinus decis. 238. num. 2.*
Hinc Abbas in *cap. mandatum 38. num. 3. de*
2 *rescrip.* notat per eum textũ, † Ordinarium grauari, quando Papa confert beneficia, ad illius collationem pertinentia, & in *cap. quia diuersitatem num. 5. de concess. præben.* scripsit, quòd etsi possit concurrere in collatione beneficiorum cum quolibet Ordinario, veluti Ordinarius totius Orbis, non tamen honestum esse, vt auferat alijs pote-
3 statem, quasi † id videatur per Sacros Canones damnatum, vt in *d. can. peruenit, & in can. Ecce in præfatione, 99. dist. & Abbatia* sequutus fuit *Cosm. Guimier. in glos. pragm. sanct. §. Item placuit in verb. suadet, quæ est vltima.*
Verùm, vt etiam aduertit *Gonzal. ad reg. de mensibus in 1, §. procem. ex num. 31. & per to-*
4 *tum*, hi euidentèr lapsi sunt, cum † Sedes Apostolica super omnes mundi Ecclesias Iurisdictionem obtineat vi sui Principatus, quem B. Petrus Apostolus, Domini voce, & tenuit semper, & tenebit, inquit *tex. in can. cuncta per mundum 9.*
5 *quæst. 3.* hincquè totum † terrarum Orbem illi stare pro Diœcesi, inquit *Felin. in cap. graue sub num. 2. post med. vers. & de hoc posset etiam dici, de offic. ordin. Bero. cons. 72. num. 25. lib. 1. Bursat. cons. 392. num. 9. & 10.*
6 Qua ratione, ad instar † totius Orbis, Romana Ecclesia, quatuor Patriarchijs effulget, vt considerat *Archid. in cap. fundamenta 17. num. 8.* & ibi *Io. Monach. num. 6. & Prob. ad eum num. 8. Gemin. num. 6. & Ioan. Andr. num. 4.* Papaquè,
7 eius † Rector, inter Principes seculi, solus propriè tamen, dicitur Monarcha, vt ex *text. in cap. ad Apostolica de senten. & re iudic. in 6.* colligunt *Rom. cons. 467. num. 3. & Rimin. Iun. cons. 57.*
8 *num. 22. lib. 1.* cuius † sententiæ viuam, & irrefragabilem rationem exponit *Tholos. Syntag. iur. lib. 18. cap. 2. num. 6.* & in Regimine Ecclesiæ latissimè tuetur *Bellarm. controuer. to. 1. de Roman. Pontif. lib. 1. ex cap. 5. & 10.*
9 Quapropter, † non est Catholicorum aliquis qui neget summam, eamquè absolutam esse Romano Pontifici potestatem in Ecclesiasticis beneficijs, quam nuncupamus dispositionem plenariam, *cap. 2. de præben. in 6. Rimin. sen. cons. 462. num. 4. lib. 3. & cons. 719 num. 5. vol. 4. Rimin. Iun. cons. 76. num. 2. lib. 1. cons. 165. num. 6. & cons. 178. lib. 2.*
10 Adeò vt, † nedùm eorundem beneficiorum dicatur administrator, *Menoch. cons. 436. n. 1.* quod admittunt Theologi omnes post *D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. in resp. ad 7. Soto de Iust. & iur. lib. 3.*
11 *q. 6. art. 2.* Sed etiam † Dominus, idem *Menoch. cons. 192. num. 7. Bursat. cons. 126. num. 11. Surd. cons. 25. num. 2.*
12 In his enim, † effusas, laxasquè habet habenas,
13 Idem *Surd. cons. 386. num. 21.* Intantum † vt vbi cõstat de voluntate, frustrà quæratur de illius potestate, *Ferret. cons. 65. nu. 5.* in his enim verè stat ei pro ratione voluntas, *glos. in cap. si gratiosè in verb. à Romano Pontifice*, & ibi *Gemin. nu. 16. de rescrip. in 6. Cened. Can. quæst. 22. sub nu. 4.*
14 Et quamuis nonnulli sint, qui † potestatẽ hanc referant ad ius administrãdi, vt per *Sot. vbi supra*,
15 nihilominus istud ius compatibile est † cum pleno dominio; quemadmodùm enim dùm beneficium persistit in esse suo, negari nequit in Papa absoluta eius administratio, itá nèc potest con-
trouerti

trouerti illius abſolutum dominium reſpectu ip-
ſius tituli beneficialis, qui vt creatur per ipſum
Papam, quemadmodùm oſtendimus *lib. 1. q. 4. ex*
n. 53. Itá & per ipſum poteſt deſtrui, & annihilari,
vt latè deducit *Menoc. conſ. 597. n. 5. & 9. cũ ſeq.*
16 Et dùm adminiſtrat, † ſemper etiam remanet
dominus fructuum, *Alciat. conſ. 1. num. 17. lib. 1.*
17 quapropter Iure † ſuo vtitur, quandò eos gra-
uat penſione, *Bero. conſ. 16. nu. 2. vol. 1.* etiam non
conſentiente, & inuito Titulari, vt ſcribit *Pariſ.*
18 *conſ. 5. nu. 85. lib. 4.* vel † applicat alteri beneficio,
aut eccleſiæ ex cauſa aliqua ſibi benè viſa, *Ferret.*
conſ. 32. nu. 31. Aym. qui rationem adducit *conſ.*
152. ſub num. 8. verſ. & poteſt Papa, aut deniquè
19 cùm, † beneficiario concedit facultatem diſponẽdi
20 de fructibus, *Menoch. conſ. 382. n. 4.* etiã in † præ-
iudicium ſucceſſorum, *Ferret. conſ. 128. num. 5.*
Ex quibus patet, multo magis Iure ſuo vti,
21 cùm † de beneficijs Eccleſiaſticis quantumcunquè
in alienis Diœceſibus prouidet, vt eſt *tex. in can.*
22 *nunc verò 9. q. 3.* & ideò in concurſu † collationis
factæ per inferiorem eodem tempore, prænalet
collatio Papæ, vi amplioris prærogatiuæ, vt loqui-
tur *tex. in cap. ſi à ſede 31. de praben. in 6. & in*
clem. 1. circa fin. verſ. ſalua tamen, vt lit. penden.
cum latiſſimè adductis, & comprobatis in *vna*
Corduben. beneficiorum 6. Febr. & 2. April. 1612.
coram Illuſtriſs. D. Cardinali Caualerio.
23 Quam quidem † prærogatiuam, nullum poteſt
Cõcilium ei adimere, aut minuere, aut reſtringe-
re, vt rectè cenſuit *Azor. mor. Inſtit. par. 2. lib. 6.*
cap. 34. in 2. quaeſt. verſ. cæterùm ad fin. Vndè ij
24 omninò † rectè cenſuerunt, qui ius iſtud confe-
rendi, nullatenùs arbitrati ſunt immediatè origi-
nari in ipſis Epiſcopis, ſed in eos defluxiſſe, & de-
fluere ab ipſo Summo Romano Pontifice, vt in
ſpecie tradit *Petr. de Peruſ. in tract. de reſer. in*
princ. num. 2. Cened. cano. quaeſt. 22. ſub num. 3.
25 *verſ. quid Papa*, In eo † enim ſola poteſtatis ple-
nitudo elucet, cui omnes alij Epiſcopi ſubſident
tanquàm mẽbra, & vocati in partẽ ſollicitudinis,
nõ autem in plenitudinẽ eandem, *can. decreto, qui*
eſt 11. in ordine, cum ſeq. 2. q. 6. can. multũ 3. q. 6.
Nil ergò refert, quod eiſdem Epiſcopis adeò
amplam conceſſerit poteſtatem in eorum Eccle-
26 ſijs, cum eandem † nihilominus, & maiorem pe-
nes ſe retinuerit, vt ait *tex. in cap. dudum §. nos*
igitur, iuncta glo. in verb. eadem, de praben. in 6.
27 *Caphal. conſ. 539. n. 12. & 49* etiãſi facta ſit † cõ-
ceſſio reſpectu certorum menſium, cum reſerua-
tione aliorum, proùt hodie continet Regula ipſa
de menſibus, *Menoch. conſ. 83. n. 9. 10. 23. & 28.*
28 Eſt enim † impoſſibile, vt ſupremam illam po-
teſtatem à ſe abdicet, vt conſiderat *Caphal. d.*
conſ. 539. nu. 12. & accuratè adnotauit *Reueren-*
diſſimus D. Coccin. in vna Eluen. beneficij 21. Iu-
nij 1604. coram bon. mem. Penia, quæ adnotatio
legitur impreſſa apud *Marcheſan. to. 2. pag. 607.*
Nequè ideò, circa vſum poteſtatis huius, intel-
ligitur Papa Iuri alieno detrahere: Quantum
29 enim ad præiudicium inferiorum † collatorum,
atquè ità in ipſo articulo poteſtatis conferendi,
ſatis ex præmiſſis hoc apertum eſt, & etiam de-
monſtrat *Ari. Pinell. in Rubr. par. 1. cap. 2. num.*
30. C. de reſcind. vend. nequè enim in hoc contin-
git ea turbatio Ordinis Eccleſiaſtici, quæ ſuppo-
nitur in ſuperiùs allegato *can. peruenit 11. q. 1.*
30 Textus enim ille † non loquitur de aliquo facto
Papæ, ſed de facto ſimplicis eius Officialis, videli-
31 cet Defenſoris Siciliæ, cuius facultates † cum nõ
conſiſterent in iudicando, ſed duntaxat in defen-
dendo bona Pauperum, & Eccleſiarum, & nihilo-
minùs facultatem iudicandi ſibi arrogaret, Gre-
gorius ad eum ſcribens monet, vt intra ſuos fines
ſe contineat, fuerant enim Officiales huiuſmodi
tùnc recens ab eodem Gregorio creati, & depu-
tati, vt habet *Baron. in anno 598. num. 3.*
32 Nequè *tex. † in can. ecce in præfatione diſt. 99.*
ſatis etiam fuit perpenſus per *Abb. loco ſuperius*
alleg. eſt enim textus ille, cui plurimùm etiã nunc
innituntur Sectarij, qui Primatum Sedis Apoſto-
licæ negant; Verùm vt patet ex eius lectura, dam-
natur ibi duntaxat arrogatio immediatæ poteſta-
tis, per quam nihil cæteris relinquatur, vt ibi, &
in antecedenti canone *in verſ. nunc dicendũ eſt*,
poſt B. Thomã, declarat Turrecremata; & ſic ea eſt
arrogatio ſuperioritatis in ordine, non in admini-
ſtratione ſeparata ab ordine, vt ex noſtris pulchrè,
& doctè ſcribit *Gomeſ. in c. 1. ex n. 36. de conſt.* &
nouiſſimè etiam explicauit *Suarez in libro, cui ti-*
tulum fecit Defenſ. fid. Cathol. par. 3. cap. 19. nu. 6.
33 Reſpectu enim Ordinis, Papa † Epiſcopis omni-
nò par eſt, nequè ſupra illos vult, aut intendit
extolli; at reſpectu Iuriſdictionis, & adminiſtra-
tionis Pater, & Caput ipſorum eſt, vt pulchrè etiã
docet *Prapoſ. in eo. can. ecce in præfatione, circa*
med. verſ. quarto poteſt intelligi, vbi refert Cy-
rillum in *libr. Theſaur.* dicentem, Apoſtolos in
34 Euangelijs, & Epiſtolis affirmaſſe, in † omni do-
ctrina Petrum eſſe loco Domini, & in regimine
Eccleſiæ locum tenere eius, dantes ei locum in
omni Capitulo, & Synagoga, in omni electione, &
confirmatione, cui omnes, Iure Diuino, caput in-
clinant, & Primates mundi tanquàm ipſi Domino
Ieſu Chriſto obediunt; fuſiùs rem hanc proſequi-
tur *Alphonſ. Aluar. Guerrer. de vi, ac poteſt. Rom.*
Pont. c. 1. ex n. 20. & Bellarm. loco ſuperius citato.
35 Quantum verò † ad præiudicium alicuius par-
ticularis Eccleſiæ, dùm ab ea diſmembrat aut re-
ditus, aut bona quæ applicat alteri Eccleſiæ, ſimi-
litèr nemini intelligitur auferre ius ſuum, verius
enim eſt inde tolli adminiſtrationẽ, quàm domi-
nium, quod propriè loquendo, non eſt apud ali-
quam Eccleſiam particularem, ſed apud Chriſtũ,
cuius Vicarius eſt Papa, cum omnimoda poteſta-
36 te in terris, eo quià † Eccleſia Catholica, cuius
Chriſtus eſt caput, eſt vna, cuius Principatus eſt
apud Eccleſiam Romanam, quæ fuit à Deo im-
mediatè inſtituta, cæteræ verò Eccleſiæ tanquam
Riuuli, fuerunt inſtitutæ ab ipſa Romana Eccleſia,
vndè quicquid iuris eſt apud particulares Eccle-
ſias, eſt etiam apud Papam, vt his fermè verbis, ita
ratiocinatur *Paul. de Caſtr. conſ. 288. incip. pri-*
mum dubium, n. 2. & fuſiùs in *conſ. 414. n. 3. & 4.*
lib. 1. cũ alijs quos in hanc rem congeſſit, & ſequu-
tus fuit *Crauett. in ſuperiùs alleg. conſ. 152. nu. 8.*

Et deniquè, quantum pertinet ad propositum
articulum Iuris conferendi, vt eadem amplissima
37 potestas † non solùm consistit in conferendo, sed
etiam in auferendo, sine causa æquè, ac cum causa,
ex latè adductis per *Dec. in cap. quæ in Ecclesia-
rum, num. 111. de Constit. Crauett. in tract. de
antiquit. temp. par. 1. sect. non omitto, ex num. 33.
Gabriel. de iure quæs. non toll. conclus. 1. ex nu.
9. Gonzal. ad reg. de mens. in §. 1. procem. ex n. 36.
Capbal. cons. 97. nu. 19. Bursat. cons. 200. nu. 14.*
propè infinitos congerit, & tandem in hac sen-
tentia residet *Hojed. de benef. compatib. par. 1.
c. 13 nu. 58. per to. vsquè ad vers. decimo septimo,*
quam sententiam probauit Rota apud *Mohed.
decis. 4. nu. 2. de restit. spol. & Seraph. decis. 997.
num. 7.* paritèr neque dum ità aufert, detrahit iu-
ri illius à quo aufert.

Quamuis enim id faciat de superiori potesta-
38 te, eadem † tamen potestas, ordinata est, prout il-
lam sic qualificat Geminianus *in cons. 99 num. 7.*
39 etenim absolutæ † opponi ordinatam potestatem,
non ordinariam (vt frequentius vulgò iactari con-
sueuit) benè aduertit *Ant. Fab. ad tit. instit. de
Iust. & Iur. princ. 2. confutat. 3. vers. distinguunt
40 enim,* vbi quod bono † Principi, ea distinctio mi-
nimè probatur, inter videlicet absolutam, & ordi-
nariam, quippè absoluta illa malè audit, ex *The-
saur. decis. 91. nu. 6. post Couarr. variar. resolut.
lib. 3. cap. 6. nu. 8. & Vasq. Illustr. controu. lib. 1.
cap. 26. num. 22.*

41 Idquè summa cū ratione, nequè enim † id om-
ne pro lege accipimus, quod dominātis libido in-
uehit, sed quod Principi placet, idest à recta ratio-
ne proficiscitur, aliàs nō esset lex, sed iniquitas, in-
quit *D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 1. in resp. ad 3.* qui sic
declarat *tex. in l. 1. in princ. ff. de constit. Princip.*
& sequuntur alij, quos cumulat *Christoph. de An-
guia. in tract. de legib. lib. 1. controu. 4. num. 6.*

42 Exigitur autem in Papa † certa scientia, ex qua
posit argui voluntas vtendi ea superiori potesta-
te, quam nostri vocant plenitudinem, *Rom. cons.
369. sub num. 28. vers. hac autem maximè vera
sunt,* cum adductis ibi per Addentes.

43 Quod autem dixi, posse † Papam auferre bene-
ficium sine causa, referendum magis est ad poten-
tiam, quàm ad actum, vt videlicet si de facto vel-
let, hoc etiam de iure posit, eo quòd factū opti-
mè iustificetur ex sola, & nuda eius voluntate, cum
44 ipsi † omnia beneficia mundi sint obedientialia,
& respectu Papalis Potestatis, manualia, vt ait
*Bald. in l. rescripta sub num. 8. vers. item omnia
beneficia mundi C. de prec. Imper. offeren. Alciat.
de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 8. num. 3. Barbat. in
tract. de præstan. Card. in prima par. sub num. 64.
vers. & ideo bellissimè, Alex. cons. 74. nu. 29. lib. 4.
Dec. cons. 124. num. 4. Capbal. cons. 235. num. 2.
Cened. can. quæst. 22. sub num. 3. vers. & respectu
Papæ.*

45 At minimè vnquàm † ità ad actum id venit re-
ferendum, vt hinc credatur, Papam aliquando ab
re, cuiquam beneficium suum auferre, etenim
nusquàm hoc aut fieri vidimus, aut legimus, & ità
accipienda est illorum sententia, qui causam in
Papa exigunt, de qua latè per *Felyn. in cap. quæ
in Ecclesiarum num. 42. de constit.* id enim pro-
46 piùs † accedit cuidam æquitati, quàm Iuris dispo-
sitioni, vt declarat *Capbal in superius allegat.
47 cons. 97. sub num. 19.* quicquid sit † respectu Epi-
scopatuum propter singularem rationem matri-
monialis vinculi inter Episcopum, & Ecclesiam, in
cuius vinculi dissolutione exigitur omnino aut
Ecclesiarum necessitas, aut vtilitas, iuxta *Roman.
cons. 467. n. 6.* Quamuis enim *glos. in can. per prin-
cipalem, in verb. ad nos 9. quæst. 3.* pronunciauerit
Papam posse deponere Episcopum, tamen non di-
xit hoc posse sine causa, prout aliqui eidem glos-
sæ immerito imponere videntur, & in specie
Gambar. de offic. leg. lib. 10. num. 378. cum seq.
Quocircà respectu (vt dixi) Episcopatuū, optimè
procedent ea quæ longo ordine scribit *Ar. Pinel.
in Rubr. par. 1. cap. 2. sub num. 30. vers. altera in-
spectio C. de rescinden. vend.* sed non procedent
respectu inferiorum beneficiorum, vt aduertit *Ce-
ned. d. quæst 22. num. 3.*

48 Et propterea vtcunquè admittamus † in his
exigi iudicium rationis, vt loquitur *Ferret. in
49 cons. 279. num. 5.* tamen † rationem hanc soli Deo
reddere tenetur, vt concludit *Capb. dicto cons. 97.
50 num. 14.* Nimis enim † temerè cum Papa agere t
homo, qui auderet ei dicere, cur ita facis? vt vbi-
què conclamant D.D. *Decian. cons. 14. num. 59.
lib. 3. Bursat. cons. 592. num. 9.*

Vndè etiam si exigeretur causa, nō tamen hinc
sequitur, quòd eam reddere, aut exprimere tenea-
tur, nequè adhuc tamen indè argui posset causæ
51 defectus, quià † illa semper præsumitur, vt decla-
rat *Butr. in dicto cap. quæ in Ecclesiarum sub nu.
28. vers. aut est dubium, & ibi etiam Felyn. n. 60.
de constit. Aym. cons. 135. num. 41. Alex. cons. 1.
num. 5. lib. 2.* quam regulam latè exornat *Curt.
52 sen. cons. 49. num. 30.* & licèt † non procedat nisi
in his quæ sunt iuris positiui, non autē in his quæ
sunt iuris diuini, aut etiam iuris gentium, vt post
alios latissimè explicat *Alciat. de præsumpt. d.
53 reg. 3. præsumpt. 8. ex num. 4.* vbi † id exemplificat
in contractu etiam continente liberalitatem, ex
Romani cons. 352. num. 22. nihilominus id non
pertinet ad hanc controuersiam, in qua supponi-
mus, titulos beneficiales esse de mero iure positi-
uo, & ipsa beneficia ex natura sua (quantum ad
54 Papam) fore manualia; Vltrà quod † nequè etiam
in alijs liceret Iudici, aut cuius Magistratui de fa-
cto ipsius Papæ, qui etiam ipsius iuris diuini est In-
terpres, inquirere, an videlicet motus esset cum
causa, vel sine, atquè ità in dubium reuocare de-
55 cretum ipsius, quemadmodùm † nequè alterius
supremi Principis non recognoscentis Superiorē,
vt plenè deducit *Curt. sen. in præalleg. cons. 49.
sub num. 26. vers. non enim solent Iudices,* & ad-
mittit *Alcia. d. præs. 8. sub num. 7. vers. vndè dato.*

Nequè dicatur, acceptantem beneficium, vide-
56 ri † ex quasi contractu se obligare ad illius admi-
nistrationem, ac proindè omninò exigi iustam
causam, vt ità arguebat *Bero. cons. 177. num. 65.
lib. 2. post Card. cons. 142. sub num. 2. vers. pro hoc
quod Papa,* quià quicquid dici possit respectu Ec-
clesiæ,

57 elesiæ, tamen respectu † ipsius Papæ, non cadit ali-
qua obligatio, quæ reciprocet cum obligatione
Beneficiarij, & in consequens nèc cadit considera-
tio alicuius contractus, aut quasi contractus, *l. 4.*
§. si quis absentus ff. de oblig. & act. Inst. de oblig.
quæ ex quas. contr. nasc. in princ. & per tot.
58 Ex quo etiam intelligitur, perperam † aliquos
existimasse, si contingat quempiam sine causa pri-
uari beneficio, Papam teneri eidem dare (vt lo-
quuntur) contracambium; nàm *Innoc. in cap. nisi*
cùm pridem, sub num. 5. vers. nos dicimus, de re-
nunciat. cui primum hæc sententia adscribitur,
59 loquitur † in Episcopo, remoto ob iminentem
destructionem Ecclesiæ, aut magnum aliquod scā-
dalum, periculúve in spiritualibus, ac temporali-
bus, iuxta terminos dicti textus, & ità doctrinā il-
lam expendit etiam *Abb. in cap. 1. sub n. 8. vers. &*
vide singulare dictum de electio. at in inferiori-
bus, sententia ista nullum habet fundamentū, quic-
quid existimauerit *Ias. in l. vlt. sub num. 3. vers.*
facit benè C. si contra ius, vel vtil. pub. & in cons.
213. num. 21. lib. 2. & cons. 46. nu. 16. vers. Quar-
to D. Ioannes Maria, lib. 3. motus auctoritate
Bald. in cap. 1. §. ad hæc, de pace iuram. firm. qui
tamen in meo libro hoc non dicit, cum alijs, qui
nimis facilè ipsum sequuti, in hunc errorem im-
pegerunt, quos retulit, & visus est sequi *Menoch.*
cons. 103. num. 29. nam & ipse Iasoo contrariam
sententiam probauit in *l. Barbarius num. 43. de*
offic. Prato. & in l. quoties sub num. 13. vers. sed
aduerte C. de rei vendic. & ex præmissis constat,
opinionem illam in iure non subsistere.
Sed, vt dictum est, penè vana, & frustratoria hæc
est controuersia, quià Summus Pontifex, nusquàm
priuat aliquem beneficio sine causa, etiā expressa;
60 quo casu † præsumitur vera, ex dispositione *Clem.*
1. de probatio. secundū multiplicem tamē declara-
tionem, quam facit *Aymo de antiq. temp. p. 1. sect.*
61 *propositum nostrum, ex n. 1.* Constatquè † contra-
riam sententiam superiùs relatam, quod exigatur
expressio, & probatio causæ, vix admitti in Rescri-
pto contra generalem statum Ecclesiæ, vt decla-
rat *Innoc. in cap. quanto sub num. 5. vers. tamen si*
Papa, de consuet. Roma. cons. 483. num. 15. cum
alijs ibi telatis per *adden. in verbo exprimi.*
62 Quod igitur ad istud ius † prouidendi attinet,
Romanus Pontifex beneficia dissita per totum
Orbem in quibusuis diœcesibus, ac Prouincijs
quintuplici Iure prouidet; Primò, iure concursus,
quatenus tanquàm Episcopus vniuersalis, vt visum
est, cōcurrit cū ceteris inferioribus Collatoribus:
Secūdò, iure deuoluto, quià videlicèt ex causa ali-
qua, iuris cōferendi, de inferioribus Collatoribus
ad ipsum facta sit deuolutio: Tertiò, Iure præuen-
tionis, cùm videlicèt præueniendo vacationem
beneficij, mandat ea succedente certæ personæ
conferri, vel etiam ipse ex tunc confert: Quartò,
Iure reseruationis: Quintò deniquè, simplici via
Iuris, cùm scilicèt suggesta sibi per aliquem va-
catione de Iure, & occupatione de facto, mandat,
vocato intruso, illum detrudi, & beneficium ipsi
suggestori conferri, de quibus singulis, & singulo-
rum rationibus hoc libro disputabimus.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* dummodò de tempore datæ, *adiecta in prouisione Apostolica facta per viam concursus, præseruat Ius quæsitum alteri per præoccupationem inferioris Collatoris, quemadmodum Ius ex electione, vel præsentatione.*
2 *Papa, non præsumitur velle conferre beneficium plenum.*
3 *Princeps, nō censetur velle derogare Iuri alterius.*
4 *Iuris quæsiti præseruatio, intelligitur de Iure valido.*
5 *Papa confert Iure concursus, vbi impeditur, vel protrahitur prouisio inter inferiores.*
6 *Datæ effectus præcipuus, vt qui prior est in tempore, censeatur potior in Iure.*
7 *Papæ prouisio, in paritate Datæ, potioris est prærogatiuæ.*
8 *Datæ prioritas, qualitèr causetur ex tempore, vel ex adiectione horæ, remissiuè.*
9 *Papæ prouisio Iure concursus facta, si non constet eam esse posteriorem in Data, splendore suo præfocat quascunquè collationes inferiorum.*
10 *Data, initium est, & perfectio gratiæ.*
11 *Datæ inferiorum collatorum, concurrente Papa, suspectæ sunt de antidata.*
12 *Collatores inferiores, facilè substruunt fraudes prouisis Apostolicis.*
13 *Datæ suspicio, perpetuò est purganda prouisis ab ordinario contra prouisionem Papæ concurrentem.*
14 *Data parua, quandam dicatur.*
15 *Et quæ maior, siuè extensa.*
16 *Data parua, nusquàm apponitur supplicationi, ante signaturam Papæ.*
17 *Data eadem attenditur, & secundum eam regulatur data maior, & quæ apponitur in ipsis literis.*
18 *Data parua effectus qui sit, respectu supplicationis, cui est adiecta.*
19 *Gratia,* cui prius, *explicata cum sua forma.*
20 *Data in supplicatione,* cui prius, *est eadē in tempore cū parua Data, nèc potest probari contrariū.*
21 *Resignantis consensus, retrahitur ad diem paruæ Datæ, & quæ sit ratio.*
22 *Fictio, veritati præualet.*
23 *Fictio, non admittit probationem in contrarium.*
24 *Resignante mortuo, post signatam supplicationem, cogitur illius Procurator præstare consensum, qui retrahitur ad diem Datæ.*
25 *Datæ alteratio, non potest probari, vbi literæ sunt expeditæ.*
26 *Datarius, dicitur organum Papæ.*
27 *Datarij potestas circa supplicationes signatas, vel signandas, quanta sit.*
28 *Glossatoris antiqui lapsus, in articulo reprobationis Datæ.*
29 *Gratia Principis, signatura perficitur.*
30 *Quin solo verbo.*
31 *Signatura non perficitur, nisi post appositionem Datæ.*
32 *Data conciliat gratiæ vires, efficaciam, & initium.*

33 *Sup-*

33 *Supplicationis porrectio,facta Principi, in iure quaerendo, non attenditur.*
34 *Signatura perfectio, censetur dilata in tempus, cum dabitur.*
35 *Concurrendi voluntas, debet liquere, vt intret gratia Papae Iure concursus.*
36 *Et hae voluntas, vndè desumatur.*
37 *Mensis, an sit narrandus, vbi Papa prouidet Iure concursus.*
38 *Mensis cur debeat narrari.*

QVAESTIO XXIII.

Qui se habeat vsus Papae, in concurrendo cum alijs inferioribus Collatoribus.



Ea est Summi Pōtificis Modestia, vt tametsi, quemadmodum in praecedenti vidimus, omnia beneficia Ecclesiastica ipsi, veluti supremo Administratori, & Domino obediētialia sint, & manualia, nihilominus dùm prouidet per viam concursus, nusquàm omittat clausulam cōsuetam, *dummodo tempore Datae praesentium non sit spe-*
1 *cialitèr alteri ius quaesitum*, per quam † indubitatum est praeseruari ius competens ex praeoccupatione, *Rot. decis. 17. in 1. col. vers. nam Papa, de prab. in non.* & fuit latè decisum in vna *Ostunen. Capella 17. Nouembris, 1600. coram Iulio, & nouissimè in Ferrarien, Canonicatus 7. Nouembris 1625. coram Remboldo.*
2 Neque enim praesumitur † Papam, ceu Principē iustissimum, velle aut prouidere beneficio, cui iam sit de Rectore prouisum, *Roman. cons. 340. sub*
3 *num. 8. ad fin. vers. nec est dicendum*, aut † velle derogare iuri alterius, *l. 2. §. si quis à Principe ff. nè quid in flum. pub. cap. quamuis de rescriptis in 6. Felyn. in cap. causam quae, n. 10. eod. tit. Dec. cons. 11. num. 4. Crescent. decis. 5. sub num. 1. de concess. preben.* & in his terminis censuit *Rota in praalleg. Ferrarien. Canonicatus.*
4 Quod tamen intelligitur † de iure valido, & efficaci, non autem de inualido, & inefficaci; vndè cū discordia inferiorum contendentium super Iure conferendi, nō praeiudicet huic Papae potestati, siuè pergant inter se contendere, siuè etiam perperàm, & nullitèr conferant, vt in *Meten. Canonicatus 8. Nouembris 1577. coram Rubeo, & in recent. par. 4. decis. 702. num. 2. cum alijs relatis per Garz. de benef. par. 5. cap. 4. nu. 38.* Nihil est quin
5 hoc casu, prouisio † Papae facta iure concursus valida sit, vt in casu simultaneae disputat, & concludit *Feder. de Sen. cons. 1. sub n. 9. vers. solutio per iura, & per tot. Prob. ad Io. Monach. in Rub. sub nu. 8. de iurepat.* & vidimus in *q. 21. nu. 40. & 41.*

Itaquè, vbi cessante reseruatione, proferuntur hinc indè prouisiones Apostolicae, & inferiorum Collatorum, nihil potiùs attenditur, quàm Data
6 circa tempus, vt qui † est in Data anterior, censeatur quoquè in Iure potior, *iuxta reg. qui prior, Gloss. per eum tex. in cap. si à sede 31. in verb. nec appareat, de preben. in 6. & fuit responsum in vna Regien. Capella 2. Decembris, 1619. coram Illustriss. Cardinali Caualerio.*
7 Quod si Datae † omnino sint pares, tunc demū ratione potioris praerogatiuae, praefertur prouisus à Papa, iuxta terminos *tex. in dicto cap. si à sede*, quem latè exornant *Menoch. de arbit. Iud. casu 48. ex num. 1. & per tot. Gonz. ad reg. de mensibus in §. 3. proaem. ex num. 50. Faenut. de momen.*
8 *temp. cap. 18. n. 5.* qui benè † excutiunt articulum, de effectu possessionis, vel etiā appositionis horae.
9 Sufficit autem † vt interpraerogatiua haec prouisionis Apostolicae in concursu, non liquere, eam esse posteriorem in tempore, vt splendore ipsius, collatio inferioris euanescat, *Port. de Imo. cons. 28. sub num. 15. vers. & quamuis.*

Quapropter, cùm summa controuersiae in hac materia, consistat in articulo temporis, atque ità
10 in Data, à qua † ipsa gratia & initium sumit, & in ea perficitur, *cap. eam te, vbi notant omnes praecipuè Card. num. 7. Felyn. num. 18. Abb. num. 5. & alij passim de rescriptis, Bero. cons. 207. num. 57. lib. 3. Seraph. decis. 341. num. 9.* In primis hoc no-
11 tandum est, respectu † inferiorum Collatorum cōcurrentium cum Papa, cadere suspicionem antidatae, nisi sint in forma publici instrumenti, cum testibus, & alijs solemnitatibus; etiam si aliàs essent in forma literarum Patentium, cum sigillo, & subscriptione Episcopi, vel illius Scribae, aut Secretarij, vt censuit Rota *apud Bellam. decis. 321. & decis. 441. & in antiq. de probat. decis. 17. n. 1.* idquè viuis & irrefragabilibus rationibus, quas resumit, & doctissimè prosequitur *Gonz. in dicto §. 3. ex nu. 147.* praecipuè ob facilitatem commenti in supplantando prouisiones Apostolicas, qui-
12 bus cōsueuere † Ordinarij hac in parte, quas possunt fraudes, & technas struere; adeo vt nèc purgetur ista praesumptio antidatae, ex instrumento publico, in quo appareant adhibiti testes familiares eorūdem, vt notat *Rebuff. in prax. sub Rubr. requisita ad Collationem bonam, num. 12. Gonz.*
13 *d. §. 3. num. 160.* Vndè † quotiescunquè contigerit conflictus huiusmodi, prouisus ab ordinario tenetur purgare suspicionem hanc, ex vera probatione, quae sibi est permissa, etiam quòd tendat ad reddendam inanem prouisionem Apostolicam, vt concludit *Bellam. in praalleg. decis. 321. ad fin. vers. Secundo, quod nihilominus.*

In prouisionibus autem Apostolicis, non leuis est cōtrouersia, an etiam admittatur quis ad probandam antidatam per veras, & necessariò concludentes probationes. Pro cuius articuli resolutione est aduertendum, in prouisionibus huiusmodi, duplicem incurrere Datam.
14 Prior est, quae † parua Data nuncupatur, Altera, quae Data maior, siuè extensa: vbi enim porrigitur supplicatio, illa defertur ad Papam, per quem vbi est signata, transmittitur ad Officialem Praefectum paruae Datae, qui in extrema parte supplicationis, apponit Datam sub camet die, qua illa sibi est cō signata, sed abbreuiatè per haec verba, *Id. Aplis, ap. S. P,* & haec dicitur parua Data, quae adijcitur

per

per hunc Officialem, tanquàm Ministrum Datarij, vt mòx Datarius ipse quandocunquè illam ex-
15 tendat; Igitur vbi † supplicatio ad Datarium deuenit, in fine supplicationis sic Datam ipsam extendit, *Datum apud Sanctum Petrum Idibus Aprilis, Anno quinto.* Et hæc dicitur Data maior, siuè extensa, desumpta ex Data parua, quæ postmodùm scinditur, illiusquè scissura ponitur in filcia, siuè funiculo ad id destinato.
16 Quapropter † maximè est cauendū à *Gabriel. conf. 193. nu. 2. lib. 2.* qui videtur existimasse, paruam Datam adijci supplicationi antè ipsam signaturam, nisi tamen hoc referatur ad quendam infrequentē actum præsentationis, qui nora tur per Datarium, vbi perfecta iàm gratia in mente ipsius Pōtificis ex causa aliqua iustissima differtur ipsius supplicationis Signatura, quod minimè à Iure exorbitat, cum non secùs ac Data attendi debeat mens huiusmodi, iuxta doctrinam *Hostien. in cap. cam te num. 2. & clarius Zabarell. num. 7. de rescript.* atquè ità etiā est intelligendus *Quintil. Mandos. in conf. 16. num. 2.* vbi ait, paruam Datam stare in pendulo, donec supplicatio signetur; nàm si hoc referatur ad paruam Datam, quæ huiusmodi est, vt suprà eam descripsimus, est erroneum, nequè enim ordo Datariæ in expediendo literas Apostolicas, qui vt mirificus est, ità tenacissimè seruatur, vllo modo patitur, vt supplicatio adhùc non signata datetur hac parua Data, imò nec recipiatur per supradictum Præfectum tali Officio.
17 Quemadmodùm † verò, ex illa parua Data, fit per eius extensionem ista posterior manu Datarij, & quæ ideò dicitur maior, ità literæ, quæ mox expediuntur, recipiunt eandem Datam, adeò quod siuè ista maior, siuè quæ scribitur in literis, in longius protrahatur, semper vtraquè retrahatur ad præcedentem paruam Datam, concipiaturquè sub eodem tempore, circa quod non malè vim istius retractionis agnouerunt *Mandos. & Gabriel. locis preallegatis*, nècnon *Gratian. forens. discept. cap. 191. num. 1.*
Est prætereà & hoc diligentèr notandum, effe-
18 ctum † illius paruæ Datæ, non restringi ad rudem formam iam signatæ supplicationis, vt si supplicatio nullum patiatur defectum, possint ex ea expediri diuersæ literæ sub diuersis formis, & semper cum eadem Data, vt censuit *Rota decis. 514. n. 4. lib. 3. par. 3. diuers.* verùm etiam ità extendi, vt si
19 supplicatio † illa patiatur defectum aliquem, possit suppleri per aliam, & rursus per aliam supplicationem, & quoties videbitur ipsi Datario; & huic quidem nouæ & succedaneæ (vt ità loquar) supplicationi, vbi est signata, adijcitur eadem Data prioris veluti dependenti ab illa; sed vt hoc etiam dignoscatur, bonaquè fide; non autem per errorem factum censeri possit, inscribitur in eius principio titulus hic, *Cui prius*, ad demonstrandum illam esse nouam Signaturam, pro eo cui priùs est prouisum, ac propterea recipere Datam præcedentem à qua dependet, & hoc est rotum illud quod explicat Rota in *prælleg. decis. 514. in princ. & nu. 3.* quamuis vitio impressoris ità sit corrupta, vt qui materiam hanc non callet, nequeat eius sensum, tàm facilè percipere.
20 In hac igitur † controuersia, tres veniunt separandi casus. Prior est, cùm non agitur de arguenda aut parua Data, aut Data extensa, sed de arguenda Data supplicationis dependentis à prima, quæ licèt habeat candem Datam, constat tamen ex dicta forma, *Cui prius*, illam non fuisse sub ea signatam, cum eodem die super vna gratia, non possit signari nisi vna supplicatio; & hoc quidem casu, dicendum est non esse quempiam admittendum ad talem probationem, vt resoluit *Rota dicta decis. 514 num. 7. & 8.* ea viua ratione, quod ex illa prima supplicatione signata sub parua Data, vtcunquè respectu beneficij impetrati obreptitia, cōpetat tamen ex stylo Curiæ istud ius ipsi impetranti, aliam videlicet, atquè aliam supplicationem porrigendi, donec perfectè expediat, quæ omnes, vt dicuntur dependere à prima, ità sub eadem Data expediuntur; qui sane stylus facit ius, etiam si aliàs possit videri deflectere à Iuris communis Regulis, vt nuncupatim censuerunt *Gabr. & Gratian. locis superius alleg.*
21 Alter est casus, † cùm nequè arguitur alterutra ex Datis supradictis, sed simplicitèr impugnatur veritas alicuius suppositi, facti tempore Datæ supplicationis, vtputa suppositus est consensus pro Resignatione, qui tamen verè, & realitèr nō nisi in actu expeditionis literarum, atquè ità longè post, prætenditur præstitus; & hoc etiam casu, idem dicendum est, quod in primo, sed diuersa ratione; Enimuerò ex eodem stylo, fingitur omnia cadētia inter signatam supplicationem, & literarum expeditionem, quæ iam facta, vel esse in fieri supposita sunt in supplicatione, eodem die cōfecta fuisse; cuius fictionis ratio fundamentalis est, quod nemini præiudicium aliquod hinc inferatur, vt aduertit *Rota decis. 425. nu. 5. & 6 lib. 3. & ad. p. 3. diuers.*
Et sic dùm probatio in eum dirigitur finem, vt instificetur talis Antidata, iam tendit cōtra fictio-
22 nem, quæ † fictio cum præualeat veritati, *Alciat. in l. Gallus § si eius num. 3. ff. de lib. & posth.* non
23 admittit † probationem in contrarium, *l. si duo de acq. hared. l. clyn. in cap. quanto, sub nu. 4. ad fin. vers. vltimo die, de præsumpt. Menoch. conf. 459. sub num. 6. vers. præterea accedit*, cum alijs per ipsum adductis in *tract. de præsumpt. lib. 1. q. 8. nu. 11.* & ità concludunt *Gabr. dicto conf. 193. nu. 1. 4. & 10. vers. nèc obstat quod prætendatur lib. 2. Gratian. eod. cap. 191. num. 1. & Put. decis. 94. sub nu. 2. vers. quia istud esset verum, lib. 2. in correct.* & nuper plenè fuit decisum in *Meten. Prioratus, 17. May 1627. coram Rōd. Merlino.*
24 Vndè videmus, signata, † & Datata supplicatione super cessione, aut resignatione beneficij, posse adhuc præstari consensum per procuratorem cedentis, seù resignantis post ipsam Datam defuncti, iuxta *Cassad. decis. 1. ex num. 1. de renunc.* vbi ait, hoc etiam statuisse Alexandrum V I. & de anno 1520. in Signatura Papæ (vt accepit à Leone X.) fuisse resolutum, quemadmodùm subdit *num. 8.* quam Alexandri Constitutionem refert *Paris. de resignation. lib. 9. quæst. 24. num. 14.* & admisit proba-

probauitque Rota *in praalleg. Meten. Prioratus*.

25 Tertius est casus† quando probatio intenditur rectà ad iustificādum tempus diuersum ab eo, sub quo concepta est parua Data in supplicatione, & in literis iā expeditis;& breuitèr teneas, multo minus hoc casu admitti debere eandem probationem: sed & id longè alia ratione, nimirum, quià expeditis lIteris, non agitur de tedarguendo Datario, vel alio Officiali, sed ipsomet Principe, qui in literis profitetur se eas dare sub tali die, proindequè admitenti probare contrarium, iure optimo denegatur hæc facultas, *Glossa comm.recepta, in Clemen.1.in verb.fecisse narramus;ad med.ibi, quod fieri non posset in ys, qua Papa narrat de facto suo, de probat*. & hanc sententiam seruauit Rota *decis.367.num.2.lib.3.cad.p.3. diuers*.

Nequè audiendus esset, qui in eam prorumperet audaciam, sub prætextu, quod probatio non intendatur contra factum Principis, sed contra fa-

26 ctum Datarij ipsius, cum satis notum sit † Datarium esse organum Papæ, & quæ per ipsum fiunt in his, quæ spectant ab eius Officium, censeri facta ab ipsomet Papa, *Put.decis.434. num.1.lib.2.*

27 *in nou.* adeo vt † supplicationibus tàm signatis, quàm signandis ipse addat,& detrahat vt vult, easdemquè, cùm sibi videtur, laceret, *Gonz. ad reg. de mensibus glos.63.ex num.58.* cuius dicta probauit *Rota in praallegata Meten. Prioratus*, & quod in hoc ipso, Datarius repræsentet Papam tanquam illius organum, testatur etiam *Mandos. in pralleg.cons.e6.sub num.1.ad fin.vers. & in hoc Datarius*.

Vt meritò hinc reijci debeat, quod pronunciauit Glossator antiquus, *ad reg.primam Cancellaria sub num.4.ad fin. vers. & per pradicta*, quòd

28 si Papa signet † supplicationem ea nocte, qua est assumptus ad Pontificatum, debeat supplicationi apponi Data secūdum illam horam, & si Datarius ponat aliam, possit contrarium probari per Testes ibidem existentes ad hoc rogatos; nàm id prorsùs in iure non subsistit, nequè glossa quam ipse citat *in cap. duobus, in verb. si non appareat, de rescriptis in 6.* id probat, quamuis dicat, posse probari per testes, quænam ex duabus Datis eodem die præcesserit, quod non concludit ad facultatem probandi antidatam, ex qua posset consequi falsitas, & dolus in Datario; repugnatquè manifestæ

29 rationi, quià gratia Principis, licèt † perficiatur sola Signatura, *Cassad.decis.4.num.2.de caus.pos. & prop. Rota decis. 418. num. 3. par. 1. diuers.*

30 quinimò solo verbo †Principis, *Paris.cons.5.n.60. lib.4.*& alibi latiùs explicabimus, tamen Signatu-

31 ra hæc, non † perficitur nisi post appositionem Datæ, *l. si qua benefieia, C. de diuers. rescrip.* tunc

32 enim † demùm nedùm sumit vires, vt loquitur *Imol.in supra alleg.cap.eam te num.9.de rescrip.* & efficaciam, vt ait *Card.in cons.69. num.5.* Sed sui ipsius initium, vt per *tex.in cap.si eo tempore de rescript. in 6.* tradit *Gig.de pens. quast.22.nu. 26.Seraph.in prælleg.decis.341.num.9.*

33 Et ideò non sequitur; † Papa signauit supplicationem, ergò Signatura fuit perfecta pro substantianda gratia, Signatura enim, vt dictum est, perficitur in Data, non in simplici appositione manus Papæ, quamuis ea benè concludat ad porrectionem supplicationis, quæ nullo modo attenditur, vt per eum *tex.* docet *Castr. in l. e. nu.2. C. quan-*

34 *do libell.Princ dat.* perfectio † enim censetur dilata in aliud tempus, quo videlicet apposita erit Data, & ita fuit respōsum in *praalleg. Meten. Prioratus*, atquè ità declarata *Verall.decisio.88.nu.2. par. 3.* & alia facta in causa *Bononien. de Binarinis 5. Martij 1618. coram Andrea*, quæ loquitur de Data Breuis expediti super commissione proposita cotam Papa in eius plena Signatura.

Et hæc quidem de hoc atticulo, in quo stat rota vis, & effectus concursus; cæterùm respectu for-

35 mæ † gratiæ huius, ea fermè consumitur in voluntate ipsa concurrendi, *cap. proposuit nobis §. licèt autem de concess.praben. Gemin.cons.98.n.8.* quæ

36 satis † colligitur, si supposita vacatione, Papa simplicitèt cōferat, non se restringēdo advim te seruationis, vel deuolutionis dispositiuè, vt fuit ponderatum per *Reuerendiss.D.Coccinum lib.2.annot. 217.impress.per Marches.to.2.fol.607.* & hinc est,

37 vt in † huiusmodi prouisionibus nō sit necesse exprimere mēsem, in quo beneficium vacauit, quod pro maiori parte censuit Rota apud *Put.decis.54. lib. 2.* & latissimè firmarunt *DD. in Paderbonen. Canonicatus 29. Martij 1610. coram eodem Reuerendiss. D. Coccino*.

38 Et sanè iure merito, quià † ratio ponderata in contrarium per minorem partem Auditorū in dicta decisione Putei, quod videlicet necessitas exprimendi mensem, in eo sit fundata, vt Papa indè intelligat præiudicium, quod infert Ordinario, vt etiam voluit *Seraph.decis.285.num.4.* & quæ turbauit intellectum *Gonzal.in praalleg.reg.de men. sibus glos.32. sub.num.51.vers.quam re*, vbi videtur tenere opinionem maioris partis Auditorum apud Puteū, volens amplius, imò magis hoc casu, quàm in aliis mensem exprimi oportere; hæc (inquam) ratio, si penitiùs expendatur, prorsus est inanis, & euidentèr retorquetur; nàm cum ex modo prouidendi colligatur Papam concurrere velle cum ordinario, vtiquè iam sumus certi, eundem intendere vti iure suo principalitèr, vt suprà dictū est, & consequutiuè præiudicare inferiori collatori, postquam ergo sumus de hoc certi, cessat ea necessitas mentem exprimendi, *vulg.l.adigere §.quamuis, de Iurepat.*

SVMMARIVM.

1 *Deuolutionis ius, inductum est propter vtilitatem publicam.*

2 *Deuolutio, est transitus quidam de persona in personam.*

3 *Deuolutio, quomodo habeat locum in Beneficijs Regularibus.*

4 *Deuolutionis subiectum, aliud non est, quàm ius liberè conferendi, quod tamen obtinet etiam in manualibus.*

5 *Deuolutio, consistit in transitu voluntatis conferendi.*

6 Deuo-

6 *Deuolutio non intrat, nisi data negligentia.*
7 *Negligentia, non reputatur aliquid formatum, quod sensu percipiatur.*
8 *Negligentia, vt concludatur in aliquo, quid sit necessarium.*
9 *Negligentia arguitur in eo, qui passus est labi terminum sibi praefixum ad aliquid agendum.*
10 *Negligentia, non datur sine scientia.*
11 *Deuolutio impeditur, si Beneficium de facto sit plenum, vel etiam si defecerit.*
12 Deuolutio *vt intret, non sufficit vacatio, nisi probetur eius scientia in collatore.*
13 *Et quidem certa, & non interpretatiua.*
14 *Scientia, coniecturis & praesumptionibus iustificatur.*
15 *Etiam ad effectum incurrendi poenam.*
16 *Deuolutio vt intret, sufficit dari scientiam verisimilem.*
17 *Deuolutio excluditur, ob probabilem causam dubitandi de vacatione.*
18 *Impedimentum, etiam causatum ex propria culpa, excusat.*
19 *Deuolutio excusatur, propter impedimentum, etiam proueniens ex propria culpa, non autem aliunde.*
20 *Quod tamen declaratur, vt hic.*
21 *Impedimentum nullo modo excusat, quod de facili potest remoueri.*
22 *Impedimentum allegans, quid teneatur iustificare.*
23 *Deuolutio vt euitetur propter impedimentum, quid sit necessariò probandum.*
24 *Impedimentum excusat, etiam non iustificata diligentia in eo remouendo, quando est notorium, illam superfluam fuisse.*
25 *Impedimentum, non sufficit probari, nisi probetur, illud causam dedisse impedito, quominus id de quo agitur praestiterit.*
26 *Impeditus, magis de consilio, quàm de necessitate, tenetur protestari.*
27 *Conferre impedito, cessante impedimento, conceditur nouus, & integer terminus.*
28 *Deuolutio, quomodo iustificetur in voluntate?*
29 *Collationis facta negatiua, qualitèr iustificanda.*
30 *Deuolutio, non iustificatur, vbi tempore impetrationis nullus possidet.*
31 *Negatiua non est probanda, vbi pro affirmatiua concurrit praesumptio.*
32 *Deuolutio, excusatur ex prouisione iam facta, quantumcunque inutili.*
33 *Deuolutio, perpetuò fit de inferiori ad Superiorē.*
34 *Deuolutio, non cadit super Beneficio affecto, vel reseruato.*
35 *Tex. in cap. Statutum, de praeben. in 6. est correctus per extrauagantem primam eod. tit. int. communes.*
36 *Deuolutio, an fiat de Beneficijs vacantibus in mensibus pro ordinario alternatis.*
37 *Deuolutum Beneficium vbi prouidetur, quae clausulae dentur.*
38 *Clausula*, dummodò collatio deuoluta sit, *quid operetur.*
39 *Clausula eadem, nisi narretur intrusio aliqua, nusquàm concipitur dubitatiuè.*
40 *Deuolutio qualiter dicatur fieri, d Capitulo ad Episcopum, & è conuerso.*
41 *Text. in cap. 2. de supplen. neglig. Praelat. intellectus.*
42 *Capitulum, quo casu reputetur superior Episcopo.*
43 *Deuolutio fit gradatim.*
44 *Deuolutio fit ad Papam, omisso medio Patriarcha.*
45 *Deuolutio ad Sedem, vt intret, probanda est scientia omnium inferiorum collatorum.*
46 *Deuolutio cùm praetenditur, non potest in vna, & eadem persona, considerari negligentia, & illius suppletio.*
47 *Deuolutio, in exemptis, fit immediatè ad Papam.*
48 *Nisi subiecti sint inferiori Praelato immediatè.*
49 *Deuolutio in regularibus, negligente Capitulo, aut si defecerit ex toto, an fiat ad Papam, vel potius ad Episcopum.*
50 *Episcopus, fundat intentionem suam in prouisionibus regularium, non tamen exemptorum.*
51 *Deuolutio ad Dioecesanos, in vim. Clem. vnica de supplen. neglig. Praelat. fit iure delegato.*
52 *Negligentiam regularium nusquàm supplent Ordinarij, nisi vbi in specie hoc sibi indultum est.*
53 *Deuolutionis praecipuus effectus est, vt trahat secum executionem.*
54 *Deuolutioni facta, nulla admittitur purgatio mora.*
55 *Deuolutione facta, si conferat is à quo, nulla ipso iure est prouisio, nisi toleretur.*
56 *Tolerantia Superioris, ex qua conualescit collatio, post collationem, qualis esse debeat.*
57 *Capitulum, si tradat possessionem alicui nullitèr prouiso, traditio habet vim collationis, modò apud Capitulum sit ius conferendi.*
58 *Electio nulla, non potest ratificari per eum qui illi debet consentire.*
59 *Toleratus cum prouisione nulla, non censetur habere titulum ab eo qui prouidit, sed ab eo qui tolerauit.*
60 *Vnio, an, et quomodo possit fieri per Episcopum de Beneficio cuius collatio est deuoluta.*
61 *Deuolutio, non mutat primam vacationem.*
62 *Deuolutione facta, Superior tenetur conferre eisdem personis, quibus tenebatur inferior.*
63 *Deuolutio fit cum omnibus oneribus, & qualitatibus requisitis ex institutione aut ex natura Beneficij.*
64 *Quod etiam procedit in prouisionibus Apostolicis.*
65 *Resignatarius, non liberatur ab onere publicationis, sub praetextu quod sit prouisus à Papa tanquam de deuoluto.*
66 *Deuolutio, afficit omnes qui possunt concurrere, praeter Papam.*
67 *Papa potest concurrere cum omni inferiori collatore, etiam in articulo iuris deuoluti.*
68 *Qua tamen potestate non vtitur, nisi vbi proponitur impedimentum, aut longa vacatio.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXIV.

Deuolutio vti fiat, & qualitèr Sedes Apostolica Iure deuoluto prouideat.



DECRETO Lateranensis Concilij sub Alexandro III. Statutū legimus, nè præbēdæ Ecclesiasticę, seu quælibet officia, vbi in aliqua Ecclesia vacauerint, diù maneant in suspenso, sed infra sex menses conferri debere personis, quæ dignè possint illas administrare; quòd si Episcopus, vbi ad eum spectat, conferre differat, per Capitulum ca ordinari; quod si ad Capitulum pertinuerit, & infra præscriptū terminum hoc non fecerit Episcopus, secundum Deum hoc cum Religiosorum virorum consilio, exequatur; si autem omnes fortè neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absquè illorum contradictione disponat; sunt fermè verba dicti Decreti relata in *cap. 2. §. cum verò, de conceß. præben.* cuius ra-
1 tio † fundata est propter vtilitatem publicam, nè (vt ait textus idē) Ecclesiæ remaneāt in suspenso, vt declarat *Rebuff. super concord. Rub. de collat. §. si quis verò, in verb. deuoluantur*, & latiùs id explicat in *praxi tit. de deuolut. num. 8.*

Vbi igitùr inferior collator, negligit intra dictos sex menses vacanti beneficio prouidere, ius illud prouidendi, ceū caducum in illius persona, deuoluitur ad Superiorem immediatè, & hoc est
2 id † ipsum, quòd deuolutionem nuncupamus, idest, processum rei, ac transitus de persona in Personam, vt in *l. 1. C. de bon. matern. in l. Lucius Titius 9. ff. de Iure Fisc. & in l. si infantis C. de Iur. deliberan.*

3 Istud vero fuit, etiā ad † beneficia Regularia per Clementē V. in Concilio Viennen. extensum, vt in *Clem. vnic. de supplen. neglig. Prælator.* respectu videlicet inferiorū à Prælaturis, in his enim ad instar Ecclesiarū secularium, sed celeriùs inducta fuit deuolutio, ex lapsu videlicet trimestris, *c. nè pro defectu vbi optima gl. in verb. Regularis de elect.*

4 Hinc verò fit, deuolutionis subiectum † non esse beneficium, sed ius liberæ collationis, vndè in beneficijs Iurispatronatus, vel electiuis (propriè loquendo) non cadit deuolutio, nisi priùs perempta, atquè extincta facultate præsentandi, vel eligendi, atquè indè creato nouo Iure liberè conferendi in eo qui alioqui non habebat, nisi ius instituendi vel confirmādi, vt aduertit *Glossator antiq. ad reg. 40. Cancell. in princ.* & notauimus suprà hoc *lib. quæst. 13. n. 60.* nèc repetimus quæ ibi, & alibi scripsimus circa modos, quibus istud ius liberè conferendi solidatur pro constituendo termino habili ad inducendam deuolutionem in his beneficijs iurispatronatus, aut electiuis, neque tamen per terminum hunc collationis, intendimus excludere officia, de quibus etiam loquitur *tex. in d. c. 2.* nihil enim est quin & sub latiori significatione veniat quæuis alia libera facultas disponendi, vt in terminis facultatis deputandi Capellanum, pronunciauit Rota apud *Gregor. decis. 500. nu. 8.* Vndè (quicquid quibusdam visum fuerit) etiā in manualibus locū sibi vindicat ius istud deuolutionis, cum sua tamē causa, vt tradit etiam *Garz. de benefic. par. 10. cap. 3. num. 46. cum seq.*

5 Constat † ergò, deuolutionem consistere in eo transitu collationis, seu potestatis conferendi de persona in personam, quod videtur optimè colligi *ex tex. in cap. postulastis 15. eod. tit. de conceß. preben.* ibi, *sed secundum statuta Lateranensis Concilij ad superiorem transit donatio &c.* & videtur etiam aduertisse Rota apud *Cassad. decis. 8. num. 3. de prebend.* qui sanè transitus, vt producitur ex negligentia inferioris, quemadmodùm dictum est, ita efformatur ex tribus circumstantijs necessarijs.

6 Prior est respectu † ipsius negligentiæ, quæ omnino est probanda, *Cassad. loc. proximè alleg.* videlicet, iustificando eundem inferiorem potuisse, & nihilominus voluisse conferre. Ideoquè cùm negli-
7 gentia non reputetur aliquid † formatum, quod sensu percipiatur, sed tantum intellectu, vt scripsit *Bart. in rep. l. 102. sub num. 2. vers. præterea negli-*
8 *gentia par. 1.* necesse est † pro ea concludenda, docere, quod inferior potuerit & noluerit, vt deducit *Ruin. cons. 12. sub num. 8. vers. comprobantur prædicta, lib. 5.* cum alijs quos refert *Mascard. de probat. conclus. 1093. incip. Negligentia cum non præsumatur, num. 5.*

9 Proindequè, licèt respectu † voluntatis faci lè sit ad eam inferre ex suppositione Potestatis, eo ipso quod Concilium terminum præfixerit, *Seraph. dec. 220. num. 2. & decis. 455. nu. 5.* nihilo-
10 minus † respectu istius suppositi Potestatis, non tàm facilè iustificatio hæc haberi potest, quià cū sine scientia non detur negligentia, *l. cum fetmus §. vltimo C. de Agric. & cens. lib. 11. l. quamuis saltus 41. de acq. poß. Verall. dec. 241. par. 2. Rota in recent. dec. 621. num. 6. par. 1. Greg. dec. 369. num. 6.* in primis, & ante omnia articulanda, & probanda est nedùm Vacatio de Iure, sed de Iu-
11 re simul, & de facto, dato † enim quod beneficium sit plenum, regularitèr non currit tempus Collatori, *Aegid. dec. 559. n. 2. ad fin.* & multo minus, vbi beneficium non deficit, sed non vacat, prout in Ecclesijs non numeratis, vt in *cap. ex parte de conceß. prebend.*

Nequè solùm est probanda Vacatio hæc, sed
12 eius scientia † in ipso Collatore, *cap. 3. de supplen. neglig. Prælat. cap. quia diuersitatem ad fi-*
13 *nem de conceß. præben.* & quidem certa † non autem interpretatiua, *Lap. alleg. 78. sub num. 12. vers. & intelligitur hoc, Seraph. dec. 1173. nu. 3.*

Quæ tamen certitudo, referenda est ad factum
14 à quo scientia deducitur, cum scientia † regularitèr coniecturis, & præsumptionibus iustificetur, *Alex. cons. 187. nu. 13. vol. 2. Curt. Iun. cons. 64. num. 8. Paris. cons. 100. nu. 88. vol. 1. Natta cons. 231. num. 2. Aym. cons. 193. num. 7. Caphal. cons. 314. num. 15. Menoch. cons. 89. num. 17.* quos retulit, & sequutus fuit *Surdus decis. 221. num. 10.*
15 etiam † ad effectum incurrendi pœnam, non tamē corpo-

corporalem, vt post alios *Bero. conf. 183. n. 10. vol. 3.* & cęteri cumulati per eundē *Surd. eo. loco n. 14.*

Et propterea Rota tenet, in hac materia suffi-
16 cere † scientiam verisimilem, & tempus currere, nedum ex die quo probatur, Collatorem verè, & certò sciuisse, sed ex die quo potuit id verisimiliter scire, *Bisignett. decis. 7. nu. 3. & 4. de praebe.* vbi imputat negligentiam Episcopo, qui tenebatur visitare, & hanc sententiam probauit Rota *in vna Aquen. Archipresbyteratus, 30. Aprilis 1604. coram Cardinali Horatio Lancellotto*, in qua fuit dictum, ità prius fuisse resolutum in vna *Pampelonen. de Iondain 12. Decembris 1597. coram Litta, & in alia Pampilonen. de Cieurmaior 30. Octobris 1602. coram eod. Lancellotto*, & cōferunt quę diximus suprà hoc *lib. quaest. 6. ex num. 23.*

17 Et ideo † semper est expendendum, An collator habuerit iustam causam ignorandi, vel dubitandi; dum enim pendet illa probabilis hęsitatio, nō potest de negligentia notari, vt in casu famę minus constantis relato per *Papago. ad dec. vnι. nu. 5. de supplend. negl. Praelat. in no. Verall. dec. 241. p. 2.* per quas sic debet declarari *Aegid. decis. 559. n. 1.*

Data verò scientia, vix est, vt possit excusari à
18 negligentia; nàm licèt † impedimentum siue facti, siue iuris, etiam causatum ex propria culpa, excuset à negligentia, *Alex. conf. 58. n. 10. lib. 5.* & in
19 terminis † deuolutionis, est textus *in d. cap. Quia diuersitatē, de conceß. praeb. traditq; Rebuff. vbi sup. n. 13.* & de impedimēto prouenięte, aut ab excommunicatione, aut à lite, aut aliūdè, latè scribit *Guttier. Canon. q. lib. 1. c. 28. ex n. 1. et 13. ac per to.*
20 Nihilominus † id temperandum est, nisi vel culpa sit ordinata ad ipsum impedimentum, vel nisi impedimentum sit procuratum, prout latè tradit post alios *Surd. dec. 262. n. 16. 17. & 18.* Et perpe-
21 tuò procedit supradicta Regula, nisi tale sit † impedimentū, quod de facili potuisset remoueri, *c. vltimo, de Elect. Dec. in c. 2. nu. 9. de testib. Rota decis. 104. n. 3. p. 1. diuers. Surd. vbi supra, & dec. 189. n. 29. & 31. & conf. 374. nu. 23. & conf. 473 nu. 36.*

Et propterea, qui ad excusandam negligētiam, & euitandam pœnam deuolutionis, prętendit im-
22 pedimentum, primùm † debet illud probare, cum aliàs non prȩsumatur, *Aymo conf. 270. n. 2. et conf. 272. n. 10.* Mox debet iustificare, quod impedimētum non esset remouibile ex quantacunquè sua diligentia; nàm dato quod esset secundū rei naturā remouibile, tenetur probare, se adhibuisse omnem diligentiam, faciendo quicquid in se fuit, pro eo remouendo, nèc id assequi potuisse, vulgata *l. Qui commeatus, vbi Bart. de re milit. Aymo conf. 15. n. 22. Franc. Becc. conf. 104. nu. 13. Surd. conf. 369. nu. 42. Seraph. dec. 1206. nu. 1. & 2.* cum mul-
23 tis, qui possent adduci, & in terminis † nostris ad excusandam deuolutionem, id docet *Gloß. in dicto cap. Quia diuersitatem, in verbo, suspensionis vers. & hoc, quod tempus illud.*
24 Nisi fortè notorium † esset, omnem diligentiam fuisse superfluam, & inanem, *Fely. in c. Ex transmißa num. 6. de praescrip.*

Et hęc coincidunt in id ipsum, quod aiunt no-
25 stri, non sufficere probare † impedimentum, nisi probetur, illud causam dedisse impedito, quominus prȩstiterit id, ad quod tenebatur, ex dicta *l. Qui cōmeatus, de re milit. Seraph. d. dec. 1206. n. 3. Hond. conf. 44. nu. 33. vbi plures refert, lib. 1. qui*
26 *n. 34.* addit, propterea dari cautelā, vt † impeditus protestetur, quod tamen nō semper ad cautelam, & simplex consilium, sed ad necessitatem quoquè multoties est referendum, ex optimè traditis per *Fely. in d. c. ex transmißa. n. 6. & 7. de praescrip.* Et quocunque in casu, vbi non est necessaria, est tamē ad multa ista protestatio vtilis, vt per *Ant. Pinel. in Auth. nisi tricennale ex nu. 43. C. de bo. mater. Surd. conf. 268. nu. 42.*

27 Suboritur tamen quȩstio, an cessante † impedimento, rursus aliud semestre indulgendum sit, vel intra residuum primi, committatur deuolutionis pœna? Et integrum semestre concedi suadet *text. in l. Et ideo, quȩ est 15. ff. de verb. oblig.* quod idē erit, si impediatur prouisio sortiri effectum ex aliquo vitio occulto ipsius prouisi, vel propter non acceptationem, aut obitum, cessante tamen fraude, vt est expressum in *cap. si electio, de elect. in 6.* quem textum sic expēdit *Azor. Instit. Moral. lib. 6. c. 26. in 7. q. lib. 2.* Et hȩc quoad potestatem.

Quo uerò ad voluntatem, quȩ, vt suprà dixi, est aliud extremum probandȩ negligentiȩ, firmandū
28 est pro † Regula, quod quià nō agitur de negatiua facti pura, & simplici, sed de circūscripta ex tempore, illa sit probanda per ipsum impetrātem, nequè sufficiat eius simplex deductio, iuxta *Glos. cōmuniter approbatam in cap. Bona memoria 23. in verb. per rerum naturam, extra de Elect.* ità vt
29 quando † alia desint, recurrendum sit ad diligentiam in Regestis, in quibus consueuerunt registrari collationes huiusmodi, secundum *Cassador. decis. 5. num. 5. super regul.*
30 Hoc tamen temperatem, † si nullus extaret possessor de tempore impetrationis; hoc enim casu diceremus, hunc impetrantem, etiamsi superueniret ex post contradictor aliquis, fundatam habere intentionem in negatiua, propter concursum prȩsumptionis, cum non sit verisimile, quod si beneficium collatum fuisset, non etiam fuisset eius possessio apprȩhensa, vel saltim titulus ostensus, ad *reg. l. Cum de indebito, de probat.*
31 Quod autem concursus † prȩsumptionis relouet ab huiusmodi onere probandi negatiuam, vbi aliàs probari debet, dixit *Rota in no. de probat. decis. 5. vers. Item quia praesumptio.*
32 Ab hac tamen † disputatione, eximi debet casus, quando constaret de prouisione inutili, quę nō ideo excusaret à deuolutione, *c. eum in cunctis §. vlt. de elect. Bellam. decis. 172.* cum alijs per *Gonzal. ad reg. de mens. gloß. 8 num. 41.*
33 Altera est circumstantia † correlationis inferioritatis, & superioritatis, inter personam à qua, & personam ad quam fit ille transitus; nàm nequè ad parem fieri potest, nequè ad inferiorem, *Rota dec. 1. in extremis verbis, de supp. neglig. Praelat. in antiquior. Bisignett.* vndè si ad summum † Ponti-
34 ficem propter affectionem, vel reseruationem aliquam spectet prouisio, impossibile est, vt ex quantacunque procrastinatione ad alium infe-

riorem fiat deuolutio, *Cassad. decis. 8. n. 3. de preb. & fuit dictum in Aquen. Archipresbyteratus 2c. Martij 1602. coram Card. Horatio Lancellotto.*
35 etiam non obstante † in casu suo, dispositione textus in *c. Statutum, de praben. in 6.* cùm sit correctus per *Extrauag. c. de praben. inter com.* quã correctionem tametsi Aeneas de Falconibus studuerit euitare, illam tamen omnes agnoscunt, & latè defendit ab omnibus cõtrarijs *Gonz. in §. 5. proœm. ex n. 148.* de quo tamen suo loco dicetur.
36 Interim verò ab eodẽ Gonzalez † cauendũ est, *gloss. 53. ex n. 27.* dum contendit ostendere, fieri deuolutionẽ beneficiorum vacãtium in mẽsibus spectantibus ad Ordinariũ virtute alternatiuæ, quasi quod gratia alternatiuæ, perimat reseruationẽ, cõtra dictã Cassadori decisionẽ, quã fortè non benè percepit, vt suo pariter dicetur loco.
37 Hincquè inoleuit stylus, † vbi impetratur beneficium tanquã deuolutum, nè sub prætextu deuolutionis colore extorqueatur gratia de affecto, vel reseruato, apponendi in supplicatione post alias generales clausulas, *& detur deuolutio dispositiuè, in literis, Veral. dec. 63. n. 1. p. 1. Mandos. ad reg. de annali q. 90. sub n. 5. vers. In calce supplicationis;* propter quam clausulã in literis postmodùm exprimitur casus deuolutionis, vt inquit *Verall. vbi supra,* & ampliùs additur clausula, *dũmodo collatio deuoluta sit,* cui vt satisfiat, omnino est iustificanda narrata deuolutio, nequè interim de aliquo inseruit consueta clausula, *etiamsi reseruatum, affectum &c.* cùm clausula illa, *dum-*
38 *modo, &c.* † restringat gratiam ad ipsam deuolutionem, vt nõ possit intrare alius modus vacationis, siuè implicitè siuè explicitè narratus, *Mohed. de praben. decis. 67.* idquè est, quod dixit *Cassad. eod. tit. decis. 5. num. 3.* quem retulit *Verall. vbi supra,* omnes scilicet clausulas stare accessoriè ad illam clausulam *dummodo &c.* restrictiuam, & gratię limitatiuam, atquè ita conditionalitèr, probata scilicèt deuolutione, *Pute. decis. 312. n. 1. & 2. lib. 1. secundum modernam impressionem.*

Et præmissa restrictiua, quandò supponitur patronatus, semper adijcitur simplicitèr, idest sine
39 aliqua dubitatiua, nisi † narretur intrusio alicuius, quo casu consueuit apponi cum dubitatiua, *forsan,* quæ alitèr apposita, esset delenda, *Rota decis. 1917. par. 3. lib. 3. diuers.*

Nequè huic assumpto circa præmissam circũ-
40 stantiã, obstat † dispositio textus in *c. 2. de conceß. preb.* vbi negligẽte Episcopo cõferre, deuolutio fit ad Capitulũ, quemadmodùm e o etiã in collatione delinquente, iuxta *text. in c. Cum in cunctis §. vlt. de elect.* nàm ille est casus specialis ratione cõmunionis, quæ est inter Episcopum, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, vt sentit *Rota, supra allegata decis. 1. n. 2. de supplend. neglig. Pralat. in antiquior. Bisignot.* & hanc rationem agnoscunt omnes in dicto *cap. 2. de conceß. praben. pracipuè verò Abb. num. 8. vers. Dico enim,* vndè & ea deuolu-
41 tio † restringitur ad beneficia, quæ Episcopus cõfert Iure proprio, non autem capit ea, quæ cõfert Iure ad ipsum deuoluto, vt ibi per *Abb. post Innoc. in d. c. cum in cunctis nu. 7. vbi etiam Compostella, num. 18. & Bellam. sub num. 36. circa finem, vers. in glossa vltima, de electio.*

Nequè ideo videtur indè recedi à Regula præ-
42 missa, tunc enim Capitulum † auctoritate Canonis, in ea parte efficitur Superior ipso Episcopo, & quocunquè alio, *cap. sanè il secondo, de offic. deleg. Can. vlt. 93. distin.* quod voluit dicere *gloss. in cap. si Episcopus, in verb. debebit, de supplem. neglig. Pralat. in 6.*
43 Tertia deniquè † circumstantia, est circà modum transitus, videlicet vt gradatim fiat, non per saltus; vndè posito quod Capitulum, aut alius ab Episcopo inferior collator, negligat per tempus legitimum conferre (præterquàm si sit exemptus) non illicò fit deuolutio ad Sedem Apostolicã, sed ad immediatum Superiorem Collatorẽ, videlicet Episcopum, qui etiam habet alios sex menses, & eo negligente, collatio deuoluitur ad Metropolitanum, qui habet alios sex menses, & eo non conferente deuoluitur ad Patriarcham, & eo demùm etiam negligente, deuoluitur tandem collatio ad Papam, ità *Abb. in d. c. 2. n. 7. de conceß. preb. quem omnes sequuntur ibi, & in dicto c. cum in cunctis §. clerici sanè, sub n. 5. de Elect. Cassad. decis. 8. n. 1. in fine de preb. Adden. ad Rotam decis. 1. nu. 6. de supplen. neglig. Pralatorum, Rebuff. super cõcord. Rubr. de collat. §. si quis verò super verb. ad alium superiorem, & in praxi pracita. tit. de deuolut.*
44 *nu. 17.* quamuis † istud de Patriarcha, minus receptum sit, *Rebuff. d. tit. de deuolut. nu. 23. ad fin.*
45 Et hinc est, quod qui † impetrat beneficium tanquam deuolutum ad Sedem Apostolicam, necesse habet iustificare præmissorum omnium sciẽtiam, idest in primo Collatore de vacatione, & in alijs de Deuolutione ad eos facta, vt firmauit Rota in *Spoletana beneficiorum 30. Ianuarij 1594. coram Card. Mantica, qua est Decisio 260. & in praalleg. Aquen. Archipresbyteratus 21. Martij 1602. coram Card. Lancellotto,* & nouissimè in *Firmana Altaris, suprà allegata coram Fr. Vbal.*

Non admitteretur tamen in eadem persona
46 repræsentatio † negligentis, & supplentis, vt in casu *dec. 1. de supplen. negl. Pral. in no.* vbi fuit hæc ratio considerata *sub n. 2. praterea, licet Legatus.*

Quæ omnia sunt intelligenda, vt dixi, nisi ver-
47 semur in exemptis, † & qui sunt immediatè subiecti Sedi Apostolicæ, tunc enim ad ipsam Sedem rectà, cum alium non habeant superiorem, fit deuolutio, *c. cum singula §. vlt. & c. licèt ad fin. de supplend. negl. Pralat. Abbas in d. cap. 2. sub n. 7. vers. si autem non habet superiorem, de conceß. Prabend. Cassad. decis. 8. nu. 4. de Prabend. Rebuff. in concord. de collation. in pracit. §. si quis verò, super verb. deuolutio,* si enim exempti † es-
48 sent subiecti Prælato inferiori, tunc fieret deuolutio ad eundem Prælatum, & de eo tandem ad Papam, *vt per Card. in Clemen. 1. n. 6. de supplem. negl. Pralat. Erasm. à Chok. in tract. de Iurisd. ord. in exemp. par. 4. quastio. 30. num. 7.*
49 Vndè si versemur † in Regularibus, videlicet in Abbatia, aut Prioratu Conuentuali, siuè Capitulum negligat eligere, siuè etiam deficiat ex toto, quia omnes sint mortui, non deuoluitur ea po-

testas

testas ad Episcopum, vt aliquando credidit *Compostel. in c.nè pro defectu nu.4. de elect* & in primis eius verbis eũ sequuti *Feder. de sen. consf.34. n.5. & Abb. in c. Cum Ecclesia 31. n.9. ad fi. vers. Quid autem si essent mortui de Elect.* sed denoluitur ad Papam, vt suis rationibus in contrarium adductis minimè obstantibus, ipsum Papã statuisse refert *Compostell. in eod. c. nè pro defectu paulo ante num.5. vers. sed hae non profuerunt*, vbi tamen non attigit hanc rationem exemptionis, & immediatæ subiectionis Monachorum.

50 Quamuis enim, Episcopus † fundet intentionẽ suam de Iure communi, etiã in prouisionibus Regularium respectu institutionis, siuè confirmationis, *Can. 1. 18. q. 2. vbi Glo. in verb. instituere, Abb. in c. cum venerabilis n.45. vers. Dic tamen, de except.* & alibi quoquè diximus, id tamẽ intelligitur de non exemptis, non autem de exemptis, & itá loquitur post alios *Erasm. à Chok. d. c.30. nu.11.*

51 Et licèt illud† Ius supplendi ipsis quoquè Diœcesanis permissum sit, ex dispositione *Clem. vnica de supplend. negl. Prælat.* tamen, vt patet ex eius textus lectura, id habent vi delegationis, ibi, *in exemptis verò Apostolica auctoritate*, & sic nullo Iure proprio, *l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius*

52 *cui mand. est Iurisd.* eatenus † enim Ordinarij sopplent negligentiam Regularium, quatenus sibi in specie indultum sit, *Card. in d. Clem. vn sub nu. 15. vers. non autem possunt, de suppl. negl. Prælato.*

Effectus autem Deuolutionis, est triplex; & præ-

53 cipuus quidem†versatur in eo, quod secum trahat exequutionem legis auctoritate, vt per eum *text. tradit Butr. in c. literas n.3. de suppl. negl. Prælat.* & per eum quoquè textum pondetando verbum *amittat*, docuit similitèr *Abb. in præalleg. c. Cum in cunctis, § vlt. sub nu.6. vers. Non obstat, quod Textus dicat, de Elect.*

54 Itàvt nulla admittatur†moræ purgatio, secundũ *glos. in c. vlt. in verbo irritam eod. tit. de supplen. negl. Prælat. et in c. 2. de concess. Preben. in verbo, infra sex menses, et ibi Abb sub n.11. vers. in eadẽ Glossa, Hostien. sub nu.3. vers. sed numquid. Butr. nu.14. & 15. & Compostel. itidem num.15. Idem Abbas in c. literas, n.2. de supplen. neglig. Prælat. Rebuff. de Deuolut. nu.27. Azor. dicto lib.6. cap. 26. in 15. quæst.*

55 Adeo vt secundum præmissos, ipso † Iure irrita sit prouisio, nisi de patientia toleretur; vt disponitur in dicto *c. literas, §. discretioni, de suppl. neg. Prælat. gloss. in d. cap.2. in verb. infra sex menses, circa medium.*

56 Quod debemus † intelligere, vt scilicet non conualescat actus ex tempore, quo gestus fuit, sed ex tempore, quo fuit toleratus, & accipiũtur hæc de tolerantia expressa, non de simulata, vel sub conniuentia, vt per *Host. ibi n.4.* idest scripto, vel verbo, aut facto aliquo positiuo, vt declarat *Bellam. sub n.3. vers. sed contra quod verissimum est.*

Et quod ijdem subdunt, intelligi de sola tolerantia, & patientia Papæ, prout in casu dictæ Decretalis loquutus est *Hostien. ibi n.5.* cũ quo sentire videntur *Io. Andr. nu.6. Anch. nu.2. Abb. n.2. ad finem, vers. Nisi quod de patientia*; non satis tutum est, ex generalitate dicti textus, illiusquè ratione.

57 Et videmus, quod † si Capitulũ tradat possessionem alicui nullitèr prouiso, si apud ipsum Capitulum verè sit Ius conferendi, talis traditio habet vim collationis, vt latè *per Achill. decis.267. nu.3.* & alibi diximus. Neque enim tunc venit consideranda aliqua ratificatio præcedẽtis actus nullitèr gesti, sed factũ meræ collationis, & vsus suæ potestatis, implicitus in ipsa tolerantia, vt per *Achill. ibidem num. 5. & 6.*

Nequè ideo applicatur, quod ex post facto, ele-

58 ctio † nulla, nõ possit ratificari per eũ, qui illi debet consentire, *c. Auditis de elect.* quià non agitur nùnc de effectu consensus circa ratificationẽ actus gesti, sed de effectu consensus, vt quis obtineat beneficium citra ratificationem actus priùs nullitèr

59 gesti, & propterea † *Anchar. in d. c. literas n.2.* dixit, talem toleratũ non habere titulum, ab eo, per quem priùs fuerat pronisus, sed ab ipso tolerante.

60 Quemadmodũ verò † Episcopus facta deuolutione, non potest conferre, itá nèc vnire; licèt enim *Feder. de sen. consf.111 sub n.8* videatur cõtrarium voluisse, prout eũ in hunc sensum accepit *Rebuff in d. tit. de deuolutio nu.31.* & cum eadem sententia trãsierint *Caccialup in tract. de vnio. in 4. art. nu.10. & 11. Petrus de Perus. in eod. tract. cap 4. num 23.* tamen id venit declarandum saluo ipso iure deuoluto, vt videlicet vnio effectum suũ saltim in articulo exequutionis non sortiatur, nisi post consumptũ deuolutionis effectum per vacationẽ prouisi, aliàs cẽseretur facta in fraudẽ, cessaretquè ratio super qua se fundat Federicus, & itá etiã tenet *Garz. de benef. par. 12. c.2. §. 1. ex n.91.*

61 Secundus est effectus, vt † quemadmodũ per talem deuolutionem, vt suprà præmissum est, fit duntaxat quidam transitus Iuris conferendi de persona in personam, sic nõ censeatur mutata prima vacatio, sed semper duret, perquè ipsam deuolutionem conseruetur, *Rota decis.774. n.2. par.3. lib.3. diuers. Seraph. decis. 1039. num.3.*

62 Vndè consequitur † teneri Superiorẽ hunc, cõferre eisdem personis, quibus ex fundationis lege, vel alio Iure speciali tenebatur conferre is, à quo est facta Deuolutio, *Clem. 1. vbi gloss. 1. & in verb. Monasterij, de supplen. negl. Prælat.* & post alios *Abb. in d. c. Nè pro defectu nu.3. de elect.*

63 Fit enim † deuolutio hæc cum omnibus oneribus, & qualitatibus requisitis ex Institutione, & natura Beneficij, *Fely. in cap. Cum accessissent nu. 18. de Constit. Rebuff. vbi suprà de Deuol. nu.40. Azor. præcitat. lib.2. c.26. ad fin. Gonzal. ad reg. de mens. glos.46. num.33.*

64 Quod etiam procedit † in prouisionibus Apostolicis, quæ fiunt tanquã de deuolutis; etenim eo ipso, quod Papa confert Iure deuoluto, cẽsetur restringere prouisionem suam ad eius normam, nèc velle vti ea potestatis plenitudine, qua vti consueuit, vbi prouidet iure proprio de affecto, aut reseruato, quæ fuit originalis animaduersio, *Archid. in c. Cum in tua, n.4. & ibi etiã Io. And sub n.3. circa medium, vers. item scias, de consuetud. in 6. Glo. pragm. sanction. iũcta additione Probi, tit. de*

collat. §. Item quod omnia, in verbo, scilicet; quam sententiam probauit *Rota apud Seraph. d. decis. 1309. nu. 3. & per to. & decis. 1363. num. 4.*

65 Adeo quòd † subintret hoc casu prouisus à Papa in locũ prouidẽdi ab inferiori, ità vt quemadmodùm prouidendus de beneficio resignato in manibus Ordinarij, tenetur infra sex menses publicare, ex Constitutione Gregorij XIII. ità tenetur prouisus ex ea vacatione ad Papam deuoluta, vt in pręallegatis decisionibus *Seraph.* quod priùs resolutum fuerat in *Mediolanen. Beneficij 13. Ianuarij 1597. coram Corduba.*

Tertius deniquè est effectus, vt ipsa deuolutio
66 nedùm † inferiores Collatores negligentes, sed eos quoquè omnes afficiat, qui potuerunt concurrere, præter ipsum Summum Pontificem (cui nunquàm negligentia imputatur) veluti est Legatus de latere, vt benè *per Papazo. ad dictam acc. 1. ex num. 8. de supplend. negl. Prælat.*

67 De Papa autem † quod possit cũ quouis inferiori, in casu deuolutionis concurrere, etiam in articulo iuris deuoluti, est extra omnem difficultatẽ, ex latè traditis per *Rebuff. ad Concord. s. Rubr. de Collat. §. si quis verò in verb. ad alium Superiorem, in princ. & in prax. tit. de deuolutio. n. 49.*

68 Quod tamen non † est satis vsu receptum, prætérquàm vbi ex parte collatoris adest impedimẽtum, iuxta *text. in c. Quia diuersitatem, vbi bona Gloss. in verbo suspensus, & verbo perfectus, de conceß. Præben.* vel vbi supponitur longa vacatio, vt suprà vidimus; & hæc satis de hac materia, quã etiam copiosè exponit *Garz. par. 10. c. 3. per to.*

SVMMARIVM.

1 Præuentio, quid differat à concursu, in materia prouisiua.

2 Expectatiuarum vsus, exorbitans, soliquè Romano Pontifici licitus.

3 Ius singulare, perpetuò innititur alicuius vtilitatis causæ, ob meritum personæ.

4 Expectatiuarum vsus, per Concilium Tridentinum sublatus.

5 Expectatiua, etiam post Concilium, aliquando per Papam concessa.

6 Coadiutoriæ gratia, implicat expectatiuam.

7 Eadem, nullam habet in iure resistentiam; quod hic ostenditur.

8 Coadiutoria cum futura successione gratia, fuit agnita etiam per antiquos Canones.

9 Ecclesiæ alicuius in seruitio versatus, præsumitur quouis alio melior, & sufficiens.

10 Coadiutor, perfunctus officio suo, in assecutione Beneficij cuiuis alteri de iure est præferendus.

11 Coadiutor, viuente Coadiuto, non dicitur obtinere beneficium, nequè hac ratione illi oritur incompatibilitas.

12 Coadiutoriæ gratia, qua ratione, in ipso articulo futuræ successionis intelligatur profluere à iure communi.

13 Aduocatorum filij præferuntur alijs, etiam supranumerarijs, in admissione in Collegium.

14 Extranei, rudesuè, aut noui nusquàm sunt præferendi clericis emeritis, & antiquis.

15 Coadiutori, cui non est facta assignatio aliqua fructuum. gratia futuræ successionis cedit in recompensam laboris.

16 Coadiutor, potest ordinari ad titulum Coadiutoriæ, si facta sibi sit assignatio portionis fructuũ.

17 Coadiutoriæ gratia, cum futura successione, non potest videri exorbitans, nisi vbi deuiat à decreto Sacri Tridentini Concilij.

18 Coadiutoriæ gratia cum futura successione, vindicata ab aliquorum morsibus.

19 Et detecta eorundem æquiuocatio.

20 Expectatiuarum reprobatio, fundata super voto captandæ mortis.

21 Mortis alterius captandæ votum, excluditur per consensum illius.

22 Coadiutoria cum futura successione, facta de consensu Coadiuti, perdit amaritudinem voti captandæ mortis.

23 Coadiutoria, qua ratione admittat Regulam 44. de præstan. consen.

24 Coaditoria, nequè est resignatio, nequè habet vim resignationis.

25 Coadiutor non datur inuito, nisi aut in casu dilapidationis.

26 Aut in casu dementiæ.

27 Coadiutoria, non conceditur, sine literis commendatitijs aut Episcopi, aut Capituli super qualitatibus Coadiutoris, & quarè.

28 Citatio nulla exigitur, in gratijs, quæ extraiudicialitèr per Principem fiunt.

29 Coadiutoria, continet duplicem gratiam æquè principalem.

30 Coadiutor, viuente Coadiuto, nullum habet ius in Beneficio, nèc tenetur recitare horas canonicas.

31 Coadiutore præmortuo, beneficium non remanet affectum, quominus Ordinarius prouideat.

32 Coadiutor, vita functo Coadiuto, eget noua apprehensione possessionis.

33 Coadiutor, mortuo Coadiuto, si illi se opponat prouisus ab ordinario, tenetur iustificare causam Coadiutoriæ expressam in literis.

34 Affectio resultat ex mandato de prouidendo, etiãsi subreptitium sit, vel Delegatus ad illius executionem non deuenerit, dummodò contineat interdictum, siuè inhibitionem.

35 Nisi tamen supponatur defectus mentis.

36 Coadiutor, an debeat praecedere Canonicos postmodùm receptos.

37 Dignitatem honorariam qui habet, nusquàm præfertur, ex sola prærogatiua temporis, alteri habenti re ipsa.

38 Præcedentiæ ius, non oritur ex dignitate, sed ex illius possessione, & exercitio.

39 Coadiutor, qualitèr non sibi, sed Coadiuto possidere intelligatur.

40 Coadiutoris possessio, non præiudicat Iubilationĩ Coadiuti.

41 Coadiutor, non impeditur optare.

42 Optione facta, reseruatio, siuè affectio, transit in præbendam optatam.

43 Coadiutor cum futura successione, dicitur habere, respectu Beneficij, ius quæsitum ad rem.

44 Etiam

44 *Etiam si, nèdum cœperit exercere afficium.*
45 *Coadiutoria cum futura successione, impedit, nè alteri possit conferri Beneficium.*
46 *Coadiutoria gratia est nulla, si tempore Data iàm sit mortuus Coadiutus.*
47 *Etiam respectu gratia futura successianis.*
48 *Clausula*, etiam si nunc vacet, *adiecta in literis Coadiutoria cum futura successione, non capit vacationem per obitum.*
49 *Resignationi qualitèr possit prastari consensus per procuratorem, mortuo resignante.*
50 *Resignantis mandatum, per eius mortem, re integra expirat.*
51 *Optioni, non est locus contra Coadiutorem cum futura successione.*
52 *Optandi statuto censetur derogatū, per clausulam generalem derogatoriā, in gratia Coadiutoria.*
53 *Annexa prabenda, qua dicantur.*
54 *Annexa, propriè dicuntur, qua principali accedunt.*
55 *Optio prabenda, an soluat annexionem aliquam.*
56 *Prabenda, quando dicantur annexa Canonicatibus.*
57 *Prabenda reputatur spiritualis propter annexionem & in ea non cadit optio.*
58 *Coadiutor, potest optare, resecta distinctione Gonzalez.*
59 *Gratia alicui concessa, non debet ei nocere.*
60 *Optionis subiectum, est mera temporalitas.*
61 *Affectio prabenda, in Coadiutoria cum futura successione, facta optione, transit per viam subrogationis, in prabendam optatam.*

QVÆSTIO XXV.

Qua dicatur Gratia Prauentiua, & qualiter se habeat eius aut ratio, aut vsus?

1 SVNT, qui coniectura vocis ducti, confundant † materiam concursus, de qua in præcedēti egimus, cum materia præuētionis; etenim, quià Papa dùm concurrir, preuenit, idest præoccupat partes Episcopi, vel alterius inferioris collatoris, gratiam ita factam, pro gratia præuentiua ii expendunt; At propriè loquendo, & quātum spectat ad materiā subiectam, rectiùs alij, vim vocis huius, ad ipsam vacationem referunt, vt eæ dicantur gratiæ præuentiuæ, quæ vacationem ipsam præueniunt, vt aduertit *Reuerendiss. D. Coccinus, in Annot. 217. lib. 2. impress. per Marchesi. tom. 2. fol. 607. sub num. 7.*

Cùm vero de ratione gratiæ huius quæritur,
2 non † potest negari, quin ea valdè exorbitet à Iure, quo, Inferioribus à Papa, penitus est interdictū vacationem præuenire, *cap. 2. de concess. Praben.* adeo vt solus ipse Romanus Pontifex sibi hoc attribuat, veluti pro imperio quodam extraordinario, *vt ait Cuiac. in explic. c. 1. & d. c. 2. de concess. praben. in 2. col. vers. solus Romanus Pontifex.*

3 Si igitur de ratione † Iuris istius quæratur, nulla alia potest assignari, quā vtilitatis alicuius causa, ipsius Pontificis iudicio, atquè anctoritate expensa, *l. Ius singulare ff. de legib.* Quapropter vtilitatem prædictam, non aliundè æstimamus, quàm ex personæ meritis cui talis gratia fit, vt declarat textus *in l. 1. §. vlt. ff. de constit. Princip.* Vndè maximam in se habet honestatem.

4 Quod, vtcunquè verum sit, & ante Concilium Tridētinum † modus hic prouidendi itā frequēs, vt ostendunt integri tituli, quos habemus tàm extra, quàm in Sexto Decretalium Libro, & in Clementinis, *de concess. Praebend.* & qui super hac materia integri editi sunt tractatus; Nihilominus idem Sacrum Concilium *sess. 24 cap. 19.* tales gratias, quæ vulgo expectatiuæ nuncupantur, districtiùs prohibuit, à quo tempore Romani Pontifices pro eorum summa Sanctitate, abstinuerunt se à concedendis huiusmodi gratijs, quamuis intelligerent, plenitudinem potestatis, indè sibi non fuisse
5 diminutam, vt est † expressum in *cap. proposuit §. licet autem, de Concess. Praben.* Et licet à quibusdam audierim, aliquando etiam post Conciliū fuisse tales gratias concessas, tamen non reperi exemplum aliud, quàm sub Gregorio XIV. pro Canonicatu in Ecclesia Calaguitana 26. Septembris 1591. super quo lis postmodùm fuit exorta, & tametsi validam, & efficacem propter dictam plenitudinē potestatis, qua fuerat vsus Gregorius, cum expressa derogatione Concilij, eam nihilominus gratiam, Rota habuit pro exorbitanti, vt in decisione facta in eadem causa *1. Iuly 1592. coram bon. mem. Penia.*

Frequentiùs verò vsi sunt potestate ista ex cau-
6 sa coadiutoriæ, quæ † nō minus, quàm Superiores, præuentiua dicitur, vt latè probauit *Rota apud Mohed. decis. 10. ad med. vers. Et in gratijs præuentiuis, de priuil.* preueniendo scilicet vacationē ex illa causa, atque ità dando Coadiutorem cum futura successione: Quod non absolutè remouit Concilium *sess. 25. cap. 7. vers. in Coadiutorijs*, sed indulsit in Cathedralibus, & in Monasterijs, ex vrgenti necessitate, vel euidenti vtilitate, causa ipsa per Summum Pontificem cognita; decernens alitèr factas, obreptitias esse.

7 Ex quo fonte, Primum ducitur, † gratiā futuræ successionis pro Coadiutore, nedum non habere Iuris aliquam resistentiam, vt habet simplex gratia præuētiua, sed potiùs assistentiam, modò iusta causa subsistat, vel necessitatis, vel euidētis vtilitatis Ecclesiæ: habet enim talis gratia duo correlatiua; Prius, quo Papa dat Coadiutorem non valēti suo incumbere officio, propter imbecillitatē, vel corporis, vel animi, in quo nemo est, qui nō agnoscat, & necessitatem, & vtilitatem Ecclesiæ versari, vt patet ex *Can. Petijsti, cum sequ. 7. q. 1. & c. vltimo, & penult. de Clerico ægrot. & in cap. vnico eo. tit. in 6.*

8 Alterum est in retribuēdo † eidem Coadiutori, ius succedendi ipsi Coadiuto; & in hoc quoquè versatur eadē causa, cùm intersit Ecclesiæ, regi per personas aptas, de qua aptitudine iàm in ipso limine gratiæ disquiritur, vt optimè explicatur in

dicto Can. Petijsti, per quem textum Mandosi ad
Reg. 11. q. 5. nu. 5. dixit, vsum huius gratiæ, habere
aliquam conformitatem cum Iure Canonico, su-
per quo eum indebitè carpit Gonzal. ad reg. de
mens. gl. 5. §. 9. n. 46. nam in effectu textus ille op-
timè probat assumptum, non quidem in eo, quòd
talis cõcessio futuræ successionis, sit de iure debi-
ta, sed in eo, quòd illius vsus sit antiquissimus, &
tametsi ex gratia fiat, vt ibi per Præpos. nihilomi-
nus canonicus sit, atquè à Sacris Canonibus ap-
probatus; ad quod etiam est textus in Can. sicut
vir §. ecce his auctoritatibus, vers. Hinc etiam B.
Augustinus, ca. 7. q. 1. quem ad hoc ponderat Put.
decis. 225. secundum vltimam impressionem, num.
20. lib. 3.

Quòd si instes, nil esse, quin defuncto coadiuto,
possit alius idoneior successor inueniri, id nequè
ex honestate est, nequè ex vtilitate Ecclesiæ; nàm
9 quoad Idoneitatem, eo ipso † quòd semel causa
cognita, est huic muneri electus, intantum præsu-
mitur quouis alio melior, vt de eius sufficientia
non possit dubitari, textus est in Can. 1. 94. dist.
glos. in Can. miramur, in verb. pro laboribus, di-
10 stinct. 61. & data effectuatione † in officio Coa-
diutoris, videtur cuiuis alteri præferendus, pro-
pter labores semel pro Ecclesia impensos, vt pon-
derat text. in dicto Can. Miramur.

11 Et licet † viuente coadiuto, ipse non habeat ti-
tulum, nequè possessionem respectu beneficij, cum
sit fictus beneficiarius, vt latè fuit decisum in Sa-
lamantina Coadiutoriæ, 25 Iuny 1593. coram
Penia, impressa per Marches. lib. 1. fol. 468. vt pro-
pterea sibi hinc non causetur aliqua incompati-
bilitas, vt latè per Gonzal. ad Reg. de mens. glo. 5.
§. 9. ex num. 94. secundùm tamen declarationem,
quam subijcit Garz. de benefic par. 4. cap. 5. num.
123. negari nihilominus non potest, quin dicatur
iàm in Ecclesia receptus, saltim ratione admini-
strationis officij, & in consequens filius Ecclesiæ,
quæ eum Domino sociauit, vt loquitur Hostien.
in cap. cum Nuncius 12. num. 3. de testib. indequè
anteponendus cæteris, quantumcũquè in reliquis
ij videantur magis idonei, Nauarr. de oratio. nu.
76. vers. Quia fallit primo.

Vt propterea videatur ista gratia à Iure pro-
12 fluere, quo † disponitur, eum qui est de gremio Ec-
clesiæ, semper anteponendum esse in prouisioni-
bus beneficiorum eiusdem Ecclesiæ, Can. nullus,
& can. obitum, dist. 61. cap. cum inter Canoni-
cos, vbi glo. in verb. aliam de elect. Rota dec. 413,
num. 1. par. 1. diuers. & fuit responsum in vna
Calaguritana beneficy de Arnedo, 22. Ianuarij
1622. coram R. p. d. Merlino.

Quod etiam, Iuris ciuilis ratio, prudentissimè
13 attigisse videtur in filijs † Aduocatorum intra or-
dinem receptorum, qui cæteris supranumeratis
accedentibus ad idem officium, præferũtur, l. Ne-
mini §. filios aute C. de Aduoc. diuersor. Iudicior.
l. Iubemus §. & filios C. de Aduoc. diuers. Iudicij.
14 Et in hoc † plurimum versatur fauor Ecclesiæ,
nè emeritis, & antiquis, noui, rudesuè, aut extra-
nei præponantur, vt dicit text. in can. statuimus,
& can. nec emeritis 61. distinct.

15 Potissimum si (vt consueuit) nulla † assignetur
Coadiutori portio fructuum pro labore; nàm tũc
videtur talis gratia ei cedere in recompensam,
quicquid sit, vbi ei fieret talis assignatio, vt aduer-
tit Put. decis. d. 225. secundum modernam impres-
sionem nu. 17. lib. 3. tùnc enim cessaret ratio hæc
recompensationis, cùm satis sit compensatus la-
16 bor cum stipendio assignato, quo etiam † casu
posset Coadiutor ad ordines promoueri sub hoc
titulo, prout ità procedit doctrina Nauarri, in
Manua. cap. 20. num. 18.

17 Ducitur hinc secundo, gratiam † coadiutoriæ
cum futura successione, eatenus dici exorbitantẽ,
vt loquitur Mohed. decis. 10. ad finem, de Priuil.
quatenus deuiat ab orbita decreti Concilij, iuxta
doctrinam Glos. vlt. in cap. Quæ à Iure de reg.
Iur. in 6. cũ alijs per Menoch. de recuper. remed.
15. nu. 13. Cæterùm quatenus ab eo non deuiat,
18 non † dici exorbitantem, & multo minùs odio-
sam, vel detestabilẽ, vt quidam malè crediderunt:
Sanè Gregor. Tholosanus de Benefic. c. 30. sub n. 2.
relato supradicto Decreto Cõcilij illicò addit, vi-
deri sibi hasce Coadiutorias detestabiles, eo quòd
Alexander Tertius relatus in cap. Accepimus, de
pact. detestatus fuerit collationes de Ecclesijs ta-
li tenore Clericis factas, vt post eorum obitum
alij nominatim succedant: Quod nõ facit ad rem,
non solùm, quià textus ille non loquitur de Coa-
diutorijs, cum qua responsione transijt Garz. eo.
tract. par. 4. cap. 5. num. 15. Sed quià nil indè sumi
potest, quod adaptabile sit terminis Coadiutoriæ,
in qua cadit correlatio de qua suprà, & cuius in
causa, versatur vtilitas euidens, vel necessitas Ec-
clesiæ, vt Concilium disponit.

19 Cautè etiam accipiendus † est Gambarus in
tractat. de offic. & potest. Lega. lib. 5. sub tit. de
Coadiuto. num. 13. quatenus pronunciauit, per
istas gratias, intrare fœdam successionem in Ec-
clesia Dei, veluti referentes in beneficijs hæredi-
tariam quandam imaginem, sub qua plerunquè
hæredes fiunt pueri, qui nedùm ipsi Coadiutore,
sed Pedagogo egent, quem etiam retulit Gonzal.
dicta Gloss. 5. §. 9. num. 41. pertinent hæc enim
ad contingentia contra mentem Summi Pontifi-
cis, ex sinistra informatione, quæ vt præcaueatur,
vix fieri potest, vt ostendit Pius Secundus in Epi-
stola, cui præscripsit titulum de moribus German.
char. 6. vers. decipitur interdum.

Ducitur hinc tertiò forma, & vsus circa huius
gratiæ concessionem, vndè ea magis honestatur;
20 vt enim † excludatur votum captandæ mortis, su-
per quo est fundata reprobatio expectatiuarum,
21 cap. 2. de concess. Præben. in 6. exigitur † consen-
sus, & requisitio coadiuti, per quem consensum
amaritudo ista excluditur; vti per eum text. notat
Bart. in l. vlt. sub num. 11. vers. tertio probo, C. de
Pact. Bellam. cons. 60. num. 2. Ossasc. decis. 100. sub
22 num. 3. vers. tertio defenditur, & in † terminis gra-
tiæ huius ponderauit Rota apud Pute. decis. 478.
col. vlt. vers. Nam licet ista gratia, lib. 2. in no.

23 Et hæc est ratio, cur in † coadiutorijs huiusmo-
di habeat locum reg. 44. de præst. an. consens. vt ad-
uertit Gonzal. ad reg. de mens. glo. 5. §. 9. n. 10. non
autem

autem quià aut fit resignatio, aut habeat resignationis vim,vt ipse ait ex *Put. decif. 108. lib. 2.* qui
24 hoc non dicit,sed potiùs oppositum,prout † etiam oppositum tenet *Mohed. d. decis 10. nu. 6. de Priuil. Rota decif. 10. num. 3. lib. 3. par. 3. diuerf. Puteus fupracit. decif. 225. num. 12. ad fin. lib. 3.*

Nusquam enim dari consueuit Coadiutor inui-
25 to,nisi † aut in casu dilapidationis,cum ablatione administrationis, à qua de Iure veniat perpetuò suspendendus,iuxta *text. in Can. vlt. 3. quaest. 2. & in cap. vlt. ad finem, de accusat. Gloss. in cap. 1. in verb. Deferre crucem, vers. nisi aliter suspectus esset, vt lite penden. & cõsiderauit Rota in Tullen. seu Nullius Monasterij 29. Martij 1610. coram*
26 *Cardinali Sacrato*, aut in casu † dementiæ, vt in *cap. vnic. de Clerico agrot. in 6.*

Vtquè paritèr excludatur species illa hęredita-
27 riæ successionis, † exiguntur literæ commendatitiæ aut Episcopi, aut Capituli,super qualitatibus Coadiutoris,& indigentia Ecclesiæ,quod etiam notauit *Gonzal. dicta gloss. 5. §. 9. n. 48. cum seqq.* licèt non sint de forma, sed tantùm, vt moueant Papam ad faciendum gratiam huiusmodi; Concilium enim exigit simplicitèr causæ cognitionem, quæ per Principem alitèr etiam, quàm ex huiusmodi attestationibus potest haberi,& quidem ex-
28 traiudicialitèr, neque in † gratijs Principis quæ extraiudicialitèr fiunt, exigitur citatio alicuius, *Innoc. in cap. cum pridem super num. 9. in verb. indulgeri, de renunc. Rom. conf. 369. nu. 29. vers. hoc secundo Felyn. in cap. olim num. 9. qui alios allegat, de re iudic.*

29 Ducitur hinc quartò,talem† concessionẽ continere duplicem gratiam æquè principalem, Coadiutoriæ scilicet,& futuræ successionis, *Put. decif. 98. lib. 2. & fuit dictum in Oxomen. Archidiaconatus 19. Nouembris 1614. coram Buratto*,& patet tùm ex prædictis, tùm ex eo, quòd gratia Coadiutoriæ pendeat aliquo modo, etiam à consensu Coadiuti, vndè reseruatio, quæ indè insurgit, non dicitur simplex, sed mixta, & gratia futuræ successionis, nullatenus ex tali consensu pendet, quapropter cum altera sit in ordine ad alteram æquè principalitèr, pro separatis, & simplicibus reputari debent, non autem pro connexis, & mistis, ità *Puteus in sæpè citata decif. 225. sub n. 12. vers. Non obstant modò quatuor, lib. 3. in no.*

30 Quo fit, vt viuente † Coadiuto, sicuti etiam dixi suprà *num. 11.* Coadiutor nullum penitus habeat Ius in beneficio, vel respectu tituli, vel respectu possessionis, sed tantũ Ius quoddam nouitèr creatum circa facultatem coadiuuandi, & ipsum simplex officium penitus à beneficio distinctum, nec quidpiã aliud, aut obtinere, aut possidere ex propria persona censeatur, ità vt nec ratione talis officij teneatur ad horas Canonicas, vt adnertit *Nauar. de horis Canon. cap. 20. sub n. 18 vers. Ad*
31 *diluendum*, vndè si † præmori eum contingat, beneficium non remanet affectum, quominus Ordinarius illud prouideat, *Puteus supr. allegat. decif. 225. num. 18. lib. 3. Gonzal. ad reg. de mensibus gloss. 52. num. 44. vers. Hinc appositio, Garz. de Benefic. par. 1. cap. 1. §. 2. num. 174.* Et si supersit

32 Coadiutor, † egeat noua apprehensione possessionis, *Rota decif. 637. num. 4. par. 1. in recent. & censuit S. Congreg. super Concil. in vna Colimbricen. Coadiutoria 11. Septembris 1606. & in alia Patauina 30. Ianuarij 1616.* quia cum priùs careret titulo, non potuit sibi possidere, *reg. beneficium de Reg. Iur. in 6.*

33 Vndè consequitur, quòd si mortuo † Coadiuto opponat se prouisus ex ea vacatione ab Ordinario, teneatur ipse Coadiutor iustificare causam Coadiutoriæ in literis expressam, neque aliter intret reseruatio, vel affectio ad eius fauorem; cuius rei ea est Ratio, quià Papa mouetur solo intuitu Ecclesiæ propter necessitatem, vel euidẽtem eius vtilitatem, non autem intuitu alicuius personæ, qua causa non subsistente, intrat defectus mentis, cessatque omnis affectio, vt latè fuit decisum in dicta *Oxomen. Archidiaconatus 19. Nouembris 1614. coram Buratto*, recedendo à decisis sub die *10. Martij dicti anni, qua legitur impressa inter recent. decif. 570. par. 1.*

Gratia enim hæc, conditionalis est, si vera sit causa, nèc ideo operatur ante Iustificationem ta-
34 lis causæ, Decretum † verò irritans, & inhibitio consueta apponi in istis gratijs, operatur quidem affectionem, etiam si non teneat prouisio ex defectu personæ cui fit, iuxta doctrinam *Hostiensis in cap. Inter dilectos sub num. 14. vers. Potest dici, quod nusquam, & ibi Io. Andr. sub num. 16. vers. Alij dicunt, Ancharan. nu. 13. eo. vers. alij dicunt & Butr. num. 19. de excess. Prælat.* secus verò,
35 quando † prouisio est nulla ex defectu mẽtis prouidentis, quià scilicet deficiat causa, ex qua mouetur, *Geminian. in cap. Præsenti n. 2. vers. Nota quod eo ipso, vbi Franch nu. 1. in 3. notab. de offic. legat. in 6. Prob. ad Monach. in cap. tibi num. 19. ad finem vers. Præterea, de rescript. in 6. Roman. conf. 335. num. 11. Pute. decif. 1. lib. 1. cum alijs adductis in præallegata Oxomen. Archidiaconatus.*

36 Consequitur hinc etiam, vt † Coadiutor in Cathedrali, vel alia Collegiata, non possit sibi arrogare præcedentiam in Canonicos postmodùm receptos, non obstante consueto decreto, *quod sibi competant omnes Prærogatiuæ coadiuti, ratione Canonicatus*, tùm quia per huiusmodi,& similia decreta, nõ addicitur ei aliud, quàm simplex
37 honor; in concursu † verò habentis simplicem honorariam, cum habente dignitatem re ipsa, semper præcedit habens re ipsa, tametsi posterior, *l. Sancimus la 1. quam ibi exornat Cuiac. C. de Cõ-*
38 *sulib. lib. 12.* Tùm quià † Ius istud præcedentiæ non oritur ex dignitate, vel simplici prærogatiua alicui cõcessa, sed ex sola possessione, & illius exercitio, *l. 1. C. eo. tit. de Cõsulib. lib. 12 l. 2. C. de offic. Magistr. officio. l. vlt. C. de Tyron. eo. lib. 12. & dixit Rota in Vicentina Præcedentiæ 27. Aprilis 1594. coram Gipsio, cuius meminit Auctor Praxis Archiepiscopalis cap. 13. in princip.* & in præcisis terminis præcedentiæ inter Coadiutorem, & Coadiutum, respondit Rota *in vna Salamantina Coadiutoriæ 25. Iunij 1593. coram Penia impressa apud Marchesf. lib. 1. fol. 468.* & etiam de mente

mente Sacræ Congregationis in Hispalen. Præ-
minentiarum 8. Febr. 1611. coram Card. Sacrato,
& in vna Toletana Admissionis, 4. Iuly 1614. co-
ram Reuerendissimo D. Pamphilio, quæ est in
recent. par. 1. decis. 657.
39 Ex eisdem deniquè † consequitur, cautè etiam
illud accipiendum esse, quod dicitur in dicta Hi-
spalen. Præeminentiarum, videlicet Coadiutorem
non sibi, sed Coadiuto possidere, vt referatur ad
materialia subiecta, putà locum, & stallum, & simi-
lia; nàm verius est, sibi vtrumquè seiunctim pos-
sidere, nèc possessionem versari circa id ipsum di-
uersis respectibus, vt ibi dicitur, sed circa diuersa,
vt videlicet Coadiutus possideat beneficiũ, Coa-
diutor verò possideat officium illud, & Ius de no-
uo creatum, iuxta sententiam Nauarri vbi suprà,
agnouitquè Rota in præællegat. decis. 637. num. 4.
par. 1. ibi, cessat illa possessio seruitij.
40 Et super hoc posita est ratio, cur nequè † pos-
sessio Coadiutoris præiudicet Iubilationi Coa-
diuti, nequè Iubilatio ex possessione ipsius Coa-
diutoris perficiatur, vt fuit resolutũ in Tirasonen.
Coadiutoria 8. Nouembris 1598. coram Penia,
41 nèc similitèr † impediatur Coadiutor optare, vt
contra Gonzal. ad reg. de mens. Glos. 38. ex n. 23.
disputat Garzias de Benefic. par. 4. c. 5. ex n. 120.
42 cùm hoc † casu, affectio transeat in subiectũ opta-
tum, nequè afficiat dimissum, vt benè tradit Card.
cons. 126. sub num. 3. ad fin. vers. Secundo idem
ostenditur, & num. 7. Collectar. in cap. dilecto in
6. q. de Præbend. Simonett. de reseruat. q. 45. nu. 8.
ad fin. vers. Et Collectarius, & tenuit Rota in
Vrgellen. Canonicatus 9. May 1593. corã Blan-
chetto, & in Salamantina Portionis, 15. Octobris
1584. coram Vicecomite, ac tandem, me informan-
te, fuit resolutum in vna Corduben. Coadiutoria
7. Nouembris 1619. coram Seleucien.
43 Effectus nihilominus † gratiæ huius, antequam
vacet beneficium, permaximus is est, vt scilicet
indè cẽseatur Ius ad rem in eo quæsitũ ipsi Coa-
diutori, in tantũ vt succedẽte vacatione nõ egeat
noua collatione, vt fuit resolutum in eadem Ti-
44 rasonen. Coadiutoria: etiam † quod non cœperit
exercere officium Coadiutoriæ, vel quod per ip-
sum steterit, quominus exercuerit, quod pariter
in literis expressè decerni consueuit, vt latè per
45 Gonzal. dicto §. 9. ex num. 55. impeditur † enim
hinc, nè alteri conferri possit beneficium, Seraph.
decis. 1447. num. 4.
46 Ducitur hinc quinto, quod † licèt (vt dixi) ista
concessio contineat duplicem gratiam, & vna sit
ab alia penitus separata, vtraquè tamen pendeat
à causis narratis Papæ, vt fuit animaduersum in
dicta Oxomen. Archidiaconatus, atquè ideò, si de
tempore Datæ, mortuus iam sit Coadiutus, sicut
gratia Coadiutoriæ (quæ ipsius fauorem respicit,
fitquè ad eius preces) ipso Iure nulla est, l. Nera-
47 tius, de reg. Iur. ita † nulla quoquè sit gratia proui-
siua illi subordinata, & ab ea dependens, Gloss. in
Clemen. 1. in verb. vel alteri, circa finem, de Præb.
& hæc est verissima opinio, quam probauit Garz.
de Benefic. par. 4. cap. 5. num. 130. & 131. & post-
modùm sequuta est Rota in Seguntina Canoni-
catus 26. Nouembris 1616. coram Manzanedo.
48 Clausula † enim, etiã si nunc actu vacet, refertur
ad omnes alios modos vacandi, quàm ad hunc per
obitũ, nè videatur cõtradicere expressioni, quod
Coadiutor viuat, & supplicet, Aebil. dec. 1. de præb.
49 Nèc † debet attendi consensus procuratoris
Coadiuti, qui præstari potest post mortem, iuxta
Cassad. decis. 1. de renunc. quià id procedit ex ter-
mino habili retrotractionis ad diem Datæ, quo
tempore adhuc viuebat supplicans, vt considerat
Cassad. vbi sup. & Crescent. eod. tit. decis. 7. & di-
50 ximus in præcedenti quæst. remoto † verò ter-
mino habili, non procedit ea retrotractio, sed ve-
luti re integra expirat mandatum, vt benè docet
Paris. de resignat. lib. 9. quæst. 24. ex nu. 9. & hanc
esse communem opinionem, censuit Rota in d.
Seguntina Canonicatus.
51 Ducitur hinc sexto; cedente † vel decedente
Coadiuto, immittendum fore Coadiutorem in
possessionem omnium annexorum, non obstante
quocunquè iure optandi, quià stante appositione
manus Papæ tollitur omnis alia vacatio, præter-
quàm ea, quæ obuenit in fauorem Coadiutoris,
vt nuncupatim censuit Rota, me scribente, in vna
Corduben. Coadiutoria 27. Nouembris 1619. co-
ram Archiepiscopo Seleucien, per tex. in cap. final.
cum ibi not. de consuet. in 6. Rot. decis. 6. eod. tit. in
no. cum alijs cumulatis in vna Capuana portionis
22. May 1609. coram Cardinali Lancellotto;
52 præcipuè † virtute clausulæ statutorum derogato-
riæ in similibus apponi consuetæ, Gemin. cons. 30.
num. 8. Card. cons. 16 num 4. Rot. decis. 5. de con-
suet. in no. & decis. 2. eod. tit. in antiq. Crescent.
decis. 9. de concess. præbend. cum alijs per Gonzal.
ad reg. de mens. Glos. 5. §. 8. num. 9.
53 Dicuntur † autem, in proposito, annexa omnia
illa, quæ non sunt ex se tituli beneficiales, etiam
si sub nomine præstimonij, vel alio simili nuncu-
pentur, vt in specie fuit decisum in d. Corduben.
Coadiutoriæ, & apud Mantic. decis. 273. num. 1.
54 & 3. secundùm † enim proprietatẽ verborum, an-
nexa ea censentur, quæ principali accedunt, cap.
super eo, & ibi Lap. Abb. nu. 2. de præb. in 6. Man-
dos. super glos. facultas. §. habita. in verb. annexis.
55 Nequè attenditur † vis optionis in eo, quod
dùm dimittitur, & optatur, non possit videri an-
nexio perpetua, & sic eiusdem rationis cuius est
titulus subiectus Coadiutoriæ; nàm vt responde-
bam in dicta Corduben. optio non soluit annexio-
nem, quatenus id quod est temporale, semper ad-
hæret spiritualitati, videlicet iuri Canoniæ, quod
56 dignoscitur † an præbẽdæ, vel portiones, quæ sup-
ponuntur annexæ, correspondeant numero Cano-
nicatuum, seù titulorum, vt vidimus in superiori
libro quæst. 19. num. 25. ex doctrina Abb. in cap.
maioribus num. 4. & vers. quandoquè, & in cap.
57 dilecto num. 6. de præben. indequè † efficitur, vt
ità annexum, reputetur spirituale, subeatquè na-
turam tituli Canonicalis, vt eodem modo ex-
cludatur optio, Veral. decis. 356. num. 1. par. 2. &
fuit etiam decisum in Hipporegien. præbendæ
23. Ianuarij 1608. coram Manzanedo.
Et propterea hinc etiam intelligimus, gratiam
Coadiu-

58 Coadiutoriæ † cum futura successione non esse
impedimento, quominùs Coadiutus, vbi viget ius
optandi, possit indistinctè optare præbendas, vt di.
ximus suprà *num. 41.* Quamuis enim *Gonzal. ad*
Reg. de mens. Gloss. 34. num 97. distinxerit inter
casum, quando futura successio est concessa in
gratia Coadiutoriæ, quoad Canonicatum, & præ.
bendam ordinariam illi annexam dũtaxat, absquè
illa præbenda in qua cadit optio, & casum in quo
est concessa talis successio, etiam quoad huiusmo.
di præbẽdam optabilẽ, velitquè priori casu Coa-
59 diutum optare posse, nè gratia hæc † ad eius fa-
uorem introducta sibi noceat, *cap. quod ob gra-*
tiam de reg. iur. in 6. in secundo verò minimè,
quià cum Coadiutus non possit dimittere præ-
bendam optatam, veluti iam sit adiudicata Coa-
diutori, consequentèr videatur cessare natura
optionis; tamen ista eius distinctio non est practi-
cabilis, nequè de facto, nequè de iure, nusquàm
enim cõceditur talis gratia ità coarctata ad præ-
bendam iam optatam, vt Coadiutus aliam non
60 possit optare, nequè † in huiusmodi optionibus
cadit subiectum aliquod spirituale, sed temporale
spirituali annexum, propter personas, & seruitium
spirituale, *Card. in Clem. vlt. num. 10. de prabend.*
& cons. 126. num 4. & cons. 143. num. 11. & de-
clarauimus *lib. 1. in pracit. quaest. 19. num. 14. &*
ex num 25.

Proindequè, simplicitèr inducitur subrogatio
rei, in alterius rei locum, & vices, vndè talis distin.
ctio prorsus est reijcienda, & tenendum, Coadiu-
tum posse optare, simulquè præbendam ità opta-
tam, vi subrogationis censeri affectam, & reserua-
tam pro Coadiutore cum futura successione, vt
etiam contra *Gonzal* tenuit *Garz. de benef. p. 4.*
cap. 5. ex num. 118. vsquè ad num. 121.

61 Affectio † enim ea, quæ fuit adiecta priori præ-
bendæ, transit per viam huiusmodi subrogationis
in præbendam optatam, vt optimè tradit idem
Card. d. cons. 126. num. 7. Collect. in cap. dilecto
in 7. quast. de prabend. Simonet. de reseru. quaest.
45. ad fin. & fuit resolutum in *Salamantina*
portionis, 15. Octobris 1584. coram Vicecomite,
in Vrgellen. Canonicatus 9. Maij 1593. coram
Blanchetto, & demùm in præfata *Corduben. Coa-*
diutoria 27. Nouembris 1609. coram Archiepisco-
po Seleucien.

Reliqua, quæ ad Coadiutoriæ materiam perti-
nent, satis benè fuerunt excussa per *Gonzal. &*
Garz. locis suprà allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio, quid.*
2 *Prouisio facta per inferiorem de Beneficio reseruato, dicitur præsumpta.*
3 *Reseruatio, solidat potestatẽ conferendi in Papa.*
4 *Reseruatio, implicat prohibitionem.*
5 *Decretum irritans, est quid diuersum à reseruatione.*
6 *Reseruatio, quatenus intelligatur inficere possessionem.*
7 *Colorẽ titulo detrahit sola reseruatio, et inhibitio.*
8 *Decretum irritans, adiectum in reseruatione, afficit ignorantes.*
9 *Nisi agatur de decreto apposito per Legatum de Latere.*
10 *Decretum irritans, afficit ignorantes, siuè sit adiectum reseruationi certi beneficij, siuè generali clausa in corpore iuris, siuè cuiuis alteri generali, modò sit notoria.*
11 *Reseruationes, non possunt fieri nisi per Papam.*
12 *Reseruatio, alia temporaria, alia perpetua.*
13 *Reseruatio Papæ, non aufert potestatem conferendi ab ordinarijs, sed tantum elidit in eis eiusdem potestatis vsum.*
14 *Conferendi ius, in Papa originatur.*
15 *Reseruandi facultas in Papa, radicatur super iure Principatus.*
16 *Reuocatio gratiæ semel concessa, sapit odium.*
17 *Beneficium Principis, habet pro naturali obiecto, personæ meritum.*
18 *Mandatum, de natura sua est reuocabile.*
19 *Reseruationes generales, haud quaquàm sunt odiosa.*
20 *Reseruatio, impropriè dicitur auocatio potestatis.*
21 *Reseruationes, temerè improbata per Conciliabulum Basiliense.*
22 *Reseruata, non possunt per Episcopum vniri.*
23 *Reseruationes, introducta gratia prouidendi benemeritis.*
24 *Reseruatio, alia specialis, alia generalis, & quanam ea.*
25 *Clausula* etiamsi generalitèr, vel specialitèr reseruatum, *cuius sit virtutis.*
26 *Reseruatio facta pro certa persona, dicitur habere annexam gratiam, cuius ipsa reseruatio est pars.*
27 *Reseruationes mentales, sublata per Concilium, quanàm olim essent.*
28 *Affectio ex appositione manus Papæ, implicat reseruationem specialem.*
29 *Affectio, re ipsa, non differt à reseruatione.*
30 *Affectio qualitèr inducatur ex appositione manus Papæ.*
31 *Affectio, inducitur per vnionem ad vitam, secùs verò per vnionem perpetuam.*
32 *Et quæ sit ratio.*
33 *Affectio, an inducatur per vnionem ad vitam, de Beneficio pleno.*
34 *Reseruatio specialis, resultans ex appositione manus, est potioris prærogatiuæ reseruatione generali.*
35 *Et quæ sit Ratio.*
36 *Affectio, non inducitur ex appositione manus, quando actus non potuit sortiri effectum, ex contraria mente ipsius Papæ, veluti si deficiat conditio.*
37 *Affectio, an impediatur, si actus non possit sortiri effectum propter incapacitatem personæ.*
38 *Text. in extrauaganti ad Romani, de praben. inter com intellectus.*
39 *Affectio resultans ex appositione manus, durat quousquè prouisio Papæ consumitur.*
40 *Consumitur autem ex prouisione, etiam non secuta possessione.*

41 *Quod*

41 *Quod tamen declaratur, vt hic.*
42 *Affectio ex appositione manus, cessat, si deficiat mens ex defectu causa, qua Papa fuit motus.*
43 *Reseruationes Generales singula, singulis institui- mis causis nituntur, qua hic referuntur.*

QVÆSTIO XXVI.

Reseruatio quid, & quotuplex.



RESERVATIO (quod attinet ad subiectam materiam) est † interdictum
1 Papæ, factū inferiori, circa vsum potestatis ordinandi beneficium, gratia prouidendi benemeritis: Dixi, *Interdictū*, siuè prohibitio, in hoc enim tota
2 eius vis consistit, vt † si contra huiusmodi Interdictum prouideatur, prouisio inferioris dicatur præsumpta, *tex. est clarus in cap. 2. ad fin.* ibi *conferre alieni, seu aliquibus non præsumant, de præben. in 6.* ad idem est *tex. in cap. inter cætera, 17. extra eod. tit.* quod aliundè non prouenit, quàm ex illa inhibitione, siuè sit facta cum decreto irritanti, siuè sine. Nàm vt illius effectus in eo tantùm consistit, vt annullet prouisionem infe-
3 rioris, apud † quem remanet omnis potestas elisa per eius solidationem in ipso Papa reseruante, vt benè per *Rotam decis. 30. num. 2. de præben. in*
4 *antiq.* effectus hic satis † consequitur ex illa simplici prohibitione, siuè explicita, siuè implicita, ex declarata mente Papæ, quod ipse velit conferre, adeoquè vsus fuerit verbo *reseruamus, Hostien. in cap inter dilectos, sub nu. 14. vers. poteſt dici quod nusquam, de excessib. Prælator.* quem ibi ad literam sequitur *Ioan. Andr. num. 16. & Anchar. sub num. 13. vers. item indignum est.*
5 Decreti † verò irritantis, vt ipsum est quid à reseruatione diuersum, diuersa quoquè est vis, vt videlicet nedùm inficiat titulum, sed etiam possessionem, atquè ita ab ea omnem depellat colo-
6 rem; quod enim attribuitur reseruationi, vt † impediat spoliatum restitui, quasi nequeat dici possessor, vt apud *Rot. decis. 2. ad fin. vers. in beneficio reseruato, & decis. 12. de restit. spol. in antiq.* referendum est ad reseruationem cum decreto irritanti, non ad simplicem, & sine eo decreto, *Put. decis. 180. num. 4. lib. 3. Garz.* qui alios refert *de benefic. par. 5. cap. 1. ex num. 408.*

Et ratio diuersitatis est, quià vbi adest simplex reseruatio, etiam cum prohibitione expressa, licèt prouisio inferioris sit nulla, tamen adhuc potest allegari ignorantia, super qua dùm contenditur,
7 color aliquis est in titulo; tametsi † enim sola reseruatio, & inhibitio colorem illum possit excutere, *Lap. alleg. 16. num. 2.* in hoc tamen effectus reseruationis remanet elisus, siuè mortificatus, quia prætendatur ignorantia in inferiori; at vbi
8 adest decretum irritans, † hoc non potest prætendi, cùm illud etiam ignorantes afficiat, & in hoc æstimetur valentius ipsa reseruatione, aut inhibitione, & hoc est quod docuit *Glossa in cap. si eo tempore, 45. in verb. prouisionem, iuncta addit. de electione in 6.* cum adductis per *Gonz. ad Reg. de mensibus gloss. 67. num. 17.* id tamen intelligendo
9 de decreto ipsius Papæ, secùs † verò alterius, etiā Legati de Latere, in quo prorsus deficit potestas hæc afficiendi ignorantes, vt post longam disputationem concludit *Cassad. de decretis in reseruat. decis. 3. ex num. 6.* cum alijs quos congerit *Gonz. d. gloss. 67. ex num. 21.*

10 Est tamen verum, vim † decreti huius, non solùm intrare, vbi est adiectum reseruationi certi beneficij, vel generali clausæ in corpore Iuris, vt existimauit *Put. d. decis. 180. nu. 4. lib. 3.* sed etiam si sit adiectum cuiuis reseruationi generali, modò reseruatio notoria ità sit, vt illius ignorantia prætendi nequeat, vt fuit responsum in *Salamantina fructuum 9. Martij 1587. coram Gipsio*, prout meminit *D. Theodos. Rub. in suis singularib. ad dictam decis. Put.* & tenuit etiam *Rot. apud. Reuerendiss. D. Cocc in. decis. 51. num. 3.*

11 Dixi, *Papæ*: solus enim † ipse Papa potest facere huiusmodi reseruationes, cum solus habeat potestatis plenitudinem, quemadmodùm suprà dictum est, cùm ageremus de potestate eiusdem in concurrendo, *Simonet de reser. quæst. 2. nu. 2.*

Hincquè respectu ipsius Papæ reseruantis, du-
12 plex † oritur reseruationis species: Nàm prout sibi reseruat beneficij collationem ad beneplacitum, temporaria est reseruatio, prout autem reseruat Sedi Apostolicæ, suisquè in Pōtificatu successoribus, perpetua est, nèc tàm Papa, quàm ipsa Sedes, ex lege perpetua, cōferre intelligitur, textus est clarus in *cap. si gratiosè, vers. secus autem, de rescrip. in 6.* quem ità expendit *Gonzal. glo. 12. n. 6.* & hanc quoquè duplicem reseruationis speciem agnouit *glos. in cap. vlt. in verb. vacantibus, de consuet. eo. lib. 6.*

13 Dixi, *circa vsum potestatis*; nequè enim † Papa per suas reseruationes aufert potestatem ab Ordinarijs, sed eius simplicitē vsum in eis elidit, quod est proprium interdicti, siuè inhibitionis, ex adductis per *Mandos. de inhib. quæst. 1. num. 1. &*
14 *per tot.* Hoc † autem facit citra cuiusquè iniuriā, cùm Ius conferendi in ipso originetur, & in alios diffundatur, vt ostendimus suprà, dùm de concursu ageremus, *quæst. 23. ex num. 24.*

Quamuis enim potestas in concurrendo, videatur minus præiudicialis, eadem tamen ratio deseruit huic facultati reseruandi; siquidem hæc
15 radicatur † super Iure Principatus in Ecclesia Dei; quippè ab exordio nascentis Ecclesiæ, potestas Diuini ministerij, ità per Dominum in Apostolorum Principe collocata fuit, vt ab eo, quasi capite, in cæteros, quos suæ sollicitudinis participes elegisset, quasi in reliquum corpus diffunderet, *can. Ità Dominus 19. distin. vbi Prapos. in 2. conclus.*

Et propterea, dùm reseruat, non aufert, sed simpliciter cessat diffundere, eo modo quo prius, in quo nihil cuiquam detrahit, non minus quàm possit videri quiuis Princeps non detrahere Magistratui per se creato, qui vellet munus iudicandi obire

obire: Porrò licèt admittamus, à principio fuisse facultatem hanc per Papam, in omnes Episcopos
16 diffusam, & vbicunquè agitur † de reuocatione factæ concessionis, materiam non posse separari à quadam odibilitate, *c. decet de reg. iur. in 6. Cassi. de Grass. decis. 193. aliàs 1. de verb. signif. num. 6.*

Nihilominus est aduertendum, diffusionem illā non fuisse factam in gratiam ipsorum Episcoporū, prout est de ratione beneficij Principis, quod
17 habet † pro naturali obiecto personæ meritum, *l. 1. vers. nam quod Princeps ff. de const. Princip.* sed in gratiam ipsius Papæ diffundentis, & propterea non excedere formam simplicis mandati,
18 quod † in articulo reuocationis, mandantis nutui, perpetuò est expositum, *l. si mandassem, ff. mandati, cum similibus*; quo fit, vt quoniam illa concessio, ex sui natura est inseparabilis à voluntate Papæ, nusquàm consumetur, aut recipiat formam aliquam impressam, exemplo ceræ, quæ quatenus adhuc pendet à sigillo, tametsi pressa, non dicitur formalitèr impressa, seu formam impressam habere, vt (quamuis ad alium effectum) exemplificat *Soc. sen. in l. 1. sub num. 2. vers. sicut materialiter loquendo, de legat. 2.*

19 Vt ideo minimè † eorum sit sequendum indicium, qui arbitrati fuerūt, reseruationes esse odiosas, quasi detrahentes ordinariorū potestati, quos cumulauit *Gonz. ad reg. de mensib. §. 6. procem. nu. 6.* nam, nisi hoc referatur ad expectatiuis implicitas, propter votum captandæ mortis, si de reseruationibus generalibus intelligatur, prorsus erroneum est, *Lap. alleg. 26. num. 2. & ibi Mandos. in verb. fauorabiles*, vbi alios refert, cum adductis per *Gonz. d. §. 6. num. 27.* & de specialibus, & implicitis loquitur tex. *in cap. præsenti §. cæterum de offic. deleg.*

20 Vt hinc etiam pateat, † minus aptè, reseruationem, per aliquos vocari, *auocationem potestatis*, vt in specie per *Aen. de Falconibus*, & qui eum sequitur *Simonett. in d. tract. de reseruat. q. 1. num. 1.* nisi impropriè, & relato termino ad sim-
21 plicem vsum: Nimisquè à recto † deflexisse conciliabulum Basilien. in improbando reseruationes, & sibi arrogando potestatem supra Romanū Pontificem; qua, etiamsi fuisset legitimum, prorsus erat destitutum, vt aduertit *Suarez in lib. cui titulum fecit, Defensio fidei Catholicæ, lib. 3. c. 18. ex num. 7.* & in terminis præsumptæ abrogationis reseruationum, notauit etiam *Aen. de falconib. in d. tract. de reseru. prælud. 1. num. 3. & 4.*

22 Dixi, *ordinandi beneficia*: Etenim † Papæ interdictū, seu inhibitio ex reseruatione emergens, respicit omnem modum ordinationis, ità vt in Episcopo sit elisa potestas nedùm conferendi, sed vniendi, secundum ea quæ explicauimus *supr. lib. q. 28. ex num. 184.*

Et denique, dixi, *gratia prouidēdi benemeritis*;
23 hic enim † est finis reseruationum omnium, & scopus Summi Romani Pōtificis, prout latissimè declarat *Simonet. de reser. q. 3. per tot. Gonz. ad reg. de mensib. glo. 2. 3. & 4.* quarum originem, & processum latissimè explicat *Bursat. cons. 126. ex num. 93.*

24 Et hoc fine inspecto, duplex † est Reseruatio, alia specialis, quæ fit de certo corpore beneficij, siuè pro certa persona, siuè pro incerta; & generalis, quæ fit de incertis, vt tradit *Gemin. cons. 12. num. 4. Rot. decis. 28. de præben. in antiq. Cassad. decis. 3. num. 3. de reseruat.* Quamuis enim alij alitèr generalem, à speciali reseruatione distinxerint, ex temporaria, vel perpetua inhibitione, *Mil. in verb. reseruatio quando dicatur generalis, Verall. decis. 75. nu. 5. par. 3.* tamen non videtur ratio hæc satis apta huic distinctioni, vt etiam aduertit *Simonet. de reseruat. quæst. 4. sub num. 5. vers. sed profectò*, & inter has reseruationes, non datur concursus, sed quæ priùs est inducta, impedit alteram oriri; quapropter, si reseruatur certū
25 beneficium ad fauorem certæ personæ, licèt † adijciatur clausula, *etiam si generalitèr, vel specialitèr reseruatum &c.* non tollitur reseruatio maior in corpore iuris clausa, de qua in *cap. 2. de præb. in 6.* & similitèr non tollitur reseruatio pro certa alia persona, cui Papa non intendit per hanc clausulam præiudicare, vt consuluit *Gemin. eod. cons. 12. sub num. 4. vers. vndè licèt*, restringitur enim dicta clausula ad eas speciales reseruationes factas per Papam ad suum proprium fauorem, vt videlicèt conferat, cui velit, nō autem extenditur ad eas, quæ factæ essent ad fauorem certæ perso-
26 næ, quæ † dicitur habere annexam gratiam, cuius ipsa reseruatio est pars, vt eleganter deducit *Bellam. cons. 35. sub nu. 10. vers. ad primum dubium.*

Nequè id potest alitèr verificari, quàm in gratijs præuentiuis, & reseruationibus, etiam mentalibus, quarum vsus hodiè, vt alibi dixi, penitus
27 est sublatus † per Concilium Tridentinū, & quænàm essent mentales reseruationes, licet videre ex *Simonet. d. quæst. 4 num. 2.* & ex alijs adductis ibi per *Granue. in addit. paulo antè num. 20.*

28 Implicat nihilominus specialem † reseruationem affectio ex appositione manus Papæ, iuxta textum in *extrauag. ad Romani Pontificis, §. Romani quoquè, de præbend. inter comm.*

29 Quamuis enim inter se differant † affectio, & reseruatio, tamen re ipsa affectio est reseruatio, atquè eiusdem (si non maioris) efficaciæ, vt latissimè explicat *Gonzal. ad reg. de mens. gloss. 45. ex num. 1. & per tot.*

30 Nequè tamen, omnis appositio † manus afficit beneficium, sed ea tantùm, ex qua resultat mens vlterius prouidendi, vt in commenda, & vnione ad vitam; vndè secùs est in vnione perpetua, vt disputat, & concludit *Cassad. decis. 2. de vnion. per tot. & decis. 5. de reseruat. Gonz. d. glos. 52. nu. 38. & 42. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. ex num. 175.*

31 Vt enim hi aiunt, † cum vnio perpetua extinguat titulum, iam hinc excluditur mens deincep s prouidendi in Papa, vndè & cessat affectio hæc; quæ ratio vt deficit, in vnione ad tempus, ità in ea optimè conseruatur eadem mens prouidendi, & in consequens affectio, cum Papa per eam, nequè
32 faciat † Prælatum in beneficio vnito, aut prouideat, nequè etiam titulum extinguat, vt considerat *Cassad. dicta decis. 2. num. 6. de vnionibus,*
33 quod intelligitur de vnione † facta beneficio vacante,

cante, secùs de pleno, vt aliàs distinguebat Rota
apud *Crescent. decis. 2. de Paroch.* quicquid circa
hanc distinctionem possit dici in materia com-
mendæ, *ex ead. Crescent. decis. 4. de praben. Ger-
mon. de indult. Card. §. qua extra, num. 20.* cum
alijs per *Garz.* qui rationem istius differentiæ as-
signat, *par. 4. cap. 4. num. 74. 75. & 76.*

Vt verò hæc affectio resultans ex appositione
manus Papæ, vt suprà dixi, verè, & realitèr est re-
34 ferenda inter reseruationes speciales, ità † indu-
bitatum est, illam esse potioris etiam prærogati-
uæ, vt difficilius veniat sub indulto de conferen-
do reseruata, *Rota decis. 3. num. 4. de offic. leg. in
35 no.* etiamsi generalis habeat † decretum irritans,
cùm adhuc semper dubitari possit, an sub illa ve-
niat beneficium de quo agitur, quæ dubietas ces-
sat in hac speciali, *Seraph. decis. 305. num. 1. & 2.*
& hinc, sublata etiam reseruatione generali, rema-
net adhuc tamen affectio, *Rot. in recent. par. 2.
decis. 140. sub num. 6. vers. quin, & si reseruatio.*

36 Quod tamèn eatenus procedit, † quatenùs
actus ille appositionis manus, non impeditur sor-
tiri effectum ex contraria mente ipsiusmet Papæ,
veluti cùm processit sub conditione aliqua; quia
tùnc nèc quidem decretum afficit, cùm conditio
nihil ponat in esse, vt rectè censuit *Simonet. de re-
seru. quæst. 60. num. 6.* quem probauit *Rot. in re-
cent. decis. 190. num. 8. par. 2.*

37 Idemquè erit † si actus sit nullus, vel nequeat
sortiri effectum ex incapacitate personæ, vt docet
*Abb. in cap. inter dilectos nu. 10. de excess. Prælat.
& Felyn. in cap. vlt. num. 40. de præsumpt.* quos
refert *Garz. d. par. 5. cap. 1. num. 141.*

38 Tametsi enim videatur † contrarium suaderi
ex textu *supra alleg. extrauag. ad Romani, de
præben. inter comm.* ex quo passim desumitur, nul-
la existente prouisione Papæ, nihilominus benefi-
cium remanere affectum, ex propè infinitis cumu-
latis per *Gonzal. præcit. gloss. 52. num. 15.* vndè re
hac non satis perspecta, Garz. *d. cap. 1. ex nu. 144.*
reprehendit Aeneam de Falconibus, & Rotam in
locis per ipsum citatis; tamen est aduertendum,
dictam *Extrauag. in §. Romani quoquè Pontifi-
cis,* procedere, vbi in appositione manus Papæ cō-
currit præexistens reseruatio generalis cum de-
creto irritanti, tunc enim verissimum est, nulla
existente prouisione Papæ, nihilominus impediri
Ordinarium conferre, prout secundùm hos ter-
minos loquitur textus ille, & eum intellectum
agnouit *Rota in prælleg. decis. 190. num. 9. par. 2.
in recent.* quod ipse Garzias non aduertit.

39 Vbicunquè verò manus † appositio, secundum
præmissa, afficit beneficium, eatenus durat reser-
uatio, quatenus prouisio Papæ consumitur, intel-
ligitur autem consumpta, siuè prouisus possessio-
nem apprehenderit, *Rota dicta decis. 190. eod.
num. 9. ad fin.* siuè non apprehenderit, cum posses-
40 sio sit quid penitus separatum † à prouisione per
quam consumitur vacatio, vt respondit *Rota de-
cis. 522. ex num. 3. & per tot. par. 3. lib. 3. diuers.*
intelligendo hoc tamen, de prouisione pura, non
autem de simplici mandato de prouidendo, super
quo nihilominùs est dissensio inter Rotā, & Can-
cellariam, de qua per *Garz. dicto c. 1. ex nu. 148.*

41 Quæ dissensio † potest de facili conciliari, vt ne-
gatiua sententia procedat in mandato simplici, se-
cùs verò in eo, quod habet implicitam inhibitio-
nem, vt post *Hostien. in prælleg. cap. inter dile-
ctos, sub num. 14. vers. potest dici, de excess. Præ-
lat.* tenet ibi *Ioan. Andr. Anchar. & alij,* quos se-
cuta fuit *Rota, in vna Oxomen. Archidiaconatus
19. Nouembris 1614. coram Barutto,* in qua con-
42 clusum etiam fuit, cessare effectum † hunc appos-
tionis manus, vbicunquè deficit mens, ex defectu
videlicet causæ, qua mouetur Papa, ex *Gemin. do-
ctri. in cap. præsenti, sub num. 2. vers. nota etiam
quod eo ipso, de præbend. in 6.* cum alijs, quos etiā
citauimus in præcedenti *quæst. num. 34. & 35.*

43 Cęterùm, quoad reseruationes † generales, quā-
uis constituerimus, quidquid est, pendere à mera
voluntate, & arbitrio Summi Pontificis, nihilomi-
nus nequè eo vtitur cessando in alios diffundere,
absquè maxima, & decenti causa singulis casibus
congruente; porrò quælibet reseruatio generalis
altera ex tribus causis oritur, videlicèt aut ratio-
ne loci in quo, aut ratione personæ, à qua vacatio
contingit, aut deniquè ratione qualitatis ipsius
beneficij, vt per *Aen. de Falcon. loco superius al-
leg. in 2. quæst. princ. sub num. 13. ad fin. Gonzal.
gloss. 13. nu. 88. & antè eos Hier. Paul. in pract.
Cancell. ad notab. super vacan. reser. vers. item
omnia beneficia,* quibus addenda est pro quarta
causa ratio temporis, ex *regula 9. et ex 2. par. reg.
7. & ex regul. 9. Cancell.* de quibus singularitèr
agendum est.

SVMMARIVM.

1 *Roma, & Romana Curia, diuersa sunt.*
2 *Curia Romana, intelligitur ibi esse, vbi est Papa.*
3 *Text. in cap. fin. de for. compet. explicatus.*
4 *Curia, sumitur pro Senatu.*
5 *Senatus olim non poterat haberi, quàm in loco augurato.*
6 *Senatus nobilius membrum, Princeps est.*
7 *Cardinales soli sine Papa, non faciunt Consistorium; sed simplicem congregationem.*
8 *Curia Romana qualitèr intelligatur esse, in eo loco vbi est Papa.*
9 *Curia est, vbi est Princeps cum Senatu suo.*
10 *Curia Romana censetur esse, vbi est Sedes Apostolica.*
11 *Curia Romana dicitur esse, vbi est Papa cum suis Consiliarijs.*
12 *Curia Romana, vindicata à morsibus Quintini Hadui.*
13 *Curia, quid differat à cauea.*
14 *Vacatio in curia, est eadem, quæ apud Sedem.*
15 *Contrarium tamen aliqui tenuerunt, qui hic referuntur.*
16 *Indiuidua reputantur, quæ connexa sunt.*
17 *Vacationis apud Sedem, & in curia, ostenditur identitas ex textu in cap. 2. de præben. in 6.*
18 *Vacatio apud Sedem, & in curia, qua ratione fuerint aliquibus habita pro diuersis.*
19 Apud *dictio, quid significet.*

20 *Vaca-*

20 *Vacatio apud Sedem, diuersimoda.*
21 *Sede Apostolica vacante, qualitèr detur vacatio Beneficij apud illam.*
22 *Sede Apostolica vacante, ius Principis remanet radicatum in Consistorio.*
23 *Sedes Apostolica, qualitèr repræsentetur in Papa, & Cardinalibus.*
24 *Sedes Apostolica, alia spiritualis, & immobilis, alia visibilis, & circumscribilis.*
25 *Beneficia Vrbis, non cadunt sub reseruationibus, & eorum collatio dicitur charior ipsi Papæ.*
26 *Papa, extra Vrbem habet Coepiscopos, in Vrbe verò solus est Episcopus.*
27 *Beneficia Vrbis, subijciuntur reseruationibus Apostolicis respectu quatuor Ecclesiarum Patriarchalium.*
28 *Reseruatio clausa in corpore iuris, ea tantùm dicitur, quæ insurgit ex vacatione per obitum in Curia, siuè apud Sedem.*
29 *Ius singulare, non extenditur ad alios casus.*
30 *Vacatio Beneficij per sententiam, cuius sit effectus respectu loci.*
31 *Et an inducat reseruationem, si sententia sit in Curia lata.*
32 *Et quid respectu reseruationis clausæ in corpore iuris.*
33 *Resignatio in manibus Papæ, inducit vacationem in Curia.*
34 *Sed non reseruationem clausam in corpore iuris, quamuis Beneficium remaneat affectum.*
35 *Resignatione resoluta propter regulam de viginti, non resoluitur reseruatio, ex appositione manus.*
36 *Reseruatio, an inducatur per decretū de dimittēdo*
37 *Et an per assecutionem.*
38 *Resignatum Beneficium, vacaturum per assecutionem, remanet affectum.*
39 *Fraus colligitur ab euentu.*
40 *Electus ad Episcopatum, si ante acceptationem dimittat Beneficia, illa remanent reseruata.*
41 *Et si resignētur ad fauorem, resignatio non potest deseruire pro titulo colorato.*
42 *Decretum irritans, inficit titulum & possessionē.*
43 *Remedium extraordinarium, non soluit, sed corroborat ordinarium.*
44 *Reseruatio clausa in corpore iuris, non subijcitur Regulæ de annali.*
45 *Minuiuè generali facultati conferendi, etiam motu proprio concessæ.*
46 *Reseruatio eadem, habet vim inhibitionis, quæ hodiè est extensa ad omnes alias reseruationes.*
47 *Reseruationes plures si concurrant, an omnes narrari debeant.*
48 *Vbi tamen concurrit clausa in corpore iuris, ad eam restringitur gratia.*
49 *Et aliæ reseruationes non intrant, nisi in eius defectum.*
50 *Reseruationis clausæ in corpore iuris, summa æstimatio, & dignitas.*
51 *Et vndè dignitas hæc proueniat.*
52 *Reseruatio clausa in corpore iuris, ex tempore resolubilis.*
53 *Beneficium semel affectum, aut reseruatum, semper durat affectum, aut reseruatum.*
54 *Donèc videlicet sit consumpta reseruatio per plenam prouisionem.*
55 *Text. in cap. statutum, de præben. in 6. an sit reuocatus per Extrauag. piæ sollicitudinis, & coneluditur negatiuè.*
56 *Text. in d. cap. statutum, procedit, nisi antequàm labatur mensis, inducatur noua reseruatio.*
57 *Reseruatio resultans ex Extrauag. piæ sollicitudinis, de præben. inter comm. videtur perpetua.*
58 *Tempus præteritum, certum, & determinatum, non extenditur ad futurum.*
59 *Text. in Extrauag. piæ sollicitudinis, an fuerit neglectus, & reuocatus per Bonifacium illius conditorem.*
60 *Et an per eum fuerit in perpetuum abrogata dispositio cap. statutum, de præben. in 6.*
61 *Beneficium vacans apud Sedem, nisi prouideatur intra mensem per Papam, potest prouideri per Ordinarium.*
62 *Clausula*, dummodo de tempore datæ &c. *cùr adijciatur etiam in prouisionibus factis tanquàm de vacante apud Sedem.*
63 *Text. in cap. statutum, de præben. in 6. qualitèr intelligatur vsu non receptus.*
64 *Tempus assignatum in cap. statutum, de præben. in 6. an currat ex die vacationis, vel ex die habita notitia.*
65 *Data, quando detur tempore porrecta supplicationis.*
66 *Reseruatio clausa in corpore iuris, omnes alias præcedit, & anteuertit.*
67 *Fundator Beneficij, præsumitur se conformare iuris communis dispositioni.*
68 *Reseruationes quæ fiunt per Regulas, referuntur ad casus alios, quàm vacationis in curia, in qua nulla cadit dubitatio.*
69 *Dispositio omnis referenda est ad casum necessariū.*
70 *Reseruationis clausæ in corpore iuris dignitas, consistit in prærogatiua temporis, vtpotè quæ beneficio connascatur.*
71 *Et hinc decolorat omnes titulos inferiorum collatorum.*
72 *Et implicat causam derogationis Iurispatronatus laicorum.*
73 *Text. in cap. præsenti, de præben. in 6. intellectus.*
74 *Text. in cap. si Apostolica, de præben. in 6. intellectus, & qualitèr practicetur.*
75 *Possessor, regularitèr non tenetur iustificare titulum suæ possessionis.*
76 *Ius quæsitum, videtur ab eo auferri, cui imponitur necessitas probandi eo casu, quo releuatur ab huiusmodi onere.*
77 *Actor vbi plenè probauit, non potest elidi eius intentio ex contraria probatione Rei, nisi & hæc sit plena, & concludens.*
78 *Præiudicium, quod alicui infertur, secundariò, & consecutiuè, non est considerabile.*
79 *Regula de iure quæsito non tollendo, intelligitur de iure perfecto, & radicato.*
80 *Peregrinorum alicubi decedentium res, sub manu Episcopi eius loci fiunt.*
81 *Beneficia vacantia apud Sedem, dicuntur effici de proprio foro ipsius Papæ.*

82 *Reseruata omnia Beneficia, aliquibus visa sunt vacare in Curia.*
83 *Contrarium visum est alijs.*
84 *Cardinales nequeunt recedere à Curia, sine auctoritate Papæ.*
85 *Cardinales, veriùs constituunt, quàm quòd Curiam sequantur.*
86 *Seruus addictus fundo, in fundo esse intelligitur, si absit causa study, aut alterius negotiationis.*
87 *Officiales Papæ, vbicunquè moriuntur, finguntur mori in Curia, ex dispositione extrauagãtis ex debito, de electio. quæ refertur, & explicatur.*
88 *Fictio æquiualet veritati.*
89 *Fictionis causa cessante, cessat etiam fictio.*
90 *Reseruatio per extrauag. ex debito, de electio. inducta censetur ratione loci.*
91 *Indultum de conferendo reseruata, non capit reseruata reseruatione clausa in corpore iuris.*
92 *Indulta de conferendo, Cardinalibus concessa, & Regul. 33. Cancell. declarata, & moderata, per extrauagantem Py V.*
93 *Reseruatio clausa in corpore iuris, qualitèr intret propter mortem Officialis extra Curiam defuncti dimisso prius officio.*
94 *Protbonotary Apostolici Beneficia remanent reseruata, etiam post dimissionem officy, cui annexus est Protbonotariatus.*
95 *Et quæ sit ratio.*
96 *Appendix Regulæ primæ Cancell. in vers. declarans nibilominus, qua ratione constet.*
97 *Reseruatio Extrauagantis ad regimen, etiam si fuerit temporaria, nibilominus per eam conseruatur reseruatio clausa in corpore iuris respectu Protbonotariorum.*
98 *Protbonotarius si moriatur in Vrbe, hæc etiam qualitas est exprimenda respectu Beneficij, quod in eadem Vrbe obtinet.*
99 *Et quarè.*
100 *Curialitas, cùr exigatur in terminis cap. præsenti de præben. in 6.*
101 *Curiales, dicuntur omnes Officiales Papæ.*
102 *Protbonotariorum officium, quodnam sit.*
103 *Momentum temporis, instantaneum reputatur, & imperceptibile.*

QVÆSTIO XXVII.

An eadem sit vacatio apud Sedem, quæ in Curia, indequè perpetuò inducatur reseruatio. Et an reseruatio huiusmodi indifferentèr dicatur clausa in corpore Iuris, quæquè eius sit ratio.



RIMVM omnium con-
1 stare oportet, Vrbē † Ro-
mam, & Romanam Curiã
diuersa esse: Vrbs enim
Roma, continentibus ædi-
ficijs finitur, *l. a. de verb. si-*
2 *gnif.* at Romana † Curia
motu locali ità est circũ-
scribilis, vt ibi esse intelli-
gatur vnà cum ipsis Apostolorum liminibus, vbi
est Papa, *Innoc. in cap. Ego N. in verb. Apostolorum*, & ibi etiam *Abb. sub nu. 6. vers. Quæro quid intelligatur hic, de Iur. Iurand. cũ alijs adductis per Mandos. ad Reg. 5. Cãcell. in 2. q. n. 2. & Gonzal. ad Reg. de mens. gloss. 13. §. 1. n. 2.* & Romam, pro Romana Curia, quasi per Metonymiam, vsurpauit Baldus, cùm dixit, Romam esse vbi est Papa, etiamsi esset inclusus in aliquo tuguriolo in *rubr. num. 26. vers. & in Mensa. ff. de rer. diuis.*
3 Vndè ea † maxima Apostolicæ Sedis prærogatiua, qua dicimus, illam esse omnium Ecclesiarum matrem, & magistram, vt quiuis ibi conuentus teneatur suis aduersarijs respondere, in *cap. vlt. de fo. compet.* de alia Sede non intelligitur, quàm de hac ipsa circumscribili. adeo vt absente Papa cum sua Curia. priuilegiũ istud minimè cõpetat Vrbi, quemadmodùm ex communi nostrorũ sentẽtia in *eo. cap. fin. notauit Felyn. nu. 25. & post eum Nicola. Pig. in addit. ad Roman. singul. 146. Barbos. qui plures allegat ad l. 2. §. legatis sub n. 35. vers. vnde pro Regula, ff. de Iudic.*
4 Constare etiam apud nos debet, Curiam † trita significatione, nihil esse aliud, quàm amplissimi ordinis Consessum, *l. 1. C. de Consult. in C. Theod. cum alijs per Brisson. de verbor. Iur. signif. lib. 3.*
5 qui quidem † consessus alibi haberi nequibat, quàm in augurato loco, vt ex Seruio in illud *Aene. 7. Horrendum Syluis, ac Religione Parentum, colligit Reuerendiss. D. Coec. dec. 472. nu. 5.* vndè Curia etiã, pro loco ipso in quo Senatus cogitur, frequẽtiùs vsurpatur, sic enim Superbũ, pro Curia in Regia Sede sedisse, & in Curiam Senatum citari fecisse commemorat Liuius in anno 219. ab Vrbe condita, *& Symmac. lib. 1. Epistol. 7. frequens* (ait) *Senatus matutinè in Curiam veneramus.*
Quatenus ergò, Curia pro ipso Senatu sumitur,
6 nobilius † eius membrũm caputquè Princeps est, *l. Ius Senatorum. C. de dignitat. lib. 12.* ac ideo in ea, non autem alibi, Princeps suam Regiam Sedẽ habere intelligitur, quod satis liquet ex auctori-
7 tate Liuij loco præcitato: nèc si † soli Cardinales in vnum coeant, dicentur inter se habere Senatũ, seù Consistorium, sed simplicem Congregationem propter defectum personæ Principis, *Paleott. de Sacr. Consist. consult. par. 5. q. 3. vers. Et si quis diceret.* cuius Placita ibi excoquuntur, vt neque sine eo lex aliqua fiat, & lex quæ ibi per eũ fit, non tàm sibi placuisse videatur, quàm Senatui omnia ad rationem iuris dirigenti; ita enim demùm placitum Principis legis vigorem nanciscitur, vt declarat *Guilselm. Maran. in libello de æquita. comment. 2. vers. sed vt ad constitutiones.*
8 Ex his verò consequitur, † Romanã Curiam ibi esse, vbi est Papa, non cum solis suis domesticis, vel etiam Officialibus, cumquè ipsa contradictarum Audientia, vt opinatus fuit *Vitali. in Clemen. Nè Romani § sanè num. 2. & 3. de elect.* sed cum
9 ipsa Curia; cum † non attendatur ad hunc effectũ motus localis personæ ipsius Papæ, sed Curiæ, *c. Præsenti, de Præben. in 6.* idest motus ipsius Papæ cum Sacro Cardinalium Senatu, atquè ita cũ ipsa Sede in tota sua Maiestate repræsentata, proindeq; posse quidẽ Romanam Curiam separari ab Vrbe Roma,

Roma, at non ab ipsa Sede Apostolica, neque Se-
10 dem ab ipsa Curia; itaut † quemadmodum Curia Romana ibi censetur esse, vbi est Sedes, vt præ cæteris dixit *Gemin. in cap. 2. sub num 5 & in d. cap. præsenti, n. 4. de Præbend. in 6.* ita è conuerso dicatur Sedes esse, vbi est Curia, & pro Romana Curia, Apostolica Sedes sæpius ponatur, *Io. Andr. in eo. cap. 2. num. 3. Card. in Clem. 1. num. 2. Vt lite pendente*, & ante hos *Gloss. in cap. Statutum, in figuratione casus, in 2. not. de Preben. in 6. Lap. allegat. 96. in princip.*

11 Vt hinc intelligas, † benè censuisse *Couar. in practic. q. 4. n. 10* dum existimauit, Sedem Apostolicam non intelligi, vbi est Papa simpliciter, sed vbi est Papa cum suis Consiliarijs, id est cum Sacro Senatu, ac propterea minus iustè fuisse reprehensum à Barbosa (Viro alioqui doctissimo) in *l. 2. §. legatis, num 37. de Iudic.*

12 Deterius † autem scripsisse Quintinum Hæduũ in *repet. cap. de multa, ex num 109. de præbend.* confundentem Romanam Curiam cum ipsa Sede Apostolica, & rursus permiscentem S.R.E. Cardinales, Officialesque Papæ, ex quibus constituitur Curia, cum fece (vt ipse loquitur) nationum confluente ad Vrbem, pluribus hinc per eum probris (indignissimè tamen) effusis in Romanam Curiã: debuisset enim distinguere Curiam à Cauea, quæ est cõsessus plebis, vt aduertit Seruius in illud *Virgil. 5. Aeneid. Hic totum cauea consessum in-*
13 *gentis, & ora, prima patrum & c.* vndè † & factus est locus prouerbio, *magis Curia, quàm Cauea*, vt apud Symmachum *lib. 1. epist. 83.* ità scribentem; *Denique etiam hi quorum Minerua rancidior est, non negant, facundiam tuam Curiæ magis, quàm caueæ conuenire*, vbi hoc notat *Fran. Iuret.*

14 Igitur, ex prædictis † euidens fit, non diuersam, sed penitus eandem esse vacationem in Curia, quæ apud Sedem, vt præ cæteris concludunt *Glo. in præalleg. cap. Statutum, in figuratione casus, in primo notabili, de præbend. in 6. Staphil. de mod. & for. impet. §. sequitur videre, num. 10. Simonetta de reseruat. q. 30 n. 2 & Mandos. ad Reg. 5. in 1. q nu. 16. & esse communiorem opinionem notauit Couarr. practic. quæst. cap. 36. sub num. 4. vers. Cæterum.*

Atqui, in re adeo clara, & perspicua non de-
15 sunt qui asseruerunt, diuersam † esse vacationem apud sedem, à vacatione in Curia: Porrò *Gomes. ad reg. de triennal q. 31. in 2. col. vers. Et ideo pro clariori*, censuit, propriè loquendo, omnem vacationem apud Sedem, dici vacationem in Curia, sed non è contra: Quod etiam probauit *Puteus decis. 38. num. 1. lib. 2. in no.* & recedendo à communi, idem censuit *Couar. loco proximè allegato, & ex Modernis Gonz. ad reg. de mens. gloss. 13. num. 49. & 50. & tenuit expressè Rota in vna Corduben. Capellania 25. Octobris 1596. coram bon. mem. Corduba.*

Verùm, est aduertendum, in hac materia tres diuersas inspectiones confundi, quæ tamen sunt penitus distinctæ. Prior est; num omnis vacatio in Curia, dicatur vacatio apud Sedem, & è con-

tra; Altera est; an ex qualicunque vacatione in Curia, vel apud Sedem, emergat reseruatio. Et tertia denique; an omnis reseruatio emergens ex vacatione in Curia, vel apud Sedem, dicatur clausa in corpore Iuris: Quibus cognitis consequetur & id, quod maximè perquirimus, nec satis explicatum video, in quo videlicet consistat prærogatiua reseruationis huius, & quo honestatis principio hæreat.

Et sanè quoad primam, iuxta ea, quæ suprà diximus, non magis est possibile inferre aliquam differentiam inter vacationem apud Sedem, & vacationem in Curia, quàm separare Sedem à Curia; id enim quo pacto fieri queat, neque *Gonzal.*
16 neque vllus alius ostendit, cùm tamen † quæ sunt connexa, eadem dicantur indiuidua, prorsusque inseparabilia, ex *cap. 4. de Iudic. & cap. De Iure vero, de Iur. patron. Ancher. consil. 160. ex num. 2. cum allegat. per Menoch. de arbitr. cas. 95. num. 5.*

Neque vllius est considerationis, quod ait *Gomes. ea. quæst. 31. in 1. col. vers. Et animaduerten-*
17 *dum est*, † ad designandam hanc differentiam, non sine mysterio, Textum *in dicto cap. 2.* loquutum fuisse tantùm de beneficiis vacantibus apud Sedem: Nam hoc est de directo contra literam eius textus, qui quam priùs dixit vacationem apud Sedem, postmodùm nuncupauit vacationem in Curia, vt etiam aduerterunt Ioannes Andreæ, & alij suprà citati.

Nec valet replicatio, quòd id se habeat secundùm proprium, vel improprium significatum, ex
18 quo, † propriè loquendo, vacatio apud Sedem, ea solum dicitur, quæ per obitum in Curia, vel in loco vicino intra duas dietas contingit, impropriè autem omnis alia, quàm quæ per obitum, *Tholos. de Benefic. cap. 24. num. 3. & 4.* adeò quòd istæ vacationes se ad inuicem habeant, veluti excedens, & excessus: nàm id tendit ad diuersificandam reseruationem, quia de re postea dicemus, sed non vacationem; nec est nouum, vt cadem causa, producat diuersos effectus; Vndè cùm Curia sit in eodem loco in quo est Sedes, & Sedes vbi est Curia, non minus propriè dicetur vacatio contingere in Curia, quàm apud Sedem, cùm
19 ista † dictio, *apud*, non sit ita ruditèr accipienda, vt semper materialem cohærentiam significet; nec enim impropriè dicimus, ignem esse apud eum, qui illum domi habet, quamuis in sinu ipsum non circumferat, *l. vlt. ff. de offic. Præfect. Vigil. Rebuff. ad l. Penes se, 63. in 2. col. vers. Interdum apud, de verb. signif.*

20 Hincquè etiam & id sequitur † propriè, non autem impropriè loquutam fuisse Rotam, cùm dixit, Beneficia Ecclesiastica, diuersimodè vacare apud Sedem, *in antiq. de probat. decis. 17.*

21 Neque dicatur, † supposita vacatione Sedis Apostolicæ, adhuc dari existentiam ipsius Sedis, & consequenter vacationem apud illam, simulquè reseruationem hãc clausam in corpore iuris, præterquàm si de parochiali agatur, vt est *text. ad literam, in cap. si Apostolica 35. de præben. in sexto*, quem exornat *Gonzal. ad Regul. de mensibus*

Vu 2 §. 5.

§. 5. proœm. ex num. 125. quod etiam sentit *Gloss. in eo. cap. 2. in verb. Sedem ipsam eo. tit.* & tamen non dari Curiam deficiente persona Principis, ex
22 his, quæ suprà disseruimus; nàm † mortuo Papa, non moritur, vel extinguitur ius Principis, sed illud remanet viuum, videlicet quoad radicem, in Sacro Senatu, quo verò ad auctoritatem iurisdictionis, in ipso Christo, vt elegantèr tradit *Aug. Triumph. de potest. Eccles. q. 3. art. 8.*

23 Et propterea, † quemadmodùm Curia non conficitur ex solo Papa sine Cardinalibus, sed in vtrisquè constituitur, & formatur, ità in vtrisquè constituitur Sedes Apostolica, *Card. in cap. licet, sub num. 18. longè post med. vers. & in eo quod dixi, de elect. Iacobat. de concil. lib. 1. art. 1. n. 159. vers. dantur etiam Cardinalibus.*

Minus dicatur, hæc confundi ex his, quæ tradi-
24 dimus in vltima quæstione superioris libri, † cùm docuimus, ab ipsa Vrbe non posse Sedem moueri, cum tamen moueatur Curia, quę ideò dicitur circumferibilis, vt in principio quæstionis huius probauimus: nàm quando consideramus Curiam tanquam aliquid diuersum à Sede, id non accipimus de Sede illa spirituali, sed de Sede visibili, idest de throno Principis, & in hoc sensu, voce ista vtimur, licèt minus propriè, & sic toleratur eorum sententia, qui dicunt, locum illum duntaxat vbi est Papa, cum suburbijs, venire nomine Curię, vt aduertit *Archid. in supradict. cap. præsenti sub num. 2. in verb. morerentur.*

Quoad secundam inspectionem; supposita vacatione in Curia, seù apud Sedem, cùm agitur de effectu illius circa reseruationem, breuitèr est dicen-
25 dum, non † omnem vacationem huiusmodi inducere reseruationem, sed eam duntaxat, in qua supponitur terminus habilis; terminus autem habilis est, quod beneficium vacans sit reseruabile, reseruatio enim est cessatio diffusionis, vt vidimus superiùs, & sic priuatio, quæ cum ideo habitum necessariò supponat, impossibile est, vt inducatur respectu beneficiorum Vrbis, quatenus Vrbs est particularis Diœcesis Summi Pontificis, qua ratione fit, vt eorũ collatio sit charior Papæ, quàm aliorum vacantium in eadem Vrbe, & Curia, *Gomes. dicta quæst. 31. vers. sed antequam specialia, & vers. sic itaquè ex præmissis, Gonzal. dicta gloss. 13. num. 7.*

26 Vbiquè enim locorum † licèt sit Episcopus, in omnibus tamen habet Coepiscopos, & fratres, præterquàm in Vrbe, in qua est solus Episcopus, qua ratione nèc si ab Vrbe discedens relinquat ibi Legatum, censetur ei concedere facultatem talia beneficia conferendi, vt scitè admodum deducit *Gamb. de Offic. Legat. lib. 3. ad fin. ex n. 702.*

27 Ea tamen habilitas † optimè adhuc procedit respectu beneficiorum quatuor Ecclesiarum Patriarchalium, in quibus intitulati sunt Cardinales, vndè etiam prodita est specialis Regula reseruatoria, *quæ est 7. vt per Glossat. ibi ad finem vers. Ex ista Regula, Aene. de Falcon. de reseruat. in prima parte 2. quæst. num. 9.*

28 Quoad tertiam, dicendum † est, non omnem reseruationem insurgentem ex vacatione in Curia, siuè apud Sedem, dici clausam in corpore Iuris, sed illam duntaxat, quæ insurgit ex vacatione per obitum, cum de hac tantùm loquatur *text. in d. cap. 2.* quod patet ex *cap. Præsenti, eod. tit.* quod (vt expressè ibi habetur in principio) factum fuit ad declarationem dicti *cap. 2.* ibi, *si eos in locis vicinis ipsi Curiæ mors contigerit, & in §. fanè,* ibi, *diem claudat extremum, & in §. vlt.* ibi, *rebus inibi eximātur humanis,* & patet etiam ex textu *Extrauag. Ex debito, de elect.* quæ similitèr est facta pro declaratione, & ampliatione eiusdem textus.

29 Neque fas est † dispositionem dicti Textus extendere ad alios casus propter singularitatem ipsius, *l. Quod verò, cum sequentibus ff. de legib.*

30 Quocircà, si quæras an beneficium † vacans per sententiam priuationis latam in Curia contra se defendentem, vel verum contumacem, qui de Iure habetur pro præsenti, dicatur vacare in Curia, respondendum est vacare in Curia, quia data tali præsentia, siuè vera, siuè ficta propter veram contumaciam, etiam moralitèr loquendo, verè & realitèr talis vacatio in Curia contingit, vt considerat *Verall. decis. 64. num. 1. & a. par. 1. & decis. 327. par. 3.* vbi manifestè facit vim super illa præsentia, & secundum dictam decisionem Veralli, intelligenda est *Rota decis. 35. de præbend. in antiq.* quatenus ponit Regulam vniuersalem, beneficium vacare in loco, vbi quis eo priuatur, ex doctrina *Franch. in cap. Præsenti sub num. 4. vers. Quarto adde, de Præbend. in 6.* vbi refert hunc inter casus vacationis in Curia, distinguendo tamen inter effectum directum, & consequutiuum, vt ibi per eum, cum alijs allegatis per *Verall. vbi supra.*

Et si rursus quæras, an tale beneficium sit reseruatum? respondere quidem conuenit, esse reser-
31 uatum † virtute *Extrauag. ad Regimen, de Præbend. inter communes.*

32 At si demum quæras, an talis reseruatio † sit clausa in corpore Iuris, prorsus negari oportet: quia (quicquid nonnulli voluerint) nulla alia in corpore Iuris clausa est reseruatio, quàm inducta ex *dicto cap. 2.* vt latè demonstrat *Alphons. Soto Glossat. antiq. ad Reg. de trien. Innoc. Octaui, quæ in ordine est 33. in secunda colum. vers. Item in quantum,* cum quo videtur transiuisse *Gomes. ad eand. Reg. d. q. 31. in 2. & 3. art.* sicquè fuit interpretata Cancellaria, quæ est Organum Papæ, quatenus illa verba Regularum antiquarum de triennali, *ex aliqua reseruatione generali,* quæ per errorem Abbreuiatorum fuisse apposita dicebat Glossator, ita reposuit, vt expunxerit illud, *aliqua;* vt iam vanum sit vlteriùs super hoc contendere.

33 Idemquè dici conuenit de † vacatione per resignationem factam in manibus Papæ, quam constat verè, & realitèr dici vacationem in Curia, etiam si fiat mediante Procuratore alibi constituto, *Io. Andr. in eod. cap. 2. num. 7. quem sequitur ibi Anchor. sub n. 1. vers. Quæris hic Ioan. Andr. Archid. itidem sub nu. 1. super verb. apud sedem, Gemin. n. 7. & alij passim, Franch. in præallegato §. fanè*

*§.sanè,sub eod.nu.4.vers.Tertio adde,& fusè tra-
dit Simonetta de reseruat.q.28.ex num.1.*
At nemo dicet, illam vacationem inducere re-
34 seruationem † clausam in corpore Iuris, cùm non
sit per obitum, sed bene eam induci ex appositio-
ne manus Papæ, quæ habet vim reseruationis spe-
cialis, vt clarè determinat *Extrauag. nè Roma-
ni,§.nos qui vigilijs, vers. Romani quoquè Pon-
tificis eod.tit. de Prebend.inter commun. Gonzal.
ad Reg. de mens.gloss. 52.num.7.*
35 Vndè etiàm si† resoluatur resignatio,puta pro-
pter Regulam de viginti, non tamen resoluitur re-
seruatio inducta per appositionem manus validã,
*Roman.cons.342 ex num.1. Sarnen. ad reg.de
Infirm.quæst.33.ad finem*,quod non satis videtur
perpendisse Simonetta *de reseruat.q.28.sub nu.6.
vers.sed regula hodierna*.
36 Idemquè est dicendum de vacatione † inducta
per decretum de dimittendo; quicquid enim ali-
tèr dictum fuerit in vna *Calagurritana Canonica-
tus,17.Maij 1619.coram Manzanedo*,in qua re-
seruatio fuit relata ad dictum *c. 2.* veritas est, eam
referendam esse ad *extrauag. ad Regimen. de
praben.inter commun. Rota de rer. permut. in
antiq.dec.14.* Quamuis & hæc non malè dici pos-
sit vacatio in Curia, *Rota decis.65.de rescript.in
antiq. Simonetta de reseruat. q.26. num.2.*
37 Prout idem statuendum † est circa vacationem
per assecutionem,ex eadem *extrauag.* vt latè ibi-
dem prosequitur *Simonetta ex num.3. Bursat.
cons.126.num.96.lib.2. cum alijs per Gonzal. ad
reg.de mensib.gloss.51.num.36.* Cui reseruationi,
38 vt nulla fraus fiat, ex † constitutione Pauli Quin-
ti *sub datum 25.Febr. anno 5.* quæ hodie est no-
tata inter Regulas *Cancell. est* 2. cautum est, vt
si vacante Parochiali, aliquis resignauerit quam
priùs habebat, & vacantem mox obtinuerit, resi-
gnatio sit nulla, & nihilominus tanquam si per as-
secutionem vacasset,censeatur reseruata; quæ cõ-
39 stitutio † fraudem,& illius commiẽtum colligit ab
euentu,si videlicet cõtingat resignantẽ de secunda
prouideri,*l. si seruus plurium §. vltimo de legat.
1. cum similibus:* sat enim est, quod id potuerit
40 opinari; vt † dicitur de beneficijs electi ad Epi-
scopatum, quæ ipso Iure sunt reseruata, etiam si
electus ea dimiserit antè acceptationem, si sciuit
electionem,*Simonetta dicta q.26.num.5.vers. &
propterea, Antonius Augustinus in Epit. super
Reg 1.n.5.vers.Extrauagans ad regimen,Cassad.
decis. 2. de constit*, & ita fuit responsum in vna
*Concben. Parochialis 9. Februarij 1615. coram
bon. mem. Franc. Vbaldo*, Vbi etiam firmatum
41 fuit,prouisionem interim † factam alteri ex causa
resignationis huiusmodi, non posse seruire pro ti-
tulo colorato, stante decreto irritanti, de quo in
42 dicta *Constit. Pauli Quinti*, quod inficit † titu-
lum, & possessionem, *Cassad.decis.11.num.5.su-
per reg.Rota decis.65.num.3.lib.1. par.3. diuers.
Put. decis. 183.num.2. lib.2.* de quo in præce-
denti.
Hæc,cùm adeo vera sint,vt Iure nequeant con-
trouerti; explicandum est nunc, quænam sit ea
tanta prærogatiua reseruationis clausæ in corpo-
re Iuris per *text. in dicto cap. 2.* qua ab alijs re-
seruationibus differat. Quo comperto, quisquè
facillimè intelliget, ignorationem huius princi-
pij, dissidium illud maximum inter Doctores ex-
citasse, quod suprà retulimus: Ante alia verò id
primum supponendum est, quòd tametsi in *dicta
Extrauag.ad Regimen*,quæ semper consueuit in-
nouari per Regulas Cancellariæ, præ cæteris re-
feratur hæc reseruatio, tamen nèc *d. Extraua-
gans*, nec ipsæ Regulæ quicquam minuunt de au-
ctoritate Iuris communis, nec operantur quo-
minus remaneat ea reseruatio clausa in corpore
43 Iuris, cùm remedium † extra ordinem remedio
Iuris communis superinductum, illud non soluat,
sed magis corroboret, cùm censeatur emanasse
ad eius conseruationem, vt visus est sentire *Per-
rett. cons. 315. num. 7.*
44 Aiunt verò Doctores, † prærogatiuam huius-
modi consistere in tribus; Primo vt tali reserua-
tioni non refragetur Regula de annali, vt sunt
verba Regulæ clara, & latè tradunt *Gomes. ad
illam, dicta quæst. 31. per tot. & Gonzal.
ad reg. de mens. gloss. 13. num. 38.* Secun-
45 do, vt sub † generali facultate conferendi,
etiam facta motu proprio, non veniant benefi-
cia, hac reseruatione reseruata, vt post Doctores
omnes, in *dicto cap. 2. tradidere Aena. de Fal-
con. in tractat. de reseruat. quæst.4 effect. 43.* &
*Paulus Granucc.in addit.ad Simonett. quæst. 26.
num. 8. & 9.* Et tertio deniquè, vt habeat vim
46 specificæ inhibitionis; quod † hodie ex rationis
identitate, ad omnes alias reseruationes exten-
sum esse, tradit Rota *decis. 29. sub num. 2. vers.
Item videtur casus,de prebend.in no. Putc.decis.
191.num.2. lib.3.*
At, hæc potiùs videntur respicere consequuti-
ua ipsius reseruationis, quàm illius causam, in
qua consideratur eius Dignitas, & quam causam
nunc tantùm perquirimus, & cuius ratione,si cõ-
currant aliæ reseruationes circa idem beneficiũ,&
47 omnes in supplicatione narrentur,prout † narrari
debent, vbi ex eadem vacatione,vel persona con-
surgunt, vt post alios latè tradit *Paris. cons.138.
num.8.lib.4.* (iuxta tamen declarationem *Felyn.
in cap.in nostra sub num.17. vers. sextum Corol-
48 larium,de rescript.*)tamen † gratia,in dispositiua
restringitur ad hãc,veluti digniorẽ, vt benè notat
*Paulus Hieron.in Praxi Cancell.inter notab.su-
per vacat.reseruat.in 4.col.vers.Nota quãdo va-
49 cat dignitas*,& alij † modi expressi,alias non ca-
piũt,nisi cõditionalitèr,si ea vacatio,& reseruatio
indè resultans deficiat,*Seraph.decis.1251.num.3.*
50 Quærimus,inquã,quid hoc sit,quod †supposita
hac vacatione, etiam si Beneficiũ priùs esset affe-
ctũ,vel reseruatũ,tanti tamen æstimetur, vt Papa,
respectu istius, non videatur cæteras curare,quan-
tumcũquè præcedentes, cùm tamen vix possit in-
telligi, quomodo secundũ Iuris Regulas fieri pos-
sit,vt integra manente prima reseruatione, intret
secũda,quod adeo torsit intellectũ antiquorũ Ro-
tæ Auditorum,vt patet *ex decis.32.n.6.& per tot.
51 de Prab.in antiq.* Si enim dixeris†id fieri,quià ista
reseruatio clausa est in corpore Iuris, vltra quod

non desunt qui alias comminiscuntur, vt apud
Aen. vbi sup. q. 2. n. 11. ratio nec concludit: nàm
si rursus quæram, cur sit clausa in corpore Iuris,
cogeris petere idem principium, quià alijs sit di-
gnior; Præterea si tu in eo perseueres, quòd illa
dignitas fuerit æstimata ex consequutiuis, ipsoquè
effectu, concedamquè ratiocinandi modum, facil-
52 limè argumentatio retorquetur, nàm † ferè nulla
est reseruatio, ità ex tempore resolubilis, vt hæc,
quandò lapso mense, intra quem Papa non proui-
derit, euanescat, *cap. statutum eod. tit. in 6.*

53 Quod non contingit in alijs, datus enim † est
locus Regulæ, beneficium semel affectum, aut re-
seruatum, semper durare affectum, & reseruatum,
Rota in antiq. eod. tit. de Prabend. decis. 13. cum
54 *simil.* donec scilicèt † consumpta sit reseruatio
per plenam prouisionem Papæ, *Rota eod. tit. dec.
24 & decis. 10. eod. tit. in no.*

55 Quòd si dicatur, † dispositionem dicti *cap. Sta-
tutum*, esse reuocatam per *Extrauag. Pia solli-
citudinis, de Prabend. inter com.* id tanquam er-
roneum reijciendum est, non solùm propter ra-
tiones, quas refert *Gonzal. in §. c. proœm. ex nu.
149.* (quamuis idem conetur eas refellere *ex nu.
153.*) sed quià dicta extrauagans, non dicit id, ad
quod allegatur, nequè satis perpensa fuerunt ver-
ba Io. Andr. *in d. cap. Statutum sub nu. 1. in verb.
valeant, & Gemin. num. 8.* quæ tamen sic ac-
cepta fuerunt alijs citatis per *Gonzal. vbi supra
num. 148.* vt in hunc errorem prolapsi sint. Nàm
textus dictæ *Extrauag.* nihil aliud habet, quàm
quod Bonifacius, quià satagebat, vt vacantia apud
Sedem personis idoneis conferrentur, reseruauit
nedùm beneficia, quæ ità in futurum vacarent, ve-
rùm etiam, quæ eatenus intra mensem computã-
dum ex data illarum literarum, vacarent; non po-
suit ergo legem futuris vacationibus vltra men-
sem duraturis, sed præteritis, intra mensem iam
elapsum, & retro computandum ex die datæ, ibi, *à
data præsentium hactenus in Curia vacauerint*,
quę verba sunt adeò clara, vt qui circa illa titubat,
ad Grammaticos veniat remittendus. Nequè Io.
Andreæ in alium sensum ea accepit; simplicitèr
enim limitat dispositionem *d. cap. statutum* in
hæc verba, *valeat, hoc verum, nisi fuerint reserua-
ta, & facta fuit per Bonifacium reseruatio gene-
ralis per Extrauag. suam, qua incipit Pia sollici-
tudinis*; quæ verba idem sonant, ac si clariùs dixis-
56 set, intelligi oportere dispositionem † textus in
d. cap. Statutum, vt procedat, nisi antequam laba-
tur mensis, inducatur noua reseruatio, proùt indu-
cta fuit per Bonifacium, qui etiam fecit reserua-
tionem generalem Beneficiorum vacantium in
Curia, per *d. Extrauag.* & sic casu quo Papa non
faciat similem reseruationem, nihil est, etiam se-
cundum mentem *Io. Andr.* quin adhuc vigeat di-
spositio dicti textus.

Nequè in eo vis fieri potest, quòd reseruatio
57 resultans † ex *d. Extrauag.* sit perpetua, cùm sit
facta sedi Apostolicæ, non ipsi Bonifacio, iuxta
*cap. si gratiosè, de rescript. in 6. Gonzal. gloss. 12.
num. 6* nàm etiamsi hoc concedatur, non pertinet
ad punctum difficultatis; etenim duæ sunt ibi re-
seruationes, altera singularis respectu beneficio-
rum, quæ eatenus vacarunt in Curia intra mẽsem
retrahendum ex die Datæ; Et altera generalis re-
spectu eorum, quæ in futurum vacarent; Inter has
verò nulla est confusio, sed potiùs distinctio, alte-
raquè per alteram, interpretationem recipit, vt
58 propterea tanquàm † limitata ad tempus præte-
ritum, certum, & determinatum, non extendatur
ad futurum, futurasquè vacationes, *l. Solemus de
condit. & demonstrat. l. si ita scriptum, de leg. 2.
Oldrad. cons. 310. num. 12.*

Altera verò, vt determinationem recipiat à le-
ge priùs scripta, iuxta *l. Sed & posteriores ff. de
legib. cum allegat. per Gonzal. ad reg. de mens.
gloss. 5. §. 3. num. 65.*

59 Nec † tamen accedo opinioni Aenæ de Falcon.
*in tract. de reseruat. 1. par. in 4. quæst. effect. 6. sub
nu. 2. vers. Et propterea*, dum adstruit, *d. Extrau.*
censeri neglectam, & reuocatam per eius condi-
torem Bonifacium, ex quo eam postmodùm
non inseruit in libro Sexti, sed potiùs Cõstitutio-
60 nem Gregorij X. in *d. cap. Statutum*; nàm † non
est verum id, quod ipse supponit, *d. Extrauag.* in
perpetuum abrogasse *d. cap. Statutum*, vt suprà
ostensum est; benè tamen illi adhæreo, quatenus
cõcludit, semper viguisse dispositionem *d. textus*,
non obstante *ead. Extrauag.* propter fundamen-
tum, vt suprà ex litera *d. text.* clarum, & manifestũ,
61 eo quoquè argumẽto innixus (quod † probat ip-
se *Aena.* vbi suprà) quòd Doctores præcipui as-
sumptum huiusmodi habuerint pro indubitato, vi-
delicet in vim *d. cap. Statutum*, mense elapso, intra
quem Papa non prouidit de vacanti apud Sedem,
Ordinarium prouidere posse, nimirum *glo. in cap.
vlt. in verb. ordinatur, de consuet. eod. lib. 6. Lap.
allegat. 83. sub nu. 1. vers. Circa hoc quæri posset,
Card. cons. 117. sub nu. 2. vers. Item etiam supposi-
to, Rebuff. in praxi Rubr. forma, & declaratio
nouæ prouisionis, super clausula, dummodo de
tempore Data num. 7. & 8.* vbi subtilitèr aduertit,
62 ideo † etiam in prouisionibus factis tanquam de
vacantibus in Curia, apponi supradictam clausu-
lam, propterea quòd possibile sit, lapso mense,
Ordinarium validè contulisse, affirmans nil esse,
per quod impediatur Ordinarius post lapsum
mensem ità conferre.

63 Dicere autem (vt dicebat † *Gonzal. dicto §. 5.
sub num. 154. vers. Non obstat*) Quòd vel tanti
Patres, tunc non reminiscerentur *d. Extrauag.*
vel quod non malè allegentur etiam Iura corre-
cta ad interpretationem Iuris noui, non meretur
attendi, quia primum illud est inuerisimile, & pe-
nè ridiculum, alterum non quadrat eorum dictis,
nèc enim vllus ex ipsis citat *text. in d. cap. Statu-
tum*, pro interpretatione alicuius nouæ legis, aut
Canonis, sed vt firmitèr doceat, vacantia in Cu-
ria, post mensem, posse liberè conferri per Ordi-
narios: Et licèt Aeneas vbi suprà paulo ante *nu. 3.
vers. Credo benè quod Curia*, subijciat, se credere,
quod Curia hoc non reciperet; nihilominus, si ca-
sus eueniret, ego credo contrarium.

Verùm, vt detur casus, in quo possit obtinere
64 dispositio dicti textus, ipse quoquè † id agnosco
adeo

adeo difficile,vt fermè ad impossibilitatem accedat;cùm mensis de quo in eo, non currat à die vacationis,sed à die, quo Papa illius notitiã habuit, vt rectè aduertit *Lap. dicta alleg. 83. sub eo. num. 1.* ibi, *debeant per Papam conferri infra mensem à die vacationis,& notitia*, quod est regulare in quacunquè materia deuolutiua, vt diximus suprà hoc *lib.q.24. ex num.10.*

65 Vltra quod,† si quandò Papa differt prouidere, tamen cùm prouidet, non dat datam currentem, sed proximam tempori sibi porrectæ supplicationis, quo apponitur parua data, secundùm ea,quæ expofuimus hoc eodē libro *quæstio. 23. sub n.16. verf. nisi tamen*. Quo fit, vt mirum non sit,si ob rei infrequentem vsum, Aeneas dixerit se credere, vt suprà dictum est. Interim tamen ex his liquet, vigere adhuc dispositionem textus in *dicto c. Statutum*, nèc ideo prærogatiuam reseruationis huius in corpore Iuris clausæ, consistere in illius consequutiuis.

Itaquè,vt meam in hac indagine,qualemcũquè
66 interponam sententiam,ausim dicere,† maximam hanc prærogatiuam in eo consistere, quod omnes alias præcedat, & anteuertat reseruationes, ità quod si circa idem beneficium plures concurrant cum ista reseruatione,vinculum reseruationis cēseatur beneficio ex hac ipsa priùs, atquè ità simplicitèr iniectum, ex alijs verò conditionalitèr, quatenus illa cessaret;qnod rei euidentia constat. Ponamus enim,hodie erigi beneficium,qualecunquè illud sit, vtiquè sub hac lege censebitur erectum,vt quotiescunquè in curia per obitum vacauerit,censeatur illius collatio Sedi Apostolicæ reseruata,propter *tex.in d.c.2.* ex quo enim ista reseruatio insurgit à iure communi,præsumitur fun-
67 datorem † in ipsa erectione se voluisse eidem iuri conformare, nisi de contrario appareat, *l. Gallus §. & quidam rectè de lib. & posthu. Ias. in l.1.sub num.45. verf. & confirmatur,de vulg. & pupil. Alex.conf.55.num.2.lib.4.*cum alijs adductis per *Menoch. conf.420.num.23.Rot.decis. 450.num.3.par.1. in recent. & Gregor. decis.56. num. 5.*

68 Demus ergo, † quod vbi fuit erectum, de illo fuerit prouisus Subcollector vnicus, atque ità affectum Papæ *ex reg.4.* Cancellariæ,vtiquè hæc secunda reseruatio, non potest non esse posterior, ex quo oritur à Iure nouo, sitquè ideo quodammodò sub conditione, si videlicet non contingat beneficium vacare per obitum in Curia, cum si vacet in Curia, non sit dubium,per *text. in d.c.2.* & benè etiam videtur sentire *Aene.ead. par.1. q. 3.paulo ante num.15. verf. & in quantum dicit,* vbi ait, beneficia Auditorum Rotæ esse reseruata per *Extrauag. ad regimen*, casu quo vacent extra Curiam;quià vbi vacant in Curia, sit indubitatum,ea cadere sub reseruatione clausa in corpore iuris, ex dispositione *d. cap.2.*

69 Suadeturquè † ratione irrefragabili, nè videlicet Papa, qui facit hãc, vel aliam Regulam reseruatoriam, videatur voluisse prouidere casui iam prouiso,& sic nõ necessario; vndè tales omnes regulæ, seù dispositiones, referendæ sunt ad quasuis alias vacationes, quàm ad hanc per obitum in Curia, vt ità censeantur prouidere in casu necessario, *Bald.conf.35.sub num.2.verf.& si hoc est in casu dubio lib.2. cum citat.per Menoch.conf.399. num.28. & de arbit. cas.199.num.12.*

70 Hincquè benè dignoscitur † reseruationis huius dignitas,tùm ratione temporis,ad tradita per eundem *Menoch.conf.51.num.39.* tùm quià ista sic connascatur beneficio, adeoquè illi sic naturalitèr hæreat, vt ab eo sit quodammoda indiuidua, quod non est in alijs; Vndè etiam efficaciùs agit,
71 cum decoloret omnes † titulos inferiorum, *Rota decis.803.ad finem lib.3.par.3. diuers.* & si vacet
72 beneficium in Curia, quod † sit de Iure patronatus Laicorum, alitèr quàm per obitum, Papa non consueuit illi derogare, prout facit,cùm vacat per obitum,ex præsumpta videlicet mente ipsius fundatoris, quemadmodùm explicauimus hoc libro *quæst. 8. num. 98. & 99.*

73 Et quatenus hæc reseruatio † fuit declarata per Bonifacium VIII. in *cap.præsenti eod.tit. de praben.in 6.* vt restringatur ratione loci, videlicèt ad decedentes vel in ipsa Curia, vel intra duas dietas legales, quæ constant quadraginta milliatijs,itaut si quid modicum desit, cesset hæc reseruatio, secundùm *gloss.ibi in verb. legales*, nisi in loco ipsius Curiæ defunctus habeat, aut domicilium,aut domum propriam, idest ex eo sit oriundus, vt hoc vltimum ità interpretatur *Butr. sub num.9.ad fin.*ista declaratio restringitur ad duos casus ibi expressos, videlicet, vel cùm aliqui, negotiorum causa, accedunt ad Curiam, vel ab ea recedunt, aut cùm ipsimet Curiales recreationis gratia, similiuè causa à Curia secedunt,vt explicat *Aen.de Falcon.d.par.1.q.3.sub num.15.verf.illa verò restrictio.*

Et quatenùs idem Pontifex, ibi extendit effectum reseruationis huius ad originarios loci, qui paritèr sunt Curiales, id omninò referendum est ad casum,quando Curia reperitur extra Vrbem, in loco Diœcesis alterius,vt ex verbis, & mente illius textus colligit *Gonzal.ad reg. de mens.gloss. 13. num.17.*

74 Et quatenùs rursus,† idem Bonifacius in *cap. si Apostolica eod.tit.in 6.* moderatur eandem reseruationem ratione periculi animarum, si incidat vacatio apud Sedem,dùm ea vacat,vt possit Parochialis per Ordinarium prouideri, etiamsi vacauisset ante mortem Pontificis, quem textum latè exornat *Gonzal.§.5. proœm. ex num. 125.* vsque adeò sustinetur moderatio hæc contra nouas regulas reseruatorias postmodùm creati Pontificis, vt si prætextu nouæ huiusmodi reseruationis alicui prouideatur, & desuper expediatur Breue de capienda possessione nomine Cameræ, consuetæ clausulæ *consitito, &c.* inseratur necessitas præfigendi terminum intruso ad docendum de prouisionibus ab Ordinario factis ante diem assumptionis ad Pontificatum; quod manifestè implicat fauorem talis prouisi ab Ordinario,vt fuit decisum in vna *Corduben. beneficiorum 6. Feb. 1612. coram Illustriss. D. Cardinali Caualerio*, in qua
75 fuit obseruatum, non esse necessarium † derogare Iuri

Iuri quæſito ex poſſeſſione, quaſi quòd grauetur
poſſeſſor iuſtificare titulum ſuum, cõtra Regulam
76 l.2.ff.Vti poſſid. & propterea † militent tradita
per Sarnen.quaſt.1e.ſuper reg.de Iur. quaſ. non
toll. dùm dixit,commiſſionem auferentem releua-
men oneris probandi,auferre Ius quæſitum,quod
videtur etiam aſſerere quaſt.17. & 20. Nàm in
eadem deciſione, & rectè, reſpondetur per clau-
ſulam huiuſmodi ſimplicitèr releuari prouiſum
Apoſtolicum, nè teneatur ipſe probare negatiuã,
in quo Papa nulli præiudicium infert, propter il-
lius ſupremam auctoritatem, quam habet in be-
neficialibus, vt alibi quoquè ſcripſimus. Ac proin-
dè intruſum,ſiuè Reum in hoc non grauari ſimpli-
citèr ex reſcripto Papæ, ſed ex natura iudicij,
77 quià videlicèt vbi Actor † probauit intentionem
ſuam plenè,& concludentèr,non ſufficit Reo pro-
bare ſuam exceptionẽ præſumptiuè, ſed ſimul de-
bet eam iuſtificare verè,& concludentèr, Bellam.
deciſ.363.n.2. Achill.decíſ.1. de probat. Rota di-
uerſ.par.1.deciſ.628.n.3. Rota Gen.deciſ.602.n.
3.& fuit reſponſum in Aquitanien. Prioratus 11.
Aprilis 1622. coram R.pd. Pirouano.
78 Et propterea,cùm † gratia principalitèr tẽdat
ad fauorem eius cui conceditur, non attenditur
præiudicium, quod alteri ſecundariò, & conſe-
quutiuè infertur, gloſ.vlt.in cap.quamuis de pact.
79 in 6. Quippe † ad effectum regulæ de Iur. quæſit.
non toll. non ſufficit ius ſecundarium, ſed exigitur
Ius perfectum,& radicatum, Bellam.deciſ.34. nu.
21.verſ.ad ſeptimum dubium, Rom. conſ.256. ad
fin.verſ.ſecundo quià appellatione, Put. dec.257.
nu.1.lib.2.Sarn.ſuper ead.reg.quaſt.3. in princ.
& num.7. & fuit deciſum in Burgen. applicatio-
nis 16. Maij 1597.coram Illuſtriſſimo D. Cardi-
nali Millino.

Sarnenſis autem d.quaſt.11.17.& 20.loquitur
in caſu, vbi eſt ſpecialitèr alicui indultum, nè te-
neatur probare, atquè ità in hoc habet ius radi-
catum,& hæc eadem deciſio fuit rurſus confirma-
ta die 2. Aprilis eiuſdem anni 1612.coram eodem
Illuſtriſſimo Cardinali Caualerio.

Cæterùm,reſeruationis huius ratio ab ipſo Iu-
re communi non abhorret,quo inductum eſt,Pe-
80 regrinorum † in aliquo loco decedentium res,
fieri ſub manu Epiſcopi illius loci, Auth. omnes
81 Peregrini C. commun. de ſucceſſ. & hoc † voluit
fortè dicere Aena.de Falcon.in ſæpe citato tract.
de reſeruat.poſt Gaſp.de Peruſ. quem allegat par.
1.q.4.effect.6. ſub num.4.verſ. Allegat rationem,
cùm pronunciauit,beneficia ità vacantia fieri de
proprio foro Papæ,atquè ideo ſpeciali quadam
prærogatiua ſibi reſeruata.

Antequàm verò ad alia properemus,inueſtigã-
dum eſt nobis, quomodo habeat ſe, quod aiunt
82 pleriquè,omnia † reſeruata cenſeri vacare in Cu-
ria: quod primum videtur pronunciaſſe Calderin.
conſ.9.ad fin.de prabend.verſ. Item non dubium;
adeo quòd quibuſdam probetur conſequentia
hæc, Beneficium eſt reſeruatum,ergò cenſetur va-
care in Curià, Aena.de Falcon. de reſeruat. in 1.
parte q.4.effect.2.ſub num.1.verſ.& videtur va-
lere, & cum hac eadem opinione viſus eſt tranſire
Simonetta eod.tract.q.3.n.4. & ſi benè attẽdatur,
hoc idem videtur ſenſiſſe Rota apud Faſtol.dub.
53.ſub nu.2.ad fin.iunctis his,quæ poſuit in rela-
tione cauſæ 28. verſ. Ex aduerſo obijciebatur.

Contrariũ tamẽ probauit Lap.allegat.84.n.3.
83 & hæc eſt veritas. Quamuis † enim in multis iſtæ
reſeruationes æquiparentur,vt per Aena.vbi ſup.
ex n.1. nihilominus longè differunt, nec in omni-
bus ea æquiparatio procedit, vt ibidem per eum
num.e.verſ. non tamen.

Vt ergò intelligamus, vndè profluxerit illatio
adeo diffiua, per quam poſſunt videri malè con-
ſtare quæ ſuperiùs aſſeruimus,ſimulquè eam intra
ſuos cancellos reducamus; ſcire oportet, pleraſ-
84 que † perſonas ita eſſe addictas Romanæ Curiæ,
tanquam illius partes, vt propterea non liceat eis
ab ea ſine ſpeciali licentia Principis recedere,qua-
les ſunt S.R.E. Cardinales, vt notauit Hoſtien. in
cap.Eccleſia veſtra 57.ſub nu. 5. verſ. Tum quià
habet alas magis ligatas, de elect. Decia. conſ.14.
n.43.lib.3.& notauimus ſuprà lib.1.q.8.n.49. Vn-
85 de & Cardinales † veriùs conſtituere quàm ſequi
dicuntur Curiam,tametſi eam ſequi dicantur con-
ſtituendo,vt benè Oldrad.conſ.293.num.2. & 3.
inter quos ſunt Vicecancellarius,Camerarius, &
Pœnitentiarius.

Nequè laxior eſt indulgentia Notariorum Se-
dis Apoſtolicæ,Auditoris contradictarum, Cor-
rectorum literarum, & Abbreuiatorum. Horum
igitur quaſcunquè à Curia ſeceſſiones, ita iudica-
mus, vt abeſſe non intelligantur propter nexum,
86 quo ſunt Curiæ adſtricti, exemplo ſerui, qui † eo
quod ſit addictus fundo, ſemper ibi eſſe intelligi-
tur,etiam ſi aliò,ſtudij cauſa,vel alterius negocia-
tionis gratia ſecedat, l.quæſitum 76.in princip.de
leg.3.l.Seia 20. §.Pamphila ff.de fund. Inſtruct.
87 Hi ergò † vbilibèt moriantur, mori in Curia
apud ſedem dicuntur, ex particulari diſpoſitione
Extrauagan. ex debito §. huiuſmodi autem, de
elect, ibi, Epiſcopales inſuper, vel alias dignita-
tes,Eccleſias,Monaſteria, & alia prædicta, Fra-
trum noſtrorum S. R. E. Cardinalium apud di-
ctam Sedem per eorũ obitũ vacare cenſemus, ſiuè
inibi,ſiuè alibi,vbicũquè ipſos migrare contigerit
de hac luce, & hoc idem in Dignitatibus, & Be-
neficijs quibuslibet, (vt de alijs præmittitur) Of-
ficialium noſtrorum, videlicet Vicecancellarij,
eiuſdem Eccleſiæ Camerarij, Notariorum, Audi-
toris contradictarum, Correctorum, Scriptorum
literarum,ac Pœnitentiariorum noſtrorum,nec-
non Abbreuiatorum Curiæ Romanæ ſibi volu-
mus vindicare; quæ Extrauagans ſimul afficit Ca-
pellanos, & ipſius Papæ commenſales, & quoſuis
alios Officiales de ipſa Curia Legatos, ſiuè Nun-
cios ipſius Papæ,vt in ea refertur in §. Rurſus hu-
ius noſtræ; Vndè indiſtinctè tenendum eſt,omnem
vacationem per obitum perſonarum huiuſmodi,
dici vacationem in Curia, indequè cauſari reſer-
uationem clauſam in corpore Iuris, etiam ſi alibi
moriantur, quod totum operatur Iuris fictio,quæ
88 ideo † æquiualet veritati, l.1.in princ.C.de re.ux.
act.l.Qui ad certum ff.locat.cum ſimil.adductis
per Decia.conſ.33 num.43.& ſecundum hos ter-

minos

minos loquūtur *Fastol.& Lap.locis suprà citatis.*

Quocirca, si tales personæ fuerint per motionem officij solutæ à nexu, quo priùs tenebantur
89 Curiæ, cessabit † etiam ea fingendi ratio, & cum ea, ipsa quoque fictio, *l. Postliminium, §. transfuga. ff. de capt. & Postlimin. reuers.*

90 Vt hinc intelligas, reseruationem † dictæ extrauagantis *ex debito*, esse inductam ratione loci, nō autem personæ, quod est benè obseruādum respectu eius partis, qua innouata est per extrauagantē *ad Regimen, §. ac etiam per obitum, de praeben. inter com.* renouatam & ipsam per *Reg. 1. Cancell.* Nam qua parte non est expressè innouata, expirauit cum Ioanne 22. illius conditore, vt ità in specie censuerunt in *cap. statutum, de praeb. in sexto, Io. Andr. sub n. 1. vers. ista & Dominus Ioannes, ac Gemin. sub n. 8. ad fin. vers. & ita fecit, Mandos. ad d. Reg. 1. Cancell. q. 1. sub n. 1. vers. & idem Geminianus, Monet. de optio. c. 3. n. 40. & de decim. cap. 9. nu. 27. Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. nu. 84.*

Quod admodum est notandum pro interpretatione Indultorum super facultate conferendi re-
91 seruata, quæ † quantumuis generalia, & vniuersalia, non capiunt reseruata reseruatione clausa in corpore Iuris, *Rota decis. 4. de praeb. in nou.* cum citatis per *Granuc. ad Simonet. q. 26. n. 8. & 9.*

92 Adeò † vt hodie Indulta Cardinalium, & ipsa quoquè Regula 33 ad finem, de adhibendo consensu Cardinalium Ordinariorum Collatorum in expeditionibus literarum, sint moderata, & ità declarata, vt non capiant vacantia apud Sedem, ex constitutione S. mem. Pauli V. quæ est in *nou. Bull. to 3. const. 58. §. 1. vers. voluit vlterius.*

93 Igitur, si mors contingat durante † eo nexu, quātumcunquè in loco remotissimo à Curia, proculdubio non intrabit Indultum, si verò ea contingat post dimissum priùs officiū, respectu beneficij obtenti ante dimissionē, intrabit; licet enim illud reseruatū sit per Regulam primā Cancellariæ, tamē reseruatio hæc est penitus diuersa à reseruatione clausa in corpore Iuris, nec cēsetur inducta ratione loci, sed ratione personę, quia scilicet ille fuit Officialis; atquè ita subsidiaria, vt sunt omnes aliæ diuersæ à reseruatione contenta in *cap. 2. de praeb. in 6.* vt suprà dictum est.

94 Est nihilominus aduertendum, † per dimissionē officij non cessare reseruationē, quando tale esset officium, cui sit annexus Prothonotariatus, ex dicta Regula moderna, ibi, *Declaramus nihilominus, beneficia, quæ dictæ Sedis Officiales, qui ratione suorum officiorum huiusmodi, eiusdem Sedis Notarij erant, etiam dimissis ipsis officijs, & quandocunquè assequuti fuerint, sub huiusmodi reseruationibus comprehendi*, idest reseruationibus *Extrauag. ad Regimen*, Benedicti XII.

95 Quo fit, vt beneficia † Prothonotariorum prædictorum, quocunquè in loco vacent, censeantur vigore huius Regulæ reseruata, etiamsi cesset officium, cui Prothonotariatus annexus fuit: cuius rei ratio indè (nèc fortè absurdè) desumpta est, quòd Officia illa, aliud non concernunt, quam Secretarium ipsius Principis, cuius ea summa est prærogatiua, vt etiam dimisso officio retineantur Dignitas, & Cingulū Comitiuæ quæ ei accesserūt, *l. in scrinijs et l. Proximos C. de proxim. Sacr. Scrinio. lib. 12.* cuius quidem Comitiuæ loco est hodie familiaritas, & commensalitas, de quibus postmodum agetur.

96 Hæcq; † verè est ratio appendicis dictæ Regulæ primæ, adiectæ per Sixtū in *vers. declarā.* ad tollendū scilicet difficultatē omnē circa hunc articulū; in quo primū contrariū Rota censuerat *dec. 70. par. 1. diuer.* & ex singulari cōstitutione Leonis X. respectu Scriptorum Apostolicorū variauerat in vna *Palentina Scholastriæ, & Canonicatus, 13. Aprilis 1584. coram Robusterio, impressa apud Garz. de Benef. par. 5. c. 1. sub n. 204* prout etiam ad dictam primam Regulam notat *Chok. nu. 9.*

97 Et propterea, † quamuis reseruatio *Extrauag. ad regimen*, non excesserit vitam Benedicti illius conditoris, vt ibi per *Gloss. ant. antiq. ad fin. & per Mandos. in 1. quaest. Garz. de benef. par. 5. d. c. 1. num. 84. & 130. ad finem.* nihilominus hinc non sequitur, quin reseruatio ex Prothonotariatu insurgens, perpetuò vigeat, cùm etiam ex perpetuo more Romanorum Pontificum, supradicta extrauagans renouetur per primam Regulam Cancellariæ, quam ideo renouandi necessitatem agnouerunt *Gloss. antiq. & Mandos.* proximè allegati: tametsi indè & hoc minimè sequatur, hanc reseruationem posse dici clausam in corpore Iuris, quemadmodum censuit Rota in *Ferrarien. Canon. 26. Aprilis 1624. coram Rpd. Pirouano.*

98 Est tamen † verùm, si agatur de beneficio consistente in Vrbe, & de facto Prothonotarius in Vrbe decesserit, hanc etiam qualitatem exprimi, non ad effectū multiplicādi reseruationes, sed ad effectum concludendi ad hanc vnicam, & maiorem clausam in corpore Iuris, quæ apta sit comprehendere be-
99 neficium consistens in Vrbe, vt † satisfiat dispositioni *text. in c. praesenti, eod. tit. de praeb. in 6.* quatenus ea, pro inducenda vacatione apud Sedem, ad effectum reseruationis talium beneficiorū, requirit, quod defunctus moraretur in Curia, occasione Curiæ; nàm necessaria est vtriusquè qualitatis expressio, videlicet vt hinc etiā concludatur ad cu-
100 rialitatem, & sic ad hanc præcipuā † causam morandi in Curia, ratione Curię, vt in *d. c. praesenti, §. sanè, tradūt omnes, praecipuè Io. Monach n. 1. Archid. n. 3. & alij passim, Rota diuers. dec. 616. n. 1. par. 4. in recent. & fuit decisum in Romana beneficiatus S. Petri, 10. Ian. 1593. coram Cardinali Blanchetto, & in alia simili, 8. Aprilis 1622. & 20. Nouemb. 1624. coram Rpd. Pirouano.*

101 Cùm enim omnes † Officiales Papæ, & illi inseruientes, dicantur Curiales, vt in specie ad effectum reseruationis decernitur in *d. Extrauag. ad regimen, §. ac etiam, de praeben int comm. Mand. ad Reg. 5. Cancell. quaest. 1. sub num. 18. vers. concludo igitur, & quaest. 3. num. 5. ad fin. Gonzal. ad reg. de mens. gloss. 13. §. 1. n. 19. Rota d. decis. 616.*
102 *num. 2.* consequitur, Prothonotarios † esse Curiales, & sic morari in Curia occasione Curiæ, veluti deputatos ad scribendum gesta Martyrum, *Gomes. in procem. Reg. Cancell. Rubr. de orig. & off. Prothonotar. Rota decis. 1033. lib. 3. par. 3. diuers.*

Put.

Put.decis.339 num.5.lib.2. & licèt actu non scribât, neque se in officio exerceât, remanet tamen in eis habitudo, quæ sufficit, vt in puncto de Prothonotarijs est *Put.decis.81.ad fin.vers.quoad secundam partem, lib.3.*

103 Et sic respectu † beneficiorum Vrbis, aut alterius loci, in quo de facto reperiatut Curia, non concluderetur ad hâc reseruationem ex solo Prothonotariatu, nisi concurrat commoratio in ipsa curia de tempore obitus in illa, in quo non sufficit fictio illa *Extrauag.ex debito*, quæ potest verificari in momento temporis, citra aliquam vel minimam moram; momentum enim est tempus perbreue, & imperceptibile, vt post alios disputat, & benè concludit *Fœnut. de moment. temp. cap. 3. num. 2. 5. & per tot.*

Verùm, quiã frequens est materia hæc reseruationis ex Prothonotariatu insurgentis, non erit superuacuum explicare officium istud à sua origine, vt in sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Notarum vsus, & inuentum.*
2 *Earundem ratio.*
3 *Homeri Ilias, nucis nucleo inclusa.*
4 *Notis leges exscribi, vetitum.*
5 *Itemquè testamenta.*
6 *Notarum vsus, quorsum.*
7 *Notarÿ serui, à Tabellionibus distincti.*
8 *Tabellionum officium, aliquibus seruile, & abiectum visum.*
9 *Tabelliones, à Tabularÿs longè diuersi.*
10 *Tabularÿ, minimè dicti à tabulis, in quibus scriberent.*
11 *Tabularium, quid?*
12 *Tabularia administratio, quæ?*
13 *Tabularÿ serui, præter officium, cui vsui essent?*
14 *Tabulario. quando desierint adÿci serui?*
15 *Tabularÿ serui, etiam à conscribendis tabulis.*
16 *Tabellionum officium, vt nunc, ità olim.*
17 *Tabellio, & Tabularius, diuersa.*
18 *Tabelliones, nec serui, nec viles vsquàm in Iure reputati.*
19 *His tamen interdictum exercitium Tabellionatus, dum Decurionis munus fungerentur.*
20 *Tabelliones ad Decurionatum admissi.*
21 *Tabelliones, siuè Notary qua ratione olim reciperentur.*
22 *Tabelliones, cũ seruis Tabularÿs per errorẽ cõfusi.*
23 *Tabellionatus, dignitatem nullam confert.*
24 *Notarius, siuè Tabellio, quatenus debeat esse peritus in iure.*
25 *Notariatus officium, derogat nobilitati generosa.*
26 *Et qua sit ratio.*
27 *Notariorum, siuè scribarum munus respectu actorum publicorum, apud Græcos fuit in maxima existimatione, secus verò apud Romanos.*
28 *Notariorum officia, venalia.*
29 *Scribaniæ soli Principi supremo possunt esse venales de Iure, secus verò Baronibus, & Magnatibus.*
30 *Scribendi munus circa acta Senatus, vni ex Senatoribus amandatum.*
31 *Notarÿ quæ olim dignitas, qualis fuerit.*
32 *Notarum vsus, etiam apud Summos Principes.*
33 *Notariorum, siuè Prothonotariorum Apostolicorum officium, & vsus vndè profluxerit.*
34 *Notary regionarÿ, qui.*
35 *Scriniorum Magistri, dicti Prothonotarÿ.*
36 *Prothonotarÿs Apostolicis commissa scriptio quarumcunquè rerum ad Ecclesiam pertinentium.*
37 *Prothonotariorum participantium numerus hodie duodenarius.*
38 *Prothonotarÿ non participantes, non gaudent priuilegio exemptionis à iurisdictione ordinariorum, nisi deferant habitum.*
39 *Gaudent tamen priuilegio fori, tanquam personæ Ecclesiasticæ.*
40 *Dicunturquè habere dignitatem Ecclesiasticam, etiamsi non participent de commodis, & prærogatiuis ordinis.*
41 *Ecclesiasticitas personæ, etiam citra Clericatum, sufficit, vt quis subÿciatur foro Ecclesiastico.*
42 *Scholaris addictus seruitio Ecclesiæ, subÿcitur illius foro, etiamsi non sit Clericus.*
43 *Prothonotariorum non participantium, alÿ sunt ratione officÿ, alÿ ratione simplicis priuilegÿ.*
44 *Prothonotariorum Apostolicorum omnium, siuè participantium, siuè non participantium Beneficia sunt reseruata.*
45 *Etiam creatorum à Legatis Apostolicis.*
46 *Distinctio vbi non fit à lege, nèe nos distinguere debemus.*
47 *Distinctio semper admittitur, ex iuris intellectu.*
48 *Extraordinaria, semper distinguuntur ab ordinarÿs.*
49 *Accidens non alterat substantiam subiecti.*
50 *Prothonotarÿs participantibus, non autem non participantibus qualitèr intelligatur mandatum officium scribendi.*
51 *Prothonotarÿ non participantes, habent facultatem scribendi in habitu.*
52 *Prothonotariorum non participantium beneficia, non includuntur concordatis Germaniæ.*
53 *Prothonotarÿ non participantes, ad effectum reseruationis, si fuerint creati à Papa immediatè, reputantur familiares eiusdem Papæ veri, & non ficti, ex Constit. Pauli III.*
54 *Clausula* pro tempore, *perpetuitatem denotat.*
55 *Constitutio, quando reputetur perpetua.*
56 *Prothonotariorum non participantium Beneficia, an cadant sub reseruationibus Apostolicis in præiudicium concordatorum.*
57 *Familiaritas, in facto consistit.*
58 *Familiaris, qui dicatur.*
59 *Veritas non potest per Principem immutari, sed tantùm per fictionem elidi.*
60 *Fictionis vis, in imprimenda qualitate personæ.*
61 *Concordatis, Papa in dubio non censetur præiudicare voluisse.*
62 *Concordatorum cum natione Germaniæ ineundorum, ratio.*
63 *Concordatorum eorundem extensio ad aliquas Ecclesias.*
64 *Concordatis Germaniæ, respectu Ecclesiarum comprehensarum sub illis, minimè fuit derogatum*

QVÆSTIO XXVIII.

Notarij S. A. siuè Protbonotarij vndè profluxerint? Quodnam antiquitus, & quodnam hodie eorum sit munus, & eorum beneficia qualitèr reseruata sint?



1 SATIS in aperto est, Notarij † nomen, à notis dictum, quibus non verba tantùm, sed etiam sententiæ integræ continerentur M. Tulij Ciceronis, vt in *fragm. Philosoph. ipsius refertur pag. mihi 105.* siuè potiùs M. Tulij Tyronis eiusdē Ciceronis liberti, vt apud *Euseb. in chron. Olympiade 193. anno quarto*, aut, vt crediderunt alij, Mæcenatis, eiusquè liberti Aquilæ inuentum, quod habet Baron. *in ann. 238. num 3. & 4* De celeritate notarum, & quàm multa paruo spatio scriberentur, tradunt Seneca in *Epistola 14. ad Lucillum, & Quintilia. lib. 11. cap. 2.* vulgatumq; est illud *Martial. lib. 14. Currant verba licèt, manus est velocior illis, Nōdum lingua suum, dextera peregit opus*, necnon illud Ausonij ad Notariū suum velocitèr excipientem. *Quàm præpetis dextra fuga? Tu me loquentem præuenis, Quis quæso, quis me prodidit? Quis ista iam tibi dixit, Quæ cogitabam dicere? Quæ furta corde in intimo Exercet ales dextera? Quis ordo rerū tā nouus, Veniat in aures vt tuas, Quod nondum lingua absoluerit.* Quod ex nostris etiam adnotauit *Tholos. Syntag. Iur. lib. 47. c. 42. nu. 4.*

2 Rationem hanc† per notas excipiendi, pluribus exemplis, expressit *Grauat. ad Vell. lib. 2. c. vlt.*
3 *num. 3.* hisquè notis † Iliadem Homeri exscriptā, nucis nucleo inclusam, aliqui tradidere, vt ex alijs retulit *Torreut. in Titum Suet. cap. 3.* quibus constat, non literas, sed signa fuisse, quorū aliqua licet videre ex fragmētis superiùs citatis: indequè non scribi aliquid notis, sed propriùs excipi dicebatur, & notata, nō scripta, sed excepta dicebantur, vt apud *Suet. in Galb. c. 5. & in Titum d. c. 3.*
4 Quibus notis, † nedùm leges ex Iustiniani Edi-
5 cto in *l. 2. §. eandem autem pœnam, C. de vet. Iur. enucl.* verùm † etiam testamenta exscribi ob earum incertitudinem vetitum olim fuerat, vt patet ex Pauli Respōsō in *l. sed cum patrono, ad fin. vers. Notis scripta Tabula, de bon. possess.* Hinc de Galba loquens *Suet. d. cap. 5. ad finem* sic scribit. *H. S. namquè quingenties, eum præcipuum inter Legatarios babuisset, quia notata, non perscripta erat summa, hærede Tiberio Legatum ad quingenta reuocante, ne hæc quidem accepit.*

6 Hoc igitur scribendi munus, olim minimè † ad publicas

publicas tabulas pertinuit, sed ad cuiusquè priuatas duntaxat, seruileque, & per seruos cuiquè proprios exerceri consuetum, qui ideo, Serui Notarij nuncupabantur, vt patet ex alio eiusdem Pauli Responso *in l. Lucius Titius, 41. de militar.*
7 *testam.* Quod † aliqui ex nostris inaduertentèr retulerunt ad eos, quos vulgò, hodie Notarios, propriè verò Tabelliones dicimus, prout etiam errorem hunc agnouit, & iure merito damnauit *Cuiac. ad l. 7. col. vlt. verf. Priuata instrumenta. C. qui pot. in pign. hab.*
8 Non me tamen fugit, † Rotam *decis. 297. p. 1. recent.* illorum quoquè Tabellionũ officium seruile, atquè abiectum pronunciasse, ea ratione, quòd olim per multos annos fuerit administratum per seruos publicos, donec *per l. penult. C. de Tabul. lib. 10.* id prohibitum fuit, ex Brisson. *de verb. sur. signif. lib. 17. & Cuiac. in paratit. tit. C. de seru. Reipub.* & hanc sententiã, post plurimos, repetijt Rota *in ea ipsa causa, 4. Iunij 613. coram R. P. D. Pirouano, itidem impressa ead. p. e. decis. 504.*
9 Verùm, cauendum existimo, nihil † commune habere Tabelliones, quos vulgò Notarios dicimus, & ad quos ista pertinet indago, cum Tabularijs, de quibus *tot. Tit. C. de Tabular. lib. 10. & per Brisson. & Cuiac. locis supra relatis*; nequè
10 enim † Tabularij à tabulis, in quibus veteres scribebant, dicti sunt, vt existimarunt nonnulli, quos sequutus fuit *Garf. Tolet. in explic. d. tit. de Tabul.*
11 *n. 1.* sed à Tabulario; Tabulariũ † siquidèm antiquis nil fuit aliud, quàm Arca, in qua reponebantur, & asseruabantur Tabellæ, & Chartæ publicæ, cui Arcæ, quam (vt dixi) nuncupabãt Tabulariũ, adscribebãt seruos publicos, qui illius custodiam gererent, vt constat auctoritate Liuij *libro 43.* in hæc verba; *Censores, extemplo in atrium libertatis ascenderunt, & ibi signatis Tabellis publicis, clausoquè Tabulario, & dimissis seruis Publicis, negarunt se quicquam publici negotij gesturos*; ij ergò serui nuncupabantur Tabularij, nõ quia chartas, seu Tabulas publicas conscriberent, sed quià Tabularij curæ addicti erant; vndè & tabulariam
12 administrationẽ † dixit Textus *in l. fin. C. de seru. Reipub. manumitt.* quam scilicèt serui publici administrabant, inquit *Brisson. vbi supra*, & clariùs explicat *Cuiac. in paratit. d. tit. de seru. Reipub. manumitt.* erantquè nihilominùs † etiam
13 adhùc Serui hi alicui priuatorum vsui necessarij; nãm qui vel propter ætatem sibi stipulari non poterant, quòd per liberam personam non licebat, stipulabantur sibi per huiusmodi seruos publicos, atquè ità accipitur responsum Marcelli *in l. 2. ff. rem pupilli salu. fore*, quod ideo non satis expensum fuit per *Grauat. vbi suprà num. 5.* nequè per alios *per eum allegatos*, benèquè aduertit *Cuiac. vbi supra.*
14 Durauitquè † mos præficiendi Tabularijs publicos seruos, vsquè ad Arcadium, & Honorium, qui Generali constitutione, iusserunt deincèps officium huiusmodi personis liberis committi, *l. Generali, C. de Tabular. lib. 10.* & hunc intellectum ad eum tex. nouissimè etiàm probauit *Ioannes*
15 *Kal. in eius Lexico Iuridico.* Non nego † tamen alios fuisse Tabularios, ità dictos à tabulis conscribendis, sed de his non agitur *in dict. l. generali.*
16 Tabelliones autem ij erant, † qui & hodie sunt, contractuum publici scriptores, quorum officium tale fuisse, expressè innuit Textus *in l. 1. in princ. ibi, Tabellionibus, qui talia instrumenta conscribere ausi sunt, C. vt nemo ad suum patrociniũ, lib. 11. & in l. contractus, C. de fid. Instrument.* com-
17 probaturquè hæc veritas manifestè † ex textu *in Auth. de Tabell. in princip. ibi, à Tabellione, & Tabulario subscriptionem habens, &c.* vbi apertè ponuntur hæc tanquàm diuersa officia, quamuis *Accurs.* ibi circà hos terminos confundens, existimauerit, Tabellionem esse minorem, & Tabularium esse maiorem Notarium, quod admodùm inane esse nemo non videt.
18 Tabelliones igitùr, tantum abest vt † habiti fuerint pro vilibus, & abiectis personis, vt imò potiùs pro nobilibus: Nàm nèc vllibi in toto Iure, serui appellantur, vt obseruauit omnisciꝰ *Tiraq. de nobilit. cap. 30. num. 9. vers. Ego verò*, nèc ra-
19 tione † officij reputati vsquàm fuerunt incapaces dignitatum; quamuis enim ij in honorem dignitatis tantisper dùm Decurionis munere fungebãtur, non possent exercere Tabellionatum, *l. vni-*
20 *uersos. C. de Decur. lib. 10.* ad ipsam † tamen Decurionatus dignitatem admittebantur, vt probat eadem *l. vniuersos*, & etiam *Text. in l. si quis Decu-*
21 *rio, C. ad l. Cornel. de fals.* habebantquè † suas stationes, seù scamna, ac ministros substitutos, & Collegium, in quo non nisi probatæ fidei, & peritiæ tùm in Iure, tùm in ipsa scriptione, & eloquutione recipiebantur receptione solemni, per iuramentum Promotorum, & insinuationem apud Præfectum Vrbis, vt ex duabus Constitutionibus Græcis ostendit *Cuiac. ad d. l. vniuersos, & in Rubr. d. Tit. C. de Tabul.*
22 Itant † toto errauerint Cœlo, qui Tabelliones cũ Tabularijs confuderunt, eosquè existimarunt seruos publicos fuisse, in quem errorem impegit primum *Gloss. glo. vn. in d. l. vniuersos. ex tex. in d. l. non aliter, ff. de adopt.* quæ nihil minùs dicit, & eundem errorem imbiberunt *Angel. in cons. 284. num. 1. Oldrad. cons. 75. num. 2. & Calder. cons. 2. vers. sed his non obstantibus. de fid. instr.*
23 Non tamen diffiteor † ex huiusmodi officio hodie non acquiri Dignitatem; nàm licèt *Lucas de Pen. in d. l. vniuersos*, contrarium visus fuerit sentire, ea ratione, quià Notarius debet esse Iuris peritus, quod etiam sensit *Didac. pract. quæst.*
24 *cap. 19. num. 7.* id tamen † accipiendum est, si vltrà officium Notariatus, sit deputatus ad scribẽdum acta publica Magistratus, vt distinguit *Bart. in cons. 77. num. 3. lib. 1.* & consonant suprà deducta ex duabus Constitutionibus Græcis, aliàs, se-
25 cundum Bartolum, habet nudum officium, † quod, quantum ad nobilitatem generosam, illi euidentèr derogat, *Boer. decis. 90. vbi addentes, Aymo. cons. 63. num. 7. Tiraq. de nobilit. cap. 30. num. 9.* Quicquid dicat *Guttier. lib. 1. pract. quæst. 37.*
26 *ex num. 15.* vix † enim est, vt possit separari à quodam negociationis genere, vt dixit *Gloss. in cap.*

cap. ficut nè Cler. vel Monachi. & fuit iure merito firmatum in superiùs allegatis *decisionibus 297.& 504 par.1.in recent.*

27 Neque respectu nobilitatis † huius generosæ, foret hodie admittenda cōsideratio qualitatis assumptionis ad scribendum acta; nàm in hoc longè diuersus fuit semper mos Græcorū, à Romanorū more;illi enim ideo Scribas in hunorem habebāt, quia apud eos, nemo ad id officium admittebatur,nisi honesto loco, fide, ac industria cognitus, eo quòd necesse foret,eum esse omnium consiliorum participem; Qui mos nusquàm Romanis probatus fuit, vt habet,& declarat *Tiraq. de nobilit. cap 34. num.50.*

28 Et de facto † videmus, ad huiusmodi officium ; vbi est venale, fine aliqua participatione Consilij, admitti quascunque personas, etiam ex infima plebe, si tamen idoneæ sint ad illud exercendum, vndè insurgunt mala, quæ latè deplorat *Nevıza. Silua Nuptia.lib.5. num.99. charta mihi 138.3. col ampliat 8.*

29 Vndè in † quauis optimè instituta Republica, etiamsi supremæ potestati Princeps is hoc detur, in alijs tamē Domicellis, & Baronibus minimè permittitur,scribanias,vel Cancellarias,aut vendere, aut arrendare:Princeps enim id facit, non tanquā Administrator Reipublicæ, vel ab ea pendens, sed tanquàm ipsamet Republica; quæ ratio non cadit in his inferioribus, vt scitè aduertit *Soto de Iust. & iur.lib 3.q.6. art.4.in solutio 2.obiectio.et post ipsum,& Menebac.lib.1. controuer. illustr.c.43. ex num. 10. & alios, tradit Bobadill. in Polit. lib.2.cap 66.num 4?.& 209.*

Et,quicquid de hoc sit,cum, vt dixi,nusquàm apud Romanos fuerint Scribæ habiti in ea existimatione, quæ apud Græcos, mirum non est, si duæ illæ Græcæ Constitutiones, in libris nostris

30 desiderentur,constatquè,etiāsi† aliquando à Curia co..munibus Scribis, vanum ex Senatoribus, munus istud obiuisse, vt ex testimonio Ciceronis, & Iulij Capitolini, refert *Thol.of.d.lib. 47.cap 41. num 6.*

Hincquè traxit originē officiū Magni Cancel-

31 larij, habuerint † enim Cæsares à Secretis, quos vocabant Notarios, & Senatoria, & Tribunitia dignitate conspicuos, vt ex Augustino, & Cassiodoro demonstrat *Baron in anno 411 num.17.& Spinaan.in epit.nu.4.* Atquè de Claudiano Poeta habemus illustre elogium, apud Thermas Constantini, quod expressit *Lucius Faunus, de antiquitatib Vrbis lib.2.cap.24.*

32 Hoc † tamen vnum est; officium, quod vulgò Notariatus, & latinè Tabellionatus dicitur, nusquàm per setuos administratum fuisse, sed benè munus Notarij, idest scribendi per notas, illosquè, cum istis, sicut cum Tabularijs, nihil penitus commune habuisse; quamuis negari nequeat, etiam summos Viros,& Principes hunc per notas excipiendi vsum amplexos, & obseruasse, vt de Tito, refert *Sueto.d cap.3.*

33 Hinc ergò profluxere Notarij † Sedis Apostolicæ, eorumquè munus; nàm cùm Ecclesiæ plurimum referret, fastos suorum Militum, ignorātiæ, & obliuioni eripere, Clemens Pontifex,anno 98. quod pluribus in locis Vrbis,de Christianis exerceretur carnificina, septem deputauit Notarios, inter quos Regiones distribuit, non vt vitas, aut omnia acta, sed vt singulorum agonem,consuetis exciperent quàm citissimè, notis, dum scilicet ad supplicium ducebantur, notando verba, & alias circumstantias, quibus inuicta eorum fortitudo demonstrabatur; Quod cùm diligentius Anterus anno 238. exquireret, & excepta in Ecclesiæ reconderet Scrinijs, illi martyrij causa fuit, vt, his ferè verbis habent *Baron. & Spond. in annal.*

34 Hincquè Notarij Regionarij, † & Scriniarij dicti

35 sunt, *Tholos. Syntag.Iur.lib.15. c.42.* † quinimò Magistri Scriniorum,secundum *Lucam de Penna,* quem probauit *Mandos. in tractat. de Signat. gratia, §. Protbonotary.*

36 Quibus, † posteà eadem carnificina sub Constantino vbique cessante, Iulius I. mandauit,vt res ad Ecclesias pertinentes quascunque scripto mādarent,v habent in Vita Iulij,Damasus, quem refert *Tb los.vbi suprà.* necnon *Anastas. & Platina,*atque in *Antropologia Volaterranus, lib. 22.* quæ pleniùs etiam declarat *Gomes.in proæm.reg. de orig.& off.Prothon.*

37 Atquè ex his patet, † non solùm in Vrbe, sed etiam vbilibèt habitos fuisse huiusmodi Notarios, eorumquè ordinem, respectu Regionariorum Vrbis, seruasse antiquum numerum vsquè ad Sixtum Quintum,qui anno 1586.cum ad duodecim ampliauit, cum multis prærogatiuis, & emolumentis, quæ referuntur in eius *constit. 12.* secundum nouum Bullarium, qui dicti sunt participantes.

38 Et licèt † alij,non participātes ità dicti,qui extra cum numerum sunt, non potiantur eisdem prærogatiuis, (præcipuè respectu exemptionis à Iurisdictione Ordinariorum, nisi eatenus, quatenus deferunt habitum, quod statutum fuit per Leonem X. *constit 10. in § 4.* & notauit *Mandos. de Signat.grat.§. Protbonotarij vers. Constitutio Leoniana*, quam etiam Constitutionem explicant *Ant de Pret.in tract.de Episc. Iurisd. quæst. 8. per tot* & nouissimè *Erasm.a Chok. de Iurisdict. ord. in exemp.par.1.quæst.18. num. 3.* vbi *nu.4.* subinfert rationem, cum etiam qui Fabricensium priuilegio, & iure gaudere vult, necesse habeat Fabricensium ritus obseruare, *l. Stigmata, & l. si quis consortium C.de Fabric.lib.11.)*

39 Nihilominus,qualitas † hæc honoraria,eis perpetuò adhæret, etiamsi simplices Clerici sint, nequè aliter addicti seruitio alicuius particularis Ecclesiæ, vt disponit *Concil. sess. 23. cap.6. de reform,* subijciuntur autem, indistinctè, foro Ecclesiæ, habent enim dignitatem Ecclesiasticam, *Ant.de Pret.d. quæst.8 num. 20. Chok. d. q. 18.*

40 *num. 3.* quippè ea † non destituuntur, etiamsi non participent de commodis, & alijs prærogatiuis dicti Ordinis, *Tholos. Syntag. Iur. lib. 15. cap.42.sub n.ca. vers. Præterea extraordinarios.*

41 Porrò sufficit hæc † qualitas Ecclesiasticitatis, citra singularem effectū clericatus, vt quis subijciatur foro Ecclesiæ, *Dec. in cap. Ecclesia S. Maria*

ris num. 45. & 46. de constit. Adeo vt ex sola,
42 ac simplici addictione personæ, † facta ipsius Ec-
clesiæ seruitio, citra effectum clericatus, resultet
hæc prærogatina fori, vt in simplici scholari pro-
nunciauit *gloss. in cap. 2. in verb. minores de foro
competen.* & ibi *Ancbaran. sub num. 2. vers. item
intelligo, & Ioan. Andr. sub num. 6.* dummodò
addictio sit perpetua, vt declarant ibidem *Abb.
num. 5. Butr. num. 6. Barbat. num. 29. Barbos. in
Collect. num. 10. Decian. tract. crimin. tom. 1.
lib. 4. cap. 9. num. 24. Bellet. disquis. cleric. par. 1.
tit de fauor. cler. rea. §. 2. num. 2.*

Cum ergò Prothonotariorum Apostolicorum
duplex genus sit, prout alij sunt numerarij, &
participantes, alij vero supranumerarij, & non
participantes; horum non participantium, con-
43 stat, alios † esse Prothonotarios ratione cuiuspiam
officij, cui Prothonotariatus est annexus, de
quibus in Regula prima Cancellariæ, alios verò
virtute priuilegij, & concessionis Apostolicæ: &
44 horum † quidem omnium beneficia esse reserua-
ta, scilicèt non solùm participantium, & officia-
lium, verùm etiam, vt ita loquar, simplicium pri-
uilegiatorum, *Verall. decis. 404. par. 2. & dec. 27.
num. 1. par. 3. Putc. dec. 305. num. 1. lib. 1. Si-
monetta de reseruat. quæstio. vlt. ex num. 1.* cum
allegatis *per Rot. decis. 407. num. 1. par. 1. in re-
cent.* & in *Virdunen. Canonicatus 13. Februarij
1617. coram bon. mem. D. Andrea.*

45 Et siuè † fuerint creati immediatè ab ipso Pa-
pa, siuè à Legato ipsius, vel alio facultatem
creandi à Papa habente, *Simonetta dicta quæst.
vlt. num. 3. Chissanen. decis. 125. incip. Protho-
notariorum beneficia, & recedendo à decis. 1032.
lib. 3. par. 3. diuers.* responsum fuit in vna *Cartha-
ginen. beneficij 26. Februarij 1603. corã Lancel-
lotto.* & in sequẽti, particularitèr demonstrabitur.

Ratio est euidens; quià tàm *Extrauagan.
Ad regimen,* quàm supradicta Regula, simplicitèr
reseruat beneficia Notariorum Apostolicorum,
46 vndè † cũ non distinguat, nèc nos distinguere de-
bemus, *l. de Precio ff. de Public. cum simil.* & li-
47 cèt † admittatur semper distinctio, secundùm
Iuris intellectum, *Ancber. cons. 270. num. 3.* & ex
48 Iuris † intellectu, extraordinaria ab ordinarijs di-
uersimodè iudicentur, *Signorol. cons. 255. num. 3.*
49 nihilominus † non videtur admittenda conside-
ratio hæc, quià tàm is qui participat, quàm qui
non participat, idem habet Officium, & Digni-
tatem, participatio enim illa, respicit emolu-
menta, vndè tanquàm accidens non alterat sub-
stantiam officij, cuius obiectum est scriptio, *l. Ge-
neraliter §. proinde de fid. libert.* cum alijs per
Gomes. in §. in personam num. 14. Instit. de actio.

50 Et licèt Rotæ aliàs visum fuerit, munus † istud
scribendi solis numerarijs mandatum censeri,
Put. decis. 329. num. 5. lib. 2. tamen id videtur
referendum ad actum, & exercitium, non ad ha-
bitudinem, *l. Comperimus, cum seq. C. de proxim.
51 Sacr. Scrin. lib. 12.* quæ † habitudo sufficit etiam
sine exercitio, vt intret reseruatio, *Put. decis. 81.
ad fin. vers. Quoad secundam partem lib. 3.*

52 Dubitatum tamen † sæpè fuit, quid dicendum
respectu concordatorum Germaniæ: nàm, vt li-
quet ex Constitutione Nicolai Quinti desupèr
edita, quæ in nouo Bullario est decima illius
Pontificis, excipiuntur ab illis, itàut semper in-
telligantur Sedi Apostolicæ reseruata beneficia
Prothonotariorum participantium tantùm; Ve-
rùm licèt regularitèr inclusio vnius sit exclusio
alterius, & è conuerso, nihilominùs quià rursus
excipiuntur beneficia familiarium, & verorum
commensalium, rursus iniecta est dubitatio ex
quadam Constitutione Pauli Tertij, quæ est ter-
tia dicti Pontificis, in eodem nouo Bullario in
53 *§. 6.* per quam declaratur † eosdem non parti-
cipantes, ab ipso tamen Papa immediatè crea-
tos, censeri & reputari debere familiares, & con-
tinuos commensales veros, & non fictos. Hanc
vero declarationem habere vim legis perpetuæ,
satis constat, cum sæpiùs loquatur de Notarijs,
seù Prothonotarijs, & Officialibus Pontificum
54 *pro tempore,* qui modus † loquendi satis insinuat,
perpetuum, fuisse tempus futurum: *Bald. per eum
Text. in cap. Cum inter num. 7. de re Iud. Re-
buff. in concord. tit. de Reg. ad prælatu. nominat.
in Gloss. super verb. pro tempore.*

55 Etiamsi vtatur † participio *creatos*, quod vi-
detur restringi ad præteritum, vel præsens, cum
appositum in Constitutione perpetua ex sui natu-
ra, possit etiam ad futurum extendi, *Felyn. in cap.
ad hæc sub num. 2. vers. Adde etiam istis, de re-
script. Roman. cons. 333. num. 3. vers. sicuti è
contra,* & perpetuitas eadem benè etiam colli-
gitur ex causa finali, ibi, *vt Sanctitas sua, & alij
Pontifices, occurrentibus vacationibus prouide-
re valeant,* quod fuit maximè ponderatum
in præallegata *Virdunen. Canonicatus coram
Andrea.*

56 Quòd itaquè beneficia † istorum non partici-
pantium, concordatis prædictis non attentis, ca-
dant sub reseruationibus Apostolicis, indè vide-
tur suaderi, quod isti sunt familiares, & licèt
non videantur veri, & proprij familiares, cùm
57 propria, & † vera familiaritas ea sit, quæ in facto
consistit, *Ancber. consil. 398. num. 2.* Et fami-
58 liaris, quem † Superior apud se, & sui cultus cau-
sa tenet, quiquè domus ipsius Superioris con-
tinuus existit commensalis, *Paul. de Castr. consil.
340. sub num. 2. versic. familiaris namquè, lib. 1.*
de quo fusius in sequenti quæstione agetur.

59 Nèc veritas † hæc, videatur potuisse per Papam
immutari, sed duntaxat per fictionem in con-
trarium elidi, *Bart. in l. si quis pro Emptore num.
5. vers. Quod etiam patet, de vsucap.* vbi alij, &
optimè etiam declarat *Castr. vbi supra versic.
nam hoc non est secundum veritatem,* & agno-
uit etiam *Rota apud Seraphin. decision. 1251.
num. 7.*

60 Nihilominus, non potest negari, quin † decre-
tum illud habeat eam vim, vt ista fictio æquipol-
leat veritati, vt ideò non possit respectu reserua-
tionis, ad cuius effectum facta est æquiparatio,
allegari aliquod discrimen inter veram, & fictam
commensalitatem, quod latè probat *ead. Seraph.
decis. 1251. num. 14.* & benè facit id, quod per
eum

eum *Text. notat Prepos. in can. 1. in 3. colum. in princip. versic. Nota quod ista verba, dist. 23.* videlicet per ista verba, *talis habeatur vt talis*, imprimi veram qualitatem, si exprimantur ab habente potestatem.

61 Ex diuerso, pro † concordatis vrget restrictio expressa ad numerarios, cui manifesta fieret supplantatio, si hoc modo dictam Regulam interpretaremur: nec est verisimile, Papam voluisse concordatis huiusmodi factis per viam contractus derogare, *Gonzal. ad Regul. de mensib. gloss. 27. num. 52.*

62 Aduertas † itaque, aliquas esse Ecclesias quæ sub illis continentur per viam comprehensionis, vt sunt omnes Ecclesiæ nationis Germanicæ, cum qua natione, dicta concordata inita fuerunt ad sedandas discordias inter Ecclesiam Romanam, & Principes, tàm Ecclesiasticos, quàm seculares Nationis eiusdem, vt patet ex ipsa Constitu-

63 tione Nicolai Quinti; alias verò esse, quæ † sub eisdem concordatis continentur per viam extensionis, qualis est Ecclesia Virdunensis, prout firmauit *Rota in vna Virdunen. electionis Episcopatus 11. Nouembris 1593. & 22. Maij 1594. coram bon. memor. Cardinali Pamphilio*. Itemquè Ecclesia Meten. *vt in Meten. eleemosynariæ 17. Decembris 1612. coram Illustriss. D. Card. Caualerio*, & (secundùm aliquos) in Ecclesia Gemuen. cuius extensionis memini. *Gemin. in cons. 56.*

64 Si ergò † quæratur, an per derogationes generales, & amplissimas, quas habet dicta Constitutio Pauli Tertij, sit derogatum concordatis supradictis, nusquàm est recedendum à distinctione sæpissimè facta, inter dictas Ecclesias sub illis contentas comprehensiuè, & alias contentas extensiuè per viam communicationis, vt videlicèt in primis agatur, vt non intret derogatio, vt in puncto est *Chyroga decisio relata per Seraph. decis. 510. sub num. 6. Pute. decis. 45. num. 11. lib. 1. in no.* & habetur etiam *apud Rotam decis. 840. lib. 3 par. 3. diuer.*

65 Et est ratio, prout † ibi redditur, quia concordata habent vim pacti, vndè per clausulas quantumcunquè prægnantes, & generales non censetur Princeps voluisse eis derogare, *Crescen. decis. 2. de Priuileg. Put. d. decis. 45. nu. 1. lib. 1. Gonzal. ad Reg. de mens. gloss. 25. num. 8.* pro-

66 cesserunt † namquè ob publicam vtilitatem, inquit *Cassad. decis. vn. sub num. 4. vers. Sed tunc, nec coadiutoria de priuileg. Rota decis. 10. nu. 4. lib. 3. p. 3. diuers.* vt videlicet scandala euitarentur, prout explicat *Pute. decis. 468. circa finem vers. Non obstat decisio Cassadori, lib. 2. in nou.* & fuit latè deductum in *Leodien. Canonicatus 21. Maij 1607. coram Cardinali Mareomontio.*

At si de posterioribus, nihil sit, quin intret de-

67 rogatio; nàm † cum cesset ratio contractus, subintrat simplex Ius priuilegij, siuè Indulti, cui satis censetur derogatum per clausulas generales, *Pute. & Rota, vbi suprà*: faciliùs enim tollitur Ius porrectum, quàm comprehensum, vt in propo-

68 sito, & in terminis † articuli huius dixit *Rota d. decis. 840. num. 2. Anton. Augustinus in Epi-*

tom. de indultis num. 11. versic. Indultum Ecclesiæ Virdunen. & fuit quoquè decisum in alia Meten. Eleemosynariæ 17. Decembris 1612. & 13. Februarij, ac 3. Iulij 1613. coram Illustriss. Card. Caualerio, et latius in dicta Virdunen. Canonicatus coram Andrea. In qua † fuit etiam

69 responsum consilio *Gemin. supra allegato*, quòd sit dubium, & periculi plenum, cum fundetur in Regula æquiparatorum, per quam non submouetur fictio, & priuilegium, quod etiam suprà retuli, *ex Seraph. decis. 1251. num. 7.*

An autem, vt intret reseruatio ex hoc capite,

70 sit necessaria nedùm eius iustificatio, quæ † omninò est præmittenda, vt fuit responsum in *Casalen. beneficiorum 10. Decembris 1627. coram*

71 *R. p. d. Merlino*; verùm etiam acceptatio, † vetusta est quæstio; in qua adhibenda est distinctio; aut priuilegium Prothonotariatus emanauit motu proprio, & non est accessoria talis acceptatio, *Verall. decis. 330. lib. 1. in manuscript. Rota decis. 373. lib. 3. par. 3. diuers.* quæ ità fuit declarata in *dicta Burgen. Abbatia de Salas, 20. Nouembris 1615.*

72 Et est ratio, † quia cum istud officium nullum inferat onus, sed tantùm honorem, potest in inuitum conferri, & sic nulla ex parte, ipsius in quem confertur necessaria est acceptatio, sed illicò actus ex voluntate Papæ conferentis perficitur, vt magistralitèr docet *Rota decis. 12. num. 1. de prabend. in nou.*

73 Et in simili videmus, † si ex testamēto legata sit libertas seruo absenti, & ignoranti, illicò efficitur liber, nèc expectatur quod acceptet, gestaquè interim per eum non reputantur gesta à seruo, sed à libero, & sui Iuris, vt est *text. in l. Eum*

74 *qui in prouincia, ff. si cert. petat.* Paritèr † restitutus contra sententiam deportationis, illicò consequitur restitutionis beneficium, tametsi absens, & ignorans, vt præclarè decidit *Bart. in l. vlt. num. 5. C. de sentent. pass. & restit.* estquè casus in *l. quidam relegatus, ff. de reb. dub.* quæ duo

75 similia, licèt † ad specialitatem referantur per *Felyn. in cap. 2. sub num. 2. post medium versic. Et ideo disputat, de constitut.* tamen ratio specialitatis huius, est generalis ad omnes casus, quibus beneficium potest in inuitum conferri, vt ponderat *Socin. in dicta l. Quidam relegatus sub num. 5. vers. Tertia ratio.*

76 Et ideò † magis ad propositum nostrum, Addent. ad Bart. *in dicta l. vlt. pro concordia in vers. vel etiam posset fieri*, distinguunt inter restitutionem factā à Principe motu proprio, & factam ad supplicationem, vt si facta sit motu proprio, illicò operatur suum effectum ante aliquam acceptationem, gratia enim facta motu proprio Principis, radicatur duntaxat super eius mera voluntate, *cap. si motu proprio de præbend. in 6.* nil mirum, si alio non eget adminiculo pro sua perfectione, & contemporanea actiuitate.

77 Aut igitur † emanauit ad supplicationem; & tunc necessaria est acceptatio, ex Regula quam posuit *Felyn. in d. cap. 2. num. 7. in 3. limitat. de constitut.*

78 Regularitèr enim, † beneficium non confertur in inuitum, inquit *Aebil. decis. 1. num. 1. & 2. de priuil.* proindeque exigitur acceptatio expressa, cùm nec sufficiat præsentia, & taciturnitas, *Lap. allegat. 89. num. 6.*

79 Neque hoc casu, non † attenditur istud simplicitèr, quòd beneficium sit tale, vt possit conferri in inuitum, sed quod Princeps sic voluerit conferre; quod indè excluditur, quià fuerit supplicatum nam arguitur, Papam non fuisse contemplatum publicam duntaxat vtilitatem, sed merita personæ supplicantis; quo fit vt frustratoria sit gratia ex mentis defectu, nisi concurrat illius consensus: vt in simili dicitur de translatione Prælati facta propter vtilitatem Ecclesiæ, quę illicò inducit solutionem prioris vinculi; & de facta propter meritum personæ, quæ tamè expectat acceptationem, iuxta doctrinam *Abbat. in cap. vlt. nu. 13. de post. Prælat. Calderin. consil. 1. de translat. Prælato.*

80 Neque dicatur, † satis dici perfectam gratiam, quoad omnem effectum, stante ipsa supplicatione, & illius porrectione, cùm tunc habeat radices suas, tàm in voluntate concedentis, quàm in voluntate eius cui fit concessio, vndè consequitur perfectio actus, exemplo stipulationis, *l. 1. in prin-*
81 *cip l. 5. §. stipulatio, de verb. obligat.* quia istud † est verum, vbi porrecta est supplicatio per ipsummet cui gratia est facta, aut alterum de eius mandato, de quo legitimè liqueat; tunc enim quia constat de animo, præsumitur eius duratio, inquit *Mohed. decis. 18. num. 1. de præbend.* nisi aliud præsumptionem hanc excluderet; quià scilicet adiectæ essent clausulæ restrictiuæ, per quas alteratus esset tenor porrectæ supplicationis, *l. 1. §. si quis simplicitèr, de verbor. obligat. Verall. decis. 210. num. 6. & per to. par. 1.* at secùs in terminis propositi articuli, vbi videlicet de alio non constat, quàm de supplicatione porrecta, & illius Signatura; istud enim non concludit per necesse ad voluntatem, & animum illius, cuius nomen expressum est in ipsa supplicatione, cùm nihil sit,
82 quin † per aliquem citra eius mandatum, aut consensum porrigi potuerit, quod est à lege permissum, *l. Vniuersis, C. de precib. Imper. offer.* nam etiamsi prætendatur aliqua impensa in conficienda, vel expedienda supplicatione, vt non sit verisimile, hæc facta fuisse sine mandato, tamen vltrà quòd possibile est, sine aliqua expensa quempiam ex sollicitatoribus Curiæ, id promouisse, ista etiã impensa est admodùm modica, vnius videlicet Iulij, aut duorum, vt est notorium, atque ita insufficiens ad præsumendum mandatum, etiam si quis fuisset præsens in Curia, prout sic intelligenda est *Rota decis. 743. lib. 3. par. 3. diuers.*

83 Probandi ergò acceptationem, † modus triplex est: Prior directè, ac per coniecturas inferentes ad ipsam acceptationem gratiæ; qua in re primum est aduertendum, quòd licèt propter difficultatem probationis, admittantur coniecturæ, illæ tamen sunt concludentèr probandæ, vt dicit *Rota dicta decis. 743. lib. 3. par. 3. diuers.* possuntquè omnes illæ coniecturæ ad duplicem speciem reduci, prout aliæ tendunt ad Iustificationem expensarum, ex quibus animus desumitur, & consensus in gratiam; aliæ verò tendunt ad Iustificationem ipsius facti circa vsum gratiæ.

Quo igitur ad primam speciem, sunt distinguẽ-
84 di plures casus. Primus est † quando simplicitèr ostenditur supplicatio signata, nèc de alio constat, quod cõcludat ad factum Oratoris in ea nominati; & hoc sanè casu dicendum est, hinc non posse inferri ad probationem talis animi, & consensus Oratoris, ex suprà deductis, quicquid censuerit *Oldrad. cons. 136. sub num. 5. vers. Non obstat, quod aduersarij*, quem reprobauit *Rota apud Pute. decis. 2. super reg. de non iudicando.*

85 Alter est, quando † vltra supplicationem signatam, ostenditur verè, & realitèr aliquid fuisse solutum pro ea expedienda, sed non docetur, quod fuerit facta solutio per ipsum nominatum, aut de eius mandato; & tunc facienda est distinctio, an impensa fuerit modica, vel in notabili quantitate, vt primo casu præsumatur, secundo verò non præsumatur facta per ipsum, aut de eius consensu, vt post longam controuersiam, in hac opinione resedit Rota, vt refert *Sarnen. ad reg. de annal. q. 32. ad med. vers. Rota tenuit sæpius, & ad regulam de Triennoli quæst. 38. ad finem vers. Et tenendo istam opinionem.*

86 Est tamẽ † aduertendũ, in homine priuato, idest qui non sit Princeps, impensam vnius scuti, haberi pro considerabili, ad effectum præsumendi mandatum, *Pute. dec. 393. n. 3 lib. 2. Rota d. dec. 407. sub n. 6. vers. Et etiam vnius ducati, p. 1. in recen.*

87 Tertius est casus † quando de tali expensa non alitèr apparet, quàm ex solito, & consueto, atquè ita præsumptiuè; & tùnc quantumcũquè magna, & maxima prætendatur expensa, vrgeatquè talis coniecturalis, & præsumptiua probatio, puta quia nedùm signata, verùm etiam ostendatur registrata supplicatio, nèc consueuerit registrari, nisi soluta pecunia, adhuc tamen ad factum, & consensum ipsius nominati in ea non potest inferri; id enim es-
88 set ex præsumptione † præsumptionem deducere contra *reg. l. 1. C. de dot. promiss. Rota decis. 800. n. 17. p. 1. diuers. Menoch lib. 3. præsum. 132. n. 81. in 8. declarat.* Et istud est, quod in puncto acceptationis gratiæ Prothonotariatus, decidit Rota in præallegata *Burgen. Abbatia de Salas 20. Nouembris 1615. coram bo. mem. Francisco Vbaldo*, à qua minimè, in hoc puncto, censuit recessum ex *præalleg. decis. 407. par. 1. recent.* quià nec supponebatur probatio vera de tali impensa.

89 Vt enim ex facto oriatur † præsumptio, debet factum concludentèr probari, & nõ præsumptiuè, vt plenè deducit *Menoch. vbi supra.*

Et in simili dicimus, quòd licèt ex possessione
90 præsumatur † dominium, id tamen intelligitur, si ipsa possessio verè, & realitèr, non autem præsumptiuè iustificetur, *Bald. in l. Non hoc, nu. 5. C. vndè*
91 *legit.* idemquè † de præsumpto beneplacito Apostolico ex obseruantia, si ipsa verè, & non præsumptiuè probata fit, *Seraph decis. 1042. nu. 4.*
92 Quartus est casus, quãdo non solùm † ostẽditur signata, & registrata supplicatio, verũ etiã apparet literæ expeditę; & tũc indistinctè resultat probatio accepta-

acceptationis, *l. nemini licere, §. non aliter C. de Aduoca. diuers. Iud. l. Matriculam, C. de agen. in reb. lib. 12.* siuè agatur de expeditione facta per Papam, pro qua exigitur expensa notabilis, nàm etiam quòd soluatur compositio illa centum
93 ducatorum † quam recessisse ab vsu Curiæ notauit *Mandos. d. §. Protbonotarÿ*, siuè non soluatur, semper tamẽ soluũtur expensę pro ipsa expeditione, vndè iam ista non est simplex præsumptio, sed
94 præsumptio Iuris, & de Iure, atquè † itá probatio legitima, & necessaria, vt explicat *Menoch. lib. 1. de præsumpt. q. 3. num. 8.* meritò ergo hinc ad
95 ipsam † acceptationẽ infertur, *l. Cum seruus 104. cum ibi not. verb. obligat.* atquè ita tenuit Rota *dec. 1033. lib. 3. p 3. diuers. Cresc. en. decis. 1. de præsumpt.* & fuit decisum in *præalleg. Carthaginen. Beneficÿ 26. Februarÿ 1603. coram Lancellotto,*
96 siuè † agatur de facta per Legatum, in quo minor exigitur impensa, cum non consueuerint fieri tales gratiæ, nisi personis gratis & plurimum pro illis instantibus.
97 Nequè his casibus, est simul † ostendendum præstitum fuisse iuramẽtum, quod mandatur præstari in literis, quasi videatur concessa, & accepta gratia sub conditione, si tale iuramentum præstetur, quià illud non respicit substantiam gratiæ, sed consequutiua, videlicet assumptionem insignium, *Pute. dicta decis. 329. in princip. lib. 2. in no. Ant. August. super Reg. 1. Cancell. nu. 13.*
Quo verò ad alteram speciem coniecturarum
98 respicientium factum circa vsum; ponendum † est pro Regula, vt tales coniecturæ debeant in facto concludentèr iustificari, vt dicit *Rota dicta decis. 743.* & inferre ex necessitate, vndè non ad-
99 mitteretur probatio per publicam † vocem, & famam, quià vbi requiritur veritas causæ ad productionem effectus, non sufficit reputatio sola, inquit *Bellam. decis. 611. incip. Actor admissus num. 2* & tenuit Rota *in dicta Burgen. Abbatia 20.*
100 *Nouembris 1615.* quinimò † ad effectum reseruationis, nèc sufficeret possessio concurrens cum reputatione, vt dixit *Cassador. decis. 2. sub nu. 2. ad fin. versic. Communis etiam, de constitutio.*
101 Vbicunquè † verò ageretur de probando Prothonotariatu directò per Testes, hęc quidem probatio simplicitèr admitteretur, si supponatur à Legato, aut quouis alio inferiori à Papa, secùs verò si ageretur de concesso immediatè ab ipso Papa, nisi iustificaretur amissio, vt optimè distinguit, & declarat Rota apud *Gregor. decis. 471. num. 1. & 2.*

SVMMARIVM.

1 *Protbonotariorum creandorum facultas, sub qua clausula dari consueuerit Legato Sanctæ Sedis Apostolicæ.*
2 *Protbonotariatui extra numerum, qualitèr fuerit superinducta familiaritas, et declarata, ex duabus Constitutionibus, siuè Regulis Pauli III.*
3 *Protbonotarÿ quicunquè, & qualescunquè, comprebensi sub extrauaganti, ad regimen.*
4 *Protbonotariorum Prælatio.*

5 *Argumentum ab ordine literæ, in iure est validum.*
6 *Extrauagans, ad regimen, de præben. expensa, & declarata in articulo reseruationis Beneficiorum Officialium.*
7 *Dictio*, videlicet, *propriè est declaratiua præcedentium, non restrictiua.*
8 *Protbonotary creati à Legato de latere, non propria auctoritate, sed Apostolica creati dicũtur.*
9 *Actus attribuitur mandanti.*
10 *Nostra omnia facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur.*
11 *Officiales, qui dicantur.*
12 *Protbonotariorum Beneficia, etiam creatorum à Legatis, reseruata esse, perpetuò Rota censuit.*
13 *Clausula* recepto prius ab eis iuramẽto, *adiecta in indulto creãdi Protbonotariũ, quò referẽda.*
14 *Protbonotariatus illico confertur, non expectato iuramento.*
15 *Protbonotarius validè creatur à Legato, etiam extra Prouinciam.*
16 *Protbonotarius, aliud est quod sit familiaris, & aliud, quod proptèr Protbonotariatum Beneficia ipsius sint reseruata.*
17 *Protbonotariatui superinducta familiaritas, pertinet ad articulum præiudicÿ concordatorum.*
18 *Officia duo, possunt vniri in eadem persona.*
19 *Lex, recipit declarationem ab alia lege.*

QVÆSTIO XXIX.

Beneficia Protbonotariorum creatorum à Legatis, an sint reseruata.



CVM firmauerimus, Prothonotariorum beneficia, siuè participantium, siuè non participantium subijci reseruationibus Apostolicis, etiam nùnc reuocatur in dubium, an id obtineat in Prothonorarijs creatis ab alio, quàm Romano Pontifice, auctoritate tamen ipsius. Concedit enim Papa facultatem hanc creandi Protho-
1 notarios suis de latere Legatis, in hæc verba † *Item Auctoritate Apostolica tenore præsentium plenam & liberam facultatem concedimus, & indulgemus creandi, recipiendi, & instituendi Clericos, in nostros, & dictæ Sedis Notarios, recepto priùs ab eis iuramento solito, &c.* quæ formula etiam refertur per *Reuerendissimum D. Coccin. decis. 349. sub num. 1. vers. Nequè facit.*
2 Quamuis † enim, hoc in præcedenti quæstione *n. 45.* firmauerimus, tamen hic particularitèr excutiendum venit; Quippè non desunt qui hoc negent, ex duabus Constitutionibus, siuè Regulis Pauli Tertij, priori publicata 22. Decemb. 1534. quæ est 3. in eius Bullario, & altera eius declaratoria, publicata 18. Maij 1543. de quibus aliquid iam egimus: Siquidem cùm in prima decreuisset, inter alios Officiales, eos censeri familiares, & continuos commensales Papæ, qui essent Pro-

thonotarij Apostolici, & mox indè fuisset apud
aliquos dubitatum, an ea foret intelligenda de
participantibus tantùm, Paulus in posteriori de-
clarauit, mentis suæ fuisse omnes comprehende-
re, modò à se, aut alio Romano Pontifice crea-
ti essent, secùs verò, si à Legatis de latere; atquè
ità, secundùm hanc negatiuam sententiam, deci-
dit Borgninus Caualcanus *decis. 17. sub num. 31.*
vers. & tanto magis, cum seqq. par. 2.
3 Quæstionem † hâc ad partes disputat *Mandos.*
ad reg. 1. Cancell. quæst. 7. vbi sub num. 3. vers. opi-
nionem affirmatiuam cum seq. concludit pro con-
traria affirmatiua, quam dicit, Rotam semper
tenuisse, ea præcipua ratione, quia *extrauagan. ad*
regimen, indistinctè loquitur, non faciens differen-
tiam (quoad reseruationem) inter Prothonotarios
à Papa, vel potiùs à Legatis creatos.
Verùm posset dici, dictam *extrauag. ad regi-*
men, loqui de participantibus duntaxat, idquè sa-
tis constare ex ordine literæ, dũ enumerat omnes
Officiales gradatim, incipiendo à primoribus, &
descendendo vsque ad postremos, ibi, *videlicet*
Camerarij, Vicecancellarij, Notariorum, Audito-
rum literarum cõtradictarum, & Apostolici Pa-
latij causarum Auditorum, Correctorum, &c.
4 Nequè † enim præposuisset Prothonotarios, aut
Auditori literarum cõtradictarum, aut Rotæ Au-
ditoribus, si de alijs sensisset, quàm de participan-
tibus, qui soli hac prærogatiua potiuntur, vt colli-
gitur ex deductis per *Gomes. in proœm. regul. tit.*
de orig. & off. Prothon. ad fi. & Iacobat. de Concil.
5 *lib. 1. art. 5. num. 2.* Validum † autem est argumẽ-
tum, quod sumitur ab ordine literæ, *l. vlt. ff. de*
aib. scrib. l. 2. §. pr. ius ff. de vulg. & pup. cap. man-
datum de præben. in 6. Alc. de præs. reg. 1. præs. 45.
num. 2. Staphil. de expect. conclus. 7. nu. 2. Rodoa.
de reb. eccl. non alie. Rubr. 23. num. 3.
Cæterùm existimo, verissimam esse affirmatiuã
6 hanc sententiam: Nam est aduertendum † per di-
ctam *extrauag. ad regimen, de præben.* nõ reserua-
ri beneficia Prothonotariorum, ex eo simpliciter,
quià Prothonotarij sint, sed quià sint Officiales
Sedis Apostolicæ, ibi, *ac etiam per obitum Cardi-*
nalium eiusdem Ecclesiæ Romanæ, ac Officialium
dictæ Sedis, videlicet Camerarij, Vicecancellarij,
Notariorum, Auditorum literarum contradicta-
7 *rum, &c.* Dictio enim † illa *videlicet*, non restri-
ctiua est verborum præcedentium, sed declarati-
ua, cum sit adiecta ad declarandum terminum ge-
nericum præcedẽtem, *l. filio quem pater, in princ.*
& ibi Ias. num. 19. de lib. & posth. Idem Ias. in l.
tempus, sub num. 1. vers. Aliquando tamen, de re
iud. Dec. in l. cùm propiorem, sub nu. 2. ad fin. vers.
& idem est, C. Vnd. legit. cum alijs adductis per
Aym. cons. 310. num. 2. Paris. cons. 58. num. 18. &
cons. 63. num. 2. vol. 3. & Cened. sing. 66. num. 2.
8 Cùm ergò nequeat † controuerti, etiam hos
Prothonotarios creatos à Legatis de latere, esse
Officiales dictæ Sedis, consequens est, eos com-
prehendi sub eadem extrauagante, *vulg. l. 4. §.*
Hac autem actio, ff. Vi bon. rapt. cum simil.
Nequè enim minus possunt dici Officiales di-
ctæ Sedis, quàm possint dici Notarij Sedis eius-
dem; quòd verò istud vltimum controuertere sit
inane, patet ex verbis formulæ ipsius Indulti su-
periùs relati, ibi, *in nostros & dictæ Sedis Nota-*
rios; quæ verba sunt adeò clara, vt respuant omnẽ
interpretationem: nèc facienda est vis in eo, quod
creentur à Legatis, non à Papa, quià Legatus hac
in re non vtitur auctoritate propria, aut sui offi-
cij Legationis, sed auctoritate Apostolica, atquè
9 ità aliena sibi demandata, vndè actus † sibi non
attribuitur, sed ipsi Papæ, *l. 1. §. qui mandatam ff.*
de off. eius cui est mand. Iurisd. nèc quicquam
10 vulgatius est, quàm † omnia nostra fieri, quibus
auctoritatem nostram impartimur, *l. 2. C. de vet.*
iu. enucl. Menoch. cons. 118. nu. 20. Vt mirum sit,
quomodò aliqui, in articulo reseruationis, con-
stituerint differentiam inter creatos à Papa ipso
immediatè, & creatos mediatè per Legatum, cùm
vtriquè dicantur habere Prothonotariatum à Pa-
pa, & proptereà verè, & realitèr sint Prothonota-
rij Apostolici, & in consequens etiam Officiales,
cùm Prothonotariatus ex se sit officium, quãtum
enim ad subiectam materiam pertinet, Officiales
11 dicuntur, † qui à Principe, aut ab alio, qui Prin-
cipis vices referat, ad aliquod munus deputati
sunt, vt ex mente Doctorum omnium in *Rubr. de*
off. eius cui mand. est Iurisd. & Canonistarum
in Rubr. de off. & potest. Iud. deleg. scribit Me-
noch. cons. 98. num. 78.
12 Et ideò ab hac † sententia non videtur recedẽ-
dum, quam defendit ab omni contrario *Simonet.*
de reser. q. 100. n. 3. per tot. & post Veral. dec. 327.
in manuscrip. lib. 1. cuius meminit idẽ Simonetta,
perpetuò est amplexa Rota, vt refert *Mandos. lo-*
co superiùs allegato, & excusso articulo firmatum
fuit in *Astoricen. de los Payos 19. Decembris 1588.*
coram Comitulo, & in *Carthaginen. beneficij. 26.*
Febr. 1603. corã Card. Lancellotto, & magis præ-
cisè in *Vercellen. Archipresbyter. 6. Iun. 1607. co-*
ram Reuerendiss. D. Coccino, quæ est inter illius
13 impressas *decis. 349.* vbi quod clausula † illa *rece-*
ptò prius ab eis iuramento solito, consueta adijci
in facultatibus concessis Legato, respicit actum
traditionis insignium, non autẽ actum ipsius crea-
tionis, ità ut necesse sit ad effectum constituendi
aliquem Prothonotarium Apostolicum iustifica-
re, quod iuramentum præstiterit: Iuramentum
enim huiusmodi cadit inter actum creationis Of-
ficialis, & actum administrationis, quæ sunt di-
uersa, per *tex. in auth. Vt Iud. sin. quoq. suf-*
frag. §. sic igitur, & §. Interdicimus vers. Ius-
iurandum, cum alijs ibi allegatis *num. 2.* Actus
14 igitur hi sunt distincti, atquè ità etiamsi † non
probetur præstatio iuramenti, nihilominus rema-
net iustificatus Prothonotariatus ipse, & in con-
sequens reseruatio ex eo resultans, vt etiã diximus
in præcedenti ex *decis. 1033. par. 3. lib. 3. diuers.*
& latissimè firmatur in *præalleg. decis. 349. nu. 3.*
& 4. vbi hoc ampliùs fuit resolutum, creationi
15 Prothonotariatus † huiusmodi, non refragari, quod
facta fuerit extra Prouinciam, cum sit actus vo-
luntariæ Iurisdictionis.
16 Nequè huic † sententiæ in aliquo repugnat su-
pradicta declaratoria constitutio, seu Regula
Pauli

Pauli III. cùm ea simpliciter tendat ad effectum inducendi, vel excludendi familiaritatem, & reseruationem, quę illi est consequutiua ex duplici vinculo, videlicet officij, & familiaritatis; non autem ad effectum elidendi simplicem reseruationem resultantem ex officio Prothonotariatus, vt etiam aduertit *Mandos. d. q. 7. sub nu. 4. vers. quantum verò attinet*, quod minimè attigit *Borgnin. Caualcan. in pract. decis. 17.* Qui dum arbitratur, reseruationis effectum cedere Prothonotarijs in causam priuilegij, ac proindè continere odium contra Ordinarios Collatores, & alia similia, minus aptè loquitur.

17 Quid autem † referat, Prothonotariatui extra numerum, accedere, vel non accedere familiaritatem Papæ ex supradicta Constitutione, siuè Regula Pauli III. (quod prorsus fugit eundem Borgninum) explicauimus in superiori *quæst. ex nu. 56.* vbi egimus de præseruatione concordatorum.

Neque præmissis aduersatur, si quis subtilizãdo, dicat, Regulam primam Cãcellariæ, quatenus declarat, beneficia Officialium remanere affecta, & reseruata etiam dimissis officijs, vbi talia sunt officia, quibus est annexus Prothonotariatus, innuere, Prothonotariatum extra numerum participãtium non esse officium Romanæ Curiæ; nãm ista argumentatio est minus concludens, cùm nihil sit,

18 quin † vnũ officiũ possit alteri esse annexũ, & eodẽ tẽpore vtrũq; exerceri, dũm in exercitio non sunt incõpatibilia, *l. solet Pretor ff. de Iurisd. om. iud. cum simil.* adductis per *Alberic. in tract. de statut. q. 141. nu. 13. & 14. Bursat. cons. 396. nu. 33.*

19 Et propterea, dùm † ipsa Regula conseruat reseruationem in Prothonotariatu, potiùs innuit totum contrariũ, videlicet quod Prothonotariatus sit officium ex se aptum producere effectum reseruationis, iuxta *dictam Extrauag. ad regimen*, cum eadem Regula sit facta, pro illius innouatione, & declaratione, *l. non est nouum, cum duabus seqq. ff. de legib.*

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio Beneficiorum vacantium per assecutionem, vndè fluxerit.*
2 *Reseruatio in vim extrauag. execrabilis, quæ.*
3 *Reseruatio extrauagantis execrabilis, extensa per Regulam primam Cancellariæ.*
4 *Reseruatio omnium Beneficiorum prouisorum contra formam Decretorum Concilij, inducta per Regulam primam Cancell.*
5 *Extrauagans ad regimen, extensa per Concilium, ad omnia incompatibilia.*
6 *Reseruationis Regula prima Cancellariæ, quæ sit ratio.*
7 *Reseruatio vt intret, qualitèr probandum sit factum ex quo illa resultat.*
8 *Assecutio non potest probari per famam, aut aliam probationem semiplenam.*
9 *Assecutio, iustificanda ex perceptione fructuum.*
10 *Possessio sine fructuum perceptione, minus perfecta censetur.*
11 *Possessionem assequi, quando quis intelligatur.*
12 *Fructuum perceptio, qualis debeat esse, vt ex ea quis intelligatur possessionem assecutus.*
13 *Dimissio prioris incompatibilis, sufficit quod fiat intra duos menses.*
14 *Decretum de dimittendo, dum præfinit tempus, intelligitur ex die possessionis pacificè adeptæ, vel quo potuit adipisci.*
15 *Intrusio alterius, excusat negligentiam in assequendo.*
16 *Quod declaratur, si facta sint debitæ diligentiæ, al às secus.*
17 *Impedimentum remouibile, non excusat.*
18 *Decretum de dimittendo, an afficiat subsistentem in assecutione timore malis iuris.*
19 *Manutentio, decernitur possessori, contra impetrantem ob assecutionem.*
20 *Et quæ sit ratio.*
21 *Decretum irritans, non est consecutiuum ad illud de dimittendo, sed ad decretum reseruationis.*
22 *Idemquè dicitur de decreto irritanti adiecto in extrauaganti execrabili.*
23 *Idemquè de decreto de suscipiendo habitum regularem, consueto apponi in literis commendæ.*
24 *Assecutio de facto, non excusat à priuatione.*
25 *Stultus, non debet esse melioris conditionis, quàm sapiens.*
26 *Possessio nullitèr capta, in odium capientis habetur pro bona.*
27 *Execrabili vt sit locus, exigitur, vt quis contendat retinere primum incompatibile.*

QVÆSTIO XXX.

Reseruatio, de qua in prima Regula Cancellariæ, qua ratione nitatur.



1 ESERVATIO inducta ratione † loci, est duplex, alia pura, & simplex ex vacatione simplici in Curia, siuè vera, siuè ficta, altera autem implicitam habens causam ità fingendi propè amaram, idest ex suppositione cu'pæ alterius, vndè neque in parte recedit à natura materiæ obiectiuæ: Vtramquè verò speciem complectitur Regula prima Cancellariæ, dùm non solùm excitat reseruationem Extrauagãtis *ad regimen, de præbẽdis, inter comm* in qua ex *vers. necnon etiam*, legitur expressa reseruatio beneficiorum vacantium per assecutionem pacificam quorumcunquè Prioratuum, Dignitatum, Personatuum, Officiorum, Canonicatuum, & præbendarum Ecclesiarum, & Beneficiorum aliorum vacan ia, & vacatura, & al-

2 terius Extrauagantis Ioannis XXII. quæ incipit *Execrabilis eod. tit.* quæ *in §. quia tamen. & in §. qui vero*, in casu assecutionis huiusmodi incompatibilis, si quis vtrumquè retinere præsumat, inducit vacationem vtriusquè, cum perpetua inhabilitatione personæ tàm ad ordines obtinendos, quàm ad capienda quæuis beneficia; Verùm etiã

3 producit † effectum *dictæ extrauag. execrab lis* tàm

tàm ad beneficia obtẽta,quàm alia quæcũquè,de
quibus Ordinarij,vel alij Collatores cõtra Cõci-
lij Tridentini decreta, disposuerunt, disponentuè
in futurum,vt in *vers. quam Constitutionem*,quæ
fuit prior appendicula, dictæ Regulæ adiecta per
4 Sixtum V. Eademquè † præcisè reseruat omnia
beneficia, de quibus per eosdem ordinarios, aut
alios Collatores contra eiusdem Concilij decre-
torum formam dispositum fuerit, vt in *vers. & ea
etiam beneficia*,quæ fuit vltima appendicula adie-
cta per *Greg. XIV*.
Siuè igitur supponatur simplex assecutio,inde-
què vacatio prioris beneficij incompatibilis ex
5 *dicta Extrauag. ad regimen*, cuius † dispositio
ex Conc. sess. 7. cap. 4. de reform. extensa fuit ad
omnia omnino incompatibilia,vt ex mente Sacræ
Cõgregationis optimè deducit *Gonzal. ad reg. de*
6 *mensib gloss. 15. in princ. ex num. 15.* Siuè † sup-
ponatur execrabilitas ex præsumpta retentione
vtriusquè, atque ita vtriusque etiam vacatio ipso
Iure ,& inhabilitas,vt dictum est ; Et siuè deniquè
prætendatur, inferiorem aliquem Collatorem de
obtentis,alijsuè contra decreta Concilij, aut eo-
rundem decretorum formam,de quouis beneficio
disposuisse, Ratio reseruationis est vna,& eadem,
quòd videlicèt inducta sit priuatio omnibus his
casibus ex sententia Papæ, & in consequens cen-
seatur contigisse vacatio in Curia , ex his quæ su-
prà diximus hoc *lib. q. 27. num. 30.*
7 Vndè qui † ex huiusmodi reseruatione proui-
detur, factum illud ex quo resultat ea priuatio , &
consequutiua reseruatio,clare,& perspicue,adeo-
què absquè vllo æquiuoco , tenetur deducere , &
plenè iustificare propter implicitum præiudiciũ
alterius, *Rota decis. 46. nu. 3. & 4. par. 2. diuers.
Beltram. ad Greg. decis. 53. num. 5. & fuit dictum
in Casulen. beneficiorum 10. Decembris 1627. co-
ram Rpd. Merlino*.
8 Quapropter,si quis impetret † beneficium tã-
quam vacans ob assecutionem alterius incompa-
tibilis , minimè poterit iuuari ex testibus de pu-
blica voce,& fama, aliauè probatione semiplena,
9 *Rot. decis. 16. de praben. in nou.* Nèc eidem † satis
erit probare factũ assecutionis, nisi etiã iustificet
perceptionẽ fructũ,quippè ante illam,non tene-
tur dimittere primũ, *Gomes. de expectatiuis n. 78.*
10 nèc enim † ante fructuum perceptionem potest
videri plenè adeptus possessionem,eo quod veriùs
sit rem datam, quàm vacuam possessionem tradi-
tam esse, vt ait *gloss. in c. si tibi cõcesso 26. in verb.
11 vacare, de praben. in 6.* Et ita † videtur intelligen-
dum,quod dicitur,adeptionem possessionis perfi-
cere assecutionem, vt intelligatur non de simplici
adeptione , sed de adeptione cum omni iure suo,
quod etiam innuit proprietas illius vocis, *assecu-
tio*, vt benè ponderat *Archidiacon. in cap. nè ca-
ptanda, sub num. 2 ad fin. super verb. adeptus, de
concess. praben. in 6. Achill. de priuileg. decis. 9.
12 aliàs 355. num. 6.* adeò † vt nec sufficiat quæuis
perceptio fructuum, sed requiratur, quod sit de
omnibus,vel saltem de maiori parte,vt ait *Cassad.
decis. 9. sub num. 2. ad med. vers. secus in assecu-
tione, de caus. possess. & propriet.*

13 Quinimò, nèc sufficeret † perceptio huiusmo-
di,nisi etiam lapsus sit terminus saltim duorum
mensium ex die adeptionis , intra quem possit su-
mi coniectura, an possessio sit pacifica, quià vide-
licet intra id temporis non moueatur lis aliqua,
vt considerant *Cassad. d. decis. 9. nu. 2. de cau. poss.
& propr. & Gabr. cons. 194. num. 8. lib. 1.* & istud
spatium duorum mensium expectandum esse,cen-
suit *Rota in Calaguritana beneficij de Arnedo
22. Ianuarij 1622. coram Rpd. Merlino*, vndè
etiàm inoleuit mos in literis Apostolicis , super
prouisione de Incompatibili, adijciẽdi decretum
14 de dimittendo, infra tale tempus † quod compu-
tatur à die possessionis pacificè adeptæ , vel certè
ab eo , quo stat per prouisum , quominùs posses-
sionem adipiscatur, *Seraph. decis. 856. num. 10.*
15 Quo fit,vt si extet † intrusus,prorsus excusetur
ità prouisus,indequè euitetur priuatio,vt deducit
*Gonz. d. gloss. 15. num. 116. Garz. de benef. par. 11.
cap. 5. ex num. 101.*
16 A quo tamen Garzia est † cauendum , dùm
num. 502. existimat non intrare effectum decreti
prędicti,etiam quòd prouisus omittat facere dili
gentias pro exequutione ; nàm fallitur, quia dùm
decretum ità est cõceptum, *vel per te steterit*,vir-
tualitèr,& expressè præfigit terminum, nedùm ad
assequẽdum, sed etiam ad faciendas diligentias,&
omnem conatum ; nec potest allegari impedimẽ-
tum ex intrusione alterius , nisi doceatur de dili-
gentijs pro eo detrudendo, *cap. vlt. vbi gloss. in
verb. currit, de elect.*
Imputandum est ergò illi, si nihil præstitit, po-
test enim esse, quod illicò vt intrusus vocatus fuis-
set coram exequutore, vel spõtè cessisset,vel fuis-
set per exequutorem decreta Immissio , eo de
possessione exturbato , & sic dùm allegat impe-
17 dimentum , eius exceptio † non est legitima , nisi
illud qualificet ex hac circumstantia , quod non
esset remouibile, *l. sed & si per Praetorem §. 2. ff.
ex quibus cau. maior. Menoch. de arbitr. Iud. cas.
118. num. 6. & 7.* quod est impossibile probare,
nisi docendo omnem diligentiam fuisse adhibi-
tam, *l. qui commeatus, eum ibi not. ff. de re milit.
Verall. decis. 72. num. 6. par. 2.*
Nequè ad rem faciunt decisiones, & auctorita-
tes , quibus motus est Garzias ad asserendũ con-
trarium,nàm vt patet ex eorum lectura,procedũt
in decreto de expediendis literis nouæ prouisio-
nis,infra sex menses , in quo non apponitur clau-
sula hæc *si per te steterit* , quæ dato impedimen-
to interpellet ad faciendum diligentias aliquas ,
prout interpellat decretum ità in casu isto con-
ceptum , prout sic declarat Rota apud *Mched.
decis. 32. sub nu. 1. de praben. & Seraph. decis. 220.
nu. 2.* & secundum hanc quoque distinctionem
procedit *Acchil. decis. 358.* quæ sunt ex ipsæ de-
cisiones quas citat Garzias .
18 Est tamen aduertendum, dictum decretum † in
casu,quo beneficium impetratum esset plenum ,
non afficere prouisum respectu primi, si ideò ab-
stinuisset ab assecutione,vel illius attentatione,eo
quòd compertum haberet, prouisionem de Iure
non subsistere , & possessorem non posse de Iure
dimo-

dimoueri à sua possessione, atquè ità recognita bona fide, abstineret etiam ab expeditione litterarum, vt fuit decisum in vna *Corduben. Capellania, 10. Ianuarij 1596. coram bon. mem. Corduba*, quæ tamen loquitur in his terminis, quãdo videlicet literæ non fuerunt expeditæ, & prouisus priùs expedierat literas in forma Breuis de capiendo possessionem nomine Cameræ, & in articulo exequutionis succubuerat; & sic supponit duplicem coniecturam recognitionis bonæ fidei, vnam ex succumbentia in articulo exequutionis literarum in forma Breuis, & alteram ex omissa expeditione literarum, nè iactaret suum, & ideo cum hoc temperamento est intelligenda, si videlicet exstet similis coniectura voluntatis huius, aliàs secùs, *l. vt responsum, vbi Alciat. num. 10. C. de transact.*

Ex his verò, & alijs, quæ longo ordine prosequitur *Gonzal. vbi supra ex num. 100.* vsque ad finem, satis apparet, articulum hunc an sit locus dicto decreto, vix sine maxima facti indigne pos-
19 se liquidari, ac † proindè contra impetrantes ex huiusmodi capite, deberi possessori decerni mandatum de manutenendo, non obstante, quòd tali decreto cõsueuerit aliud irritans adijci, per quod tàm titulus, quàm possessio detentoris inficitur.
20 Tùm quia istud † decretum irritans, quocũquè referatur, venit accessoriè ad decretum de dimittendo, proindequè ei locus esse nequit, nisi postquam constiterit locum esse principali de dimittendo, *l. 1. & 2. ff. de peeul. legat. cum simil* dùm verò de eo contenditur, an sit locus principali decreto, vel secùs, debet qui possidet manuteneri, ex *Regul. cap. 1. & 2. vt lit. pendent.* & in specie decreti irritantis, præter dictam decisionem in causa Corduben. Capellaniæ, in qua etiam aliæ allegantur, id fuit resolutum apud *Manticam decis. 202. num. 2.*
21 Tùm quia verè, ac realitèr dictum decretũ † nõ est consequutiuum ad præcedens de dimittendo, sed ad virtutem reseruationis in euentum dimissionis, vt videlicèt si contingat dimitti, non possit quiuis collator à Sede Apostolica inferior, prouidere de dimisso, vt in simili dicitur de decreto irritanti posito in *Extrauaganti execrabilis, §. por-*
22 *rò, de praben.* quod † non operatur contra dimittentem, sed contra prouisum ab alio, quàm à Papa in casum dimissionis, prout censuit Rota in eadem Corduben. in qua allegata fuit decisio facta in vna *Romana Canonicatus S. Nicolai, 18. Decembris, 1584. coram Aldobrandino.*
23 Idemquè dicitur † de decreto apposito in literis Commendæ, vt teneatur Commendatarius infra sex mẽses, suscipere habitum Religionis, aliàs beneficium commendatum vacet eo ipso; nèc enim respicit personam Commendatarij, vel factum possessionis illius, sed eam partem dispositionis, in qua Papa sibi reseruat prouisionem, *Rota decis. 632. num. 5. par. 3. lib. 3. diuers.*
24 Cæterùm, benè † iustificato huiusmodi assecutionis facto, de plano intrat reseruatio ex hac Regula, nèc excusari posset, qui fuisset assecutus in-
25 compatibile, per occupationẽ de facto, nè † quando stultus videatur melioris conditionis, quàm
26 sapiens, vt inquit *tex. in cap. eum qui, in princ. de praben. in 6* possessio enim iniustè, & † perperam capta, in odium capientis habetur pro iusta, & legitima, *Greg. decis. 441. num. 7.*

Quod tamen nõ admitteretur ad effectum exe-
27 crabilitatis, vt sic posset videri amissum vtrunquè beneficium, vt enim locus sit extrauaganti † illi, hoc in specie exigitur, vt quis contendat etiam retinere primum, vt ponderando *tex. in cap. de multa, de praben. & in d. cap. eum qui, ex mente Lapi alleg. 116. num. 3. & Cassad. decis. 1. num. 1. de Constit.* censuit Rota in *praalleg. Calaguritana beneficij de Arnedo.*

SVMMARIVM.

1 *Aetatem legitimam non habenti prouisio facta de Beneficio, irritatur ex dispositione Concilij.*
2 *Prouisio Beneficij facta personæ indignæ per Ordinarium, nulla est ex dispositione Concilij.*
3 *Beneficium regulare, ex dispositione Cõcilij prohibetur conferri seculari.*
4 *Et e conuerso.*
5 *Filius illegitimus, non potest prouideri per Ordinarium de Beneficio in Ecclesia, in qua Pater obtinet, vel obtinuit Beneficium.*
6 *Parochialium Ecclesiarum prouisio, sub qua forma sit facienda, ex dispositione, tàm Concilij, quàm Constit. Pij Quinti.*
7 *Constit. Pij Quinti, in conferendis Beneficijs præcipuè Curatis, innouat, & promouet decreta Concilij Tridentini.*
8 *Eadem, qualitèr reseruet Beneficia, de quibus secus fuerit dispositum.*
9 *Reseruatio Parochialium, de quibus est prouisum contra decretum Concilij, qualitèr moderata, ex Constit. Pij Quinti.*
10 *Regula prima Cancellariæ, in vltima appendicula respicit Collationes factas de Parochialibus contra Constit. Pij V.*
11 *Constit. Pij Quinti, in articulo reseruationis Parochialium, de quibus est prouisum contra formam decreti Concilij, tres casus complectitur, qui hic referuntur.*
12 *Vicarij deputatio in Parochiali vacante, pertinet ad Episcopum, etiam in exemptis.*
13 *Praterquàm si supponatur status nullius diœcesis, cum potestate, & vsu inferioris in cogendo Synodum.*
14 *Vicarij eiusdem deputatio, an sit de forma concursus, itàut eius omissio reddat concursum nullum.*
15 *Forma quæ est inducta non ad esse, sed ad bene esse, si omittatur, non vitiat actum.*
16 *Forma inducitur ex ordine.*
17 *Concursus qualitèr instruendus in prouisionibus Parochialium.*
18 *Concursus, non exigitur in Beneficijs simplicibus, sed tantùm in Parochialibus.*
19 *Idoneitas sufficiens, non sufficit in Parochialibus, sed maior exigitur.*
20 *Cura animarum, ars artium est.*

21 Con-

21 *Concursus non exigitur in prouisione Vicariarum perpetuarum, sed in ijs seruatur particularis Constit. Pij Quinti.*

22 *Nisi in Vicarium sit translata etiam cura habitualis.*

23 *Cura habitualis, non censetur in dubio translata in Vicarium perpetuum.*

24 *Cura habitualis, quibus potissimis argumentis, non censeatur transfusa in Vicarium perpetuũ.*

25 *Concursum habendi quasi possessio, non suffragatur Episcopo, vbi agitur de Vicaria perpetua.*

26 *Etiam si allegetur consensus eius ad quem pertinet præsentatio, vel nominatio.*

27 *Facultatiui actus, etiam ad mille annos non implicant remissionem iuris proprij, nèc acquisitionem possessionis in alio.*

28 *Concursum habendi quasi possessio, non suffragatur, etiam ex actu contradicto.*

29 *Possessio, siuè quasi, in facultatiuis acquiritur data contradictione, & ex ea legitimi temporis defluxione.*

30 *Error, aduersatur consensui.*

31 *Possessio, seu quasi in incorporalibus non acquiritur absquè scientia, & patientia.*

32 *Vnione dissoluta ad tempus, an Parochialis debeat prouideri per concursum.*

33 *Tempore terminato, ad quod fuit concepta dispositio, remanet etiam terminata ipsa dispositio.*

34 *Concursum indicendi facultas, cur in Episcopo collocata.*

35 *Et qualitèr etiam, ex identitatis ratione constituta.*

36 Diœcesanus, *potest dici Prælatus inferior, qui est in statu nullius diœcesis.*

37 *Prælato inferiori, qui est in statu nullius Diœcesis, habetquè iurisdictionem quasi Episcopalem, competunt omnia, quæ possunt competere Episcopo, præter ea, quæ sunt ordinis:*

38 *Concursus, quo casu permissus sit inferiori habenti quasi Episcopalem iurisdictionem.*

39 *Concursus, debet fieri per eum, qui est subrogatus lite pendente inter Episcopum, & inferiorem super iurisdictione, in locum eius, ad quem spectat.*

40 *Terminus decendij pro habendo concursu, non est prorogabilis nisi ad aliud decendium.*

41 *Concursus habitus post viginti dies ab edicto, nullus, & inualidus est.*

42 *Vnico actu, non consumitur facultas ad certum tempus concessa.*

43 *Beneficium, seu Indultum, non consumitur per primum actum, vbi est concessum ad certum tempus.*

44 *Prorogatio termini elapsi, nequit fieri.*

45 *Concursui possunt opponi aliqui post lapsum primi decendij, si in eo nemo se opposuerit, cui sit ius quæsitum.*

46 *Edicti propositio pro concursu, arbitraria.*

47 *Clausula,* si videbitur, *importat arbitrium.*

48 *Edicto, pro concursu habendo, necessariò inserendus dies, quo proponitur, & quæ sit ratio.*

49 *Examen factum pro concursu antè lapsum termini edicti, est nullum, & quæ sit ratio.*

50 *Examen factum antè lapsum edicti pro habendo concursu, sustinetur, si postmodum nemo se opposuerit.*

51 *Institutio facta pendente termino edicti, contra textum in cap. vlt. de elect. in 6. an, & quomodo sustineatur.*

52 *Concursus de forma est, vt fiat de pluribus.*

53 *Pluralitas, vbi est de forma, nusquàm resoluitur in singularitatem.*

54 *Concurrentes pro examine ad Parochialem, debent ad illud singularitèr vocari.*

55 *Citatio generalis, non afficit certos contradictores.*

56 *Concursus redditur suspectus, vbicunquè vnus statim fuit examinatus, & approbatus.*

57 *Examen, pro concursu ad Parochialem, exigit interuentum Episcopi, vel eius Vicarij.*

58 *Quod procedit, etiam si collatio pertineat ad exemptos.*

59 *Locus exemptus, quamuis non videatur de Diœcesi, est tamen in Diœcesi.*

60 *Locus exemptus, in materia larga, & ad certos effectus dicitur de Diœcesi.*

61 *Institutio authorizabilis, non potest separari ab Episcopo.*

62 *Et cuius sit effectus.*

63 *Locus nullius diœcesis, non dicitur nequè de Diœcesi, nequè in Diœcesi.*

64 *Concursus ad Parochialem nullius Diœcesis, pertinet ad viciniorem Episcopum.*

65 *Examinatores in concursu ad Parochialem sufficit esse tres.*

66 *Concursus, Sede Episcopali vacante, vti fiat.*

67 *Legis iurisdictionis sunt, quæ concernunt ordinationem Ecclesiarum.*

68 *Concursum habendi potestas transit in Capitulum Sede vacante.*

69 *Examinatores deputati in Synodo diœcesana, ex dispositione Concilij, qualitèr eligendi.*

70 *Examinatores si alij quàm Synodales in concursu admittantur, omnia sunt nulla.*

71 *Examinatoribus Synodalibus deficientibus, an possint alij in eorum locum subrogari.*

72 *Synodus Diœcesana, singulis duntaxat annis celebranda.*

73 *Examinatoribus synodalibus deficientibus, non possunt sufficí alij, nisi nondum sit elapsus annus à die quo fuerunt deputati in Synodo.*

74 *Necessitati, omnis lex subijcitur.*

75 *Quod intelligitur de necessitate præcisa, non de causatiua.*

76 *Synodi indicendi potestas, est de lege diœcesana, non autem de lege iurisdictionis.*

77 *Quod latè excutitur.*

78 *Synodi Episcopalis conuocatio, diuersimodè consideratur à potestate decernendi in illa.*

79 *Synodi conuocatio, alia actiua, alia passiua.*

80 *Synodi conuocandi potestas in Episcopo est à lege.*

81 *Capitulum Sede vacante non succedit Episcopo, in his, quæ ei sunt specialitèr concessa.*

82 *Synodus qualitèr sede Episcopali vacante possit cogi per Capitulum.*

83 *Statuendi potestas, quo casu transeat in Capitulum Sede Episcopali vacante.*

84 *Capitulum, Sede vacante, qualitèr procedere debeat circa deputationem examinatorum pro concursu.*

85 *Examinatores, electi, etiam in locum absentium, & mortuorum, non desinunt esse ex deputatis in Synodo.*

86 *Cautela, non nocet.*

87 *Etiam in his, quæ respiciunt formam.*

88 *Actus validitas, in dubio præsumitur.*

89 *Examinatores qui negat, in Synodo deputatos, elarè probare debet.*

90 *Episcopi literis testimonialibus, creditur in his, quæ pertinent ad eius officium.*

91 *Subrogationi personæ loco alterius, vbi est locus, debet ea fieri de persona, quæ habeat easdem qualitates.*

92 *Examinatores addicendi concursui ad Parochiales, quales esse debeant.*

93 *Iuramentum, exigitur in examinatoribus quibuscunquè.*

94 *Iuramentum, ab Examinatoribus deputatis in Synodo, pro concursu ad Parochiales, an exigatur in quolibet examine, & concursu, vel an potius sufficiat semel præstitum fuisse.*

95 *Copula, coniungit copulata, etiam respectu temporis.*

96 *Munera, excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.*

97 *Examinatorum relatio, in prouisionibus Parochialium, circa quæ versetur.*

98 *Examinatores, non debent referre, quis magis idoneus sit, cum id ad Episcopum pertineat.*

99 *Superlatiuum, perpetuò supponit positiuum.*

100 *Episcopus, non tenetur sequi relationem examinatorum super maiore idoneitate prouisi.*

101 *Idoneitas promouendi ad Parochialem, magis censetur perspecta ordinario, quam cuiuis alteri, vndè, & Canones illius iudicio plurimum deferunt.*

102 *Et quæ sit ratio.*

103 *Examinatorum relatio, in concursu ad Parochiales, qualiter dicatur appellabilis.*

104 *Examinatores pro concursu, debent referre omnes simul.*

105 *Iudices si plures dati sint, omnes simul debent pronunciare.*

106 *Idemquè dicitur de pluribus Arbitris.*

107 *Examinatores pro examine ad concursum, debent referre idoneitatem examinatorum respectu omnium qualitatum.*

108 *Idoneitas vbi asseritur, refertur ad omnia necessaria.*

109 *Examinatores si referant super idoneitate alicuius, censentur de omnibus necessarijs cognouisse, etiamsi singula non exprimant.*

110 *Quod declaratur.*

111 *Episcopi praelectio ex pluribus approbatis in concursu, inducit præsumptionem maioris idoneitatis in praelecto.*

112 *Nequè præsumptio hæc, cessat per sententiam Metropolitani eius reuocatoriam.*

113 *Et quæ sit ratio.*

114 *Idoneiorē esse praeligendū, qualitèr intelligatur.*

115 *Appellatio, datur ab irrationabili praelectione Episcopi, in concursu ad Parochiales.*

116 *Et cuius vis sit, huiusmodi appellatio.*

117 *Ius apparēs, constat, donec de contrario probetur.*

118 *Clausula* constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, *adiecta in constitut. Pij V. super modo prouidendi de Parochialibus, cuius virtutis sit.*

119 *Appellatio à praelectione Ordinarij in concursu, non datur ad effectum suspensiuum, secus verò à sententia Metropolitani, eiusdem praelectionis reuocatoria.*

120 *Examinatorum relatio, in concursu ad Beneficia curata, non suspenditur per appellationem, quidquid sit in non curatis.*

121 *Calaguritanæ Diœcesis beneficia, prouidenda sunt ad formam sibi præscriptam per Constit. Clementis VIII. hic adductam.*

122 *Examinatoris pro concursu ad beneficia Patrimonialia, qualitèr referre debeant.*

123 *Eorundem examinatorum relatio, admittit appellationem.*

124 *Nisi agatur de prouidenda Parochiali.*

125 *Attentata est prouisio, post appellationem interpositam, vel etiam infra decendium datum ad appellandum, secuta in beneficijs simplicibus patrimonialibus.*

126 *Secus in Parochialibus.*

127 *Etiamsi Parochialis sit de iurepatronatus laicorum.*

128 *Examinatores in concursu ad beneficia patrimonialia, quando teneantur præter idoneos ad curam, referre idoneos ad Beneficia simplicia.*

129 *Concursus non requiritur, sed simplex examen in Parochialibus iurispatronatus laicorum.*

130 *Dummodo non detur concursus plurium æqualitèr præsentatorum.*

131 *Examen, quod fit de præsentato ad Parochialem Iurispatronatus Laicorum, debet fieri per examinatores Synodales.*

132 *Concursus, qualitèr fiat ad Parochialem iurispatronatus Ecclesiastici.*

133 *Et quid si mixtum sit, vel ex priuilegio.*

134 *Examen in concursu ad Parochiales, an possit omitti, quia Episcopo perspecta sit idoneitas præsentati.*

135 *Arbitrium Episcopi in praeligendo concurrentem ad Parochialem, debet esse regulatum.*

136 *Doctoratus, inducit præsumptionem idoneitatis personæ, ad curam animarum.*

137 *Quod declaratur.*

138 *Qualitates quæ sint considerabiles in praelectione personæ ad curam animarum.*

139 *Episcopi iudicium, in praelectione personæ in concursu ad Parochialem, qualitèr arguatur de irrationabilitate.*

140 *Morum grauitas, in promouendis ad beneficium, quanti fiat per sacros Canones.*

141 *Itemquè per leges ciuiles.*

142 *Et præferuntur literatura.*

143 *Literatura, omnino exigitur in promouendo.*

144 *Sufficit tamen, quæ sit ad mensuram.*

145 *Mores mali, & incompti sacris Canonibus exosi,*

etiam

etiam si simpliciter sit grauata opinio.
146 *Diffamatio, repellit à promotione.*
147 *Et quæ sit ratio.*
148 *Absolutus à crimine ex eatenus deductis, in concursu repellitur.*
149 *Et quæ sit ratio.*
150 *Absolutus tanquam innocens, repellitur in concursu, cum alio qui nunquàm fuerit inquisitus.*
151 *Nisi liqueret, eum fuisse accusatū per calumniā.*
152 *Componens se cum Fisco, habetur pro criminoso.*
153 *Criminosus correctus, an debeat præferri non criminoso.*
154 *Petri pœnitentia vera.*
155 *Peccator, in quo statu resurgat post pœnitentiam.*

QVÆSTIO XXXI.

Quibus casibus, inferior Collator dicatur conferre aut contra decreta Concilij, aut contra eorum formam.



PRO explicatione duarum appendicularū Regulæ 1. Cancellariæ quas in præcedenti retulimus, nùnc opus est videre, quibus casibus, inferior collator, dicatur conferre aut contra decreta Concilij, aut contra eorundē Decretorum formam, vt exinde resultet reseruatio iuxta eandem Regulam.

Quatenus ergò supponimus, eum prouidisse contra Decreta, iam supponimus, eidem inferiori prorsus denegatam esse facultatem prouidendi, seù alitèr disponendi, aut ratione personæ eius
1 cui confert, seù quià † non habeat ætatem, aliauè requisita necessaria ex *Conc. sess. 22. de reform.*
2 *c. 4.* seù † quia eadē persona Beneficio indigna sit, nequeatuè residere, cùm tamen Beneficium resi-
3 dentiam exigat, ex *cap. 3. sess. 7.* aut aliàs sit † incapax ratione ipsius beneficij, vtputa quià sit Regulare, nequeatquè propterea alteri conferri, quam
4 regulari, ex *cap. 10. sess. 24.* & è † conuerso, si seculare sit, nequeatquè ideo alteri conferri quàm seculari, etiamsi sit Canonicus Regularis, vt in
5 *cap. 11. eiusdem sess. 24.* vel ipse † sit illegitimus, & (vtcunquè supponatur dispensatus) beneficium sit in ea Ecclesia, in qua Pater obtinet, obtinuituè Beneficium, contra *sess. 25. cap. 15.* Ad hæc enim omnia, eorumquè singula respexisse hanc appendiculam, aduertunt *Garz. de Benef. par. 5. c. 1. num. 209 & Io. à Chok. ad d. Reg. 1. num. 10.*

Quatenus verò supponimus, eum prouidisse, non contra decreta, sed contra eorum formam, hoc etiam supponimus, facultatem quidem omnino eidem fuisse ex eodem Concilio concessam, sed sub tali forma, quam minimè possit præuerre-
6 re. Quod sane † respicit prouisionem Ecclesiarum Parochialium, *iuxta c. 18. sess. 24.* cuius Decretum innouauit Sanctæ mem. Pius V. per Constitutionem suam, quæ incipit, *in conferendis, sub dat. an. Incarnationis 1567. 15. Kal. Aprilis, & est eius Pontificis Constitut. 33. in nouo Bullario.* Quæ
7 valdè † vrget obseruantiam duorum Decretorum Sacri Tridentini Concilij: quorum prius respicit omnia beneficia Ecclesiastica, ad confirmationem, seù electionem, aut nominationem faciendam, quibusuis Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ Nuncijs, decernendo, vt ita præsentati, seu electi ad quæuis Beneficia Ecclesiastica, non instituantur, nèc confirmentur, nèc admittantur, etiam prætextu cuiusuis priuilegij, seù consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi priùs fuerint à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti, & nullus appellationis remedio se tueri possit, quominus examen subire teneatur, exceptis tamen præsentatis, electisuè, aut examinatis, ab Vniuersitatibus, seù Collegijs studiorum vniuersalium, vt habetur *sess. 7. cap. 13. de reform.*

Posterius verò, respicit in specie Ecclesias Parochiales, siuè ad præsentationem, siuè liberè prouidendæ sint. *vt in d. sess. 24. cap. 18* & istud vltimū
8 eadem Constitutio pressiùs promouet, hoc † inprimis decernēs, *vt in §. 3.* omnes & singulas collationes, prouisiones, & institutiones, & quasuis alias dispositiones Parochialium Ecclesiarum, ab Episcopis, & Archiepiscopis, ac quibusuis alijs Collatoribus, tā Ordinarijs, quàm delegatis, etiā S.R.E Cardinalibus, ac S. A. Legatis, vel Nuncijs, præter, & contra formam ab eodem Cōcilio Tridentino (prælertim in examine per concursum faciendo) præscriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas, & nullius roboris, vel momenti fore, & esse, nullumquè prouisis ius, aut titulum, etiam coloratum, possidendi præbere, & Parochiales Ecclesias huiusmodi, vt priùs ante collationem huiusmodi vacabant, ex tunc vacare: Easquè omnes pro tempore sic vacantes Sedis Apostolicæ, seù eorum quibus ius conferendi eas, præterquam Episcopis, & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis iuxta Decretum Concilij habere debent, competit, dispositioni reseruauit.

Ex quibus vltimis verbis, optimè declaratur ef-
9 fectus hic † reseruationis, resultans ex hac præuersione formæ Decreti Concilij, nè videlicèt ei locus sit in præiudicium inferiorum ab Episcopo conferre habentium, si Episcopus ipse peccauerit in promouendo concursu, cuius onus sibi est demandatum, nè quando ij ex culpa alterius, iure suo priuentur, vt rectè animaduertit *Gonzal. ad reg. de mensibus gloss. 6 ex num. 126.*
10 Et secundum † hos terminos, accipienda est Regula prima Cancellariæ, in vltima eius parte, quæ, vt respicit Collationes factas contra hanc Constitutionem Pij Quinti, quod aduertit etiam *Ioann. à Chok. ad eandem ipsam Regulam, n. 10.* ità necesse est, vt ab ea interpretationem sumat, *l. Sed & posteriores, de legib. cum simil.*
11 Quapropter † in hoc ipso articulo Reseruationis, eadem Constitutio in *§. 4. incip. Insuper nè Parochiales,* ad tres casus eā restringit: Prior est, quando Parochialis vacantis prouisio, pertinet ad Episcopum, vel alium collatorem ordinarium, nec de ea intra sex menses, ex die vacationis computandos,

tandos prouisum extat. Alter est, quando proui-
sio earundem est iàm reseruata Papæ, vel aliàs ad
eum spectat, Episcopus autem intra quatuor mé-
ses ex die vacationis, non significauit Papæ perso-
nam per ipsum in concursu, tanquàm magis ido-
neam, prælectam: Ac tertius deniquè est, quando
supposito Iurepatronatus, siuè laico, siuè Ecclesia-
stico, factaquè intra tempus legitimum præsen-
tatione, præmissoquè examine ad formam Con-
cilij, institutio vltra duos menses, ex die præsen-
tationis factæ, protracta est: cuius reseruationis
subijcitur emollitio, in gratiam nimirùm patro-
norum concessa eisdem (quatenus de Parochiali
agitur) vt possint post lapsum dictorum duorum
mensium, pro huiusmodi institutione obtinenda,
recursum habere ad Metropolitanum, vel vicinio-
rem Ordinarium, aut ad ipsam Sedem Apostoli-
cam. Quod non est soluere reseruationem respe-
ctu concessæ facultatis Metropolitano, sed ei ape-
rire viam prouidendi tanquam de reseruato, iuxta
Cassad. decis. 8. num. 10. de concess. praben.

Itaquè, breuitèr percurrendo formam supra-
12 dicti decreti. Primum iubet † Concilium, Episco-
pum statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, si
opus fuerit, idoneum in ea Vicariumcũ congrua,
eius arbitrio, fructuum portionis assignatione,
constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat,
dùm ei de Rectore prouideatur. Circa quod, duo
sunt notanda: prius est, facultatem hanc soli Epi-
scopo concessam esse, ideoquè exemptorum Præ-
lato minimè competere, sed eam Episcopo reser-
uari, etiam in exemptis, vt ex mente Sacræ Con-
gregationis, cẽsuit *Garz. de Benef. p. 9. c. 2. n. 128.*
13 præterquàm si † ille talis Prælatus habeat statum
nullius diœcesis, adeoquè obtineat quasi Episco-
palem iurisdictionem, sitquè in vsu cógendi syno-
dum, vt ibi per eum *num. 129.* de quo tamen iu-
re liquidò constare oportet, *Germon. de indult.
Cardin. §. quibusuis sub num. 18. ad finem, versic.
de hac tamen.*

14 Alterum est, vt ea † verba, *si opus fuerit*, quæ
videntur importare arbitrium, referãtur ad nudũ
modum in hac parte prouidendi, idest vel per Vi-
carium, vel per mercenarium aliquem ministrum,
quò tendunt tradita per *Garz. eo. cap. 2. num. 13.*
non autem ad omnimodum neglectum; nàm cùm
Concilium, dùm de Rectore prouidetur, studeat,
in hac parte consuli ipsi Ecclesiæ, & animarum cu-
ræ, id prorsus est de forma, cuius omissio, reddit
successiuum prouisionis actũ, nullum, & inualidũ;
& id ipsum est, quod respondit *Rota in Dertu-
sen. Parochialis 19. Iunij 1595. coram Litta*, im-
pressa per eundem *Garz. par. 4. c. 13.* quidquid sit
vbi prouisio spectat ad Papam, venitquè necessa-
rio ad eum dirigendus concursus, vt ipse proui-
deat, prout explicat Rota in eadem causa *Dertu-
sen 24. Nouembris eiusdem anni 1595. coram
Corduba*, paritèr impressa apud eundem *Garz.
loco proximè allegato sub num. 92.* ad quam di-
stinctionem minimè ipse aduertit in supracitata
parte 9. cap. 2. num. 19.

Ratio autem differentiæ est, quia vbi prouisio
pertinet ad Papam, de forma eius prouisionis, est
quidem concursus, cum ex forma Concilij, non
prouideat nisi personæ in eo approbatæ, at depu-
tatio Vicarij, de qua suprà, cum sit actus extrinse-
cus, ac penitùs separatus, vtcunquè possit dici de
forma accidentaria, atquè ita inuecta ad melius
esse, tamen non potest dici de forma intrinseca,
15 & simplici inducta † ad esse, vndè illius omissio nõ
debet vitiare actum prouisionis, vt benè expli-
cat *Humbert. de Bonenc. in repet. authen. Sacra-
menta puberum, ex num. 88. C. si aduersus ven-
ditionem.*

16 Sed vbi prouisio † pertinet ad Episcopum, aut
alium inferiorem collatorem, non solùm concur-
sus, sed etiam ipsa deputatio Vicarij est de forma
intrinseca, quià licèt talis deputatio sit actus se-
paratus, & distinctus ab actu prouisionis, non ta-
men est separatus, & distinctus à potestate proui-
dendi in ipso inferiori, quatenus respicit ordinẽ,
eidem in specie per Sacrum Concilium præscri-
ptum, cum etiam ex ordine constituatur forma,
*Dec. cons. 10. nu. 2. & cons. 11. nu. 8. Socin. Iun.
cons 37. num. 6. l. 2. quos refert, & sequitur Me-
noch cons. 148. num. 27.*

17 Exigit secundo loco decretum, vt † Episcopus,
& qui iuspatronatus habet, intra decem dies, vel
aliud tempus ab Episcopo præscribendum, ido-
neus aliquot clericos, ad regendam Ecclesiam,
coram deputandis examinatoribus nominet, ita
tamen vt liberum sit, etiam alijs, qui aliquos ad
id aptos nouerint, eorum nomina deferre, vt pos-
sit postea de cuiuslibet ætate, moribus, & sufficiẽ-
tia fieri diligens inquisitio. Et totum hunc actum,
qui in his duobus extremis, videlicet personarum
nominatione, & examine, vulgò nũcupamus *Con-
cursum*, iurequè hoc singulari in Parochialibus
exigitur, de quibus tantùm loquitur decretum,
18 in † reliquis, verò simplicibus beneficijs, secùs,
19 *Seraph. dec 942. nu. 5. & 6.* vbi assignatur † ratio
differentiæ, quòd in reliquis Beneficijs sufficiat
simplex idoneitas, quæ tamen non est satis in Pa-
rochialibus, etiam in foro exteriori; quidquid
enim aliquibus aliàs visum fuerit, vt innuit *Greg.
decis. 11. num. 8.* sententia hæc est verissima, vel
ex lectura dicti decreti, & Constitutionis supe-
riùs relatæ, quam sæpissimè probauit Rota, vt
etiam adnotauit Beltraminus ad eandem *decis.
11. in 2. conclusione.*

20 Et ratio patet, quià cùm animarum † cura, sit
ars artium, non est illi præficiendus qui non sit
eximius, *Rota dec. 426. sub num. 8. vers. & quam-
uis, ad finem par. 2. diuers.*

21 Quæ ratio † cum non æquè militet in Vicario,
cui est commissum simplex exercitium curæ ani-
marum Parochialis Ecclesiæ Monasterijs, benefi-
cijs, alijsuè Ecclesijs, vel locis pijs perpetuò vni-
tæ, operatur, vt nequè in eo necessarius sit huius-
modi concursus, cum tales Vicarij, quantumcun-
què perpetui, non ad liberam ordinariorum ele-
ctionem, sed ad nominationem illorum in quorũ
Ecclesijs vnitis ponuntur, cum simplici ipsorum
ordinariorum, seù eorum Vicariorum approba-
tione, præuio examine, deputentur, ex *constitut.
Pij V. sub datum anno Incarnationis 1567. Kal.*

Nouembris, quæ est in nouo Bullario eius Ponti-
ficis 47. in §.4. quod etiam notarunt ex mente
Sacrę Congregationis super Concilio, *Gonzal. ad*
reg. de mens. gloss. 5. §.3. num.53. & Garz. de
Benef. d. par. 9. cap. 2. num. 289. & sæpissimè re-
spondit Rota, vt in recen. decis. 102. num. 1. vers.
Quia quando Ecclesia, par. 1. & decis. 579. nu. 4.
& decis. 710. num. 2. par. 2. cum adductis in Der-
tusen. Vicaria 28. Nouembris 1616. coram
Vbaldo, & in Barchinonen. Vicaria, 9. Decem-
bris 1616. coram Buratto, & in alia simili
Barchinonen. Vicaria 17. Maij 1624. coram
Rpd. Merlino.
22 Quod tamen † intelligitur, quando cura actua-
lis duntaxat, siuè eius exercitium translatum fuit
in Vicarium, secùs verò, si etiam trãslata esset cu-
ra habitualis, vt ex mente eiusdem Sacræ Con-
gregationis, decidit *Rota d. decis. 579. num. 1. &*
d. decis. 710. num. 1. par. 2. recen. & admissum
fuit in præcitata Barchinonen. Vicaria, coram
Rpd. Merlino.
Adeo vt in hac re, de alio non quæratur, quàm
de hoc ipso, an sit translata etiam cura habitua-
23 lis: quod clara eget deductione, ex quo † repu-
gnat naturæ vnionis, vt explicauimus in superiori
libro *quæst. 20. num. 148. cum seqq.*
24 Præcipuè † si in ea fuisset assignata certa por-
tio Vicario, istud enim esset euidens argumẽtum
non factæ transfusionis curæ habitualis, *Rota d.*
decis. 102. num. 10. par. 1. & decis. 204. sub nu. 1.
ad finem, vers. tùm ratione præsentationis, par. 2.
in recen. Vel etiam, si fuissent reseruata emolumẽ-
ta Parochiæ, vt paritèr notauimus *ead. quæst.*
20. num. 125. Etiamsi expresſè dictum esset, quod
Vicarius seruitium ipsius Ecclesiæ faciat, & in
ipsa habeat curam, atquè exerceat, hæc enim
possunt, & debent intelligi de cura actuali, vt
excludatur omnis repugnantia, etiamsi ex post
omnes fructus eidem Vicario fuissent assigna-
ti, vt paritèr fuit conclusum *in d. Barchinonen.*
Vicaria.
25 Nequè hoc casu, suffragaretur Episcopo † vlla
quasi possessio faciendi concursum, quià cum præ-
citata Constitutio Pij V. det formam in prouiden-
dis Vicarijs huiusmodi, per viam legis generalis,
cum clausula sublata, & decreto irritanti, talis
quasi possessio remanet infecta, nequè vllius est
considerationis, vt in proprijs his terminis re-
spondit *Rota in superius allegata decis. 710.*
num. 6. par. 2. recen. & fuit responsum in eadem
Barchinonen. Vicaria 9. Decembris 1616. coram
Buratto, & plenius excusso articulo in Dertusen.
Vicaria 22. Aprilis 1624. coram Rpd. Merlino,
26 vbi dictum fuit, nihil hoc casu referre † consen-
sum eius, cui vnio est facta, quia cùm sit in illius
27 facultate hoc etiam permittendi, intrat † doctri-
na Bartoli in *l. quominus num. 27. ff. de flumini-*
bus, nè per actum facultatiuum, etiam ad mille
annos, censeatur quis aliquid de iure suo remitte-
re, quod alteri quæratur, quam doctrinam vbiquè
Doctores amplectũtur, præcipuè *Surd. decis. 127.*
num. 81. & 82. Dec. cons. 175. sub nu. 6. vers. præ-
terea licèt Rolan. cons. 53. num. 28. l. 2. Calder.
cons. 3. ad fin. de consuetud. Menoch. de Arbitrar.
iudic. casu 160. ex num. 6. Tessaur. dec. 16. nu. 3.
vbi latè hanc Regulam exornat, *Rota decis. 778.*
num. 5. & decis. 536. num. 4. par. 2. recen. Gregor.
decis. 162. nu. 10. Reuerendiss. D. Coccinus decis.
402. num. 10. quos in his præcisis terminis cumu-
lauit *Rpd. Merlinus in præallegata Dertusen. Vi-*
28 *caria.* In qua fuit etiam † consideratũ, nèc quidẽ
referre, si is, cui est facta vnio, fuisset aliquando
reiectus per ordinarium à simplici nominatione,
vel præsentatione exclusiua, vel impeditiua con-
29 cursus, quià † tametsi in facultatiuis hoc maximè
præiudicet, si concurrat legitimi temporis decur-
sus, vt tradunt *Franch. in cap. significante num. 3.*
de appellat. Felyn. in cap. Pastoralis num. 5. de
officio ordinarij, Afflict. decis. 388. num. 2. Seraph.
decis. 1086. num. 1. cum simil. vulgat.
Nihilominus semper in huiusmodi actibus vi-
30 detur delitescere error iuris, qui † excludit con-
sensum, & patientiam, *l. nihil consensui 117. ad fi.*
de regul. iur. l. si per errorem, de iurisd. om. iud.
31 *l. 2. de iudicijs*; In incorporalibus autem † sine
scientia, & patientia, non potest formari aliqua
possessio, iuxta doctrinam *Bald. in l. 2. num. 24. C.*
de seruitut. & aqua, & notant omnes in cap. cum
Ecclesia Sutrina, vbi præ cæteris Abb. num. 25. &
Ripa nu. 64. de causa possess. & proprietat. Bart.
in l. vltima nu. 4 ff. vti possidetis, Afflict. decis. 67.
num. 1. atquè in his terminis *Rota dicta decis.*
710. num. 6. par. 2. recen. & in præallegata Der-
tusen. Vicaria 18. May. 1622. coram Illustriss.
Card. Caualerio.
Cæterùm, dissoluta vnione, res rediret ad natu-
32 ram suam, nisi dissolutio † facta quoquè esset ad
tempus, quemadmodùm enim durante illa disso-
lutione, esset locus decreto Concilij, ita eadem
dissolutione cessante, resurgeret dispositio supra-
dictæ Constitutionis Pij V. nèc alitèr locus esset
33 prouisioni per concursum, cum † hæc sit vis di-
spositionis ad tempus limitatæ, *l. Imperator ff. de*
Postulan. l. Statuliberum 11. §. Stichum de le-
ga. 2. Bald. in l. obseruare §. proficisci num. 8. de
offic. Proconf. Mantica decis. 277. num. 2. cum ad-
ductis per Rotam, quæ ita censuit, in vna *Miran-*
den. Parochialis 26. Nouembris 1622. coram
Buratto.
Quòd verò decretum prædictum, facultatem
34 hãc † indicendi cõcursum, videatur præcisè in Epi-
scopo collocare, non est dubium respicere pote-
statem ipsam Episcopalem, à qua dependet ani-
marum cura, ac propterea ex rationis identitate,
35 eandem facultatem, † censeri attributam Abbati,
cuius monasterio esset annexa cura eadem, dum-
modò is haberet quasi Episcopalem iurisdictio-
nem, in statu nullius diœcesis, quo casu, propterea
quòd Episcopus non posset ibi exercere iurisdi-
36 ctionẽ aliquam, non malè † nuncuparetur Diœce-
sanus, iuxta doctrinam *Gloss. in Clem. vnic. §. vo-*
lumus, in verbo Diœcesanis, de for. competen. huic
37 enim competunt † ea omnia, quæ possunt com-
petere Episcopo in suo territorio, exceptis his,
quæ sunt ordinis, *vt ait Rota apud Seraph. de-*
38 *cis. 1386. nu. 3.* Quod intelligitur, † si præter hanc
quasi

quasi Episcopalem iurisdictionem, & statum nullius Diœcesis, id quoque in eo concurrat, quod habeat ius congregandi Synodum, simulquè consueuerit illam congregare, vt ex mente Sacræ Congregationis super Concilio, respondit Rota apud *Mantic. decis. 228. num. 5.* & suprà etiam animaduertimus *num. 12.*

39 Nequè est † dubium, si mota controuersia super huiusmodi iurisdictione, aliquis Episcopus subrogetur, vel per Papam deputetur, qui iurisdictionem exerceat, ad eum ipsum subrogatum, facultatem hanc omninò pertinere, vt respondit *Rota apud Gregor. in sæpecita. decis. 11. sub num. 3. vers. & quod de Ordinario.*

40 Circa autem † tempus decendij, quod hic præscribitur Episcopo, quamuis videatur illius productio arbitraria, in illis verbis, *vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum*, nihilominus hodie refrænatum est huiusmodi arbitrium ad alios decem dies, ex superiùs relata *Constit. Pij V. 33. in*

41 *§. prohibentes*: vnde † si prolixior terminus statuatur, quicquid vltra viginti dies fit, nullum est, propter Decretum irritans, de quo in dicta Constitutione, *Seraph. decis. 1148. num. 4.* & ex mente Sacræ Congregationis super Concilio, sæpissimè fuit responsum in Rotæ Auditorio, præcipuè in *Calagurritana Beneficij Sanctorum Iacobi, & Andreæ 23. February 1603. coram Litta, & in Vrbinaten. Parochialis 18. Martij 1616. coram Cardinali Sacrato, & in vna Nicien. Parochialis 20. Maij. 1624. coram bo. mem. Vbaldo.*

In præfigendo autem hoc termino, existimo, si Episcopus illum decendio breuiorem statuat, posse non solùm semel, sed pluriès eum prorogare, donec compleatur totum spatium viginti dierum, nequè ideo consumi facultatem prorogandi

42 per vnicum actum, cum † Regula *l. boues, §. hoc sermone, de verbor. signif.* non procedat in facultatiuis vsque ad certum, & præfixum tempus, ex deductis per *Felyn. in cap. 2. sub num. 6. vers. fallit quarto, de treug. & pac. Dec. in l. 1. sub n. 13. vers. sed in tali resolutione C. de instit. & substit.*

43 nequè enim † tunc per primum actum, consumptum est Beneficium, vt considerat *Bald. cons. 34. num. 12. lib. 5.*

Quod semper intelligerem, data habilitate extremorum; si enim Episcopus per edictum præfigeret terminum decem dierum, & pateretur illū prorsus elabi, nō crederem iterū alium posse præ-

44 figi, quià † Constitutio Pij V. superius allegata, *in §. prohibentes*, concedit facultatē prorogandi, non autem nouitèr statuendi, prorogatio autem non fit de termino elapso, sed de eo qui adhuc durat, *l. sed etsi manente, ff. de precar. Alex. in l. diei cautioni, n. 2. ff. de dam. infect. cum alijs per Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloss. 7. sub num. 24. vers. &*

45 *vt verum dicam*; modò † videlicet, intra illum primum terminum nemo se opposuerit, cui ex lapsu huiusmodi sit ius quæsitum, vt per eundem *Tiraq. post alios, ibidem, sub n. 25. vers. hanc postremam*, hoc enim casu, cùm non sit satisfactum menti legis in prima dilatione, vtiquè non est consumpta facultas in primo actu, *Felyn. in d. c. 2. sub eo. n. 6. ad fin. vers. fallit quinto, de Treug. & pace, Tiraq. all d. l. boues, §. hoc sermone, in 6. limitatione, ex num. 1. de verb. significat.*

46 Exigitur quarto, si † tamē hoc videbitur Episcopo, aut Synodo pro regionis more magis expedire, per edictum publicum vocari omnes, qui velint examinari: ex quo statim intelligimus, id positum esse arbitrio Episcopi, aut Synodi prouincialis pro more regionis, non autem præcisè, hæc enim

47 est † vis illius clausulæ, *si videbitur*, de qua post alios latè *Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 8. ex nu. 1.*

48 Omninò † tamen necessarium est, vbi proponitur Edictum, liquere, quo die propositus fuerit, vt sciatur, an examen fuerit factum intra terminum, vel post terminum, quià cùm terminus hic decendij prorogabilis ad aliud decendium, nō præfigatur examini, sed cōuocationi concurrere volentiū, non posset examen fieri intra huiusmodi terminū,

49 & si † fieret, esset nullum, nequè approbatus in eo posset obtinere; quod esse de forma præcisa, & substantifica, non autem ad certum effectum censuit *Rota in Volaterrana Parochialis 20. Maij 1591. coram Gipsio, quam comprobauit Rota apud Seraph. decis. 1148. num. 4.*

Porrò id esset supplantare alterum, per præuentionem, vt subijcitur *sub eod. n. 4. vers. & ratio es-*

50 *se potest*; quapropter † cessaret etiam deductio nullitatis huiusmodi, si ex post nemo comparuis-

51 set, qui vellet concurrere; vt dicitur † de institutione facta pendente termino Edicti, contra textum in *c. vlt. de elect. in 6.* quæ nihilominus sustinetur, si deinceps nemo intra eum terminum comparuerit, quasi indè conualescens, vt explicando Calderini *cons. 1. de elect. censuit Lambert. de iurepat. lib. 2. p. 2. q. 6. ar. 25. n. 1. vers. posset tamen & nu. 2.* & ita fuit decisum *in vna Carthaginen. Parochialis de Cerquera, 9. Decembris 1588. coram Orano, cuius etiā meminit D. Theod. Rubeus, in suis singularibus ad Oran. decis. 385. lib. 1.*

Ex eodem decreto, in illis verbis, *idoneos aliquot Clericos, &c. nominet*, quinto colligitur, iti-

52 dem † esse de forma concursus, vt nominatio, siuè remissio Oppositorū ad examen, fiat de pluribus, adeò vt, si de vno duntaxat facta sit, quantumcunquè idoneo, non censeatur hinc satisfactum huic

53 formæ; vbicunquè † enim pluralitas pro forma requiritur, nusquàm resoluitur in singularitatem, *l. Padius, de recept. arb. Bald. cons. 103. sub n. 3. ad fin. vers. concludendo igitur, lib. 5.* quod à paucis animaduersum scripsit *Tiraq. ad l. si vnquam, in verb. susceperit liberos, n. 262. C. de reuocan. donat.*

Et si plures se opposuerint, & descripti sint, om-

54 nes † debent examini subijci, vel saltim ad illud singulariter vocari, quià vbi certus est oppositor,

55 non sufficit vocatio per edictum, sed exigitur † citatio singularis, iuxta Regulam, quam præ ceteris, ponunt *Alexan. in cons. 103. num. 8. lib. 5. Card. cons. 74. num. 3. vers. dico quod, Roman. cons. 410. sub nu. 1. Ang. cons. 289. num. 2. vers. contrarium credo*, & in hane sententiam inclinauit Rota in præallegata *Vrbinaten. Parochialis 18. Martij 1616. coram Sacrato.*

56 Vndè vbicunquè † ex pluribus oppositoribus, vnus tantùm fuit examinatus,& approbatus,concursus redditur suspectus, *Seraph. in præcitata decis.1148. num.5.*

Hinc pergit Concilium, eodem loco decernere,vt transacto cõstituto tempore, omnes qui descripti fuerint,examinentur ab Episcopo, siuè eo impedito,ab eius Vicario Generali,atquè ab alijs examinatoribus non paucioribus, quàm tribus, quorum votis,si pares, aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus,vel Vicarius, quibus magis videbitur: Ex quibus verbis, sexto loco, exigit
57 pro forma, examen † fieri per ipsummet Episcopum, & per alios in hoc Decreto nominatos, adeo vt in examine non solùm debeant interuenire Examinatores Synodales, verùm etiam ipse Episcopus, aut eius Vicarius; & quod attinet
58 ad personam Episcopi, seù Vicarij † illius idem est dicẽdum,si collatio ad exemptos aliquos pertineat, dùm tamen Episcopus ab ipsa collatione abstineat, & quem præeligendum putauerit, ad suum Collatorem remittat, vt Sacra Congrega-
59 tio sæpissimè respondit: Quamuis † enim locus exemptus,non videatur de Diœcesi, negari tamen non potest,quin sit in Diœcesi, *cap. graue gerimus de offic. ordin. Abb. in cap. Apostolicæ, sub num. 3. vers. putat tamen, de donatio. eum alijs per Rotā*
60 *decis.207.num.2.par.2.diuers.* Imò † in materia larga,& ad certos effectus,dicitur etiam de Diœcesi,vt latè per *Felyn. in d. cap. graue gerimus, in princ. & num.1. cum duobus seqq. de offic. ordin.*
61 Proindequè, † etiam quod collatio Parochialis spectet ad exemptos, quia tamen eo ipso quòd Parochialis est, non potest separari institutio authorizabilis à persona Episcopi, in cuius diœcesi est, *Butr. in cap. cum satis nu.5. de off. Archid. Io. Andr. in cap. cum venerabilis, num.7. vers. tertium secundum eum, de censib.* videtur, quòd apud
62 ipsum † Episcopum semper remaneat quædam superintendentia præambula ad ipsam collationem, etiam quòd aliàs locus pleno iure ad eum spectet, *cap. eum & plantare §. in Ecclesiis, vbi optimè Abb. num.6. de priuileg.*
63 Quod † etiam procedit, si Parochialis nullius sit Diœcesis,quamuis enim nèc de Diœcesi, nèc in
64 Diœcesi sit, *Rota d. decis.207. num.2.* tamen † nè subuertatur, sed custodiatur forma Concilij, Episcopus vicinior concursum huiusmodi indicet, & examen faciet, prout aliàs respondit eadem Sacra Congregatio, & signantèr in vna Bareu. Prioratus de anno 1611. ad consultationem D. Bernardini Larizza,quam resolutionem, vt decuit,amplexa est *Rota, in eadem causa 27. Maij 1611. & 16. Ian. 1612. coram Pena.*
65 Examinatores autem † debent esse tres ad minus, vt hic statuitur, & hoc numero contentari Concilium,etiamsi exstarent plures,respondit *Rota in recent. decis. 505. sub nu.3. vers. & videbatur aliquibus par. 2.* & fuit etiam decisum in *Bosanen. Parochialis 18. Febr. præsentis anni 1628. coram R.p.d. Virili.*
66 Sed hic oritur † maxima difficultas, si contingat Parochialem aliquam vacare Sede Episcopali vacante; nàm licèt potestas indicendi con-
67 cursum, sit iurisdictionis, quemadmodùm † videntur omnia omnino concernentia Ordinationem Ecclesiarum, *iuxta. doctr. gloss. in cap. dilectus 18. in verbo de lege iurisdictionis, & offic. ordin.* proindequè Sede Episcopali vacante, tran-
68 seat hæc quoquè in Capitulum, vt † ità arguit *Rota, decis.632. num.4. par.2. in recen.* (quidquid sit respectu appositionis Oeconomi, de qua re plura hoc libro *quæst. 2. ex num. 36.*)
69 Nihilominus, si etiam † contingat, aliquos, vel etiam omnes examinatores Synodales,aut defunctos esse, aut absentes, quæritur, quid hac in re possit Capitulum? Nàm quod subsequitur in supradicto Decreto Concilij, *Examinatores autem singulis annis in Diœcesana Synodo ab Episcopo, vel eius Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur, aduenientequè vacatione cuiuslibet Ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopus, qui eum eo examen perficiant, indequè succedente alia vacatione, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis sex, eligat,* licèt admittat, electionem hanc satis esse Canonicam respectu numeri electorum, si fiat de tribus, vt iàm dictum est, tamen respectu numeri deputatorum in ipsa Synodo, non videtur hæc electio, siuè delectio, canonica, nisi facta sit ex prædictis illis sex, vt loquitur Concilium; vndè si
70 per † alios fieret examen, proculdubio esset nullum, vt ex mente Sacræ Congregationis, respondit *Rota in Toletana Parochialis de Alcaudete, 16. Decembris 1596.*
71 Quamuis enim † in vna *Literen. Archipresbyteratus, 6. Iunij 1582. coram Blanchetto*, & in vna *Pampilonen. Parochialis 23. Ianuarij 1591.* videatur Rota inclinasse, deficientibus Synodalibus, posse Episcopum adhibito consensu Capituli, alios examinatores assumere, quod etiam repetitum fuit in *Panormitana Archipresbyteratus 3. Decembris 1618. coram Buratto, cum alijs in ea allegatis.*

Attamen id intelligitur, quando necessitas hæc ingrueret, simulquè concurreret casus mortis, vel absentiæ deputatorum in Synodo infra annum, à die celebrationis eiusdem Synodi, vt ex mente Sacræ Congregationis fuit decisum in eadem *Panormitana Archipresbyteratus, 5. Iulij 1620. coram eodem Buratto*; nàm quemadmodùm hoc casu, nihil posset imputari Episcopo,
72 qui nequè ex forma † supradicti Decreti, nequè ex forma antiquorum Canonum, tenetur intra annum, vltra quàm semel, cogere Synodum, vt post alios latè tradit *Henric. Botta. in tractatu de Synodo Episcopi, in prima parte ex num. 52.*
73 ità si annus † iam esset elapsus, omnino imputari ei debet, cùr non adimpleuerit formam supradicti Decreti, cum succedente vacatione Parochialis, illico possit indicere Synodum, & in prima eius sessione, deputare examinatores Synodales, atquè ità huius Decreti formam adhibere; nequè enim hoc casu militat necessitatis ratio, quæ eum excuset: vtcunquè enim verissi-
74 mum † sit, quamcunque legem necessitati subjici,

Port.

Port.de Imol.conſ.16.n.2.conſ.19.nu.88.& conſ.
118.nu.6.Franc.de Marcb.dec.645.nu.1.par.1.
75 hoc referri debet † ad neceſſitatem præciſam,cui
opportunè nequeat occurri,aliàs dicitur ſimplici-
tèr cauſatiua, cuius nulla ratio habetur, Pariſ.
conſ.68. num.31. vol.1. Rolan.conſ.13.num.68.
lib.3.cum alys per Burſat.conſ.16.num.77.

Difficultas ergò oritur reſpectu ipſius Capitu-
li,cui non videtur,quod poſſit imputari culpa ali-
76 qua,nequè enim poteſt † cogere Synodum; Quip-
pè Synodum cogere non eſt de lege Iuriſdictio-
nis, ſed de lege Diœceſana, vt nuncupatim do-
cet Gloſſ. in d. cap. dilectus, ſub verb. de lege
iuriſdictionis,verſ. ad legem verò Diœceſanam,
de off.Ordin & probat text.in c.conquerente. eod.
tit.& in eodem c.dilectus, paſſim notant ſeriben-
tes,præcipuè Imol.ſub nu.6.verſ. ſed hæc doctri-
na non placet,Innocen.in c.1.ſub num.3. de ſtat.
Monacb. qui ad hoc allegat text. in can. vltimo,
18.diſtinct.

Contrarium autem, quod imò vocatio ad Sy-
nodum ſit de lege iuriſdictionis, non autem de le-
ge Diœceſana,tenuit Hoſtien.in eod. cap.dilectus
ſub nu.6.verſ. quamuis autem, cum quo videtur
ſimplicitèr tranſire Ioan. Andr.ſub n.12.& eandē
opinionem ſimplicitèr etiam videntur approbaſ-
ſe in præcitato cap.conquerente, idem Ioan. Andr.
num.14.& Card.nu.3.in 10.not & hanc ipſam
doctrinam Hoſtienſis tetulerunt,& cum ea tranſi-
uerunt Gemin.in canon.1.in 1.col.verſ.dicit Hoſt.
& Prapoſit.nu.2.10.q.1. & cum eadem opinio-
ne videntur ſentire Moderni, videlicet Pauin. de
off.& pot.Capituli ſede vacante p.1. q.7.ſub n.3.
verſ.ex præmiſſis infero,Henric.Botta.de Synodo
Epiſcopi in prima parte ex n.40. in 4.q. et Garz.
77 de Benef.p.9.c.2.nu 64.vbi † inſerit quandam re-
ſolutionem Concilij,circa hunc articulum,in qua
videtur id pro indubitato ſupponi.
78 Verùm † Hoſtien.in ſumma de off.ord.ſub n.7.
poſt medium,§.ſunt autem quædam,verſ.lex vero
diœceſana,viſus eſt contrariū ſentire,voluiſſequè,
indictionem Synodi eſſe de lege diœceſana, & in
cap.quod ſuper,num.2.de maior.& obed.viſus eſt
ſeparare poteſtatem hanc indictionis Synodi, à
poteſtate in ea aliquid decernendi,vt hæc quidem
ſit de lege iuriſdictionis, illa verò de lege diœce-
ſana, Hoſtienſem ibi ſecuti ſunt Ioan.Andr.n.7.et
Abb.n.1.Prapoſ.in can Epiſcopus,poſt med.verſ.
ratio eſt,18.diſt.& ibi etiam Turrecrem.ſub nu.2.
verſ.aut nō ſunt exempti.Et hoc videtur repugna-
re ſuperiori ſententiæ eiuſdem Hoſtien. niſi dica-
79 tur † ipſius hanc doctrinam intelligi de vocatione
paſſiua, quæ conſumitur per acceſſum vocati ad
Synodum,eiuſquè obedientiā,non autem de acti-
ua,quæ cōſumitur in ipſo actu vocationis,& coa-
ctionis, vt explicat Turrecrem.in canon.1. nu.4.
10 q.2. licet ab eo diſſentiat Botta. loco proximè
allegato,ſub n.62.verſ Dominus verò Cardinalis.

Ego verò,quemadmodum non dubito,poteſta-
tem cogendi Synodum,eſſe de lege iuriſdictionis,
quod etiam oſtendimus in ſuperiori libr. q.21.n.
79.ità valdè vereor,nè nihilominus ſimplicitèr ſit
80 tranſmiſſibilis in Capitulum, quià † videlicet ſit
ſpecialitèr poteſtas hæc ipſi Capitulo à lege in-
dulta,vt in d. canon. Epiſcopus,& in canon annis
ſingulis, ead.diſt.18.
81 Conſtatque huiuſmodi † nō transferri in Capi-
tulum Sede vacante, ex his quæ tradit Pauin.in
82 ſuperius alleg.q.7.n.8.Veruntamèn † id intelligo,
ſi velit indicere Synodum ad effectum, non ſolùm
exigendi conſecutiua iura Epiſcopalia, vel etiam
ad effectum decernendi, & ſtatuendi generalitèr,
& vniuerſalitèr ſuper ſtatu Eccleſiæ,& Cleri,ſecus
verò ſi ob imminentem aliquem caſum neceſſita-
tis velit huic prouidere, vt in ſimili dicitur de fa-
cultate ſtatuendi,quæ licèt ſit meri imperij,& in-
communicabilis,vt probauimus ead. q.21. nu.87.
83 Nihilominùs † eadem tranſit in Capitulum re-
ſpectu ſingularis caſus,cui alitèr neceſſariò proui-
deri nequeat, vt opiniones contrarias concilian-
do, concludunt Gemin.in canon.1. in col. penult.
verſ.poſſent reduci,& Prapoſ. ibidem col. penult.
verſ.poſſent opiniones diſtinct.18.
84 Atque ità, quotieſcunquè † occurret caſis va-
cationis Parochialis Sede Epiſcopali vacante, ſi
ſupponatur lapſus annus, à quo celebrata eſt Sy-
nodus,& in ea facta deputatio examinatorum,aut
ex illis adhuc tot non ſuperſunt,qui poſſint in præ-
finito numero examini intereſſe; quià hoc caſu,
eſt quod imputetur Capitulo,ſi illico non curauit
conuocari Synodum, ex hac præciſa cauſa depu-
tandi nouos examinatores, benè intrāt reſolutio-
nes adductæ per Garz. vbi ſupra. Si verò adhuc
ij ſuperſunt, ſaltem in ſufficienti numero trium;
cum his ſatis videbitur factum huic formæ,vt fuit
reſponſum in ſupra all. Boſanen. Parochialis 18.
85 Feb.1628.coram R.p.d.Verils; in qua † fuit etiam
firmatum, Vicarium Capituli in actu electionis,
formula hac vtentem, etiam loco examinatorum
Synodalium, etiam abſentium,et mortuorum,non
cenſeri ab huiuſmodi electis, qualitatem hanc Sy-
nodalitatis excluſiſſe, ſed potiùs abundare voluiſ-
86 ſe in cautela, quæ † non nocet, l. quæ extrinſecus
87 de verb.oblig cum ſimil.etiam † in his, quæ reſpi-
ciunt formam, Mandell.conſ.240. num.52.

Et quando concurſus indè impugnatur, quià
examinatores non eſſent ex deputatis in Synodo
88 Diœceſana,quià in † dubio præſumitur pro validi-
tate actus,l.quoties de reb.dub.cum ſimil. qui ne-
89 gat qualitatem hanc, ſuum † iſtud aſſumptum cō-
cludentiſſimè probare debet,vt in ſuperiùs alleg.
Toletana Parochialis de Alcaudete 16. Decem-
bris 1586.coram Corduba, & in præallegata Bo-
ſanen.Parochialis.

Præcipuè,ſi in actù ipſo electionis, fuiſſent tan-
quàm tales nominati, vel tanquàm tales ſe ſub-
ſcripſiſſent, vt in eadem Boſanen.Parochialis, in
qua firmatum fuit, proferentem literas teſtimo-
niales Ordinarij, quod fuerit ab examinatoribus
Synodalibus examinatus, ſatis ſuper illis habere
fundatam intentionem,cum eiſdem literis creda-
90 tur abſolutè, tanquàm de † re pertinenti ad eius
officium,cap. poſt ceſſionem de probat. Milis in
verb.literis Epiſcoporum Verall dec.87.par.3.
91 Vbicunquè verò poſſint † admitti alij nō Syno-
dales, qui ſubrogentur in locum mortuorum, vel

absentium, iuxta terminos decisionum superiùs relatarum, videlicèt *Literen. Archipresbyteratus, & Pampilonen. Parochialis*, satis cōstat, in personis huiusmodi sufficiēdorum, requiri easdem qualitates, quas exigit Concilium, in his qui in Synodo deputantur; etenim vbicunquè admittitur subrogatio, necessaria est qualitas in subrogato, quæ est in eo, in cuius locum fit subrogatio, *Gabriel. cons. 44. num. 15. lib. 2. Surd. cons. 53. num. 15. vers. pro qua facit*.

92 Qualitates † autem eæ explicantur in eodē decreto, *vers. sint verò bi examinatores*, iubēturquè omnes iurare ad Sancta Dei Euangelia, se, quacūquè humana affectione postposita, fidelitèr munus executuros; ex quibus verbis septima huius formæ substantialis circumstantia constituitur in iuramento ipsorum examinatorū huiusmodi, quod

93 etiam † est de iure, *l. nemini, vers. Iuris peritus*, ibi, *iubemus iuratos, &c. C. de Aduocat. diuer. Iudic.* & Patres id summa ratione præcauisse retulit *Mancin. de iuram. par. 2. art. 29*.

94 Sufficere tamen videtur, semel præstitum † per eos iuramentum, cùm fuerunt deputati in Synodo, *Garz. d. par. 9. cap. 2. num. 359.* quæ sententia indè probatur, quòd Concilium id addijciat immediatè post relatas eorum qualitates, quæ vt sunt excutiendæ in ipso deputationis actu, ita eodem tempore præstandum est iuramentum huius-

95 modi, virtute † copulæ, sub qua est continuata oratio, *Socin. Iun. cons. 160. num. 12. lib. 2.*

Additur in eodem decreto, eosdem examinatores cauere debere, nè quidquam prorsus, occasione huius examinis, nec antè, nec post accipiant, alioqui Simoniæ vitium, tàm ipsi, quàm alij dantes

96 incurrant, &c. munera † enim excæcant oculos sapientum, & mutant verba Iustorum, *Deuteronom. cap. 16.* super quo latè *Garz. d. par. 9. cap. 2. ex nu. 368. & 374.*

97 Sequitur in eodē decreto, vt † *peracto examine renuncientur quotcunquè ab eisdem examinatoribus idonei iudicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, ex bisquè Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atquè illi, & non alteri Collatio Ecclesiæ ab eo fiat ad quem spectabit eam conferre.* Hinc verò educitur octaua circūstantia, quæ versatur circa qualitatē examinis, ac desuper faciendæ relationis: nā quidquid in alijs fit, in hoc tamē non simplicitèr disquiritur de literatura, sed de ætate, & moribus, & super vtrisquè fit relatio, adeoquè super omnimoda idoneitate, aliàs concursus remanet nullus, vt in *Barchinonen. Parochialis 29. Nouembris 1613. & 16. Ian. 1615. coram Buratto, in quibus alia etiam referuntur*.

98 Ita tamen, vt per † eosdem examinatores, expressè non renūcietur, quis magis, vel minus idoneus sit, sed simplicitèr, qui sint idonei; maioris enim, vel minoris idoneitatis æstimatio, ad Episcopum pertinet, vt in eadem *Barchinonen. & in alijs causis, sæpissimè fuit decisum*.

Non crederem tamen, indè vitiari examen, ipsamquè relationem, si fiat de vno, tanquam magis

99 idoneo; quià † cum superlatiuum perpetuò supponat positiuum, atquè ideò alios quoquè esse idoneos, *l. stipulationum quædam, de verb. oblig. cum simil. adductis per Surd. decis. 65. nu. 8.* satis

100 videtur † in hac parte satisfactum decreto Concilij, ex quo Episcopus non propterea arctatur in hoc sequi eorum iudicium, vt fuit responsum in *Nicien. Parochialis 19. Martij præsentis anni 1628. coram R. p.d. Duran.*

Vtcunquè enim etiam ipsis examinatoribus mandetur excussio aliarum qualitatum, tamen, vt est eorum officium in id magis intensum, de lite-

101 ratura impensiùs agunt, vndè † cum maior idoneitas possit constare ex alijs, quàm ex ipsa literatura, circa quæ Canones plurimum deferunt iudicio Ordinarij, vt in *Beneuentana Parochialis 13. Maij 1590. coram Orano. cum alijs latè adductis per Gonzal. ad Regul. de mens. gloss. 4. ex nu. 110.* & ea possint esse magis nota Episcopo, quàm examinatoribus, *Rota decis. 537. sub nu. 14. vers. ordinarius præsumitur, par. 1. in recent.* ex quo

102 gregis † cura, & indagatio præficiendorum ad eum pertinet, satis est, quod examinatores renuncient, qui sint simplicitèr habiles, & curam discernendi habiliorem, ipsi Episcopo permittant, *Garz. d. par. 9. cap. 2. num. 108.*

103 Et hinc est, quod † licèt admittatur appellatio à relatione examinatorum, tanquam ab irrationabili iudicio, vt in *Ripana Parochialis 23. Iunij 1608. coram Reuerendiss. D. Pamphilio*, nihilominus grauamen non deducitur ex eo, quòd renunciauerint compositores æquè idoneos, vel secùs, sed vel quià renunciauerint idoneos, qui idonei nō sunt, vel è conuerso, ita quod defectus examinis, & vitium relationis huiusmodi, semper influat in ipsam prælectionem Episcopi, vt seruatum fuit in præallegata Ripana.

Aduertendum est autem circa formalitatem Relationis examinatorum, eam ex duobus con-

104 fici, primo † vt ab omnibus fiat, non autem ab ali-quibus tantùm, vt dicitur de sententia plurium

105 iudicum, quibus † causa est commissa, *cap. Prudentiam, vbi Gloss. in verb. citra formam datam,*

106 *de offic. deleg.* & de † laudo arbitrorum, in *l. si & tribus, in l. item si vnus §. 1. & in l. Si duo ex tribus ff. de re iudic.* suadeturquè ex decreto supradicto, in illis verbis, *ab his*, quæ sunt relatiua ad omnes expressos.

107 Altero, vt fiat † super omnibus illis qualitatibus expressis in dicto decreto, quæ videlicèt concernunt ætatem, mores, doctrinam, & alias res opportunas ad Ecclesiam gubernandam; quamuis enim sufficiat implicita relatio, per vniuersalem, vel saltim indefinitam orationem, veluti si renun-

108 cientur tales idonei, cum † hoc casu intelligatur facta relatio, respectu omnium necessariorum, & requisitorum de iure, *§. interdum, vbi Gloss. in verb. idoneus institut. de curator.* & propriis ad materiam hanc idoneitatis prouisi de Beneficio, est *text. in cap. super inordinata, de præben. Parisi.*

109 *cons. 40. ex num. 13. lib. 4.* vt propterea † censeatur etiam facta circa legitimitatem, & similia, nèc sit opus singula explicare, vt ex mente Sacræ

Congre-

Congregationis super Concilio, respondit Rota in *Albiganen. Concursus 28. April. 1614. coram Illustrissimo Cardinali Caualerio.*

110 Nihilominus † si generalis relatio, contraheretur, propter specificationem aliquorum ex præmissis, itaut quoad alia posset videri facta relatio negatiuè non idoneitatis, iuxta Regulam *cap. nonnè, de præsumpt.* censerentur examinatores officium suum excessisse, indequè perperam retulisse, *vt in d. Albiganen. Concursus.*

111 Vbicunquè verò † non apparet vitium in ipsa relatione, secutaquè est, prælectio Episcopi, hæc inducit præsumptionem maiorum qualitatum in prælecto, donec illa elidatur per probationes contrarias, cum satis sit dari instantiam possibili-

112 tatis, *Greg. decis. 11. n. 5. & 6.* nèc ea cessat, † etiā, si appelletur, & reuocetur per sententiam Metropolitani, à qua iterùm prælectus per Ordinariū

113 appellet; nàm † vt Metropolitanus non potest fieri certior per nouum concursum, nisi de doctrina, impossibile est, vt per eius sententiam elidatur talis præsumptio, cū Ordinarius potuerit iudicare prælectum, digniorem ex vita, & moribus magis sibi notis, vt concludit *Rota in supra alleg. decis. 537. num. 4. per totum par. 1. in recen.* vbi etiam quod in hac disputatione, non simpliciter dicitur ille dignior, qui doctior est, imò nèc qui sanctior, sed qui aptior est, ex comparata sibi prudentia, & diligentia, quod censuit *Couar. in Regul. peccatum in 2. par. §. 7. sub num. 4. vers. dignior vero, Beltram ad d. decis. 11. vers. & quod ex sola.*

Et propterea *Diuus Thomas, 2. 2. q. 63. art. 2. in*

114 *respons. ad tertium*, licèt † admittat, præeligendum esse idoneiorem, nihilominus ait, quantum ad hoc, vt electio impugnati nequeat in foro iudiciali, satis esse bonum eligere, nequè oportere eligere meliorem, quià sic omnis Electio posset habere calumniam: proindequè necessitatem eligendi meliorem, referendam esse ad conscientiam eligentis; quæ doctrina perpetuo in hac materia habenda est præ oculis; esti enim, vt suprà dictum est, tàm ex forma supradictæ Constitutionis, quā ex forma Concilij, teneatur Episcopus eligere magis idoneū, vt in *Tuden. Parochialis 28. Aprilis 1603. coram Sacrato, in Ripana Parochialis 1. Iunij 1609. coram Ortembergo, Beltram. ad d. Gregor. decis. 11. vers. secunda conclusio.* Ideoquè

115 detur † appellatio ab irrationabili electione, *Gregor. d. decis. 11. num. 1.*

Nihilominus, aduertendum est, hoc casu nequè Concilium, nequè Constitutionem Pij V. electionem de minus idoneo, annullare ipso iure, sed sim-

116 pliciter † magis idoneo succurrere per appellationis remedium, vt constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, grauamen retractetur; vt ità loquitur eadem cōstitutio: quo fit, vt interim electio mero iure teneat, quò est trahenda *d. Gregor. decis. 11. num. 6.* & donec appellans non obtineat

117 declarari contrarium, satis † dicatur fundatum ius prælecti, iuxta vulgatam *Aegidij decis. 163. & Seraph. decis. 73. num. 1. Rota decis. 520. num. 4. par. 1. diuers.* & in his terminis *Gonzal. ad regul. de mensib. gloss. 4. ex nu. 139. & firmarunt Domini in præcitata Nicien. Parochialis 19. Martij 1628. coram Rpd. Duran.*

118 Clausula vero † eadem, *constito de prioris eligentis irrationabili iudicio*, adiecta in *d. Constit. Pij V.* id operatur, vt irrationabilitas hæc, antea non iustificetur, quàm sic benè liquida, *l. Lucius cum ibi not. de cond. & demonst.* cum alijs in his terminis benè adductis per *Gregor. d. decis. 11. num. 2. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 52. num. 24.* idest per rem iudicatam, vt latè deducit Rota *d. decis. 537. num. 4. & 5. par. 1. recent.*

119 Hinc est, quòd † cùm appellatur ab ipso Ordinario iuxta formam dictæ Constitutionis, admittatur appellatio ad effectum deuolutiuum tantū, secùs verò ad effectum suspensiuum, vt disponit ipsa Cōstitutio, vbi verò in gradu appellationis Metropolitanus reuocat sententiam Ordinarij, ab eius sententia detur appellatio ad vtrunquè effectum, nèc censeatur Constitutio voluisse tollère appellationem suspensiuam, cùm nequè id expresserit, nequè subsit eadem ratio, vt latè explicat *Rota dicta decis. 537. num. 2. & 3. Beltram. ad Gregor. decis. 538. num. 7. & 8.*

120 Multoquè minus † suspenderetur appellatio, ex prouocatione ab ipsis examinatoribus, ex eodem decreto Concilij, ibi, *nec prædictorum examinatorum relationem, quominus executionem habeat, vlla deuolutio, aut appellatio, etiam ad Sedem Apostolicam, & c. interposita, impediat, aut suspendat*; quidquid enim seruetur in Beneficijs non curatis, in quibus tamen examen est necessarium ex dispositione Concilij *sess. 7. cap. 13.* quo decernitur, nullum præsentarum, electumuè, aut nominatum præterquàm si ab Vniuersitatibus, seù Collegijs generalium studiorum, posse tueri appellationis remedio, quominùs examen subire teneatur (in cuius specie non videtur sublata facultas appellandi, nisi ad hunc effectum nè euitetur examen, non autem, vt non prouocetur ab ipsa relatione super examine, vt aduertit *Rota dec 10. sub nu 2. vers. & sic sibi tollitur par. 2. diuer.*) attamen in Curatis intrat decretum illud, etiam quod Beneficia sint de iurepatronatus: hùc enim respicit aliud decretum *sess. 25. cap. 9 in §. ad hac in illis verbis, iuxta aliàs Statuta ab hac sancta Synodo examinentur*, quæ sunt relatiua ad decretum istud *sess 24. cap. 18.* prout benè declarat *Rota d. decis. 10. num. 2.* vndè & quod decernitur in *d. cap. 13.* & quod Rota sentit, permitti appellationem ab examine, referendum omnino venit ad Beneficia simplicia, vt post *Gonzal. ad regul. de mensi.* in annotationibus super nullitatibus *n. 133. & Garz. in supracitat. cap. 2. ex num. 242. notauit Beltram. ad Gregor. decis. 515. nu. 4.* qui loquitur de Beneficijs patrimonialibus diœcesis Calaguritanæ, in quibus terminis loquitur illa ipsa *decis. 515.*

121 Quippè † in prouidendis Beneficijs huiusmodi, post multas controuersias inter Clerum, & Episcopum, hodiè reperitur præscripta certa forma, per Clementem Octauū *sub dat. 8. Aprilis 1596.* tàm respectu Parochialium, quàm simplicium, & secundum eam formam, tenentur examinatores absoluto

absoluto examine, omnes oppositores idoneos repertos respectu scientiæ ad curam animarum, referre, quotquot fuerint, licèt ætas legitima in eis desit; & si nullus ad curam idoneus existat, tenentur referre; quotquot repererint idoneos ad Beneficium simplex: quo fit, vt cum istud examen præcipuè fiat super literatura, teneantur exa-
122 minatores,† relationem facere in scriptis, cum interrogationibus,& respõsionibus, vt ita ex eius lectura possit liquere de grauamine, aut illud excludi, aliàs redderetur appellatio iniustificabilis, vt aduertit Rota apud *Gregor. d. decis. 538. nu. 3.*

123 Atquè in his quidem Beneficijs† patrimonialibus diœcesis Calaguritanæ, aut alterius, cui simile indultũ est cõcessum, vbicũquè iudicialitèr proceditur, admittitur appellatio à relatione examinatorũ, vt in *Calaguritana de Ollauari, 28. Ian. 1604. coram Penia, in Calaguritana de Haro 8. Iun. 1607. coram Lancellotto, in Calaguritana de Iurre 15. Febr. 1610. coram Ortembergo, in Calaguritana de Monilla, 15. Iunij 1612. coram Pamphilio, Gregor. decis. 515. num. 1. & 2. & ibi notat Beltram. num. 4.*

124 Præterquàm si † agatur de prouisione Parochialis, vbi est locus decreto Concilij, *Rot. d. decis. 10. num. 2. par. 2. & post Gonzal. loco superius allegato super annotationibus, num. 133. & Garz. d. cap. 2. num. 241. notauit Beltram. ad d. Gregor. decis. 515. num. 4.*

125 Quod plurimum † est attendendum, pro euitãdo, vel incurrendo scopulo attentatorum; quippè si non agatur de Parochiali, veniatquè ideo admittenda appellatio, vt dictũ est, non est dubium, prouisionem, cum omnibus indè secutis, esse attentatam, etiamsi de facto non fuerit appellatum, si intra decendium processum fuerit, *iuxta regul. cap. non solùm, de appellat. in 6.* & refertur in præcita-
126 tis decisionibus; si verò † agatur de Parochiali, secùs, quia cum tunc appellatio non suspendat potestatem Ordinarij, neque aliquid operetur, præter nudam deuolutionem, *iuxta d. Constit. Pij V.* vt superiùs etiam firmauimus, non possunt intrare attentata, hæc enim est vis prohibitæ appellationis, vt notant omnes in *cap. Pastoralis, §. Præterea, vbi in specie Abb. num. 2. & Imol. num. 3. de Off. delegat.* cum alijs, quos in his terminis secuta est *Rota in vna Pampilonen. Parochialis de Leyza, 30. Ian. 1626. coram Buratto.*

127 Quod obtinet, † etiamsi Ecclesia Parochialis, sit ad præsentationem laicorum; quamuis enim in his, non sit necessarius concursus, vt infrà dicetur, nihilominus, neque in his prouidendis, admittitur appellatio, intràtquè rationes prohibitæ appellationis per supradictam Constitutionem, vt *in Barchinonen. Parochialis 29. Nouemb. 1613. & in præallegata Pampilonen. Parochialis de Leyza, coram Buratto.*

Et propterea, licet in supradicto breui Clemẽtis Octaui decernatur, examinatores referre de-
128 bere, quotquot † repererint idoneos ad Beneficia curata, & quotquot repererint idoneos ad simplicia, nihilominus id intelligitur, cùm agitur de prouisione alicuius beneficij simplicis, secùs verò, si de curato: si enim extet aliquis idoneus ad curam animarum, tunc non est necesse quòd referant super idoneitate aliorum ad simplicia, quod tàm ex verbis, dicti Breuis, quàm ex illius ratione benè deducit *Rota decis. 505. num. 1. & 2. in recen. par. 2.*

Ex eodem decreto, educitur nona, & particularis circumstantia formæ seruandæ in huiusmodi concursu, quandò Parochialis est de iurepatrona-
129 tus; enimuerò, si sit † Laicorum, satis constat, non esse necessarium concursum, neque examen hic præscriptum, sed sufficere præsentatum à Patrono examinari, iuxta decretum Concilij in *præalleg. sess. 7. cap. 13.* ad quod relationem habet decretũ aliud *sess. 25. cap. 9. de reformat.* vt superiùs notauimus sub *num. 120.* nam id ex mente Sacræ Cõgregationis constat pluriès ita fuisse resolutum, *Gonzal. ad Regul. de mens. glos. 6. num. 134. Garz. d. cap. 2. num. 255.*

130 Dummodò † tamen non detur concursus plurium æqualitèr præsentatorum, tunc enim quia resurgit ratio prouidẽdi magis idoneo, debet obseruari forma dicti decreti, vt per examinatores synodales examinentur, *Garz. loco proximè allegato num. 156. Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 52. num. et. Gregor. decis. 494 num. 2.*

Proindequè, cessaret hæc eadem ratio, quando essent plures, sed inæqualitèr præsentati, adeò vt tota vis consistat in hac æqualitate, *Garz. eod. c. 2. nu. 257. & fuit ponderatum in Pampilonen. Parochialis 27. Ian. 1614. coram Reuerendiss. D. Coccino, cuius meminit Beltram. ad d. Gregor. decis. 494. sub nu. 3. vers. verum hoc habet locum.*

131 Examen autem, cùm fit de † vno tantum præsentato, vtiquè debet fieri ab eisdem Examinatoribus in Synodo deputatis, etiamsi Patronatus laicorum sit, vt disponitur in eodem decreto. *in §. quod si Iuspatronatus*, prout etiam declarauit eadem S. Congregatio, *Gonzal. d. gloss. 6. nu. 134. & fuit decisum in vna Hipporegien. plebaniæ 25. Iun. 1610. coram Reuerendiss. D. Attrebaten.*

132 Si verò iuspatronatus † Ecclesiasticum sit, ac institutio ad Episcopum, & non ad alium pertineat, is quem Patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, Episcopo præsentare tenetur, vt ab eo instituatur; sunt fermè verba Concilij: Vndè si non ad inferiorem, sed ad Papam pertineret prouisio, propter reseruationẽ, itaut ad eum foret dirigendus concursus, Episcopus nullam habet rationem Patronorum, vt pluriès Sacram Congregationem respondisse notauit *Garz. d. cap. 2. ex nu. 273.* Si verò per Episcopum sit facienda institutio, admittetur quidem Patronus ad præsentandum, seù nominandum, sed nihilominus Episcopus poterit alios nominare examinatoribus, & ex his omnibus, si plures approbentur, præeligere quem magis idoneum existimauerit, virtute eiusdem decreti, in illis verbis superiùs relatis, *porrò Episcopus, & qui iuspatronatus, &c.* & constat ex frequentibus Responsis eiusdem Sacræ Congregationis, relatis per *Garz. d. cap. 2. ex num. 261.*

133 Et hæc eadem forma † seruanda est, si Patronatus sit

tus sit mixtus, vel cōpetat ex priuilegio, *Gonzal.*
ead. gloss. 6. n. 135. & 137. & si mixtum sit, quam-
uis præponderet portio laicalis, *Garz. loco proxi-*
mè alleg. n. 278. Beltram. ad d. Greg. dec. 494. n. 6.
134 Atquè his omnibus casibus, nō † satisfieret for-
mæ huius decreti, si prætextu cuiuscūque perspe-
ctæ cognitionis Episcopi de persona præsentati,
omitteretur examen huiusmodi, vt fuit decisum
in *Regien. Prioratus 26. Iun. 1587. coram Cardi-*
nali Pamphilio, in Aurien. Parochialis 22. Apri-
lis 1611. coram Penia, Garz. de benef. par. 4. c. 1.
num. 27. refert, & sequitur Beltram. ad Gregor.
decis. 34. num. 6.
135 Quamuis † autem, in æstimanda ea maiori ido-
neitate, Cōcilium, quicquid est, totum deferat ar-
bitrio Episcopi, ipse tamen debet illud nō ex pro-
prio affectu, sed iudicio rationis, constringere, nè
etiam reuocetur sua præelectio, tanquam irratio-
nabilis, ex concursu plurium qualitatum confide-
rabilium in vna persona, quàm in alia: quarum
aliquæ sunt naturales, veluti ætas, legitimitas, &
cætera huiusmodi: aliæ autem sunt accidentariæ,
quæ (cæteris paribus) simpliciter inclinant ad præ-
lationem, cuiusmodi est carentia omni alio be-
neficio, *Seraph. decis. 767. num. 1. & 2.* ex qui-
bus tamen infertur ad idoneitatem, quamuis non
necessariò; cuiusmodi est Doctoratus; vtcunquè
136 enim † ex eo possit inferri ad hanc idoneitatem,
& in concursu debeat huius gradus haberi ratio,
vt in *Ciuitatis Castelli Parochialis 16. Iun. 1589.*
coram Orano, Gregor. decis. 11. nu. 4. cum addu-
ctis ibi per Beltram.
137 Attamen satis constat, † qualitatem hanc, solā
literarurum respicere; nequè ex se ipsa, satis etiam
vrgere, cum nèc omnis Doctor sit doctus, nec ex
quacunquè literatura illico inferatur ad idoneita-
tem in Regimine Parochialis Ecclesiæ, quæ ma-
gis pendet ex prudentia, viraquè, ac moribus;
proindequè hanc solam qualitatem, pro redar-
guendo iudicio Ordinarij Rota sæpissimè spreuit,
vt in *recen. decis. 537. sub num. 14. par. 1. & in*
Faustina Parochialis, 28. Iun. 1613. coram Rpd.
Pirouano, in qua etiam nulla fuit habita ratio
nobilitatis, & exercitij in iudicando.
138 Aliæ autem sunt qualitates, quæ † tendunt ad
concludendam prudentiam, vitæquè sanctitatem,
ac morum honestatē: & eæ singulæ sunt obseruan-
dæ, cuiusmodi est longum seruitium præstitum
in Ecclesia, aut in ipsa administratione curæ, quod
fuit ponderatum in *Ripana Parochialis 23. Iun.*
1608. coram Reuerendiss. D. Pamphilio, aut in
his, quæ valde proxima sunt, veluti exercuisse
officium Pœnitentiarij, aut exactoris pro Syno-
do, *Gregor. d. decis. 11. num. 4. & fuit animaduer-*
sum in præcitatis Fauentina, & Ripana.
139 Sed, † & eæ qualitates, quamuis arguant suffi-
cientiam in persona, adhuc tamen nō sufficiunt ad
conuincendum de irrationabilitate iudicium Epi-
scopi, *Gregor. d. decis. 11. nu. 7.* nisi præter earum
defectum in persona præelecta, hoc etiam in ea
concurrat, quod non sit prædita bonis moribus,
vt, me scribente, decisum fuit in præcitatis *Ri-*
pana, & Fauentina.

140 Etenim morum † grauitas, in promouendis ad
beneficia tanti fit per Sacros Canones, vt ea vbi-
què præferatur generis, vel loci nobilitati, vt scri-
ptum est in *canon. nos qui præsumus, 40. distinct.*
& tradunt post alios, *Dec. in cap. cum in cunctis,*
in princip. num. 5. de elect. & Rebuff. ad l. pro-
nunciatum 46. § matremfamilias. vers. vtilitates,
de verb. signif.
141 Nequè enim † facultates, nequè dignitas ita
sufficiens est ad fidem, vt bona electio, & beni-
gni mores, inquit *text. in l. scire oportet, §. cum*
142 *reliquis, ff. de tutor. datis ab his*, præferturq; † ideò
literaturæ, *Dec. vbi suprà, num. 9.* non quia in pro-
143 mouendo, quantumcunquè † benè morigerato,
ea non sit necessaria, vt optimè declarat *Aegid.*
in canon ex multis num. 1. 1. quæst. 3. Sed quia
144 illa † vsquè adeò non attenditur, vt in prælatione,
maior ratio bonorum morum, haberi nō debeat,
dùm tamen literatura suam mensuram obtineat,
quod pluriès fuit resolutum, præcipuè in vna *Be-*
neuentana Parochialis 13. May 1590. coram
Orano.
Ex diuerso verò, iidem Canones vsquè adeò
145 exosos † habent incomptos mores in promouēdo,
vt eum etiam repellant cuius sit grauara opinio
ex sola denūciatione, vel inquisitione, vt est textus
in *canon. tantis Daniel, 81. distinct. & in cap. Om-*
nipotens, vbi optima gloss. in verb. denunciantur
de accusat. Abb. in d. cap. eum in cunctis, in princ.
sub nu. 4. ad fin. vers. concurrens fama, de electio.
146 Imò si ex sola, & simplici fama † seu diffamatio-
147 ne, *Calder. de probat. cons. 9.* Posset † enim de faci-
li indè oriri aliquod scandalum inter Parochianos,
vt fuit consideratum in præfata *Fauentina Paro-*
chialis.
148 Et quod amplius est, † repellunt illum quoquè
qui ex defectu probationum absolutus esset à cri-
mine sibi impicto (vt fieri solet) ex eatenus dedu-
ctis, quià cū superuenientibus nouis indicijs, pos-
sit sub hac forma absolutus, iterùm vexari, iuxta
distinctionem, de qua per *Clarum in §. finali*
149 *q. 57. & Bos. de sent. nu. 77.* ideoquè † semper re-
maneant vestigia prioris iudicij; dicitur hoc etiā
casu militare ea ratio repulsæ, de qua in textu, &
glossa d. cap. Omnipotens, quod fuit etiam benè
consideratum in vna *Sabinen. Concursus 6. Apri-*
lis 1609. coram Cardinali Sacrato.
150 Quin, in articulo isto prælationis † in concursu
ad Parochialem, crederem vix prodesse sententiā
absolutoriam, etiam tanquam de innocēte: rema-
net enim semper macula quædam in absoluto, vn-
dè si alius concurrat qui similem maculam, aut
aliam non patiatur, debet ille alter præferri, ex
traditis per *Lambert. de Iurepatron. lib. 2. par. 3.*
quæst. 6. artic. 1. sub num. 4. vers. aduertat maxi-
mè, & firmauit Rota in eadem Sabinen. con-
cursus.
151 Quod semper † intelligerem, nisi constaret, &
per sententiam liqueret, eum per calumniam de-
latum, vel accusatum fuisse, vt post *Goffred. ani-*
maduertit Marian. Socin. in d. cap. Omnipotens
sub num. 3. vers. nisi secundum Goffred. & nu. 5.
152 *vers. Damasus dicit.* Extra † autem dubitationem
hanc

hanc ille est casus, quando accusatus, denunciatus, inquisitusuè, composuit se cum fisco, vt respondit Rota in causa *Ripana Parochialis 23. Iun. 1608.* superiùs allegata. Quamuis enim exindè non videatur resultare cõfessio delicti, nisi versemur in delicto, super quo prohibita sit transactio, vt post alios latè deducit *Farinac. de inquisitione quæst. 5. ex num. 18.* nihilominus semper remanet læsa hominis fama, cùm ea pecunia succedat loco pœnæ, *l. Senatus §. si quis declarat, cum seqq. de iure Fisci, cum alijs adductis per Farinac. ead. quæst. 5. num. 4.*

Et ex his patet, quid dicendum, si concurrant
153 criminosus † pœnitens, correctusque, & non criminosus. Quamuis enim *Gloss. per eum text. in canon. fidelior, in verb. gratiam, 50. distinct.* præferendum esse criminosum correctum censuerit, tùm quia magis sciet compati alijs, tùm quià infirmus fortior resurget, nihilominus ab ea ibi dissentit Aegidius, dicens, hæc casualia esse, regulariter verò magis præsumi pro illo, qui nunquam peccauit, tùm propter præsumptionem, quæ facit contra naturam ipsius, iam per peccatum corruptam, vt in *cap. semel malus, de Regul. iur. in 6.* tùm propter honorem Ecclesiæ conseruandum, & scandalum euitandum, vt nil mirum, si criminosi aliqui, post peractam pœnitentiam, à promotione repelluntur, quod ibi intellexit Archidiaconus, de pœnitẽtia solemni, vel publica. Et sanè rectè censuit *Aegid. contra gloss.* quæ mota fuit ab exemplo prælectionis factæ de Petro Apostolorum Principe, quod habuit singularem rationem,
154 videlicèt, radicatã in iudicio † eius, qui non potuit errare, & in cessatione omnis scãdali, propter claritatem vitæ, & miraculorum, vt latiùs declarat *Abb. in c. dudum, 53. sub n. 24. ad fi. vers. etsi dice-*
155 *ret, de elect.* neque peccator † post pœnitentiam resurgit in maiori, vel æquali vieture, nisi id contingat his qui secundum propositum vocati sunt Sancti, idest prædestinatis, quemadmodum declarat Beatus *Thomas in 3. parte quæst. 89. art. 2. in responsione ad primum.*

Cæterum, siuè agatur de Parochialibus, siuè de quibusuis alijs Beneficijs, in quibus prouidendis necessarius sit concursus, & approbatio examinatorum, iuxtà decreta superiùs relata, & contingat appellari ab examinatoribus, quid grauauerint appellantem respectu literaturæ, alitèr non potest doceri de grauamine, quàm per nouum examen, *cap. si fortè 11. vbi Gloss. in verb. scientia, & Anchar. num. 2. de elect. in 6. clem. vnica, vbi etiam Gloss. in verb. reputamus, & ibi quoquè idem Anchar. num. 1. de concess. præben. Rota decis. 18. de probat. in nou. & in recent. par. 4. decis. 625. nu. 2. Gregor. decis. 527. & ibi Beltram. nu. 2. & decis. 538. num. 2.*

Ad quod quidem examen, debet illico deueniri, saltim intra annum, aliàs grauamen remanet iniustificabile, vt in *Calagurritana Beneficij de Ceruera, 8. Feb. 1591. coram Penia,* quam secuta fuit *Rot. pracitata decis. 505. num. 4. par. 2. in recen.* vbi subijcitur ratio, quià ex doctrina, & literatura de præsenti, tanquam habitu acquisito, non autem innato, non infertur ad eandem literaturam de prætetito, vt docet *Bald. in l. ex persona, sub num. 2. vers. sed in materia contingenti, C. de probat. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 24. nu. 51. & 52.*

Præterquàm, si liqueret, prouocantem, etiam vltra annum fuisse ità occupatum alijs negotijs, vt non potuerit studijs literarum incumbere, veluti de prouocante ad nouum examen, post lapsum quindecim mensium, intra quem ostendebantur occupationes, & curæ huiusmodi, censuit *Rot. apud Gregor. in pracitata decis. 538. num. 4.*

Et vbi agitur de prouisione Parochialis, si proponatur iam derectum esse grauamen per nouum examen habitum in partibus; adhùc ob grauitatem materiæ, nimirum quæ animarum curam cõcernit, Rota, ex abundanti, adhuc inquirit de sufficientia, nèc, si is præsens sit in curia, alitèr canonizat ius prouocantis, quàm si de nouo examinetur, & (simplicitèr tamen) approbetur tanquam idoneus per examinatores Vrbis, vt seruatum fuit in *Pampilonen. Parochialis, siuè Beneficij 21. Iun. 1627. coram Rpd. Duran.*

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio personalis, qua dicatur.*
2 *Eadem, omni alia (excepta clausa in corpore iuris) dignior est.*
3 *Eadem, ex quibus constituatur.*
4 *Familiaritas quid.*
5 *Officium, quid significet.*
6 *Officij, lata significatio.*
7 *Coquus, dicitur habere officium.*
8 *Familiaritas, ex quibus constituatur.*
9 *Familiaritas non inducitur per fraudem, vel fictionem.*
10 *Familiaritas, exigit commensalitatem continuam, saltim per quatuor menses.*
11 *Commensalitas simplex sine officio, non attenditur, pro constituenda familiaritate.*
12 *Familiares, veri, & proprij, qui dicantur.*
13 *Mercedis loco, succedit victus.*
14 *Familiaritas, non causatur ex suppeditatione alimentorum alia de causa, quàm obsequy, & ministerij, erga personam.*
15 *Familiaritas, ex mente, & dente.*
16 *Familiares ex priuilegio, non comprehenduntur sub Regulis Cancellaria de familiaribus loquentibus.*
17 *Quemadmodum, nèc sub alijs dispositionibus.*
18 *Familiaris, qui non exercuit personam suam in familiaritate, circumscripto stylo Curia, non subijcitur reseruationibus.*
19 *Familiaritas ex priuilegio, non tribuit ius expediendi gratis.*
20 *Familiaritas ad effectum expediendi gratis, probatur per attestationem Cardinalis, si hoc non controuertant expeditores.*
21 *Secus verò ad effectum iustificationis narratiua.*
22 *Familiaritas, ex nudo priuilegio Papa, absolutè contrahitur.*

23 Con-

ad ipsos pertineat collatio beneficiorum familiarium Cardinalium.

94 Regula 33. Cancellariæ, in quo suffragetur Cardinalibus ordinarijs Collatoribus.

95 Indulta Cardinalium, hodie non alitèr expediūtur, quàm sub modificatione, ea præcipuè, nè comprehendant beneficia familiarium.

96 Constitutiones Gregor. XIV. & Pauli V. super moderatione indultorum Cardinalium, sunt perpetuæ.

97 Constitutionis Apostolicæ perpetuitas, vndè arguatur.

98 Leges abrogatæ, cur aliquandò inserantur cum non abrogatis.

99 Constitutio reuocata, non resumit spiritum, quia remāserit in volumine aliarum constitutionū.

100 Regula 4. Cancellariæ, an procedat, vbi idem Cardinalis, est Patronus familiaris defuncti, simulquè ordinarius collator beneficij.

101 Reseruationes, sunt odiosæ.

102 Et propterea in eis fit stricta interpretatio.

103 Casus mixtus, nusquàm comprehenditur sub simplici.

104 Quod procedit indistinctè in materia odiosa.

105 Ordinaria collatio, plurimùm est fauorabilis.

106 Cardinalitia dignitas, considerabilis circa facultatem conferendi.

107 Duplex vinculum, siuè duplex funiculus magis stringit.

108 Constitutio Apostolica, ex quibus iudicetur perpetua, vel temporaria.

109 Papa, non ligatur Constitutionibus suorum prædecessorum.

110 Mistura duplex.

111 Qualitates ortæ ex diuersis principijs, excludunt contradictionem.

112 Qualitates diuersæ, vbi concurrunt in eadem persona, persona illa plures personas repræsentat.

113 Mistura separabilium, non constituit casum diuersum à simplici.

114 Qualitas non conferens ad actum, iuris dispositionem non immutat.

115 Vinculorum plurium concursus, non attenditur, nisi, vbi vnumquodquè de per se est efficax.

116 Princeps, non censetur tollere legem præscriptam à suo prædecessore, nisi id exprimat, aut ei deroget.

117 Familiaris Cardinalis, vita functo patrono, si transeat ad familiaritatem alterius Cardinalis, est locus Regulæ de præstando consensu, ad fauorem Cardinalis.

118 Et quæ sit ratio.

119 Affectio resultans ex Regula 4. circa beneficia familiarium, quorsum tendat.

120 Familiari recedente à familiaritate vnius, ad familiaritatem alterius Cardinalis, & eo vita functo in familiaritate secundi, Regula 32. fauet priori Cardinali.

121 Secùs verò si familiaris Papæ, Papa mortuo, transeat ad familiaritatem Cardinalis.

122 Familiaritas Papæ, extinguitur cum illius obitu, sed non extinguitur affectio indè semel contracta.

123 Indultum concessum Cardinali, de conferendo Beneficia reseruata, præterquàm ex causa familiaritatis ipsius Papæ indulgentis, an capiat Beneficia vacantia post dissolutam societatem morte Pontificis indulgentis.

124 Causa cessante, nō cessat effectus iàm consumatus.

125 Declaratoria constitutio, non inducit ius nouum, sed declarat, quod prius erat.

126 Commensalitas, debet esse iuncta familiaritati, ad effectum Regulæ 32.

127 Vicarius, vel Auditor generalis, non potest dici familiaris,

128 Est tamen adhuc locus Regulæ 32. si familiaritati priùs contracta, officium huiusmodi foret superinductum.

129 Familiaritas, ad effectum reseruationis, plenè probanda.

130 Familiaritas, negatiuè probatur per librum, siuè Rotulum, in quo familiares describuntur.

131 Ita tamen, vt hinc non excludatur facultas probandi affirmatiuam per testes.

132 Nisi tamen liquidò constaret de vsu Cardinalis, in nō habendo pro familiaribus nisi descriptos.

133 Familiaritas Cardinalis, affirmatiuè non probatur per Rotulum.

134 Et quæ sit ratio.

135 Familiaritas, etiam ad effectum reseruationis, probatur per Rotulum Cardinalis, modò concurrant adminicula.

136 Familiaritas, probatur ex testamento Cardinalis, in quo aliquid legauit tali, tanquàm familiari suo.

137 Familiaritas Cardinalis, non probatur ex eius literis patentibus.

138 Verba non sufficiunt, vbi facto opus est.

139 Familiaritas vera, inducitur ex decreto Papæ, etiamsi procedat fingendo.

140 Familiaritas, probatur per testes.

141 Et qualitèr.

142 Familiaritas, vix potest probari, ad effectum constituendi reseruationem notoriam.

143 Familiaritate probata de aliquo tempore, præsumitur continuata, nisi probetur intereisa.

144 Familiaritas, vtrùm dissoluatur ex simplici recessu familiaris.

145 Continuè, vocis significatio.

146 Societas, alterutrius renunciatione dissoluitur.

147 Familiaritas, alterutrius renunciatione soluitur.

148 Societas, alterutrius renunciatione soluitur in præiudicium renunciantis.

149 Societas debet renunciari præsenti.

150 Familiaritatis effectus, durat respectu recedentis sine mandato, vel licentia.

151 Quod tamen declaratur vt hic.

152 Familiaritate dissoluta, si obtineantur beneficia, non remanent affecta, vel reseruata.

153 Familiaritas soluitur per dimissionem, & illicò cessat omnis eius effectus.

154 Reseruatio personalis, ex administratione cum iurisdictione.

155 Collectorum beneficia, reseruantur, dummodò habeant iura Cameræ, secus verò si nudum exercitium.

QVAESTIO XXXII.

Qualitèr inducta sit reseruatio ratione personae, quaequè sit eius ratio.



VIDENDVM est nunc de reseruatione inducta ratione personae simplicitèr, idest principalitèr in-
1 tuitu † personae; ad differentiam inductae ratione loci, de qua iàm dictum est; & ratione rei, cuiusmodi est primarum dignitatum, de qua post dicetur: quamuis enim & eae adhaerceant personae, in ipsa tamen reseruatione principalitèr consideratur locus, vel res, secundariò autem persona, quemadmodùm explicat *Gomes. ad Reg. de impetran. per ob. famil. quaestio. 15. vers. secundò circa intellectum*:
2 Quapropter haec † personalis reseruatio, omni alia (excepta reseruatione clausa in corpore iuris, *ex cap. 2. de praeben. in sexto.*) reputatur dignior, vt ibidem subdit *Gomes. vers. & inter istas duas*: & fauorabilior, vt ait *Achill. decis. 372. num. 2.*

3 Caeterùm, † vt quicquid est circa hanc personalem reseruationem, ad aliquam traducamus methodum, supponimus, triplicem esse qualitatẽ personae contingentem, ex qua ea inducta est, cuius tamen vnica est ratio, vt inferiùs patebit; familiaritatem scilicet, aut ipsius Papae, aut alicuius ex S. R. E. Cardinalibus, pro qua factae sunt tres Regulae Cancellariae, videlicet quarta, quae olim erat tertia in *vers. ac quacunque beneficia, & 32. cũ seq.* Administrationem cum Iurisdictione, pro qua facta est Regula quinta de Collectore, & Subcollectore vnico; & deniquè Officium simplex, idest vacuum à familiaritate, & Iurisdictione, pro qua facta est Regula septima de Cubicularijs, & Cursoribus, de quibus singulis breuitèr est agendum.

4 Familiaritatem eam dicimus † quae ex officio, & in ipsius officij retributionem, reciproca commensalitate constat; Officium verò latè hic su-
5 mimus † pro certo obsequio domestico ergà personam ipsius Domini, etiamsi versetur in coquendo cibos, *l. In lege Censoria, 203. §. vlt. ad fin. ff.*
6 *de verb. signif.* Officij † enim lata haec significatio, omne ministerium complectitur, *l. Legatis 63. §. ex officio, vbi Gloss. c. de legat. 3.* nèc ideo minus
7 ministeriũ † Coqui, officium rectè dicitur, *Clem. 2. in princip. vers. Pro equitaturis, de censib. Dec. in rub. n. 6. ff. de offic. eius cui mand. est Iurisdict.* quod vti se habeat, latiùs explicauimus hoc libro *quaest. 5. ex num. 49.*
8 Quapropter, ad hunc ipsum effectum, † exigitur certa deputatio ipsius Domini, & electio personae ad tale ministerium, & officium ex animi sententia facta, vt probat *text. in d. l. In lege Censoria*
9 *ibi, praepositi, destinatiquè essent*, & sine † aliqua fraude, vel fictione, vt inquit Bonifacius Octauus
10 *in cap. fin. de verb. signif.* cui, vt dixi, † reciproca

circon-

ſit commenſalitas,& quidem continua , vt ibi di-
citur,ſaltē per quatuor menſes vt per Doctores in
eo.cap.fin.cenſuitquè Rota diuerſo.dec.378.lib.3.
par.3.& apud Verall.decis.10.nu.2. par.2.quod
hodie etiam expreſsè eſt cautum per Reg.32. de
impetr.per ob.famil. ad fin. verſ.necnon illos .
11 Adeò , vt † non attendatur commenſalitas ha-
bita alio reſpectu, quàm certi huiuſmodi ſeruitij,
ſeù miniſterij erga perſonam Domini , Simonetta
de reſeruat.quaſt.35. num.6.
12 Hæc enim tandèm eſt vera † & propria com-
menſalitas , & qui recepti ſunt ad talia miniſteria
obſequialia,mediantibus expēſis cibarijs,verè, &
propriè ſunt familiares, vt eſt text.in l.vlt. §.fin.
verſ.Et hac quidem,C. de his qui ad Eccleſ. con-
13 fug.etiam † ſi ſalarium, ſeù mercedem in pecunia
non recipiant ; cùm victus ſuccedat loco merce-
dis,Geminian.in cap.vlt.ſub nu. 8. verſ. vndè hic
ſumitur,de verb. ſignif.in 6.
14 Si verò † alia ex cauſa ſibi alimenta ſuppedita-
rentur,quàm obſequij,& miniſterij huiuſmodi,nō
concluderetur ad familiaritatem, quantumcūquè
eſſet in cauſa officium aliquod ſeparatum à mini-
ſterio extra cultum perſonæ ipſius Domini , Go-
meſ.ad d.Reg.de impetr. per obitum familiarium
Card.q.13.col.pen.
15 Quocircà † rectè noſtri Familiaritatem ex duo-
bus conſtituerunt , videlicet ex mente (vtità vul-
gò loquuntur) & dente,ſiuè ex dente, & corpore,
vt air Pariſ.de reſign. lib.10. q.3.n.22.hæc enim
eſt commenſalitas,de qua in d. cap.vlt, Rota de-
ciſ.43.num.4.par.1.in recent.
16 Hincquè † à diſpoſitione loquēte de familiari-
bus,excluduntur nedùm qui non ſunt tales ſecun-
dum prædicta requiſita, verùm etiam qui ſunt fa-
miliares ex priuilegio , vt ex prædictis infert Go-
meſ.vbi ſuprà,ſequitur Menoch.de arbit.iud.caſ.
17 201.n.126.Quod regularitèr † eſſe verum in omni
materia,conſtat ex allegatis per eundem caſ.552.
nu.8. ſunt enim tales familiares ficti , quibus Pa-
pa non conſueuit ità profusè fauere , prout fauet
18 veris:adeo vt † nèc ad iſtum effectum ſufficiat ali-
quem acceptaſſe familiaritatem,ſub deſtinatione
perſonæ ad certum officium , ſi illud etiam non
exercuerit , circumſcripto tamen ſtylo Curiæ ,
Fely. in cap. in noſtra ſub num. 20. verſ. idem ſi
acceptauit, de reſcript. Caſſad.dec.vn. ſub num.4.
verſ. ſi verò detur de verb. ſignif.
19 Vndè † contra priuilegiatos iſtos familiares,
iàm dudùm promulgata fuit Leonis X. Conſtitu-
tio in eius Bullario 17. per quam ſub pœna ex-
communicationis , illis interdicitur talis nuncu-
patio pro obtinenda expeditione gratis , cuius
Conſtitutionis meminit Rota deciſ. 172. & 176.
par.3. lib.2, diuerſ.
20 Et quamuis , ad effectum † expediendi gratis,
ſtetur in hoc,ſimplici atteſtationi Cardinalis,cùm
ſatis ſit,Expeditores non eſſe fraudatos, qui con-
tentati fuerunt atteſtatione huiuſmodi , l. quari-
tur, §.ſi nominatim, ff. de adilit.edict. & cenſuit
Rota apud Achil. deciſ.e68.num.e.nihilominùs,
21 vbi agitur † de verificatione narratiuæ, ad effectū
executionis gratiæ,aut aliquid cōſequendi, quod
non pertineat ad intereſſe expeditorum,ſi de hoc
opponatur , non ſufficiet talis atteſtatio, Gomeſ.
ad d.regul.de impetrantibus per ob.fami.Cardin.
quaſt.13.verſ. tamen eſt aduertendum, ad finem,
& bene declarant Achil.ead. deciſ. 168. num. 2.
Mohedan.de reſcript.deciſ.2.num.1.& per tot.&
Rota ead.deciſ.176. num.3. & deciſ. 179. lib.3.
par. 3. diuerſ.
22 Præmiſſa verò, circa † probationem familiari-
tatis ex nudo priuilegio , referenda veniunt ad
priuilegium Cardinalis, nō autem ad priuilegium
Apoſtolicum, vt optimè aduertit Simonetta de
reſeruat.q.35.n.25. in quo nimirum, amplius de-
cerneretur , talem haberi pro vero familiari in
omnibus,& per omnia, nulloquè habito diſcrimi-
23 ne, etiam ſi præmiſſa deficiant, prout † ad effectū
reſeruationis declarauit Paulus III. reſpectu Refe-
rendariorum,& aliorum, qui ſolùm panem hono-
ris habent ex Palatio ; nec non eorum , qui nihil
penitus habent, ſed tantùm emolumenta ſuorum
officiorum venalium percipiunt,ideſt Secretario-
rum Apoſtolicorum , literarum Apoſtolicarum
Scriptorum, Cubiculariorum , Militum S. Petri,
Prothonotariorum non participantium , Scutife-
rorum,Subdiaconorum,Rotę Auditorum,& quā
plurium aliorum officialium huiuſmodi, vt ex di-
cta declaratoria ſub datum 22. Decembris 1534.
qua eſt tertia eius Pontificis in nouo Bullario, &
de qua aliquid ſuprà quaſtio.28. nu.45.& quaſt.
29. num. 2,
24 Tanta † enim eſt vis eius decreti reſpectu ipſius
familiaritatis Papę ità decernentis,vt afficiat eos
etiā qui eadem officia obtinētes,ſunt etiam fami-
liares Cardinalium,vt cōcludit Rota dec.104.n.1.
& per to.lib.1. par.3.diuerſ. Enimuerò licèt non
videatur admittenda fictio contra veritatem con-
ſtantem,nihilominùs reſpectu alicuius effectus re-
ſultantis à iure, ea præualet , vt in terminis huius
articuli ità ratiocinatur Rota apud Seraph. deciſ.
1251.num.16. & 17.idemquè cenſuit in Placen-
tina, & Corduben. Beneficiorum,10. Nouembris
1617.coram Reuerendiſſ. D.Coccino .
25 Quantum verò neceſſaria fuerit ea † Conſtitu-
tio Pauli Tertij , vt benè percipiatur ; Aduerten-
dum eſt , circumſcripto familiaritatis effectu re-
ſultante ex dicta Regula quarta , nullam vnquàm
iniectam fuiſſe reſeruationem beneficijs Officia-
lium Romanæ Curię,hac ipſa ratione, quòd eſſent
26 Officiales,ſed ea tantùm quia † quod eſſent Offi-
ciales,dicerentur veri Curiales, vt exponit Gloſſ.
in Can. 1. in verb. ex Curialibus , vbi Archi-
diac.num.3. can. deſignata ea. diſtinct. 51. Mili-
27 tant † namquè in ipſius Principis Scrinijs, l.1. &
2.C.de Proxim. Sacr.Scrin. lib.12. Nil mirum
28 ergò, ſi † veluti Curiales , & Curiæ annexi , ſub
tuitione ipſius Principis vſquè adeò recepti ſunt,
vt nèc Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſint
contra eos procedere,vt ſtatutum legimus in Ex-
trauag.cum Matthæus,de hæret.inter communes,
29 cuius † diſpoſitio ex ſuæ generalitatis vi, & etiam
ex proprietate ſignificationis,complectitur quoſ-
cunquè Officiales , ſiuè maiores, ſiuè minores, &
Maioribus ſuppoſitos,quales ſunt Notarij Pœni-
tentiarij

tentiarij maioris, qui non nisi sub eo, & eius auctoritate, ac nomine, ministerium suum absoluunt, vt concludit Rota apud *Bellam. decis. 655.* & huius exemptionis priuilegij meminit etiam, valdeque id notandum scribit *Rebuff. super Reg. 4. Cancell.*

Veluti ergo Curiales, quoad eos, duæ præcesserunt Constitutiones, vinculum reseruationis eorum beneficijs, tendentes potiùs, quàm inijcientes.
30 tes. Prior fuit † Ioannis 22. quæ incipit *Ex debito, de elect. inter commun. in qua sub §. huiusmodi, vers. Et hoc idem,* decreuit, dignitates, & Beneficia maiorum Officialium ibi expressorum, videlicet Vicecăcellarij, Camerarij Ecclesiæ, Notariorum, Auditoris Contradictarum, Correctorum, Scriptorum literarum, ac Pœnitentiariorũ suorum, necnon Abbreuiatorum Curiæ Romanæ, vbicunquè locorum contingeret dictos Officiales mori, intelligi mori in Curia, & apud Sedem, ex qua fictione cõsequebatur reseruatio inducta ratione loci, & fauore Curiæ, de qua in *c. 2. de praben. in 6.* Verùm ista prouisio minùs sufficiens fuit, non solum quià temporaria, & ad vitam Conditoris sui, vt alibi iam scripsimus, verum etiam quià erat restricta ad Officiales ibi expressos, nequè ad alios diffundebatur propter vocem
31 illam, *videlicet,* cuius vis est † restringere significationem præcedẽtis nominis, vel verbi generici, *Socin. Sen. cons. 32. num. 4 lib. 4.* & quamuis ali-
32 quandò † stet demonstratiuè exemplificandi gratia, nihilominus id intelligitur, vbi expositio includit totum id ipsum, quod exponitur, secùs verò si minùs, vt post alios declarat *Menoch. cons. 705. sub num. 12. vers. Est enim certum.*

Id ipsum autem, *minus,* satis deprehenditur ex
33 positione † alicuius speciei tantùm, vt hic, vbi terminus, *videlicet,* apponebatur quibusdam Officialibus maioribus, *Bero. cons. 72. sub num. 8. vers. Tamen quandoquè lib. 2.* Respectu enim aliorum Officialium, nonnisi cùm in Legationis Officio morerentur, hæc eadem dispositio locum habuit, vt in ea *Extrauagan. ex debito §. rursus huius nostra.*
34 Quin etiam † dubitatum fuit, an comprehenderet Abbreuiatores de Parco minori, in quo tamen Rota affirmatiuè respondit apud *Pute. in nouiter impress. decis. 234. & 257. lib. 1. notauitquè Granuc. ad Simonett. de reseruat. cap. 39. nu. 4.*

Altera fuit prouisio, ex Decreto Bonifacij VIII. relato in supradicto *cap. Prasenti. de praben. in 6.*
35 non quidem † explicitè aliquid disponens de beneficijs Officialium, sed implicitè sub generali appellatione Curialium, vt si qui Curialis, etiã Sede vacante, peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, seu alia quauis causa ad locum Curiæ vicinum, idest intra duas Dietas decedẽs, intelligatur decedere in ipsa Curia, nisi in tali loco domiciliũ habeat: decedens autem in Curia, subiaceat eidẽ Decreto, etiam si oriundus sit è loco, vbi est Curia, vel etiam si ibi habeat Domicilium continuũ, vt ibi expressè tradit *Glos. in verb. Originis,* adeò
36 vt † qualitas ista naturalis, originis videlicet, succumbat accidentali, Curialitatis nimirùm, quià Curialitas qualificet ipsam originem, vt ibi aduertit *Io. Monach. sub nu. 1. vers. Sed contra, ad fin. & ibi quoquè Arcbid. sub num. 3. in verb. moraretur, Io. Andr. sub num. 1. super eod. verbo,* eandemquè originem confundat, vt benè ibidem aduertit *Butr. sub num. 3. vers. Aut causa naturalis.*

Verùm admodùm hæc debilis fuerat prouisio,
37 nàm in primis vt † illi foret locus, præter ea, quæ pro intellectu huius decretalis, tractauimus suprà hoc eo *lib. quæst. 27. num. 75.* tria copulatiuè concurrere debebãt; prius, vt quis esset Curialis, idest Officialis, vt exponit *gloss. praallegat. in can. 1. 51. distinct. in verb. Ex Curialibus,* & ibi *Archid.* quales sunt Notarij, seu scribæ, & alij huiusmodi, qui Curiæ ministrant, vt nouè etiã explicat *Garz. Tolet. ad Rubr. sub num. 3. vers. At Curialis*
38 *C. de Decurio. lib. 10.* quamuis † Rota ad hunc effectum id extendat ad omnes, qui occasione Curiæ in Vrbe morantur, vt in *recent. par. 4. dec. 616. num. 2. & tenuit etiam in Romana Beneficiatus S. Petri 8. Aprilis 1622. coram R. p. d. Pirouano.*
39 Alterum, vt simul in Curia † moraretur occasione ipsius Curiæ, nõ autem alia, Vndè si originarius moriatur in Curia, vel etiam exterus habens in ea domicilium, seu beneficium residentiam exigens, quod idem est, non foret reputandus Curialis, *Rota d. decis. 616. num. 1. par. 4.*
40 Postremũ deniquè, vt † ibi decederet, hæc enim tria debere cõcurrere ibidem docet *Anchar. pau. lo antè n. 2. vers. & aduerte, quià ad hoc;* Ita vt pateat, erroneũ esse, asserere quod capiat simplices familiares officialium; nàm cum isti non sint Officiales, consequens est, vt neque possint dici Curiales, iuxta doctrinam præcitatæ glossæ, nisi secũdum quandam latã, eandemquè vulgarem acce-
41 ptionem; qua † omnes cortesanos, seu cohortales intelligimus, vt notat *Quinti. Hed. in repet. cap. de multa num. 109. de praben.*
42 Et ratio est manifesta, quià † videlicet Curia Principis, est quædam militia, nequè verò alius videri potest miles, quàm qui in numeros sit receptus, etiamsi publicis expensis exercitum sequa-
43 tur, *l. ex eo tempore, ff. de Milit. test.* vndè † *Mandos. ad Reg. Cancell. 5. in 1. q. n. 18. quem sequitur Gonzal. ad Reg. de mens. gloss. 13. §. 1. num. 19.* non enumerat inter Curiales, alios quàm Officiales, & Aduocatos, ac Procuratores, quorum officium non abhorret ab hac militia, militant namquè causarum Patroni, inquit, *text. in l. Aduocati C. de Aduocat. diuers. iudicior. & notauimus suprà lib. 1. in appara. num. 161.*
44 Simulquè erroneam esse opinionem, quòd † vt intret dispositio *d. text.* sufficiat aliquando fuisse Curialem, etiamsi non sit talis de tempore quo in Curia decedit; nàm id est contra mentem *d. text.* & illius rationem; siquidem dubitandi ratio oriebatur ex effectu originis, qui veluti naturalis durabat vsquè ad punctum mortis, vt ideò non foret curandum, quod idem esset locus originis defuncti, & Curiæ, ex quo ille magis poterat dici decessisse in loco, quàm in Curia; qua tamen non attenta contrarium fuit decisum, eo quod, imò magis in Curia, quàm in loco decessisse videretur,

propterea quod, naturalis effectus originis esset
confusus, vt loquitur *Butr. vbi suprà*.

Hæc verò ratio, non potest adaptari casui, in
quo soluta est Curialitas, quià iam naturalis effe-
ctus originis, remanet purus, & simplex, vt priùs;
& hanc sententiam vltra *Anchar loco pracit.* pro-
bat etiam *Archid. in d. cap. Præsenti, sub num. 3.*
ad finem, in verb. moraretur, & Io. Monach. sub
nu. 1. super eod. verbo, dum vterquè sic loquitur.
Si tamen originarius gerit se, vt Curialis, & an-
tea se gerebat, atquè ita nõ disiungit tempus præ-
teritum à præsenti, sed in vtroque exigit hanc cir-
45 cumstantiam, licèt fateri † oporteat, præsumi con-
firmatum animum sequendi Curiam, donec pro-
betur contrarium, verbo, vel facto, vel per cessa-
tionem causæ accidentalis, quæ releuet, vt fuit de-
cisum in *præallegat. Romana Beneficiatus S. Pe-*
tri, coram Rpd. Pirouano.

46 Nèc putarem † animi huiusmodi probationem
constitui, si testes dicerent sæpius à tali audiuisse,
quod ampliùs nollet Curiam sequi, vt postea in
eadem causa fuit die 30. Martij 1626. responsum.

47 Quamuis enim, † animus argumentis, & conie-
cturis dignoscatur, *Corn. cons. 45. nu. 4. ad finem*
lib. 3 cum adductis per Gregor. decis. 239. nu 4. &
48 tàm † à priori, quàm à posteriori possit intelligi,
iuxta doctrinam *Bald. in l. tris denunciationes*
num. 5. C. quomodo, & quando Iudex, & à priori
49 quidem, quando † verbis declaratus fuit, *l. Labeo.*
§. idem Tubero, de supellectil. legat. cum simil. ad-
50 *ductis per Mant. decis. 313. nu. 4.* etiam † extra-
iudicialitèr prolatis, *Ruin. cons. 10. nu. 10. vol. 5.*
51 cùm in his † quæ ab animo dependent, stetur de-
clarationi, & assertioni cuiusquè, *gloss. in §. sed ista*
quidem in verb. dicit. instit. de actio. Surd. cons.
94. num. 70. cum alijs citatis per D. Franc. Nigr.
Cyriacum Mantuanum Senatorem contr. foren.
52 *10. num. 8. & contr. 139. nu. 16.* pro quo † suffi-
ciunt testes singulares, vt post *Castr. cons. 395.*
num. 1. lib. 1. & Crauet. cons. 73. nu. 33. tenuit Ro-
ta apud eundem Mant. decis. 323. num. 1.

53 Et à posteriori, idest ex facto † subsecuto, in-
compatibili sub primo proposito, *§. Pauonum in-*
54 *stit. de rer. diuis.* cùm † qualitas factorum, insinuet
qualitatem intellectus, vt ait *Bart. in l. falso n. 7.*
C. de furt. cum alijs adductis per eundem *Mantic.*
d. decis. 313. ex num. 7.

Arbitror tamen, hoc casu exigi declarationem,
quæ non possit postmodum tergiuersari, sed quæ
toti Curiæ, ac Principi, aut saltum illius Officiali-
bus innotescat, propter eorum præiudicium; Vn-
dè videlicet ille talis deinceps non potiatur pri-
uilegijs, & prærogatiuis Curiæ, cùm alias prote-
55 statio † hæc declaratoria, non possit habere vim
resolutiuam illius reciprocæ obligationis, non
accedente consensu alterius, saltim tacito, & præ-
sumpto, vt docet *Bart. in l. non solùm, §. morte*
num. 19. & 20. de nou. oper. nunciat. Socin. Sen.
cons. 107. sub num. 4 vers. & formaliter, lib. 1. at-
què ad hos terminos videtur reducenda decisio
in *praalleg. Romana Beneficiatus Sancti Petri*
30. Martij 1626. coram Rpd. Pirouano, vt dum
admittit declarationem animi verbis factam, in-
telligatur de tali declaratione formali, dum ve-
rò loquitur de declaratione resultante ex facto
contrario, intelligatur de facto incompatibili cũ
statu curialitatis, quod non negat decisio, propter
implicitum actum renunciationis priuilegiorum,
56 quæ competunt curialibus, de † quibus per *Gon-*
zal. ad Regul. de mens. gloss 4. num. 15.

Quamuis enim præsumptio præsumptionẽ eli-
dat, & propterea dùm innitẽs reseruationi ex hoc
capite, censetur se fundare ex toto super præsum-
pta continuatione animi sequendi curiã, videatur
admittenda præsumptio animi cõtrarij, saltim ad
effectum obscurandi probationem illam præsum-
ptiuam continuationis, ex quo non potest dici,
plenè, & concludentèr constare de reseruatione,
57 prout † de iure requiritur, *Bellam. decis. 612. Rot.*
decis. 53 par. 2 diuers. & alibi demonstrauimus.

Attamen; id non videtur posse applicari huic
controuersiæ, vbicunquè supponitur, semel fuisse
impressum statum Curialitatis; tunc enim actor,
qui reseruationi innititur, non probat intentio-
nem suam præsumptiuè, sed vere, & concluden-
tèr, ea autem præsumptio continuati animi, non
tendit, ad principalitèr fundandam eius intentio-
nem huiusmodi, sed ad illam coadiuuandam, pro-
pellendamquè exceptionem interruptionis, atquè
ita iàm non agitur de elidenda simplicitèr præ-
sumptione per contrariam præsumptionem, sed
de tollenda probatione, cum tamen etiam vbi
58 agitur † de tollenda probatione præsumptiua,
non sufficiat quæuis præsumptio in contrarium,
sed requiratur præsumptio fortior, & vrgentior,
gloss. in l. diuus, in verb. existimari, ff. de in in-
tegr. restitut. cum alijs adductis per *Menoch. de*
præsumpt. lib. 1. quæst. 30. num. 1.

Præterea, nimis in angusto posita videbatur re-
59 seruatio hæc, cum † decedente curiali extra Cu-
riam, secundum limites *d. cap. Præsenti*, illius be-
neficia nullo prorsus teneretur reseruationis vin-
culo, vt ibi docent *Anchera. num. 3. Franch. sub*
num. 2. in 4. notab. Gemin. sub num. 4. vers. Quæ-
ro quid de stantibus, & alij communitèr, Quod
60 satis † videbatur indecens, vt inferiùs dicam in
expositione rationis huius reseruationis, cum etiã
absentes à Curia, quocunquè in loco sint, Aposto-
lica Sedes Officiales suos agnoscat fauoribusquè
prosequatur, vt patet ex *supradicta Extrauag.*
cum Matthæus.

Necesse igitur fuit, hos ipsos Officiales, qui
iuxta sententiam *glossæ in præallegato can. 1. 51.*
distinct. veri Curiales sunt, subijcere alicui reser-
61 uationi personali. Quocircà cum iam † esset facta
Regula reseruatoria pro familiaribus Papæ, &
Cardinalium, satis fuit Paulo Tertio promulgare
dictam Constitutionem, per quam declarauit, qui-
nàm forent familiares Papæ, vt veluti tales cense-
rentur comprehensi sub dicta Regula.

Ex quo duo consequuta sunt: Prius, vt si dein-
ceps Rotæ Auditores, & alij qui non erant com-
prehẽsi in *Extrauag. Ex debito*, & in alia *ad Re-*
gimen, moriantur extra Curiam, quantuncunquè
non in actu Legationis, eorum nihilominus bene-
ficia sint reseruata virtute Regulæ supradictæ.

Et al-

62 Et alterum, † quòd eidem reseruationi subia-
ceant beneficia familiarium eorundem Officia-
lium; licèt enim non possint videri tales familia-
res Officialium, propriè, & immediatè familiares
ipsius Papæ, quod aduersatur Iuris Regulæ, Sociū
63 Socij † mei, Sociū meum censeri, *l. Nam Socij, 20.
ff. pro Soc.* à Iure tamen non abhorret, eos tales
esse mediatè, atquè (vt ità dixerim) quasi familia-
res, ex reflexione seruitij quod præstant proprijs
Dominis, in seruitium ipsius Papæ: vndè & sub ea-
dem protectione censentur constituti; exemplo
64 Vxoris † militis, cū eo peregrinantis, cui lex eadē
priuilegia impartitur, *l. 1. & 2. C. de Vxor. Milit.*
65 Quemadmodū & † comitis eius, qui abest Reipubli-
cæ causa, *l. Administrantes, in princip. vers. Eorū
qui Reipublica ff. de Excusat. Tutor.* Itemq; Mi-
66 litum † Medico, *l. Inter eos, ff. quib. ex caus. maior.*
quibus, & alijs similibus exemplis vtitur *Oldrad.*
67 *cons. 11. per tot.* & hanc sententiam, quod † fami-
liares familiarium Papæ, sint comprehensi sub di-
cta Regula reseruatoria Beneficiorum familiariū
Papæ, probauit *Salycet. in l. 2. n. 5. C. de Episc. &
Cleric.* Et quamuis videatur dissentire *Alphons.
Soto, ad d. Reg. 3. in 2. col. vers. Item quid de Be-
neficijs,* tamen satis patet ex scriptis ibi per eum,
ipsum non fuisse assequutum rei huius rationem,
& confudisse familiaritatem Papæ, cum familiari-
tate Cardinalium, proindequè Salyceti sentētiam
amplexus fuit *Aeneas de Falcon. in tractat. de re-
seruat. in 3. q. effect. 30. & tenuisse Rotam de anno
1531. coram Reomano in vna Regien. Parochia-
lis S. Chrisantis, & Dariæ, refert Mandos. ad
reg. 3. quæst. 17. sub num. 2.*
Vt ideò parum sit curandum, quod idem Man-
dosius videatur ab hac opinione, ad finem dictæ
quæstionis recedere, & dictus Glossator alitèr
distinguere in 2. *par. Regulæ de expectat. Iulij II.
vers. Item quia sæpè dubitatur in Curia;* nàm hæc
sententia simplicitèr est probabilior, & magis cō-
munis, vt patet ex prædictis, & post *Gomes. ad di-
ctā Reg. de impetran. per obitum, & Guido. Pap.
cons. 30. n. 5. tenuit etiam Menoch. de Arbitr. casu
201. n. 120.* & de magis communi testatur etiam
Garz. de Benefic. par. 5. cap. 1. num. 325. & 329.
68 (Quicquid dicendum sit de † familiaribus Papæ
qui illi non seruiunt, & quos non nouit, vt ait *Al-
phons. Sot. vbi supra*) & hanc sententiam, me in-
formante tenuit *Rota in præallegata Romana
Beneficiatus S. Petri die 8. Aprilis 1622. coram
Rpd. Pirouano.*
Hincquè etiam ostenditur, cur Beneficia fami-
liarium Cardinalium fuerint in indiuiduo reserua-
ta, non item Beneficia aliorum familiarium Papæ;
69 Nam Cardinales non † sunt familiares Papæ, etiā
si ab eo parem honoris habeant, *Gomes. ad dictam
Regul. de impetrantibus beneficia per obitum fa-
miliarium q. 13. ex n. 11.* intelligēdo tamen de ea
familiaritate de qua loquitur Regula. Quamuis
enim dicātur familiares eo respectu, quod se obse-
quiales exhibēt Papæ, & sanè plusquàm alij, vt tra-
dit *Oldr. cons. 48. Gomes. dec. 10. par. 1.* minimè ta-
mē tales sūt ad istū effectū, vt possint dici cōmēsa-
les, vt per eūdē *Gomes. vbi sup. & dec. 3. eod. lib. 1.*

Proindequè, non datur terminus habilis, indu-
cendæ illius quasi familiaritatis, quæ datur in fa-
miliaribus familiarium eiusdem Papæ; Habilitas
enim termini, pro inducēda hac quasi, seù mediata
familiaritate, in alio non consistit, quàm in fami-
liaritate formali vtriusquè personæ, videlicèt, me-
diatè respectu Papæ, & immediatè respectu alte-
70 rius. Vndè † quià Rotæ Auditor, eo ipso, quòd
Papæ familiaris est, nō potest esse familiaris cuius-
uis Cardinalis, etiàmsi eum comitetur in Legatio-
ne, consequens fit, vt nèc familiaris ipsius Audito-
ris, possit dici familiaris Cardinalis, quantumcun-
què ab eo consequatur alimenta, *Cresc. decis. 5. de
præb.* Quod est diuersum in familiaritate illius, qui
verè est familiaris Cardinalis, secundum ea, quæ
latè posuit, & declarauit *Gomes. ad eand. Regul.
de impetran. per ob. familiariū quæst. 14. per tot.*
Reseruatio igitùr ex hoc capite familiaritatis,
insurgit ex Regula quarta superiùs adducta, per
71 quam † Papa expressè reseruat quæcunquè bene-
ficia, quæ sui, etiam dùm Cardinalatus fungeba-
tur honore, existentes, ac S.R.E. tunc viuentium,
& qui erant suo tempore Cardinalium, familia-
res, continui commensales obtinent, & in poste-
rum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac
in quibus, seù ad quæ ius eis competit, aut com-
petierit, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum
Cardinalium eorundem, vel aliàs recesserint.
Cui Regulæ consequutiua est altera, quæ in or-
72 dine est 32. per † quam decernitur, quòd impe-
trans beneficium vacans per obitum familiaris
alicuius Cardinalis, teneatur exprimere nomen,
& titulum ipsius Cardinalis, & si ille in Curia fue-
rit, eius ad id accedat assensus, aliàs desuper gra-
tia sit nulla; Idemquè seruari, si Cardinales quo-
modolibèt ab ipsa Curia absentes, & vbilibet
etiam in locis, infrà duas dietas vicinis, degentes,
familiamquè, & lares in eadem Curia retinentes,
ab ipsa Curia recesserint, ad eandem illico reuer-
suri, & infrà decem, vel ad summum quindecim
dies, verè & realitèr reuersi fuerint, ita quod
Cardinalibus, aliàs quàm vt præfertur, ex quacū-
què causa quantumlibet necessaria, ac qualibet
alia necessariò exprimenda absentibus, facultas
præstandi consensum huiusmodi non competat,
sed beneficia huiusmodi, ad liberā Sanctitatis suæ,
Sedisq; Apostolicæ prouisionem, & dispositionem
pertineant; Declarans, Regulas, & Constitutiones
suorum prædecessorum, etiam à die earum edi-
tionis, & publicationis super assensu huiusmodi
præstando, sic intellectas, & intelligendas fuisse;
Irritumquè, &c.
Quodquè si prædicti familiares, eorūdem Car-
dinalium familiares esse desierint, seù ad aliorum
Cardinalium familiaritatem similem transierint,
quoad beneficia, quæ familiaritate priori duran-
te, obtinuerint, & in quibus, vel ad quæ, priori ip-
sa familiaritate durante, ius eis competierit, Car-
dinales quorum priùs familiares fuerint, suum ha-
beant adhibere consensum.
Declarans, eandem Regulam locum non habe-
re in illis beneficijs, quæ familiares ipsi, tempore
obitus eorum in dicta Curia, vel extra eam obti-

nerent, aut antea obtinuissent, & ratione Officiorum per eos obtentorum dictæ dispositioni generalitèr reseruata, vel affecta fuisse apparerent.

Necnon illos, quoad effectum eiusdem Regulę, familiares eorundem Cardinalium censeri, qui ipsorum Cardinalium familiares, continui Commensales ad minus per quatuor menses, etiam antè Cardinalatum fuisse probarentur, decernens irritum, &c.

Et his deniquè addita est altera Regula, quæ
73 est 33. qua † idem Papa ad euitandas lites, & contentiones, quæ ex præcedenti Regula 32. exoriri possent, vestigijs præcessorum suorum inhærendo, statuit, quod, si beneficia, quæ per obitum familiarium, continuorum Commensalium eorundem Cardinalium, in futurum vacabunt (cessantibus Apostolicis reseruationibus) ad alterius Cardinalis collationem, vel aliàs dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti Regula non comprehendantur, quoad hoc, vt in prouisionibus talium beneficiorum super expeditione literarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat, sed beneficia huiusmodi ad collationem, seù quamuis dispositionem Cardinalis ordinarij Collatoris, vt præfertur, liberè spectare censeantur.

Et si apud Sedem Apostolicam, beneficia huiusmodi per obitum dictorum familiarium vacauerint, tunc in prouisione talium beneficiorum, super expeditione literarum, illius Cardinalis exigatur consensus (si in Romana Curia præsens fuerit) ad quem eorundem Collatio, & dispositio, vt præfertur, pertinere deberet.

Et hæc fermè verba sunt supradictarũ Regularum, prout iacent: Aduertendũ est autem, S. mem. Paulum V. per aliam suam perpetuam Constitu-
74 tionem, † publicatam 22. *Octobris 1609. quæ est in nouo Bullario 58.* super moderatione Indultorum Cardinaliũ, in articulo collationis beneficiorum, inhærendo simili declarationi factæ per Gregorium XIV. *quæ est in eo. Bullario inter constl. eius Pontificis 19.* (reseruata facultate eisdẽ Cardinalibus præstandi consensum ad formam dictæ Regulę) decreuisse, quod eadem beneficia per obitum familiarium continuorum Commensalium eorundem Cardinalium, deinceps tàm apud eandem sedem, quàm extra Romanam Curiam vacantia, etiamsi ad alicuius alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, etiam si tunc cessarent aliæ reseruationes eatenus editæ, nihilominus in posterum dispositioni Sanctitatis suæ reseruata censeantur. Ita vt in prouisionibus talium beneficiorum, super expeditionibus literarũ illius Cardinalis cuius tunc familiaris defunctus extitit (si ipse Cardinalis tunc præsens in eadem Curia fuerit) consensus omnino requiri debeat, non autem beneficia huiusmodi etiam eodem ab ipsa Curia absente, seù prædefuncto, vel aliàs conferre impedito, ad Collationem, seù quamuis aliam dispositionem Cardinalis ordinarij Collatoris vllo modo pertineant, neque eiusdem Cardinalis ordinarij Collatoris, etiam in dicta Curia tunc præsentis, consensus quoquo modo requiratur.

Easdemquè Constitutiones, & Regulas Cancellariæ, etiam declaratorias super beneficijs familiarium prædictorum Cardinalium editas, & edendas, tàm quoad Cardinales indulta conferẽdi habentes, quàm non habentes, atquè adeo indulta ipsa ad terminos eius Constitutionis reduxisse, & moderatum fuisse.

Et insuper statuisse, quòd in quibuscunquè facultatibus, & Indultis, quæ deineeps singulis Cardinalibus præsentibus, & futuris super beneficiorum dispositione, aut de consensu ipsorum Cardinalium in prouisionibus eorundem beneficiorum requirendo, per Sanctitatem suam, & quoscũquè alios Romanos Põtifices successores suos, dictam que Sedem pro tempore concederentur, eadem Cõstitutio ad vnguem omnino obseruari debeat, omnesquè literæ desuper, &c. absquè limitationibus, & moderationibus prædictis, &c. etiam motuproprio, &c. nullius sint roboris, vel momenti.

Ex his verò Regulis, & Constitutionibus: Pri-
75 mum † educitur; Regulam quartam afficere omnia beneficia familiarii, in ipso puncto durationis familiaritatis, vndè quemadmodùm ea reseruatio, non extinguitur, si postmodùm eesset familiaritas, vt expresse disponit Regula in illis verbis, *etiamsi ab ipsa familiaritate, per obitum Cardinalium eorundem, vel aliàs recessérint; Rota decis. 31 sub num. 2. vers. in oppositum facit, de ... eben. mantiq. cum latè adductis per addentes ad Commet. de reseruat. quæst. 35. sub num. 41 vers. ... Rota, Gonzal. ad Regul de mens. glos. 51. nu. 62. Garz. de Benef. par. 5. cap. 1. nu. 277.* ità ea . i ea-
76 dem reseruatio beneficia, quæ † familiaris obtinuit antè familiaritatem, cùm nihilominùs licatur ea obtinuisse durãte familiaritate, *Accorimb. decis. 11, Rota apud Gregor. decis. 166. num. 4.*

Et hæc eadem ratio, determinat reseruationẽ
77 respectu familiaritatis Papæ, quæ † sicuti familiaritati Cardinalis superinducta, illam præfocat, & extinguit, *Gomes. ad Regul de impetrantibus per ob. familiar. quæst. 15. sub num. 7. vers. exemplum si familiaris*, cum alijs per *Gonzal d. glos. 51.*
78 *nu. 66.* ità si † præcesserit, impedit effectum familiaritatis huius, & in concursu eandem superat, *Seraph. decis. 1251. num. 20.*

79 Educitur secundò; cùm Regula prædicta † generalitèr loquatur, & vniuersalitèr de quibuscunquè beneficijs familiarium, debeat generalitèr, & vniuersalitèr intelligi, ac proinde capiat illud quodquè beneficium familiaris vnius Cardinalis, quod sit ad ordinariam collationem alterius Cardinalis; nàm quidquid voluerit *Aeneas de Falcon. in tractat. de reseruat. quest. 4. principali, effec. 17. sub num. 2. vers. sextum est, quod si vacat*, quem sequitur *Sarnen. ad Regul. de impetran. q. 19. vers. tamen tenenda est*, vbi subijcit, Iulium, Adrianum, & alios Pontifices, vt hoc dubium tollerent, in suis Regulis, istũ casum expressisse: prout certè videtur expressim fuisse in suprà relata Regula, quæ hodie est 33. (super quo etiam circumfertur manuscriptum votum quoddam Robusterij, & Seraphini:)

Seraphini:) Hodiè, ex suprà relata constitutione Pauli V. contrarium est dicendum.

Nàm, semota hac dicta Regula 33. nihil est, quin Regula 4. vi suæ generalitatis, & vniuersalitatis, ca-
80 piat beneficia huiusmodi, cùm hæc sit † naturæ generalis sermonis, vt includat omnes casus, etiā si maior sit ratio in vno, quàm in alio, *Dec. cons. 277. num. 2. & cons. 582. sub num. 6. circa finem, vers. non obstat aliud quod obijcitur, cum multis adductis per Franc. Bec. cons. 32. num. 4.*

Neque vrget in contrarium ratio considerata per *Aeneam de Falcon. & Sarren.* quòd magis attendatur facultas ordinaria ipsius Cardinalis, qui habet ordinario iure conferre, quàm extraordinaria reseruatio respectu familiaritatis, quasi velit dicere (vt expressius loquitur *Gomes.*) quòd
81 in † concursu causæ naturalis, & accidentalis, sem. per præferatur naturalis, *l. eius militis, 34. §. militia missus, de testam. militar. cum simil.*

Etenim, id non videtur applicari huic controuersiæ, in cuius specie non datur concursus causarum, sed duntaxat potest cadere consideratio inclusionis, vel exclusionis personæ, siuè casus, ob disparitatem rationis; & propterea dùm ista disparitas colligitur ex eo duntaxat, quod Beneficiū familiaris Cardinalis spectet ad collationem ordinariam alterius Cardinalis, necesse est ostendere, cùr minus intendat Papa reseruare Beneficia familiarium spectantia ad ordinariam collationē Cardinalis, quàm cuiuslis alterius Ordinarij col-
82 latoris, postquàm † omnis reseruatio eò tendit, vt ei dat potestatem in quouis inferiore, *cap. 2. de præben. in 6. cap. inter cætera, extra eodem titulo, Rota decis. 30. num. 2. de præben. in antiq. & vidimus suprà hoc lib. q. 26. num. 2. & 3.*

Quod sit, vt disparitas hæc videatur reduci ad prærogatiuam personæ, & dignitatis Cardinalis, quæ tamen in hoc nullius penè est consideratio-
83 nis, quià vbi dispositio † est concepta per verba vniuersalia, & illius ratio est proportionabilis ad Cardinales, ij sub ea includuntur, præterquàm si agatur de auferendo à Cardinali ius aliquod ei concessum intuitu Cardinalitiæ dignitatis, vt latissimè explicauimus *eod. lib. 1. quæst. 8. ex nu. 85.*
84 Qua ratione, cum † ligentur Regulis Cancellariæ, vt contra *Ancher. & Roman. perpetuò tenuit Rota, vt post Pauin. notauit Fel. in cap. ad aures, sub num. 1. ad fin. vers. & contra hanc opinionem, de rescript. Sylua de Benef. 3. par. quæst. 12. n. 31. Cassad. super Regul. decis. 38.* nihil est, quin etiam
85 subijciantur huic Regulæ, atquè ita † in puncto, excusso articulo, respondit Rota in *Ferrarien. Canonicatus 30. Martij 1626. coram Reuerendiss. D. Coccino*, vbi fuit etiam ponderatum pro hac sententia, ideò in indultis Cardinalium, tàm secundum antiquam, quàm secundum nouam formulam expressè eis concedi hanc facultatem cōferendi Beneficia per obitum familiarium Cardi-
86 nalium; quod vtiquè non fuisset † necessarium, si quatenus sunt Ordinarij Collatores, non fuissent comprehensi sub hac Regula, *l. vnica C. de thesauris lib. 10.*
87 Indultum enim, † siuè licentia perpetuò suppo-
nit impedimentum, & prohibitionem, *l. vltima*
88 *C. de iure emphyteut.* vndè † & licentia definitur, siuè describitur, vt sit collatio libertatis concessæ ei, qui eam non habet ex se ipso, vt ex *text. in cap. licèt, de regular. colligit Bald. in cons. 290. sub num. 6. vers. aduerte attenta natura, lib. 3.*

Difficultas stat in Regula 33. superiùs adducta,
89 in qua † expressè disponitur, beneficium vacans per obitum familiaris vnius Cardinalis, si spectet ad prouisionem alterius Cardinalis, non comprehendi sub Regula 32. *de impetran. per ob*; videtur enim vim fieri posse super illis verbis, *sed beneficia huiusmodi, ad collationem, seù quamuis dispositionem Cardinalis Ordinarij collatoris, vt præfertur, liberè spectare censeantur*, quæ tamen difficultas facillimè remouetur, tùm ex eo, quia in hac Regula 33. non fit mentio de Regula 4. vt propterea non possit considerari aliqua eius modificatio, *Cassad. in præalleg. decis. 38. n. 11. super Regulis*, & hæc (vt habet in proœmio) emanauerit ad tollendas dissensiones, quæ poterant oriri ex præcedenti, de præstando scilicet consensu, vt ita fuit responsum in *Vrbinatem iuris eligendi 19. Martij 1586. coram Cantuccio, & in d. Ferrarien. Canonicatus*; vndè, & prorsus cessat, si Cardinalis Patronus non concurrat, propter illius ab-
90 sentiam à Curia, cum † præcedentia nō minus minuant, & declarent significatum subsequentium, quàm è conuerso subsequentia præcedentium, vt dicebat *Oldrad. cons. 8. num. 2.*

Tùm quià, hæc ipsa Regula 33. restringitur ad casum, quo cessent reseruationes Apostolicæ, ibi, *cessantibus Apostolicis reseruationibus*, quæ clau-
91 sula † modificat dispositionem, vt fuit responsum in *Casalen. Canonicatus 19. Ianuarij 1604. coram Litta*, ac proindè supponit in Cardinali Ordinario Collatore indultum conferendi reser-
92 uata, adeoquè † vt hæc Regula 33. cēseatur deseruire, & famulari indulto, prout ex *Rebuf. super ead. Regul. 33. & ex Sarnen. super d. Regula de impetran. Benefic. per ob. præcitata q. 19. sub num. 1. vers. triplicabatur*, subtilitèr colligit *Reuerendiß. D. Coccinus in præalleg. Ferrarien. Canonicatus*, vbi addit, ità quoquè fuisse decisum in *Assisien. Beneficiorum 18. Ian. 1607.* in qua fuit adducta alia decisio in *Ripana beneficiorum 7. Febr. 1605. coram Illustriß. Card. Mellino*, & se vnà cum Cardinali Lancellotto tunc Rotæ Auditore, ità quoquè respondisse S. mem. Paulo V. in quadam controuersia, super prouisione Canonicatus S. Mariæ in Transtyberim.
93 Educitur tertiò, quod pertinet ad indulta † cōsueta concedi Cardinalibus, ità illa fuisse moderata, ex præallegatis Constitutionibus Greg. XIV. & Pauli V. vt iam beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, siuè in curia, siuè extra curiam, etiamsi ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, sint reseruata, neque vllo modo ad Collationem Cardinalis Ordinarij pertineant, neque si præsens sit in Romana Curia, cōsensus ipsius exigi debeat, cum clausula sublata, & decreto irritanti, intantū,
94 vt dicta † Regula 33. de nihilo inseruiat, præterquàm

quàm si Papa vellet concedere indultum specificè,
conferendi scilicet beneficia vacantia per obitum
familiarium Cardinalium, cum sufficienti deroga-
tione earundem Constitutionum, vt pariter fuit
cõsideratum in *praalleg. Ripana beneficij*, & ple-
niùs firmatum *in eadem Ferrarien. Canonicatus.*
95 Etenim, regulariter, in huiusmodi † indultis, prę
cæteris excipiuntur beneficia vacantia per obi-
tum familiarium, iuxta formam dictarum Consti-
tutionum, vt aduertit *Gonzal. ad reg. de mens.
gloss. 24. num. 72. vers. 6. & vlt. Garz. de benef.
par. 5. cap. 1. sub n. 630. vers. & vltimus*; vndè fit, vt
dixi, quod huiusmodi beneficia, ità subiaceant re-
seruationi, quòd Cardinalis Ordinarius collator,
nequeat aliquo prætextu, in eorum prouisione se
immiscere, etiam per modum simplicis assensus,
idem *Gonzal. gloss. 51. sub num. 64. vers. bodie ta-
men iàm aliter est dispositum, Io. à Chok. super
Regula 3. sub num. 29. vers. sed bodiè.*
96 Quippè, Constitutiones † præallegatæ sunt per-
petuæ, non autem temporariæ, vt patet ex suprà
relata Constitutione Pauli V. in §. 2. ibi, *per San-
ctitatem suam, & quoscunquè alios Romanos
Pontifices successores suos, dictamquè Sedem
pro tempore concedentur*: & ponderando rursus
mentem Pontificis ibidem explicatam, prospiciē-
di videlicet (vt refertur in proœmio) non per-
sonæ tantùm, aut voluntati ipsius constituentis,
sed vtilitati ipsius Sedis Apostolicæ, ibi, *Sedes ip-
sa omniū parens, &c. sæpènumero impeditur, &c.*
97 Hinc enim † argui perpetuitatem Constitutionis,
vt ea respondeat in ratione perpetuitati ipsius
Sedis, constat ex textu, cum ibi notatis in *cap. si
gratiosè, de rescript. in 6.* & ita in puncto firmauit
Rota in *praalleg. Ripana beneficiorum, & in d.
Assisien. beneficiorum 7. Maij 1607. & in eadem
Ferrarien. Canonicatus*, non obstante, quod post
mortem conditorum earundem Constitutionum,
eadem Regula 33. fuerit per successores innoua-
ta, & cum alijs impressa, censetur enim innouata
sub eodem moderamine illi adiecto; cùm minimè
98 nouum sit, etiam † leges abrogatas, vnà cum alijs
non abrogatis promulgari, saltim vt earum noti-
tia habeatur, vt est textus ad literam, in *Canon. 2.
& ibi Glos. in verb. necessaria, distinct. 7.* & hoc
idem docet *gloss. in cap. nouit 13. §. non igitur, in
verb. quicunquè vbi etiam Abb. num. 23. de iudi-
cijs, & benè etiam notat Gonzal. ad Regul. de
mens. in §. 5. proœm. num. 153.* & propterea, si
99 constitutio † reuocata remaneat adhuc in volu-
mine, cum alijs constitutionibus non abolitis,
hinc tamen non sequitur, quin perpetuò remaneat
reuocata, vt concludit *Castr. cons. 278. n. 1. vol. 2.*
100 Educitur quarto; quid dicendū sit † eo casu, quo
idem Cardinalis est Patronus, & ordinarius Col-
lator, super quo in quadam causa Cremonen. be-
neficij maxima fuit cõtrouersia, & cū causa posita
esset sub die *Veneris 13. Nouembris 1626. coram
Reuerendiss. D. Coccino.* suffragia DD. ita fuerūt
secta, vt non potuerit capi resolutio. Nàm qui scri-
bebant pro Cardinali, eo maximè nitebantur fun-
damento, quòd licèt beneficia spectantia ad col-
lationem Cardinalis, comprehendantur sub Re-
gula 4. & sub Constitutionibus moderatorijs in-
dultorum, vt iam suprà dictū est, nihilominus, ne-
què in Regula, nequè in eisdem Constitutionibus
aliquid disponatur in hoc casu, quando videlicèt
beneficium vacat ex persona familiaris eiusdem
Cardinalis ordinarij collatoris; Vndè non videtur
casus hic, comprehensus sub eisdem aut Regula,
aut Constitutionibus, sed remanere in dispositio-
ne iuris communis, tanquàm omissus. Reseruatio-
101 nes † enim sunt odiosæ, *Gloss. in cap. præsenti, in
verb. finitur, circa finem, vers. sed reseruationes,
de offic. deleg. in 6.* & vbiquè exclamant Doctores,
102 & propterea † in eis fit stricta interpretatio, vt
ità arguit *Gemin. cons. 136. nu. 2. Calder. cons. 10.
ad fin. vers. item facit odium, de præben. cum alijs
adductis per Rotam, decis. 43. num. 3. par. 1. in
recentior.*
103 Et sufficit casum esse mixtum, nè † censeatur
comprehensus sub simplici, *cap. statutum, de elect.
in 6. c. cùm in illis, §. final. de præben. eo. lib. Sar-
nen. ad Regul. de non iudicando, quæst. 2. sub n. 4.
Osasch. Pedemontana decisione, 126. num. 13. qui
alios cumulat, Rota diuers. par. 1. decis. 475. n. 3.*
104 Quæ conclusio † videtur ab omnibus recepta,
quando versamur in materia odiosa, quicquid sit
in fauorabili, iuxta distinctionem *Bart. in l. Gal-
lus §. & quid si tantùm n. 3. de liber. & posthum.*
quam exornat *Sanchez. de matr. l. 8. disputatio. 2.
num. 28.*
Ponderabaturquè, non solùm hic concurrere
105 fauorem ordinariæ collationis, qui tamen † pluri-
mus est, *Gloss. in Clem. 2. in verb. nolumus ad finē,
de offic. ordin. Cassado. decis. 8. num. 5. de præben.
cum alijs per Ferret. cons. 315. num. 4.* sed etiam
106 prærogatiuæ dignitatis † Cardinalitiæ, quæ maxi-
ma est, etiam in controuersijs huiusmodi de pro-
uidendis beneficijs, propter impensas, & onera,
quæ ij sustinent in alendis familiaribus, super quo
fundata est *Regula 32. de impetran. per obitum,
vt ibi aduertit Sarnen. in quæst. 1. vers. ratio de-
107 cisionis*, vndè videntur concurrere † duo vincula,
seù duplex funiculus, qui concursus multum ope-
ratur, ex his quæ cumulat *Port. de Imol. cons. 10.
n. 1. & Gonzal. ad Regul. de mens. gloss. 13. n. 99.*
Considerabatur etiam, adhuc hoc casu vigere
effectū Regulæ 33. nàm licèt supradictæ Constitu-
tiones, videantur perpetuæ in ea parte, qua mode-
rantur indulta Cardinaliū, tamen in ea parte, qua
reseruāt beneficia familiariū, non videntur perpe-
tuæ, vt enim legitur vel in ipsa posteriori Consti-
tutione Pauli V. *sub §. 1. circa fin. vers. voluit vl-
108 terius*, non † est facta reseruatio dispositioni Sedis
Apostolicæ, sed simpliciter dispositioni personali
ipsius reseruātis, ibi, *Nihilominus in posterum di-
spositioni Sanctitatis suæ reseruata censeantur*,
sunt enim hæc verba personalia, quæ contrahunt
dispositionem ad vitā ipsius Papæ, vt in *praalleg.
cap. si gratiosè, de rescript. in 6. & in Clem. 1. vbi
Imola antè num. 1. in primo notabili, de probat.
Aeneas de Falcon. in tractat. de reseruat. par. 4.
principali effect. 6. n. 12. ad fi. refert, & sequitur
Gonzal. ad sæpè citatam Regul. de mens. in §. 5.
proœm. num. 15.*

Vndè

Vndè, cessante dicta reseruatione per mortem
Papæ, resurgit effectus dictæ Regulæ 33. per alios
successores iterum editæ, & promulgatæ; quam-
109 uis enim † supradictæ Constitutiones, habeant
clausulam derogatoriam ad futuras Regulas, ta-
men hæc debet intelligi de Regulis edendis per
ipsum Principem derogantem, non autem de Re-
gulis edendis per alios eius successores, cum par
in parem non habeat Imperium, *Rota decis. 666.*
num. 2. & 3. par. 1. in recen. & diximus in super.
lib. quæst. 29. num. 26. & q. 38. num. 31.

Qui verò scribebant pro Papa (inter quos ego
minimus) dicebant, Regulam quartam compre-
hendere Cardinalem collatorem ordinarium, siuè
præsentem, siuè absentem à curia, & remouere à
facultate præstandi consensum Cardinalem Pa-
tronum, atquè ita complecti vtrunquè casum, ne-
què ex concursu vtriusquè qualitatis, in vna, &
eadem persona posse dari casum mixtum, qui non
110 veniat sub simplici; nàm est aduertendum, † mixtu-
rã aliam esse propriam, quæ nõ potest conseruare
simplicia quin permisceatur, & ex illa permixtio-
ne constituatur vnum indiuiduum, *l. quæritur, de*
stat. homin. aliam verò esse impropriam, quando
concurrunt simplicia, & eadẽ remanent perpetuò
separabilia, & hanc nõ esse veram mixturam, quià
111 qualitates † illæ, vt sunt inter se compatibiles, ve-
luti ortæ ex diuersis principijs, quæ excludũt om-
nem contradictionem, vt docet *Bald. in cap. solli-*
112 *citudinem num. 14. de appellat.* vbi † concurrunt
in vna, & eadem persona, inter se non permiscen-
tur, sed concursus hic, operatur vt in eadem, re-
præsententur plures personæ, *l. Tutorem, ff. de*
his, quibus vt indignis, per quem textum ita de-
cidit idem Bald. cui subscripsit Zabarel. inter
eiusdem Zabarel. consilia, cons. 53. num. 5.

Et propterea non potest dici, hinc constitutus
casus mixtus, quià vbi lex prouidet in duobus ca-
113 sibus, quod † mistum videtur ex concursu simpli-
cium separabiliũ, subijcitur sub illa, nèc vllo mo-
do attenditur huiusmodi concursus, & mixtura,
vt pulchrè declarat *Angel. in cons. 348. sub nu. 2.*
vers. nam tunc, & mixtum.

Præterea dicebant, Regulam quartam, eatenus
fauere Cardinali, quatenus duæ qualitates in eo
concurrant: videlicet quod sit, vel fuerit patronus
defuncti beneficiarij, & quod idem sit præsens in
Curia, nèc aliam prorsus considerare; proindequè
si Cardinalis patronus sit absens, nullo modo in
eo esse considerabilem eam qualitatem, quòd sit
114 ordinarius collator, cum † qualitas non confe-
rens ad actum, dispositionem iuris non immutet,
cap. ad decorem, de institut. Rota in recen. par.
3. decis. 288. num. 2.

Indequè non applicari, quod dictum est de du-
plici vinculo, seù duplici funiculo, cùm dicta qua-
litas, quòd sit ordinarius collator, non sit ad istum
115 effectum considerabilis, tunc † enim demùm con-
sideratur concursus duplicis vinculi, & huius du-
plicitatis effectus, quando vtrunquè per se est effi-
cax, vt post *Socin. Iun. cons. 24. sub nu. 13. vers.*
& in forma, lib. 4. scribit Menoch. cons. 187. sub
num. 71. vers. verum facilè.

Nequè existimabant vrgere, quòd reseruatio
inducta per supradictas constitutiones, non videa-
tur perpetua, & quod clausula derogatoria ad fu-
turas Regulas Cancellariæ, debeat intelligi de
Regulis edendis per derogantem, non autem per
successores; tùm quia etiam circumscriptis dictis
Constitutionibus, resultat reseruatio ex Regula 4.
quæ capit etiã Beneficia spectantia ad collationẽ
Cardinalium, vt iàm dictum est; tùm quia eædem
constitutiones, in clausula derogatoria, respiciunt
nedum ab ipso derogante editas, sed etiã Regulas
per successores Pontifices edendas, cum clausula
sit generalitèr concepta, & Constitutio sit perpe-
tua; quamuis enim Papa non possit ligare manus
116 successoris, tamen † successor non censetur voluis-
se contrarium statuere, abrogando legem perpe-
tuam sui præcessoris, nisi hoc exprimat, vel illi de-
roget in specie, *Franch. in cap. 1. sub num. 12. ad*
med. vers. secundo infertur de constitut. in 6. vbi
quod contraria opinio communitèr reprobatur,
& eum ibi quoquè sequitur *Sarnen. qui alios ad-*
ducit, sub num. 173. vers. primo casu distingue.

Et in hac opinione, donec aliud per sapientissi-
mos Dominos meos Rotæ Auditores iudicetur,
semper persisterem.

117 Educitur quintò, si familiaris † vnius Cardina-
lis, obtinuerit beneficium in familiaritate, & Car-
dinali vita functo, indequè familiaritate dissoluta,
transierit ad familiaritatem alterius Cardinalis, &
in ea moriatur, adhuc locum esse Regulæ 32. *de*
impetran. per ob. vt ità omninò requiratur con-
sensus Cardinalis viuentis, & præsentis in Curia.
Quamuis enim super hoc maxima olim fuerit cõ-
trouersia, *vt apud Put. decis. 226. num. 1. & 2.*
lib. 3. & Achil. decis. 378 num. 1. nihilominùs,
postmodùm in hanc sententiam vnanimi voto de-
uentum est, vt *per Achil. eadem decis. 378. nu. 4.*
& plenè discusso articulo apud *Seraph. dec. 1072.*
num. 1. & 2. Quod etiam fuit responsum in vna
Lunen. Sarzanen. beneficiorum 19. Ian. 1594. co-
ram Orano, cuius meminit D. Theodosius Rubeus,
in suis singularibus, ad Oran. decis. 236. lib. 2.
num. 1.

118 Ratio enim Regulæ 32. quam † diximus consti-
tui super fauorabili causa Cardinalis Patroni; qui
sustinet expensas, & onera in alendis suis familia-
ribus, vt *ex Sarnen. ad eandem Reg. in 1. quæst.*
superiùs annotauimus, & cõsiderat etiam *Cassad.*
decis. 37. n. 2. super Regulis & decis. 23. sub n. 1.
vers. quartò, quià ratio, de præben. paritèr militat
in hoc casu respectu secundi Cardinalis, & pro-
pterea debet militare eadem dispositio, *vulgat. l.*
illud, ad Legem Aquil. cum simil.

Nequè attendendum est, quòd medio tempore
119 beneficium † fuerit simplicitèr affectum Papæ in
vim Regulæ 4. quia ea affectio in eũ tendit finem,
nè Ordinarij conferant, neuè huiusmodi beneficia
cadant sub expectatiuis, non autem, vt excludan-
tur Cardinales à facultate adhibendi consensum,
quatenus eis fauet Regula 32. vt optimè *per Achil.*
d. decis. 378. num. 4. & Seraph. d. decis. 1072. nu. 2.
& id quoquè videtur priùs sensisse *Cassad. dec. 23.*
sub n. 1. vers. 2. quia Cardinalis, cum seq. de præb.

Vndè

120 Vndè è conuerso, si † non per mortem prioris Cardinalis patroni, dissoluta esset familiaritas, sed per nudum recessum personæ, ad familiaritatem alterius Cardinalis, quia ratio Regulæ adhuc respiceret personam prioris Cardinalis, etiam quòd ille sic transiens moriatur in familiaritate secundi Cardinalis, Regula fauet priori, vt habet expressè in *vers. Quodquè si prædicti familiares*, & considerat *Rot. apud Seraph. decis. 1251. num. 21.*

Et in hoc, maxima versatur differentia circa effectum reseruationis, inter familiaritatem Papæ, & familiaritatem Cardinalis; nàm familiaris Cardinalis, si finita familiaritate per Cardinalis mortem, transeat ad familiaritatem alterius Cardinalis, habet locum Regula 32. de consensu præstan-
121 do, vt dictum est; at si † familiaris Papæ, defuncto ipso Papa, transeat ad familiaritatem Cardinalis, beneficia, quæ obtinuit durante familiaritate Papæ, pertinent ad liberam collationem ipsius Papæ tanquàm reseruata per Regulā 4. nequè vllo modo intrat Regula 33. de adhibendo consensu Cardinalis Patroni, vt latissimè disputat, & concludit *Cassad. d. decis. 23. quæ est vltima, ex num. 2. & per tot. de præben. & Seraph. d. decis. 1251. nu. 20.*
122 vbi quòd † licèt non duret eadem familiaritas, quæ morte est dissoluta, durat tamen adhuc affectio, quæ vt non potest transire de persona vnius Cardinalis in aliam, ita è conuerso optimè transit de Papa in Papam: afficitur enim per familiaritatem Papæ Beneficium, non simpliciter personæ, sed ipsi Sedi Apostolicæ, quæ nunquàm moritur, vt ideò, tametsi non transeat familiaritas in nouū successorem, transeat tamen in eum affectio, & reseruatio, vt pulchrè deducit *Cassad. d. decis. 23. sub num. 6. circa finem, vers. item aperta est differentia.*

123 Quicquid videatur dicendum † in terminis indulti Cardinali concessi, de conferendo etiam Beneficia qualitercunquè reseruata, præterquàm ex causa familiaritatis ipsius Papæ indulgētis; etenim mortuo ipso Papa indulgente, potest dubitari, vtrum beneficia vacantia per obitum alicuius familiaris eiusdem Papæ, cadant sub indulto, super qua difficultate latè scribit *Gambar. de off. legat. lib. 3. in 16. quæst. ex num. 167.* & discurrit *decis. 65. in suis manuscriptis*, nihil tamen firmando, sed simpliciter in affirmatiuam inclinando.

Ego tamen, existimo nō cadere sub indultū, sed huiusmodi Beneficia remanere sub libera dispositione Papæ, quia verba indulti, dùm excipit reseruata ex causa familiaritatis ipsius Papæ indulgentis, cōueniunt huic casui, licèt enim cesset familiaritas, non tamen cessat affectio, siuè reseruatio ex familiaritate, nèc Papa indulgens restrinxit se ad beneficia vacantia per obitum suorum familiariū, sed ad reseruata, siuè affecta ex huiusmodi familiaritate, atquè ita non fuit contemplatus, in momēto vacationis, familiaritatem, sed reseruationem indè causatam. Cui rationi, non videtur satisfieri, per responsiones allatas per *Gambar. d. lib. 3. ex num. 178.* vbi videtur innuere, reseruationem ex familiaritate, extingui cum ipsa familiaritate, sed nouam resurgere ex noua lege, videlicèt extrauaganti Pauli II. quæ incipit *ad Romani, & est 14. de præben. inter cōmunes*, iuncto stylo Curiæ, quod Beneficium semel affectum, & reseruatum, semper remaneat affectum, & reseruatū; Quemadmodum
124 enim † dubitari nequit, etiam cessante causa, non cessare effectum ipsius causæ, qua consumatus est, *Bald. in cap. Etsi Christus, nu. 7. vers. adde quod cessante, de iureiuran.* cum alijs *per Tiraquel. ad Regul. cessante causa, limitat. 40. per tot.* ità minus dubitandum est, semper durare eundem effectum, donec sit consumpta reseruatio per prouisionem Pontificis, *Rot. decis. 190. ad fin. par. 2. in recen. & diximus supra hoc eod. lib. q. 26. n. 39.* vt ideo dicta extrauagans, non censeatur inducere nouam reseruationem, sed ad tollendam antiquam controuersiam, declarasse illam non cessasse ex ip-
125 sius causæ cessatione; Constitutio enim † declaratoria, non inducit ius nouum, sed quod priùs erat simpliciter detegit, & declarat, *l. hæredes palam, §. sed etsi notam, ff. de testament. Gloss. in cap. vltimo, in verb. nouit, de in integr. restitut. Dec. in l. Editam, num. 49. C. de eden. Menoch. cons. 753. num. 20.*

Et hanc sententiam, nupèr, adeoquè dum hæc imprimuntur, probauit Rota *in vna Giennen. beneficij 21. præsentis Mensis Iunij 1628. coram R. p. d. Duran*, licèt decisio necdùm sit extensa.

Educitur sextò, qui modus sit probandi familiaritatem, nequè enim ad hunc ipsum effectum reseruationis, vel consensus adhibendi per Cardinalem Patronum, aliter constare potest familiari-
126 tas, quàm † si illi coniuncta sit perpetua commensalitas, ad minus per quatuor menses, vt disponitur in ipsa Regula 32. quod etiam superiùs attigimus, vbi demonstrauimus, id esse à iure communi, & post alios idem etiam notauit *Gratian. disceptat. for. cap. 230. num. 23.* Quo fit, vt Vicarius,
127 vel etiam † Auditor generalis, qui non potest dici commensalis huiusmodi, etiamsi quid annuum, vel menstruum percipiat, pro suo salario, & expensis, non veniat appellatione familiaris, cùm videatur illius seruitium præstari dignitati potiùs, quàm personæ, ex his quæ suprà iam deduximus, & respondit *Rot. in Parmen. Canonicatus 11. Febr. 1585. coram Gipsio, cuius meminit Gratian. fo-*
128 *rens. disceptat. c. 257. n. 41.* esset † tamen adhuc locus Regulæ, si officium fuisset familiaritati superductum, vt ibi per eundem *Gratian. nu. 42. & per Simonet. de reseruat. in supracitat. q. 35. n. 21.*

Difficultas igitur versatur circa media, quibus familiaritas, & commensalitas huiusmodi probari
129 debet, constat enim † eius probationem plenam exigi, *Rot. decis. 584. num. 1. par. 1. in recen.* vbi aliæ allegantur, quas etiam cumulauit *D. Theodosius Rubeus, in suis singular. pag. 17. in 1. col.*

Tria igitur videntur principalia media iustificandi familiaritatem hanc. Prius est, cùm profertur liber domesticus ipsius Cardinalis, quem vulgo nuncupant Rotulum, in quo apparet descriptio omnium familiarium talis Cardinalis; circa
130 quem † librum est aduertendum, si agatur de probanda negatiua, quòd talis nō fuit familiaris, nihil esse, quin talis liber sufficiat, vt consuluit *Paris. cons.*

conf. 136. num. 32. lib. 4. & censuit etiam *Rot. in Hispalen. beneficij de Xeret, 14. Martij 1603. coram Litta, impressa apud Marchesf. tom. 3. pag. 468.*

131 Ita tamen, vt hinc † non excludatur facultas probandi in asserente, cùm propter errorē, vel ob aliam causam potuerit omitti describi nomen eius de quo agitur, vt censuit *Rot. decis. 619. ex num. 5. lib. 3. par. 3. diuer. & aduertit Beltram. ad Gregor. decis. 166. num. 11.*

132 Nisi fortè ex testibus † liquidò constaret de stylo Cardinalis, in non habendo pro familiaribus alios, quàm descriptos in tali libro, tunc enim prorsus hæc probatio negatiua excluderet quodcunque argumentum contrarium, quasi quod scriptura esset necessaria ad indicandum mentem Cardinalis, sine qua non posset formari familiaritas, *Rot. decis. 584. num. 9. par. 1. in recen.*

133 Si verò agatur de probanda † affirmatiua, Rota aliàs censuit, huiusmodi librum, siuè Rotulum non sufficere, *Put. decis. 401. num. 1. lib. 1. in correct.* ea
134 ratione † quia plerunquè in his libris consueuerunt describi aliqui ad effectum expediendi gratis, *Mohed. decis. 2. nu. 5. de probat.* & suprà etiam innuimus, & hanc sententiam probauit quoquè *Simonet. de reseruat. quæst. 36. num. 15.* Adeo
135 quod † pro statuenda reseruatione ex hoc capite, exigatur concursus aliorum adminiculorum, *Rota in praalleg. decis. 584. num. 9. par. 1. in recen.* & in his terminis est *Gregor. decis. 166. nu. 1.* vbi plena manu hoc explicat *Beltram. sub num. 10.* vbi distinguit casum quo agitur de simplici iustificatione narratiuæ, à casu quo agitur de iustificatione reseruationis.

136 Alterum est medium † probandi familiaritatē, quandò profertur aliqua dispositio ipsius Cardinalis iam defuncti, implicans tractatum propriū positiuum, tanquàm de tali familiari, carens omni suspicione, aut fingendi, aut simulandi, veluti cùm exhibetur testamentum ipsius Cardinalis, in quo talem honorauit titulo Legati; Hinc enim familiaritatem probari, visa est sentire *Rota in causa Nullius, siuè Spoletana Beneficiorum 20. Martij 1623. coram Rpd. Nauarro*; quod tamen intelli-
137 go, † si (vt in casu eius decisionis) alia adminicula concurrant, cum in hac re, nèc simpliciter stetur literis patentibus ipsius Cardinalis super familiaritate, vt suprà etiam deduximus, & post alios scribit *Menoch. de Arbitrar. Iudic. casu 552. num. 8. & 9.*

Exigitur enim factum, idest seruitium, & com-
138 mensalitas, vt sæpè iam diximus, vndè † verba non sufficiunt, *cap. 1. de eo qui mittit. in possess. l. ait Prætor. §. si quis ff. de nou. oper. nunciat. Socin. Sen. conf. 92. num. 10. lib. 4. Alexander cons. 21. num. 7. lib. 1.*

Et in hoc est discrimen manifestum inter literas Papæ, & literas Cardinalium super familiari-
139 tate, Papa enim, † qui tanquàm Princeps potest fingere, si decernat aliquem esse familiarem suum verum, & non fictum, talem eum constituit verè, propter fictionis effectum, nèc valet probari contrarium, ex deductis per *Simonet. de reseruat. quæst. 36. num. 6. & 7.* Quod minimè locum habet in Cardinali.

Aliud deniquè est medium familiaritatem pro-
140 bandi, videlicèt per testes † ad eam concludentes, ex circumstantijs suprà expressis, si enim concordent in dicto, ista probatio sufficit, *Gregor. d. decis. 166. num. 2.*

Exigitur autem, vt deponant de supradictis circumstantijs, ex quibus dicimus familiaritatem
141 constitui, † adeoquè referant causas scientiæ, etiamsi de illis non fuerint interrogati, *Rot. decis. 711. num. 7. par. 2. recen.* præcipuè quoad punctum deputationis ad certum seruitium, vt explicat *Beltram. ad eand. Gregor. decis. 166. vers. hinc est, quod Rot 2.*

142 Quo fit, vt in casu † quo nō sufficit simplex probatio, sed exigitur talis, quæ constituat reseruationem notoriam, vix sit eam ex huiusmodi medijs stabilire, vt fuit animaduersum in *præcitat. Nullius, siuè Spoletana beneficiorum.*

143 Familiaritate autem † probata de aliquo tempore, præsumitur continuata, nisi iustificetur contrarium, *Gomes. ad regul. de impetran. per ob. Crescen. decis. 18. num. 1. de probat. cum alijs adductis per Beltram. ad d. Gregor. decis. 166. num. 12.*

144 Nequè ad dissolutionem † familiaritatis, concluderet recessus à domo Cardinalis, vel etiam ab Vrbe, est enim societas, quæ vt simultaneo consensu contrahitur, ità non nisi contrario simultaneo dissensu dissoluitur, *Achil. decis. 276. num. 2. qui præter Gomes. loco supracitato, allegat etiam Anchar. cons. 398. Crescen. d. decis. 18. num. 3. Rot. in recen. par. 2. decis. 656. sub num. 8. vers. & cum semel.*

Et ratio est in promptu; quià potuit recedere de mandato, aut licentia ipsius Cardinalis, nèc minùs dicetur continuus commensalis, cum illud
145 verbum † *continuè*, debeat intelligi ciuilitèr, vt non excludat absentiam pro negotijs, aut suis, aut proprijs, aut Cardinalis, *iuxta Calder. cons. 8. ad med. vers. item illud verbum continuè, de off. leg.*

146 Cui conclusioni, non aduersatur, quòd † imò societas, alterutrius renunciatione dissoluatur, *§. manet, instit. de societat.* per quem textum, ità
147 docuit † in his terminis familiaritatis, *Io. Andr. in cap. vlt. sub num. 7. circa fin. vers. habet autem,* quem ibi sequitur *Franch. sub num. 11. vers. hæc familiaritas, de verb. signif. in 6.* super quo videtur aliquo modo hæsisse *Rot. apud Achil. d. decis. 276. num. 5.*

148 Nàm id intelligitur † in præiudicium renunciantis duntaxat, non autem vt etiam se ipsum eximat à vinculo societatis erga socium, quod declarat *text. in l. actione distrahitur, 65. §. diximus*
149 *dissensu, ff. pro socio.* Exigitur enim, † vt ea renunciatio præsenti fiat, & dùm absenti fit, nihil operatur in eius præiudiciū, donec sciuerit, *l. sed & socius 17. §. si absenti, eod. tit. ff. pro socio, Gloss. in d. §. manet, in verb. renunciauerit, instit. de societat.*
150 atque ità † non obstante huiusmodi recessu, absquè licentia, vel mandato Cardinalis, quantumcunquè animo non redeundi, eoquè seorsim declarato, durare effectum semel contractæ familiaritatis,

ritatis, pro reseruatione, concludit etiam *Simonet. in sæpè citat. quæst. 35. num. 24.*

151 Est tamèn verum, † si recedente familiari, alter in eius locum per Cardinalē subrogetur, vel quouis alio argumento posset vtrinque colligi animus non continuandi, quia nèc Cardinalis eum haberet pro familiari, cessando à consueta retributione sportulæ, siuè (vt vulgo vocant) partis, tùnc absolutè diceretur finita familiaritas, per *text. in l.*
152 *ita quoquè 64. ff. pro socio*, & si † quæ exinde à familiaritate digressus, beneficia obtineat, non cadent sub reseruatione, & hoc est, quod decidit *Rota decis. 584. sub num. 2. vers. de quo tempore par. 1. recen.*

Nullam autèm dubitationem recipit casus ille, vbi familiaris fuit per Cardinalem licentiatus, seù dimissus à familiaritate, hinc enim solui familiari-
153 tatem, † & omne illius vinculū (modo cesset fraus) docuit *Ioan. Andr. in præal. cap. vlt. sub nu. 7. ad fin. vers. si ergo Dominus, cum seqq. & ibi Gemin. nu. 9. & alij passim de verb. signif. in 6. sequitur Bald. in l. 1. sub num. 4. vers. & qui dicantur C. de Episcopis, et Clericis, Milit. in verb. familiaris quando dicatur desinere, Mandos. ad Regul. de impetran. beneficia per ob. quæst. 13. n. 14. Rot. ead. decis. 584. sub d. nu. 2. vers. attamen iuxta depositionem, par. 1. in recen. Beltram. ad præcitat. Gregor. decis. 166. sub num. 12. vers. de dissolutione autem.*

Et hæc quidem de familiaritate.

154 Administrationem † cum Iurisdictione, non contemplamur ad hunc reseruationis effectum in
155 quocunquè, sed tantùm † in eo, qui Iura Cameræ exigit, idest in Collectore, vel Subcollectore spoliorū, aut aliorum Iurium, non item in eo, qui haberet nudum exercitiū, vt latè probat *Mandos. ad dictam Reg. 4. in 8. quæst. ex nu. 2.* vbi licèt *sub num. 7. vers. Contraria opinio*, subdat, quod contraria opinio à Curia Romana reciperetur, quæ etiam Iuris adminiculis non caret; nihilominus, nèc auditum est, Curiam alitèr vnquàm sensisse, nèc ea adminicula, quæ ipse cumulat, sunt alicuius momenti, vt patet cuiuis legenti per eum ibi scripta; nèc enim vis stat in maiori, vel minori Iurisdictione, sed in totali eius defectu; & quod Iurisdictio sit ea, quæ totum facit, apparet, quia
156 istud † officium Collectoriæ (quod idem est, quod leges nostræ vocant Quæsturam) non potest esse sine Iurisdictione, & Imperio pro cogendis debitoribus Cameræ, vt benè docet *Cuiac. in paratit. de offic. Quæst.* & videmus quotidiè practicari. Nèc alia ratione, si Clericus aliquis se cōposuerit cum Camera, & mox quipiam deputetur exactor taxæ, seù compositionis soluendæ, illius Exactoris beneficia dicuntur reseruata, quàm quia illi con-
157 cessa sit Iurisdictio; Iurisdictio † autem, non item eius latitudo faciat quem Subcollectorem, *Lap. in cons. vlt. impress. post cons. Oldrad num. 2. ad finem, quem sequuta fuit Rota in Asten. Canonicatus, & Præbendæ 27. Iunij 1616. coram Reuerendiss. D. Coccino.*

158 Hincquè profluit, deputationem, † istam in Subcollectorem, ad effectum reseruationis, non alitèr posse iustificari, quàm per literas deputationis, factæ cum omnimoda iurisdictione, itaut quæuis alia probatio, siuè per testes, siuè per literas missiuas, quæ explicitè non referant deputationem factam cum tali iurisdictione, minùs sufficiens sit, veluti æquiuoca, iuxta *Regul. cap. in præsentia de probat.* sic enim per ea quæ tradit *Bellencin. de charitat. subsid. quæst. 112. firmauit Rota in vna Feretrana Parochialis, 4. Maij 1588. coram Rubeo.*

159 Etenim † cum totum (vt dixi) consistat in iurisdictione, & non in simplici deputatione ad nudum factum exactionis, subintrat clara iuris dispositio, videlicèt delegatam iurisdictionem non alitèr probari, quàm per literas ipsius delegationis, vt post alios tradit *Mascard. de probat. con-*
160 *clus. 949. ex num. 1.* nisi † testes probarent, se fuisse præsentes, & concluderent ad punctum delegatæ iurisdictionis, *Rot decis. 10. de offic. deleg. in nouis Bellencin. loco proximè allegat. quæst. 111.* & ita respondit Rota *in d. Feretrana Parochialis,*
161 vbi quod † probatio exercitij in exigendo, & etiā communis reputationis, nihil operatur, quemadmodùm etiam latissimè deducit *Garz. qui præinserit d. decisionem, in tractat. de Benef. par. 5. c. 1. nu. 376. & n. 378. cum seqq.* quicquid sit ad alium effectum quàm reseruationis, vt ibi per *eum num. 377.*

Officium deniquè simplex, idest vacuū ab omnī dignitate, administratione, & Iurisdictione, reseruationem hanc operatur, non quidèm omne, sed duo hæc, videlicèt Cubicularíatus, & Cursoratus,
162 Cubicularios † autèm non intelligit Regula 7. intimos Papæ, quia illi fuerant iam comprehensi sub Regula 4. neque Cubicularios Officiales, ad hoc enim extensa fuit etiam eadem Regula per Constitutionem Pauli Tertij suprà relatam, cuius rei illud est argumentum, quod fuerint relati inter alios Officiales, qui non habent panem honoris, ponuntur enim inter Scriptores literarum, & Milites S. Petri, vt sic benè arguebat *Mandos.* (quāuis ad alium effectum) *in Reg. 6. q. 1. num 6.* sed Cubicularios honoris; nàm quicquid olim visum fuerit Rotæ, vt apud *Mohed. decis. 2. de probat.* hic est verus intellectus illius Regulæ, quæ in alijs non potest verificari, iuxta opinionem *Glossat. antiq. in d. Reg. 6. vers. ex quo sequitur,* & probauit Rota in suprà allegata *Placentina, & Corduben. Beneficiorum 10. Nouembris 1617. coram Reuerendiss. Coccino,* vbi respondetur *decis. 43.* suprà citatæ, quod in ea, non fuerit articulus ad amussim excussus; quod enim tunc visum fuerat in contrarium vrgere, in creatione Collegij Cubiculariorum, decretum fuisse, nè quipiam extra illud sibi nomen vsurparet Cubicularij, satis debile erat, cum esset intelligendum de his, qui tale nomen sibi vsurparent, non autem de his quibus Papa id concederet per Priuilegium, & cum suffi-
163 cienti derogatione illius decreti, nè quando † videretur Papa voluisse limitare potestatem suorum successorum, quod fieri nequit, *cap. Dudum de Præbend. in 6. Bero. cons. 147. n. 27. lib. 3.* Hodie verò sublata hæc est disputatio per nouam Regulam, in

lam, in qua adiecta leguntur verba hæc, *etiam honoris nuncupatorum*.

Harum verò reseruationum, vna, & eadem est ratio, cui dictæ tres qualitates vtcunquè diuersæ, æqualitèr subijciuntur, videlicèt Pontificis tutela, & protectio, sub qua dictæ personæ, vnà cum eorum beneficijs susceptæ sunt, adeò vt compe-
164 tat ipsi Domino actio, non tàm † pro iniuria illata suo familiari, & domestico, cùm censeatur facta Domino, *l. 1. vers. Per alias, ff. de Iniur. Bal. in l. vn. num. 15. C. si Quacunquè predit.*
165 *potest.* quàm pro † illata suo Officiali, & Administratori, siuè habeat Iurisdictionem Officio coniunctam, siuè simplicem administrationem, vel simplex officium seruitij erga Curiam, vt post alios scribit *Guid. Papa quæst. 307. vbi Adden. qui optimè declarant*.

166 Qua ratione † inductum est priuilegium exemptionis ab Ordinarijs, ad fauorem nedùm Officialium, sed cunctorum simul Curialium, latissimè Curialis sumpto vocabulo, pro degente in Curia, vel pro negotijs ad illam veniente, de quo priuilegio habetur in *extrauag. Eugenij relat. in cap. 3. de Priuil. inter comm.*

167 Ratione igitur † talis protectionis, & curæ censetur Papa, ad se reuocare quicquid contingere potest circa beneficia talium personarum, vt propterea non possint inferiores Collatores de illis disponere sine offensa reuerentiæ, quam exhibere tenentur Romano Pontifici, *cap. Vt nostrum de appellat.* & hoc est, quod fortè voluit dicere *Mandos. ad d. Reg. 4. quæst. 8. sub num. 3. vers. Tertia ratio*, dùm perquirens rationem, cur Beneficia Collectorum, & Subcollectorum sint reseruata, illam ducit ex quadam connexitate, quam habent cum Sede Apostolica, subijciens, non decere Ordinarios, se intromittere circa bona, & personas illorum, & hanc rationem maximè perpendit respectu familiarium *ad d. Reg. 6. quæst. 1. sub num. 8. vers. Vnde*
167 *Regula hac.* Quo † fit, vt quià præmissa ratio, non militat respectu beneficiorum, quæ obtinent personæ ex post solutum nexum familiaritatis, vel officij huiusmodi, neque etiam intret reseruatio, vt expressè disponitur circa familiares, & Collectores in 3. *& 4. Regula*, & ibi quoquè *Mandos. in 5. quæst. num. 1. & 3.* & de Cubicularijs, & Cursoribus, est *Rota decis. 31. num. 2. vers. In oppositum facit, de prabend. in antiq.*

Hoc tamen assumptum nostrum, ex duobus potissimum videtur posse conuelli.

Primò, quia ex illa qualicunquè protectione, etiamsi censeatur auocata potestas ab Ordinarijs, cognoscendi causas super beneficijs talium personarum, iuxta *d. Extrauagan.* Eugenij, eum
168 non sit extranei Potentioris protectio, quæ † regularitèr vacua est ab omni Iurisdictione, *Gemin. cons. 81. nu. 2. vers. Nam recommendatus alteri,*
169 sed protectio † ipsius Summi Pontificis, in qua plena Iurisdictio continetur, *Bald. in l. 1. num 8. C. Si quacunquè prædit. potestat.* non tamen hinc possit inferri ad auocationem facultatis eadem beneficia conferendi, vbicunquè vacant, nè ex
170 penitus diuersis fiat illatio. Quamuis † enim auocata potestate conferendi ab Ordinario, censeatur etiam auocata potestas cognoscendi de gratia huiusmodi, *Anchar. cons. 58. num. 3. cum citatis per Gabr. cons. 182. num. 7.* qui † istud de-
171 clarat sub *num. 22. lib. 2.* tamen euidentèr hoc non conuertitur, cum non militet eadem ratio
172 impedimenti ex manus appositione, quæ † semper restringitur ad suam causam, suumquè, ad quem intensa fuit, effectum, vt latissimè probat *Gonzal. ad Reg. de mens. Gloss. 52. ex num. 38. & suprà etiam vidimus*.

Secundò, quià si verum esset assumptum istud, neque Regula 5. restringeretur ad Subcollectorem vnicum, sed plures comprehenderet, cum in omnibus militet eadem ratio; & è conuerso Regula 4. non amplecteretur familiares Cardinalium, cum ij non possint dici familiares Papæ, neque respectu sui, neque respectu Cardinalium; Est enim familiaritas societas quædam, seu con-
173 tractus, instar habens societatis, vt suprà diximus, Vndè & † familiaritas Socialis nuncupatur, ad differentiam potestatiuæ patris in filium, vel Domini in seruum, vt notat *Felyn. in cap. Insinuante, sub num. 4. vers. Est quadam de offic. Delegat.* & propterea neque (vt dixi) respectu sui, qui est familiaris Cardinalis, potest diei familiaris Papæ, cum
174 non detur † consensus, *Instit. de obligat. qua ex consens. nascunt. in princip.* nèc respectu personæ Cardinalis, cuius verè est familiaris, vt suprà dictum est.

Cùm itaquè dicta Regula 4. expressè complectatur familiares etiam Cardinaliũ, quibus tamen non videtur cõgruere supradicta ratio, consequẽs est, vt hæc non sit ratio dispositionis huius, nè excludatur analogia inter legem, & rationem Legis,
175 quæ † se habent ad inuicem, veluti corpus, & Anima, vt inquit *Bald. in l. Si quis seruo num. 10. C. de furt.*

Cæterùm, non est recedendum à supradicto assumpto: nàm quantum attinet ad primum obiectum, non dicimus, ex protectione illa oriri affectionem aliquam, quæ vi sua impediat quominùs Ordinarius conferat, sed dicimus, ex illa oriri quãdam congruentiam, vt in honorem, & reuerentiã Principis, inferior ab ea debeat se abstinere, nè conferat; quemadmodum dicimus, in reueren-
176 tiam † sui Episcopi, non debere Presbyterum celebrare in altari, in quo eo die Episcopus celebrauit, non quod præcisè non possit celebrare, sed quià id saperet irreuerentiam, & præsumptionem, *can. vlt. de consecrat. distinct. 2.*

Vt igitùr, auferatur ab inferioribus etiam occasio præsumendi, & temerandi honorem Summi Pontificis, hoc casu benè potuit, & debuit in-
177 duci absoluta reseruatio, ea enim † quæ summa veneratione censentur, nèc minimo præsumptionis actu soluenda sunt, inquit *text. in can. Nihil contra ordinis, 7. quæst. 1.*

Hæc igitur est vera ratio reseruationis huius, vt
178 videlicèt † occurratur audaciæ, quod est de ratione legis in vniuersum, *can. 1. distinct. 4.* Ponamus

enim, quod quarta Regula non esset facta, & Or-
dinarius contulisset beneficium vacans per obitũ
extra Curiam familiaris Papæ, vtique negari non
posset, quin valida ea esset collatio. Atqui, minus
negari posset, per Ordinarium, reuerentiam quan-
dam Papæ debitam, in permittendo, vt ipse de tali
beneficio prouideret, læsam, & temeratam fuisse;
nè igitur daretur inferioribus ansa hæc, facta est
reseruatio prædicta, quæ ideò tantum videtur ab
honestate diuelli, & separari posse, quantum va-
let diuelli, & separari ab eadem honestate ea re-
pressio temeritatis, & audaciæ, quæ repressio
satis inducitur, eo ipso quod actus (vltra notam
temeritatis) etiam remanet infectus; quod satis
179 pœnæ in se habet, cum † nullitas proueniens ra-
tione prohibitionis, pœna sit, *cap. si Religiosus
de elect. in 6. l. Senatus, ff. de contrahend. empt.
cum simil. adductis per Alex. cons. 90. nu. 3. vol. 7.
Vant. de nullit. in 1. Rubr. quid sit nullitas n. 15.*
180 Quod simul ad legis † vim, atquè auctoritatem
pertinet, *l. legis virtus ff. de legib. & declarat So-
to de Iust. & Iur. lib. 1. q. 2. in 2. art.*

Quantum verò attinet ad alterum obiectum,
181 quod magis vrgere videtur, dicendum est † imò
hanc ipsam rationẽ, non militare in pluribus Sub-
collectoribus eodem tempore ad idem constitu-
tutis; militare autem etiam in familiaribus Car-
dinalium, quamuis non sint familiares Papæ. Et
sanè, quoad Subcollectores est aduertendũ, ratio-
nem Regulæ, dùm excipit casum plurium Subcol-
lectorũ, non esse eam, quam existimauit *Mandos.
ad Reg. 4. in 10. q. n. 4.* quia videlicet Collectores
non habeant hanc facultatem constituendi eodem
tempore plures Subcollectores, & quod in conse-
quens nullo existente actu, non intret Reseruatio;
hæc enim consideratio minimè videtur sustineri;
quià cum Regula limitet reseruationem in casu
vnicitatis, iam præsupponit posse dari cõtrarium
casum pluralitatis, & si considerasset actum esse
nullum, non fuisset opus statuere aliquid in spe-
cie respectu vnius, vel plurium, cum non entis nul-
læ sint qualitates, vulgata *l. Eius qui in Prouin-
cia, ff. si cert. petat.*

182 Prætereà cum cadat † pluralitas in Collecto-
ribus, adeò, vt si sint plures in eadẽ Diœcesi, om-
nium beneficia sint reseruata, nèc terminus vnici-
tatis ad ipsos sit referendus, sed ad Subcollecto-
res tantùm, vt benè aduertit *Alphons. Soto ad
eandem Regulam in princip. vers. & tunc debet
intelligi*, Iam datur instantia, vt possint esse plu-
res Subcollectores validè constituti, idest serua-
ta facultate vniuscuiusquè Collectoris, in depu-
tando vno tantùm pro quolibet, & sic tota argu-
mentatio Mandosij vbi suprà diffluere videtur,
iuxta Regulam, quam habemus *in §. Illud quo-
què quæsitum, ad finem, Instit. de rer. diuis.*

Ratio igitur Regulę in hac parte est, quia Papa,
nè ob multiplicitatem Subcollectorum videatur
velle nimis præiudicare Ordinarijs, relaxat ad
ad eorum fauorem debitum illud reuerentiale,
de quo suprà dixi, & consequentèr ipsam reser-
uationem, in quo maxima elucet modestia Ro-
mani Pontificis.

Quouerò ad familiares Cardinalium, licèt ex
illa familiaritate non contrahant familiaritatem
183 cum Papa, nihilominus † contrahunt obsequia-
lem nexum, propter identitatẽ mystici cuiusdam
corporis, atquè inuiscerationem Cardinalis cum
184 Papa, de qua † inuisceratione *text. est in l. Quis-
quis in princ. ff. Ad leg. Iul. Maiest. registratus
in can. pen. 6. quæst. 1. & dictum est suprà lib. 1.
quæst. 8. n. 49.* Quapropter, Hi non magis intelli-
guntur militare Cardinalibus, quam Papæ; quem-
185 admodum † enim familiaritas deseruientium
alijs quoquè Officialibus, etiam quodammodò
reflectit in ipsum Principem, præcipuè ad dictum
effectum protectionis, *arg. text. in l. 2. §. ad peran
gariam C. de Episc. & Cleric. vbi Salyc. n. 4. & 5.*
ità & efficaciùs in eum reflectit familiaritas de-
seruientium Cardinalibus, vt tametsi nõ ideo pos-
sint dici familiares Papæ, vt suprà dictum est, ta-
men specialitèr videantur recepti sub protectio-
186 ne Pontificia, quæ † non simplicitèr tuetur perso-
nas Cardinalium, & eorũ Iura, sed, & enixiùs, eo-
rum auctoritatẽ, *l. Ius Senatorum C. de Dignitat.
lib. 10.* in qua plurimùm consistit conseruatio fa-
miliarum, & domesticorum eorundem, cum eadẽ
prorsus prærogatiua, & in hoc benè conueniunt,
quæ per eum *text. docuit Salyce. vbi suprà, & nos
in hac q. suprà tradimus*, quod totum efficit illa
187 inuisceratio, cuius † tanta est vis, vt licèt familia-
ris Cardinalis decedat in Curia, nihilominus ad-
huc sit locus Regulæ 33. de impetrãtibus per obi-
tum familiarium Cardinalium, sibiquè eam Legẽ
Papa voluerit imponere, vt concludit *Alphonsus
Soto ad eandem Regulam, & scripsit etiam Cas-
sad. decis. vlt. num. 8. de præbend.*

SVMMARIVM.

1 Reseruatio, quibus Beneficijs inducta ex propria illorum qualitate.
2 Electiua Beneficia, cur hodiè reseruata.
3 Episcopatus, qualitèr olim prouiderentur.
4 Abbatiæ, qualitèr olim prouiderentur.
5 Priuilegium amittitur per abusum.
6 Dignitates principales, earumquè prouisio soli Principi reseruata.
7 Dignitates post Pontificalem maiores in Cathedralibus, vel principales in Collegiatis, qua ratione fuerint reseruata.
8 Iurisdictio omnis, est de regalibus Principis.
9 Ecclesiarum Patriarchalium de Vrbe Beneficia reseruare, an opus fuerit.
10 Cardinales in eorum titulis, qualitèr habeant ius conferendi.
11 Cardinalium tituli, sunt diuersi ab Ecclesiis Patriarchalibus Vrbis.
12 Commenda, transfert liberam potestatem administrandi, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus.
13 Necnon ius præsentandi, et eligendi, ac prouidẽdi.
14 Beneficia inferiora Ecclesiarum Patriarchalium Vrbis, ad quos, & quo iure spectent.
15 Et sede Apostolica vacante, possunt conferri per Cardinales Archipresbyteros.

16 Eccle-

QVÆSTIO XXXIII.

Qualitèr inducta sit reseruatio, ex certa qualitate ipsius Beneficij, & quæ sit vniuscuiusquè ratio.



ERTIAM nunc iā causam, reseruationis aggrediamur, quæ est ipsius Beneficij qualitas; Ea verò ad tria † deducitur capita.
1
Prius, quia sit de maioribus, vt sunt omnes Ecclesiæ Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, & Episcopales, necnon omnia Monasteria Virorū valorem annuum florenorū ducentorum auri cōmuni æstimatione excedentium, de quibus omnibus satis vidimus superiori libro *q. 5. nu. 12. q. 11. ex n. 1. & per to. quæst. 10. & q. 26 nu. 8.* vbi probauimus, istorum omnium causam efficientem esse ipsum Petrum, & illius successores, & pro his facta est Regula 2. *Cancell. à princip. vsquè ad vers. Ac etiam reseruauit.*

Alterum, quia sint Canonicatus, & Præbendæ, seù dignitates, Personatus, aut Officia in Ecclesia S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum, & B. Mariæ Maioris de Vrbe, pro qua reseruatione est facta *Reg. 8. in princip.* super quibus reseruationibus cum extent plena commentaria, præcipuè Mandosij, & Glossatoris antiqui, cui nuper accesserunt alia glossemata *Ioan. à Chok. Mandos. & Garz. in locis præallegatis*, nihil ex eis transcribendum putaui, sed tantùm, non deflectēdo à principali scopo. de ratione ipsa quærere.

2 Ratio igitur reseruationis † maiorum Beneficiorum, pro qua facta est Regula 2. nulla est alia, quā vt euitarētur abusus maximi, qui in electionibus, & consequentèr in confirmationibus committebantur, de quibus latè scribit *Rebuff. in concord. tit. de elect. derogat. à princ. vsquè ad finē, & nos attigimus superiori tit. q. 26. ex nu. 36.*

3 Quapropter, in vanum antiqui Canones † obtenduntur, secundum quos, facta Electione per

Inferiores, confirmatio permittebatur (si de Episcopatibus ageretur) ipsis Metropolitanis, *cap. Cum dilectus 32. in princip. vers. Metropolitanus quoquè, de elect.* nisi electus esset immediatè Papæ subiectus; *cap. nihil est, 44. §. cæterum*
4 *eod. tit.* si de † Abbatibus verò, vel alijs Monasteriorum Præfectibus, consueuerat concedi alijs, qui vice ipsius Papæ confirmarent, vt in *c. Cum venerabilis, 7. de consuet. & latè magnificat Ferret.*
5 *consil. 301. num. 9.* Nam † cum hæc processerint ex Beneficio Sedis Apostolicæ inferioribus concesso, nihil æquius fuit, quàm vbi illud Beneficium, per abusum, conuersum fuit in maleficium, & scandalum, id ipsum rescindere, & reuocare, *c. Suggestum de Decim. can. Priuilegium, 11. q. 3. cum allegat. per Decian. consil. 22. nu. 10. lib. 4.* Nec vlteriùs supèr hac reseruatione, illiusuè ratione immoror, cum & satis excussa fuerit in *d. q. 26. ex num. 37.*

Rationem verò reseruationis maiorū Dignitatum post Episcopalem in Collegiatis, nec non Dignitatū conuentualium, eam existimauit esse Mā-
6 dosius *ad Reg. 3. in præfat. n. 1.* quòd † etiā secundum Ius Ciuile, Principi reseruetur facultas cōferendi primas Dignitates, vt voluit *Roman. in l. Imperiū, sub n. 2. post med. vers. Itē collationes maiorū, ff. de Iurisd. omn. Iud.* quæ tamen Ratio, militat potius in supremis, vt sūt Episcopatus, & aliæ, de quibus mox dicam, quàm in his subalternatis.

Et propterea, credo aliam rationem magis cō-
7 gruere, quià videlicèt istæ Dignitates † quatenus sunt cū Iurisdictione, vel etiā cū sola administratione, illa potestas non mouetur in Episcopo, sed in ipso Capitulo, ac ab eo in dignitates refluit, vt vidimus suprà *d. lib. 1. q. 14. n. 91. & q. 16. ex n. 69.* proindequè, cùm nō nisi per electionem Capituli prouiderentur, *c. 1. de Elect.* sicuti æquū fuit propter crebros abusus electiuam hanc facultatem Capitulo adimere ex supradictis, ita eorum libera prouisio, & omnimoda dispositio reseruanda fuerat ipsi Papæ, proptèr coherentiam Iurisdictionis, quæ eum nequè in Episcopo, nequè in alio inferiori moueretur, præterquàm in Capitulo, à solo ipso Papa poterat hoc casu mandari, *l. 1. C. qui pro*
8 *sua Iurisdictione,* omnis † enim Iurisdictio est de Regalibus Principis, vt post alios latè probat *Rosental. de feud. cap. 5. in 4. conclus. num. 7.*

Quod attinet ad Canonicatus, & dignitates, of-
9 ficiaquè in † Ecclesijs Lateranen. S. Petri, & S. Mariæ Maioris de Vrbe, reseruationem hanc superfluam fuisse aliquibus visum est, præterquàm ratione soluendi dubitationem ex facultatibus concedi consuetis Cardinalibus Archipresbyteris, vt suprà diximus, & etiam probauit *Ioan. à Chok. in addit. ad Gloss. antiq. super Reg. 7. in princ.*

10 Cæterùm, existimo id fuisse † necessarium, non quidem ex eo, quòd Cardinales in suis Titulis habeant Ius conferendi, *Felyn. in c. bis quæ nu. 1. de maio. & obed. Innoc. in c. Dilectus sub nu. 4. vers. Sed posset dici, de Capel. Monach. cum alijs per Chok. vbi suprà num. 8.* secundum tamen ea quæ exposuimus hoc *eo. lib. q. 2. num. 8.* nisi sint absentes, quod fuit particularitèr inductum ex *2. par.*
11 *d. Reg. & notat Chok. eo. num. 8.* nàm illæ † Ecclesiæ sunt diuersæ ab ipsis Titulis Cardinalium, neque inter eos referuntur, vt videre est in 55. Constitutione Sixti Quinti, & de facto seruatur, vt qui in eis Archipresbyteri sunt Cardinales, habeant suos Titulos in diuersis Ecclesijs, iuxta dictam Constitutionem designatos; sed ex eo, quòd illæ Ecclesiæ ipsis Cardinalibus ad eorum vitam commendentur, per quam commendam trans-
12 fertur † in eos libera potestas administrandi, tàm in Spiritualibus, quàm in Temporalibus, vt benè aduertit *Abbas in cap. Cum nobis, 19. sub num. 6. vers. vltimo nota, & vers. Et solet Papa hunc Titulū concedere Cardinalibus, de Elect.* proinde-
13 què in eos † transfertur potestas præsentandi, & eligendi, ac prouidendi ad omnia Beneficia Ecclesiæ commendatæ, *Rebuff. in prax. tit. de commend. num. 60. & 61. Gonzal. ad Reg. de mens.*
14 *gloss. 5. §. 8. num. 12. & 13.* à † quo tamèn est cauendum, quatenùs *sub num. 26. vers. quoad inferiorem autem,* loquendo de simultanea collatione Archipresbyteri, & Capituli in dictis Ecclesijs, eam restringit ad contextum priuilegiorum, seu Indultorum, illis opponendo Ius commune; nàm isthæc priuilegia sunt secundum ipsum Ius commune; nèc Decisio facta in *Romana Capellaniæ 27. Nouembris 1602. coram Illustrissimo Cardinali Millino,* agnoscit discrimen illud, sed considerat potiùs ex particulari Constitutione Gregorij XIII. & sic ex Iure singulari, illam Capellaniam, & alias per dictum Pontificem in Basilica S. Petri erectas, penitus exemptas ab omni ordinatione Archipresbyteri, & Capituli, ita vt cessante hac singulari prouisione, nihil foret, quin eæ vnà cum alijs inferioribus Beneficijs pertinerent ad dispositionem Cardinalis Archipresbyteri, ex lectura eiusdem Decisionis, quæ est impressa in *recent. decis. 616. par. 4.*

15 Ex prædictis igitur patet, si † Sede Apostolica vacante contingeret vacatio alicuius dignitatis, vel Canonicatus, aut officij in aliqua ex supradictis Ecclesijs, nil obstare, quin posset Cardinalis Archipresbyter liberè prouidere; nisi aliud vrgeret obstaculum, quàm reseruationis supradictæ Regulæ octauæ; qua ratione omnino fuit dicta Regula simpliciter, & præcisè necessaria, necessarium enim (relato termino ad legem) id dicitur, quo non cauto, in diuersum abitur, *l. Humanum, C. de legib.*

16 Disquirenda ergò, non secùs † quàm in alijs, in hac ipsa reseruatione eius est ratio; nàm si quis eā duceat à prærogatiua ipsarum Ecclesiarum, quià scilicet Lateranen. Ecclesia sit speciale membrum Ecclesiæ Apostolicæ Sedis, vt declarat Honorius Tertius in sua Constitutione 4. imò præcipua Sedes inter omnes Vrbis, & Orbis Ecclesias, vt etiā declarauit Gregorius XIII. in eius Constit. prin. a & Pius V. in Constitut. 94. adeò vt Papa ipse, dicatur proprius Episcopus, & Ordinarius illius, vt visum fuit vni ex Dominis in causa Assisien Beneficiorum 18. Iunij 1607. coram Sacrato: Basilica verò D. Petri, talem nacta sit sortem, vt in ea quiescat sanctitatis Ecclesiæ Principatus, vt dicebat Nicolaus Tertius, in constitutione edita

super

super ordinatione eius Ecclesiæ 3. Non. Febr. 1278. Ac denique Ecclesia B. Mariæ Maioris constructa fit à Romanis Pōtificibus, vt notat Baron. in Martyrolog. 5. Augusti: Rursusque prærogatiuam amplificet, quod eæ sint ex quatuor Patriarchalibus Vrbis, vt notant omnes, præcipuè *Geminian. in cap. Fundamenta num. 6. de elect. in 6.* Nihil profectò adhuc videbitur egisse, nisi assignet rationem, cùr Regula hæc non etiam capiat alia inferiora Beneficia, cuiusmodi sunt Beneficiatus, & Clericatus, in quos eadem prærogatiua Ecclesiarum æquè diffunditur, & nihilominus certum est, simultaneæ esse collationis ipsius Archipresbyteri, & Capituli, etiamsi ad dimouendam inter ipsos discordiam diuisum sit Ius istud per turnum, vt ponderat Rota *decis. 600. sub num. 2. vers. 1. responsum fuit, par. 4. in recent.* vbi latè dictum fuit, in turno Capituli, etiam admitti Canonicos in sacris adhuc non constitutos, quod repetitur *decis. 603. & decis. 616. in princip.*

Itaquè *Gloss. at. antiq. in ead. Reg. 7. vers. Tamen Papa*, rationem huius reseruationis nonaliam se inuenisse satis clarè est professus, quàm 17 quià sic Papa voluit, nèc quispiam † ei dicere potest, cur ita facis? cùm illi stet pro ratione voluntas, vt latè tradit *Gloss. in cap. Quanto, in verb. Veri Dei vicem, de translat. Episc.* cum qua ratione si transierimus, nil certè præstabimus, nàm cum etiam in Principe rationem voluntatis perquiramus, quæ conformet se legibus, 18 *l. Digna vox C. de leg.* præsumitur † enim perpetuò moueri ex aliqua iusta causa, *cap. cum à nobis, de testib. Abb. in cap. cum venissent num. 8. de Iudic. Ioan. Monach. in cap. 1. num. 11. de reb. Ecclesiæ non alienan. in 6. Rodoan. in tractatu de rebus Ecclesiæ non aliena. in c. quæst. num. 18.* minimè huic indagini satisfit, pro ratione factum voluntatis allegando.

Existimo igitur rationem voluntatis huius, aliā non esse, quàm ipsarum Ecclesiarum, in quibus talia beneficia consistant, Excellentiam, & prærogatiuam, de quibus latè tractant *DD. in suprà allegat. cap. fundamenta*; sunt enim Ecclesiæ Pa- 19 triarchales † & quasi Episcopales, vt dixit *Gloss. at. in dicta Reg. 7. in princip. vers. & propterea.* Vndè conueniens est, vt maiora quæ in his habentur Beneficia, pro conseruatione talis excellentiæ, & prærogatiuæ, per alium non prouideantur, quàm per ipsum Romanum Pontificem, ne- 20 què † enim leuis est hæc honoris prærogatiua, vt docet *I.C. in l. 2. ff. Alb. Scrib. & considerat etiam Felyn. in cap. Per tuas, num. 4. ad fin. de maior. & obedien.*

21 Postremū † huius reseruationis caput est, quid, vt iam dictum, sit maior dignitas post Pontificalem, in Cathedrali, siuè simplici, siuè Metropolitana, vel etiam Patriarchali, aut principalis in quauis alia Collegiata Ecclesia, dunmodò secundum communem æstimationem, excedat valorem decem florenorum auri, aùt etiam, si sit dignitas Conuentualis, putà Prioratus, Præpositura, Præpositatus, vel etiam Præceptoria generalis cuiuscus ordinis, dummodò non militaris, de quibus etiam vidimus *lib. 1. q. 5. ex n. 14.* Et pro hac reseruatione facta est *Regul. 4. in princ. vsquè ad vers. ac quacunquè, & a 9. declarans, vsquè ad fin* vbi declaratur, quod dictū est de maioribus post Pontificalē in Cathedralibus, sub ea dispositione cōprehendi etiam non maiorem, quæ tamen in collegiatis Ecclesiis principalem præeminentiam habere noscitur, ex cōsuetudine videlicet, vel alio 22 iure speciali, secundum quod in † multis Prouincijs, præsertim Hispaniæ, & Galliæ, sunt aliquæ dignitates in Cathedralibus, quæ habent sub se Canonicatus in alijs Collegiatis, & in illis cu.us præeminent, vt super dicta Regula (quæ olim erat 3.) notauit *Alphon. Soto, in 1. col. vers. ex quo sequitur*, & de his etiam agit *Garz. de Benefic. par. 5. cap. 1. num. 260.*

Quamuis autem, qui scripserunt super ea Regula, nihil penitus videantur intactum reliquisse quod ad hanc materiam pertineat, nihilominùs, quià illa, vsu frequentissima est, me operæ pretium facturum existimo, si duo præcipua hic methodicè explicauero, quæ ad multorū cognitionem conducant, videlicet qualiter in hac controuersia Dignitas accipiatur, & qualiter æstimetur, dùm vel est sine concursu alterius, vel dùm cum alia dignitate concurrit.

Et quidem, respectu primi, constituendū est pro efformanda dignitate ad effectum istius reserua- 23 tionis, minimè exigi iurisdictionem; nàm † quicquid ad alium propositum censuerit *Abb. in c. de multa num. 21. ad fin. de preb.* & nos quoquè scripserimus *lib. 1. quæst. 16. ex nu. 47.* sufficit admi- 24 nistratio † aliqua, cui cohæreat simplex præeminentia, hæc enim præeminentia ità cohærens, verè ac propriè dicitur Dignitas, *vt ex textu in l. Honor. ff. de muner. & honor.* in terminis dignitatis Capitularis tradit *Oldrad. consil. 150. num. 3. in princ. Abb. in d. c. de multa sub nu. 23 ad fin. vers. puto quòd si officium, & ibi etiam Innoc. n. 6. & 7. Hostien. in cap. præsenti nu. 14. de rescrip. in 6 Io. à Capistr. in c cum decorem n. 3. de cler. coniugat.* 25 Ponuntquè hi exemplum in Thesauraria, † quam constat esse Officium simplex, cum administratione tamen, illiquè coniuncta præeminentia, idem quoquè tradit *Paecian. de probat. lib. 2. c 27. n 33. & noui sequitur D. Frācĭscus Niger Cyriacus* in suis nō minus doctis, quàm optimè digestis forēsibus controuersijs, *controuers. 20. nu. 6.* Et quod 26 ideo ad † constituendam Dignitatem præcisè non sit necessaria iurisdictio, docuit etiam *Felyn. in Rubr. sub n. 10. vers. quomodo de maior. & obed. Syl. de Benef. p. 1. q. 2. n. 59 et 60. Card. cōs. 30. n. 7. Staphil. de mod. & for. impetran. §. præterea n. 1. Aret. cons. 23 n 2. Hoied. de Benef. incompatibil. p. 1. c. 7. num. 4. Mascar. qui plures refert concl. 515. nu. 4. Azor. instit. moral. p. 2. c. 13 lib. 3 in 2. q. ad fin. & q 5. similitèr ad fin. vers. is quoquè, Boer. decis. 286. num. 12.*

27 Nihil enim aliud est Dignitas, quàm † præeminētia in gradu, vt per *Hostien. in sum de preben. sub num. 2. vers. quid sit dignitas*; & proptereà valet quidem argumentum affirmatiuè concep.um, ille habet iurisdictionem, ergò est positus in digni-

tate, sed non valet negatiuè, ille non habet iuris-
dictionem, ergò non est positus in dignitate: sunt
enim tria signa distincta, præter nomen sonans in
28 dignitatem, † videlicèt administratio, cui cohæ-
reat Iurisdictio, & Administratio, cui cohæreat
simplex præeminentia, siuè prælatio, quod est id
ipsum, quod Iurisconsultus in *d.l.honor.ff. de mu-
ner.& honor.* vocat *gradum*, & communis repu-
tatio, quorum signorum concursus non exigitur,
sed sufficit alterum, vt colligitur ex *Rot. decis. 9.*
29 *de praben. in nou. in additionibus*, indequè † vel
solam communem reputationē sufficere, pro con-
stituenda dignitate, post Rotam manifestè sensit
*Abb. in cons. 93. sub num. 1. vers. & de thesaura-
ria lib. 2.* quod priùs docuerat *in praestat. cap. de
multa, nu. 21. & 22. de praben. Gemin. cons. 101.
num. 1. Paris. cons. 50. num. 1. lib. 4. Menoch. cons.
257. ex num 36. Mandos. ad Reg. 3. q. 1. num. 2.
Flamin. Paris. de resignat. Beneficior. lib. 2. q. 1.
num. 83. Rot. decis. 29. n. 3. par. 2. diuers.*

Quo verò ad aliud, posita dignitate in aliqua
30 Ecclesia, cum † qua alia non concurrat, ideoquè
ibi sit vnica, quod pertinet ad effectū reseruatio-
nis, olim Rota eius fuit sententiæ, huiusmodi di-
gnitatem minimè cadere sub reseruatione supra-
dictæ Regulæ, vt latissimè deducit *Mandos. ad d.
Regul 3. in 5. quaest. num. 1.* Verùm contraria
opinio hodiè est receptior, & tenenda, vt ibi per
eundem *Mandos. sub d. num. 1. ad fin. vers. est be-
nè verum cum seq. Simonet. de reseruat. quaest.
85. sub num 4. vers. potest tamen, & per tot.* atquè
ita fuit resp[o]n[s]um in *Turritana Archipresbytera-
tus 7. May 1574. impressa apud Garz. de Benef.
par. 5. cap. 1. num. 267. & tradit etiam Gonzal. ad
Regul. de mens. glos. 9. §. 4. sub n. 18. vers quinimò
in terminis.*

At si alia dignitas concurrat, ideoquè excutiē-
dum sit, quæ dicatur maior, vel minor dignitas,
non leuis est indago, quæ tamen hoc ordine fa-
cillimè componi potest.

31 Primum, vt † spectetur, quid fuerit ab initio cō-
stitutum in erectione ipsius Ecclesiæ, aut digni-
tatis, vt si de hoc liqueat, non sit deflectendum
ab eo, quod statutum est vt docuit *Abb. in praal-
leg. cap. de multa, sub num. 22. vers. quinta con-
clusio, de praben. Cassan. in Catal. glor. mun.
par. 4. considerat. 41. ad fin. Sil. de Benefic. par. 1.
q. 2. num. 59. Gambar. de auctor. Leg. lib. 5. tit. an
legat. poss. plur. Benef. num. 26. & 27. Nicol. Del-
phin. de iurepatr. num. 42. & 44.* Et circa id cre-
derem, standum esse libris ipsius Ecclesiæ, præci-
puè si essent antiqui, & diligentèr custoditi, his
32 enim † in spectantibus ad Ecclesiam passim adhi-
betur fides, *Dec. cons. 114. sub num. 14. vers. quar-
to ista cōclusio. Ioseph. Ludouic. concl. 29. ampliat.
36. Genua. de script. priuat. lib. 5. tit. de libro
Cathedralis Ecclesiæ fol. 269. Rot. in recen. decis.
290 num. 5. par. 1.* præcipuè si essent adminicula-
33 ti ex annalibus, siuè Chronicis, his enim † scripto-
ribus Annalium, & historiarum, plurimum defer-
tur, *Gloss. in cap. inter dilectos, in verb. magis de
fid. instrum. & in cap. per venerabilem, in verb.
transtulit de elect.* & plenè docent scribentes in
l. 1. ff. si certum petatur, vbi præ cæteris *Bart. nu.
22. Alex. num. 34. & Purpurat. num. 152. cum
alijs per Gen. d. lib. 5. tit. de libr. Chronic. fol. 272.
& tit. de libr. Annal. fol. 282. Mar. Anton. lib. 1.
variar. resolut. cap. 46. num. 5. Rot. decis. 718. n. 2.
34 par. 4. recen.* etiamsi † tales scriptores loquerentur
de alieno auditu, non autem de sensu proprio, vt
post *Purpurat. in d. l. 1. num. 156.* & alios censuit
*Rot. in Comen. Labitus 9. Iun. 1610. coram Rpd.
Pirouano, impressa inter recent. par. 3. decis. 290.
35 num. 7.* Et in terminis † probationis erectionis,
dignitatis, aut beneficij, *Gen. d. tit. de libr. Chron.
num. 2. Verall. decis. 160. par. 2.*

Secundum, vt si non constet de huiusmodi fun-
datione, & institutione, potiores partes sibi vindi-
36 cet consuetudo, quæ † vt aliquem facit in digni-
tate constitutum, qui aliàs non esset de iure com-
muni, vt suprà dictum est, sic pari, & fortiori ra-
tione, potest facere aliquem maiorem, & minorē
alio, vt ita punctualitèr decidit *Rot. decis. 4. nu. 2.
de elect. in nou.* Indequè in æstimanda hac maioria
in concursu plurium dignitatum, nihil attentius,
quàm hanc ipsam consuetudinem, aut Ecclesiæ
de qua agitur, aut ea deficiente, Prouinciæ in qua
est sita, Doctores considerant, *pracipuè Cardin.
cons. 62. sub num. 1. vers. hinc etiam ad sciendum,
Buer. decis. 286. num 8. Rot. d. decis. 4. num. 2. de
elect. & decis. 9. de praben. in nou. vers. tamen
quicquid sit, & decis. 518. num. 2. par. 1. diuer. &
decis. 315. sub nu. 2. par. 2. in recen. cum alijs* quos
cumulat, & sequitur *Rot. apud Mant. decis. 75.
num. 3. & apud Gregor. decis. 482. num. 3. & la-
tissime Beltram. ad eundem Greg. decis. 411. sub
num. 5. vers verùm ante omnia*, vbi quod in hac
materia, magis attenditur consuetudo, quàm ius
commune, *Grammat. qui alios refert decis. 64.
num. 17.*

Circumscripta autem primæua institutione,
itemquè consuetudine, si detur concursus hic, non
est dubium, pro constituenda hac maioritate plu-
37 rimùm referre proprietatem nominis † quo insi-
gnita est dignitas ipsa, vt liquet *ex d. decis. 4. de
elect. in nou.* & tradunt ferè omnes præcitati, dū-
38 modò † non repugnet facto, nequè enim in digni-
tate iudicanda simplicitèr inspicitur nomen, sed
magis effectus, *Abb. in d. cap. de multa sub nu. 21.
vers. sed pro certo de praben. Pacian. de probat. d.
lib. 2. cap. 27. num. 12. Franc. Nig. Cyria. d. contr.
for. 202. num. 35.*

39 Vndè si in Ecclesia habeatur dignitas, † quæ
vocetur Primus Diaconus, nulla erit constituen-
da differentia; inter hunc Primum Diaconum, &
eum quem in iure appellamus Archidiaconum,
modò officium nomini correspondeat, vt ità acci-
pienda est *Grammat. decis. 64.* superiùs allegata,
qui loquitur de maiori Diacono Ecclesiæ Nea-
politanæ.

Idemquè existimo fore dicēdum de alia digni-
tate, siuè officio Cimiliarchatus, quæ in eadem
40 Ecclesia habetur, etenim nomen istud † (quod
græcum est) significat Thesaurarium, seù Sacri-
stam, *l. vlt. §. fin. C. de bon. auctor. Iud. possiden. vbi
Gloss. in verb. Cimiliarchio, & in l. litibus C. de
agricol.*

agrıeol.& cenſit. lib. 11. Cimilia enim ſunt, vaſa, ſacra, Sanctorum reliquiæ, & alia pretioſa, in quibus conſiſtit theſaurus Eccleſiæ, indequè iſtud nomē profluxit, *Can. Apoſtolica, et ibi Gloſ. margin. 12. q. 2. Briſſon. de verb iur. ſignificat. lib. 3. Marſil. Col. de redit. Eccl. par. 2. cap. 12. nu. 15. & 16.*

Antiquis enim etiam Romanis, ſanctius ærarii
41 Cimiliarchium † dictum fuit, *Alex. ab Alex. ge-*
42 *nial. dıer. lib. 2. c. 2.* cuius dignitatis, † & illius erectionis in dicta Eccleſia Neapolitana, meminere *Ioan. Vill. in. Neap. in ſua Chron. c. 42. & Marc. Ant. Surg. in tractat. de offic. Præfecti Prætor. ſiuè de Neapoli illuſtrata, lib. 1. cap. 4. num. 21.*

43 Tertium, vt conſideretur, an † Alterutra ex concurrētibus dignitatibus, ſit expers reſeruationis, putà ſi eſſet de Iurepatronatus Laicorum, nàm quantumcunquè foret maior, tamen iſthac maioria nihili penderetur ad effectum excludendi alteram ab hac Regula reſeruatoria, vt bis reſoluit *Rota, videlicet in cauſa Verdunen. Canonicatus, 9. Martij 1580. coram Card. Lancellotto. & in Compoſtellana Prioratus, 17. Martij 1597. coram Litta*, quæ leguntur impreſſæ apud *Garz. de Benefic. par. 5. cap. 1. num. 269. & 270.*

Vt in ſimili dicimus de expectatiua conceſſa
44 ad primum vacans, quæ † ſi non poteſt ex aliqua cauſa ſortiri effectum in primo vacanti, capit ſecundo loco vacans, *cap. cum Eccleſia, de præben. in 6. Gemin. conſ. 30. ſub num. 18.*

45 Quartum denique, vt cæteris † paribus, expendantur circumſtantiæ huiuſmodi, quæ magis conſpicuam reddunt ipſam dignitatem in concurſu alterius, quarum, quæ frequentiores ſunt, vel ex modo in diuinis aſſiſtendi, vel ex ipſius deſumitur adminiſtrationis maioria; Et quidem ex modo aſſiſtendi, primum conſideratur ornatus perſonæ
46 ex veſtibus, cùm enim † veſtis deferēda ſit pro ratione Dignitatis cuiuſquè, *can. veſtimenta de conſecrat. diſtinct. 1.* & habetur in principio diſtinctionis 40. probatquè *text. in l. ſea etſi quid in prınc. verſ. ſufficienter autem, ff. de vſufruct. & in l. vnica C. nulli lıcere in frænis lib.* 11. vndè vulgò dicitur, chlamydem militis, purpuram Regis, ſtolam Sacerdotis, Togam Aduocati, habitum Ruſticorum, & cucullam Monachorū eſſe, vt pronunciauit *Gloſſ. in d. l. vnica in verb. fibulis, Bald. in cap. cauſam, num. 2. de probat. Ioan. Lecyrier in tract. de primogen. lib. 2. quæſt. 3. num. 21. cum alijs per Menoch. conſ. 902. num. 17.* conſequens
47 eſt, inter † concurrentes eum digniorem reputari, qui dignioribus veſtibus indutus eſt, *Speculat. in tit. de Aduocato, §. 2. ſub n. 3. ad fin. verſ. & quem Iudex, Caſſan. in Catal. Glor. mun. par. 7 conſiderat. 44.*

48 Quippè, ex qualitate † extrinſeca ornamentorum perſonæ, colligitur etiam maioritas dignitatis, *cap. vt Apoſtolica, de priuileg. in 6. Andr. Barbat. de præſtan. Cardın. par. 1. quæſt. 1. ſub. nu. 47.*

Potiſſimum, ſi ornatus eſſet Pontificalis, puta
49 quià vteretur Mitra, quæ, † licèt vſus ipſius ex priuilegio permiſſus Abbatibus, tamen eſt propriū Epiſcopi tegumentum, *Durand. in rationali diuin. offic. lib. 3. cap. 13. num. 1. 2. & 8. Ioan. Bapt. Rub. de diuin. Offic. lib. 1. cap. 56. verſ. notandum eſt, Iul. Caſ. Bulienger. de veſt. Pont. & Epiſc. lib. 1. cap. 5. ad fin. & cap 6.*

Conſideratur præterea locus in quo ſedet, Se-
50 des † enim nobilior, aſſignatur ei, qui maiorem obtinet dignitatem, *vt notant Gloſſ. & Doctores in l. decernimus, C. de Sacroſanct. Eccleſ. cum alijs quos citauimus in ſuper. lib. quæſt. 16. nu. 4. quibus accedunt Ioan. Andr. in cap. deliberatione ſub num. 1. ſuper verb. prælationis, de Offic. leg. in 6. Cardin. conſ. 30. num. 7. Gambar. de Offic. leg. lib. 3. nu. 107. optimè Bald in conſ. 387. in princip. & verſ. inſigniora etiam, lib. 1. Rot. in præcitat. decıſ. 4. de elect. in nou. & decıſ. 518. ſub num. 3. circa fin. verſ. nono facit, par. 2. diuerſ.*

51 Ac deniquè conſideratur † præſtantia muneris quod ibidem obit, *Caſſan. in Catal. glor. mun. par. 4 conſiderat. 42.* & honor qui ſibi exhibetur, ſiuè conſiſtat in ſimplici obſequio, ſiuè in emolu-
52 mento; ſtipendia † enim meliora deſignant aliquem eſſe magis acceptum Principi, & maioris virtutis, *l. nemo, C. de offic. magiſtr. offic. gloſſ. in c. de multa 28. in verb. ſublimes, & in cap. vlt. in verb. ad talia, ad finem de præben. & in cap. cum dilectus, 32. in verb. digniores, de electio. et in propoſito arguit Bald. in eod. conſ. 387. ad med. verſ. ſtipendia etiam meliora lib. 1.*

53 Maioria autem Adminiſtrationis † colligitur ex qualitate ſubiecti, ſi videlicet ſit cum Iuriſdictione, vel ſine, de qua materia ſatis diximus in *præcitat. quæſt. 16. ex num. 47.* cui conſueuit etiā accedere ſignum aliquod intrinſecum, cuiuſmodi
54 eſt cuſtodia † ſigilli Capitularis, *Ioan. Andr. in d. cap. deliberatione ſub num. 1. in verb. Prælationis de Offic. leg. in 6 Fel. in præalleg. rubr. nu. 10. de maior. et obed. Tholoſan. Syntagmat. iur. lib. 47. cap. 29. num. 24. & 25.*

55 Itemquè extrinſecum, † veluti ſi ſceptrulum, vel virgam aliquā præ manibus geſtet, vt *poſt Caſſan. conſiderat Rot. decıſ. 288. n 3. par. 1. recen. ge.* ſtamen enim huiuſmodi ſignum eſt imperij, & iu-
56 riſdictionis; vndè † Præfecti Prætorio hoc potiſſimum decorabantur inſigni, quòd auream virgam deferrent, vt poſt Caſſiodorum ex noſtris ſcribit *Petrus Fab. ſemestr. lib. 1. cap. 3 in princ.*

Vbicunquè autem incurrit quæſtio, ſuper æſtimatione huiuſmodi maioriæ, ſiuè maioritatis, quid, vt dictum eſt, poſt ſtatutum fundamentale Eccleſiæ, nihil potiùs attenditur, quàm conſuetudo, quæ eſt quid facti, ex quæ hinc indè proponūtur in concurſu, & conflictu circumſtantiæ, debent
57 conſtitui † in actu, non in habitu tantùm, adeo vt illa quæ proponitur in actu, magis ſpectanda ſit, quàm ea, quæ proponitur in ſolo habitu, quamuis contingibiliter poſſit ad actum deduci, vt *poſt Ioan. Andr. ſcribit Cardın. conſ. 62. ſub num. 1, verſ. hinc etiam ad ſciendum.*

58 Et propterea in † vna Neapolitana Cimiliarchatus coram Cardinali Sacrato, in qua diſceptabatur, quæ in Eccleſia Neapolitana eſſet maior dignitas, ad effectum huius Regulæ, primusnè Diaconatus, an potiùs Primiceriatus, An veriùs Cimiliarchatus, dicebam, Cimiliarchatum eſſe primam dignita-

dignitatem, respectu Primiceriatus, propterea quòd sit de Iure patronatus, & sic expers huius reseruationis, & respectu dicti primi Diaconatus, etiamsi admittatur, primum Diaconum praecedere debere Primicerio, ex rationibus adductis per *Grammat. in suprà relat. decis. 64. ex num. 18. & per tot.* Nam illae praerogatiuae, quas de iure communi habet Archidiaconus, hodiè illi potiùs sunt in habitu, quàm in actu; praerogatiuae autem, quas obtinet Cimiliarcha, tàm in assistendo diuinis, cũ Pluuiali, & mitra, & cum virga, in signum cuiusdã iurisdictionis in Collegium Beneficiatorum, siuè Hebdomadariorum, quàm in custodiendo sigillo Capituli, quod significat actualem administrationem, & plures sunt, & ei sunt actu, non autem solo habitu, & allegabam in terminis istius Dignitatis, ita fuisse aliàs decisum per Rotam, vt refert *Gomes. in tract. de expectat. sub nu. 46. vers. nam prout aliàs dixit*, tametsi ibi corruptè scriptum sit *Cameriatus* pro *Cimiliarchatus*, impressoris vitio. Caeterùm causa posita sub *die 10. Iun. 1620.* non fuit articulus resolutus, quia non aderat qui contra reseruationem scriberet, vt indè
59 patefieret † an maior ille Decanatus consueuisset per Sedem Apostolicam prouideri tanquàm maior dignitas post Pontificalem, quo casu non esset recedendum ab ea sententia, quam probauit *Grammat.* etiam ad effectum hunc, ex his quae innuit *Rot. in praall. decis. 518. sub num. 3. vers. sexto probatur*.

SVMMARIVM.

1 Tempus, est mensura motus.
2 Et hac mensura, duplex.
3 Tempus, circulus quidam, & rota.
4 Reseruationes, qualitèr inducta ratione temporis ex Regulis Cancellariae.
5 Regula Cancellariae 2. in vers. ac etiam reseruauit, adducta, & explicata.
6 Regula eiusdem, in hac parte, quis fuerit Auctor.
7 Regula eadem, non procedit in praeiudicium concordatorum.
8 Vacationi diutinae beneficiorum, occurrendum est.
9 Simultaneae, nusquàm censetur derogatum.
10 Reseruatio Regulae 2. in vers. ac etiam, nullum infert praeiudicium simultaneae, aut iuri praesentandi, eligendiuè.
11 Clausula cõstito, adiecta in Breui expedito super reseruato per Regul. 2. Cancellariae in vers. ac etiam, qualitèr sit iustificanda.
12 Breuis executio, retardatur per exceptionem, quae oritur ex illius ventre.
13 Exceptio intrinseca, nusquàm exclusa censetur.
14 Etiamsi probatio facti, in continenti nõ offeratur.
15 Remissoria quo casu concedenda, etiam ad effectum retardandi executionem Breuis.
16 Reseruationis Regulae 2. in vers. ac etiam, ratio explicata.
17 Supplicatio pro obtinenda prouisione, quando est debita prouisio, non differt à iure praesentandi.
18 Verba, inflectuntur, & impropriantur ex natura subiectae materiae.
19 Prouidendi ius, non adhaeret personae, sed Ecclesiae, siuè Praelaturae.
20 Fructus inter maiores Ecclesiae, siuè Praelaturae, reputantur prouisiones, & Collationes Beneficiorum.
21 Fructus pendentes, & qui maturant vacante Sede Episcopali, inspecta Canonum dispositione, per Oeconomos seruatur legitimo successori.
22 Circa eos autem, committebantur plures abusus.
23 Fructus omnium Beneficiorum reseruatorum dùm vacant, in Italia hodiè sunt reseruati, & applicati Camerae Apostolicae, & notata quadam decisio in Auersana fructuum.
24 Idemquè seruatur extra Italiam, vbicunquè viget consuetudo.
25 Prouisio Beneficiorum, ad eum spectat vacante Sede Episcopali, ad quem pertinent fructus.
26 Resignata Cathedrali in manibus Papae, illico resignans destituitur potestate conferendi, intraquè reseruatio Regulae 2.
27 Possessio quando dicatur pacificè adepta, ad effectum vt successor in Ecclesia, vel Praelatura, possit conferre Beneficia.
28 Factum habetur pro perfecto, si non steterit per eum qui facere tenetur.
29 Conditio habetur pro impleta, vbi non stat per implere debentem, quin impleatur.
30 Nisi alitèr constet de mente disponentis.
31 Calumniosa controuersia, nulla in iure est aestimatio.
32 Interpretatio fit ex aequitate.
33 Verborum cortici, praeualet ratio.

QVAESTIO XXXIV.

Quae sit Ratio reseruationis Regulae 2. in vers. ac etiam reseruauit.



1 QVEMADMODVM tempus † nihil est aliud, quàm mensura motus, vt docet *Aristot. Physic. 4. cap. vlt. Diuus Thomas in 1. par. quaest. 10 art. 4. in corpore, & per tot. Glos. in §. si duorum materia, vers. quod si frumentum, in verb. in iu a instit. de rer. diuis. Faenut. in tractat. de momen. cap. 4. num. 1.*

2 Haec vero mensura, duplicitèr † cõsideratur, vno modo, prout extrema (quae vocant prius, & posterius) constituuntur ex quacunquè actione accidentaria, & altero, prout eadem extrema ponũtur ex vicissitudine, & naturali conuersione primi mobilis, vt colligitur ex eadem doctrina Aristote-
3 lis. Vndè tempus, † circulum, & Rotam quandam in se circumuolubilem ex mente eiusdem Aristotelis multi tradidere quos retulit, & sequutus est *Petr. Faber semestr. lib. 3. cap. 25* norumquè illud *Poeta in 5. Aeneid.*

Annuus, exactis completur mensibus, Orbis.

4 Ità reseruatio † ratione temporis, alia respicit tempus determinatum ab actione accidentaria, alia

alia ab ipsa vicissitudine, & conuersione naturali;
pro prima, factæ sunt duæ Regulæ Cancellariæ, secunda videlicet in *vers. ac etiam reseruauit*, &
quæ olim erat 7. nunc vero est 8. Pro altera autem facta est quæ olim 8. nunc vero est 9. de quibus per ordinem est videndum.

5 Itaquè, in dicta † Regula 2. Papa etiam reseruauit dignitates, & beneficia omnia ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcunquè
aliam dispositionem Primatum, Archiepiscoporũ,
& Episcoporum, necnon Abbatum, ac aliorum quorumcunquè collatorũ, & collatricum, secularium, & Regularium, quomodolibèt (non tamen
ad collationem cum alio, vel alijs, aut etiam ad
alterius præsentationem, vel electionem pertinẽtia) quæ post illorum obitum, aut Ecclesiarum,
seù Monasteriorum, vel aliarum dignitatum suarum dimissionem, seù amissionem, vel priuationem
seù translationem, vel aliàs quomodocunquè vacauerint, vsquè ad prouisionem successorum ad
easdem Ecclesias, aut Monasteria, vel dignitates
Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam ab
eisdem successoribus, pacificam illorum possessionem; quomodocunquè vacauerint, & vacabunt
in futurum.

6 His † enim verbis concepta est dicta Regula;
Cuius in hac parte, prout iacet, Auctor fuit Sixtus
Quintus, & eam retinuerunt, seù innouarunt alij
Pontifices successores, vt memorat *Garz. de Benef. par. 5. cap. 1. num. 228.* qui pergit eam declarare, quod etiam exequitur *Ioan. à Chok. in commentar. ad eandem Regulam ex num. 17.* vbi
7 quod † ea non obtinet, vbi vigent concordata.

Ratio autem istius reseruationis, ea esse existi-
8 matur, quòd † præstet occurrere diutinæ vacationi Beneficiorum, quod est laudabile, & rationabile, *cap. quam sit de elect. in 6.* & ita pronunciauit
Rota *in vna Gerunden. Beneficij 31. May 1600. coram Corduba.* Vndè etiam educitur ratio limitationis ad eandem Regulam in illis verbis, *non tamen ad collationẽ cum alio, vel alijs, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia*, quià cùm tunc possit prouideri per habentem simultaneam, in quo tota potestas solidatur, videtur cessare ratio istius reseruationis, &
9 subintrare contraria ratio non † tollendi ius alterius per derogationem, aut eiusdem simultaneæ,
aut iuris præsentandi, vel eligendi in alio, *cap. cum in illis, 16. §. cum autem, vbi Gloss. in verb. cum*
10 *alio de præben. in 6.* adeo vt † quantumcunquè
videatur reseruatio fauorabilis respectu Papæ, nihilominus fuerit omnino sic restringenda, vt Tertio nullum inferret præiudicium, vt in terminis
istius Regulę (antequã tamen adiecta essent verba
limitatiua, de quibus suprà) latè cõsuluit *Gabriel, cons. 197. ex nu. 3. & per tot. lib. 1. & censuit Rot. in causa Vicen. Beneficij S. Martini 19. Nouembris 1599. coram Cardinali Pamphilio, cuius meminit Garz. d. par. 5. cap. 1. nu. 232. cum seqq. & in præallegata Gerunden. Beneficij.*

11 Quo fit, vt † si prouisus tanquàm de reseruato
ex hac Regula, expediat literas in forma Breuis,
Clausula *constito*, quæ in breui adijcitur, perpetuò
supponat Beneficium esse liberæ collationis personę, ex qua narratur inducta sedis vacatio, & proptereà, si ad impediendam executionem Breuis,
opposuerit se possessor aliquis, qui suppositum
istud controuertat, hic dicetur legitimus contradictor, pro impedienda executione Breuis; nàm
12 tunc † exceptio oritur ex ventre eiusdem Breuis,
& in consequens impedit illius executionem,
13 cũ † exceptio huiusmodi, quæ ideò dicitur intrinseca, nunquam videatur exclusa, iuxta theoricam
Bart. in l. 1. §. & parui refert, num. 5. vers. aut illa exceptiones ff. quod vi aut clam, Roman. in l. si vero §. de viro nu. 163. ff. soluto matrimonio, Cas. Manent. qui plures refert, Mantua. dec. 14. n. 12. Cassad. decis. 10. num. 2 & per tot. de rescript.

14 Quod procedit † etiamsi non offeratur probatio in continenti, vt post *Castren. in cons. 270. sub n. 3. in 2. dubio vers allegata vero vol. 2. & Ruin. in cons. 22. sub num 9. vers. secundo respondetur vol. 1. deducit Surd. cons. 186. num. 22.* & in terminis executionis Breuis latissimè tradit *Rot. in recen. decis. 728. num. 2. par. 2.*

15 Vndè si talis † monitus pro executione Breuis,
peteret remissoriam, seù dilationem ad probandum, ea non posset sibi denegari absquè manifesto
grauamine, *Seraph. decis. 980. num. 13.* quam in
his proprijs terminis canonizauit *Rota in præalleg. Gerunden. Beneficij, 31. May 1600. coram Corduba.*

16 Hæc autem, quamuis † vera sint, tamen quod
ad rationem pertinet reseruationis huius, aduertendum existimo, eam nimis generalẽ videri posse, nisi alia magis huic controuersiæ adæquata restringatur, quià videlicet cum facultas disponendi
de Beneficijs originetur in Papa, & ab eo deriuet
in Episcopos, & alios inferiores, vt diximus suprà
hoc *lib quæst. 22. ex num. 24. & quæst. 26. n. 14.*
vltra necessitatem illam occurrendi diutinæ vacationi, concurrat etiam vsus proprij iuris, sine cuiuspiam iniuria, vt considerat *Gabriel in superius alleg. cons. 197. num. 3. & 4. lib. 1.*

Enimuero, aut Capitulum, siuè alius collator
habet simultaneam; & tunc non est locus huic reseruationi, vt iam dictum est, & expressè cauetur
in Regula, cùm neque habenti, aut simultaneam
huiusmodi, aut ius præsentandi, vel eligendi præiu-
17 dicium aliquod fiat, adeo vt † censeatur etiam
præseruatum ius supplicandi, vbicunquè supplicatio in effectu æquipollet formali præsentationi,
quia videlicet teneatur Episcopus, vel alius collator ex tenore fundationis, aut iure alio singulari
illi Beneficium conferre pro quo supplicatum est,
vt in *Vicen. Beneficij 10. Decembris 1600. coram Sacrato, impressa apud Garz. præcitat. c. 1. n. 232.*
18 cum vis non iter in vocis † significatione, sed in
effectu, & natura actus, per quam eadem significatio inflectitur, & improptiatur, *l. insulam 6. de præscrip. verb. vt cum text. sic expendit Bal. in l. 2. num. 2. C. commodati, Dec. cons. 164. num. 3. Seraph. decis. 794. num. 6.*

Aut solidum ius est in ipso Episcopo; & tunc
frustra consideratur præiudicium alterius, cùm
non sit transmissibile vel in ipsum Capitulum, vt
demon-

demonstrauimus hoc *eod. lib. quæst. 2. ex num. 13.* & propterea sicuti ipsius Sedis Episcopalis prouisio ad Papam pertinet, ita ad eundem spectat
19 prouisio Beneficiorum, cùm † istud ius prouidendi non adhæreat personæ, sed Ecclesiæ, siuè Dignitati, aut Prælaturæ, vt pulchrè deducit *Cardin. in cons. 112. sub num. 1. vers. vndè situt quando.*

Hincquè, vis istius reseruationis iustissimè est diffusa ad quoscunquè collatores, & collatrices,
20 tàm sæculares, quàm regulares, cùm inter † alios fructus, & quidam maiores, Ecclesiarum, & Prælaturarum, enumeretur ius conferendi, seu præsentandi ad Beneficia eisdem Ecclesijs, & Prælaturis annexum, vt scribit *Arnulph. Ruzza. in præallegato § secundo loco, sub num. 2. vers. tertio ad hoc est,* & satis constat, Episcopo, seu alio Prælato, aut Beneficiario habente administrationem, defuncto, fructus inexactos, & qui deinceps cadūt vacatione durante, spectare ad ipsam Sedem, siuè
21 Cameram Apostolicam. Quamuis enim † inspecta antiquorū Canonū dispositione, olim per Oeconomum colligerentur, & seruarentur pro futuro legitimo successore, *can. illud qui in ordine est 47. vbi gloss. in verb. Oeconomi 12. quæst. 2. cap. quia sæpè 40. de elect. in 6. cap. præsenti de offic. ordin. eod. lib.* quod etiam videbatur dispositum ex quadam Cōstitutione Iulij Secundi, cuius meminit *Surd. cons. 333. ex n. 11. vers. tertio videtur.*
22 Nihilominùs propter † abusus, qui committebantur in diripiendis fructibus huiusmodi, etiam per sæuam rapacitatem, vt loquitur *text. in d. can. illud,* nùnc à Metropolitanis, *vt in can. non liceat eadem 12. quæst. 2.* nùnc à Capitulo, & ab alijs de Clero, *vt in præalleg. c. quia sæpè, & cap. præsenti,*
23 satius visum † fuit eosdem fructus, vbicunquè agitur de beneficijs maioribus, vel alitèr ipsi Apostolicæ Sedi reseruatis, eidem Sedi applicare, vt de omnibus vacātibus in Italia est Cōstitutio *Pij IV.* 32. & de vacātibus in Regno Neapolitano, est etiā particularis Cōstitutio Sixti V. 16. Vt meritò cauendum sit à decisione facta, in *Auersana fructuū 18. Iun 1607. corā Sacrato,* in qua videtur supponi, postmodū fructus huiusmodi congregandos esse per Ministros Cameræ successoribus in Beneficijs, *ex d. Constit. Py IV.* Nihil enim minus pet eam decernitur, & ego ipse, qui tunc pro successore in Beneficio scribebam, scio, decisionem illam in ea parte in irritum cessisse. Et hoc idem etiam
24 extra † Italiam seruandum foret, vbicunquè vigeret huiusmodi consuetudo, quæ in hoc plurimum attēditur, vt probat *tex. in d. c. quia sæpè, de elect. & in d. cap. præsenti de offic. ordin. in 6.* & reperio, ita etiam censuisse Rotam *in vna Vasionen. fructuum vsquè de ann. 1539. 21. Maij, coram Syluestro Dario.*
25 Vt hinc in † hoc ipso articulo potestatis conferendi Beneficia spectantia ad Episcopatus, & Prælaturas vacantes, manifestè vrgeat argumentatio ducta à pertinentia fructuum, vt dictum est, & admittit etiā *Gabriel in supra alleg. cons. 197. num. 15. lib. 1.* & censuit etiam Rota in *Seguntina Beneficiorum, 1. Iunij 1592. coram Orano, impress. apud Garz. de benef. d. par. 5. cap. 1. sub n. 249.*
26 in qua † latè firmatum fuit, facta resignatione per Episcopum, illicò eum remanere destitutum potestate conferendi, & eam esse apud Papam, in vim istius Regulæ, vsquè quo scilicet (quemadmodùm etiam in Regula disponitur) fuerit prouisum per Sedem Apostolicam de successore, & is pacificam possessionem fuerit adeptus. Quod postre-
27 mum intelligo, ni fortè impedita † esset apprehensio, vel alitèr per manifestam iniquitatem, & calumniam de facto perturbata, in hoc enim optimè videtur respondisse Rota *in præalleg. Auersana Fructuum,* saltim ad effectum non amittendi fructus, paria hæc esse, prouisum acquisiuisse possessionem, aut per ipsum non stetisse, quominùs il-
28 lam acquireret; cùm omnis dispositio † imponens necessitatem faciendi, hanc recipiat modificationem, si non steterit per eum, quem facere oportebat, quin fieret, *l. vter. 23. vers. plerunquè enim, de condition. instit. l. si post diem 5. §. item si qua conditio ff. quando dies legati cedat.*
29 Vndè passim traditur, cōditionem † haberi pro impleta, si non stet per eum, qui implere debet, quod multo magis dicitur de modo, *l. quæ sub cō. ditione, §. quoties, vers. nō videtur enim de condition. institut.* cum pluribus adductis, & benè expensis per *Menoch. cons. 262. num. 13. & 14.*
30 Quod tametsi non † procedat, vbi alitèr constat de mente disponentis, vt declarat *Bart. in præcitata l. vter. num. 2. vers. istud quod dicit lex, de condition. instit. Menoch. d. cons. 262. nu. 17. Rot. diuers. par. 1. decis. 395. num. 2.*

Attamen ex verbis Regulæ non educitur mens huic interpretationi contraria, cùm nunc supponamus impedimentum de facto, & controuersiam
31 calumniosam, † cuius in iure nulla est æstimatio, *l. 1. §. si inter de litigios. & latè deduximus hoc lib. quæst. 20. num. 97.*

Aliàs enim (vt in eadem Auersana Fructuum consideratur) esset in potestate cuiuslibet Tertij intrudere se in possessionem Ecclesiarum, & Beneficiorum, & longa lite detinere legitimè prouisos, & sic eos debitis fructibus priuare; vndè succedunt vulgares conclusiones, eam sumi interpre-
32 tationem † debere, quæ æquitatem sapit, *l. in b is*
33 *de condition. & demonstrat.* nequè † adeò hærendum esse cortici verborum, quin præualeat ratio, *l. ita autem, de administrat. tutor. Aym. cons. 263. sub num. 1. vers. itaquè si causa, Franc. Bec. cons. 51. num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Regula 8. circa reseruationem Beneficiorum spectantium ad collationem S. R. E. Cardinalium, adducitur, & explicatur.*
2 *Cardinalium numerus, qui olim.*
3 *Cardinales Diaconi, & Presbyteri, quot olim, & quot habuerint titulos.*
4 *Cardinales Episcopi nullum olim habuere titulum, præterquam suarum Diœceson, & quænàm illa.*
5 *Cardinales Episcopi dicti etiam olim Cardinales Lateranensis Ecclesiæ, & quæ ratio instituendorum.*

6 Cardi-

6 *Cardinales Collaterales, & Hebdomadarij in Ecclesia Lateranensi.*
7 *Cardinales, qui olim haberentur in Ecclesiis Sanctæ Mariæ Maioris, & Sancti Petri.*
8 *Et qui, ac quales, in Ecclesiis S. Pauli, & S. Laurentij.*
9 *Cardinalibus omnibus, olim iniūcta personalis residētia in suis Titulis, & Ecclesiis, & qualitèr.*
10 *Residentia præcisè inducitur ex annexione certi officij, siuè ministerij.*
11 *Episcopatuum appellatione, quorum fit mentio in Regula 8. veniunt soli Episcopatus Cardinalitij, reiecta contraria sententia Rebuffi.*
12 *Cardinales, in eorum titulis habent sua quasi Episcopalia.*
13 *Cardinalis, contumacitèr renuens residere apud Titulum suum, aliquando depositus.*
14 *Regula 8. circa absentiam Cardinalium, an intelligatur de absentia à Romana Curia, vel potius de absentia ab Episcopatibus.*
15 *Cardinalis, tenetur semper adhærere lateri Pontificis.*
16 *Cardinalis, si obtineat Episcopatum, tenetur nihilominus residere in Curia, quod tamen declaratur num. 24.*
17 *Curiæ qui est vicinus, intra duas dietas legales, dicitur in Curia.*
18 *Textus in cap. præsenti, de præben. in 6. emanauit ad declarationem cap. 2. eod. tit.*
19 *Districtus Vrbis, constat quadraginta milliarijs circumquaquè.*
20 *Olim verò extēdebatur vsquè ad centesimū lapidē.*
21 *Absens ab Vrbe, ille non reputatur, qui est intra districtum Vrbis.*
22 *Districtus, idem quod Territorium.*
23 *Cardinalis non dicitur esse extra Curiam, si sit in districtu, modò aut in loco in quo est, vel in Vrbe habeat domicilium.*
24 *Cardinalatus, est incompatibilis cum Episcopatu.*
25 *Cardinalis non reputatur absens, ad effectum Regulæ 8. vbi est in comitatu Papæ.*
26 *Cardinalis residens apud Titulū suū, dicitur esse in Curia, quantūcunq; illa remota sit ab Vrbe.*
27 *Cardinalis habetur pro præsente in Curia, vbi abest de licentia Papæ.*

QVÆSTIO XXXV.

Quæ sit ratio reseruationis inductæ per Regulam 8. Cancellariæ in vers. necnon ad collationem, &c.



SVCCEDIT alia reseruatio ratione temporis, prout tempus, vt dictum est in præcedenti, metitur motum ex causa accidentaria, seu contingibili, quę eadem sit immediata ipsius reseruationis causa; Quippè in Regula olim 7.
1 nunc verò 8. *in vers. necnon,* Papa † reseruat dispositioni suæ, generalitèr, omnes Canonicatus, & præbendas, dignitates, Personatus, Administrationes, & officia, cæteraquè Beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, ad collationem, prouisionem, & præsentationem, seù quamuis aliam dispositionem S.R.E. Cardinalium à Romana Curia absentium, ratione suorum Episcopatuū Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum, & Diaconiarum spectantia, quamdiù absentia sua durauerit; vacantia, & in antea vacatura, tàm in eadem Vrbe, quàm in Ecclesijs, Ciuitatibus, & Diœcesibus dictorum Episcopatuum consistentia, ac decreuit irritum, &c.

Procuius Regulæ explicatione, sciendum est,
2 Sacrum Collegium † Cardinalium, olim constitisse numero quinquaginta trium Patrum dunta-
3 xat, videlicet xij. Diaconorum † Regionariorū, vj. Palatinorum, xxviij. Presbyterorum, vij. Episcoporum: Diaconos verò, & Presbyteros, suos habuisse titulos in diuersis Ecclesijs Vrbis, prout
4 etiam nunc habent; Episcopos † verò nullum aliū habuisse titulum, quàm Diœcesis eius ad quam quisquè ipsorum erat ordinatus, videlicèt Ostien. Portuen Sanctæ Ruffinæ, siuè siluæ Candidæ, quæ hodie est Veliterna, Portuensis vnitæ Albanen. Sabinen. Tusculanæ, & Prænestinæ. Sed hos omnes
5 Episcopos, † dictos fuisse Lateranen. Ecclesiæ Cardinales, cui Prælectus erat Ostien. Nàm cùm in Vrbe essent quinquè Patriarchales Ecclesiæ, videlicèt Lateranensis, S. Mariæ Maioris, S. Petri, S. Pauli, & S. Laurentij extra muros, institutum fuerat, vt in Lateranen Ecclesia tanquam omnium præcipua, residerent supradicti vij. Cardinales Epi-
6 scopi, qui etiam † dicti fuerunt Collaterales, & Hebdomadarij, eo quòd singulis Hebdomadis, per vices, explerent munus Pontificis.
7 In Ecclesijs verò † S. Mariæ Maioris, & S. Petri, septem Cardinales Presbyteri, quorum maior es-
8 set Archipresbyter, In reliquis † verò duabus S. Pauli, & S. Laurentij, quià erant (prout hodie etiā sunt) Regulares, itidem essent Presbyteri Cardinales, quibus, in singulis esset Præfectus Abbas eiusdem Ordinis, itidem Cardinalis. Hæc constant ex antiquissimo Codice Sacrorum Rituum, in Bibliotheca Vaticana hactenùs asseruato, cuius contextus registratur per *Baron. in ann. 1057. vers. Quod autem in limine.*
9 Ex his verò infertur, † omnibus Cardinalibus iniunctum fuisse onus personalis residentiæ in suis Titulis, & Ecclesijs; Quemadmodùm enim Episcopis incumbebat necessitas singulis diebus per vices munus Pontificale obire in Ecclesia Lateranen. & Presbyteris in quatuor alijs conuenire, & in proprijs Parochijs agere, *cap. 2. de Cler. non resid.* ità & Diaconis incumbebat onus cantandi Euangelium, videlicet duodecim Regionarijs in Stationibus, & sex Palatinis in Ecclesia Latera-
10 nen, vt patet in dicto Rituali: nèc enim † in Iure dubitari potest, quin ex annexione, vel Sacri Ordinis, aut certi officij, siuè ministerij, censeatur inducta residēdi necessitas, vt optimè docet *Alex. de Neuo in c. Peruenit il secondo, qui in ordine est 28.*

est 28. num. 11. vbi in specie loquitur de simplici
officio canendi, *de appell.*
Ergò si contingat Cardinalem aliquem à Ro-
mana Curia abesse, disponit Regula supradicta, vt
quandiù ea absentia durauerit, sint Papæ reserua-
ta omnia Beneficia, & officia, quæ aliàs ad eius
collationem, prouisionem, seù quamuis aliam di-
spositionem spectarent, siuè ratione Episcopatuũ
Cardinalatus, idest septem prædictorum, Ostien.
Portuen. Veliterni, illiquè vniti Albanen. Sabinen.
11 Tusculani, & Prenestinen. de † his enim intelligẽda
est Regula, vt etiam aduertit *Gloßat. in vlt. col.
vers. quoad secundam partem,* non autem de alijs
Episcopatibus consuetis Cardinalibus commen-
dari, vt malè existimauit ibidem *Rebuff.* qui ideò
Regulam hanc ait, non esse receptam in Francia,
respectu Beneficiorum existentium in illis Diœce-
sibus, propter Concordata, siuè ratione suarum
12 Ecclesiarum, & Titulorum, in quibus † constat
eos habere Ius quasi Episcopale, vt diximus suprà
lib. 1. q. 8. num 50. & hoc ipso libro, quæst. 2. nu. 7.
Ratio reseruationis huius patet, vt videlicet
hinc ipsi quoquè Cardinales magis contineantur
in officio residendi apud dictas Ecclesias in Vrbe
13 existentes, quos † etiam manet priuationis tantæ
dignitatis pœna, si ad eas contumacitèr reuerti
detrectent, vt est casus *in cap. 2. de Cler. non resid.*
Ex qua ratione, infertur ad resolutionem arti-
culi propositi per *Mandos. super hac Reg. in 3. q.*
14 de qua † absentia intelligenda sit Regula, videlicet
de absentia ab ipsa Romana Curia simplicitèr, vel
de absentia ab Episcopatibus, ita vt sufficiat Car-
dinalem Episcopum esse in suo Episcopatu, quam-
uis sit extra Vrbem, ad effectum, vt cesset hæc Re-
gula? In qua controuersia ipse, dissentiẽdo à Glos.
fatetur, videtur sentire, quod debeat intelligi Re-
gula de absentia à Romana Curia, etiam si Curia
sit in Ciuitate Auenionis, vt tandè concludit *n. 9.*
15 Veruntamen, quatenus † considerat in Cardi-
nalibus necessitatem hærendi semper lateri Pon.
tificis, *num. 6. & 7.* de qua egimus *in præcita*
quæst. 8. num. 49. subinfertquè *sub num. 8.* Car-
16 dinalem † habentem quemcunquè Episcopatum,
nõ in Episcopatu, sed in Curia residere teneri, per
doctrinam *Abb. in cap. Bona, il primo, num. 6. de
postul. prælato.* hæc minimè videntur subsistere.
Nàm quòd Cardinalis teneatur hærere Papæ,
non refragatur, quin, quatenus Cardinalis est Epi-
scopus, Episcopus tamen Cardinalatus, possit quà
latè patet sua Diœcesis excurrere, & moram tra-
here; cum propterea non intelligatur neque à Cu-
ria, neque in consequens ab ipsius Papæ latere di-
scessisse: sunt enim omnes prædicti Episcopatus
Cardinalatus, intra quadragesimum ab Vrbe la-
17 pidem, & qui est † vicinus Curiæ intra duas die-
tas legales, satis dicitur esse in Curia, *cap. Præsen-*
18 *ti, de præben. in 6.* Ad quem † textũ non applicatur
responsio Mandosij, quam ad illum conatur infer-
re *sub num. 8. & 9.* quod nullam habeat similitu-
dinem casus illius textus, cum casu isto, nèc sit ex-
tendenda illius dispositio, veluti fictionis inducti-
ua; nàm imò eadem subest ratio, nèc alitèr pro-
cedit per fictionem, vel extensionem, sed per de-
clarationem Iuris antiqui *in cap. 2. eod. tit.* secun-
dum veritatẽ, ibi, *declaramus, &c. statutum, &c.
locum habere &c.* vt videlicèt habeatur pro præ-
sente in Curia, qui est in loco vicino intra duas
dietas. Neque enim aliud indè constitutum est,
quàm vt quicquid est in ambitu Romæ intra qua-
draginta milliaria, intelligatur intra fines Romæ,
siuè Romanæ Curiæ.
19 In quod, & statutum † nostrum respexit, dum
lib. 1. cap. 195. cauit, districtum Vrbis passibus 40.
millibus circumquaquè finiri, quod etiam anti-
quissimo statuto cautum fuerat, vt refert *Pute.*
20 *decis. 24. lib. 3.* Et tempore † Imperij ad centesi-
mum lapidem extendebatur, *l. 1. §. in initio, ff. de*
21 *offic. Præfect. Vrb.* vndè qui † intra istud spatium
est, iam non dicitur à Roma abesse, *l. 2. et l. Absen-
tem, 199. de verb. signif.* quæ lex licèt de conti-
nentibus loquatur, tamen ad totum agrum, agro-
rumquè fines porrigitur, nulla admissa differentia
inter fines, & territorium, vt elegantèr explicat
per eum textum, *Cuiac. ad l. Pupillus 239. ed.*
22 *tit. de verb. signif.* seù districtum, qui idem † est
cum territorio, *clem. Nè Romani, §. fanè, de
elect. & post alios latè tradit Bero. consi. 181. num.
3. lib. 3. & Aymo consi. 671. ex num. 2.*
Ac propterea, si Cardinalis sit in districtu (quic-
quid sit ad effectum Regulæ 32. de impetrantibus
per obitum, ob singularem dispositionem eiusdẽ
23 Regulæ) † non dicitur esse extra Curiam; si tamẽ
ibi, vel in Vrbe domicilium habeat, *l. scire oportet,
vbi gloss. in verb. permaneret, ff. ad municipa.* &
consequentèr siuè obtinuerit Episcopatum Car-
dinalatus, siuè Ecclesiam, siuè simplicem titulum
in Vrbe, non intrabit hæc reseruatio.
24 Nèc facit † ad rem doctrina *Abba. in præcit.
cap. Bona, il primo, num. 6. de elect.* quià in primis
non loquitur de Episcopatibus Cardinalatus, de
quibus loquitur Regula, sed de alijs, nèc dicit
etiam id ad quod allegatur per Mandosiũ, videli-
cèt, quòd Cardinalis possit habere quemcunquè
Episcopatum, & tamen non in eo, sed in Curia
teneatur residere; nàm imò ipse dicit, quod cum
officium Cardinalatus exigat residentiam in Cu-
ria, & Episcopatus paritèr exigat residentiã apud
Ecclesiam, Episcopatum, & Cardinalatum, esse in-
compatibiles, super quo pleniùs alibi scripsimus.
Ex quibus videtur concludendum, Regulam
25 hanc † intelligi de absentia, nedùm ab Vrbe, sed
etiam ab eius districtu, & sic vltra duas dietas.
Neque si Curia Romana transferatur, secundùm
ea quæ suprà diximus hoc *eod. lib. q. 6.* Cardinales
qui eam sequuntur, priuabuntur potestate confe-
rendi, nèc eadem potestate priuabuntur qui in
Vrbe, vel in aliqua parte Romani agri remanse-
rint, Vtrisquè enim integrum hoc Ius erit, quam-
uis diuersis respectibus, prioribus scilicet, nõ quià
non absint à suis Ecclesijs, & Titulis, sed quia lex
fingit eos præsentes, propterea quod sint in ser-
uitio Papæ, *c. ad Audientiam, de cleric. non resid.*
& in terminis de Cardinalibus tradit *Ripa Re-
sponso 1. ex num. 30. de consuet.*

Alijs

26 Alijs verò, quià nèc ab ipsa Curia † abesse censeantur, etiam si curia dicatur esse vltra montes, quià residêdo in Vrbe vbi sunt proprij tituli Cardinaliũ, de facto Curiæ inseruiunt, cum ad id præcisè teneantur, *d.c.2.de cler.non resid.* & diximus suprà, ac consequentèr per seruitium quod exhibent, in ea esse intelligũtur verè, & realitèr, *l.quæsitum 76.in princip.de leg. 3.l.Seia §.Pamphila ff.de fund. instruct. & instr. legat.*

Et hæc procedunt, si sunt absentes, sine licentia
27 Papæ; † nàm vbiuis locorũ sint, si tamèn absint de licentia Papæ, semper habentur pro præsentibus, *Verall.decis.86.num.1.& 2.lib.2 per text.in cap. fin.de rescript.in 6.* & declarauit Paulus Tertius, *18. Febr. 1547.* vt ibi refertur. Ex quibus remanet resolutus articulus contra opinionem, in quã inclinauit *Mandos.vbi suprà*, & quem irresolutũ reliquit *Gonzal. ad reg.de mens.gloss.24.nu.123.*

SVMMARIVM.

1 *Regula 9.Cancellaria, qua olim 8.adducitur.*
2 *Eadem diuiditur.*
3 *Præfationes, argu[...]causam finalem.*
4 *Causa finalis, dicitur causa inductiua dispositionis.*
5 *Beneficia Ecclesiastica, dicuntur panis pauperũ.*
6 *Benemerentia in Clerico, ex morum honestate, & scientia literarum.*
7 *Fauorabilis, qualitèr iudicetur dispositio.*
8 *Reseruatio ad fauorẽ pauperũ, dicitur fauorabilis.*
9 *Reseruatio Regul. 9. de mens. an possit dici partim odiosa, & partim fauorabilis.*
10 *Macedonianum, inductum odio fœneratorum, non autem fauore filiorumfamilias.*
11 *Fauorabilis, vt iudicetur dispositio, vel odiosa, spectatur id in quod principalitèr intenditur, non autem id quod consequitur.*
12 *Regula Cancellaria, dicuntur leges vniuersales.*
13 *Lex omnis, tendit in commune bonum.*
14 *Lex, vbi respicit fauorem persona certa, deficit, si cesset fauor huiusmodi.*
15 *Lex omnis, quomodo intelligatur perpetuò tendere in bonum publicum.*
16 *Beneficiorum prouisiones, qua fiunt per Papam, quàm præstent prouisionibus inferiorum.*
17 *Raro contingentia, minus habentur in consideratione.*
18 *Papa, Dei locum tenet in terris.*
19 *Papa non tenetur diuinare, qua in facto alieno consistunt.*
20 *Papa, quomodo aliquando preter suam intentionem de Beneficijs prouideat.*
21 *Respublica Christiana, in meliorem statũ reducta, per Sacrum Tridentinum Concilium, & Sanctissimos Pontifices, qui deinceps fuerunt.*
22 *Ignorantia, omnium errorum mater, eaquè detestanda in Clericis.*
23 *Mendicitas, clericali honestati prorsus indecens.*
24 *Reseruationum querela, adducta, & confutata.*
25 *Argumentum, non valet à potentia ad actum.*
26 *Reseruatio mensium, an sit inducta fauore Curia.*
27 *Curiales præsentes, & degentes in curia, consueuerunt præferri in prouisionibus beneficiorum, & quomodo.*
28 *Causa finalis, qua dicatur ad differentiam impulsiua.*
29 *Benemeritus dicitur Clericus pauper, pro obtinendo Beneficio.*
30 *Pauper quis dicatur, Iudici arbitrarium est.*
31 *Paupertas, ex quibus æstimetur.*
32 *Pauper iudicatur Clericus ex defectu patrimonij, etiamsi doctus sit.*
33 *Pauper non reputatur, qui ex propria industria potest viuere.*
34 *Clericus diues, qui supplantat pauperem in adeptione Beneficij, quàm grauitèr peccet.*
35 *Beneficiarius, abutendo fructibus beneficij, an peccet, teneaturquè ad restitutionem.*
36 *Diuites, olim inuitabãtur ad regendas Ecclesias.*
37 *Et qua ratione.*
38 *Clericis, quando sublata necessitas communicandi patrimonialia.*
39 *Et sub quo temperamento.*
40 *Clericus, qua ratione dici posset etiã nunc pauper.*
41 *Paupertas arctissima dicitur illius qui nihil habet proprij.*
42 *Factum non curatur, vt fiat, sed vt fieri oporteat.*
43 *Prouiso de Beneficio circa dispositionem de fructibus, quanàm sibi sint præcauenda.*
44 *Beneficiarius, qualitèr debeat gerere se in erogando eleemosyna in propinquos pauperes.*
45 *Beneficiarius potest disponere de fructibus sui Beneficij in vita, & tenetur dotare consanguineas pauperes.*
46 *Prouisio de Beneficio per viam Iustitia, quanàm olim fuerit.*
47 *Et qua per viam gratia.*
48 *Benemerentia, respectu Beneficij, constituitur extra paupertatem, ex sublimitate persona, & ex literarum scientia.*

QVÆSTIO XXXVI.

Qua sit ratio reseruationis Regula 9.in eius prima parte.



VABVS præcedentibus quæstionibus, egimus de reseruatione inducta ratione temporis, prout tẽpus est quidem mensura motus, sed & ipsum dimẽsum ex causa accidẽtaria, adeoquè contemplata in fundamẽto reseruationis; Superest nũc de ea reseruatione agere, quæ inducta est ratione tẽporis, prout tempus est mensura motus in se ipso, ex naturali recursu, vt notauimus in principio *q.34.* quæ vt naturali causæ cohæret, firmiùs, latiùsquè procedit, vt in sequentibus demonstrabitur.

1 Itaquè ex Regula, † quæ olim 8. nunc verò est 9. Summus Pontifex cupiens pauperibus clericis, & alijs benemeritis personis prouidere, omnia Beneficia Ecclesiastica cũ cura, & sine cura, secularia, & quorũuis ordinũ regularia, qualitercũquè qualificata, & vbicũquè existẽtia, in singulis *Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris* mẽsibus, vsquè ad suæ volũtatis be-

neplacitum, extra Romanã Curiã, aliàs quam per resignationẽ quocunquè modo vacatura, ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionẽ, & quamuis aliã dispositionem quorũcunquè Collatorum, & Collatricum secularium; & quorumis Ordinum Regularium (non tamen S.R.E. Cardinalium, aut aliorum sub Concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscunquè alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerant, acceptatis, & obseruatis, quæ lædere non intendit, comprehensorum) quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ generalitèr reseruauit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis Beneficijs tunc vacantibus, etiam Motu proprio fient, de mense in quo vacauerint, dispositiuè mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse.

Ac consuetudines, etiam immemorabiles, optandi maiores, & pinguiores præbendas, necnon priuilegia, etiam in limine erectionis concessa, & indulta Apostolica, circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi Beneficijs, aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, quorum tenores pro expressis haberi, & latissimè extendi voluit, quibusuis personis, & Collegijs cuiuscunquè dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, quomodolibet concessa, aduersus reseruationem huiusmodi, minimè suffragari.

Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, ipsis, quandiù apud Ecclesias, aut Diœceses suas verè, ac personalitèr resederint duntaxat de omnibus, & quibuscunquè Beneficijs Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, secularibus, & regularibus (ad liberum ipsorum duntaxat, non autem aliorum cũ eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel cõsensu, seu interuentu Capitulorum, vel aliorũ, aut aliàs pertinentibus) quæ in antea in mensibus, *Februarij, Aprilis, Maij, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris*, extra curiam ipsam vacare contigerit (dummodò aliàs dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta non fuerint) liberè disponendi facultatem concessit.

Ac etiã voluit, vt si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorũ in alijs sex mẽsibus, videlicet *Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris* vacaturorum (quæ etiã dispositioni suæ, vt præfertur, reseruauit) seu etiam aliorũ dispositioni suæ, & dictæ Sedis, aliàs quomodolibet reseruatorum, vel affectorum, sese intromiserint, aut quominus prouisiones, & gratiæ Sãctitatis suæ de illis debitum effectũ consequantur, impedimẽtum quoquo modo præstiterint, vsu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipso priuati existant, & collationes, & aliæ dispositiones de Beneficijs, illius prætextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti. Illi vero qui gratiã alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes literas manu propria subscriptas, suoquè sigillo munitas, & in sua quisquè Ciuitate, vel Diœcesi datas, declarare, & literas ipsas, hùc ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tùnc demum, & uon antea vti incipiant gratia supradicta. Decernẽs, sic in præmissis omnibus, per quoscunquè &c. iudicari debere, ac irritum, &c.

2 Et hæc quidẽ Regula, diuiditur † in duas partes principales, prout in prima reseruat omnia beneficia vacãntia extra Curiã in 8. Mensibus, *Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris*; alijs quatuor relictis ordinariæ inferiorum dispositioni. In secunda vero æqualitèr omnes alternat menses ad fauorem Episcoporum volentium residere, itaut possint ij, nõ obstante supradicta reseruatione conferre in sex mẽsibus *Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris*. Secunda, ibi, *insuper sua Sanctitas* Rursus prior pars, diuiditur in duas, prout in prima reseruat menses: in secunda verò, quæ est ibi, *ac consuetudines, &c.* derogat contrarijs. Altera verò itidem diuiditur in duas alias partes, prout in priori offert alternatiuam mẽsium Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, in posteriori, quæ est ibi, *ac etiam voluit, &c.* pœnam eisdem indicit, si ius ipsum reseruationis violauerint.

Proindequè, omissis Glossematibus ad singula verba, super quibus elucubratissimum volumen edidit Hieronymus Gonzalez, & nouè etiam multa addidit *Ioan. à Chok. in addit. ad Glossas. Antiquum* super hac ipsa Regula. Circa primam partem, & non diuertendo à principali scopo nostro, qui est rationem simplicitèr reseruationum inuestigare; Quæritur, quæ fuerit ratio reseruationis huius? Et dicendum est, eam clarè deduci ex illis verbis proœmialibus Regulæ, *item cupiens idẽ D.N. Papa pauperibus Clericis, et alijs benemeri-*
3 *tis personis prouidere, &c.* Præfationes † enim huiusmodi optimè arguunt causam finalem dispositionis, vt est casus in *l. vlt. ff. de hæred. instit. vbi Docto. omnes, Bal. in l. Vt liberis, per eum text. n. 1.*
4 *C. de collat.* diciturquè † ratio finalis hæc, inductiua dispositionis, benè *Roman. cons. 180. sub nu. 6. vers. ad quod ostendendum, cum multis, quos refert Franc. Becc. cons. 21. n. 7. & cons. 74 sub n. 1 1. vers. Quod probatur, & in puncto respondit Rota decis. 141. num. 10. par. 1. in recent.*

5 Fuit autem hæc † ratio fundata super eo principio, quod Beneficia Ecclesiastica dicuntur partes pauperum, *Gomes. in tractat. de Expect. nu. 75. circa finem vers. Et pro ista opinione*, quod latè prosequitur *Gonzal. ad hanc Reg. gloss. 2. ex n. 14.* & nos diximus *in apparat. n. 9.* præcipuè verò
6 benemeritorum † ex honestate morum, & scientia literarum, vt dicit *text. in c. Graue nimis, de præb.* quod etiã *prosequitur Gonzal. gloss. 4. ex nu. 1.*
7 Hincquè primò infertur, reseruationem † huius Regulæ esse fauorabilem, & non odiosam, cũ Papa in proœmio retulerit causam, & rationem illius ad fauorem pauperum, & benemeritorum, *Bald. in l. Si quis in conscribendo, sub num. 5. ad med. vers. sed quomodo cognoscam. C. de pact. cum citatis per Gonzal. in §. 6. proœm. num. 3* quibus addi potest *Bart. in l. 1. ante num. 1. vers. nota ex hac*

hac præfatione.ff.ad Maced.cum alijs per Rotam
8 decis.457.num.1.& 2. par.1.diuers. & † in simili
de reseruatione facta pro prouidendo pauperibus
& familiaribus Cardinalium, est Cresc. decis. 20.
num. 6. de præbend.

9 Nec potest dici, quod † contineat in parte fa-
uorem, & in parte odium respectu Ordinario-
rum, quam opinionem videtur tenere Gonzal. d.
§. 6. ex num. 45. vbi reprobat opinionem Decij
& aliorum sub num. 63. tenentium, non posse in
Iure dari concursum Odij, & fauoris in eadem
dispositione; nàm præter id, quod suprà hoc eod.
lib. quæst.26.ex n.13. ostendimus, Pontificem, re-
seruando, nullius penitus Iuri detrahere, & sic in
reseruationibus cessare omne odium; Dico, etiam
ad iudicandum dispositionem odiosam, vel fauo-
rabilem, non attendi id quod consequitur, sed id
10 quod principalitèr intenditur: vndè † quià Mace-
donianum, ex præfatione illius S.C. proditũ fuit in
odium fœneratorũ; non consideratur tanquam fa-
uorabile filijsfamilias, vt declarat Bart. in d.l.1.in
princ.ante num.1.vers.nota ex hac præfatione, ad
11 Macedonia. Quòd † enim cõsequitur, siuè odij, si-
uè fauoris, non habetur in aliqua consideratione,
quod clariùs Bartolus ipse declarat in l. Qui exce-
ptionem, 40. num.2. de condict. indeb. & hoc est,
quod in effectu docuit Dec. in l.2. sub nu.5. vers.
Circa primum, ista conclusio, C. de in ius voc. cum
alijs per Tiraq. de retract. lignag. in præfatio.
num.65. Menoch. cons.1039. num.6.

Quinimò, vnico verbo respondendo omnibus
latè ponderatis per Gonzal. vbi suprà ex nu. 46.
& num. 69. respectu legis vniuersalis, cuiusmodi
12 est hæc Regula, sicut † etiam aliæ, Rota decis.666.
sub nu.5. vers. vndè respectu Regularum par.1.
in recentior. Dico, istud de concursu duplicis cau-
sæ fauoris, & odij videri minùs solidum; nàm legis
13 ratio † semper, & perpetuò vnica est, videlicet
vtilitas, & bonum in cõmune, l.1.ff. de legib. can.
erit autem lex. distinct.4. in quo sanè non potest
aliud inueniri, quàm fauor simplicitèr, vt post
Tull. in 2. de legib. fusissimè tradit Dominic. Soto
de Iust. & Iur. lib.1. quæst.1. art.2. per tot.

Licèt enim, qua sibi proxima est materia, possit
14 considerari fauor, aut odium, vt ità cessante † eo
fauore, aut odio personæ, cessare etiam intelliga-
tur ipsa lex, Ruin. cons.74. sub nu.8. ad fin. vers.
cum ergò, lib. 1. Laderch. de Imol. cons.88.n.21.
attamen qua lex ipsa, intenditur in suum vltimum,
& nobiliorem finem, non potest aliud in ea con-
siderari, quàm purus, & simplex fauor, propter cõ-
15 mune Reipublicæ bonum, in † quod, ille etiam
siuè fauor, siuè odium proximæ materiæ redun-
dat, Soto eod. art.2. in respons. ad primum; & opti-
mè etiam explicat Suarez in tractat. de legib. lib.
1. cap.8 ex num.10. & per tot.

16 Infertur secundò, Episcoporum, † & aliorum
inferiorum affectum in conferẽdis Beneficijs, nus-
quàm adeo pium, & sanctum reputari, vt est affe-
ctus Summi Pontificis, qui clarè in hac Regula
protestatur se velle pauperibus, & benemeritis
conferre, cùm tamèn inferiores Collatores longè
alitèr materiam hanc palam practicent; pudet nã-

què referre, quæ Rebuff in praxi sub tit. Requi-
sita ad collatio. bonam, num. 63. se obseruasse die-
bus suis scripsit, & quæ nos etiam obseruauimus,
& tangit etiam in parte Gonzal. vbi suprà glos.4.
num.187. cum seq.

17 Vtcunquè enim fateri oporteat, † nonnun-
quam ab ipso Summo Pontifice, Ecclesiastica
Beneficia per indignos, nedùm beneficiari, vt ita
loquar, sed nec viuere dignos, extorqueri, nihilo-
minus, & id rarò, & præter eius mentem contin-
git, vt propterea minus curandum sit, l.3. cum
tribus seq. ff. de legib.

18 Tametsi enim † locum Dei teneat in terris,
cap. quanto, de translat. Episc. cap. ad Apostolicæ
§. nos itaquè, de re iud. in 6. cap.1. de homicid. eo.
lib. gloss. in Clem. dudum in verb. vndecunque de
19 Iudic. nihilominus † de occultis non potest diui-
nare, inquit text. in cap.1. §. porrò. Vt Eccles. Be-
nefic. sine diminut. conf. circa quod non grauabor
referre verba Pij Secundi, in Opusculo de Mori-
bus Germanorũ, in eius opere charta mihi 1045.
20 Fatemur, † in Romana Curia quam regunt homi-
nes, non omnia esse nitida, & plurima fieri digna
correctione, nec ambigimus, ipsos primæ Vrbis
Antistites, cùm Christi Dei nostri Vicariatum
assumunt, homines remanere, ac propterea falli,
errare, labi, & decipi posse; Sedent Pij Patres in
Thalamo suo, veniunt ad eos nunc Cardinales,
nunc Episcopi, nunc fortis alterius Homines, &
modò hunc, modo illum laudibus cumulant, di-
gnumquè graui regimine adscribunt, adstruunt,
credit Apostolica pietas, hisquè Beneficia mandat,
quos commendatos accipit, atquè ita fit, vt ali-
quando virtus pecuniæ cedat, non quia Pontifex
probitati præferat Aurũ, sed quoniam Internun-
cij, siuè vt aiunt, Mediatores, argento, aut amici-
tia victi, indignum digno præponunt. Et paulo
inferiùs: At si velis conferre simul omnia, & mi-
nores Sedes pro suis portionibus, comparare ma-
ioribus, nullam ostendes Curiam, in qua minus
morbi grassetur, & in qua magis ex ordine, re-
ctoquè instituto, quàm in hac Romana, res ge-
rantur: nèc vsquàm terrarum tantam doctrinam,
tantamquè rerum experientiam, tot bonarum ar-
tium studia, tot viros sanctimonia vitæ præclaros,
quot in Romana reperies Curia: Vt verè hic esse
domicilium literarũ, & officinam virtutum quis
affirmauerit. Quod si turpitudo illis est admixta,
humanitati adscribendum est, quæ nusquàm can-
dida reperitur. Ac propterea vendi Sacerdotia,
vel minus dignis committi contingit. Verum si
promotiones hinc Sedis Apostolicæ, illinc Capitu-
lorum electiones conferas, fateberis profectò,
tantum præstare Romanæ Sedis ordinationem,
quantum est primæ Sedis Collegium, singula-
rium Capitulis Ecclesiarum præstantius, &
sublimius; Quod etsi vnus Romanus Pontifex,
minùs dignum Presbytero donauerit, supra mil-
le inuenias rudes, ignaros, hebetes, & prorsus
ineptos, ab Ordinarijs esse promotos.

21 Hæc Pius; quando † adhuc tamen Respublica nõ
erat in hunc meliorẽ statum reducta, in quo eam
de præsenti conspicimus, tùm sacri Concilij Tri-

dentini, præcipuè circa prouisiones Parrochialiũ; Tum prouidentia aliorum Sanctissimorum Pontificum, quoad omnes omninò gratias, præsertim Gregorij XIII. *ut in eius contit. quæ est 24.* in ordine, per quam declarata, & innouata fuit *extrauag. 1. de sent. excom. inter comm.* & super qua integrum commentarium edidit *Nauarr. tom. 3.* suorum operum, in extrema parte.

Ex his itaquè satis euidens est, nedùm quàm honesta, sed quàm fuerit necessaria reseruatio hæc, quod vt oculis videas, & manu palpes, illas adeas Prouincias, ad quas Regula hæc propter Concordata non extenditur; & vbi Clerum Literarum
22 squallentem ignorantia, † quæ ceu mater cunctorum errorũ, in sacerdotibus detestanda est, *can. 1. distinct. 38.* vel mendicantem conspexeris, quo
23 nihil † magis Clericali honestati probrosum, *cap. ad supplicationem, de renunciat. Clem. in pleris; & ibi glos. in verb. opprobrio, de electio.* si poteris, à lachrymis contineas.

Vir quidem doctissimus, Franciscus Zypæus in
24 suis Analyt. *tit. de instit. Reseruationes,* † inquit, *Romana, vtinã tàm Ecclesiæ essent vtiles, quam augent splendorem illius Aulæ, & quamuis eò attrahant insignes sæpè ingenijs, & virtute Viros, nihilominus tamen, non semper non periculosum est, dum ignotis datur, quod notis aufertur,* Vetusta sanè querela, vt ipse ait, Basilien. Conciliabuli, & aliorum quorundam, sed minùs Iuridica, si rem propinquiùs, penitiusquè expendas; nàm non nisi vel notis, & vt plurimum etiam ex ipsorum Ordinariorum testimonio commendatis, per Sedem Apostolicam Beneficia Ecclesiastica conferuntur; vel certè, si ignoti sint, eis simplicitèr mandatur prouideri, postquam eorum merita, in bona idoneitatis mensura, coram ipsismet Ordinarijs fuerint patefacta: Et volo credere, quod sæpè prouiso Apostolico alij plures sint idoneiores, quibus, cessante reseruatione, poterat Episcopus, vel alius inferior Collator in partibus prouidere, sed hoc
25 nihil concludit; est enim † arguere à potentia, ad actum, contra *text. in §. illud quæsitum, instit. de rer. diuis. Surd. decis. 99. nu 9.* Et possent afferri infinita exempla, quibus Ordinarij prætulerunt consanguineos suos, & familiares, quantumcunquè illiteratos, & deterrimos, Viris doctissimis, & motum sanctitate conspicuis, & quicquid feruetur in Belgio suo, ob inconcussam pietatem Austriacæ Domus, quæ ibi dominatur, relegat *Zypæ.* per ipsum scripta *sub tit. de elect. sub nu. 3. vers. Quin & deindè.*

26 Tertiò Infertur, † rationem, & causam finalem Regulæ prædictæ, non esse fauorem Curiæ principalitèr, vt visus est sentire *Zypa.* vbi suprà, *& glossa in Extrauag. Execrabilis, in verb. reseruamus, de prabend. inter Extrauag. Ioan. XXII.* quam retulit, & probauit *Gonzal. d. gloss. 4. num. 155. & 196.* sed fauorem personarum benemeri-
27 tarum: nàm † licèt in conferendis Beneficijs, plurimùm habeatur ratio præsentiæ, & degentiæ in Curia, ex deductis per eundem *Gonzal. d. gloss. 4. ex num. 147.* Nullibi tamen in corpore Iuris, vel in Regulis Cancellariæ, pro obtinendis Beneficijs, qualitas hæc consideratur ad effectum benemerẽtiæ: & patet ex frequenti vsu prouidendi, vel etiã absentes de Beneficijs reseruatis, maximè hac reseruatione, vel eos qui nusquàm anteà Romam viderunt, quod minimè contingeret, si gratia Curialium, Regula hæc emanasset.

Quamuis enim, aliquando præferatur qui præsens est, & vbi plures sunt præsentes, habeatur ratio antiquioris præsentiæ, & residentiæ in Curia, prout etiam seruitij, & familiaritatis ex quadam congruentia, in cuius argumentum tendunt tradita per *Gonzal* vbi suprà *num. 154.* atquè ita per reflexum, negotium implicet fauorem Curiæ (quod minimè negandum est) tamen haudquaquàm hæc tangunt causam finalem Regulæ: semper enim videmus, saltim secundum Papæ intentionem, prouideri vel pauperibus Clericis, vel personis benemeritis, sed non semper degentibus in Curia, ergò fauor Curiæ potest quidem considerari tanquam causa impulsiua, sed non
28 tanquam causa finalis. Causa † enim finalis est, quæ ex toto, & funditùs mouet animum disponentis aliàs verisimilitèr ità non dispositurі; impulsiua verò, quæ licet impellat, huiusmodi tamen fit, vt ea cessante, nihilosecius ità fuisset verisimilitèr dispositurus, vt plenè docuit *Abb. in cap. post translationem, num. 18. de renunc.* cum alijs per *Franc. Becc. cons. 20. ex num. 9.*

Quartò denique infertur, verba illa, *& alijs,* super quibus integram glossam scripsit *Gonzal. ad hanc ipsam Regulam, in gloss. 3.* non constituere terminum differentem inter Clericos pauperes, & personas benemeritas pro certo ministerio corporali in Papam, vel eius Curiam impenso, vt existimauit idem *Gonzal gloss. 4. sub num. 21. & num. 147.* (nàm neque id patitur quotidiana experientia, vt dictum est, neque satis congruit aperto sensui huius literæ) sed constituere terminum differentẽ inter personas benemeritas, quià pauperes sint, & benemerentes, quià etiam cessante paupertate, alijs commendentur meritis, siuè ex seruitio huiusmodi, siuè ex alijs causis, adeo
29 vt † primus, ac potior gradus benemerentiæ constituatur in paupertate, cùm beneficia Ecclesiastica dicantur panes pauperum, vt diximus suprà *num. 5.*

30 Quæ vtcunquè † à Iudicis arbitrio pendeat, vt in his terminis prælationis personæ ad beneficia tradit *Marc. Mant. in cap. ad aures, num. 13. de rescript.* quem sequitur *Menoch. de arbitr. cas. 65. sub num. 8. vers. ità pariter,* in eius-
31 què æstimatione plura veniant † consideranda, quæ explicauimus hoc eodem libro, *quæst. 5. ex num. 19.*

32 Constat nihilominus † (quantum ad præsentem controuersiam pertinet) eam simplicitèr metiri ex defectu patrimonij, vel beneficij alterius, vt ideò literatura, quæ aliàs censetur facere homines diuites, nullas sibi in hac re vindicet partes, vt docuit *Gloss. in cap. si pauper Clericus post figurationem casus, in 5. notab. de præb. in 6.* multoquè minus artificium, vel industria ali-
33 qua circa mechanicas, & alia huiusmodi, † quicquid

quid possit dici in alia materia indifferenti, *Cas. de Grass. decis. 262. nu. 7. Gratian. forens. discept. cap. 120. num. 9.*

Hoc verò plurimum eos oportet obseruare, qui Clericos pauperes in præoccupãdo beneficio
34 supplantant: † nàm qui proprio patrimonio sustẽtari potest, nequè aliter de Ecclesia est benemeritus, qualitercũquè in has Ecclesiasticas annonas, se intrudat, iudicium sibi manducat, & bibit, ex sententia *D. Hieronymi in can. clericos 1. quæst. 2.* quod repetitur *in can. vlt. §. Clericos 16. quæst. 1.*

35 Et quamuis non ignorem † sententiam hanc B. Hieronymi, aliò detorqueri, itaut Franciscus Sarmiento, & Martinus Nauarro singularibus tractatibus, *de redit. Ecclesiast.* se ad inuicem penè confoderint, & *Marsil. Column. in tract. de orig. & inter. Ecclesiast. redit. in 3. par. cap. 21. cum seqq. vsquè ad fin.* adhærendo opinioni Sarmiento, nixus fuerit opinionem Nauarri euertere, quæ propterea, veluti nimis rigida, mortalium paucis probatur, nihilominùs, quicquid sit in ea controuersia, de vsu, vel abusu Ecclesiasticorum redituum, & de obligatione ad eorum restitutionem, quam hic excutere supersedeo, respectu huius articuli de supplantando paupere per diuitem in adeptione Beneficij, & litera, & mens ipsa Beati Hieronymi in supracitato *can.* valdè stringere videtur.

36 Neque enim etiam nunc † ea vigent tempora, quandò ad regendas Ecclesias, ideo diuites inuitabantur, vt quod deerat reditibus Ecclesiæ pro hospitalitate sustinenda, & alijs necessitatibus, de proprio patrimonio supplerent, *can. expedit, 12. quæst. 1.* Vndè & quicquid habebat clericus, indistinctè dicebatur esse pauperum, ex sententia eiusdem B. Hieronymi, in *can. vlt. in princ. 16. q. 1.*

37 adeò vt † qui vellet retinere reditus proprij patrimonij, sic distinctos à reditibus Ecclesiasticis, vt tamtum Ecclesiasticos absumeret; nec quicquã impẽderet de patrimonialibus in vsus pauperum, vel Ecclesiæ, censeretur supradictam communionem, & cum ea charitatis officium ex cupiditate soluere, in quo verè consistit sacrilegium, & iudicium, de quibus in *d can. Clericos*, secundum eum intellectum quem ibi agnouit *Gloss. in verb. sacrilegium, & Tholosan. in tractat. de Benefic. cap. 5. num. 7.*

Non (inquam) adhuc ea vigent tempora, cùm
38 deferuescente † Charitate, Canones eam necessitatem communicandi patrimonialia, Clericis, tanquam animo infirmis (vt explicat Gloss. in canone mox allegando) relaxauerint.

39 Verùm † ea relaxatio facta fuit cum duplici temperamento; primo, vt Clericus ex patrimonio diues, quæ aliter sibi cederent loco stipendij in remunerationem seruitij, pateretur distribui pauperibus, subrogantes communionem illam impendio proprij laboris, & debito proprij oneris, vt est *text. in can. Illi autem, 12. quæst. 1.* Altero, vt nihilominùs in tempore necessitatis, teneretur Clericus, de proprio etiam, Pauperibus subuenire, quia fundamentum Clericatus, quod est electio in sortem, & hæreditatem Domini, non potest separari à persona Clerici, indequè fluit perpetua obligatio communicandi necessitatis tempore, vt clarè probat *text. iuncta Gloss. in can. sicut ij, in verbo commune, 47. dist.* & hoc expressè voluit etiam *gloss. in præallegato can. vlt. in verb. quicquid, 16. quæst. 1.*

40 Quaptoptèr, † ratione huius necessitatis, Clericus adhuc hodiè, quantumcunquè patrimonio, & proprijs bonis affluens, censetur nihil proprij habere, vt ad literã est textus in *d. can. sicut ij, vers.*
41 *Proprium nemo dicat*, & in † consequens in paupertate arctissima constitutus, secundum *Bald. in Auth. si qua mulier, sub num. 6. vers. secundo probo C. de sacros. Eccles.* cum alijs per nos adductis in *præcita. quæst. 5. num. 23.* Atquè ità fit (vt dixi) vt qui pauperem diues supplantat in adeptione beneficij, iam videatur contra istud charitatis officium committere.

Neque his aduersatur, quòd contrarium seruetur, quia scilicèt Clerici patrimonialia suis cõsanguineis cumulent, Ecclesiasticis abutantur, & tempore necessitatis, non subueniant Ecclesiæ, vel pauperibus, & amplius non desint falsi Prophetæ eorum auribus prurientes, &, qui istis minimè ad rationis trutinam perpensis, integros etiam tractatus in labentium sua spontè, præcipitium conscripserunt, nàm hinc non euertitur canonum
42 dispositio, nèc † curamus, quid fiat, sed quid fieri oporteat, *l. Nemo Iudex, C. de senten. & interloq. omn. Iud.*

43 Summus † enim Pontifex dùm Clerico prouidet de Beneficio, non cogitat eum aliter in officio versaturum, quàm sibi expediat; quod si postea prouisus inuertit, contrà eum resurgit tremenda illa Hieronymi sententia, *Sacrilegus est, iudicium. què sibi manducat, & bibit*; Et quoad falsos Prophetas prurientes auribus, & perperàm Canones exponentes, nequè ipsi excusant audientes, cùm ex opposito stet veritas aperta, quæ non admittit sophismata, & propterea in hanc sententiam ait Hostien. *si non credunt mihi, credant Hieronymo, Prospero, & Ambrosio, dicentibus, quod nullus tàm iniustus, tàm auarus est, quã qui multorum alimenta non suum vsum, sed abundantiã, & delitias facit*, ita ille in præcitato *cap. Postulasti, sub nu. 8. vers. Quod si seruitium, de rescript. & reassumit Ioan. Andr. num. 18.*

44 Et circa † eleemosynam erogandam in propinquos pauperes (sub cuius fuco plerunquè malitia malorum tegitur) satis perspectum est, id minimè trahendum esse ad immoderatam elargitionẽ, sed restringendum ex duabus circunstantijs; vna, vt omnino præexistat necessitas, altera, vt quod elargitur non excedat ipsius necessitatis modum; idest nè hinc is qui necessitate premitur, nedùm sublenetur, sed etiã ditior fiat, vt ad literã probat *text. desumptus ex B. Ambrosio, in can. est probanda, qui in ordine est 16. ibi, nõ tamen vt illi ditiores eo fieri velint, dist. 86.* & satis clarè concludit *B. Thom. a. 2. in pracit. quæst. 185. art 7. in resp. ad 2. & Fely. in d. cap. postulasti, sub num 6. vers. & ideò si de eo, de rescript.* Et huc contrahen-

da sunt omnia, quæ passim occurrere possunt, ni-
45 mirùm † Beneficiarium habentem administratio-
nem in vita æquiparari vsufructuario, vt possit per
actum inter viuos de fructibus Beneficij dispone-
re, iuxta *gloss. communitèr receptam in cap. præ-
senti in verb. reseruari de offic. ordin. in 6. Rota
decis. 41, num. 2. de probat. in antiq.* posseque ideò
bona conscientia, quinimò teneri, dotare si quas
habet, pauperes consanguineas, vt ex sententia
*Abb. in cap. peruenit, sub num. 1. vers. & credo
quod bona conscientia, de Arbitr. & aliorum,
concludit Rota apud Gregor. decis. 401. ex nu. 2.*
potissimùm si ex parsimonia id sibi comparasset,
vt ibidem per *Rotam nu. 6. quæ plures allegat.*
46 Quoad † vsum verò Romanæ Curiæ in proui-
dendo, quatenus ad propositum nostrum, duplex
olim fuit modus, per viã scilicet Iustitiç, & per viã
Gratiæ; Iustitiæ, cùm Papa prouideri mandabat
Clerico pauperi, quem Episcopus ad sacros Or-
dines promouerat sine patrimonio, & sine Benefi-
cio, in forma de qua in *cap. Cùm secundum Apo-
stolum de præben. cum eius materia*, & in hoc exi-
gebatur paupertas, tàm respectu alterius Benefi-
cij quod obtineret, quàm respectu Patrimonij;
adeò vt constito, quòd haberet vndè viueret,
gratia euanesceret, *cap. Episcopus, vers. Nisi
talis eod. tit.* Itemquè cum simplicitèr mandabat
prouideri Clerico pauperi, secundum aliam
formam de qua in *cap. si Pauper Clericus, de
præben. in 6.* vtraquè enim forma dicitur de Iusti-
tia, cùm inde prouideatur necessitati pauperis, vt
per *Gloss. in d. cap. si Pauper*, vndè cessante inte-
rim paupertate per accessionem alterius Benefi-
cij resoluebatur mandatũ illud de prouidendo, vt
est expressum in *d. cap. & declarat ea gloss.* verùm
modus hic prouidendi per viam Iustitiæ iam exo-
leuit, cum *Conc. sess 24. cap. 19.* sustulerit omnes
expectatiuas, & mandata de prouidendo ad vaca-
tura, cæterasquè gratias præuentiuas.
47 Prouidet autem † per viam gratiæ, vbi simpli-
citèr vel prouidet, vel mandat prouideri vti priùs
ante Concilium Clerico, absquè ea qualitate,
quod sit Pauper, patentquè exempla ex *tot. tit. de
concess. Præbend.* tàm extrà, quàm *in 6.*

Ex quibus sanè consequitur, in promouendo ad
Beneficia exigi paupertatem, respectu aliorum
Beneficiorum, quæ in Titulum obtinet; nèc aliam
considerabilem esse; & de hac paupertate loqui-
tur Regula ista, itàut verba supradicta, *& alijs*, cõ-
stituat terminum, vt dixi, differentem inter Cleri-
cos pauperes, idest nullum Beneficium obtinen-
48 tes, † & Clericos obtinentes Beneficium vnum,
vel plura, sed alioquin benemeritos, ex sublimi-
tate personæ, vel literatura, vt secum dispensetur,
iuxta *text. in cap. de multa §. vlt. de præbend.* super
quo latè scripsit *Hosed. de Benef. incompatib. 2. p.
ex num. 52.* & aliqua etiam tradunt allegati per
Gonzal. in præcitata Gloss. 4. nu. 26. vndè consti-
tuitur alter gradus huius benemerentiæ, quæ ideò
ex his duabus circumstantijs, videlicèt ex subli-
mitate, & literatura, non autèm ex Curialitate
dimetienda est, & de hac est hæc Regula intel-
ligenda.

SVMMARIVM.

1 *Regula antiqua de quatuor mensibus, adducta.*
2 *Regulæ de quatuor mensibus ordinarijs concessis, quisnàm primus auctor.*
3 *Regula 9. mensium reseruatoria, reseruat, nedùm beneficia, sed ipsos menses.*
4 *Regula antiqua de quatuor mensibus, pro Ordinarijs contra expectantes, non inducebat aliquam reseruationem in alijs octo.*
5 *Regula de octo mensibus, etiam ante abrogatas expectatiuas, distinctè fiebat à Regula de quatuor pro Ordinario.*
6 *Menses quando cœperint haberi in differentia, vt alij essent ordinarij, alij verò Apostolici.*
7 *Regula de octo mensibus, aliquando restricta ad fauorem expectatiuarum.*
8 *Menses ordinariæ dispositioni cedentes, qui intelligantur in indultis de conferendis.*
9 *Alternatiua, per indultum concedi consueta etiam de tempore Sixti IV.*
10 *Datæ tempus, perpetuò attendendum.*
11 *Alternatiuæ vsus, generalitèr omnibus Episcopis primum concessus per Leonem X.*
12 *Alternatiuæ vsus, singularitèr indulgeri consuetus longè ante tempora Leonis X.*
13 *Mensium diuisio inter Papam, & Episcopos, qua ratione constet.*
14 *Diuisio, plus confert ei qui plus contulit.*
15 *Mensis, necessariò cur exprimendus in prouisionibus Apostolicis.*
16 *Mensis, nullatenùs exprimendus ex necessitate, vbi cessat fauor Ordinariorum.*
17 *Mensis non exprimendus, vbi Beneficium alia reseruatione est affectum.*
18 *Itemquè, si agatur de institutione ad præsentationem.*
19 *Item, si Papa prouideat per viam concursus.*

QVÆSTIO XXXVII.

An eadem sit Regula reseruatoria octo mensium, cum Regula, de mensibus, olim acta.



AXIMA est differentia inter Regulam, quæ olim de mensibus nuncupabatur, & hanc ipsam, quam mensium reseruatoriam appellamus. Quod vt cuiquè pateat, illius antiquæ tenor erat huiusmodi.

Item vt Prælati, & aliæ
1 *personæ † Ecclesiasticæ, ad quos dignitatum, aliorumquè Beneficiorum Ecclesiasticorum collatio, prouisio, præsentatio, electio seù quauis alia dispositio pertinet, ab eodem D. N. gratias, & fauores reportasse dignoscantur, ipse D. N. Prælatis, & personis prædictis, de quibusuis dignitatibus, Personatibus, administrationibus, officijs, Canonicatibus, & præbendis, necnon alijs beneficijs Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, Secularibus, & Regularibus, ad eorum collationem, prouisionem, præsen-*

præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem pertinentibus, quæ intra quinquennium à data die Kalendarum Ianuarij Pontificatus Ann. 1. computandum in Martij, Iunij, Septembris, & Decembris, mensibus vacare contigerit, dummodo dispositioni Apostolicæ generaliter reseruati, seu ex generali Apostolica reseruatione affecti non fuerint, perinde ac si à Sede Apostolica, vel eius Legatis expectatiua gratiæ, aut super illis reseruationes non emanarent, libere disponendi concessit facultatem, ac decreuit irritum, & in ine, &c.

2 Et hic quidem † erat tenor Regulæ, prout legitur in Regulis Sixti IV. publicatis de An. 1471. & impressis post decisiones Rotæ, secundum antiquissimã compilationem. Et primum huius Regulæ Auctorem fuisse Alexandrum Quintum anno 1447. quem & … fuerunt sequuti Pontifices, refert *Bursa cons. 126. num. 101. & 102.*

Vnde secuit … in eo præcipuè differre nostram 3 hanc Regulam a illa, quod per hanc † Papa sibi reseruat … Menses, proindeque appositè dicatur reseruatoria prout eam sic nuncupat *Verall. decis. 58. num. 2. par 2. & Put. decis. 54. lib. 2. & decis. 481. sub num. 1. vers. quo tempore, & decis. 495. ante num. vers. Nam præsupponebatur, eod. lib. 2. Achill. decis. 405. num. 1. & 2.* idest non tantùm beneficiorum, quæ vacant in octo mensibus designatis, verùm etiam ipsorum solidorum mensium, Vndè in eius Rubrica inscripta, *Reseruatio mensium Apostolicorum, &c.* vt fuit ponderatum per *Rot. in vna Papien. Beneficij, 10. April. 1617. coram Andrea,* & etiam in præcitatis decisionibus.

4 Per illam verò † nihil amplius est inductũ, quàm quod in quatuor mensibus ibi designatis, Ordinarij possent liberè disponere de omnibus beneficiis, quæ non essent generalitèr reseruata, vel affecta, non obstantibus expectatiuis. quarum tunc erat frequens vsus; illa enim clausula, *perinde ac si expectatiuæ, &c.* id operabatur, vt simplicitèr in facta esset remotio obstaculi ex ipsis expectatiuis, *Cassad. decis. 3. sub num. 3. vers. nec obstat verbum liberè, de priuileg.* & propterea per concessionem istorum quatuor mensium factam ordinarijs contra expectatiuas, non censebatur Papa sibi (generalitèr tamen) reseruare alios octo menses, sed secundum quid & in ordine ad expectatiuas, adeò vt in quocunque mense vacaret Beneficium, si nullus compareret expectans cum processu fulminato, qui beneficium acceptaret, posset Ordinarius Beneficium liberè conferre, vt clarè deducunt, *Staphil. de literis gratiæ tit. de formis expectatiuarum in prælud. sub num. 18. vers. ex prædictis, & num. 19. vers. hinc est, & num. 20. vers. nam de iure, Gomes in tractat. de expectat. sub num. 20. vers. ex quibus videtur, & probat etiam text. in c. 1. de concess. præben. in 6.* indequè cessantibus expectatiuis, omnes menses cedebant dispositioni Ordinarij, vt responsum fuit in vna *Salamantina de Valdenz. 4. Feb. 1545. coram Reomano,* & benè etiam declarat *Rota decis. 4. num. 3. & 4. lib. 1. par. 3. diuer. & decis. 21. sub num. 6. vers. ex quibus ego colligebam, ead. par. 3. lib. 2.*

5 Non est tamen negandum, etiam † antequàm per Concilium abrogarentur expectatiuæ, consueuisse summos Pontifices facere duas Regulas distinctas, vnam videlicet, super quatuor mensibus pro Ordinarijs contra expectatiuas, quæ dicebatur ab effectu Regula reseruatoria quatuor mensium pro Episcopis, & alteram huic nostræ persimilem super octo mensibus, quæ ideo nuncupabatur Regula reseruatoria octo mensium, vt perspicuè insinuat *Rot. d. decis. 21. num 6.*

Quod fuit in causa, vt concessa per Papam alternatiua sex mensium, fuerit reuocatum in dubium, an cessantibus expectatiuis posset Indultarius adhuc conferre in alijs sex mensibus, ducto argumento ab effectu Regulæ de quatuor mensibus, contra expectatiuas, in quo articulo Rota respondit negatiuè, propter dictã Regulam de octo iam factam, ex quo tempore cœperunt distingui 6 menses, † vt alij essent ordinarij, alij verò Apostolici, quemadmodùm plenè explicatur in præallegatis *decision. 4. ex num. 1. lib. 1. & 21. per tot. lib. 2. p. 3. diuer.* & longè clarius in *præallegata Put. decis. 481. lib. 2. iuncta marginali adnotatione, secundum modernam impressionem.*

7 Quod tamen † est intelligendum, quando hæc Regula de octo facta fuit simplicitèr, vt Papa solus in illis prouideret de vacantibus, non autem quãdo per aliquot Romanos Pontifices, fuit concepta per clausulam, *vsque ad concessionem expectatiuarum,* quo casu, cessantibus expectatiuis, cessabat & ipsa Regula, cum tota eius vi reseruatiua, vt latè consuluit *Paris. cons. 28. sub num. 3. vers. tamen rectè considerando, cum seqq. & per tot. lib. 4. quam secuta fuit Rot. decis. 272 lib 2. par. 3. diuers. & apud Achil. in prædicta decis. 405. num. 1. & 2.*

8 Quæ omnia, plurimùm † sunt obseruanda pro interpretatione antiquorum indultorum de conferendo in mensibus, quæ ordinariæ dispositioni cedunt, distinguendo videlicet tempora, quibus diuersæ fuerunt huiusmodi Regulæ diuersimodè, & promulgatæ, & conceptæ; Quapropter in vna Tirasonen. Canonicatus, in qua disceptabatur, an quædam confirmatio concordiæ initæ inter Episcopum, & Capitulum, facta per Sixtum Quartũ, qua cautum fuerat, vt deinceps perpetuis futuris temporibus collatio, & omnimoda dispositio Canonicatuum, & præbendarum Ecclesiæ Calataiubij, quæ per obitum in mensibus, qui ordinariæ cedebant dispositioni, vacare cõtingeret, ad Episcopum pleno iure spectaret, & pertineret, an (inquam) confirmatio hæc comprehenderet tantum Canonicatus vacantes in quatuor mensibus ordinarijs, vel potiùs etiam comprehenderet vacantes in sex mensibus effectis ordinarijs per acceptationẽ alternatiuæ. Cùm *Rota sub die 6. April. 1612. coram Illustriss. Cardinali Caualerio,* respondisset, comprehendere tantùm vacantes in quatuor mẽsibus, postmodùm eodem articulo, sæpius reproposito, & ostenso, quod tempore Sixti non vigebat Regula de octo, sed duntaxat Regula de qua-

de quatuor contra expectatiuas; ità vt omnes mē-
9 ses tunc forent ordinarij, & quod etiam † tunc
cœperat esse in vsu alternatiua mensium, quemad-
modùm Ego, (qui in ea causa tunc scribebam) cla-
rè deducebam ex testimonio *Alphonsi Soto Glos-
satoris antiqui, ad 10. Regulā Innocētij*, super qua
notauit, tempore suo fuisse disputatum, an per eā
Regulam Sixti IV. de expectatiuis, censeretur re-
uocata concessio alternatiuæ facta Episcopo Ti-
rasonen. & similem controuersiam ortam fuisse,
de anno 1475. occasione alternatiuæ cōcessę Epi-
scopo Legionen. visum fuit Rotæ *sub die 13. Ian.
1614. coram eodem Illustriss. D. Card. Caualerio*,
ab hac disputatione diuertere; vt propterea ab illa
priori resolutione cauendum sit; licèt enim in pū-
cto iuris ea subsistat, cùm nitatur cōclusioni iuris
10 irrefragabili, quòd † perpetuò videlicèt sit obser-
uandum tempus datæ, iuxta vulgatam Regulam,
*cap. eam te, vbi Fely. num. 18. & alij passim de
rescript.* quod in simili obseruauit *Rota apud Ve-
rall. in præalleg. decis. 58. num. 2. & 3. par. 2.* Non
tamen subsistit in facto, præsupponendo, videlicèt
de tempore Sixti IV. extitisse Regulam de octo,
per quam distinguerentur menses Apostolici, à
mensibus ordinarijs vel eo temporis, necdùm in-
troductum fuisse vsum alternatiuæ.
11 Quamuis † enim, generalitèr id non fuerit in-
dultum Episcopis, nisi sub *Leone Decimo, de anno
1514 vt obseruauit Bursat. in supracitato consil.
126. sub num. 102. vers. ac quarto loco*, nihilomi-
12 nus † consueuerat etiam priùs specialitèr indul-
geri, vt præter Alphonsum Soto *loco præallegato*,
constat auctoritate Fely. *in cap. cum ex officij sub
num. 36. versus finem vers. quid autem si Episco-
pus, de præscriptionibus*, cuius etiam meminit
Cassad. *decis. 2. num. 3. & 4. de restitut. spoliat.* su-
per quo vlteriùs non insisto, cum pertineat ad in-
terpretationem secundæ partis.
13 Cæterùm si quæratur, quæ † sit ratio istius par-
titionis mensium, vt octo ex duodecim ad Papam
pertineant; nulla alia potest assignari magis adæ-
quata, quàm quià valdè congruat, Papam qui est
Dominus, & creator Beneficiorum, & in his ha-
bet plenissimam potestatem, in hac mensium di-
stributione maiorem partem obtinere, vt ita ra-
tiocinatur *Gomes. in præcitato tractat. de expe-
ctat. num. 13.*
Quippè, non possunt queri inferiores de inæ-
qualitate, cùm ius conferendi (vt aliàs sæpè dictū
est) originetur in ipso Papa, & ab eo in alios dif-
fundatur, vt ideo eorum querimoniæ refragetur,
quod docuit *Aristot. Ethicorum lib. 8. cap. vlt.* in
14 diuisione † plus capere eos, qui plus conferunt,
quod latè exornat *Mant. de tacit. & ambig. con-
uent. lib. 6. tit. 14. ex num. 7. tom. 1.*
Hincquè ad Iustitiam partitionis huius optimè
15 inductum fuit per hanc ipsam Regulam † in *vers.
volens in supplicationibus &c.* de mense in quo
supponitur vacatio, dispositiuè mentionem fieri,
quod obtinet tàm in vacatione de iure quàm de
facto, *Rot. dec. 102. lib. 1. par. 3. diuer.*, seruaturquè
etiam in nouis prouisionibus, *Put. decis. 333. lib.
3. & decis. 1. & 3. super Regul. de mense, Ant.
Augustinus super Regula de octo mensibus n. 1.*
Quapropter, si cesset ratio conseruandi Iustitiā
hāc, non est necessaria huiusmodi expressio, quod
16 refertur † ad omnem casum in quo non potest es-
se locus fauori Ordinariorum, in hac Regula con-
templato, *Put. decis. 2. eod. tit. de mense*, veluti si fa-
17 cta sit deuolutio ad Papam, & multo † magis, si
beneficium alia reseruatione sit affectum, *Gonzal.
gloss. 13. num. 78. Antonius Augustinus loco pro-
18 ximè citato, num. 14.* itemquè † si agatur de insti-
tutione ad præsentationem, *Seraph. decis. 285.
19 nu 2.* Et deniquè † si constet de enixa mente Papæ
præiudicandi inferioribus collatoribus, putà si
prouideat iure concursus, vt probauimus hoc li-
bro *quæst. 23. num. 37. & 38.*
Nec plura super hac parte Regulæ, cum nihil
intactum reliquerit bon. mem. Doctor Gonzalez.

SVMMARIVM.

1 *Optandi consuetudo, toleratur.*
2 *Principis Beneficium, decet esse mansurum.*
3 *Optandi ius cessat, vbicunquè contingit vacatio apud sedem.*
4 *Optionis Canonicæ materiā, qui pertractauerint.*
5 *Connexorum idem iudicium.*
6 *Præbenda Canonicalis, non potest dici sine Canonicatu.*
7 *Canonicus non potest esse sine præbenda, aut expectatione præbendæ.*
8 *Canonicus sine præbenda, non meretur nomen Beneficiarij.*
9 *Annexio, siue connexio, quandò propriè dicta.*
10 *Optio non habet locum in reseruatis, & præseruatio, de qua in cap. vlt. de consuetud. processit per viam declarationis.*
11 *Statuta particularia Ecclesiarum circa prouisiones Beneficiorum, non extenduntur ad prouisiones Apostolicas.*
12 *Optioni, non est locus in reseruatis quacunquè reseruatione generali.*
13 *Et multo minus, in reseruatis reseruatione speciali.*
14 *Siuè hæc processerit motu proprio, siuè ad supplicationem.*
15 *Expectatiua per se sola, si sit de incerto corpore Beneficij, non inducit reseruationem, & tollit ius optandi.*
16 *Optans, præbendam acquirit auctoritate propria.*
17 *Et quorsum tendat Capituli admissio.*
18 *Lis super optione exorta, an afficiat beneficium.*
19 *Lis, quo casu afficere censeatur Beneficium.*
20 *Lis super electione, necnon super præsentatione, beneficium afficit.*
21 *Præsentare se ipsum nemo potest.*
22 *Etiamsi agatur de beneficio simplici.*
23 *Ius in beneficio, non potest quæri cuiquā à se ipso.*
24 *Litigiosum vt contrahatur, quid sit necessarium.*
25 *Optionis actus, in quo initietur.*
26 *Opponens se Beneficio ex statuto, ius acquirit non ex se ipso, sed ex statuto.*
27 *Et quæ sit ratio.*
28 *Spes acquisita ex facto de præterito, in acquisitione iuris*

ne iuris inabdicabilis, eandem obtinet vim, quam factum alterius.

29 *Ius ad rem, quod illico debet transire in ius in re, aequiparatur ipsi iuri in re.*

30 *Qualitates praexistentes, considerantur ex tempore ipsius praexistentia, non autem ex tempore probationis.*

31 *Optionis subiectum, consistit in mera temporalitate, nec ideo exigit nouum titulum, ac propterea lis super illa, non afficit praebendam.*

32 *Religiosi, non prohibentur habere beneficia, quae conferant secularibus in titulum perpetuum.*

33 *Clausula derogatoria, adiecta in Regula mensium reseruatoria, tollit omnia priuilegia.*

34 *Iura patronatus Laycorum, censentur praeseruata in Regula mensium reseruatoria.*

35 *Iuspatronatus persona potentis, vel in qua cadat praesumptio vsurpationis, quando opponitur reseruationi, qualiter sit iustificandum.*

36 *Praesentationes qualitèr debeant iustificari, quando agitur de patronatu alicuius potentis.*

37 *Scriptura publica, quae dicatur.*

38 *Praesentatio, non probatur per literas patētes, sine testibus, & Notario, nisi probata consuetudine.*

39 *Praesentationes, in priuatis probantur ex enunciatiuis in literis, siue instrumētis institutionū.*

40 *Secus verò in potentibus.*

41 *Et quae sit ratio.*

42 *Iuspatronatus, in potentibus non potest alitèr probari quàm secundum formam praescriptam à Concilio, quod nullatenus confidit de testibus.*

43 *Praesentationes ad effectū probandi patronatum, neque etiam in priuatis probari ex enunciatiuis in institutionibus, & declarata contraria sententia.*

44 *Praesentatio tunc demum probatur ex enunciatiua in institutione, si inter alia, constet de iure patronatus praesentantis.*

45 *Immemorabilis, ad effectū probādi Iuspatronatus in potentibus, qualitèr qualificetur ex Cōcilio.*

46 *Formam inducit constitutio multa cauens circa actum conficiendum, alitèr quàm à iure communi sit dispositum.*

47 *Immemorabilis qualitèr constituatur.*

48 *Immemorabilis, qualitèr per testes iustificetur, ad effectum probandi patronatum in potentibus.*

49 *Menochy cons. 241. in materia probationis Iurispatronatus, reiectum.*

QVÆSTIO XXXVIII.

Derogatio de qua in Regula 9. quorsum tendat.



QVEMADMODVM Regula haec, non excipit praebendas subiectas iuri optandi, ex consuetudine,
1 cui † in hac parte Canones desetunt, *cap. vlt. de consuetud. in 6.* & generalitèr reseruat omnia Beneficia, non excipiendo personas, quae nituntur particulari priuilegio, quod
2 tamen † mansurum esse decet, *cap. decet, cum ibi notatis, de Regul. iur. eod. lib. 6.* adeò vt in hac parte, si nō potest videri iuri contraria, ob supremam Papae auctoritatem, possit nihilominùs videri multum exorbitare ab eisdem iuris Regulis, iuxta ea, quae post alios latè tradit *Menoch. de recuperan. possess. remed. 14. ex num. 11.*

Ità ad clariùs explicandam enixam mentem Papae, eiusque certam scientiam in remouendo omnia impedimenta, necesse fuit subijcere derogationem praemissorum omnium.

Primumque ipsius iuris optandi, quod videlicet habēt iure speciali Canonici antiquiores in Ecclesijs Cathedralibus, & alijs Collegiatis; in quo videtur extendi effectus reseruationis, tanquam de vacante apud Sedem, ad hanc reseruationem in octo
3 mensibus. Nām † quod in illa deberet ius istud optionis cessare, dudum antea constitutum fuerat per Bonifacium VIII. *in d. c. vlt. de consuetud. in 6.*
4 super qua † materia egregium tractatum nuper conscripsit R. P. Alexander Moneta, & plura pro eius ornatu ad hanc ipsam Regulam congessere *Gonzal. gloss. 34. per tot. & Ioan. Chokier ad glossatorem antiquum, gloss. 14. & multa etiam scripsit Garz. de Benef. par. 4. cap. 5. ex num. 118. & par. 5. cap. 1. ex num. 456.*

Nobis autem tantùm huius derogationis hic nùnc inuestiganda est ratio; nàm qualitèr optio exerceatur in praebendas, veluti in suum propriū subiectum, eademque subiaceat reseruationibus, satis videtur per nos explicatum in superiori lib. *q. 19. ex nu. 16. &* hoc ipso lib. *quaest. 25. ex n. 40.* vt propterea ea hic minimè sint rescribenda.

Et breuitèr agendo, huius derogationis ea vi-
5 detur ratio, quod † connexorum idem sit iudiciū, *Bart. per eum text. in l. eum actum num. 2. de negotijs gestis, cum alijs per Menoch. cons. 296. nu. 38. & cons. 1115. num. 10.* Praebenda autem Canonicalis dicatur annexa Canonicatui, cum non
6 possit dici † Canonicalis praebenda, sine Canonicatu, *Bald. in cap. cum M. Ferrariensis num. 10.*
7 *de constit.* sicuti nèc è conuerso, Canonicus † potest esse sine praebenda, vel saltim sine expectatione praebendae, *cap. relatum, de praeben.* aliàs enim dicitur Canonicus inanis, vel in herba, vt post alios tradit *Hojeda de Beneficior. compatibilit.*
8 *par. 1. cap. 12. num. 5.* & † nèc mereri nomen Beneficiarij, demonstrauimus in *praecitat. cap. 19. num. 7.*

9 Et haec quidem est vera, & formalis † annexio, cum vnum non possit stare sine altero, vt docet *Aretin. in cap. translato, num. 3. de constitut. Nicolit. in repetitione Rubrica, nu. 58. de non. oper. nunciat. Menoch. de Arbitrar. Iudic. casu. 95. n. 8.*

Inducta ergò reseruatione Canonicatuum vacantium in his octo mēsibus Apostolicis, ex adeò rationabili causa, vt clericis pauperibus, & alijs per Summum Pontificem prouideri valeat, cùm possetnon etiam videri inducta in praebendis Canonicalibus vi connexionis; ad tollendam omnem disputationem, necesse etiam fuit hoc statuere, nè praeualeret aliqua consuetudo in con-
10 trarium. Verè enim † potiùs id factum fuit per modum declarationis, quàm quia foret de

Iure

Iure necessarium, vt innuit etiam *text. in d.c. vlt. de consuet. in 6.* quod non inducit Ius nouum, sed quod erat de Iure prius statutum indicat, ibi, *loeus prædicta consuetudini non existit*.

Quod summa ratione constat, etenim omnia
11 inferiorũ † statuta tangentia articulum prouisionis, debent intelligi de prouisionibus, quæ per ipsos inferiores fiũt, non autem de his, quæ fiunt per Papam, cuius auctoritas semper cẽsetur excepta, *Put. decis. 501. num. 1. & 2. lib. 1. Ant. August. in epit. super Reg. 8. Cancell. num. 15.*

12 Et hinc † est, vt cum habeat locum in omnibus reseruationibus, ità in omnibus æquè procedat dispositio *d. cap. vlt.* nèc vllo modo restringatur ad hanc, vel illam reseruationem, siuè sit generalis, siuè specialis, prout de generali tradunt omnes in *d. cap. vlt. §. in præbendis, vbi præ cæteris*
13 *Franch. num. 6.* & † de speciali, *Cassad. decis. 4. num. 1. de concess. præben. Put. decis. 4. lib. 2.*

14 Et siuè hæc specialis sit facta † motu proprio, vt omnes prædicti consentiunt, siuè ad supplicationem, nàm in vtraquè militat eadem ratio. Nec aliquid desumi potest in contrarium ex *text. in d. cap. vlt ad finem*, dùm in eo scribitur, expectatiuam de primo vacanti, non derogare iuri optan-
15 di: nàm † talis expectatiua per se sola non inducit reseruationem aliquam, cum non sit de certo corpore beneficij, nèc capiat reseruata, *Gomes. dec. 9. lib. 1. in impress.* & secundum formam, de quo ibi implicitè, præseruat Ius optandi, ibi *nulli alij de Iure debita*. Nihil enim est, quin vbi viget statutum, seù consuetudo optandi, præbenda, vt vacat, debeatur sequiori. Canonico, vt in
16 eo textu disponitur; adeo vt qui † optat, intelligatur consequi præbendam optatam auctoritate propria, in hoc enim stat vis illius consuetudinis, cui ius desert, vt aduertit *Rot. decis. 6. sub num. 6. vers. posset etiam dici, de consuetud. in nou.* quam-
17 uis admissio Capituli adhibenda sit pro † modo eiusdem consuetudinis, *Monet. in præcitato tractatu de optione ex num. 29.* vbi *num. 31.* probat, nullam aliam requiri collationem, aut inuestiturã, quod notant omnes in *eo. cap. final. & Cassad. qui alios refert decis. 17. num. 2. de præben.*

18 Ex quibus, si contingat † duos Canonicos eandem præbendam optare, tanquam in concursu se ad inuicem protrudentes, dum vterquè asserit se antiquiorem esse, & litem inter eos super hac cõtrouersia moueri, quæsitum fuit, an alterutro moriente, sit locus dispositioni textus in *cap. 1. & 2. vt lit. penden. in 6.* Et quidem nuper *Rot. in vna Illerden. Præcentoriæ 7. February præsentis anni 1628. coram R.p.d. Dunozetto,* confirmando duas alias resolutiones in eadem causa factas coram
19 Manzanedo, negatiuè respondit; Quià † nõ præexistente titulo quo alteruter ex collitigantibus posset dicere beneficium esse suum, videatur etiã deficere subiectum litigiosi, secundum doctrinam *Innocen. in cap. cum M. sub nu. 9. ad fin. vers. & generaliter dicimus, de constitution. & Bald. in Authen. litigiosa, num. 1. & 2. C. de litigios. cum* alijs per nos adductis hoc *eod. lib. q. 20. ex nu. 22.*

20 Et quamuis † *text. in d. c. 1. vt lit. penden. in 6.* ad hunc effectum, contẽtetur lite mota super electione inter electos, *& in cap. 2.* rursus contentetur, lite mota super præsentatione, inter præsentatos, nihilominùs neutrum ex his videtur applicabile terminis optionis; nàm tàm Electio, quàm presentatio est actus, qui initiatur in persona alterius, ideoquè potest ius aliquod tribuere electo,
21 vel præsentato. vndè si † quis præsenret se ipsum, nullius momenti est præsentatio, iuxta *text. in cap. per nostras*, vbi notant omnes *de Iurepatronatus, Rota decis. 185. num. 1. par. 2. diuer.* quod procedit nedùm in Personatu, de quo loquitur il-
22 le *text.* sed etiam † in Canonijs, & quibusuis alijs Beneficijs simplicibus, vt in *eod. cap. per nostras* apertè docuit *Ioan. Andr. sub nu. 2. ad fin. super verb. personatum*, & *ibi etiam Abb. sub num. 2. vers. sed quæro, & tradit etiam Lambert. de iure patron. lib. 2. par. 1. quæst. 8. art. 2. nu. 2. cum alijs cumulatis per Rotam in d. Illerden. Præcentoria, in qua fuit adducta alia decisio, in Aquilana Iurispatronatus 8. Iun. 1587. coram Rubeo,* & in hac parte moderata decisio facta in vna *Regien. Iurispatronatus 15. Ianuar. 1624. coram R.p.d. Pirouano*.

Optio autem est actus, qui initiatur in persona
23 ipsius optantis, constat autem nemini † quæri posse ius ex se ipso, *Cassad. decis. 18. nu. 3. de præben. cum simil.*

Verùm, fundamenta hæc non videntur satis tuta, cùm eadem ratio, quæ militat in electione, &
24 præsentatione, æquè militet in optione; vt † enim subiectum efficiatur litigiosum, non est de illius ratione, quod quis proponat, rem in quam intenditur actio, esse suam, sed satis est, quod in illa habeat tale ius, vnde efformetur actio quæ in ipsam rem intenditur; nequè in alterutro ex collitigantibus contemplamur possessionem illius rei, in quam actio dirigitur, sed possessionem, siuè quasi possessionem illius iuris, vndè illa actio procedit, & ipsius actionis finem, videlicèt quod non sit directa in personam, sed in rem, prout clarè determinat *Innocen.* loco superiùs allegato, & nos ex mente *Bald.* & aliorum eam satis diffusè explicanimus in præcitata *quæst. 20. ex num. 36.* quæ hìc minimè sunt rescribenda.

Atquè ità, quod disponunt duæ illæ decretales *cap. 1. & cap. 2. vt lit. penden. in 6.* tenditur quidẽ ad remouendam controuersiam inter Doctores *in d. cap. cum M. Ferrariensis,* vt paritèr annotauimus *ead. quæst. 20. num. 39.* sed nihil singularitatis inducunt contra Regulas iuris communis. Ex quo percipitur, vt dixi, non posse assignari aliquam diuersitatis rationem, inter casum electionis, siuè præsentationis, & casum optionis, quia non potest negari, quin per optionem ius quæratur, & quidem perfectius, quàm ex electione, vel præsentatione: nequè enim est verum, quod actus
25 optionis † initietur in optãte, quià verius est initiari in ipsa consuetudine, aut statuto Ecclesię. qu illum vocat ex qualitate maioris antianitatis quæ non potest cadere, nisi in vno: quod generalitèr dicitur de quacunquè oppositione cuicunquè
26 Beneficio † vacanti facta in vim statuti, iuxta celebre

lebre *Mandosf.conf.51.nu.12.verf.insuper quando alicui*, quod canonizauit *Rota in Gerunden. Beneficij,2. Decembris 1605. coram Sacrato*.

37 Etenim,tunc cessat † fundamentalis ratio contrarij assumpti, quod necessarium sit factum alterius, vt in his materijs cuipiam ius quæratur; illa siquidem spes ducta ex facto de præterito, nimirùm ex qualitate impressa, & ex vocatione statuti, cui non potest contrauenire,*Bald.conf.38.n.2.*

28 *lib. 4.* eandem † vim obtinet, quam factum alterius,vt pulchrè explicat *Aret. conf.7. sub num. 4. vers.sed dicendum est vnum verbum,Paris.de resignat.lib.6.quæst.5. num.72.*

29 Adeo vt,hoc casu, prorsus † æquiparentur ius in re, & ius ad rem, cum sit tale ius ad rem,quod sine mora debet transire in ius in re, prout elegantèr considerat *Lap. alleg.89. num.7.*

Quo fit,vt etiam possit videri adesse præexistes titulus, per quem ipsa præbenda vindicetur tanquàm sua; tametsi enim ex contradictione alterius oppositoris, ipsaque lite,mora fiat immissioni in possessionem, nihilominus illud ius,quæritur optanti ex momento optionis factæ, ceù ex qua-

30 cunque alia oppositione; Quamuis † enim qualitates requisitæ in vocato, necdùm sint iustificatæ (modò illæ sint veræ) nihil refert, cùm iustificatio, quæ subsequitur, sit simplex patefactio præexistentis,& eatenus latentis facti, quæ ob id nihil censetur adiicere,*l.adeo,§.cùm quis,de acquiren. rer. dom. Bellam.conf.34. sub num.e. ad sextum dubium, vers. nec secundum nocet*; Quapropter illius iuris creatio constituitur vsque ab initio actus, vt latè fuit decisum in *Burgen. Canonicatus 27.April.1597.coram Cardinali Pamphilio.*

Arbitror tamen, dictam resolutionem in causa Illerden.Præcentoriæ ex alio fundamēto sustineri,

31 quia scilicet,in optione†non detur subiectū,quod ex lite possit affici in præiudiciū inferioris collatoris;Optio enim nō cadit super titulo beneficiali,sed super mera temporalitate,vt docuimus *lib. 1.quæst.19.ex num.27.* Vnde per eam non acquiritur nouus titulus,sed antiquus retinetur,*Cassad. decis.17. num.2. de prabend. Rota diuer. par.4. decis. 604. num. 2.* & diximus etiam in *præalleg. quæst. 19.* & hac ratione optimè potest sustineri hæc conclusio, quod ideo lis super optione non afficiat præbendam, quatenus præbenda sumitur pro prædio temporali, non autem pro ipso titulo spirituali, & hoc est, quod in specie decidit *Rota in Oscen.Optionis 4.Iun.1593.coram Gypsio*,quę est illa eadem proximè allegata decisio *604. n.2. & 3. par. 4. diuer.* quam etiam rescripsit *Garz. par.6.cap.4.sub nu.14.* & super hac eadem decisione fundauit se ex toto *Rota in eadem Illerden Præcentoriæ 5. Maij 1627. coram Manzanedo.* Quæ tamen scripta sint sub correctione illius sapientissimi Ordinis.

Fuit prætereà necessarium subiicere clausulam generalem derogatoriam ad omnia alia iura,prætensa per eos,qui sibi vindicant,aut solidam collationem, aut præsentationem,siuè electionem, ex priuilegio Apostolico,aliouè iure singulari, exceptis his, de quibus in Regula; Quamplures enim habent priuilegia huiusmodi, etiam cum clausula derogatoria derogatoriarum, etiam ad futuras

32 Regulas, præcipuè Religiosi, qui cùm † non prohibeantur habere Beneficia,quæ secularibus conferant in titulum perpetuum,*Abb.in cap.de Monachis num.9.de praben. Fely. in cap. in nostra. n.44.vers.septimo nota de rescript.Rot.decis.578. n.2.par.1.in recent.*consueuerunt obtinere huius-

33 modi † priuilegia præseruatiua à reseruationibus Apostolicis,cum amplissimis clausulis, quæ tamen omnia priuilegia per hanc clausulam derogatoriam censentur abrogata,vt in *d.decis.578.nu.5. vbi alia latè cumulantur, & latius decis. 666.ex num.2. ead .par.1.*

Sic etiam multi habent priuilegia præsentandi, quæ similitèr hic prorsus abrogantur, de cuius abrogationis virtute satis disputauimus hoc li-

34 bro ex *quæst. 8.* Et sanè vix censetur † præseruata iurapatronatus laicorum, de iure communi competentia,super quo latè scribit *Gonzal. gloss.*

35 *18.ex num.2.* Et quando proponitur † iuspatronatus competere alicui personæ potenti, vel in qua cadat præsumptio vsurpationis; super qua controuersia multa scripsimus *quæst. 13.ex num. 123.* Omnibus notum est, in illius deductione, & probatione, seruandam esse formam Sacri Tridentini Concilij *sess. 25. cap.9.* vt ea fiat, vel per exhibitionem tituli fundationis, & dotationis,vel per iustificationem immemorabilis cum præsentationibus continuatis per spatium quinquaginta annorum, quæ omnes effectum sortitæ sint, & probentur per Authenticas scripturas,ità vt aliàs facta probatio non suffragetur, quam probandi formam latè excutiunt *Gonzal. d.gloss.18.ex nu. 76.Garz.de Benef.par.5.cap.9.ex nu.98.& 113. & Beltram.ad Gregor.decis.222.num.11.*

36 Et quod attinet † ad præsentationes,vnaquæq; debet constare publico instrumento, idest roga-

37 to † per Notarium publicum testibus adhibitis,& cum alijs requisitis per *Gloss. in l. generali, in*

38 *verb. seruituti C. de Tabularijs lib 10.*(adeo † vt non sufficiant literæ patentes, cum sigillo, nisi probata consuetudine,iuxta *Bellam.decis.311.*)& eo quidem seorsim confecto ab actu institutionis; quicquid enim sit in patronatibus aliarum perso-

39 narum,in quibus admittitur probatio † præsentationum ex enunciatiuis in ipsis instrumentis, siuè literis institutionum,*Lambert.de Iurepatr. lib.2. par.2. quæst.10. art.7.ex nu.6.Paris.de resignat. lib.8. quæst.11. num. 38. Rota de Iurepatronatus,in nou.decis.11.sub num.1.vers.secundum omnes*.

40 Attamē † talis probatio, in his minimè sufficit, *Seraph.decis.1367. num.5. & sæpissime fuit decisum, præcipuè in vna Sorana Iurispatronatus 28.April.1602. coram Cardinali Pamphilio, & in Iacen. Parochialis 27. Iunij 1603. coram eod.* & nouissimè, excusso articulo responsum fuit in *Tarracinen.Iuspatronatus, 10. Aprilis præsentis anni 1628. coram Rpd. Merlino.*

41 Et ratio est, quià † eiusmodi enunciatiuæ, non possunt sortiri maiorem vim circa actum probationis, quàm testium, ex quibus conficitur probatio

batio firmior, quàm possit in Iure desiderari, &
41 nihilominùs † in hac materia Concilium non cō-
fidit de testibus, sed pro forma exigit probationē
hanc per publica, & authentica instrumenta, &
quodvis aliud probationis genus respuit, vt ex
mente Sacræ Congregationis respondit Rota *in Sabinen. Beneficij, de anno 1582. corā Sancta me. Clemente VIII. & in Nullius Archipresbyteratus, 2. Maij 1588. coram Pamphilio*, quas comprobauit apud *Mant. decis. 89. sub num. 2. vers. & hac quidem probatio*, & aliàs sæpè, vt apud *Greg. decis. 222. & ibi latè Beltram. num. 11.*

Nèc propterea iuuat replicatio, dùm istæ enūciatiuæ desumuntur ex publicis literis Episcopi, seù ex instrumentis institutionum, semper esse verum, probationem in hac parte fieri ex publicis documentis, & in consequens, satis hinc impleri formam supradicti decreti, nām est aduertendum, etiam circumscripta forma decreti, aliud esse,
42 quòd † agatur de probanda præsentatione aliqua, circumscripto effectu, & longè aliud, quod agatur de eadem probatione, ad hunc ipsum effectū probandi iuspatronatus, siuè in possessorio, siuè in petitorio: si enim agatur simplicitèr de probando facto præsentationis, attendetur omninò enūciatiua illa Episcopi, præcipuè in eius præiudicium, & huc vergunt tradita per *Lambert. loco superius allegato*, & similia, quæ possunt in contrarium occurrere; At si agatur de probatione præsentationum, ad hunc ipsum effectum iustificandi patronatum, hoc nullo modo est possibile; Nàm qualitercunquè sit concepta enūciatiua in instrumēto institutionis, nihil aliud inde resultat, quàm simplex suppositū antecedentis actus; quod nihil probat, ex trita Regula quā habemus in *Authen. si quis in aliquo C. de eden.* & licèt præsumatur pro veritate enunciati, quia censeantur omnia solemnitèr acta, & sic adhibita causæ cognitio, tamen id non admittitur in his, quorum vnum non includit alterum, sed penitus sunt diuersa, eo quod vnum habeat se per prius, aliud per posterius; vndè quia solemnitas præsentationis, non est solemnitas intrinseca institutionis, remanent tanquam duo actus separati, & duo correlatiua, quorum propterea vnum, non potest alterum includere, & ex his ità articulum hunc decidit *Calder. cons. 6. num. 1. & 2. de probat.*

43 Et hæc distinctio optimè † etiam colligitur ex præallegata *Rota decis. 11. de Iurepatronatus in nou. sub num. 2. vers. ratio*, dùm vult, admitti hanc probationē per enuntiatiuas in instrumentis institutionum, si inter alia quorum exigit concursum, præsentans sit verus patronus, ex quo clarè desumitur, in casu decisionis actum fuisse de probatione simplicis facti præsentationis, non autem de probatione præsentationis ad effectum
44 iustificandi iuspatronatus; Concilium enim † in suprà allegato decreto, dum exigit factum præsentationum, illud contemplatur non simplicitèr in ordine ad perfectam probationem ex immemorabili, sed ad perficiendam, ibi, *nec immemorabilis temporis probatio, alitèr eis suffragetur, quàm si præter reliqua ad eam necessaria, præsentationes etiam continuata, non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, qua omnes effectum sortita sint, Authenticis scripturis probentur*, ponderando præcipuè illud, *præter reliqua ad eam necessaria*, quæ singularitèr constituunt nouam formam probandi immemorabilem, ex concursu videlicet præsentationum ista-
45 rum; Quia † constitutio multa cauens circa actū conficiendum, alitèr quàm à iure communi fit dispositum, nouam formam circa illam inducit, *Fely. in cap. cum dilecta, sub num. 34. vers. nonum signum, de rescript. Dec. cons. 531. num. 1. & cons. 532. num. 3. cum adductis per Franc. Bec. cons. 62. num. 43.*

Vt propterea probatio Iurispatronatus in his potentibus, tota quidem (cùm deficit publicum instrumentum fundationis, & dotationis) attribuatur immemorabili, sed immemorabili quali-
46 ficatæ, idest non solùm probatæ † ex requisitis per *Gloss. in cap. 1. in verb. memoria, de prascri-*
47 *ptionibus in 6.* (super quibus † singulis, testes debent explicitè deponere, vt non sufficiat eos dicere, articulum esse verum, *Verall. decis. 27. ad fin. par. 2. & decis. 291. par. 3. & fuit decisum in præallegata Iacen. Parochialis 27. Iulij 1603. coram Pamphilio*, in qua fuit etiam dictum, non sufficere, testes dicere se vidisse per quadraginta annos ante litem motam, tales Rectores possidere Beneficium, tanquàm præsentatos, vel quod audierint eosdem fuisse præsentatos, nisi addant se vidisse præsentationes, aut aliquid fieri per patronos, quod concludat ad exercitium iurispatronatus; & nisi rursus attestentur, se, & maiores suos non vidisse, neque audiuisse aliquid in contrarium, quod etiam prius fuerat decisum in præallegata *Sorana iurispatronatus, 28. April. 1602. coram eod. & apud Seraph. decis. 1367. num. 1.*)

Verùm etiā qualificatæ, ex supradictis præsentationibus, constantibus ex publicis, & Authenti-
48 cis instrumentis, & † propterea malè fuerit interpretatus decretum illud *Menoch. in cons. 241. per tot.* à quo prorsus est cauendum, quemadmodùm etiam monuit *Beltram. ad d. Gregor. decis. 222. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Ratio vbi eadem, ibi & idem ius.*
2 *Verba generalia, generalitèr sunt accipienda, etiamsi maior ratio sit in vno, quàm in altero casu.*
3 *Beneficia, in articulo collationis quotuplicitèr considerentur.*
4 *Beneficium Monoculare, an veniat sub generali dispositione.*
5 *Monocularitas si non est expressa, vnio de beneficio monoculari facta, est nulla.*
6 *Monoculare beneficium, comprehenditur sub Regula mensium reseruatoria.*
7 *Patrimonialia beneficia, qualitèr sint comprehensa sub Regula mensium reseruatoria.*
8 *Reseruatio mensium Apostolicorum, fertur ad omnia beneficia, cum sua tamen causa.*

9 *Eadem*

9 *Eadem, dum complectitur Patronatus Ecclesiasticos, non præiudicat personis quibus debetur Beneficium.*

10 *Melitæ insulæ beneficia, debent prouideri originarijs, etiam quando prouidentur per Summum Pontificem.*

11 *Mozzarabum congregationis beneficia, etiam cùm prouidentur per Papam, tanquam reseruata, conferuntur clericis eiusdem congregationis.*

12 *Reseruatio specialis intrat cum sua causa, secus verò reseruatio generalis, secundum aliquos, quæ distinctio reprobatur.*

13 *Patrimonialia beneficia, cadunt sub indultis Cardinalium, cum sua tamen causa.*

14 *Patrimonialia beneficia dum resignantur ad fauorem, Papa non consueuit resignationem admittere, nisi pro altero filio patrimoniali.*

15 *Clausula præseruatiua contra futuras Regulas Cancellariæ, intelligitur de edendis à concedente.*

16 *Princeps potest successori suo mentem propriam indicare, legem autem imponere, minimè.*

17 *Regula mensium reseruatoria, comprehendit beneficia Religionis Hierosolymitanæ.*

18 *Confirmatio generalis priuilegiorum, non trahitur ad priuilegia iam reuocata.*

19 *Regulis Cancellariæ, nusquam censetur derogatum, per quamlibet derogationem generalem.*

20 *Patrimonialia beneficia, cadunt sub reseruatione Regulæ 9. etiam post motum proprium Clem. VIII. pro Diœcesi Calaguritana.*

21 *Derogatio cuiuscunquè constitutionis, facilè inducitur per legem generalem, etiam absquè alia specificatione contrarij.*

22 *Motus proprius Clem. VIII. circa prouisionem beneficiorum Calaguritanæ Diœcesis, explicatus.*

23 *Disponens generalitèr, non censetur disponere aliquid contra seipsum.*

24 *Clausula indulti*, quod sub quibuscunquè reseruationibus Regularum Cancellariæ minimè comprehendatur, *cuius sit sensus*.

25 *Forma per Principem inducta, non censetur eidem Principi præscripta.*

26 *Beneficia, quòd conferantur originarijs, & patrimonialibus, honestissimum est, & laudabile.*

27 *Derogatio adiecta in lege generali, qualitèr intelligatur non afficere leges præteritas, quæ emanarunt ob bonum publicum.*

28 *Lex generalis, respectu generalioris, reputatur specialis.*

29 *Regula 9. abrogat omnia priuilegia in contrarium, quæcunquè ex causa concessa.*

30 *Patrimonialia beneficia, an cadant sub reseruatione Regulæ 9. Cancellariæ, qualitèr hodiè remaneat in Rota indecisum, reuocata in dubium decisione quadam facta, vna tantum parte informante, in causa Calaguritana de Brantuilla.*

QVÆSTIO XXXIX.

An reseruatio hac Reg. 9. capiat Beneficia debita certo generi personarum, & in specie patrimonialia.



VANDO deficerēt ver-
ba (quibus concepta est
Regula ista) generalia, &
vniuersalia, eius ratio so-
1 la sufficeret † vt sub ea
includantur omnia omni-
nò Beneficia qualitercun-
què qualificata, & vbicun-
què existentia, ijs exceptis
quæ specificè ab ea præseruantur; Quia cum in
omnibus Beneficijs ea ratio militet, vtiquè in om-
nibus etiam locū haberet Regulæ dispositio, vul-
2 gata *l. Illud ad l. Aquil.* cùm † verò vltra ratio-
nem concurrat etiam generalitas, & vniuersalitas,
nullam restrictionem verba illa recipiunt, etiamsi
magis in vno, quàm in alio casu ratio vrgeret.
Dec. cons. 277. num. 2. cum alijs quos refert, & se-
quitur *Francisc. Becc. cons. 32. num. 4.*

Cæterùm qualitates ipsæ, reponentes Benefi-
cia in diuersas species, vel referuntur ad ipsius Be-
neficij substantiam; & de his hic minimè agendum
est, priori enim libro satis de illis vidimus; nèc
probabilis inferri potest dubitatio, quin eo respe-
ctu omnia omninò includantur, cùm Regula ex-
primat tàm curata, quàm non curata, tàm Secu-
laria, quàm Regularia, quorumcunquè ordinum,
sub quibus denominationibus, omnes huiusmodi
substantificę qualitates comprehenduntur, *ad tex.*
in l. Ancilla C. de furt.

3 Vel referuntur ad articulum † ipsum Collatio-
nis; & eæ sunt duæ, ad quas omnes aliæ, si quæ ex-
cogitari possunt, referendæ sunt. Prior est, quæ
concernit tenuitatem facultatis ipsorum Colla-
torum, & hæc est (vt eam vocant nostri) Monocu-
laritas, si videlicet Collator non habeat Ius con-
ferendi nisi respectu vnius Beneficij, Hinc enim
4 probabilitèr dubitari potest, an † Papa sub hac
generali reseruatione, voluerit adeò insigne infer-
re præiudicium huic miserabili Collatori, ex de-
ductis per *Io. Monach. in cap. in Generali, nu. 16.*
vers. Ex quibus concludo, de Reg. Iur. in 6. & per
Felyn. in cap. In nostra, num. 23. de rescript. &
maiores nostri semper tenuerunt, gratiam de pri-
mo vacaturo, nō comprehendere huiusmodi Mo-
nocularia, *Fastol. dub. 55. Rota de præbend. in*
nou. decis. 13. num. 1. Aena. de Falcon. de reseruat.
quæst. 3. principali num. 32. Simonetta eo. tractat.
quæst. 88.

5 Vndè † etiam Vnio Apostolica redditur nulla,
si non sit facta mentio, quod beneficium vnitum,
monoculare sit, vt concludit Rota apud *Gregor.*
decis. 450. num. 7.

6 Quibus tamen, & similibus † non obstantibus,
in terminis nostræ huius Regulæ, contrarium
est tenendum, propter illius amplissimas clausu-
las, prout etiam censuit Rota in vna *Foroliuien.*
Capellania, 5. et 12. Decemb. 1588. coram Seraph.

quæ tamen non reperitur extensa, & latè deducit *Gonzal.gloss.9.§.4.per tot.* & super hoc arbitror vlteriùs insistendum non esse.

Altera est, quæ concernit Ius certi generis personarum, quibus Iure aliquo singulari, beneficium debetur; Et perstringendo totam materiã, firman-
7 da est conclusio, quod † nequè hæc qualitas impediat reseruationem huius Regulæ, nequè huius Regulæ reseruatio eam qualitatem dimoueat, sed hæc sint inter se compassibilia, atquè ità huiusmodi Beneficia cadunt quidem sub reseruatione, sed cum sua causa, adeò quòd Papa debeat illa conferre personis eam qualitatem habentibus, iuxta doctrinam *Gloss.in cap. cùm in Ecclesia tua, in verb. dictam consuetudinem ad finem vers. consuetudini ergò, de prabend. in 6.*
8 Papa enim censetur † per reseruationes suas præiudicare quidem velle Collatoribus, non autẽ personis, quibus ex fundatione Ius competit, *Se-*
9 *raph. decis.1420. num.3.* Vbi quod † tamètsi ista Regula deroget Iuripatronatus Ecclesiastico, vel tali effectu per successionem Ecclesiæ, & sic intret reseruatio, tamen si ex fundatione sit debitũ certo generi personarum, reseruatio procedit cum sua causa, vt talibus personis, & non alijs conferri debeat, & hanc sententiam quoquè, latè probauit *Rota in vna Meleuitana Beneficij S. Marci 14. Nouembris 1605. coram Penia*, in qua fuit de-
10 cisum, Beneficia † Insulæ Melitæ, cadere quidem sub reseruatione huius Regulæ, non obstantibus quibuscunquè priuilegijs Apostolicis, etiam præseruatiuis aduersus Regulas reseruatorias, & concessis ad instantiam Imperatoris, verùm cum sua causa, vt conferri debeant originarijs, & habitatoribus.
11 Hanc eandem † conclusionem firmauit in vna *Toletana Iuris optandi, 27.Iunij 1614. coram Reuerendiss.D.Pamphilio*, in qua responsum fuit, Beneficia debita Clericis Congregationis Mazzarabum, comprehendi quidem sub reseruatione huius Regulæ, sed cum sua causa, vt videlicet debeant ijsdem Clericis conferri: idemquè prius super Præpositura Ecclesiæ Iuuenacen. debita vni ex gremio eiusdem Ecclesiæ, responsum fuerat in vna *Iuuenacen. Præpositura 2. Aprilis 1612. coram Vbaldo.*

Et propterea iam prorsùs abijcienda ea est di-
12 stinctio † inter reseruationem specialem resultantem ex gratia ad vacatura, & reseruationem generalem ex hac Regula, vt primo casu intraret reseruatio cum sua causa, atquè ita veniat intelligẽda *d.gloss. & Aene. de Falcon. de reseruat. q. 3. principali num.22.* In secundo vero minimè, adeo quod, data reseruatione, Papa nèc debeat conferre magis vni, quàm alteri, prout distinguebat *Rota apud Put. decis.301. lib.1. & decis. 160. nu.2. lib.2.* vbi loquitur de Beneficijs ex statuto debitis seruitoribus Chori, *& decis.229.num.3.eod. lib.* vbi loquitur de Canonicatibus conferendis Portionarijs Ecclesiæ, *et dec.3.super Reg.8.mens.cuius meminit Ant. Augustinus, in Epit. super ea Reg num. 15.*
13 Nàm etiam in terminis † reseruationum generalium, hæc opinio est verior; Idem enim etiam censuit *Rota apud Veral. decis.66. lib.1.* vbi voluit, Beneficia Patrimonialia, de quibus tractat *Cassad. decis. 19. de Prabend.* cadere sub indultis Cardinalium, de conferendo beneficia quæ sunt ad collationem Ordinariorum; ità tamen vt ea conferre teneantur eisdem filijs Patrimonialibus, & idem repetit *decis.89 num.1.& 2.lib.2.* Nequè
14 dùm hæc beneficia resignantur † ad fauorem, Papa consueuit, ea alijs ex huiusmodi causa conferre, quàm filijs patrimonialibus, *Paris. de resign. l.2. quæst.12. num. 2.* Idemquè probant decisiones impressæ apud *Garz.de Benef. par.5. cap. 1. sub num. 559. cum seq.*

Ex quibus infertur Primum, contra Regulam hanc reseruatiuam frustra obtendi priuilegia, & concessiones quibusuis Collatoribus cõcessas, ne-
15 dùm simplices, sed † etiam cum decreto præseruatiuo in specie ad dictas Regulas Cancellariæ, & hanc ipsam de Mensibus, etiam per futuros summos Pontifices edendas; nàm talia priuilegia possunt quidem suffragari dum viuit Pontifex, qui illa concessit, cæterùm eo defuncto, & superueniẽte noua Regula successoris, cum clausula derogatoria quotumcunquè priuilegiorum, & cum clausula *Quorum tenores, &c.* censentur ea omnia derogata, iuxta *Butr.cons. 49. num. 5. & firmauit Rota in vna Toletana Capellania 23. Ianuarij 1608. coram Reuerendiss. Pamphilio.*
16 Ridiculum † vero esset reuocare in dubium potestatem Papæ ex decreto sui Præcessoris, quẽ certum est, posse quidem successori suo mentem suam indicare, sed nullo modo ei legem imponere, *gloss.in l.digna vox, in verb. Iudicamus, & ibi Bald.num.4.de legib.idem Bald.cons.161.num.2. lib.3.* & in his terminis est *Rot. decis.666. nu.1. vers. Aut ista deduci, par. 1. in recent.* & diximus in præcedenti.
17 Et quod proptereà † etiam comprehendat Regula hæc Beneficia Religionis Hierosolymitanæ, & deroget omnibus eius priuilegijs, latè fuit ibi decisum, & in *decis.578.num.5. eadem par.1.*
18 Infertur secundò, † nèc eadem Priuilegia suffragari, etiam si fuissent per eundem successorem, (post tamen editionem Regulæ) confirmata, nàm cum per editionem prædictã semel sint talia priuilegia reuocata, confirmatio respectu huius facultatis reuocatæ, nihil operatur, cũ id quod non est, confirmari nequeat, *Bald.in l.falsus sub nu.3. vers. Nam confirmatio, C.de furt. Abbas in c. Inter dilectos nu.8.ad fin.& ibi Fely.n.7. de fid. instrum.Card.cons.33.n.2.vers. Item & alia*, & obtinui in præcitata *Baren. Prioratus, impressa in recen.p.2.dec.569. vbi n.3.* in qua alij allegantur, respondeturquè omnibus, quæ in contrarium possent afferri.

Infertur tertiò, talem cõfirmationem, nèc posse inseruire pro noua concessione facultatis conferendi reseruata, & si hoc in indiuiduo cõtineat, nisi in specie fuerit ipsi Regulæ iam editæ deroga-
19 tum, ea ratione quòd † per quamcunquè generalem derogationem, quantumuis prægnantem, & amplissimam, non censetur derogatũ Regulis Cãcellariæ

cellariæ, vt latè demonstrat *Gomes. in procem. Regula. q. 5. ex num. 2. vers. Tamen contrariam opinionem, Caßad. decis. 38. nu. 11. super reg. & in puncto est d. decis. 569 num. 7.*

Ex his omnibus infertur quartò, verissimam
20 esse eorum opinionem, qui existimarunt † Beneficia patrimonialia cadere sub reseruatione istius Regulæ, quos suprà retulimus, quam etiam benè defendit *Gonzal. glos. 9. ex n. 44.* & malè eundem *Gonz. ibid. ex nu. 71.* contrarium censuisse in Beneficijs Patrimonialibus Diœcesis Calaguritanæ, stante motu proprio Clem. VIII. emanato sub die 28. Aprilis 1596. cuius verba ipse ponderat *sub n. 72. & 73.* & cum quo videtur transiuisse *Rota in vna Calaguritana Beneficij de Brantuilla, quæ est impressa decis. 657. num. 2. par. 2. in recent.*

Nam, quod aliàs in terminis dictorũ Beneficiorum Calaguritanæ Diœcesis, perpetuò tenuit Rota, videlicet in *Calaguritana Beneficij 30. Maij 1590. coram bo. me. Orano*, vt etiam refert *Paris. de resign. lib. 7. q. 12. n. 6. & in alia Calaguritana Beneficij de Ariola, 24. Ianuar. 1596. corã Penia,* etiam hodie est tenendum, non obstãte dicto motuproprio, vt tenuerunt *DD. in Calaguritana Beneficij 20. Maij 1596. coram Corduba, & apud Seraph. decis. 1426. num. 33. ad finem, vers. Non obstat motus proprius.*

Enimuerò, dictus motus proprius habet quidẽ decretum præseruatiuum contra Regulas, etiam futuras, sed huic controuersiæ nõ applicatur illius ponderatio, tùm quià scilicèt fuit illi derogatum per Regulas successorum Pontificum, quod ipse *Gonzalez* non animaduertit, & cuius nèc fuit intẽtionis examinare articulũ hunc in terminis noui Successoris, nouam Regulã promulgantis, cùm & ipse non ignoraret, per clausulas efficacissimas Regulæ, submoueri omnes, & quasuis clausulas, quæ possent excogitari, & contineri in quouis in-
21 dulto, & priuilegio cõtrario, idquè † propter virtutem legis generalis, qualis est Regula, *Felyn. in c. nonnullis sub nu. 5. vers. fallit autem prædicta Regula, de rescript. Castrens. cons. 3. sub n. 5. ante finem, & cons. 278. sub num. 1. lib. 1. cum alijs per ipsum citatis, gloß. 36. nu. 31. 32. & 63.* & ponderatum fuit in præallegata *Meleuitana Beneficij S. Marci*, & in hoc est dictus Auctor excusabilis, cùm scripserit egregium illud suum Glossema adhuc viuente Clemente.

22 Tùm quià dictum Indultum † nihil decernit, per quod videantur ea beneficia eximi à reseruationibus Apostolicis; & in hoc verè videtur aliquo modò defecisse: Nam non recedendo ab eius serie, quam ipse infert *num. 72.* duo continet; primum & principalitèr, vt ea prouideantur filijs patrimonialibus tantùm. Alterum, vt in his cõferendis seruetur per Ordinarium quędam forma ibi præscripta; Quòd autem Ordinarius possit prouidere in omnibus mensibus, etiam reseruatis, vel non obstantibus quibuscũquè reseruationibus, hoc nullo modo continet: nèc est facienda huiusmodi interpretatio, vt Papa sub verborum inuolucro, voluerit sibi præiudicare in suis Mensibus, id enim exi-
23 git † specialem mentionem, *l. Si mercedem, §. vlt. de act. empt.* cum similibus recẽsitis per *Menoch. lib. 3. præsumpt. 44. ex nu. 1. Rota in præallegata decis. 569. num. 6. vers. Multo magis.*

24 Nequè ad rem faciunt † ea verba, *quod sub quibuscunquè reseruationibus Regularum Cancellariæ, minimè dictum Indultum comprehẽdatur*; nàm decretum istud præseruat quidem à reseruationibus indultum, sed non Beneficia; quatenus enim indulgebatur, vt beneficia conferrentur non nisi filijs Patrimonialibus, indultum intendebatur, in hac potissimùm parte, contra reseruationes Apostolicas, & cæteros casus, in quibus, puta Iure præuentiuo, vel concursus, aut quouis alio, Papa prouidisset, nil mirum, si fuit opus adijcere huiusmodi decretum ad præseruandum dictum Indultum, quatenus Papa ipse cõferret, vt videlicèt hoc quoquè casu prouisio fieret filijs Patrimonialibus,
25 cùm † aliàs non posset videri, sibi ipsi voluisse eam legem, & formam præscribere, *Gozad. cons. 101. num. 20. vers. Item quia, & sequitur Menoch. d. præsumpt 44. num. 16.*

Hincquè duplicitèr satisfit nouo motiuo considerato in dicta Calaguritana de Brãtuilla, Quòd Regula non deroget Constitutionibus per viam legis propter bonum publicum emanatis, qualis fuit dicta derogatio Clem. VIII. ad fauorem filiorum Patrimonialium Diœcesis Calaguritanæ. Primò ex facto, negando, quod Clemens derogauerit futuris Regulis in articulo collationis, sed tantùm in articulo qualitatis personarũ, quibus erat prouidendum; & in hoc potest cõsiderari bonum publicum, non autem in eo, per quem magis prouideatur; quod enim concernat bonum publicum, vt magis Ordinarius, quàm Papa, prouideat, nemo
26 adhuc sanæ mentis dixit, sed benè † quod beneficia conferantur Originarijs, & filijs Patrimonialibus, tàm ab Ordinario, quàm à Papa, æquissimũ, & honestissimum esse, tametsi nulla extet præcisa obligatio, & hoc ipsum concernere bonum publicum, ex multis docet, & super hoc exclamat *Abb. in cap. Ad decorem, ad finem de instit. & cum eo gloss. pragm. Sanctio. in procem. in verb. Exterorum, Mandos. ad Reg. 16. Cancell. quæst. 41. sub nu. 9. Couarr. Practic. q. c. 35. n. 5. vers. vnde Sanctissimum esset, si Pontifex, aut Concilium sanciret, vt omnia cuiuscunquè Diœcesis Beneficia patrimonialia efficerentur.*

Posito ergò, quod indultum emanauerit, etiam per viam legis ob bonum publicum, id venit referendum ad eam partem, in qua mandatur prouideri certo generi personarum, non autem quatenus Papa simplicitèr mandat prouideri per Episcopum, quasi censeatur illius personã, vel dignitatem contemplatus; cùm non solum in hac contemplatione non versetur consideratio boni publici, sed habita comparatione ad prouisiones, quæ fiunt à Papa, illa penitùs cesset, cum Papa omni semota passione prouideat Clericis pauperibus, & super hoc sit fundata Regula hæc, vt suprà vidimus.

Secundò, ex contrario supposito Iuris; nàm id
27 quod † asseritur in *d. decis. 657. num. 2.* videlicèt Regulam non derogare Constitutionibus factis

per viam legis propter bonum publicum; est intelligendum cum grano salis, videlicèt de Constitutionibus generalibus, seù vniuersalibus respectu totius Christianæ Reipublicæ, prout in casu decisionis *facta coram bon. mem. Litta in illa Tirasonen. Vicaria 13. Octobris 1585.* super qua se fundat *dicta decisio 657.* loquitur enim in terminis Constitutionis Pij Quinti, super Vicarijs, quæ est Constitutio generalis; sic *Crescen. decis. 11. de priuileg.* super qua se fundat *dicta decis. in Tirasonen. Vicaria*, loquitur de generali Indulto super Alternatiua, quod olim extra Regulam cōcedebatur Episcopis, propter residentiam; *Et decis. 15. sub eo. tit.* loquitur de priuilegio clauso in corpore Iuris.

Motiuum ergò decisionis prædictæ non potest applicari, quia dictum Indultum emanatum pro Diœcesi Calaguritana, non potest dici lex vniuersalis, seù generalis, sed particularis & specialis, maximè comparatiuè ad Regulas Cancellariæ,
28 quæ sunt generales, & tangunt omnes; vbi † enim concurrunt duæ leges, quæ videntur generalitèr disponere, illa quæ minus generalis est, respectu alterius, dicitur specialis, *Dec. consf. 382. sub n. 4. vers. nam quando leges, Prob. ad Ioan. Monach. in cap. cum personæ num 6. de priuileg. in 6.* & ideo de plano intrat derogatio, iuxta suprà deducta.

Quodquè Regula hæc voluerit abrogare omnes istiusmodi leges speciales, patet ex eo, quod derogauit consuetudinibus, quæ consuetudines respectu inducentium benè possunt dici leges, *l. de quibus, cum ibi notat. ff. de legib.*

29 Atquè † ita in terminis, quod non obstante fauore publico, istiusmodi leges sint abrogatæ per Regulam hanc, & decisio in causa *Tirasonen. Vicaria* debeat sic intelligi, latissimè discusso articulo, plenisquè suffragijs contra Hierosolymitanam Religionem longè pinguius prætendentem priuilegium, seù Indultum, fuit decisum in *præallegata decis. 666. num. 5.*

30 Cæterùm † cum in facti contingentia, oblata mihi esset occasio super hoc articulo scribendi in vna Calaguritana Beneficij de Murillo, pro Ioanne de Sorzano prouiso Apostolico, contra Petrū de Solano, cotam Vbaldo, & prædicta omnia deduxissem, demonstrassemquè Patribus, decisionem præallegatam 657. non posse in Iure defendi, ex diuerso verò multa pro illius sustentatione conferrentur, maximè ex *Garz.* cui Gonzalez sententia æquior visa fuit, *ead. par. 5. cap. 1. ex num. 562.* & qui eam conatur defendere in puncto Iuris *ex num. 568.* contrà verò replicarem, multa ibi per Garziam conuolui, quæ vel ex prædictis remanebant euacuata, vel difficultatis rhombum non attingebant, cùm æquè ipse, ac Gonzalez nō aduertissent, decretum preseruatiuum supradicti Indulti, longè alium habere sensum, quàm ipsi existimarint, causa posita *die Ven. 30. Aprilis 1621.* propter diffidentia Dominorum suffragia, non potuit capi resolutio, nequè exindè articulus hic fuit excussus; in præiudicium pauperum, & benemeritorum, & etiam Datariæ Summi Pontificis: cùm interim de facto seruetur decisio in dicta Calaguritana de Brantuila, quantumcunquè vnica tantùm parte informante processerit.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiua concessa Episcopis per Papam, vt eos alliciat ad residendum.*
2 *Legis intentio, difficillimè apprehenditur per eum qui eius rationem non intelligit.*
3 *Ratio legis, & mens legis videntur idem.*
4 *Legis mens, quid sit?*
5 *Eadem, ex legis ratione colligitur.*
6 *Legis mens, & legis ratio diuersa.*
7 *Et in quo diuersitas hæc consistat.*
8 *Gerundium in accusatiuo positum, cum præpositione* ad, *cuius vis sit.*
9 *Legis ratio vnica est, videlicet bonum publicum.*
10 *Lex, quid sit.*
11 *Lex, dicitur opus rationis.*
12 *Ratio, an in lege sit perquirenda.*
13 *Ratio, quid sit.*
14 *Princeps qualitèr actiones suas debeat rectificare.*
15 *Bonum sine ratione nullum est.*
16 *Ratio, qualitèr apud I. C. sumatur.*
17 *I. C. dicuntur sacerdotes, & quomodo.*
18 *Ratio vera, quæ dicatur.*
19 *Ratio, qualitèr dicatur anima legis.*
20 *Lex sine ratione, dicitur non lex, sed Tyrannicum scitum.*
21 *Et lex mortua.*
22 *Lex, qualitèr se habeat ad Iustitiam.*
23 *Ratio, qualis motus dicatur voluntatis.*
24 *Lex, recta ratio imperandi, & prohibendi.*
25 *Lex, est aliquid rationis.*
26 *Ratio naturalis, dicitur lex quadam tacita.*
27 *Rationem naturalem qui ignorat, se ipsum ignorat.*
28 *Rationem de omnibus constitutis non posse reddi, qualitèr accipiendum sit.*
29 *Legem, quamuis duram, seruandam esse, qualitèr accipiendum.*
30 *Legislatori finis vltimus, est fœlicitas, & beatitudo.*
31 *Episcopi, tenentur residere apud suas Ecclesias, & in hoc dicuntur addicti Sedi Apostolicæ.*
32 *Ratio, duplicitèr sumitur, vt hic latè declaratur.*
33 *Ratio alia in homine interiori, alia in exteriori.*
34 *Residentia Episcoporum, ex monitu diuini præcepti.*
35 *Episcoporum residentia, de qua in Reg. 9. diuersa est à residentia, ad quam aliàs de iure tenentur.*
36 *Residere verbum, non est amarè, sed ciuilitèr accipiendum.*
37 *Episcopus, quandm casu licitè possit à grege sibi commisso abscedere.*
38 *Clausula* quandiu apud Ecclesias &c. *adiecta in Regula 9. pro alternatiua, explicata remissiuè.*
39 *Vagationis vitium in Episcopo, condemnatum.*
40 *Virtus, durante vitio nusquàm adsciscitur.*
41 *Virtus, qualitèr fiat.*
42 *Episcopus potest impunè abesse à sua Ecclesia, si subsit iusta causa, ad duos menses.*
43 *Residentia continuatio, non interrumpitur per modicam absentiam.*

44 *Episco-*

44 *Episcopus, ad modicum tempus potest abscedere à sua Ecclesia, sine licentia.*
45 *Episcopus, quando subest iusta causa abscedendi ab Ecclesia ad tempus non modicum, tenetur impetrare licentiam à Papa.*
46 *Aut à Metropolitano, vel, eo absente, ab antiquiore suffraganeo.*
47 *Absentia modicum tempus in Episcopo, qualitèr hodie æstimetur.*
48 *Conscientia quid sit.*
49 *Conscientia, perpetuò dictat, quid fugiendum sit, quiduè sequendum.*
50 *Conscientia, dicitur dictamen rationis, cui debeant conformari actiones nostræ.*
51 *Conscientiæ vsus, qua dicitur iudicium practicum, quinàm sit.*
52 *Conscientia non regulata ratione, inducit dispendium salutis æternæ.*
53 *Alternatiuæ vsus, an obtineatur in eo mense, quo fuit acceptata.*
54 *Mensis, vbi designatur per nomen proprium, computatur à media nocte vltimi mensis proximè præcedentis, ad mediam noctem subsequentis.*
55 *Mensis designatus per nomen proprium, reputatur tanquam vnum quid integrale, & indiuiduum.*
56 *Indiuiduum, constituitur ex voluntate disponentis, quod aliàs suaptè natura diuiduum est.*
57 *Totum integrale, quodnam dicatur.*
58 *Totum, recipit essentiam suam à continuo.*
59 *Qualitas vbi deficit, deficit etiam dispositio.*
60 *Qualificatum, non venit sub simplici.*
61 *Qualitas, ex qua modica insurgit mutatio, non est considerabilis.*
62 *Factum ex voluntate firmata in bonum, est melius, quàm factum ex voluntate non firmata.*
63 *Votum, præstat liberæ voluntati, in æstimatione bonitatis operis.*
64 *Promissio, relata ad singulos dies, excludit diem factæ promissionis.*
65 Tunc *dictio, qualitèr intelligatur significare extremitatem temporis.*
66 *Alternatiua, non tollit reseruationem, sed aperit viam Episcopo prouidendi tanquam de reseruato.*
67 *Menses Apostolici, qualitèr dicantur effecti ordinarij per alternatiuam.*
68 *Alternatiua, vbi Episcopus impeditur vti, Cancellaria dat literas, tanquam de reseruato.*
69 *Stylus Cancellariæ declarat mentem Papæ.*
70 *Alternatiuæ acceptatio, habet vim cuiusdam quasi contractus.*
71 *Contractus, non debent claudicare.*
72 *Princeps, circa contractus, vtitur iure priuatorum.*
73 *Alternatiua vt intret pro Episcopo, probanda est illius residentia.*
74 *Actor vbi plenè probauit intentionem suam, tenetur Reus paritèr probare plenè suam exceptionem.*
75 *Absentia non præsumitur in eo qui tenetur esse præsens.*
76 *Præsumptio contraria, infert onus durioris probationis.*
77 *Præsentia Episcopi, quo casu non sit probanda per eum qui dat de alternatiua.*
78 *Negatiua, probanda est per allegantem.*
79 *Etiamsi deducatur excipiendo.*
80 *Residere dicitur, qui continuè moratur in loco.*
81 *Præsens quis non dicitur in loco, quem corpore occupat, si mente, & animo absit.*
82 *Abesse animo, & mente, à loco in quo est præsens corpore, quando aliquis dicatur.*
83 *Episcopus qui acceptauit alternatiuam, si post prouisionem beneficij, in eodem mense alternato discesserit à sua Diœcesi, nihilominùs remanet valida prouisio.*
84 *Et quæ sit ratio.*
85 *Agnatus, siquis esse desierit post acquisitam hæreditatem, tamen indè non resoluitur acquisitio.*
86 *Et quæ sit ratio.*
87 *Alternatiua non habet locum, vbi unquè Episcopus non resedit initio mensis.*
88 *Vacationis tempus, attenditur ad effectum reseruationis.*
89 *Alternatiua, exigit integram residentiam in toto mense alternato ex sententia Rotæ, reiecta contraria opinione Gonzalez, & Garziæ.*
90 *Alternatiuæ vsum, an perdat Episcopus, qui licèt resederit in principio mensis, & de tempore vacationis, nihilominùs antè vacationem ad modicum tempus abscessit.*
91 *Concordare, an & quando possint per Iudicem cogi litigantes.*
92 *Retrotractio, qualitèr fiat ad initium.*
93 *Et qualitèr impediatur.*
94 *Absens ex iusta causa, non alitèr dicitur præsens, quàm per fictionem.*
95 *Residentia ficta, nunquàm admittitur pro vera, nisi in casibus à iure expressis.*
96 *Absens ii dicitur, qui nõ est in loco in quo petitur.*
97 *Residentia vera vbi exigitur, nusquàm satisfit dispositioni per fictam.*
98 *Præsentia vera dicitur, vbi quis subijcitur sensibus corporis.*
99 *Alternatiuæ vsus, non admittit residentiam ciuilem, sed exigit naturalem.*
100 *Alternatiuæ vsus, aliquandò amissus per Episcopum, qui absuit à residentia per triginta nouem horas, causa salutandi Regem.*
101 *Alienans rem feudalem, vel emphiteuticam, illicò cadit in commissum, etiam quod statim eam recupere.*
102 *Meum quod est, à me inuito non debet auferri.*
103 *Pacti obseruantia, innititur naturali æquitati.*
104 *Negligenti, nulla æquitas subuenit.*
105 *Aequitas in omnibus, maximè tamen in iure, spectanda est.*
106 *Præstatquè iuri scripto, quod quomodò se habeat, declaratur.*
107 *Aequitas, quid sit.*
108 *Ratio pro iure stricto, siuè scripto.*
109 *Aequitas summa, eadem ac summa ratio.*
110 *Aequitatis summa, qui vsus, & cui competat.*
111 *Ius scriptũ, per Iudices, ad vnguẽ obseruandũ est.*

112 *Iudex repellit eos, qui legis mentem cauillis contorquent.*
113 *Aequo, quod æquius est præferri conuenit.*
114 *Aequitatis statuendæ vbi incidit quæstio, quid obseruare debeat Iudex.*
115 *Aequitas suadet, vt æqua lance partes trutinentur.*
116 *Alternatiua mensium, nisi eßet restricta, caperet Beneficia iurispatronatus Ecclesiastici.*
117 *Alternatiua non soluit duos menses à reseruatione, videlicet Martium, & Septembrem, siuè Episcopus resideat, siue non.*
118 *Alternatiuæ emolumentum, quod infertur Episcopo, permaximum est, & in quo consistat.*
119 *Alternatiua acceptata, an Episcopus possit conferre in mensibus Iunij, & Decembris, si in ijs non resederit.*
120 *Alternatiua, non suffragatur inferioribus ab Episcopo.*
121 *Nèc habentibus simultaneam cum Episcopo.*
122 *Collatio Episcopi, qualitèr iudicetur libera.*
123 *Alternatiua, capit Parochiales.*

QVÆSTIO XL.

Quæ sit ratio alternatiuæ gratia concessæ Episcopis.



QVATENVS initio secũdæ partis Regulæ, (vt ad eam tandem deueniamus) Papa diuidit annum per alternos mẽses æqualitèr inter se, & Episcopos Collatores ordinarios; non erit ab re, diuisionis huius inue-
1 stigare rationem; nàm † licèt ex illis verbis, *quandiu apud Ecclesias, aut Diœceses suas verè, ac personalitèr resederint*, omnes agnoscant, Papam aliud non intendisse, quàm hoc singulari beneficio allicere, inuitareque Episcopos ad residendum, vt pronunciauit Rota in *Eluen. beneficij 22. Maij 1599. coram Illustrißimo D. Card. Millino, & aliàs sæpè.*

Tamen plurimũ refert id quoquè perscrutari, quorsum, hæc residentia posita sit in conditione
2 legis, quod nisi † perspectum sit, difficillimè eius intentionem assequemur *l. scire leges, ff. de legib.*

Est autem aduertendum, licèt idem videatur
3 legis † Ratio, quod legis mens, *Roderic. Suarez cons. 1. num. 67.* tamen aliquo modo hæc inter se differre; nàm quantum attinet ad hanc inspectio-
4 nem, mens † legis sumitur pro simplici voluntate Legislatoris, prout resultat ex simplici, & nuda verborum structura, *l. prospexit, ff. qui, et à quibus:* Ratio verò, pro causa, propter quam Legislator ità cauit; ex qua, mens, non secus, ac ex ipsis ver-
5 bis colligitur, sic enim † mentẽ ex legis ratione colligi, docuit *Bart. in l. 3. § si parens sub nu. 2. vers quæ mens, ff. de legit. tut.* Idem cẽsuit *Alciat. in l. nominis, num. 12. de verbor. signif.* atquè ità
6 tanquàm diuersa, hæc acceperunt † *Dec. in cap. secundo requiris, nu. 6. de appellat. Mandel. cons. 71. num 6. Ioannes Kal. in suo lexico Iuridico, in verb. mens, & in verb. ratio.*

Quod in effectu est dicere (vt omnem æquiuo-
7 cationem excludamus) mentem † in hac controuersia, sumi pro ipso dicto legis: Rationem pro causa ipsius dicti, quam ideò à dicto diuersam esse per eum *tex.* notat *Bart. in l. vlt. num. 1. C. de off. Procur. Cæs.* notatquè esse quid generalius *Bero. in cap. 1. num. 83. de Constit.*

Dicemus itaquè, mentem Regulæ fuisse in hac parte fauere Episcopis; in hoc enim sunt illius verba intensa clarè, & explicitè, ibi, *Insuper Sanctitas sua, ad gratificandum Patriarchis, &c.* quip-
8 pè ea est † vis gerundij in accusatino positi cum præpositione *ad* relati ad agentem, vt animum, & intentionem ipsius exprimat, veluti cùm dicimus, dolum malum, esse machinationem ad aliquem circumueniendum, exprimimus, qualis sit intẽtio, & mens illa, siuè animus machinantis, in *l. 1. §. dolum malũ, ff. de dolo;* nequè tamẽ dixeris hanc esse rationem legis, sunt enim hæc prorsus diuersa:
9 Quia legis † ratio vnica est, videlicèt bonum publicum, vt latè disputat *Sot. de Iust. & Iur. l. 1. q. 1. art. 2. D. Thom. 1. 2. quæst. 90. art. 2. Anguia. in tract. de legib. lib. 1. contr. 1. num. 1. & ex num. 9. Suarez in tract. lib. 1. cap. 7. ex num. 1. & per tot.* quod quidem bonum publicum in hoc simplici fauore Episcoporum aduersus primam partem Regulæ minime considerari potest, quin potiùs oppositam.

10 Et propterea dicimus, legem † esse quandam Regulam, & mensuram humanorum actuum, secũdum quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur, vt colligitur *ex l. 2. ad finem vers. & secundum hoc, ff. de legib.* quæ quidem Regula, & mensura non alitèr constituitur, quàm ratione, quæ est principium primum humanorum actuum, vt benè docet *D. Tho. 1. 2. quæst. 90. ar. 1. Germ. de Sacro. imm. lib. 3. cap. 21 num. 146.* Et quamuis nimis generica videri possit hæc definitio, vt disputat *Suarez. eo. lib. 1. cap. 4.* nihilominus etiam si eam restringamus, vt sit ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo qui curam Communitatis habet, promulgata, vt ex *eo. D. Thom.* rursus colligit idem *Suarez eo. lib. 1. cap. 12. nu. 3.*
11 semper tamen id obtinebit, vt † lex sit opus rationis, vt ibi per eum.

Qua in re, clara licèt, & perspicua; sunt tamen
12 qui duplicitèr errent, tùm † negando, in lege perquirendam esse rationem, sed simplicem voluntatem, *d. l. prospexit ff. qui, & à quibus*, cum scriptũ sit, non omnium, quæ à maioribus constituta sunt rationem reddi posse, in *l. non omnium ff. de legib.* Tùm ipsum terminum *rationis* alitèr sumentes, quàm ferat natura subiectæ materiæ.

Scire ergo oportet, quantum spectat ad hanc
13 controuersiam, Rationem † nihil esse aliud, quàm naturæ imitationem, ex sententia *Senecæ in epist. 66.* quam ex nostris probarunt *Lap. Abb. in cap. ex eo, num. 3. de elect. in 6. & Andr. Sicul. in cap. cum tanto, num. 64. de consuetud.*

Quemadmodùm enim, natura per quendam
14 rerum † ordinem perpetuum, & immutabilẽ omne suum

ne suum opus in vniuersi conseruationem colli-
mat, Itá qui Reipublicæ præest omnia edicit, &
sancit in eiusdem Reipublicę commodum,& con-
seruationem . Nàm si priuatæ suæ vtilitati nego-
tiaretur, Tyrannus foret, & prædo, quasi non
vtilitati publicæ, sed propriæ studens, vt pulchrè
docet *Bald. in cap. 1. num. 1. de feu. March. in vs.*
feud.
15 Et in hoc vnico consistit bonum,& in hoc † bo-
no optimè verificatur,quod dicit *Seneca d. Epist.*
66. bonum sine ratione nullum esse; Vbicumque
16 enim in Iure nostro incidit † mentio rationis , se-
cundum quam ius dici oportet , intelligitur de il-
lo dictamine naturæ , quod vocamus *bonum, &*
æquum, cuius scientiam profitentur Iurisconsulti,
17 & cuius † dicuntur Sacerdotes , & interpretes in
18 *l. 1. ff. de Iust. & Iur.* & quam non † simpliciter
rationem, sed rationem veram nuncupauit *Iuris-*
consul. in l. 3. in princ. ff. ad leg. Falcid. prout ibi
animaduertit *Anton. Gouean. num. 4.* quæquè
19 vniuscuiusquè † legis scriptæ dicitur anima ;
lex enim viuit ex ratione tanquàm ex spiritu ,
quod si eam sine ratione constituas , non lex, sed
20 dicetur scitum † tyrānicum,vt loquitur *Cic. in 1.*
21 *de legib. char. mihi 345.* & lex † mortua, vt dicit
Zas. in repetit. d. l. non omnium num. 1. de legib.
22 Iustitia † enim est simplex habitus voluntatis
dandi vnicuiquè quod suum est , lex verò illum
habitum ad actum ducit,& docet quomodò sit fa-
cienda ea distributio, quod non potest confici ni-
si per delectum,ordinem, & discretionem,ex qui-
bus constituitur ratio , vt eodem loco docet *Zas.*
num. 8.
23 Est enim Ratio non simplex † motus volunta-
tis , sed motus acuens vim mentis , atque distin-
guens vera à falsis,vt dicit *Lap. in d. cap. ex eo, n. 2.*
Idquè est quod *Cic. vbi suprà* ,legem diffinit, re-
24 ctam † rationem imperandi , & prohibendi, &
25 *D. Thom. d. art. 1.* indè colligit,legem † esse aliquid
26 rationis,idest rationis naturalis, quę † est lex quæ-
dam tacita,vt ait Paulus *in l. cum ratio. 7. ff. de bo.*
27 *damnat.* Ita enim ea † nobis ingenita est , & con-
nata, vt qui eum ignorat, idem & seipsum nesciat,
vt ait *Maran. in eruditissimo opusculo de æquita.*
siuè Iustit. in primo comment. pag. 3.
28 Nec ad rem facit,† quod non omnium à maio-
ribus constitutorum ratio reddi possit;aliud enim
est legem cōditam esse sine ratione, & longè aliud
rationem reddi non posse , quia videlicèt præces-
serit ex motu Legislatoris, secundum circunstan-
tias aliquas pro varietate temporum,& morum
nobis ignotas,vt optimè *Zas. in d. l. non omnium*
num. 13. latè Anguia. eod. lib. 1. contr. 4. num. 10.
29 Et propterea,quod † scriptum est in supradicta
l. prospexit ff. qui, & à quibus, volūtatem Legisla-
toris simplicitèr sequendam, tametsi durum, mini-
mè referendum est ad duritiem ex defectu ratio-
nis, sed ad duritiem nostri intellectus,cui ratio ex
supradicta varietate nequit innotescere, *Zas. in d.*
l. non omnium, num 34. Menoch. de arbitr. cas. 87.
num. 15.
His præhabitis , nequè sat erit pro educenda
ratione huius secundæ partis Regulæ contempla-
ri finem in eius conditore,sed finem vltimum:Pri-
30 mum † enim Principium in operatiuis,quorum
est ratio practica, est finis vltimus, qui in Legisla-
tore est fœlicitas, & beatitudo, *D. Thomas ea. q.*
90. art. 2. in corp. estquè id ipsum,quod Seneca
d. epist. 66. bonum vocat .
Modicum ergò præstiterimus, si dixerimus,ra-
tionem huius secūdæ partis ,esse allectionem Epi-
scoporum ad residendum apud suas Ecclesias , nā
cum ad id de iure teneantur , ratio ista satis vide-
31 tur languida, & frigida, cùm † possint vel inuiti ad
residendum compelli per Sedem Apostolicam,cui
in hoc videntur adstricti,vt pronunciauit Innocen-
tius Tertius in *cap. Magnæ, §. ipsum etiam vo-*
tum, de Voto .
32 Necesse est itaquè aduertere,rationem † dupli-
citèr accipi;primùm pro natura cuiusuis rei, quæ
dicitur ratio absolutè,à qua procedit Ius natura-
le;secūdùm pro operatione intellectus, quatenus
ratiocinatur, diciturquè ratio ratiocinans ex cō-
ditione personarum,loci,temporis, & negociorū,
discernens, quid magis expediat,aut conueniat, à
qua ratione procedit Ius positiuum , differtquè
altera ab altera,quod ex ea prima,procedat iustū
naturale , quod absolutè pertinet ad humanum
bonum;ex hac autem,procedat iustum ciuile,quià
expediat homini, in quantum est ciuilis , idest or-
dinationem habens ad alium ; quod aliàs sibi non
foret expediens , quinimò nociuum ex malitia al-
terius, & istud iustum dicitur tale , ob simpliciem
virtutem legis fundatæ in hac ratione , vt maius
malum euitetur, vt elegantèr docet *Card. à Tur-*
recrem. in can. Ius ciuile n. 6. distinct. 1. & hu-
33 iusmodi ratio posita† est à natura in homine inte-
riori tanquam in luminari maiore,ad differentiam
minoris constituti in sensibus,*Germ. in pracit. lib.*
3. cap. 11. num. 2. eamquè sola prudentia perficit,
vt concludit *D. Thomas 1. 2. quæst. 66. art. 1.*
in corpor.
Cùm ergò ista secunda pars Regulæ , sit nociua
Papæ , & etiam Reipublicæ , cùm magis expediat
beneficia prouideri per Papam,quàm per inferio-
res,vt demonstrauimus suprà *quæst. 36. ex nu. 16.*
diligenti studio indagandum est, quid maioris
boni lex ista Reipublicæ conciliet , vt hinc demū
colligamus veram illius rationem ; nàm si simpli-
citèr dixerimus, maius bonum consistere in resi-
dentia,istud est supponere, Episcopos esse liberos
34 à residendi onere,cùm tamen ad eam † præcepto
diuino,ipsos moneri constet,ex S. Tridētini Con-
cilij decreto *sess. 23. de reform. cap. 1.* quod pōde-
rat *Ferret. cons. 32. ex num. 14. & 16.* & latissimè
tradit *Mandos. cons. 18. n. 7. Nauarr. in Manual.*
c. 25. n. 21. Couar. varia. resol lib. 3. c. 13. sub n. 9.
vers. quibus suffragatur, & ex Theologis *Caiet.*
ad D. Thom. 2. 2. quæst. 185. in 5. art. diffusissimè
disputat, & concludit *Soto, de Iur. & iust. lib. 10.*
quæst. 3. art. 1. & nouè etiam tradit *Zipæ. in ana-*
lyt. lib. 3 tit. de cler. non resid. num. 7.
Quòd si instes , nihilominùs ipsos ad id impen-
siùs præstandum inuitari , nullam necessitatem in
hac ratione agnosco, cum vt suprà dictum est, ad
35 id possint cogi:Hæc verò † nos conuincunt,vt di-
camus

camus, residentiam in ratione istius Regulæ contemplatam, diuersam esse ab illa, ad quam Episco-
36 pi de Iure tenentur, nam illa non est ita iugis, † vt non liceat aliquando abesse, vel ad modicum tempus, præcipuè ex iusta causa, *can. præsentium 7. q. 1.* adeò vt *residentia* verbum, non veniat amarè intelligendum, itaut nunquàm discedat, sed ciuili modo, quemadmodum declarant *Arebid. in cap. licèt canon, sub num. 5. in verb. sub residentia, & Gemin. in §. ss etiam, num. 3. de elect. in 6. Card. in clem. vnica nu 21. de for. compet.* in quam rem plura cumulat *Gonzal. gloss. 43. ex num. 2. & num. 68.*

37 Et propterea, † vbicunquè subditorum saluti potest sufficientèr in absentia Pastoris prouideri, licere Pastori eidem, propter causam necessariam, quam vrgeat aut ipsius Ecclesiæ commodum, aut periculum personæ, deserere gregem, docuit *B. Tho. in praecitat. 2. 2. quæst. 185. art. 5. in corpore.*

Hæc verò residentia, quam exigit Regula, debet esse iugis, & nequè per momentū intercepta; hoc-
38 què est, quod præferunt † illa verba Regulæ, *ipsis quandiu apud Ecclesias, aut Diœceses suas verè, ac personalitèr resederint duntaxat*, quæ ponderat *Gonzal. ead. Gloss. 43. ex n. 54.* & in hac residētia cōsistit commune bonū amplius quàm in prima. Nam in illa, cum adhùc sit aperta via prętexēdi causas iustæ absentiæ (præcipuè vbi ex modicitate temporis earum æquitas, conscientiæ ipsius Episcopi remittitur) semper latet occasio fouendi, si qui inhæret animo, spiritum euagandi, quod
39 est † maximum vitium in Episcopo nunquàm satis condemnatum aut per antiquos Canones, in *d. cap. magna, de voto*, aut per Concilium in *d. c. 1. sess. 23. & in cap. 5. §. boe nihilominus, de reform.*

In hac vero, cōnuerso delitescit eius vitij eradicatio, per introductionem virtutis contrariæ,
40 quæ, cùm † durante vitio, nusquàm adsciscatur, *can. cum renunciatur, 32. quæst. 5. gloss. in Extrauagan. Ioann. 22. incip. ad conditorem §. quanquam autem, in verb. perseueret, de verb. signific. & in Extrauagan. detestanda, in princ. in verb. exenterant, ad med. vers. & vt dicit Boetius de sepultur. inter com.* pro illius † introductione exigi-
41 tur, vt sensim mutetur naturalis habitus, per quam solam immutationem sensim etiam, & paulatim extruditur vitium, & virtus fit, *can. si quis semel de pœniten. distinct. 2.* cuius rei Physicam rationem exponit *Galen. de cognoscen & euran. animi morb. cap. 6.*

Et hæc videtur vera ratio huius secundæ partis Regulæ in eius principio, quæ non soluitur, etiam si in alijs sex mensibus pro Papa alternatis, ita iugis non sit; nàm in primis penitus hinc excluditur facultas illa se absentandi ad tempus permissum
42 ex causa legitima, quod † olim erat duorum mensium, ex præcitato *can. præsentium 7. q. 1.* Etenim cum Episcopus qui (v. g.) recessit ab Ecclesia in mense Martio, si velit frui gratia alternatiuæ in mense Aprilis, teneatur ibi esse præsens initio ipsius mensis, vtiquè impossibile est (durante vsu huiusmodi gratiæ) ipsum abesse vltra mensem, quod tempus reputatur modicum; modicitas au-
43 tem † non videtur interrumpere continuationē residentiæ, quin dicatur, inspecto recursu totius anni facta sine intermissione, vt optimè deducit *Card. in supraeitat. clem. vnic. sub num. 21. ad med. vers. in omnibus tamen, de for. competen.* & conferunt latè deducta per *Gonzal. ead. Gloss. 43. ex num. 55.*

44 Præterea, quamuis † Concilium in *præcitat. sess. 23. cap. 1. §. quoniam autem*, in casu modicæ absentiæ, relaxet necessitatem obtinendi licen-
45 tiam, aut ab ipso Papa, † iuxta doctrinam *Gloss.* per eum textum in *praecitat. cap. magnæ, §. sp sum etiam votum, in verb. adstrictus, de voto, & in c.*
46 *final. in verb. absentare, de priuileg. in 6.* Aut † à Metropolitano, vel eo absente ab antiquiore Suffraganeo residente, vt eodem decreto in *§. nè vero ea*, disponit Concilium, nihilominus non relaxat necessitatem causæ, & illius examinis, decer-
47 nens, † illud, vtcunquè modicæ absentiæ spatium, singulis annis, etiam interruptum, ad summum tres menses non excedere debere, simulquè rationem haberi, vt id ex æqua causa fiat, & absque vllo gregis detrimento, quod an ita sit, abscedentiū conscientiæ relinqui. Atquè ità, si totum hoc spatium trium mensium distribuatur per sex menses alternatos pro Papa, non potest considerari in singulis his mensibus notabilis aliqua absentia ab Ecclesia, aut respectu temporis, aut respectu distantiæ loci; & nihilominus, cum Concilium adhuc exigat causam æquā, & huius æquitatis æstimationem relinquat cōscientiæ Episcopi, proculdubio, fræno quam durissimo, euagandi spiritum
48 constringit; Conscientia enim, † non est dictamen voluntatis, sed dictamen rationis, ceù quædam applicatio scientiæ ad actum, vt latè explicat *D. Thomas in 1. 2. quæst. 19. art. 5. in corpore.* Vndè
49 semper dictat, † quid fugiendum, quidue sequendum sit, vt latius explicat *Gregor. Sayr. in claui Regia, lib. 1 cap. 2 sub num. 4. §. cum scientia verò, cum sequen. & probat etiam text. in cap. per tuas, il secondo, de simon. quem sic expendit Nauar. in Manual. cap. 27. sub num. 280. vers. & interdum.*

50 Vndè conscientia dicitur † dictamen practicum rationis, cui debeant conformari actiones nostræ, vt bonæ sint, *Azor. Institut. moral. tom. 3. lib. 1. cap. 3. in vltima quæst. vers. tertio quia sus naturale.*

51 Proindequè † plurimum oneris impositum est Episcopo ex hoc decreto, cùm omnino teneatur metiri æquitatem causæ istius absentiæ, non leuitèr, & oscitantèr, sed accuratè, & diligentèr, excutiendo intra se, cur sibi liceat recedere à diuino monitu, in hoc enim consistit practica, qua conscientia dicitur iudicium practicum, vt latè exponit *Thom. Sanch. ad præcepta decalogi, lib. 1. c. 9. num. 3. per tot. & cap. 10. num. 5. 7. & 8.* Etenim
52 conscientia † non regulata ratione, inducit dispendium salutis æternæ, *cap. non solum, in princ. de regular. in 6.*

Posita ergò, & firmata ratione Regulæ in hac secunda parte, hinc primùm infertur; si Episcopus
53 acceptet † alternatiuam in mense alternato, qui alias

aliàs esset Apostolicus, ipso mense iam inchoato
frustra hinc prætendi, eundem mensem compre-
hensum esse sub gratia alternatiuæ, vt latissimè ex-
cusso articulo firmauit *Rota in recen. decis. 144. num. 2. par. 2.*

Cuius rei ea est ratio, quià Papa, in concessio-
ne istius gratiæ exigit concursum duorum simul
coniunctorum; quorum prius, est subiectum tem-
poris, cum enim reseruet, & concedat respectiuè
prouisionem beneficiorum in certis mensibus de-
54 signatis per eorum nomina propria, iam † ex hac
designatione quilibet mensis computatur à me-
dia nocte vltimi mensis proximè præcedentis, vs-
què ad mediam noctem subsequentis, *Rebuf. in concordat. Rubr. de collat. §. præfatique ordina-
rij, vers. beneficia vero, super verb. sequentibus
mensibus, cum alijs per Rot. ead. decis. 144. nu. 2.*
55 *par. 2.* adeo vt vnusquisquè mensis † sit constitu-
tiuus vnius corporis integralis; quippè separatis
diebus, idest corporibus, ex quibus mensis cōstat
tanquam vnum quid integrale, vtiquè non potest
intelligi mensis, prout est vnum totum, exemplo
ædium, de quo in *l. cum qui ædes, 20. ff. de vsucap.*
vbi hoc etiam absurdi pro ratione consideratur,
quia aliàs vna, & eadem res diuerso iure censea-
tur; quod benè applicatur huic controuersiæ, nè
id consequatur, vt idem mensis, non prout est di-
uiduus, sed prout est indiuiduus, partim reputetur
Apostolicus, & partim reputetur ordinarius, nihil
56 enim est, quin † id quod natura sua diuiduum est,
constituatur indiuiduum ex voluntate disponētis,
*l. eum eiusdem, de ædilit edict. cum citat. per Aym.
in l. 4. §. Cato num. 191. de Verbor. obligat.*

57 Etenim, totum † integrale, nihil aliud est, quàm
integrum quoddam ex pluribus inter sese cohæ-
rentibus constans, *l. rerum mixtura, 30. in princ.
vers. alterum, quod ex continentibus, præcitat. tit.
de vsucap. Ioan Kal. in suo lexico Iuridico, in
verb. totum integrale*; & propterea dum Papa
concedit mēses suis nominibus designatos, atquè
ità singulos contemplatur, veluti singula corpora
integralia, impossibile est, vt concessio feratur ad
partes integrantes, indequè mensis aliquis reci-
58 piat hanc diuisionē, cùm † totū recipiat suā essen-
tiam à continuo, iuxta *text. in d. l. eum qui ædes, et
in l. rerū mixtura*, & tradit etiā *Connan commen-
tar. iur. ciuil. lib. 8. c. 4. sub n. 1. vers. totum aut, et
ita fuit decisum apud Rotam d. decis. 144. ex n. 1.
& per tot.* vbi fuit responsum omnibus contrarijs.

Posterius autem, est subiectum residentiæ, non
quidem simplicis, sed qualificatæ, idest omnino
debitæ ex præcedenti pacto; Vndè ad finem Re-
gulæ subijciuntur illa verba, *Illi vero qui gratiam
alternatiua prædicta acceptare voluerint, acce-
ptationem huiusmodi per patentes literas manu
propria subscriptas, suoquè sigillo munitas, & in
sua quisquè Ciuitate, vel Diæcesi datas declara-
re, & literas ipsas hùc ad Datariū Sanctitatis suæ
transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, &
recognitis, tunc demum, & non antea, vti inci-
piant gratia supradicta.*

Quo fit, vt dum Episcopus alternatiuam acce-
ptat, illa minimè ei possit suffragari respectu illius
mensis, quia etiamsi resederit per totum mensem,
adeoquè ab illius initio, non tamen dicitur rese-
59 disse ex pacto, prout exigit Regula, qua † idcirco
iuuari non potest, *l. 4. §. hac autem actio, ff. vi bo-
norum raptorum, cum simil. adductis per Aym.
cons. 280. sub nu. 2. vers. facit ad præmissa, & per*
60 *Franc. Becc. cons. 42. num. 12.* nèc † qualificatum
venit sub simplici, *cap. susceptum de rescript. cum
simil. adductis per Gonzal. gloss. 9. ex num. 1.*
& qualitas adiecta enti illud reponit in diuersa
specie, vt post *Bart. docet Ias. in l. si quis posthu-
mo, § si filium, nu. 51. de liber. & posthum.* & latè
exemplificat *Marsil. singulari 520. per tot.* tra-
duntquè alij passim, quos cumulat, & sequitur
Surd. cons. 202. num 8. & decis. 7. num. 32.

61 Nèc dicatur, qualitatem † hanc non constitue-
re nouum subiectum residentiæ, & propterea mi-
nus considerabilem esse, cùm ex ea, modica insur-
gat mutatio, *Ancher. cons. 131. num. 4.* nam imò
maxima est differentia inter simplicem residentiā
ex pacto, & residentiā ex hoc nouo vinculo; quia
vtcunquè bonū sit in Episcopo, residere apud Ec-
clesiam suā, longè tamē maius bonum est residere
62 ex hoc pacto. Quippè † facere aliquid ex volūtate
firmata in bonum, idest per electionem, & con-
sultationem, pertinet ad perfectionem virtutis vt
latè disputat, & concludit *Arist. Ethic. 2. circa fi.
D. Thomas 2. 2. quæst. 88. art. 6. in corpore, vers.*
63 *tertio quia per votum*; vndè melius † est operari
ex voto, quàm ex libera voluntate, vt ibi conclu-
dit *B. Thom. & post eum Sanchez ad præcepta de-
calogi lib. 4. cap. 11. num. 14.*

Quo fit, vt cùm acceptatio alternatiuæ, facta
in medio mensis alternati, nō obliget Episcopum
ad residendum in eo mense, cum illa obligatio nō
possit referri, nisi ad menses integros, vt iam dictū
est, totus ille mensis reputetur Apostolicus, tan-
quam vacuus ab illa obligatione Episcopi, pro
64 quo † videtur casus in *l. prima ff. si quis cautio-
nibus*, vbi vicena millia passuum in singulos dies
dinumerari, Prætor iubet, ex quo promisetit iudi-
cio sisti, qui in ius vocatus fuerit, sed tamen illud
dictum, cum habeat relationem ad vicena millia
in singulos dies, & sic contempletur vnumquem-
què diem, veluti vnum totum integrale, excipit à
promissione illum diem, quo cautum promitti-
tur, quod etiam explicat *Cuiac. per eum text. in
l. itinere faciendo, 3. post medium de verb. signific.*
quem *text.* etiam in hanc rem optimè expendit
Rota in præalleg. decis. 144. n. 5. par. 2. in recen.

65 Vt hinc † intelligamus, verba illa Regulæ, *tunc
demum, & non antea &c.* referri ad illum primū
mensem alternatum, qui succedet Episcopo, secū-
dum ordinem Regulæ, extra illum in quo alterna-
tiuam acceptauit, & recognitæ fuerunt literæ ip-
sius in Dataria, vt ibidem explicando ea verba
deducit *Rota num. 8. & 9.* extremitas enim tem-
poris, quæ significatur per illam clausulam *tunc
demum*, consideratur secundum naturam materiæ
subiectæ, & data habilitate terminorum, *Cassad.
decis. 1. num. 7. de testamen.* quippè vis harum di-
ctionum, nō est statuere certum aliquod tempus,
quamuis denotet extremitatem, cognitio enim
illius

illius certitudinis, siuè extremitatis dependet à
verbis præcedentibus, vt post alios beuè etiam
declarat *Mandel. de Alba in cons. 51. nu. 20. cum*
seqq. & probat text. in l. 1. §. quod autem, vers. re-
ctissimè autem, ff. de vi, & vi armata, in l. si ÿs le-
gatum 4. §. si ita scriptum sit, de condition. & de-
monstrat. & in l. 2. ad fin. de mortis causa donat.

Et cum hoc fundamento, benè potest defendi
supradicta conclusio, videlicet, ex concursu adæ-
quato, & integritatis mensis, & promissæ residen-
tiæ; nàm si separentur hæc, & consideretur dun-
taxat effectus integritatis temporis, vix subsistet
illa argumentatio, cui maximè hæsit *Rota dicta*
decis. 144. num. 1. & in relata ibi causa, *Fauenti-*
na Canonicatus 16. Decembris 1585. coram Blan-
chetto, videlicèt quod cùm mensis intrauerit tan-
quàm Apostolicus, & reseruatus, nequeat desine-
re esse talis per acceptationem alternatiuæ, factã
per Episcopũ, nisi soluatur illius integritas, quod
propè videtur absurdum; Nàm tota hæc argumẽ-
tatio euitatur, ex negatione consequentiæ, quòd
66 soluatur integritas, si eam † sequamur sententiam,
quòd Alternatiua, non tollat reseruationem, sed
simplicitèr aperiat viam Episcopo, vt prouideat,
tanquam de reseruato, iuxta *Cassad. decis. 8. n. 10.*
de praben. quam in his terminis probauit *Rota*
in Tuden. Canonicatus, 21. April. 1570. coram
Lancellotto, & in Oueten beneficÿ 30. Iul. 1610.
coram Reuerendiss. D. Coccino.

Quamuis enim per alternatiuæ concessionem,
& acceptationem, videatur facta quædam permu-
tatio mensium inter Papam, & Episcopum, vt cẽ-
suit *Moedan. decis. 3. sub num. 1. vers. dictum est*
etiam, de rescript. Gonzal. d. gloss. 43. num. 106.
cum seq. & admittebat Rota in causa *Sulmonen.*
Alternatiuæ, 10. Maÿ 1610. coram Card. Hora-
67 *tio Lancellotto*; & passim † menses alternatos pro
Episcopo nuncupemus, assueueremusquè, effectos
ordinarios per alternatiuam, nihilominus id per
Catachresim, non autem propriè dicitur, vt latis-
simè fuit decisum in *Papien. Beneficÿ 10. April.*
1617. coram Andrea; & comprobatur ex stylo
68 Cancellariæ, quæ, si impediatur † ordinarius con-
ferre in vim alternatiuæ, in mense, (puta Februa-
rij) non dat literas, tanquam de non reseruato, sed
de reseruato, in vim primæ partis Regulæ; quod
non fieret, si per concessionem, & acceptationem
alternatiuæ, soluta esset reseruatio mensium Apo-
stolicorum, super quo stylo, amplè etiam fuerant
attestati Reuerendiss. DD. Abbreuiatores de Par.
co maiori, prout refertur in eadem Papien Bene-
69 ficij, indè enim † declarari mentem Papæ, satis
constat, ex *Cassad. decis. 2. num. 4. vers. & iste sty-*
lus, & decis. 3. sub num. 3. vers. pro qua inter-
pretatione, de reseruat.

Quemadmodùm autem acceptata alternatiua
per Episcopum, in mense pro ipso alternato, alio-
qui vero Apostolico, illi non suffragatur talis ac-
ceptatio, respectu illius mensis, item nèc eadem
acceptatio eidem refragatur, si contingat in men-
se alternato pro Papa, qui aliàs cessante alternati-
ua pertinet ad Episcopum; militant enim hoc ca-
su, pro Episcopo eædem rationes, quæ in superio-
ri, pro Papa ponderatæ sunt; & propterea, cum
70 negari nequeat, † per concessionem, & accepta-
tationem alternatiuæ, censeri initum quendam
contractum, seù quasi contractum, *Gonzal. qui*
alios allegat. d. gloss. 43. nu. 107. & gloss. 58. nu. 16.
& firmatum fuit in preallegata Sulmonen. Al-
ternatiuæ, 14. Maÿ. 1610. coram Lancellotto, &
Paduana Prioratus 18. Maÿ 1611. coram Rpd.
71 *Pirouano*, consequens fit, vt † nulla hic sit admit-
tenda claudicatio, sed inter ipsum Papam, & Epi-
scopum, omnino sit seruanda æqualitas, *l. Iulia-*
nus. §. si à pupillo, de action. empt. Menoch. cons.
1147. num. 18. Surd. decis. 52. num. 9.

72 Nequè hic militat aliqua singularitas, † quia
sit contractum cum Principe, quia in contracti-
bus, vel quasi contractibus, Princeps vtitur iure
priuatorum, *cap. 1. de probat.* ratione videlicet cõ-
seusus, qui est de iure naturali, *l. Stichum §. natu-*
ralis. ff. de solution. Bec. cons. 286. num. 7. & plenè
declarat *Curt. Iun. in l. 1. num. 11. & in l. 3. §. si is*
pro quo, num. 8. eod. tit.

Infertur ex eisdem, secundo loco; vt intret al-
73 ternatiua † hæc ad fauorem Episcopi, necessariò
probandam esse illius residentiam in mense alter-
nato, *Gregor. decis. 70. num. 3.* siuè prouisus ab or-
dinario sit Actor, siuè etiã sit Reus, & possessor, vt
reiecta distinctione *Gonzal. d. gloss 43. sub nu. 99.*
vers. nequè obstant pro contraria parte, firmat
Beltram. ad Gregor. decis. 94. num. 11. auctoritate
Rotæ, in *Illerden. Pensionis 2. Iun. 1600. coram*
Penia, & quidem ea ratione, quia prouisus Apo-
stolicus, satis fundet suam intentionem in priori
parte Regulæ reseruatoriæ octo mensium, vbi ve-
74 rò actor plenè † fundauit suam intentionem, te-
neatur quoquè Reus suam exceptionem plenè
probare, *Dec. in cap. in præsentia, ex num. 48. de*
probat. Rota decis. 75. num. 1. & decis. 628. nu. 3.
par. 1. diuer.

Quæ tamen ratio, non concludit, nisi respectu
octo mensium, de quibus in prima parte Regulæ,
nèc propterea attingit casum quo supponeretur
vacatio in altero ex duobus mẽsibus fixis pro or-
dinario, qui sunt, Iunius, & December, quamuis
hoc casu alitèr per Papam non prouideatur, quàm
sub narratiua absentiæ Episcopi, vt propterea mi-
nus hæsitandum sit, onus probandi absentiam im-
positum esse prouiso Apostolico, nèc eundem re-
75 leuari aliqua præsumptione; quæ vt potius † illi
refragatur, ex deductis per *Oldrad. cons. 229. n. 3.*
& alÿs latè congestis, per Gonzal. d. gloss. 43. ex
76 *num. 88.* ita † afficit eundem prouisum onere du-
rioris probationis, *Abb. in cap. quia verisimile,*
nu. 2. de præsumption. Dec. in cons. 175. sub nu. 5.
vers. vndè ex præmissis.

Nèc eadem ratio concluderet pro elidenda
gratia *si neutri*, impetrata contra eum, qui esset
prouisus tanquam de reseruato, vacante tamen in
mense, qui cessante alternatiua, esset Apostolicus;
77 etenim pro iustificatione istius gratiæ, † circa non
ius alterius, sufficeret ostendere, Episcopum acce-
ptasse alternatiuam, nàm excipiens, eundem Epi-
scopum non potuisse illa vti, quia non resideret,
tenetur negatiuam istius non residentiæ plenè iu-
stificare,

ſtificare, vt concludit *Rota apud Gregor. d. dicta*
deciſ. 94.
Et ratio eſt, quià iſte excipiens, totam ſuam
exceptionem coarctat in vnum obiectũ, videlicet
quod imò ſibi ius competat, quod dependet ab il-
78 la † negatione reſidentiæ, & propterea per eum
liquidò eſt probanda, *l. penul. §. docere, vbi Docto.*
ne quis eum, qui in ius voc. Natta. conſ. 200. ex n.
8. cum alijs adductis per Surd. conſ. 328. num. 23.
79 *& conſ. 425. num. 3.* non † obſtante quod veniat
excipiendo, *Innocen. in cap. ſuper his num. 10. de*
accuſat. Seraph. deciſ. 889. num. 1.
Infertur tertiò, pro vſu alternatiuæ non ſuffice-
re præſentiam Epiſcopi in Diœceſi tempore va-
cationis, ſed exigi reſidentiam continuam, is
80 enim † demum reſidere intelligitur, qui continuè
moratur in loco, non autem, qui diſcontinuè,
Archid. in cap. licèt canon num. 5. de elect. in 6. ſi
enim admitteretur, ſufficere ſolam illam præſen-
tiam momentaneam, iam & ratio deficeret huius
Regulæ, & ſimul aperta eſſet via fraudi, in hac ta-
men re, quæ vſu eſt frequentiſſima, videntur con-
ſtituendi plures caſus.
Prior eſt, quandò Epiſcopus, nedum fuit præ-
ſens tempore vacationis, ſed initio ipſius menſis,
& non ſolùm continuauit ſuam reſidentiam vſquè
ad eum diem, ſed etiam deinceps per totum men-
ſem, veruntamen in eo præſumitur animus perpe-
tuò ibi non morandi, propter neceſſitatem ſibi
iniectam aliò remigrandi, ex munere aliquo antea
ſuſcepto, quod itidem perſonalem exigit reſiden-
tiam; & hoc quidem caſu, quia non datur animus
perpetuo morandi apud ſuam Eccleſiam, non po-
81 teſt videri reſidens, nequè enim † is dicitur eſſe
in loco, quem corpore occupat, dum mente, &
animo abeſt, *l. Poſtliminij, §. Captiuus de captiu.*
82 *& Poſtlim. reuer.* abeſſe autem mente † intelligi-
tur, dum præexiſtit cauſa remigrandi in locum
in quo conſueuit continuam habere reſidentiam,
§. in his autem animalibus, inſtitut. de rer. diuiſ.
& ita concludit *Rota apud Gregor. d. deciſ. 70.*
num. 3. & 4. & priùs hoc idem cenſuerat in eadẽ
cauſa *Eluen. Beneficij S. Saluatoris, 30. Octobris*
1602. coram Cardinali Lancellotto, quæ legitur
impreſſa par. 4. diuer. deciſ. 613. nu. 1. & 15. No-
uembris eiuſdem anni coram Penia, impreſſa apud
Marcheſ. tom. 1. pag. 350. num. 4.
Secundus eſt caſus, quandò Epiſcopus verè re-
ſidebat tempore vacationis, nèc dabatur præexi-
ſtens aliqua cauſa remigrandi ad alium locum in
quo teneretur reſidere, veruntamen poſt factam
prouiſionem, receſſit à ſua reſidentia, ita vt nullo
modo poſſit dici, quod per totum menſem verè,
ac perſonalitèr reſederit, nequè hoc caſu quæri-
tur, an deinceps poſſit conferre vacantia in eo mẽ-
83 ſe (quod non habet difficultatem) ſed † an illa pro-
uiſio per ipſum iam facta valeat? Reſpondendum-
què eſt, illam valere, quià cum prouiſio fuerit fa-
cta de tempore habili, ex quo verè, & perſonali-
tèr reſidebat, non debet retractari, licèt caſus po-
ſtea eueniat, à quo non potuit inchoari, *c. factum*
legitimè, 73. de regul. iur. in 6. Quamuis enim fa-
84 cultas † conferendi in futurum, dependeat ab illa
cauſa continuæ, & integralis reſidentiæ, tamen
validitas prouiſionis iam factæ, ab illa ampliùs nõ
dependet, ſed ſimplicitèr à ſtatu in quo res ipſa
85 erat de tempore actus; vt in ſimili dicitur, † ſat eſ-
ſe, quod tempore delatæ hæreditatis, quis agna-
tus ſit, vt hæreditatem ipſam nanciſcatur, etiamſi
poſtea deſinat eſſe talis, quià id amplius non de-
pendet ex ea cauſa, *l. 2. ff. de ſucceſſor. edict. l. vlt.*
ff. vnde liberi, l. cognatis, ff. Vnde cognat. nèc
86 enim † agnatio in acquirenda hæreditate exigit
ſucceſſiuum effectum, cùm vno momento acqui-
ratur, *l. placet, de acquiren. hæredit. & poſt Bald.*
hæc fermè tradit *Tiraquel. in tractatu ceſſante*
cauſa limitat. 4. nu. 5. & per tot. quem in his ter-
minis induxit, & probauit *Rota in ſuprà allegata*
Papien. Beneficij 10. Aprilis 1617. coram Andrea.
87 Tertius eſt caſus, quandò Epiſcopus † fuit præ-
ſens tempore vacationis, at minime in ipſo initio
menſis, ità vt menſis ipſe in ſui initio affectus fue-
rit Papæ; & hoc caſu nè videatur auferri ius quæ-
ſitum Papæ, Rota perpetuò hanc tenuit ſententiã,
non intrare alternatiuam pro Epiſcopo, quod pri-
mùm reſponſum fuit in vna *Fauentina Canonica-*
tus 16. Decembris 1585. coram Blanchetto, quam
reſcripſit Garz. de Benef. par. 5. cap. 1. ex nu. 693.
Germon. de indultis Cardinalium, in §. volumus
autem, ex num. 21.
Et quamuis, tàm *Garz. ibidem ex n. 695.* quàm
Gonzal. d. gloſſ. 43. ex num. 140. reluctentur con-
tra Rotæ auctoritatem, ea potiſſimum ratione,
88 quod ſimplicitèr debeat † attendi tempus vaca-
tionis in ſtatuenda, vel excludenda reſeruatione,
iuxta doctrinam *Archid. in cap. ſtatutum, ſub n. 2.*
verſ. Guglielmus enim, de præben. in 6. Rota di-
uerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 774. num. 3 & 10.
89 Attamen hæc ratio nihil valet, cùm † vinculum
reſeruationis iniectum ſit à principio menſis, & il-
lum totum, tãquam vnum quid integrale, perua-
dat, vt iam ſæpè dictum eſt; quapropter quando-
cunquè vacet beneficium, ſemper dicetur reſer-
uatum Papæ, & ſic, etiam inſpecto tempore vaca-
tionis, optimè dicetur intrare reſeruatio; Vndè
Rota huiuſmodi, & alias rationes allatas per Gar-
ziã, & Gonzalez, cum tota eorum auctoritate, in
hoc articulo expreſsè reiecit in *d. Papien. Benefi-*
cij, in qua ego ſcribebam pro prouiſo Apoſtolico.
90 Quartus eſt caſus, quandò Epiſcopus † fuit præ-
ſens tàm in principio menſis, quàm tempore va-
cationis, verùm ante ipſam vacationem abſceſſit
ad modicum tempus, vt propterea minùs integra
videri poſſit reſidentia à principio menſis vſque
ad ipſum vacationis diem; & hic quidẽ caſus, ma-
iorem habet difficultatem, cum menſis non intra-
uerit tanquam Apoſtolicus, ſed tanquam ordina-
rius, & ſic videatur ceſſare ratio, cui maximè in-
hæſit *Rota* in præfatis cauſis *Fauentina, & Pa-*
pien. Quocircà in vna *Regien. Canonicatus corã*
R. p. d. Pirouano, articulo hoc ſæpiùs propoſito,
Dominorum ſuffragia ſemper fuerunt ità æquali-
tèr ſecta, vt nõ potuerit capi reſolutio, adeò quod
in vltima poſitione, quæ fuit habita ſub die Vene-
ris 26. Maij præſentis anni *1628.* iuſſum fuerit,
cauſam omnino cõcordari. Quamuis enim nemo
poſſit

91 possit per Iudicem † compelli ad transigendum, potest tamē hortari, vbi quæstio est valdè intricata, *gloss. in l. Furti, §. qui iussu, in verb. pretoris, de his qui notātur infamia, Alex. in cons. 144. n. 1. lib. 7.* Quinimò etiā præcisè cogi, vbi diu fuit litigatū, nèc de iure liquet, vt per *tex in ean. placuit, 9 distin. sensit Butr. in cap. 1. sub n. 25. vers. fallit quando duo litigantes, de mutuis petitionibus, & ibi etiam Imol. sub num. 9. vers. dicit autem, et post eos Felyn. in rubr. num. 5. vbi alios allegat, de treug. & pace, Soccin. iun. cons. 33. sub nu. 2. vers. & ista conclusio.*

Cæterùm, egò, qui tunc etiā pro prouiso Apostolico scribebam, semper fui huius sententiæ, vt neque hoc casu possit Episcopus vti alternatiua in eo mense; neque agnosco differentiam inter hunc, & superiorem casum, ex eo quod Episcopus resederit, vel non resederit in principio mensis, quiá vis affectionis resultat ex interpolatione

92 residentiæ, cuius actus † retrotrahitur ad mensis initium, propter hanc ipsam Regulam, argumēto textus in *l. cum multa, ad fi. vers. sancimus itaque C. de donation. ante nuptias,* vbicunquè enim præcedit contractus siuè quasi, fit retrotractio, vt plenè declarat *Bald. in c. 1. num. 16. & 17. de summa Trinitate, & fide Cathol. & in l. 1. sub n. 11. ad med. vers. non obstat primum, C. si plures*

93 *vna sententia,* neque hæc † vllo modo impeditur, vbi omnia sunt in eodem esse, & statu, *Menoch. cons. 946. num. 34.*

Neque existimo, admittendam esse excusationem, quiá abscessus fuerit ex causa honesta, & ad

94 modicum tempus; nàm † etiamsi admittamus, hunc haberi pro præsente, istud tamen procedit secundum fictionem, non autem secundum veritatem quam exigit Regula in illis verbis, *quandiù, verè ac personalitèr, & c. Nauar. cons. 8. num. 6 de cler. non residen.* nusquàm enim admit-

95 titur illa ficta residentia † pro vera, nisi in casibus à iure expressis, *Butr. in cap. ex parte, il secondo, n. 8. vers. imò creditur, de Cler. non residen. Milis in verb. absens sub nu. 4.* Secundum enim verita-

96 tem impossibile est† eum esse præsentem, qui non est in loco in quo petitur, *l. absentem 199. de verb. signif. et & post Ioan de Lignar.* discrimen illud

97 veræ, & fictæ † præsentiæ, per quam non satisfit dispositioni loquenti de præsentia vera, seu residentia, docet *Gemin. in cap. vlt. in princ. sub num. 6. vers. Ioan de Lignar. tenet, de consuetud.* & hinc vbi requiritur præsentia vera, ea non aliter dici-

98 tur constare, quam † si persona subijciatur sensibus corporis, *Rota in nou. de iurepatron. decis. 3. in extremis verbis.*

Idquè est in effectu quod in his terminis respōdit *Rota in vna Segobien. Beneficij 24. Martij*

99 *1604. coram Iusto,* in † qua non fuit facta vis super alio, quàm super ratione ipsius alternatiuæ respuentis illam ciuilem residentiam, & omnino hanc naturalem, veramquè & continuam exigentis, adeò vt Beneficium istud concessum Episcopo illico cesset, subintretquè effectus reseruationis vt Episcopus abscedit, quantumuis per breuissimum

100 spatium temporis, veluti in casu † illius decisionis, vbi absentia durauerat tantùm per horas 39. & quidem ex causa, quæ poterat videri honestissima, nempè salutandi Regem; etenim nèc breuitas temporis perimit illud ius iam Papæ quæsitum,

101 exemplo Vassalli, † vel Emphiteutę, qui si alienet, licèt illicò recuperet, tamen indè non extinguitur ius iam Domino quæsitum ex præcedenti pacto legis commissoriæ, vt distinguit *Bart. in l. ab emptione, 59. sub nu. 7. vers. ex hoc nota ff. de pactis,* & de veriori, & communiori opinione post alios testatur *Ias. in l. fin. quæst. 20. sub num. 135. vers. contrariam opinionem, & nu. 136. C. de iure Emphyteut. Clarus in §. emphyteusis, in 13. quæst. nu. 6. qui alios cumulat.*

Neque hoc potest obtendi excusatio ab æquitate, aut honestare causæ; nam vtcunque hæc possint haberi in cōsideratione respectu incursus pœnæ, nihilominus prorsus cessant in præiudicium iuris alteri quæsiti, & iam applicati ex præcedenti pacto; hoc enim saperet manifestam iniquita-

102 tē; nàm † à Papa iam hinc auferretur, quod suum est sine facto suo, contra Regulam *l. id quod nostrum, 11. de Regul. iur.* & daretur ansa Episcopo

103 præuaricandi pactum, cuius † obseruatio innititur æquitati naturali, vt dicit *Iurisconsultus in l. 1. in princ. de pactis.*

Et proptereà, prius quàm Episcopus soluat pactum, non est satis, quod sibi probetur illa honestatis causa, nisi etiam probetur Papæ, cum quo pactum iniuit super ea iugi residentia, atquè ita semper videtur negligens, aut in petenda remissione istius pacti, ex causa illa, quæ sibi videtur

104 honesta, aut in eiusdem pacti custodia; nulla † verò est æquitas, quæ negligenti subueniat, *l. pupillus, ff. quæ in fraudem creditorum, per quem text. ità docet Ioan. Coras. in repetit. l. naturaliter, §. nihil commune, sub num. 125. ad fin. vers. sed responde ff. de acquir. possess. Menoch. in tractat. de recuperan. possess. remed. vlt sub num. 14. vers. quia vt animaduertit, & in cons. 818. num. 107.*

Quæ enim iactati consueuerunt, In omnibus,

105 maximè † tamen in iure, æquitatem spectandam esse, *l. in omnibus 90. de Regul. iur. cum alijs per Decian. cons. 69. num. 35. vol. 4.* & potiùs † æqui-

106 tatem, quàm ius strictum, siuè scriptum spectari oportere, *l. placuit 8. C. de iudic.* non eum habent sensum, vt æquitatis prætextu statim liceat à iure

107 scripto recedere: Est enim æquitas † iudicium animi ex vera ratione petitum, de circumstantijs rerum ad honestatem vitæ pertinentiū cùm incidunt, rectè discernens quid fieri, vel nō fieri oporteat, vt eam ità definit *Oldendorp. de iure, & aequitat. tit. 3. & post eum Menoch. cons. 202. ex num. 12. vbi illam expliceat, & cons. 563. nu. 5.*

108 Ratio autem † vera, vndè firmatur huiusmodi iudicium, illa ipsa est, quæ in iure scripto determinata est, quæ etiam dicitur ratio stricta, seu scripta, vt in *l. 1. §. Si ego, & ibi gloss. in verb. ceterum ratio, ff. si pars hereditatis petatur, & in l. qui quadringenta 87. in princ. vers. rursus partem, vbi etiam gloss. in verb. rationi non congruit, ad l. falcidiam, & in l. in ijs eum l. sequenti ff. de legib.* ad differentiam rationis summæ, quæ nullibi est scri-

est scripta, vt eam sic nũcupat Papinianus, eos terminos ità distinguens in *l. sunt personæ 43. ad fin. ff. de religios. & sumptib. funer.*

109 Et quamuis summa † ratio, efformet etiã summã æquitatẽ, quæ ideò dicitur æquitas æquior, vt tradit *Cuiac. prior. tom. 1. ad Africanũ lib. 8.* ad interpretationẽ *l. si seruus, 31. de pignoratitia actione;*

110 nihilominus vsus huius summæ † æquitatis, vbi repugnat rationi scriptæ, nullus est Iudici, pertinet enim ad solum Principẽ, *l. 1. C. de legib.* quicquid sit, vbi nõ proponitur scripta, vel si scripta sit, minimè sit palam scripta, vt benè declarat idẽ *Cuiac. l. 2. feud. tit. 1. de feud. siuè cor. consuetud. Mediol.* Et propterea, vbi lex est clara, Iudex nullam habet rationẽ illius summę æquitatis nõ scriptę, *Decian. cons. 62. n. 10. lib. 4. Rota decis. 559. nu. 2. vers. non obstat, quod dicit p. 1. diuer.* sequitur enim id quod

111 scriptum † est, vtcunquè sibi durũ videatur, *l. pro-*

112 *spexit ff qui, & à quibus,* tantum, vt † tueatur legis mentem contra calumniantes verba, *l. penult. ff. ad exhibendum, iuncta l. scire leges, ff. de legib.*

Non est itaquè in proposito casu, excusare Episcopũ ex æquitate, sed potiùs cõtra rationẽ iuris, adeoquè contra æquitatẽ scriptã, præiudicare Pa-

113 pæ: licèt enim † æquum videatur excusare Episcopũ, stãte modicitate tẽporis quo abfuit, & ex causa adeò honesta, nimirũ salutandi Regẽ, & cũ animo illicò reuertẽdi, prout fuit reuersus, multo tamen æquius est seruari pactũ, quod vt dixi naturali æquitati innititur, & Papæ seruari id quod sibi fuit ex eodẽ pacto quæsitũ, vt ferè ita argumentatur *African. in l. si seruus cõmunis 63. §. quod verò, vers. nam licet alioqui ff. de furt. per quem text.*

114 *Cuiac. in consultat. 38. ad fin.* notauit, quantũ † receditur à iure scripto, tantũ recedi ab æquitate, & in quæstionibus de æquitate, nisi hæreamus iuri scripto, plerunquè sub auctoritate iuris scientiæ, perniciosè nos aberrare: & hoc est quod passim traditur, in iudicijs æquitatem non scriptam, videri ex proprio capite inductam, proindequè succumbere iuris scripti rigori, vt in *præcitat. l. 1. C. de legib. Fulgos. cons. 158. num. 2.*

Et in hac sententia prorsus persisto, donec Ordo ille sapientissimus, contrarium decernat.

Infertur quartò, vt quemadmodum Regula in Episcopo exigit factũ extraordinariũ, & pertingẽs vsquè ad summum circa residentiã, ita retributio cęteri debeat extraordinaria, & similitèr vsquè ad

115 summũ pertingens, quod æquitatis † ratio suggerit, *l. non tantũ 20. ff. de re iudicata,* ac proinde in mensibus alternatis intelligitur cõferre vice ipsius Papæ, aperta sibi via prouidendi tanquã de reseruato, vt suprà demonstrauimus, quod est maximæ

116 prærogatiuæ, adeò vt † nisi restringeretur concessio ad beneficia liberæ collationis, illa extenderetur ad ea quoquè, quæ sunt iurispatronatus Ecclesiastici, vt apertè colligitur ex *Put. dec. 462. num. 2. & per tot. & decis. 477. in princ. vers. nam cum beneficium lib. 2.*

117 Quemadmodum verò Papa, menses pro se † alternatos nullatenus soluit à reseruatione prioris partis Regulæ, sed simplicitèr duos eidẽ reseruationi subijcit, videlicet Martium, & Septembrẽ, vt firmauit *Rota* in præallegata *Papien. Beneficij,* ità vt non attendatur, an Episcopus resederit, vel secus, modò alternatiuã acceptauerit, vt in superiùs allegata *Sulmonen. alternatiuæ, quam probauit etiam Rota dec. 361. n. 1 par. 2. in recent.* ità reliquos eadem reseruatione afficit, ad commodũ, & & vtilitatẽ Episcopi acceptantis alternatiuam: ne-

118 què ideo est † modicũ emolumenti, vt existimauit *Gonz. d. glos. 43. n. 130. auctoritate Paris. cons. 42. n. 2. lib. 4.* Nam Parisius cõsiderat modicitatẽ respectu quãtitatis, quia videlicet in alternatiua, Papa concedit duos menses plus, quam Regula de quatuor, & sic variauit Gonzalez à termino quantitatis ad terminũ qualitatis, in quo hæc maxima prærogatiua cõsistit, cũ virtute illius vocis *liberè,* sit alterata ordinaria potestas, & in Episcopo effecta delegata, *cap. licet in corrigendis,* vbi omnes notãt, præcipuè verò *Felyn. n. 5. de off. ord.* & propterea absente Episcopo in mẽse ipsius alternato, ius cõferendi nõ intelligitur deuolui ab Episcopo ad Papã, sed Papa prouidet iure proprio, videlicet reseruationis, & Cancellaria hoc casu dat expeditionem tanquam de reseruato, prout dictum est.

119 Quod enim aliquibus † visum est, Episcopũ qui acceptauit alternatiuã quantumcunquè absentẽ, posse cõferre in duobus mẽsibus, videlicet Iunio, & Decembri, qui semper cedunt ordinariæ dispositioni, siuè habeat, siuè non habeat alternatiuam, quam opinionem cõtra *Gonz. gloss. 43. ex n. 121. vers. ex aduerso,* nititur sustinere *Garz. de Benef. par. 5. cap. 1. nu. 506. ad fin.* non transit sine maxima difficultate, & secundum distinctionem, quam faciemus in *sequen. quæstio. ex num. 37.*

120 Infertur deniquè, quod † cùm siuè mens, siuè ratio Regulæ in hac secunda parte, non pertineat ad alios collatores inferiores ab Episcopo (nisi speciali priuilegio, super hoc donati sint) *Reuerẽdiss. D. Coc. decis. 51. nu. 1.* nequè ad eos, qui cũ Episcopo habent simultaneã, minùs ad eosdem possit extendi beneficiũ alternatiuæ, nequè alternatiua

121 suffragetur Episcopo, in his quæ sunt simultaneæ collationis, † *Greg. dec. 95. n. 2. et ibi etiã Beltram. n. 7.* qui latè tractat articulũ, quid statuendũ sit, vbi ius conferẽdi est diuisum inter Episcopũ, & Capitulũ per turnum, & nos latiùs totũ id examinauimus *hoc eod. lib. q. 21.* vt ideo nihil sit ex illis hic reperẽdum: Tantum est aduertendũ, non desinere

122 esse † liberam collationẽ Episcopi, etiamsi ex statuto Ecclesiæ, aut iure alio singulari teneatur cõferre sub testimonio duorũ, vel trium, quod quidẽ testimoniũ minimè habet vim, aut consilij, aut assensus, qui possit videri pręseruatus in hac Regula, in illis verbis, *necnon etiam cum cõsilio, vel assensu, &c. Rota dec. 600. n. 6. par. 2. in recen.* vt enim ibi dicitur, ij veriùs testes sunt bonæ, vel malę collationis, quàm participes. Et in fortioribus terminis videmus, adhuc liberam existimari collationẽ

123 in Episcopo ad hunc † ipsum effectũ vsus alternatiuæ, si agatur de Parochiali, quia approbatiò personæ cui debeat Beneficium cõferri, est actus per se distinctus, qui non participat cum ipso actu collationis, vt ita fuit resolutum in *Abulen. Parochialis 26. Aprilis 1596. coram Blanchetto, cuius meminit Gonzal gloss. 45. nu. 21. & comprobauit Rota d. decis. 600. num 9.*

SVMMARIVM.

1 *Dissolutio fit per resolutionem vinculi, quo quid obligatum est.*
2 *Alternatiua vsus, quibus casibus amittatur per Episcopum.*
3 *Episcopi, nisi ipsi conferant, rarò impediunt effectuationem gratiæ Apostolicæ.*
4 *Episcopus, vbi cōfert in mēsibus alternatis pro Papa, post acceptatā alternatiuā, dicitur ingratus.*
5 *Ingrati crimen, institum mortalitati.*
6 *Ingrati actio, cur non detur.*
7 *Literæ Apostolicæ, debent sine cunctatione aliqua per suos Executores executioni demandari.*
8 *Executor gratiæ Apostolicæ, non potest de illius substantia cognoscere.*
9 *Executor literarum Apostolicarū, si animaduertat illas esse obreptitias, quid facere debeat.*
10 *Papa solus, cognoscit de validitate propriæ gratiæ suæ.*
11 *Episcopis, & quibusuis Prælatis, ac personis Ecclesiasticis districtè est prohibita remoratio executionis literarum Apostolicarum, sub pœna Anathematis, & alijs ipso iure incurrendis, ex Constitutionibus Leonis X. & Clementis VII. quæ hic referuntur.*
12 *Clausula eo ipso, inducit pœnam ipso facto, non expectata aliqua sententia.*
13 *Alternatiua, an perdatur per Episcopū cōtrauenientē illius obseruātiæ, antequā Papa id declaret.*
14 *Et referuntur inter se dissidentes sententiæ.*
15 *Excōicatus, illicò destituitur facultate cōferendi.*
16 *Excommunicatus, siuè suspensus Prælatus, æquiparatur mortuo.*
17 *Excommunicatus potest conferre, si toleratus sit.*
18 *Excommunicatus, quando censeatur toleratus.*
19 *Excommunicati prouisio de beneficio, non valet, etiamsi collatarius ignoret excōmunicationem.*
20 *Intrusus etiam dicitur, qui obtinuit prouisionem ab excommunicato.*
21 *Prouisus de beneficio ab excōicato, quando incurrat excōmunicationem, quasi ex participatione.*
22 *Excommunicatus priuatur omni potestate, & auctoritate in quibusuis spiritualibus.*
23 *Excommunicati prouisio etsi nulla, si factum, ex quo excommunicationem incurrit, sit clarum.*
24 *Excommunicati prouisio, si excommunicatio sit occulta prouiso, an nihilominus sit nulla.*
25 *Excommunicatio occulta, non differt à manifesta, respectu personæ ipsius excommunicati, & quæ concernunt illius fauorem, aut ab ipso procedunt ad fauorem alterius.*
26 *Alternatiua* Episcopis cōcessa, *perditur ipso iure, et impeditur illius vsus, nō expectata declaratione Papæ, ex sententia Rotæ quæ hic expēditur.*
27 *Priuilegij reuocatio, non nocet antequàm sit deducta ad notitiam.*
28 *Priuilegij reuocatio, intimanda est personæ, cui fuit concessum, non autem tertio.*
29 *Intimatio, siuè denunciatio, non est facienda ei, qui non habet ius contradicendi.*
30 *Priuilegium, propter abusum reuocatur.*
31 *Ignorantia non toleratur in facto proprio, aut in his quæ sunt de iure communi.*
32 *Priuilegij reuocatio quæ contingit propter abusum, an inducatur ipso iure.*
33 *Priuilegium ei non prodest, qui illo abutitur.*
34 *Priuilegio per actus contrarios renunciatur.*
35 *Certus qui est, non debet certificari.*
36 *Intimatio vbi ad alium finem non requiritur, quàm notificandi, non debet fieri scienti.*
37 *Episcopus, quando censeatur abuti gratia alternatiuæ sibi concessæ.*
38 *Episcopus post acceptatam alternatiuam, si sit absens à sua Ecclesia in mensibus Iunij, & Decembris, an possit conferre.*
39 *Romana Curia non consueuit deferre stylis externorum, sed potius proprio stylo easdem indicare veras Canonum interpretationes.*
40 *Baldus nihil asserere, vel negare audebat, sine lege, licèt videretur ad id æquitate aliqua permoueri.*
41 *Regulæ Cancellariæ, qualitèr consueuerint per Summos Pontifices promulgari.*
42 *Causa quæ implicat præiudicium Papæ, non potest per inferiores cognosci.*
43 *Quemadmodum nec ea, quæ concernit interpretationem Constitutionis Apostolicæ promulgatæ ex certa scientia, & praua consultatione.*
44 *Causa de maioribus, quandò reputetur ex qualitate interpretabili.*
45 *Feudalia constituuntur bona, quæ aliàs libera sunt, ex simplici recognitione scientèr facta.*
46 *Certa species vbi est deducta in stipulationem, ea præstanda est.*
47 *Alternatiua, non resoluitur per simplicem absentiam Episcopi à sua Diœcesi, sed tantum suspenditur in præiudicium Episcopi.*
48 *Nisi Papa consentiat resolutioni, aut explicitè, aut implicitè.*
49 *Consensus vbi requiritur, non minus tacitus, quàm expressus attenditur.*
50 *Alternatiuæ resolutio, quando censeatur inducta ex consensu Papæ, & Episcopi.*
51 *Approbatio actus, potest induci æquè tacitè, ac expresiè.*
52 *Scriptura vbi est necessaria pro conficiendo actu, est quoquè necessaria pro eodē actu dissoluēdo.*
53 *Alternatiuæ acceptatio, potest iustificari alijs medijs quàm per literas patentes Episcopi.*
54 *Scriptura nō est necessaria pro dissolutione cōtractus, quādo non est de forma substantiali ipsius cōtractus, licèt cōsueuerit vt plurimù adhiberi.*

QVÆSTIO XLI.

Alternatiua quando amittatur, resoluaturuè.



EVENIENDO nunc ad extremū posterioris partis Regulæ, in qua agitur de amissione alternatiuæ propter abusum; Inprimis separanda est causa amissionis huiusmodi propter abusum, à causa resolutionis ipsius concessionis al-
1 ternatiuæ, ex contrario simultaneo † consensu, iuxta Regulā *l. nihil tàm naturale 35. de reg. iur.* Et qui-

2 Et quidem, cùm agitur † de abusu, Regula duplicitèr illum considerat: & primò, quãdo Episcopus se ingerit, seù intromittit in collatione, aliauè dispositione beneficiorum vacantium in sex mensibus, *Ianuario, Martio, Maio, Iulio, Septembri, & Nouembri*, pro Papa alternatis, aut aliàs quomodolibet reseruatorum, vel affectorum; secũdò, quando vbi Papa prouidit de eisdem beneficijs, quoquo modo præstat impedimentum, quominus prouisio, & gratia huiusmodi, suum consequatur effectum; his enim duobus casibus inducta est pœna priuationis vsus, & beneficij facultatis huius *eo ipso*. Siuè videlicèt Episcopus de facto conferre attentet vacantia in mensibus Apostolicis, vel aliàs quomodolibet reseruata, cum Regula id satis insinuet, in illis verbis, *sese intromiserint*, vt aduertit etiam hic *Chok. gloss. 20. num. 2.* siuè impediat, quominus literæ Apostolicæ super huiusmodi prouisionibus executioni mittantur; quod
3 licèt † minus frequens videri possit, cùm Episcopus qui non cõtulit, rarò vnquàm se opponat prouisionibus Papæ, vt per *Gonzal. gloss. 55. sub n. 33. vers. imò quando Episcopus*.

Nihilominùs grauius implicat delictum; nàm, vbi Episcopus cõnfert, vel tentat conferre in mẽsibus Apostolicis, nequè vllam habet excusationẽ,
4 videtur simplicitèr abuti priuilegio, indequè † ingratitudinis notari, vt benè deducit *Quintil. Mãdos. in tract. de ingratitudine c. 51. per tot.* (insitũ
5 mortalitati † vitium, vt ait *Senec. de Benef. lib. 2. c.*
6 *26.* cuius non datur actio † ex propria rei natura, vt disputat idem *lib. 3. ex cap. 6.*)

Vbi verò nititur impedire effectũ gratiæ Apostolicæ, scelus addit sceleri, nàm, vel executio sibi
7 est demandata, & † tunc debet eas, sine cunctatione aliqua, executioni demãdare, iuxta *text. in c. si*
8 *quando, de rescript.* si enim, † etiam de substantia ipsius gratiæ, fines suos excedendo, velit cognoscere, in manifestam prorumpit temeritatem, nàm de iudicio Sedis Apostolicæ velle iudicare, nimis perfractæ audaciæ est, *can. nemini, 30. 17. q. 1. c. 2. de confirmat. vtil. vel inutil.*

9 Et proptereà † si videt, gratiam ipsam laborare aliquo vitio obreptionis, aut subreptionis, potest quidem abstinere ab executione, sed nihil potest decernere cõtra ipsius gratię substantiã, quia hoc modo faceret se superiorem, vel parẽ Principi, & cõstitueret sedem suam ad Aquilonem, vt ita scribit *Bald. in conf. 359. sub n. 1. vers. præterea: executor lib. 1. Alex. Rauden. in tract. de Analog. cap.*
10 *28. n. 20. & 21.* soli enim † Papæ ipsi, permissa est hæc cognitio, *d. c. cum venissent, cum alijs suprà alleg. & adduct. per Gabr. conf. 162. ex n. 6. vol. 2.*

Vel executio est mandata alteri, & impediendo executionẽ grauiùs adhuc delinquit, & huc quidẽ
11 videtur respexisse Regula ista; siquidem † est enim, Vrbanũ VI. orto iam tunc schismate, concessisse quibusdã Prælatis, vt in eorũ Ciuitatibus, & Diœcesibus, executio literarum Apostolicarũ suspenderetur, donec eædẽ literæ ipsis, aut eorũ Officialibus probarentur, idquè pro euitandis scandalis, quæ poterant oriri in exequendis literis eorũ, qui se pro veris Romanis Pontificibus gerebãt, eosdẽquè Prælatos, & Officiales eorũ, non consueuisse relaxare literas, nisi sub nouo eorũ rescripto sub hac forma *placet*, aut *Vidimus*; & alios rursus horum exemplo paulatim, id moris, per abusum in suis paritèr Ciuitatibus, & Diœcesibus paulatim introduxisse; & alios rursus, etiã post schisma extinctũ, & dicta priuilegia per Summos Pontifices, vnà cum omnibus consuetudinibus abrogata, id procurasse in suis Synodis cõstitui, vt Tabelliones, seù Notarij etiã à partibus requisiti, literas Apostolicas, nullatenus reciperẽt, nisi eæ prius per ipsos Prælatos examinatæ forent; idquè ex causa, apud vulgares vtcũquè probabili, apud tamẽ alios subdola, & plena nequitiæ, videlicet euitãdi falsitates. Vndè Leo X. anno Incarnationis 1518. Kal. Martij, prout habetur in eius Cõstitutione 30. secundum nouum Bullariũ, omnia omnino decreta huiusmodi improbauit, & cõdemnauit, decernẽs, Iudices, & Executores in literis Apostolicis pro tẽpore deputatos, ac Notarios, & Tabelliones super his requisitos literas ipsas Apostolicas, sine alicuius personæ, cuiuscunquè Ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis fuerit licentia, vel consensu exequi posse, & debere.

Et insuper vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, Primatibus, Episcopis, & alijs Prælatis, & personis Ecclesiasticis, necnon Cõmunitatibus Ciuitatũ, & Vniuersitatibus castrorũ, &c. sub interdicti, singularibus verò Personis eorũ etiam secularibus, sub excõmunicationis, & Anathematis pœnis, quas eo ipso, si cõtra fecerint absquè alia declaratione incurrãt, & à quibus nõ nisi ab ipso Romano Põtifice, prætèrquã in mortis articulo cõstituti, & debita satisfactione præmissa absolui, & interdicti huiusmodi relaxationem obtinere possint, &c. districtè præcipiendo mandauit, nè Iudices, & Executores literarũ Apostolicarũ, ac Notarios, & Tabelliones super his requisitos, quominus literas Apostolicas huiusmodi exequi possint, quoquo modo impedire præsumant, ac eos qui executionẽ literarum huiusmodi impedientibus, auxilium, consilium, vel fauorem, quouis modo, directè, vel indirectè, publicè, vel occultè præstare præsumpserint, etiamsi Patriarchali, Archiepiscopali, Primatiali, Episcopali, & quauis alia Ecclesiastica, vel Mundana, etiã Imperiali, Regali, Reginali, aut Ducali, vel alia præfulgeãt dignitate, eidẽ excõmunicationis, & Anathematis sententiæ, à qua nõ nisi, vt præfertur absolui possint, subiacere, ac Ciuitates, Terras, Castra, &c. & ad quæ inobedientes, & contra facientes declinare, & in quibus morã trahere contigerit, Ecclesiastico supposuit interdicto; Ac sub eisdẽ pœnis mandauit illis, in quorũ libris Cõstitutiones Synodales, & Prouinciales huiusmodi descriptæ reperiuntur, ità illas deleri, & cassari faciant, vt ampliùs legi non possint.

Et Clemẽs Septimus, Incarnationis Dominicæ 1533. 4. Kal. Ian. repetitis omnibus his, vnà cum Cõstitutione Leonis, de nouo Cõstitutiones Prouinciales, & Synodales, de non exequendo literas Apostolicas, sine placito ordinariorum locorum, & nisi ipsæ literæ sint prius per eosdẽ ordinarios, seù eorum Officiales, aut Sigilliferos, vel Cõmis-

farios visæ, & admissę in aliquibus Ecclesijs, ac Ciuitatibus, Diœcesibus, & Prouincijs, per totū Orbem terrarum constitutis, editas, & factas, ac quomodolibet, etiam sub colore obuiādi falsitatibus, & fraudibus, innouatas cassauit, & annullauit, & de nouo opponentes se executioni literarum, etiam prætextu quorumcunquè priuilegiorum Apostolicorum, excōmunicationis, & Anathematis pœnis, eosdem, tàm Ecclesiasticos, quàm seculares eo ipso subiecit, Constitutiones Leonis X. & aliorum Romanorum Pontificum, in hac re plurimū ampliando, vt in eius *Constitut. 39.* secundum nouum Bullarium. Et quoniam audiui, adhuc in aliquibus partibus, nonnullos Antistites, & eorum Officiales, hanc sibi auctoritatem vsurpare, vt non patiantur literas Apostolicas aliter exequi in suis Diœcesibus, quàm sub suis placitis, & Executorialibus, nec mihi tamen persuadere possum, eos habere notitiam harum Constitutionū, propterea nè viri pij, & ab orthodoxa fide minimè alieni, deinceps in huiusmodi lapsus, per ignorantiam trahantur, minimè grauabor pro eorum cautione, & salute, totum, & integrum Clementinæ huius tenorem subijcere, qui est, vt sequitur.

Romanus Pontifex, qui soles pro debito Pastoralis officij alios in sua iustitia confouere, nō debet suam, & Apostolicæ Sedis iustitiam negligere, quarè nos ad ea debemus sollicitè intēdere, per quæ nostra, & eiusdem Sedis auctoritas conseruetur, & quæ propterea à Rom. Pontific. prædecessoribus nostris prouidè processisse comperimus, vt perpetuò firma, & illibata persistant, libentèr Apostolico munimine roboramus, ac alias nostræ prouisionis remedium adijcimus, prout in Domino conspicimus salubritèr expedire.

§. 1. Sanè, licèt bonæ memoriæ Vrbanus Papa Sextus, in sua obedientia nuncupatus concesserit certis Prælatis, vt in eorum Ciuitatibus, & Diœcesibus executio literarum Apostolicarū fieri non possit, nisi literæ ipsæ eisdem Prælatis, aut eorum Officialibus prius exhibitæ, & per eos approbatæ forent; Et eorundem Prælatorum Officiales id in consuetudinem deduxissent: Aliqui verò prætextu Statutorum Prouincialiū, seu Synodalium etiam seruassent, quod nullus literas Apostolicas huiusmodi exequi auderet, nisi postquā Prælati, seu Officiales ipsi, per suas literas, quas Vidimus, seu Placet nuncupabant, mandarēt, et concederent, vt Iudices in ipsis literis Apostolicis deputati, illas exequi possent.

§. 2. Tamen fel. recor. Bonifacius Papa Nonus, etiam in sua obedientia nuncupatus, prouidè attendens, quod propter tales literas Vidimus, seu Placet nūcupatas, impetrātes Apostolici, sæpè literarū Apostolicarū effectum consequi nequiuerāt, concessionem Vrbani huiusmodi, ac statuta quæcunque super his facta reuocauit, cassauit, & annullauit, ac decreuit, quod Iudices, et Executores quicunque in literis Apostolicis pro tempore deputati, etiam sine licentia, vel consensu quorūcunquè Prælatorum, vel Superiorum, aut Officialiū eorūdem, literas Apostolicas exequi possent, & deberēt.

§. 3. Et successiuè fel. record. Martinus Papa Quintus Prædecessor noster in Concilio Constantien. considerans quod in exordijs pestiferi, & antiquati schismatis tunc per Dei gratiam extincti, ad tollendum scandala, quæ propter executionem diuersarum literarum, quæ ab his qui pro Romanis Pontificibus in diuersis obedientijs se gerebāt, in nōnullis partibus oriebantur, supradictus Vrbanus in sua obedientia quibusdam Prælatis supradictam concessionem fecerat, & quod postea ipsi Prælati, seu Officiales in cōsuetudinem traxerant: aliqui verò prætextu dictorum Statutorum prouincialiū, seu Synodalium, seruabāt & seruari faciebant, quod literas Apostolicas nullus exequi deberet, nisi postquam Prælati, seu Officiales ipsi per suas literas, quas Vidimus, seu Placet, vt præfertur, nuncupabant, mandarent, & concederent quod possint exequi per Iudices in eis deputatos; propter quod executio literarum Apostolicarum plus debito plerunquè retardata fuerat, & sæpè ipsæ literæ Apostolicæ exetutione caruerant totaliter, in grauem iniuriam Sedis Apostolicæ, & enorme impetrantium præiudicium, & grauamen; censensquè rationi congruum, vt quod dicti schismatis calamitas introduxerat, pacis tēpore aufferretur, concessionem prædictam, & quæcunquè Statuta circa præmissa quomodolibet facta, auctoritate Apostolica, dicto sacro Concilio approbante, reuocauit, cassauit, & annullauit; ac voluit, & decreuit, quod Iudices, & Executores quicunquè in literis Apostolicis deputati, & deputandi, & alij quicunque, necnon Notarij, & tabelliones super his requisiti, & requirendi, absquè huiusmodi literis Vidimus, seu Placet nuncupatis, ac etiam licentia, vel assensu quorumcunquè Prælatorum, Patriarchali, aut alia quauis dignitate insignitorum, & locorum Ordinariorum, aut Officialiū eorundem liberè huiusmodi literas Apostolicas exequi deberent, atquè possent; ac eadem auctoritate decreuit, omnes & singulas sententias, quas prædicti Prælati, aut eorum Officiales contra huiusmodi Iudices, vel Executores, seu impetrantes, propter executiones huiusmodi per eos faciendas instixerant, & promulgauerant, irritas & inanes, ac nullius existere roboris, vel momenti. Necnon quemcunquè, qui contra præmissa aliquid attentare præsumeret, ab exercitio iurisdictionis Ecclesiasticæ per tres menses suspensum fore.

§. 4. Ac nouissimè piæ memoriæ Leo Papa X. etiam Prædecessor noster, cùm aliàs in publica Signatura coram eo nonnullæ supplicationes propositæ fuissent, continentes, quòd in Toletan. & Carthaginen. Ecclesijs, sub colore falsitatibus obuiandi, cōdita fuerant Constitutiones Synodales, quibus caueri dicebatur, vt Tabelliones, & Notarij, etiam à partibus requisiti, literas Apostolicas nullatenus recipere possent, nisi illæ prius per Archiepiscopum Toletan. et Episcopū Carthagin. pro tempore existentes, aut eorum officiales examinatæ forent, & ab eodem Leone prædecessore earundem Constitutionum confirmatio peteretur, petitionem huiusmodi, vt ratione carentem (cùm Romani Pontificis gesta per inferiores, & sibi subditos, sine eius speciali licentia, examinari non deberent)

deberent) indecens, & absurdum, quinimò temerarium fore censens, quod aliquis, quauis occasione literas Apostolicas sine Romani Pontificis speciali commissione examinare velle præsumeret, ac supplicationes ipsas, prout meritò reijciendæ erãt, reiecit, & coram eo lacerari fecit. Ac super his tale remedium adhibere volens, vt alijs in posterum committendi similia aditus precluderetur, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, literas dicti Bonifacij approbauit, & innouauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, illasq; inuiolabilitèr obseruari decreuit.

§. 5. Necnon quascunquè Constitutiones Synodales, tàm in dictis Toletan. & Carthaginen. quàm quibusuis alijs Ecclesijs per vniuersum Orbem constitutis super his factas, motu, scientia, auctoritate, & potestate prædictis, cassauit, & annullauit. ac statuit, & ordinauit, quod Iudices, et Executores in literis Apostolicis pro tẽpore deputati, ac Notarij, & Tabelliones super his requisiti ipsas literas Apostolicas sine alicuius personæ, cuiuscunquè Ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis essẽt, licẽtia, vel cõsensu, exequi possint, et deberẽt.

§. 6. Et insuper vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, Primatibus, Episcopis, & alijs Prælatis, & personis Ecclesiasticis, necnon Communitatibus Ciuitatum, & Vniuersitatibus castrorũ, oppidorum, terrarum, et locorum, sub interdicti, singulisque personis eorũ, etiam sæcularibus, sub excõmnicationis, & anathematis pœnis, quas eo ipso si cõtrafecissent, absquè alia declaratione incurrerent, et à quibus non nisi ab eodem Leone prædecessore, vel successoribus suis canonicè intrantibus, præterquàm in mortis articulo cõstituta, & debita satisfactione præmissa absolui, et interdicti huiusmodi relaxationẽ obtinere possent, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandauit, nè iudices, & Executores literarum Apostolicarum, ac Notarios, & Tabelliones super his requisitos, quominus literas Apostolicas huiusmodi exequi possent, quoquo modo impedire præsumerent; ac eos, qui executionem literarum huiusmodi impedirent, seù impedientibus, auxilium vel fauorẽ quouis modo, directè vel indirectè, publicè vel occultè, præstare præsumerent, etiamsi Patriarchali, Archiepiscopali, Primatiali, Episcopali, vel quauis alia Ecclesiastica, vel mundana, etiam Imperialis, Regali, Reginali, aut Ducali, vel alia præfulgeant dignitate, eidem excommunicationis, & anathematis sententiæ, à qua nõnisi, vt præfertur, absolui possent, subiacere, ac Ciuitates, Terras, Castra, Oppida, & loca prædicta, ad quæ inobedientes, & contrafacientes declinare, & in quibus moram trahere contingeret, Ecclesiastico supposuit interdicto, tandiu firmitèr obseruãdo, donec compuncti corde, interdicti huiusmodi relaxationem, debita satisfactione præmissa, meruerint obtinere, motu, scientia, auctoritate, & potestatis plenitudine similibus decreuit.

§. 7. Necnon sub dictis pœnis etiam mandauit illis, in quorum libris Constitutiones Synodales, et Prouinciales huiusmodi descriptæ reperirentur, vt eas deleri, & cassari facerent, vt amplius legi non possent, prout in singulis dictorum prædecessorum desuper confectis literis pleniùs continetur.

§. 8. Cùm autem nobis summè cordi sit, conatibus istorum, qui executionem literarum, & mandatorum Apostolicorum sic impediunt, omnibus, quibus cum Deo possumus, modis, vijs, & medijs obuiare, quamuis enim de præsenti sint alia turbulentissima, & deploranda tempora, & in nonnullis partibus damnatissimæ hæreses pullulent, tamen his temerarijs præsumptionibus duximus necessariò obuiandum. Nos igitur, qui sumus, licèt immeriti, diuina prouidentia vnicus sponsus Ecclesiæ sponsæ nostræ, & non debemus nostram, & ipsius sponsæ nostræ iustitiam negligere, qui alios in sua iustitia confouemus, inducti eisdem rationibus, quibus præfatus Martinus prædecessor est sacro Cõcilio prædicto, motus fuit; Motu proprio, & ex certa scientia, ac de nostra matura deliberatione, & de simili potestatis plenitudine, singulas Bonifacij, Martini, & Leonis prædecessorum literas huiusmodi, ac omnia & singula in eis contenta, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus et innouamus, plenamquè roboris firmitatem obtinere, ac perpetuò inconcussè, & inuiolabilitèr obseruari debere decernimus.

§. 9. Necnon quascunquè Constitutiones Prouinciales, & synodales de non exequendo literas Apostolicas sine placito Ordinariorum locorum, et nisi ipsæ literæ sint priùs per eosdem Ordinarios, seù eorum Officiales, aut Sigilliferos, vel Commissarios, visæ & admissæ in supradictis, & quibusuis alijs Ecclesijs, ac Ciuitatibus, Diœcesibus, & Prouincijs per totum Orbem terrarum constitutis, vt præfertur, editas, et factas, ac quomodolibet, etiam sub dicto colore obuiandi falsitatibus, & fraudibus; innouatis, motu, scientia, auctoritate, et potestatis plenitudine prædictis, cassamus, & annullamus, ac ex quibuscunquè libris vbi descriptæ reperiuntur, penitus cassari, & deleri, sub dictis pœnis mandamus.

§. 10. Necnon de nouo statuimus, & ordinamus, quod Iudices, & Executores in literis Apostolicis pro tempore deputati, ac Notarij, et Tabelliones super his requisiti, ipsis literas Apostolicas, liberè, & sine alicuius personæ cuiuscunquè Ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis fuerit, licentia, vel consensu exequi possint, & debeant. Et nihilominus vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, Primatibus, Episcopis, locorum Ordinarijs, eorum Officialibus, Sigilliferis, & Cõmissarijs, ac alijs personis, tàm Ecclesiasticis, quàm sæcularibus, quauis auctoritate fungentibus, necnon Communitatibus Ciuitatum, & Vniuersitatum Castrorum, Oppidorum, Terrarum, & locorũ, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, & anathematis pœna in eorum singulos, quam si contrafecerint, eo ipso, etiam absquè alia declaratione desuper facienda, incurrant, à qua non nisi per nos, aut successores nostros Canonicè intrantes, etiam prætextu quorumcunquè priuilegiorum Apostolicorum eis, etiam per nos quomodolibet concessorum, aut innouatorum, quæ eis quoad hoc nullatenus suffragari volumus, præterquàm

in mortis articulo constituti, & debita satisfactione praeuia, absolui possint, districtè praecipiendo mandamus, nè iudices, & executores literarum Apostolicarum, ac Notarios, & tabelliones super his pro tempore requisitos, quominus literas Apostolicas huiusmodi liberè, & absquè eorum placito, licentia, & consensu exequantur, quouis modo impedire praesumant.

§. 11. Nos enim omnes illos, qui executionem literarum Apostolicarum impediuerint, seu impedientibus, auxilium, consilium, vel fauorem, directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, aut quouis quaesito colore praesumpserint, etiamsi Patriarchali, Archiepiscopali, Primatiali, Episcopali, & quauis alia, Ecclesiastica, vel mundana, etiam Imperiali, Regali, Reginali, Ducali, vel alia dignitate praefulgeant, per alias nostras literas in die Coena Domini publicè lectas, excommunicauimus, & anathematizauimus, prout etiam tenore praesentium eos eisdem excommunicationis, & anathematis sententia, à qua non nisi, vt praefertur, absolui possint, subiacere; ac Ciuitates, Terras, Castra, Oppida, & Loca, in quibus dicti inobedientes, & contrafacientes manserint, & ad quae eos declinare contigerit, ecclesiastico suppositā esse interdicto, tandiu firmitèr obseruando, donec ad cor reuersi, interdicti huiusmodi relaxationem, debita satisfactione praemissa, meruerint, à nobis, aut dictis successoribus nostris obtinere. Necnon omnes & singulas sententias, censuras, & poenas quas dicti Ordinarij, aut eorum Officiales contra huiusmodi Iudices, & Executores literarum Apostolicarum, aut illas impetrantes, seu Notarios, & Tabelliones, propter executiones per eos factas, vel faciendas inflixerunt, & promulgarunt, aut in futurum quomodolibet infligent, aut promulgabunt, irritas, & inanes, ac nullius roboris vel momenti existere, eisdem motu, scientia, auctoritate, & potestatis plenitudine, decernimus, & declaramus.

§. 12. Quocirca, dilecto filio Curiae causarum Camerae Apostolicae generali Auditori, auctoritate, & tenore praedictis, motu simili committimus & mandamus, vt si, & quando, ac quotiens de caetero ad eius notitiam per delationem partis cuius interest, vel Fisci nostri, seu famam publicam, aut aliàs quouis modo deducatur, dictos Ordinarios, seu eorum officiales, Sigilliferos, & Commissarios, aut quosuis alios, seu eorum aliquem dictis Constitutionibus, vt praefertur, cassatis, & annullatis, adhuc pertinacitèr vti, & illas ex eorum libris non deleuisse, seu ipsos Iudices, & executores literarum Apostolicarum, ac Notarios, & tabelliones super his requisitos, quominus easdem literas Apostolicas, liberè, & absquè eorum placito, visione, vel admissione exequantur, quoquo modo impediant, seu impedientibus praemisso, aut alio quouis modo auxilium, consilium, vel fauorem praestent, habitis, & receptis prius per eum desuper aliquibus probationibus ad instantiam partis, vel Fisci, vel etiam ex mero officio, etiam summariè, & extraiudicialitèr, quantum sufficere videbitur, eisdem Ordinarios, eorumquè officiales, & sigilliferos, & commissarios, ac quosuis alios in praemissis culpabiles, & eorum singulos, etiam nominatim, & in specie, ad instantiam partis, vel Fisci praedictorum, vel etiam ex suo mero officio, prout sibi videbitur magis expedire, vigore praesentium peremptoriè moneat, & requirat, ac moneri & requiri faciat, etiam per edictum publicum in locis affigendum publicis, & partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad ipsorū monitorum notitiam peruenire valeat, ad comparendum legitimè coram eo, infra terminum arbitrio suo eis praefigendum, per se, vel procuratores idoneos, & si sibi videbitur quoad officiales, & sigilliferos, ac commissarios, & alios inferiores, etiā personalitèr, & non per procuratorē, sub priuationis omnium, & singulorum Beneficiorum, et Officiorum Ecclesiasticorum per eos obtentorum, et ad illa, & quaeuis alia obtinenda, & eorum officia, & alios quoscunque actus legitimos exercendum, inhabilitatis poenis, eo ipso, si non paruerint, incurrendis, seu de praemissis legitimè excusandum, & quoad Officiales, & Sigilliferos, ac Commissarios, alitèr quàm quod iussu dominorum suorum id fecerint, cum hoc casu teneantur nobis tanquā maiori potestati obedire, non autem eorum dominis tanquam minori potestati nobis subiectae; quo quidē termino elapso, & dictis monitis modo praemisso non comparentibus, seu se non sufficientèr, vel minus legitimè excusantibus, eos omnes & singulos, etiam nominatim, & in specie quacunque appellatione, vel exceptione remota, pro excommunicatis, & anathematizatis, ac Ciuitates, castra, oppida, & loca in quibus manserint, & ad quae eos declinare contigerit, similitèr nominatim, & in specie pro interdictis vbiquè locorum, publicari & denunciari faciat; ipsosquè officiales, Sigilliferos, & commissarios, ac alios inferiores, dictam priuationis poenam damnabilitèr incidisse, & eorum beneficia, & officia tanquam per priuationem huiusmodi, tàm de iure, quam de facto verè vacantia, à nobis & dicta Sede duntaxat liberè impetrari posse, ac eos ad illa, & quaeuis alia beneficia, & officia Ecclesiastica obtinenda, ac eorum officia, & quoscunquè alios actus legitimos exercendum penitus inhabiles, perpetuò fore, auctoritate nostra declaret, literasquè desuper necessarias, & opportunas sub sigillo quibusuis petentibus, det & concedat.

§. 13. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quae Bonifacius, Martinus, ac Leo praedecessores praefati in dictis suis literis voluerunt non obstare, contrarijs quibuscunquè, aut si aliquibus, communitèr vel diuisim, ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut eorum loca Ecclesiastico interdicto supponi non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Quod quidem indultum decernimus eis, quacunquè auctoritate muniti sint, contra praemissa in aliquo suffragari non posse, quominus ipsi huiusmodi sententijs, & poenis subiaceant, & dictalo-

Eta loca Ecclesiastico interdicto suppofita existāt.

§. 14. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, volumus & mandamus, eas in Cancellaria Apostolica publicari, & in quinterno eiusdem Cancellariæ describi, & præfatum Auditorem lapsis duobus mensibus post publicationem huiusmodi, ad illarum executionem modo præmisso procedere posse decernimus, & declaramus.

§. 15. Nulli ergò omnino hominum liceat hāc paginam nostræ approbationis, innouationis, cassationis, annullationis, statuti, ordinationis, declarationis, voluntatis, mandatorum, & decretorum, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurū. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1533. quarto Kal. Ianuarij, Pontificatus nostri Anno vndecimo.

Hic (inquam) respicere videtur Regula hæc in illis verbis, *Quominus prouisiones, & gratiæ Sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquo modo præstiterint, vsu, & beneficio prædicta facultatis, eo ipso priuati existant.*

12 Vt verò † apertè constat, his casibus Episcopū gratia alternatiuæ ipso iure, non expectata aliqua sententia, destitui, propter illa verba *eo ipso*, iuxta tradita per *gloss. in cap. quam sit, super verb. eo ipso de elect. in 6.* & per alios scribentes passim, cum latissimè congestis per *Gonzal. glos. 56. ex*
13 *num. 29.* Ità in ambiguo est, an † nihilominus necessaria sit declaratio Papæ, siuè acceptatio istius amissionis, cùm possit eius interesse, alternatiuam in Episcopo adhuc conseruari, vt considerat idem *Gonzal. ead. gloss. 56. num. 49.*

14 Et sanè valde est controuersus † articulus, vt liquet ex traditis ibi per eum *ex num. 48. vsquè ad numerum 124. & Rota in Vicen. Præceptoriæ 4. Decembris 1592. coram Blanchetto*, visa est inclinare in eam sententiam, vt omnino exigatur declaratio, & acceptatio Papæ; at mox in præallegata *Sulmonen. Alternatiuæ* id iterùm reuocauit in dubium; & licèt articulum non deciderit, plurimum tamen inclinauit in contrariam negatiuam sententiam, ea ratione, quia satis constet de hac declaratione, & acceptatione Papæ, adeoquè de illius consensu ab initio, ex forma huius quasi contractus in ipsa Regula expressa, Vndè frustrà exigitur noua declaratio, quæ est præcipua ratio, qua etiam motus fuit *Gonzal. ead. gloss. 56. num. 119.* vt hanc eandem sententiam magis probaret, licèt *sub n. 124.* adhuc plurimum videatur hærere.

Cæterùm, si versemur in posteriori casu Regulæ, videlicet præstiti impedimēti per Episcopum, videtur controuersia hæc carere omni probabili difficultate, ex suppositione tamen, quod impedimentum sit notorium; nàm vt illico incurritur excommunicatio, ex præfatis duabus Constitutionibus Leonis X. & Clementis VII. impossibile est, vt in Episcopo ità excommunicato, conserue-
15 tur facultas alternatiuę, cum † eo ipso destituatur iure conferendi, quod est incompatibile cum excommunicatione vt notant omnes per eum *text. in cap. 1. nè Sede vacante in 6.* præcipuè verò *Gemin. num. 2. Ancher. itidem sub num. 2. vers. Item*
16 *colligo, Franch. nu. 2.* vbi † rationem reddit, quià videlicet parificatur Prælatus naturalitèr mortuus, & suspensus, siuè excommunicatus; hoc idē docet *Imol. in cap. veritatis n. 12. de dol. & contu-*
17 *mac.* vbi licèt distinguat † inter excommunicatum toleratum, & non toleratum, quemadmodùm etiam distinguit *Abb. in cap. si verè 34. num. 9.*
18 *de sententia excommunicat.* tamen † etiam declarar, quando dicatur excommunicatus toleratus, videlicet quando est occultus, vt ibi per eū, & ita etiam docet *Socin. in cap. sacris num. 88.*
19 *de sententia excommunicat.* vbi † vult, non excusari ex ignorantia collatarij, si factum, nedùm
20 sit notorium, sed etiam † si pro eo vrgeat communis, & probabilis opinio, adeò vt huiusmodi collatarius dicatur intrusus, vt concludit *Rebuff. super Regul. de subrogan. gloss. 4. num. 12.* quic-
21 quid sit † respectu incursus pœnæ excommunicationis, ex participatione cum excommunicato; in quo articulo procedit distinctio inter exercentem publicum officium, & non exercentem, vt aduertit *Couar. in cap. Alma mater. in 1. par. §. 7. sub nu. 9. circa finem, vers. cum ea tamen adnotatione de sententia excommunicat.* & hanc sententiam, quod collator excommunicatus, siuè suspēsus destituatur omni potestate cōferendi, probauit etiā *Rota apud Cas. de Grass. decis. 191. nu. 12. & 20.*
22 quemadmodùm † omni alia potestate, & auctoritate, in cæteris spiritualibus, vt præter supradictos tenuerunt *Sanctus Antoninus, Tabiena, Paludanus, Gabriel, Henriquez, Vgolinus, Theologorum præcipui*, quos benè congessit *Gregor. Sayr. in Thesauro casuum conscientiæ tom. 2. quem inscripsit de censur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 6. num. 2.* vbi latissimè per totum illud caput, materiam hanc disputat & exornat.

23 Neque † vbi factum, ex quo resultat excommunicatio clarum est, in hoc dissentit Rota *in recen. decis. 534. nu. 2. par. 1.* à qua tamen est cauendum,
24 dum supponit, collationem † non valere, etiamsi excommunicatio esset occulta, vt debeat intelligi, vel si fortè sit occulta ipsi collatario tantùm, secus verò, si esset occulta etiam alijs, vt posset videri toleratus, secundum expositionem *Ioann. de Imol. in d. cap. veritatis num. 12. de dolo, & contumacia*, (aliàs enim esset contra mentem omnium suprà citatorum asserentium, excommunicatum toleratum, siuè occultum validè conferre, quod etiam probauit *R. p. d. Martinus Bonacina in suo tractatu de censuris disputat. 2. quæst. 2. punct. 5. in 2. propositione nu. 6. & per tot.*) vel si tractetur de collatione beneficij, quæ iure aliquo singulari spectet ad aliquem priuatum, atquè ita non ratio-
25 ne publici officij; quià hoc casu † nulla est differentia inter occultum, & manifestum excommunicatum, vel inter ea, quæ tendunt ad eius fauorem, aut ea quæ ab ipso procedūt in fauorem alterius, vt ex mente *Innoc. & Ioan. Andr. colligit Abb. in cap. postulastis 7. num. 4. de clerico excom. ministrant.*

ministran. & ita etiam loquitur *Caßad. decis. 1. num. 4. de praeben.* & sic intelligenda est *Caesaris de Graf. decis. 191. nu. 12.* superius allegata, quam adducit *Rota d. decis. 534. sub num. 2.* cum fundetur super doctrina *Abbatis, & Caßad.* in locis proximè allegatis.

Si autem versemur in priori casu Regulæ, videlicet simplicis abusus, quicquid in vtramquè partem
26 disputet *Gonzal.* videtur † controuersia hæc decisa apud *Crescen. decis. 13. de priuilegijs*, si rectè ea decisio expendatur; Vt enim suprà *q. 37.* ostendimus, quandò ante Cōcilium concedebantur expectatiuæ, Regula de octo mensibus tendebat in fauorem expectantium, & alternatiua, quæ Episcopis concedebatur, concernebat fauorem hunc Episcoporum, nè in sex mensibus pro ipsis alternatis, haberetur ratio expectariuarum. Cùm ergò Episcopus contrauenisset alternatiuæ, expectans autem acceptasset beneficiū vacans in mēse alternato pro Papa, qui aliàs cessisset liberæ collationi Episcopi, cuiusmodi est Martius, & simplicitèr quæreretur, an huic expectanti suffragaretur priuilegiū alternatiuæ, fuit in ea specie decisum, non suffragari, quià censeretur per contrauentionem reuocatum. Et cùm pro parte expectātis responderetur, reuocationem illam non esse attendendam in eius præiudicium, quià non fuisset sibi
27 intimatum, cum † indulti reuocatio nemini obsit, nisi posteaquam deducta est ad eius notitiā, iuxta sententiam *Archid. in cap. fin. sub num. 5. vers. vbi reuocatur indulgentia*, quem ibi sequuntur *Ioan. Andr. sub n. 2. super verb. reuocamus, & Franeb. sub num. 5. vers. an autem reuocatio priuilegij, de rescript. in 6.* fuit huic fundamēto satisfactum du-
28 plici responsione: prima, quod illa † intimatio debeat quidem fieri ei, cui est concessum priuilegiū, at minimè tertio cuiquam, nèc aliter loquantur præcitati Doctores; quod etiam constat manife-
29 sta ratione, cùm actus † non veniat necessariò intimandus ei qui non potest contradicere, nèc vt fieret talis notificatio, vllibi in iure est expressum, vt post alios tradit *Dec. cons. 169. sub num. 4. vers. nam in dictis locis.*

Altera (& hæc resoluit punctum) quià ex forma facultatis Alternatiuæ, reuocatio propter contrauentionem inducitur ab ipsa lege, etenim ipsa
30 est † quæ reuocat, *can. priuilegium, 11. quaest. 3.* quo casu nō est necessaria aliqua intimatio, iuxta doctrinam *Ancher. in clem. vnica, sub nu. 8 vers. item praedicta omnia de renunciat.* quam probauit *Fel. in cap. ex parte Decani, sub num. 21. vers. fallit vndecimo, de rescript. per text. in l. si pecuniam, §. procurator, ff. de condictione ob causam*, & sequitur etiam *Ioan. de Anan. cons. 25. sub n. 7. vers. vltimo pro hac parte.*

Quæ si obtinent (vt concludit decisio prædicta) respectu tertij, multò magis procedunt respectu Episcopi qui contrauenit, nàm cùm non possit
31 ignorare aut factum † quod ab ipso processit, *l. non est ferendus, ff. de transact.* aut dispositionem iuris, *l. Regula 11. ff. de Regul. iur.* & in consequens se amisisse priuilegium, sinè factum consistat in mero, & simplici abusu, vt loquitur *text. in*
32 *d. can. priuilegium*, & quidem † ipso iure, vt contra sententiam Vgonis, & Laurentij quos ibi refert *Turrecrem. num. 2.* tenent ibi alij communitèr, videlicet *Archid. num. 1. Bellam. sub num. 6. vers. in glossa perditur, Praepos. sub num. 1. vers. in glossa, Gemin super expositione 2. glossa.* vndè ge-
33 neralitèr † constitutum est, priuilegium ei non prodesse, qui illo abutitur, *l. nullos, & l. Iudaeos C. de Iudaeis, Surd. decis. 307. num. 9.* siuè idem factum consistat in actibus è diametro contrarijs, &
34 cum ipso priuilegio incompatibilibus, quo † casu cēsetur eidem priuilegio renunciatum, *c. si de terra vbi Dec. num. 21. de priuil. idem Dec. in c. cum accessissent num. 90. de constit. cum alijs per Surd. cons. 419. num. 6.* Frustra desideratur, vt id sibi insinuetur, siuè id referatur ad articulum amissionis siuè ad articulum voluntatis ipsius Papæ iam declaratæ in hac ipsa Regula, adeoquè eidem Episcopo insinuatæ in ipsius concessionis limine, vt etiam animaduertit *Rota in praeallegata Sulmonen. alternatiuae*, & *Gonzal. d. gloss. 56. num. 119.*
35 Inane enim est, † certum certificari, *l. 1. §. venditor, in princ. & in fin. vers. hae ita vera, de actio. empt. c. cum qui certus est, 31. de Regul. iur. in 6.*
36 Et ideò intimationem † non debere fieri scienti, vbi ea ad alium finem non requiritur, quàm notificandi, tradunt *Alex. cons. 24. n 4. lib. 4. & cons. 138. sub nu. 1. vers. nam vbi quis certus est, lib. 7. Socin. Iun. cons. 120. nu. 16. vers. & maximè, quia si denunciatio, vol. 3.* plures cumulat *Tiraquell. de retractu consanguin. §. 36. gloß. 2. num. 30.* sequitur *Menoch. cons. 1004. num. 6.*

Ex quibus concluditur, amitti vsum alternatiuæ per Episcopum in continenti, vbi ipse, aut impedit remoraturquè gratiam Apostolicam factam tanquam de reseruato, aut vbi facultate concessa abutitur, aut deniquè vbi aliquid agit, quod se nō compatiatur cum ipsa facultate concessa, vt ita distinguatur abusus à contrauentione, etiam in ratione consecutiua amissionis priuilegij; si enim
37 prætextu † alternatiuæ, nedum occuparet menses pro se alternatos, sed etiā inuaderet Apostolicos, hoc verè, & propriè esset abuti priuilegio, quippe sic videretur facultatem hanc impetrasse, vt tutiùs sub illius clypeo delinquat, quod ad abusum pertinere clarè scripsit *Surd. in praeall. decis. 307. n. 10.* Si verò in suis proprijs cōferret, nō seruata lege sibi præscripta, vtiquè idem discrimen incurreret, propter renunciationem implicitam huic facto, vt propterea apertè constet, sententiā *Gonzal gloß. 43. ex num. 121. vers. ex aduerso tamen*, volentis, Episcopum destitui facultate confe-
38 rendi etiam † in mensibus pro ipso fixis, videlicet *Iunio, & Decembri*, & huic contrariam *Nicolai Garz. in praealleg. 5. par. cap. 1. num. 506.* quam controuersiam attigit, sed non resoluit *Rota in praeallegata Papien. Beneficij*, sic posse componi, vt si quæratur simplicitèr de validitate prouisionis factæ per Episcopum non residentem in altero ex his mensibus, prouisio, (ex suppositione tamen recessus ab alternatiua,) debeat censeri valida; si autem quæratur, an ista validitas compatiatur se cum integritate alternatiuæ, prorsus id negandū

sit; ratio

fit; ratio primi dicti est præsumptio recessus ab al-
ternatiua, pro sustinendo actu, iuxta Regulam
l. quoties, de reb. dub. ratio secundi dicti, est repu-
gnantia inter validitatem huiusmodi actus, & le-
gem adiectam in alternatiua, de residendo in sin-
gulis mensibus pro Episcopo alternatis, & nun-
cupatim, in illis ipsis, *Iunio, & Decembri*: hucquè
tendunt fundamenta eius sententiæ, quæ benè ex-
cogitauit vir egregius *d. glos. 43. ex nu. 128.* qui-
bus minimè satisfacit *Garz. sub d. num. 506. vers.
rursus quarti*; dum ad finem subdit, in alternati-
ua fieri mentionem de illis mensibus causa demõ-
strationis, proindequè onus, & conditionem resi-
dentiæ, non censeri impositum respectu horum
duorum, sed aliorum quatuor, qui per alternati-
uam de nouo conceduntur; & ità videri commu-
ni sensu, & praxi receptum. Nàm quoad commu-
nem sensum, & praxim, nisi id referat ad commu-
nem sensum, & praxim extra curiam, hoc alienum
est à veritate, nequè hactenus in curia id seruatum
fuit, & propterea non est habenda in cõsideratio-
ne, talis communis sensus, & practica. Roma-
39 na enim † Curia, in interpretandis legibus, præci-
puè Canonicis non sequitur sensum, & stylum Iu-
dicum de partibus, sed potius illis indicat ex pro-
prio sensu, & stylo, quæ sit vera interpretatio, *Ro-
ta in recen par. 1. decis. 212.* & conferũt, quæ scri-
psimus in apparatu ex *num. 63.* Proindequè leuis-
sima est in hac re opinio *Garz.* loquentis sine le-
40 ge, & auctoritate, quod nec † vnquàm se ausum,
ex quacunque apparenti æquitate, contestatur
*Bald. in l. fin. sub num. 47. C. de edict. D. Adriani
tollen.*

Er certè, res admodum foret ridicula, si recta
interpretatio Regularum Cancellariæ, nobis pe-
tenda esset à placitis externorum, & non potiùs
ab ijsmet, qui earum compositioni interueniunt;
41 consueuit † enim hac in re Summus Romanus Põ-
tifex, eas non priùs euulgare, quàm excussæ
fuerint acerrimo iudicio præcipuorum Curiæ Of-
ficialium, maximè verò, antiquiorum Rotæ Audi-
torum, *Cassador. decis. 3. num. 2. de reseruat. Gon-
42 zal. gloss. 30. num. 18.* Vndè concurrit † duplex
ratio, nè attendatur iudicium externorum circa
interpretationem Regularum Cãcellariæ, vna est
singularis ad hanc ipsam Regulam, quæ implicat
præiudicium Papæ, & altera est generalis ad om-
43 nes alias, vbicunquè † occurrit dubietas in ver-
bis; ex suppositione prædicta, quod fuerint pro-
mulgatæ, prout promulgantur, cum summa ma-
turitate, vt aperiè sentit *gloss. in c. Venerabiles,
in verb. tenor compositionis insertus, de confirm.
44 vt. vel inut.* hincquè constitui † maioriam in ipsa
causa, vt per inferiores à Papa citra illius delega-
tionem nequeat iudicari, censuit *Gabr. d. cons.
182. num. 18. lib. 2.*

Quouerò ad responsionem, per eundem Gar-
ziam allatam, quòd fiat mentio in hac Regula
de illis duobus mensibus, causa demonstrationis,
ea nimis frigida, & eneruis est, cùm nulla ex par-
te feriat rhombum difficultatis, qui non stat in
simplici demonstratione mensium, sed in qualita-
te iugis residentiæ singulis adiecta: nèc quicquam
est, quin Episcopus potuerit illorum duorum mẽ-
sium naturam, in hac parte, ex noua hac qualitate,
immutare absque explicita declaratione, sed ex
implicita naturæ rei, subijciẽdo videlicet se obli-
gationi residendi in suis mensibus alternatis, exẽ-
45 plo habentis † bona allodialia, & libera, & nihilo-
minus eadem recognoscendo à Domino Feudi,
tanquam feudalia; censetur enim bona ipsa Do-
mino dedisse, & breui manu vtile dominium iu-
re feudi ab eodem recepisse, vt declarat *Rosen-
tal. de feud. c. 6. conclus. 68. n. 17.* sic Episcopus cẽ-
setur acceptando alternatiuam sub hac lege iugis
residentiæ, cui priùs non erat subiectus, hos duos
vnà cum alijs in manibus Papæ liberè posuisse, &
rursus breui manu eosdem, cum alijs quatuor ità
qualificatos, & onere residẽtiæ affectos recepisse;
vndè fit, vt non satisfaciat menti Regulæ, nequè
illius verbis, si velit vti alternatiua, & nõ residere,
46 ex quo illud † accidens residentiæ, determinat, &
reddit certam obligationem, nèc propterea pati-
tur vt ipse diuertat ad id quod sibi priùs erat li-
citum in genere, vt est *text. in l. si quis argentum,
in princ. & in §. 1. C. de donat.*

47 Est tamẽ verum † per solam absentiam Episco-
pi à sua Diœcesi, minimè resolui alternatiuam
in præiudicium ipsius Papæ, inducitur enim sim-
plex suspensio in præiudicium ipsius Episcopi ab-
sentis, vt in præallegata *Fauentina Canonicatus
16 Decembris 1585. corã Blanchetto, & in praal-
legata Sulmonen. Alternatiua*, quamuis pro reso-
48 lutione, sufficiat † cõsensus implicitus, si Papa ipse
conferat contra vsum alternatiuæ, *l. 2. & l. ab em-
49 ptione C. de pactis*: vbi enim † consensus requiri-
tur, nõ minus tacitus, quàm expressus attenditur,
Dec cons. 31. num. 4. vers. praterea, & posset dici,
cum alijs adductis per *Surd. cons. 355 num. 16.*

50 Et propterea si post acceptatam † alternatiuã,
doceretur, nedùm Episcopum contulisse iure suo
ordinario in suis quatuor mensibus, sed etiam
Papam in suis octo, vtiquè contractus hic censere-
tur cõtrario cõsensu resolutus, quia Papa videre-
tur approbasse recessum Episcopi, æquè enim po-
51 test † actus approbari tacitè, vt expressè, *l. si pro-
ponas, §. 1. de inofficios. testam. l. sed Iulianus §. vlt.
ad Macedonianum, Surd. qui alios allegat, cons.
28. num. 19 & praallegat. cons. 355. num 20.* &
ità in specie fuit responsum in *Paduana Priora-
tus 18. Maij 1611. coram R. p. d. Pirouano*, quæ la-
tissimè fuit comprobata *5. Decembris 1614. co-
ram eod. vt in recen. par. 2. decis. 608.* Et in prima
fuit responsum difficultati, quæ oriebatur ex for-
52 ma consensus in contractu, videlicet ex † scriptu-
ra necessaria pro acceptatione alternatiuæ, vt ha-
betur in Regula, quasi quod ideo non possit pro-
bari contrarius consensus, nisi eodem modo per
Scripturam, iuxta notata per *Dec. in supracitata
l. nihil tàm naturale num. 3. & per Decian. cons.
64. num. 3. lib. 3.*

Nam fuit responsum, gratiam alternatiuæ pen-
dere ex consensu Papæ, non ex scriptura accepta-
tionis, quæ exigitur, vt indè probetur factum
acceptationis. Quamuis enim Regula videatur
imponere necessitatem hanc Episcopis, vt si velint
acceptare

acceptare hanc gratiam, teneantur acceptationẽ huiusmodi, per patentes literas manu propria subscriptas, suoquè sigillo munitas, & in sua quisquè Ciuitate, vel Diœcesi datas, declarare: & literas ipsas hùc ad Datarium Sanctitatis suæ trãsmittere, vt tunc demùm, & non antea vti possit gratia huiusmodi; tamen necessitas hæc imminet Episcopo ad tollendam difficultatem, quæ potest emergere circa tempus acceptationis, non autem
53 simplicitèr, ita † vt non possit probari acceptatio alijs medijs, *Seraph. decis. 146. num. 1.* & in consequens non esse necessarium, vt contrarius consensus Papæ per scripturam iustificetur, vndè nec
54 scriptura † est necessaria pro recessu à contractu celebrato in scriptis, nisi fuerit adhibita pro forma contractus, quid contrahentes à principio voluerint non alitèr valere contractum, quàm si in scriptis fieret, vt plenè declarat *Decian. eod. consi. 64. ex n. 4.* Ratio alterius dicti est, quia ille vsus est sibi limitatus quandiu resederit, vt expressè verba sonant.

SVMMARIVM.

1 Obiectus, *vox, sonat, in malam partem.*
2 *Obiectiua materia, vbiquè reputatur odiosa.*
3 *Et est odiosior, quam sit actio iniuriarum.*
4 *Obiectiua materia, qualitèr distinguatur in simplicem, & mistam.*
5 *Obiectiua materia mista, non desinit esse odiosa.*
6 *Obiectus implicans ius dantis, non recipitur tanquàm obiectus, sed tanquàm ius partis.*
7 *Obiectus merus, resoluitur in mistum, ex impetratione gratiæ si neutri.*
8 *Articuli concernentes obiectum, si implicent ius dantis, debent admitti, contra opinionem Oldradi, & quæ sit ratio.*
9 *Inuidiæ typus.*
10 *Electio de digno, postergato digniori, valet.*
11 *Inuidia ex repetito obiectu, præsumitur ad intimas medullas penetrasse.*
12 *Obiectus merus, non potest dari contra electum, nisi sub forma cap. vt circa.*
13 *Præterquàm si fuerit processum iudicialitèr, & quæ sit ratio.*
14 *Appellatio admittitur à quacunquè prouisione, ad quam processum sit iudicialitèr.*
15 *Obiectus dans pro iure suo, aut Ecclesiæ, non adstringitur forma cap. vt circa, & qualitèr videatur deduci huiusmodi vsus.*
16 *Obiectus pro iure Ecclesiæ, dantur per Prælatum.*
17 *Electionem Prælati potest quisquis de Vniuersitate impugnare, & contra eum obijcere.*
18 *Etiam contradicente Vniuersitate.*
19 *Interesse pro obtinenda audientia, non exigitur, quod sit formatum, sed sufficit apparens.*
20 *Nequè pro eo, sunt necessaria quæ pertinent ad finem actionis.*
21 *Obiectus implicans ius dantis, adhuc eget plena probatione.*
22 *Obiectus contra actorem pro eo repellendo, non potest dari per alium, quàm per Reum, & possessorem.*
23 *Et quæ sit ratio.*
24 *Egetquè specificatione.*
25 *Reo, & possessori sufficit vincere per nõ ius actoris.*
26 *Tertij ius, quamuis non suffragetur pro canonizatoria, suffragatur tamen pro absolutoria.*
27 *Etiamsi minus clarum sit, quam exigatur in materia obiectiua.*
28 *Obiectiuam materiam, quanam dicantur concernere, dùm diriguntur per Reum contra actorẽ.*
29 *Obiectus Rei, & possessoris, quinam egeat specificatione.*
30 *Possessio, non suffragatur pro euitanda specificatione obiectus.*
31 *Excommunicationis obiectus ob violentam iniectionem manuum in Clericum, qualitèr specificandus.*
32 *Obiectus, debet probari apertissimis documentis.*
33 Apertissimus *vox, relata ad probationem, sumitur pro claro, & indubitato.*
34 *Documenti appellatione, quid veniat.*
35 *Positionibus obiectiuis datis per Reum, & possessorem, cogitur actor respondere.*
36 *Obiectus non probatur ex scriptura inserta.*
37 *Quod tamen declaratur.*
38 *Obiectus, non probatur per testes de fama.*
39 *Etiam cum vno teste de visu.*
40 *Obiectus non probatur ex verisimilitudinibus, & præsumptionibus.*
41 *Minusquè ex probationibus minùs constringentibus ipsum obiectum.*
42 *Obiectus, non potest dari re integra, & quandò dicatur res non integra.*
43 *Obiectus, quod non possit dari post lapsum termini, qualitèr intelligatur.*
44 *Terminus datus ad articulandum, vt extinguat facultatem dandi obiectum, debet esse benè tentus.*
45 *Articuli obiectiui, si ruant ex mala appellatione, non possunt reformari in secunda instantia, secus si ex alia causa.*

QVÆSTIO XLII.

Quæ dicatur materia obiectiua.



PERVENIMVS tãdem ad postremam causam, ob quam Pontifex beneficia extra Romanã Diœcesim vbicũs locorum consistentia iure quodam suo confert, videlicet, cùm ei suggeritur vacatio de iure, licet supponatur occupatio alterius de facto, vt monuimus hoc libro *q. 23. nu. 62.* Quæ tota reputatur materia obiectiua; Vndè, antequàm ad alia progrediamur, operæ pretium me facturum existimo, si (saltim pro Tyronibus) hic breuitèr explicauero, quæ dicatur materia obiectiua.

1 Itaquè vox † ista *Obiectus*, sonat in malam partem, vndè *inanes obiectus*, nuncupat *text. in l. quis quis 15. C. de rescindend. vendit.* referturquè sæpius

piùs ad crimen, vel defectum, vt in *l. accusationis, 17. §. nemo tamen sibi blandiatur, C. de accusat.* atquè hinc materiam obiectiuam vulgo constitui-
2 mus, quam † vbiquè reputamus odiosam, *Rota decis. 1. de libell. oblat. in no.* vbi quod obiectus
3 sunt plus odiosi, quàm actio iniuriarum, † quod etiam firmatur in *antiq. decis. 1. num. 2. de iniur.*
4 Dupliciter autem † infertur obiectus, & ab hac diuersitate, materia ipsa dupliciter etiam obiectiua dicitur; Primo enim intenditur obiectus in eū finem, vt noceat ei cui obijcitur, & iste dicitur obiectus merus, & materia similiter reputatur merè obiectiua. Secundò intenditur in eum finē, vt proprium ius emergat, quamuis immediatè illi noceat, cui obijcitur, & iste dicitur obiectus mistus, nec materia reputatur merè obiectiua, cum includat ius dantis, *Pute. decis. 21. num. 5. lib. 2. Rota decis. 167. num. 3. par. 1. diuer. & diximus suprà hoc lib. quaest. 15. num. 63.*
5 Quamuis enim negari nequeat, etiam † hoc casu, implicari obiectum, & in consequens materiā esse odiosam, *Gregor. decis. 353. num. 7. 8. & 9.*
6 nihilominus † dùm deducitur, non recipitur tanquam obiectus, sed tanquam ius partis, *Rota in nou. dec. 1. n. 3. ad fi. vers. fateor tamen, de sequest. poss. & fruct. & in recent. decis. 661. sub num. 2. in fi. vers. tale enim ius, par. 2. Pute. d. decis. 21. num. 5. lib. 1. Beltram. ad d. Gregor. decis. 353. num. 17.*
7 Vndè fit, vt qui † impetrauit gratiam *si neutri*, si obijciat contra personam, aut contra formam prouisionis, non repellatur quasi adstrictus obseruantiæ *cap. 1. & c. vt circa, de electio. in 6. iuncta clem. constitutionē eod. tit.* ex quo videlicet, obiectus non intenditur, vt ille remoueatur, sed vt ipse prouideatur, quemadmodùm disputat, & concludit *Rota d. decis. 1. nu. 1. de sequestr. poss. & fruct. in no. & decis. 18. de except. in antiq. Bellame. dec. 531. ante n. 1. vers. simile quià, & nu. 3.* vbi adducitur ratio, & sequuta est etiam *Rota decis. 661. sub num. 2. vers. quia vltra quod par. 2. in recent.* & fuit etiam aliàs decisum in vna *Tridentina Canonicatus 3. Martij 1606. coram Iusto*; Quam-
8 uis † enim *Oldrad. cons. 116. & cons. 170.* censuerit, articulos concernentes obiectum, adhuc esse reijciendos, quantumcunquè implicēt ius dantis, nihilominùs Rota eius sententiam non probat, vt per *Pute. vbi suprà, & Cassad. decis. 2. nu. 1. de exception. Rota in practicabilibus poss. 2. par. diuers. in princ. ex num. 4.*

Ratio differentiæ præmissæ est, quià vbi obiectus implicat proprium ius, aut interesse, fit præsumptio in partem minus malam, quod obijciens moueatur à proprio interesse, non autem à mero liuore, & odio erga proximū: ille enim prætextus excusat ab iniuria, & dolo, *l. iniuriam 13. ad fin. vers. vsurpatum. ff. de iniur.* At vbi non implicat tale ius, vel interesse, reputatur tāquam simplex, &
9 purus actus Inuidiæ, quo † nullum aliud scelus magis congruit naturæ hostis humani generis, qui quos ab actuū improborum perpetratione (Deo sibi resistente) non valet deijcere, opiniones eorum, falsa ad præsens simulando, dilacerat, *can. habet hoc proprium, 2. quaest. 5. gloss. in cap. vn. in princ. in verb. lacerare, de Schismat.*

10 Quapropter, quià in casu † Electionis, Postulationis, & Prouisionis, si ad eum fuerit processum extraindicialiter, non per se, & secundum naturam suam expensæ, nullum potest considerari ius, vel interesse in competitore, vel oppositore, etiam si ipse dignior sit promoto, quem satis est fuisse dignum, *cap. cum nobis de electio.* & declarauimus suprà hoc *eod. lib. quaest. 18. num. 10. & quaest. 31.*
11 *num. 114.* Canon ex eius † pertinacia in obiectū, præsumit nudum spiritum Inuidiæ ad eius intimas medullas penetrasse, vt dicit *text. in can. 1. de pœ-*
12 *niten. distinct. 1.* indequè non aliter ei † persecutionem indulget, quàm sub rigorosa forma, de qua in *d. cap. vt circa, iuncta clem. Constitutionem, de electio.*
13 Si verò fuerit † processum iudicialiter, quià Iudex videatur aperuisse viam maiori benemeretiæ, & illius æstimationi, & in consequens iudicialis ea electio, postulatio, vel prouisio non tàm ex natura sua, quia iudicialis fit, quàm quia grauet, & sugillet oppositorem, vel cooppositorem tāquam minus idoneum, iam cessat ille rigor, vt est definitum in *cap. constitutio 41. eod. tit. de electio in 6.* Et in simili idē dicitur de institutione, & cōfirmatione,
14 qui sunt actus extraiudiciales, & nihilominùs † si iudicialiter exerceantur, ob interuentum oppositorum, admittunt appellationem ad vtrunque effectum, prout quæuis alia sententia definitiua, vt concludit *Lambert. de Iurepatron. lib. 2. par. 2. quaest. 11. art. 4. num. 7. & 8.* quem pluriès sequuta fuit *Rota, vt in Calaguritana Beneficij de Ollauari 28. Ian. 1604. & in Calaguritana Beneficij de Turre 15. Febr. 1610. coram Reuerendiss. Episcopo Attrebaten. in Calaguritana Beneficij de Maestu 18. April. 1603. & in Calaguritana Beneficij de Aro. 6. Iun. 1607. coram Card. Horatio Lanellotto, & aliàs sæpè.*
15 Quemadmodùm etiam † cessat, si extra casum appellationis interpositæ per oppositorem, vel competitorem quis prosequatur aut Ecclesiæ, aut proprium ius restrictum ad ipsum articulum electionis, videlicet respectu iuris Ecclesiæ, proponēdo vel quod ad electionem nō fuerit vocatus Episcopus, tanquam caput Ecclesiæ, vel quod Electus non fit ex gremio, vel quod extraneus interuenerit, vel secus, cōtra ipsius Ecclesiæ morem. Respectu autem sui ipsius, si fit de Vniuersitate qui proponat se fuisse contemptum, vel prius electum, vel denique qui sibi ius eligendi vindicet, vt declarat *gloss. 1. in d. clem. Constitutionem in 3. col. vers. &*
16 *quaero quid hoc est dictum*; his enim † casibus de alio non quæritur, quàm an is qui proponit, habeat legitimam personam tale ius promouendi, quià scilicèt sit Prælatus ipsius Ecclesiæ, vel cui aliàs hoc de iure liceat, vt in eadē *Clem. constitutionē, in prin. concludit Card. sub n. 1. vers. & erit*
17 *sensus:* Et si † tractetur de electione Prælati, indubitatum est, posse quemcunque de ipso corpore, seu Vniuersitate Ecclesiæ, etiam sine alio mādato agere, quasi intersit Ecclesiæ non habere talem Prælatum, *Innocen. in cap. cum olim sub n. 1. vers. item*

item quomodò, Felyn. num. 2. in princ. & Abb.
sub num. 3. verf. ficut enim, de testibus.
18 Quod procedit, etiam † si ipsa Vniuersitas, ad
hoc, priùs mandatum dedisset, & postmodum il-
lud reuocasset, vel etiamsi ea expressè contradi-
ceret, vt fuit responsum in vna *Virdunen. electio-*
nis 17. May 1589. coram Card. Platto.
19 Et ratio est, quia † hoc casu in illo opponente,
cessat vndequaquè spiritus cupiditatis, & odij,
siuè directè persequatur ius Ecclesiæ, siuè suū, ad
prædictos tamē limites constrictum; nām tunc re-
flectitur etiam in vtilitatem Ecclesiæ, & cōseruа-
tionem iurium illius, nēc tān esflagitatur iudiciū
super actione proposita, quàm audiētia super im-
ploratione officij iudicis, pro qua audientia non
exigitur interesse formatum, sed sufficit apparēs,
c. Venient, il secondo, vbi Abb. n. 9. & Felyn. n. 13.
de testibus, Rolan. conf. 5. num. 2. lib. 2. vt ideò
20 nèc † attendantur pro efformando interesse hu-
iusmodi, quæ aliàs pertinent ad finem actionis, vt
ex prædictis respondit *Rota in vna Mediolanen.*
decimarum, 2. Aprilis 1612. coram Reuerendiss.
D. Pamphilio.
Licèt autem rigor hic iuris, remittatur sub hac
distinctione in articulo appellationis, & deductio-
21 nis obiectus, non † tamen remittitur in articulo
probationis, cùm etiā in casu impliciti iuris pro-
prij, exigatur plena, & concludentissima proba-
tio, vt fuit decisum in suprà allegata *Tridentina*
Canonicatus 3. Martij 1606. coram Iusto, siuè
obiectus tendat ad promouendam actionem, vt
in casu illius decisionis, siuè tendat ad repellen-
dum Actorem, quo casu plura in obijciente exi-
guntur.
22 Primùm † vt sit Reus, & possessor, aliàs frustra
tēditur obiectus, vt optimè scribit *Roma. conf.*
347. num. 4. Bellame. decis. 383. incip. non pos-
sessor, cum alijs adductis per *Rotam decis. 606.*
num. 3. par. 2. in recen.
23 Et ratio est, quiā † nisi possideat, non potest vi-
deri constare de illius interesse, sine quo prorsus
reijcitur quis ab obijciendo contra alium, siuè
agat, siuè excipiat, vndè ei venit deneganda au-
dientia, *l. non solum, de appellat. recip. cum alijs*
citatis per Roma. d. conf. 347. nu. 4. & ibi adden-
tes in verb. non interest.
24 Secundùm, vt † obiectus ipse specificetur; nam si
possideo, & alter petat immitti in possessionem
beneficij, possum illi quidem obijcere, gratiam
ipsius esse obreptitiam, & subreptitiam, nequè is
obtinebit immissionem, nisi eam iustificet, cùm
25 mihi † sufficiat vincere per non ius suum, *l. loci cor-*
pus, ff. si seruitus vindicetur, Cassad. decis. 3. nu. 5.
de rest. spoliat. cum simil. etiam opponendo ius
26 tertij, quod † licèt non suffragetur pro obtinenda
canonizatoria, suffragatur tamen pro obtinenda
absolutoria, *Cassad. decis. 7. num. 9. super regul.*
27 etiam si † non esset adeo clarum, vt requiritur in
materia obiectiuā, *Pute. decis. 356. num. 3. &*
5. lib. 1.
28 Verùm, si † iustificata gratia sua, illi oppono
quidpiam, quod sapiat obiectum, puta quod an-
tea renuntiauerit, vel quod fuerit priuatus, vel
quod sit consumpta causa ipsius gratiæ, quæ singu-
la concernunt materiam obiectiuam, *Rota dec. 9.*
29 *de exception. in no.* teneor † specificare obiectum,
eodem modo, quo tenerer in casu extraiudicialis
appellationis ab electione, iuxta terminos præal-
legati *cap. vt circa, de elect. in 6. Rota d. decis. 9.*
30 nequè tunc † releuor ex commodo possessionis,
Bellam. decis. 561.
31 Et hinc est, quòd si possit † dari instantia facti,
quæ obiectū excludat, nusquām admittatur obie-
ctus, veluti si obijciatur excommunicatio ob vio-
lētam iniectionem manuum in Clericū, nèc aliud
deducatur, quàm quod ille habebatur pro Cleri-
co, incedebatquè in habitu, & tonsura, eratquè in
possessione Clericatus; cùm enim hæc prorsus se
compatiantur cum veritate in contrarium, quod
ille non sit Clericus, materia non est bona, *Bisi-*
gnet decis. 2. num. 2. de probat.
32 Tertium exigitur, quod obiectus † nedum sit
benè specificatus, sed etiam sit optimè iustifica-
tus, idest apertissimis documenris, vt dicit *text. in*
cap. 1. §. si igitur de except. in 6. vbi gloß. in verb.
33 *apertissimis*, exponit † hunc terminum, *pro claris,*
& indubitatis, & in *verb. documentis*, id refert ad
publica instrumenta, vel testes.
Quæ tamen non excludunt confessionem pro-
34 priam, quæ † superat omnem probationem, *l. cùm*
35 *te, C. de transact. cum simil.* Quò sit † vt si Reus, &
possessor formaret positionem, instaretquè illi per
Actorem responderi, iuxta dispositionem *text. in*
cap. 2. de confess. in 6. omninò is cogendus esset re-
spondere, siuè materia implicaret ius dantis, siuè
esset merè obiectiua, tendens tamen ad repellen-
dum Actorem, fauore Rei, & possessoris, vt rectè
censuit *Vestr. in praxi lib. 5. cap. vlt. num. 5. & 6.*
firmauitquè *Rota in vna Pacen. Parochialis de*
Talauera 4. Febr. 1611. coram Cardin. Horatio
Lancellotto, quæ legitur impressa par. 3. recen.
decis. 309. num. 1.
36 Et proptereā † non reputatur ad hunc effectum
legitima probatio, quæ resultaret ex scriptura (vt-
cunquè publica) inserta in alia publica, quantum-
cunquè ea quoquè enunciaretur publica, *Authen.*
37 *si quis in aliquo C. de eden.* nisi † tractaretur de in-
serto, ad cuius originale posset facillimè recurri,
veluti si lis esset in curia, & ageretur de inserto in
executorialibus relaxatis in Curia, nam hoc casu
vtiquè etiam id sufficeret in materia obiectiua, vt
deducit Rota apud *Pute. decis. 61. num. 3. lib. 1.*
38 Sicuti nèc sufficerent testes † de fama, *Cæsar de*
Graff. decis. 184. num. 2. & decis. 322. ibidem
39 *num. 2.* etiam cum † vno teste de visu, vt ibi per
Gregor. num. 3. & per Bellam. decis. 470. num. 1.
40 Nequè similitèr sufficerent † quæuis aliæ proba-
tiones concludentes ad simplicem verisimilitudi-
nem, & præsumptionem, *Greg. in supracitata dec.*
353. sub n. 6. vers. non obstat probatio, cum seq. vel
41 quæ † obiectum non benè constringerent, nequè
omnem instantiam possibilitatis in contrarium
remouerent, *l. ad probationem, la seconda C. de*
probat. Bisignet. in præallegat. decis. 2. de probat.
Rot. diuer. par. 3. lib. 3. decis. 562. n. 5. & in recen.
decis. 747. num. 4. & per tot. par. 2.

Quar-

42 Quartum deniquè exigitur, † vt cùm deduci-
tur obiectus, res integra sit, idest, non sit quæsitum
ius parti per reprobationẽ, veluti si lapsus sit ter-
minus assignatus ad dandum obiectus, *Caßador.*
decis. 2. num. 2. de exception. per quam declaratur
43 *Bisigneti decis. 2. num. 6. eod. tit.* vt scilicet ea † in-
telligatur de obiectu mero, non item de implicã-
te ius dantis: quod hodie ferè est impracticabile,
nisi præfigeretur terminus ad probandum ex spe-
ciali rescripto Papæ; nàm Rota non consueuit
alium terminum pręfigere, quàm terminũ ad arti-
culandum, qui seruatur vnà cum alijs substantiali-
bus, & hi quidem omnes termini, propter facilita-
tẽ reiterationis, ob Innocentianam, consueuerunt
conculcari, & propterea difficile esset arcere ali-
quem siuè principalem collitigantem, siuè ter-
tium, à probando obiectu, prætextu lapsus termi-
44 ni, cùm † id intelligi oporteat de termino benè
tento, *Cassad. eod. tit. de exception. decis. 2.*

45 Iure enim † adeo stricto vtimur cum his Obie-
ctoribus, vt si articuli ruant in prima instantia,
ex mala appellatione, iuxta terminos *præallegat.*
cap. vt circa, de electio. in 6. nequeant in secunda
instantia reformari, quicquid sit, si versemur ex-
tra casum illius decretalis, *Rota in antiq. de te-*
stib. decis. 15. Nequè de his in genere, plura, quæ
satis latè explicantur in practicabilibus *Rotæ*
post 2. par. diuer.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio Beneficij certo modo, sapit materiam obiectiuam.*
2 *Inuidia canina, quæ.*
3 *Detrectatores, videntur deteriores quibusuis Prædonibus.*
4 *Impuritatis sanguinis obiectus, cæteris alijs cur æstimetur virulentior.*
5 *Statuta super puritate sanguinis, in nonnullis Ecclesiis, iustissimis de causis condita.*
6 *Descendentes ab infidelibus, modò ipsi Catholici sint, admittuntur ad quæcunquè Beneficia, & Officia Ecclesiastica.*
7 *Vtilitatis ratione, aliquando constituitur ius singulare.*
8 *Ius Canonicum, in manu Summi Pontificis.*
9 *Statuta non possunt condi, per quæ excludantur à Collegio, qui non habeant certas qualitates, nisi per Principem confirmentur.*
10 *Statuta super puritate sanguinis, nihil valent, nisi confirmata sint per Papam.*
11 *Statuta confirmata per Papam causa cognita, & in forma specifica, dicuntur statuta Papalia.*
12 *Statuta super puritate sanguinis, qualitèr honestatem Ecclesiarum respiciant.*
13 *Macula, quæ inficit primitiua, deriuatiua quoquè vituperat.*
14 *Obiectus impuritatis sanguinis, tendit in opprobrium familiarium.*
15 *Statuta super puritate sanguinis, respiciunt tempus indeterminatum, & infinitum.*
16 *Nobilitas sanguinis, qualitèr constituatur.*
17 *Impuritas sanguinis, remouet extremum habile, pro initianda nobilitate generosa.*
18 *Interpretatio legis procedens ab ipso Principe, est rata, & firma, ceù lex ipsa.*
19 *Interpretatio statutorum confirmatorum in forma specifica, et causa cognita, facta per Papam, soli Papæ est reseruata.*
20 *Interpretari eius est legem, cuius est condere.*
21 *Principis Beneficia, Principis interpretationi subiecta.*
22 *Interpretatio legis, quandò permißa sit Iudici, & quæ Principi reseruata.*
23 *Remissoria denegatur ad probandam obseruantiam interpretatiuam, circa statutum super puritate sanguinis.*
24 *Et quæ sit ratio.*
25 *Statuta, strictam duntaxat admittunt interpretationem.*
26 *Præcipuè cùm recedunt à iure communi.*
27 *Statutum, nusquam ampliandum contra ius commune.*
28 *Statuti tenor, diligentèr est expendendus.*
29 *Statuta excludentia descendentes ab Hæreticis, seù condemnatis, vel reconciliatis de hæresi, non excludunt descendentes à suspectis.*
30 *Suspectus non dicitur deliquisse, sed duntaxat aliquid fecisse, quod delicto proximum est.*
31 *Hæreseos suspectus, non contrahit inhabilitatem ad Beneficia, & Officia Ecclesiastica, ex sola, & simplici suspicione.*
32 *Condemnatus non potest dici, qui sententiam non est paßus.*
33 *Reconciliatus non dicitur in crimine hæreseos, cui ob simplicem suspicionẽ pœnitentia imposita est.*
34 *Abiuratio Hæreseos ob vehementem, nullam inducit inhabilitatem.*
35 *Statuta, eatenus operantur, quatenus ferunt eorum verba.*
36 *Expositi, non censentur exclusi à statuto simplicitèr excludente descendentes ab infectis.*
37 *Infideles spontè conuersi ad fidem, an excludantur per statutum excludens descendentes ex infidelibus.*
38 *Macula, seù labes, refertur ad infamiã ex delicto.*
39 *Et quandoquè ad leuem notam opinionis.*
40 *Vniuersalis negatiua, magis negat, quàm vniuersalis affirmatiua affirmet.*
41 *Puritas sanguinis, regularitèr non est probanda per prouisum in Ecclesia, vbi viget statutum puritatis.*
42 *Et quæ sit ratio.*
43 *Canonizatoria vbi petitur, probanda sunt omnia pertinentia ad habilitatem personæ.*
44 *Electus petens confirmari, tenetur iustificare suam legitimitatem, si sibi obijciatur illegitimitas.*
45 *Secùs verò, si sibi obijciatur post confirmationem.*
46 *Et quæ sit ratio differentiæ.*
47 *Personæ habilitas, eo ipso iustificatur, quod actus habet suam debitam formam.*
48 *Habilitas personæ, præsumitur.*
49 *Electio quæ non expectat confirmationem, propriùs dicitur collatio.*
50 *Nec, nisi æquiuocè, electio dicitur.*

51 *Aetatis defectus, si obijciatur electo alia confirmatione non indigenti, vel prouiso, in actu executionis, debet probari per obijcientem.*
52 *Suppositione non verificata, corruit dispositio.*
53 *Nobilitas, nõ est probãda per eũ cui Papa tanquã nobili, beneficiũ contulit, si ipse eã nõ narrauit.*
54 *Statuti qualitas, per eum est probanda qui statuto innititur.*
55 *Prouisus, ex suppositione, quòd habeat qualitates requisitas, non dicitur inniti statuto, quod sibi opponitur per modum obiectus.*
56 *Recessus omnis à iure communi, reputatur odiosus.*
57 *Qualitas accidentaria, etiam conferens ad habilitatem personæ, & quæ aliàs præsumitur, nihilominus est probanda per affirmantem.*
58 *Quod procedit, vbi cessat obiectus; et quæ sit ratio.*
59 *Puritas sanguinis, debet probari per prouisum, si statutum hoc iubeat.*
60 *Præsumptio, non releuat ab onere probandi, vbi lex probationem exigit.*
61 *Præsumptio iuris, dicitur liquidissima probatio.*
62 *Impropriè tamen.*
63 *Probatio vbi exigitur per statutum, intelligitur de probatione vera, non de præsumpta.*
64 *Puritatis sanguinis probãdæ onus, vt dicatur impositum prouiso ex forma statuti, verba debent esse admodum clara, & perspicua.*
65 *Puritas sanguinis reputatur impossibilis, & cur.*
66 *Iudex, prudenti interpretatione, debet auertere, & frangere captiosos legis intellectus.*
67 *Odia sine radice, idest, sine ratione, quemadmodum & irrationabiles fauores prudentum, interpretatione frangi, & coerceri debent.*
68 *Puritatis informationem statutũ dari iubens per prouisum, qualitèr explicatũ ex sentẽtia Rotæ.*
69 *Alternatiua oratio, debitoris commodũ respicit.*
70 *Puritas sanguinis, vbi est probãda per prouisum, satis iustificatur ex duobus testibus de publica voce, & fama.*
71 *Puritas sanguinis, probanda est per prouisum, qui in ipsa prouisione, illam positiuè narrauit.*
72 *Restitutio in integrum, non datur sine læsione, de qua propterea concludentèr docendum est, vbi petitur aduersus rem iudicatam.*
73 *Sententia, habet præsumptionem pro se.*
74 *Præsumptio, trãsfert onus probãdi in aduersariũ.*
75 *Eadem, afficit onere durioris probationis.*
76 *Restitui petens aduersus iudicatum, tenetur probare iniustitiam plenè, & concludentèr.*
77 *Puritas sanguinis, positiuè tunc est probanda per prouisum, vbi viget statutum, si à reiectione tãquam de impuro non appellauit, vel appellationem deseruit.*
78 *Possessio, siuè quasi possessio status, non sufficit pro canonizatione, sed sufficit pro repellẽdo obiectu.*
79 *Persona, iudicatur secundum statum, in quo est de præsenti.*
80 *Probatio præsumptiua sufficit, vbicunquè lex non exigit probationem veram.*
81 *Puritas sanguinis, semel approbata in vna Ecclesia ad vnum beneficium, non potest deinceps in dubium reuocari respectu alterius Beneficij in eadem Ecclesia.*
82 *Et quid respectu alterius Ecclesiæ.*
83 *Negligentia vnius, non debet alteri nocere.*
84 *Puritas sanguinis, semel per sententiam in contradictorio latam canonizata, semper, & vbiquè suffragatur.*
85 *Fratris ingenuitas, seù nobilitas semel canonizata, quemadmodum & puritas sanguinis, suffragatur fratri vtrinquè coniuncto.*
86 *Licèt nõ è conuerso noceat, si contra ingenuitatẽ, nobilitatemuè, aut puritatem pronunciatũ sit.*
87 *Verisimilitudo vbi repugnat, exiguntur certiores, & clariores probationes.*
88 *Probationes vbi contraria concurrunt, præualent fortiores.*
89 *Probationes minus ponderosæ, præualent in materia obiectiua, pro auertendo obiectu.*
90 *Impuritas sanguinis quod probetur ex fama, & per testes de auditu, & in concursu præualeant probationes pro impuritate, opinio erronea, & reiecta.*
91 *Fama, in antiquis probat.*
92 *Nisi agatur de grauissimo præiudicio.*
93 *Fama in criminalibus non probat, etiam cum vno teste de veritate, quantũcunq; ciuilitèr agatur.*
94 *Fama, vt attendatur in obiectiuis, exigitur, si sit vniformis, & super ea nulla detur cõtradictio.*
95 *Itemquè, vt constet, quod sit orta ex probabilibus causis.*
96 *Impuritas sanguinis, quali ex fama possit cõstitui.*
97 *Fama, quæ non est inconcussa, & vniformis, pro nihilo reputatur.*
98 *Illephonsi Perez de Lara attestatio, circa praxim Hispaniæ, in articulo deducendi puritatem, vel impuritatem sanguinis, per Hieronymum Ceuallos improbata.*
99 *Fama puritatis sanguinis, præfertur famæ impuritatis, etiamsi pro impuritate stet aliqua verisimilitudo, reiecta sententia contraria Hieronymi de Ceuallos.*
100 *Probatio plena conficitur, ex pluribus imperfectis diuersi generis,*
101 *Si tamen, vnaquaquè in specie sua perfecta sit.*
102 *Et si omnes tendant in idem, secùs, si in diuersa.*
103 *Et nisi agatur de crimine.*
104 *Puritas sanguinis in materia statuti, eo ipso remanet probata, quod non sit iustificata impuritas.*

QVÆSTIO XLIV.

Obiectus impuritatis sanguinis, qualitèr deducatur, vel elidatur.



ONSTAT ex his quę diximus in præcedenti quæstione, obiectiuam materiam, minus odiosam videri respectu Rei, & possessoris, vt indè intelligatur, etiam citra casum *cap. vt circa de elect. o. in 6.* eã reputari odiosissimam, quę intenditur, aut contra possessorem, vt à Beneficio depellatur, cuiusmodi sunt omnes impetrationes certo modo nuncupatæ, de quibus post dicetur,

aut

aut contra petentem immitti, nè in possessionem
immittatur, quæ propterea magis videtur viru-
lenta; Impetratio enim certo modo, vtcunquè vi-
detur ferenda, propter implicitum ius impetrãtis,
1 quocircà † nèc dicitur simpliciter materia obie-
ctiua, sed eam aliquo modo sapere, vt loquitur
2 *Rota apud Gregor. decis. 353. n. 8.* † simplex tamen
obiectus, nè quis immittatur in possessionem Be-
neficij, quod obijciẽs ipse nèc potest cõsequi, to-
tus est plenus liuoris, & Inuidiæ propè caninæ, *gl.
in tit. institut. de Lege Fus. canin. tollen. in verb.
quam, vers. nam canis*, de qua hìc dicendum est.
Et licet, vbi obtenditur ius, vel interesse Eccle-
siæ, obiectus toleretur, vt in eadẽ præcedenti quæ-
stione diximus, nihilominus, vbi effossis (vt ità lo-
quar) cadaueribus, valdè lædit existimationem
3 hominis, qui † eum promouent, deteriores sunt
prædonibus; Prædones enim substantias tempo-
rales, ac prædia diripiunt, quæ etiamsi nostra
dicantur, sunt tamen extra nos, isti verò obie-
ctores, in nos armari, & nos ipsos diripere viden-
tur, vt inquit Anacletus *relatus in canon. deterio-
res, 6 quæst. 1.*
4 Longequè perniciosior æstimatur † obiectus,
qui extra personam diffunditur in eius gentem,
veluti, cùm obijcitur cuipiam eum descendere ab
Infidelibus, vel Hæreticis, aut simili macula asper-
sis, quemadmodum maximam hanc virulentiam
considerauit *Rota apud Manticam, decis. 307. sub
num. 3. vers. vnde in casu proposito, & in recen.
decis. 167. sub num. 13. ad fin. vers. nèc dubitari
potest, par. 1.*
Etenim, in aliquibus Ecclesijs principalioribus,
præcipuè verò Regnorum Hispaniæ, vigent statu-
ta, per quæ longè arcentur à præbendis, & digni-
tatibus, qui non sunt puri sanguinis, descenduntq;
ab infectis macula Hebræorum, aut Saracenorũ,
vel Hæreticorum: quæ materia, quia frequens est,
tota hæc quæstio ad eam referenda erit.
Pro cuius explicatione, præmittendũ est priùs,
5 statuta † eadem, non ab re, sed iustissimis de cau-
sis fuisse condita, adeò vt in eis non deficiat pu-
blica vtilitas, quod latè explicat, & prosequi-
tur *Hoteda de Beneficiorum compatibil. par. 1.
cap. 23. ex num. 27.* ita vt quamuis in hac parte
videatur recedi à iure Canonico, quo sublatum
est omne discrimen inter Christianos antiquos, &
descendentes ab infidelibus, pro capacitate cuius-
6 cunquè Ecclesiastici Officij, vel Beneficij, † vsquè
ad Episcopatum, vt est casus *in c. eam te*, vbi notãt
omnes, præcipuè verò *Decius ex num. 30. de re-
script. Fel. in cap. cum sit, num. 2. de Iudæis, Paris.
cons. 2. num. 211. & 212. lib. 4. cum alijs quos re-
censuit Hoteda d. c. 23. nu. 54.* Imò videatur rece-
di à iure ipso diuino positiuo, secundum *Otalo-
ram, de nobil. Hispaniæ, in 2 par. 3. par. principa-
lis, c. 7 nu. 4. & 22.* & suffragari videntur, quæ be-
nè congerit *Reuerendiss. D. Antonius Ricciullus,
Episc. Bellicastren, & nunc meritissimus Vicarij
Vrbis Vicesgerens*, in suo tractatu de iure persona-
rum extra Ecclesiæ gremium existentium, *post lib.
9. tit. de Neophitis, c. 6. ex nu. 3.* nulla tamen in eis
7 possit considerari amaritudo; † vbi enim incurrit
Tom. I.
alicuius vtilitatis ratio, non est nouum, vt rece-
datur à iure communi, *l. ius singulare, ff. de legib. l.
2. ff. de Constitution. Princ.*
Præmittendum est secũdo, vtcũquè in hac par-
te fuerit iustus, & honestus recessus hic à iure Ca-
nonico, vel etiam diuino positiuo, non tamẽ istius
iuris singularis causam efficiẽtem referendã esse,
aut ad Prælatos, vel Capitula dictarum Ecclesia-
rum, vel ad alium inferiorem ab ipso Papa, etiam
si illa compilauerint: nàm recessus hìc soli Papæ
8 est reseruatus, cùm alijs parẽdi duntaxat † imposi-
ta sit necessitas, soli verò Papæ, immutandi, omni-
moda sit auctoritas, *c. 1. iuncto c. translato, de con-
9 stit.* Nequè † licitũ sit cuiuis Vniuersitati, vel col-
legio, statuta cõdere, per quæ certæ dũtaxat per-
sonæ admittantur, aliæ verò excludantur, *Bartol.
in l. vlt. sub n. 19. vers. & pacta, seu leges, ff. de col-
leg. illicit.* & de statutis Ecclesiarũ, fuit responsum
in *Placētina Admissionis ad Capitulum, 8. Aprilis
1585. coram Blãchetto, in Seguntina Admissionis
ad Capitulum, 26. Iunij 1587. coram Gipsio, & in
Comen. habitus, 11. Ianuarij 1613. corã R. p. d. Pi-
10 rouano.* Vnde eorum † validitas radicatur in ista
potestate Papæ qui illa confirmauit, vt agnouit
etiam *Hoieda in supracit. cap. 23. sub nu. 60. vers.
secundo modo respondetur, & n. 61.* Idemquè dici-
tur de statuto non admittente nisi Nobiles, *Rota
decis. 492. num. 6 par. 3. lib. 3. diuers.*
Itàvt, cùm huiusmodi confirmatio emanauerit
11 causa † cognita, & ex certa scientia ipsius Papæ,
vbicunquè ea vigent possit quidem denominari
vnumquodquè ex sua Ecclesia, vt singula inter se
distinguantur, at minimè, vt sic nuncupentur ra-
tione causæ efficientis, omnia enim, ratione huius-
modi confirmationis, dicuntur statuta Papalia,
*Bald. in l. ex placito, sub n. 12. vers. interdum con-
firmans, C. de rerum permutat. Dec. in cap. cum
accessissent, nu. 17. de Constit. Alex. cons. 123. sub
num. 18. vers. & ideo multum egregiè, lib. 4.*
Præmittendum est tertiò; quicquid odij, & ini-
quitatis potest considerari, & in vnum cogi in hãc
materiam, non versari circa substantiam huiusmo-
di statutorum, sed circa illorum abusum; Vt enim
12 illorum † vsus tendit ad honestatem ipsarum Ec-
clesiarum, nè dùm eorũ personæ ex *sambenitorum*
appẽsione malè audiunt, ipsæ Ecclesiæ diffamẽtur,
*Clem. 1. & ibi gloss. in verb. diffamatur, de offic.
ordin.* quam rationem videtur considerasse *Rota
diuers. par. 3. lib. 2. dec. 105. quæ duplicatur lib. 3.
13 decis. 41. n. 2.* (Macula enim † impressa origini, siuè
primitiuis, vituperat deriuatiua, inquit *Bald. in l.
vlt. sub nu. 4. in extremis verbis C. de verb. signif.
D. Cyriac. foren. contr. 281. nu. 20.*) Ità eorundem
14 abusus † tendit ad dehonestandas integras gentes,
& familias funestissimo hoc stigmate, vt animad-
uertit *Rota apud Manticam, & in recent. locis
superiùs allegatis.*
Quod quidem stigma, eò est funestius, quò in
15 æternum vrit; nequè † enim statuta huiusmodi re-
spiciunt antiquitatem aliquam determinatam, sed
indeterminatã, & infinitam, proindequè in æuum,
(vt ità loquar) afficit lineã quam tangit: & in hoc
virulentia sua superat omnes obiectus qui possint
Eee 2 fieri

fieri contra ingenuitatem, siuè nobilitatem, nàm
cæteri quidem possunt, aut tempore, aut alia ra-
tione obliterari, indequè constitui aliquod prin-
16 cipium nobilitatis † ex generata opinione virtu-
tis, vel dignitatis in persona, quæ opinio mox in
sucessores propagetur, donec extinguatur contra-
rius status plebeitatis in hominum memoria, vt
optimè explicat *Otalor. in præcitato tractat. de*
nobilitat. in 1. par. 3. par. principalis cap. 6.
17 *num. 7. vers. nec obstat quod origo*; Hic † verò
prorsus remouet extremum habile pro initianda
aliquando nobilitate, & ingenuitate hac gene-
rosa, ex rationibus benè deductis per eundem
Otalor. in 2. par. dict. 3. par. principalis. cap. 7. ex
num. 16.

Præmittendum est quartò, eos qui velint distin-
guere vsum huiusmodi statutorum, ab illorũ adeò
pernicioso, & periculoso abusu, non debere defle-
ctere mentem ab interpretationibus eorundem,
quæ processerunt à Palatio Apostolico in cõtro-
uersijs ortis super intellectu ipsorum statutorum.
18 Quemadmodùm † enim istæ interpretationes, ve-
luti Apostolicæ, firmæ, & ratæ habendæ sunt, *l. vlt.*
C. de legib. can. sicut enim, vers. ex his omnibus
11. quæstio. 1. Alc. in l. omni innouatione, num. 6.
C. de Sacrosan. Eccles. ità quæcunquè aliæ, inanes,
& temerariæ reputari debent, adeoquè excogi-
tatæ pro abusu statutorum huiusmodi; cum ad ip-
19 sum † Papam, illiusquè Auditorium magis spectet
interpretari, non secus ac proprias Constitutio-
nes, singularium Ecclesiarum Statuta, quæ per ip-
sum, causa cognita, & in forma specifica fuerunt
confirmata, *text. sunt clari in cap. 1. & 2. de con-*
firmat. vtil. vel inut. gloss. in cap. ea quæ in verb.
roborentur, de senten. & re iudic. Alex. in suprà
alleg. cons. 123. sub num. 18. vers. ideo dixit, lib. 4.
20 & satis tritum † in iure est, eius esse interpretari,
cuius est condere, *l. vlt. C. de legib.* Et hinc Bene-
21 ficia † principalia subijci interpretationi ipsius
Principis, innuit Paulus *in l. ex facto 43. in princ.*
vers. respondi Beneficia, de vulgar. & pupillar.
substitut. cum alijs adductis per *Franc. Bec. cons.*
3. num. 17.

22 Ad Iudices † enim inferiores pertinet inter-
pretatio eorũ, quæ versantur circa personas, qui-
bus gratia aliqua est facta, vndè possit argui obre-
ptio, vel subreptio, necnon circa factum, at mini-
mè circa sensum, & mentem Principis conceden-
tis, vltra quàm ferat ius commune, vt optimè ex-
plicat *Bald. in cap. 1. num. 3. apud quem, vel quos*
cont. in Vsib. feudo. Garz. de Giron. in tract. de
expliicat. priuileg. ex num. 1517.

23 Et propterea, † quotiescunquè in his contro-
uersijs, ex parte alicuius Capituli, contra sensum
Rotæ ad interpretationem huiusmodi statutorũ,
fuit articulata interpretatiua obseruantia in con-
trarium, & petita remissoria, perpetuò fuit huius-
modi remissoria denegata, *Rota decis. 212. nu. 1.*
24 *par. 1. in recen.* Et certè ridiculum † est, statutum
in quo condendo Papa adhibitis proceribus suis
(vt fieri solet) excussit omnia, quæ ad illius iusti-
tiam, & honestatem pertinent, magis pendere ab
obseruantia, seù veriùs abusu, secundum sensum
externorum, quàm ab interpretatione ipsius Pa-
pæ, siuè illius Auditorij, secundum Regulas iuris
communis, à quibus nusquam deflectitur, *Gregor.*
decis. 211. sub num. 6. vbi Beltramin. ad fin.
& notauimus hoc libro *quæstio. 15. num. 79.*
& pressiùs in quæstio. 41. ex num. 40. vers. &
certè res.

His præhabitis; Infertur primò, statuta huius-
modi, veluti in hac parte iuris communis abroga-
toria, restringenda omnino esse ad personas, &
casus in his expressos. Cùm enim in omnibus sta-
25 tutis † hoc traditum sit pro Regula, vt in his stri-
cta fiat interpretatio, *Bart. in l. omnes populi sub*
nu. 58. de Iustitia, & iure, Cephal. cons. 571. nu.
59. in quam rẽ plura cumulat *Alderan. Mascard.*
de statutor. interpretat. concl. 4. ex num. 1. id te-
26 naciùs † obseruandum est, vbi statutum continet
manifestum à iure communi recessum, vt est *text.*
in l. quod verò, cum duabus sequentibus, ff. de le-
27 *gib. Osasc. decis. 4. num. 10.* Nusquàm † enim
statutum ampliandum est contra disposita à
iure communi, *Bald. in l. illam, 19. sub num.*
7. vers. præterea statutum hoc, C. de collat. Bart.
in præalligata l. omnes populi, sub num. 60.
& 61.

Proindequè, in his controuersijs diligentèr ob-
28 seruanda † sunt cuiusquè statuti verba, *cap. porrò*
29 *de priuileg. cum simil.* quæ si † concepta sint ad
descendentes ab Hæreticis, seù condemnatis, vel
reconciliatis de Hæresi, cuiusmodi est statutum
Ecclesiæ Hispalensis, vtiquè non trahentur ad de-
scendentes ab aliquo, qui ob solam suspicionem,
etiam vehementem, abiurasset, vt resoluit *Rota*
apud Put. decis. 390. in correctis lib. 2. Reueren-
dissimus D. Ricciullus, in loco præallegato cap.
7. num. 7.

Hoc enim casu, nedùm cessant verba, sed etiam
mens, & ratio statuti; Quippè nequè hic potest
30 dici Hæreticus, cùm † suspectus de delicto cen-
seatur quidem aliquid commisisse, quod delicto
proximum sit, at minimè delictum illud perpe-
trasse, vt ex mente *Bart. in l. 1. §. Diuus num. 1.*
ff. ad l. Corn. de Sicar. colligit Abb. in cap. inter
sollicitudines, 10. sub num. 6. vers. facit quod no-
tat, de purgation. Canon.

31 Vndè videmus, ex † sola suspicione huiusmo-
di, minimè contrahi inhabilitatem ad Beneficia,
vel officia Ecclesiastica, *Zanchin. Vgolin. in*
tractat. de Hæretic. cap. 28. sub num. 4. vers. nam
si redijssem, & reprobata sentẽtia Azorij *Moral.*
tom. 2 lib. 6. cap. 4. in 3. quæst. circa finem vers. Si
roges, an idem iuris sit, apertè censuit *Thom. San-*
chez ad præcepta decalogi lib. 2. cap. 27. num. 29.
& post eum, & alios, quos plures cumulat, te-
net etiam *Farinac. de Hæres. quæst. 191. §. 2.*
num. 67.

32 Nèc idem, potest dici † condemnatus de Hære-
si, cùm super hoc non sit lata sententia, *l. 4. §.*
condemnatum de re iudic. iuncta *l. 2. de admini-*
stratio. tutor. l. Lucius Titius, 21. ff. de his qui
notantur infamia.

33 Nequè etiam potest dici † Reconciliatus, cùm
ob solam suspicionem non imponatur pœna, sed
simplex

simplex pœnitentia, quæ non concludit ad delictum, sed ad simplicem suspicionem, & scandalū, vt ità declarando prædictum statutum Ecclesiæ Hispalen. respondit *Rota diuer.par.3.lib.2.decis.105.* quæ duplicatur *lib.3.decis.41. num.2.* Et
34 abiurationem † publicè factam ob vehementem suspicionem, nullam inducere inhabilitatem, latissimè fuit decisum in vna *Gadicen. Canonicatus, 20. Iulij 1587. corā Comitulo, impressa per Farinac. cons.lib.1. decis.51.* vbi latissimè respondetur omnibus contrarijs.
35 Si verò verba statuti latiùs † concepta sint, vim suam obseruabunt, *gloss. in cap. cum dilectus in verb. iuri communi vers. nam à verbis, de consuetud.* ità vt his nihil addatur, vel detrahatur, *Franc.*
36 *Beec. cons. 12. num. 51.* Adeò † enim hac in re sunt diuersa statuta, vt per eorum aliqua videantur excludi, & per aliqua non excludi Expositi, vt per *Laram praeit. cap. 4. num. 39.* itemquè Infide-
37 les † spontè conuersi ad fidem, vt ibidem per ipsum ex *num. 140.* Vndè pleræquè Ecclesiæ habent statutum in specie, nè admittantur descendentes ex pœnitentiatis, & aliæ, nè admittantur descendentes ab infectis vlla macula, aut labe.
38 Quamuis enim notæ † istæ *macula*, vel *labes*, in potenciori significatu, videantur exprimere infamiam ex delicto, vt innuit *text. in l. 1. C. de natural. liberis, & in l. vltima, ff. de natalibus restit. & in l. 1. in princ. C. de collus. detegen. & in l. Diuo 11. in princ. de quaestion.* nihilominus
39 quià † potest etiam referri ad leuem quamcunquè maculā opinionis, *l. si quis de Togatis 9. C. de aduocat. diuer. iudic. l. licet, vbi gloss. in verb. labem pudoris, C. de excusation. tutor.* Nihil est, quin ex statuto huiusmodi referantur ad eas personas, quę simplicitèr abiurarunt, indequè contraxerunt suspicionem, propter vim vniuersalis negatiuæ, quæ
40 magis † negat, quàm vniuersalis affirmatiua affirmet, *Dec. in l. 1. sub num. 13. vers. postremo C. de pactis, & in l. si Ruffinus num. 7. C. de testamen. milit. cum alijs per Franc. Beec. cons. 94. num. 33.*
41 Infertur secundò; prouisum † siuè à Papa, siuè ab inferiori de præbenda, vel dignitate in aliqua Ecclesia, vbi vigeat statutum huiusmodi, nihil minùs probare teneri, quàm negatiuam hanc, videlicet, se nō descendere à personis macula huiusmodi infectis, quam sententiam perpetuò amplexa est Rota, vt apud *Seraph. decis. 51. & decis. 355. num. 1. Mant. decis. 274. num. 1. & d. decis. 307. num. 2. & per to. & in recen. decis. 167. num. 31. & decis. 182. sub nu. 4. vers. vnde Capitulo, par. 1. in recen. Reuerendiss. D. Coccinus decis. 68. nu. 1.* & nefas esse de hac sententia deinceps dubitare, fuit responsum in *Corduben. dimidia portionis 28. Iunij praesentis anni 1628. coram Rpd. Merlino.*
42 Ratio istius † conclusionis, nulla est alia, quàm natura ipsa materiæ obiectiuæ, secundum ea, quæ in præcedenti quæstione explicauimus; quod non attigerunt, qui contrariam sententiam probarūt, videlicet *Hieronymus de Ceuall. tom. 4. comm. contra com. quaest. 900. ex num. 110. & Illephonsus Perez de Lara, in tractat. de anniuersarijs, & Capellanijs, lib. 2. cap. 4. ex num. 22.*

A quibus propterea accuratissimè est cauendum; nàm aduertendum puto petentem beneficium, aliquando proferre titulum imperfectum, sed perficiendum ex actu illius canonizatorio, aliquando autem prætendere titulum perfectum, & omni ex parte absolutum, instando duntaxat pro eius executione. Quandò ergò versamur in primo
43 casu, qui petit † canonizationem, ipse affirmat de se omnia necessaria ad eum actum præambulū quem petit canonizari, & in consequens tenetur probare, iuxta Regulam *l. 2. ff. de probat.* At quandò versamur in secundo, cùm non petat canonizari, nihil etiam de se affirmat, præter id vnum, quod habeat titulum perfectū, & absolutum; quod simul eo momento iustificat, quo literas prouisionis in medium profert, *l. vltima* cum ibi notatis *C. de edicto D. Adriani tollen.* Itaquè, vt in primo casu materia non est obiectiua, ità in secundo mouetur simplex obiectus ex parte opponentis, & negan-
44 tis in eo concurrere qualitates necessarias; † Vt in simili dicitur de electo petente confirmationem, & sic canonizatoriam, vt teneatur probare suam legitimitatem, secùs verò, si iam sit confirmatus, atquè ita ostendat actum perfectum, *Archid. in can. Presbyter, num. 2. & 3. distinct. 78.* & fuit originalis doctrina *Hostiens. in cap. cum olim, sub num. 7. vers. hac tamen est differentia, de dolo, & contumac. Ioan. Andr. super Regula infamibus, 87. sub num. 12. in vlt. col. vers. circa*
45 *secundum, de Regul. iur. in 6.* vbi ait, hoc † casu non curari an obiectus proponatur affirmatiuè, vel negatiuè, nè quando per sophisticationes verborum, natura ipsa materiæ mutetur, hoc idem docuit *Butr. in cap. vlt. sub num. 14. versus fin. vers. in alijs qualitatibus, de praesumpt. Gabr. de probat. conclus. 6. num. 45. vers. vigesimo primo infertur.*
46 Et huius rationis ea est ratio, quià † propter actus perfectionem in se ipso, iam de alio non agitur, quàm de illius effectu, proindequè is qui impedit, & sui impedimenti causam proponit, tenetur causam à se propositam iustificare, vt hanc rationem considerat *Calder. in cons. 5. vers. & specialiter, de probat.*
47 Qui enim † fundat se super actu certo, nihil aliud probare habet, quàm actum habere formam debitam, licèt alitèr nō probet habilitatem personæ, *Abb. in cap. in praesentia, per eum textum, num. 4. & 32. vers. dicas tamen, & num. 33. vbi Felin. num. 28. Dec. num. 44. de probat. & idem Dec. in cap. nouit, num. 19. de Iudic. & in cons. 682. sub num. 13. ad fin. vers. quartò non obstat:* habilitas
48 enim † in persona præsumitur, *Bald. in l. eum te minorem, num. 6. C. de probat. Dec. in praalleg. cap. in praesentia, num. 47. de probat. & in praall. cons. 682. num. 15. cum alijs per Mandos. ad Regulam 18. quaest. 3. num. 6.*
Et hinc videmus, quod si electio non expectet
49 confirmationem, quo casu † resoluitur in simplicem prouisionem, *Rebuff. in praxi. de elect. nu. 4.*
50 diciturquè † electio æquiuocè, vt ait *gloss. in cap. cum dilectus §. Dictus verò, in verb. electio, de consuet.*

consuet.& diximus hoc lib. quæst. 18. num. 15. si
51 in † actu adeptionis possessionis obijcitur tali ele-
cto defectus aliquis, vtputa ætatis, non tenetur ip-
se ætatem suam probare; sed obijciens tenetur
obiectum suum iustificare, *Archid. in cap. si eo
tempore, sub n. 1. vers. sed si dubitetur, de rescript.
in 6. Alex. cons. 149. num. 16. vers. nota in specie
lib. 5. Calderin. d. cons. 5. de probat. Rip. lib. 1.
respon. 506. num. 1.* & plenis suffragijs fuit de-
cisum in vna *Tridentina Canonicatus 15. De-
cembris 1603. coram Illustrissimo D. Cardinali
Millino.*

Nequè dicatur, Collatorem hoc casu præsup-
ponere hanc qualitatem in prouiso, sed illam mi-
nimè determinare, & propterea adhuc incumbe-
re onus eam probandi ipsi prouiso; nàm licèt om-
nia quæ supponuntur, suntquè necessaria ad gra-
tiam, si minùs vera sint, gratiam ipsam perimant,
52 cum hæc sit natura † suppositionis, vt nisi vera sit,
corruat dispositio, vulgata *l. vt responsum, vbi
Alciat. n. 10. C. de transact.* tamen aliud est, quod
suppositio debeat esse vera, & longè aliud, quod
debeat illius affirmatio, vel negatio per hunc po-
tiùs, quàm per illum iustificari, in hoc enim arti-
culo non recedimus à natura materiæ obiectiuæ,
53 vt in fortioribus terminis, si Papa † conferat præ-
bendam Titio, cum supposito quod sit nobilis, &
in adeptione possessionis sibi obijciatur, quod nō
sit nobilis, non tenetur ipse Titius probare affir-
matiuam nobilitatis, sed obijciens negatiuam,
quod non sit nobilis, *Bellam. decis. 445. incip. si
contra illum.*

Quapropter, nèc applicatur huic controuersię,
quod dicunt *Ceual. & Perez de Lara*, locis supe-
riùs allegatis; scilicet, eum qui intendit iuuari sta-
54 tuto, cogi verificare † se esse in casu statuti, & sic,
habere qualitates à statuto requisitas, *vulgat. l. 4.
§. hac autem actio, ff. vi bonor. rapt.* cum alijs per
Aym. cons. 280. sub num. 2. vers facit ad præmissa;
nam id quod assumunt, videlicet prouisum inten-
dere iuuari ex statuto, penitus est erroneum, quià
55 prouisus † intendit iuuari ex suo titulo, adeoquè
ex iure communi, non autem ex statuto, cùm po-
tius ex eo contra ipsum formetur obiectus, & hoc
est, quod respondit *Rota apud Seraph. præalleg.
decis. 355. sub nu. 3. vers. nequè obstant allegata.*

Et licèt Collator id etiam intendat, vt prouisus
omninò habeat illam qualitatem, non tamen hoc
etiam intendit, vt immutetur ordo, qui seruatur
de iure communi in materia obiectiua, & sic gra-
uetur prouisus hoc onere probandi, vltra quàm
56 disponat ius commune, omnis † enim recessus à
iure communi est odiosus, *Ioan. Crot. in Rubrica
num. 9. de rescript.* cum alijs adductis per *Frans.
Becc. cons. 32. sub num. 23. vers. & dicit Ioannes.*

Infertur tertiò; cessante huiusmodi ratione
proponendi obiectum, nihil esse, quin prouisus ip-
se teneatur probare suam hanc qualitatem, quod
57 non descendat ab infectis, cùm enim † sit qualitas
accidentaria, etiamsi conferat ad habilitatem
personæ, quæ alioqui præsumitur, nihilominùs
probanda est per affirmantem, non autem per ne-
gantem, *gloss. in cap. si forti, in verb. scientia, & ibi
Ioan. Monac. num. 9. de elect. in 6. cum alijs ad-
ductis per Pacia. de probat. lib. 1. cap. 53. num.*
58 *41.* Cessante † enim obiecto, & illius formalita-
te, non est qui dubitet, petentem aliquid sibi fie-
ri, vel dari, tanquàm personæ qualificatæ quali-
tate accidentaria, siuè intrinseca, siuè extrinseca,
teneri qualitatem hanc iustificare, vt notant om-
nes in *l. actor*, vbi præcipuè *Iacobus de Arena,
sub num. 2. vers. alias est negatiua qualitatis,
Salycet. sub num. 10. vers. & istam negatiuam, &
Alberic. sub num. 6. vers. Si vero ista negatiua
qualitatis, C. de probat. Bald. in l. vlt. vers. Si autē
negatur qualitas, eod. tit. de probat. Pacian. loco
proximè allegato*, qui plures alios refert, & sequi-
tur sub *eod. num. 41. vers. quæ illatio, & cap. 36.
num. 31.* & hùc pertinent omnia ex alijs Doctori-
bus cumulata per *Hieronymum Ceuall. in suprà
alleg. quæst. 900. ex num. 111.*

Cessare autem in casu proposito multiplicitèr
potest formalitas hæc deductionis obiectiuæ, ve-
59 luti si statutum † ità esset conceptum, vt prouisus
ipse teneatur qualitatē hanc iustificare, tunc enim
non tàm videretur inniti prouisioni de se factæ;
quàm statuto ipsi, ideoquè omnino vrgetur ad
hanc iustificationem, *Rota in præallegata decis.
167. sub num. 32. vers. quarto, quia & num. 38.
Seraph. d. decis. 355. sub num. 3. vers. sed & sta-
tutum.*

Nequè hoc casu posset iuuari aliqua præsum-
60 ptione, quæ † non sufficit, vbi lex positiuè proba-
tionem requirit, *l. Lucius Titius 82. vbi gloss.* &
scribentes, præcipuè verò *Cuman. num. 3. de con-
dition. & demonstration. Felyn. in Rubr. num. 3.
de probat. vbi etiam Dec. num. 153. Achil. decis. 1.
de probat. Cas. de Grass. decis. 176. aliàs 1. qui fi-
lij sint legitimi, ex num. 17.*
61 Quamuis enim iuris † præsumptio, consueue-
rit nuncupari liquidissima probatio, vt per eum
text. notant passim scribentes in *l. licèt Impera-
tor 77. de legat. 1. cum simil. per Menoch. de præs.*
62 *lib. 1. q. 37. nu. 3.* tamen † ità dicitur impropriè, vt
ex ponderatione *text. in l. vnic. ff. si tabulæ testa-
menti nulla extab.* colligit *Roman. in l. 1. sub n. 7.
vers. an autem talis probatio, C. de testam. militis,*
63 de qua † impropria probatione, non potest intel-
ligi statutum simplicitèr probationem exigens, vt
concludit *Roman. eod. loco*, plures cumulat, & se-
quitur *Natta. cons. 581. num. 9. cum seq.*

Necesse est tamen, quod verba statuti, in hac
64 parte, sint admodum clara, & perspicua, aliàs † si
ambigua, vel obscura sint, aut perplexa, perpetuò
recipient interpretationem passiuam à iure com-
muni, vt non censeatur admittendus hoc onere
prægrauatus, quemadmodum conclusit *Rota in
superiùs allegata Corduben. dimidiæ portionis
28. Iun. præsentis anni 1628. coram R. p. d. Mer-
lino*, etiam si verba magis inclinarent in sensum
contrarium, quià cum vix sit, posse constitui ali-
quam vrgere rationem, vt ipsemet admittendus
65 adstringatur probare suam puritatem, quæ † pro-
batio si referatur ad certum, fermè videtur im-
possibilis, ex quo petit tempus indeterminatum,
& infinitum, *Seraph. in præalleg. decis. 50. vers. &*

iaco

66 *ideo non obstat*, Iudicis † partes aliæ nõ sunt, quàm
sua interpretatione auertere, & frangere huiusmodi captiosum intellectũ, *vt dicit text. in l. cùm*
67 *Aquiliana, ff. de transact.* Odia † siquidem sine radice, idest sine ratione, non secus, ac irrationabiles fauores, Prudentum interpretatio frangere, & coercere debet, vt ex *text. in d. l. cùm Aquiliana, pulchrè notauit Bald. in l. vlt. sub nu. 4. vers. odia namque C. de verbor. significat.*

68 Et propterea † in casu statuti Ecclesiæ Corduben, quo decernitur, prouisum teneri dare sufficientem informationem de hoc ipso, quod non descendat ab infectis, & si non det, Capitulares illam sumant, Rota in eadẽ *Corduben. dimidiæ portionis*, minimè eum probauit intellectum, quod teneatur prouisus præcisè probare, sed quod id sit positum in eius arbitrio, nequè enim si renuat dare informationem, statutum eum repellit, sed vult procedi ad infotmationem per Capitulum, tuncquè demum reijci, si exinde appareat de descendentia ab infectis; quod sanè statutum nedùm
69 non grauat prouisum, cum † id sit positum in eius arbitrio, iuxta Regulam *In alternatiuis, cum ibi notatis, de regul. iur. in 6.* sed illi potiùs mirificè iuuat, dum hoc pacto, eximit à periculo falsorum testium; vt enim prouisus susceperit in se onus dandi informationem, poterit nominare testes legales, nulloquè modo sibi suspectos, & vlterius præcidere viam quibuscunquè machinationibus, articulando videlicet, & probando puritatem suę descendentiæ ex publica voce, & fama, quæ sola
70 sibi † ad hunc effectum sufficiet, etiam per duos tantum testes probata, vt latissimè fuit conclusum in præallegata *decis. 167. nu. 49. par. 1. recen.* quam in his terminis probauit *Rota in præallegata Corduben. dimidiæ portionis.*

Infertur quartò ex præmissis; quæ differentia sit inter modum probandi puritatem ex parte prouisi, & modum probandi impuritatem ex parte Capituli obijcientis; nàm si tractetur de probanda puritate ex parte prouisi, sunt constituendi duo casus; Prior est, quando ipse aut spontè, aut etiam ad id coactus, assumit in se huiusmodi onus probandi: & cogitur quidem ex statuto, si id di-
71 sponat, vt dictum est, vel etiam † ex eo, quod in prouisione sua narrauerit suam puritatem, vt de eo, qui narrauit se nobilem, censuit *Rota apud Seraph. decis. 16. num. 1.* & in istis terminis puritatis sanguinis, apud eundem *decis. 454. num. 3.*

Itemquè cogitur, si seipsum in eam necessitatẽ ex mera negligentia coniecerit, puta, quià passus sententiam super reiectione propter impuritatẽ, vel non appellauerit, vel appellationem deserue-
72 rit: dum enim † arctatur procedere per restitutionem in integrum, atquè ità docere de læsione, *l. 1. cum sequentib. ff. de restit. in integ. Pute. decis. 23. num. 5. decis. 201. num. 1. & decis. 262. num. 1. lib. 3.* cùm minimè satis sit, restitutionem petere aduersus iudicatum, nisi concludentèr doceatur de læsione, quæ nusquàm præsumitur, *Gozadin. cons. 44. n. 8. Caphal. cons. 3. n. 107. Port. de Imola cons. 134. nu. 30. lib. 1. Osasch. dec. 157. nu. 8. cum pluribus adductis per Mago. Flor. dec. 104. n. 25.*

73 Præsumptio illa, quæ † est pro iudicato, *l. cum bi, §. si Prætor, ff. de transactio. cum alijs per Gozadin. d. cons. 44. sub eod. num. 8. vers. item quid præsumitur, Surd. decis. 69. num. 8.* transfert onus
74 probandi † in ipsum, qui sententiam, vel decretum est passus, *l. generalitèr §. si petitum ad finem de fideicommiss. liberta. Dec. cons. 540. nu. 11. Menoch.*
75 *qui cæteros refert, cons. 419. num. 12.* & si † versemur in casu, quo etiam citra hunc effectum præsumptionis teneretur probare, eum afficit duriori onere probandi, *gloss. in l. vlt. in princ. in verb. præsumptionis, ff. de eo quod met. cau.*

76 Vndè cùm cogatur † iustificare Iniustitiam ex qua deducit læsionem, plenè, & concludentèr, *Salycet. in l. 1. ex num. 8. C. si aduer. rem iudica. Beninten. decis. 85. num. 10. Rota recent. par. 3. decis. 354. sub nu. 1. Beltram. ad Gregor. decis. 459.*
77 *num. 11.* id necessariò consequitur, vt † hanc ipsam puritatem suam, positiuè teneatùr probare, vt respondit Rota in vna *Toletana Portionis 3. Maij 1561. coram Gropperio, cuius meminit Seraph. in suprà allegata decis. 355. sub nu. 1. vers. nec obstat decisio, & firmatur etiam decis. 196. num. 4 par. 1. recent. Reuerendiss. D. Ricciull. d. cap. 7. num. 16.*

Quandocunquè ergò, versamur in hoc casu, vt ipse, vel quià spontè in se susceperit onus probãdi, vel quià ob suam negligentiam in hanc necessitatem seipsum coniecerit, sibi satis erit probare suam hanc puritatem, aut per publicam vocem, & famam, vt dictum est, aut certè docendo, se esse
78 in quasi possessione status huiusmodi; quia † licèt hæc quasi possessio, non sufficiat prò canonizatione status huius, sufficit tamen pro repellẽdo obiecto, vt est textus clarus, qui ità distinguit, in *l. circa eum, ff. de probat.* (*licet Ceuall. in præalleg. cap. 900. sub num. 128.* eius verba in contrarium sensum acceperit) & vt secundum hunc statum, per-
79 sona † sua reputetur habilis ad capiendum, quod sibi tanquam ita qualificato debetur, *Bart. in l. si priùs num. 18. C. de nou. oper. nunciat. Dec. in l. si emancipati num. 4. C. de collat. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 54. num. 31.*

80 Nequè ad hunc effectum, probatio † hæc resultans ex quasi possessione, potest videri minus iusta probatio; ex quo non versamur in casu, in quo lex exigat probationem veram, vt in *l. Lucius Titius 82. de condition. & demonstrat. declarant Bart. num. 1. & Cuman. num. 3. & 4.* nèc dissentiunt alij allegati per *Ceuall. d. cap. 900. num. 132.*

81 Quo fit, vt qui † semel fuit admissus tanquã purus in eadem Ecclesia, nõ debeat subire discrimen istud respectu alterius Beneficij, vel officij in eadẽ Ecclesia, cùm habeat suam intentionem fundatã in hac quasi possessione, vt cõcludit *Perez de Lara, de Anniuersar. & Capellan. præcitat. lib. 2. c. 4. num. 15. & num. 87. Reuerendiss. D. Ricciullus in præalleg. cap. 7. ex num. 26. & secuta est Rota in præcitata Corduben. dimidiæ portionis.*

82 Et licèt non existimem, † quasi possessionem huiusmodi, deducibilem esse ex quacunque alia receptione in alia Ecclesia, aut Collegio, propter facile commentum fraudis, & quia etiam potuit

hac in

83 hac in re admitti negligentia, quæ † non debet alteri nocere, *cap. damnum, de regul. iur. in 6. l. nam iniquissimum, ff. de iuris, & fact. ignorantia, cum simil. adductis per Surd. decis. 182. num. 11. Lara*
84 *loco praecit num.* 29. nihilominus † arbitror, vndequaquè acquisita sit quasi possessio, si super huiusmodi statu fuisset lata sententia, iuxta terminos *text. in l. ingenuum 25. ff. de stat. hom* eam suffragari, nec dissentit *Lara in praeallegato c. 4. n. 21. et sequitur Reuerendiss. D. Rieciullus d. cap. 7. n. 27.*
85 Idemquè existimarem † si sententia huiusmodi lata fuisset super statu personæ fratris vtrinquè coniuncti, sicuti si talis frater priùs fuisset in eadē Ecclesia, præuia simili informatione, admissus, & receptus, vt censuit *Rota apud Reuerendiss. D. Coccin. d. decis. 68. num. 14.* in qua alij allegantur, & firmatum etiam fuit *in suprà alleg. decis. 182. num. 8. par. 1. recen.* pro quo *est text. in authen. si quis liberos ad finem vers. & si vni C. de natu-*
86 *ral. lib.* licet talis † sententia, è conuerso, non præiudicet, vt per eum *text.* docet *gloss. vlt. in cap. d. lecto 25. circa finem vers. per decretalem istam, de preben.* & benè etiam aduertit *Lara d. cap. 4. num. 17. & 18.*

Alter est, quando ex informatione Capituli, resultat probata macula, siuè infectio, & ad remouendum obiectum, prouisus ipse subit onus istud contrarium probandi; & hoc quidem casu satis est reddere probationem contrariam, dubiam,
87 aut æquiuocam; Quicquid enim sit † in alijs materijs non obiectiuis, in quibus, si vel ipsa verisimilitudo repugnet, certiores, & clariores exiguntur probationes, *l. vlt. in princ. ff. de eo quod metus causa, Fulgos. in l. si maior, num. 2. C. de legitim. heredib. Paris. cons. 29. nu. 48. & 49. lib. 2. Surd. qui alios refert, decis. 83. num. 23. Rota in recen. decis. 504. sub num. 8. circa medium, vers. ex quo fortiores, in recen. par. 1.*
88 Et vbi † probationes hinc indè proferuntur, præualeant quæ magis fortes, & concludentes sunt, habita ratione maioris dignitatis, & fidei testium, *l. ob carmen 21. §. vlt. ff. de testib. Natta cons. 373. nu. 4. Rota, qua alios allegat decis. 509.*
89 *num. 9. par. 1. recen.* Attamen † in hac materia obiectiua, propter illius odium, contrariam sentē. tiam sequimur, adeò vt probationes pro puritate, quantumcunquè minùs ponderosę, præualeant, vt concludit *Rota in recen. decis. 494. sub nu. 12. ead. par. 1. recen.*

Si verò tractetur de probanda impuritate ex parte Capituli, cùm materia sit merè obiectiua, regulanda est probatio secundum ea, quæ in præcedenti quæstione explicauimus; Vt ideo in ali-
90 quibus † cauendum sit à *Lara, in sæpè citato c. 4.* præcipuè in eo, quòd admittatur probatio de auditu ab antiquis, & de publica voce, & fama, vt ibi per eum ex *num. 11.* Et si ex informatione resultet hinc indè contraria probatio de puritate, & impuritate ex auditu à maioribus, & de communi reputatione, præferendi sint testes deponentes pro impuritate, etiam si sint in minori numero, vt ibi per eum ex *num. 58.* vbi attestatur de obseruantia totius Hispaniæ.

Nam, quod ad primum attinet, assumptum illud
91 est erroneum, licèt † enim fama sufficiat in antiquis, *l. atqui natura, §. si eum me absente, eum ibi notatis, de negotijs gestis*, cum latè adductis per *Gassad. decis. 2. nu. 2. de probat. Seraph. decis. 449.*
92 *n. 3.* Tamē † vbi agitur de grauissimo præiudicio, nō attēditur, vt distinguit *Ruin. cons. 113. sub n. 8.*
93 *vers. et in casu, lib. 5.* vndè neque † in criminalibus recipitur hæc probatio, quāuis cōcurrat vnus testis de veritate, quantūcunquè ciuilitèr agatur, vt ex pluribus concludit *Rota apud Veral. decis. 8. num. 1. & 2. par. 2.* proindequè Rota in hac ma-
94 teria † perpetuo reiecit huiusmodi probationem per famam, nisi sit prorsus vniformis, & super ea nulla detur contradictio, adeoquè sit inconcussa, vt optimè declarat *Reuerendiss. D. Coccinus in sæpè allegata decis. 68. num. 18. Gregor. decis. 455. num. 6. Rota in recen. sæpè citata decis. 167. sub num. 24. & decis. 182. num. 5. & 7. & decis. 335. sub num. 5. vers. attamen non releuat, par. 2.* Et vl-
95 terius exigit, quod liqueat, an † ex probabilibus causis traxerit originem, prout ex mente *Bart. in l. de minore §. plurimum n. 31. de quaest. & Bald. in l. diffamari num. 2. & 3. de ingenuis manumissis, & Alex. in cons. 72. sub num. 13. ad fin.* in
96 his terminis † concludit *Mantic. in praecitata decis. 274. num. 9. & latissimè Rota in praeallegata decis. 167. num. 24 par. 1 recen.*

Et dùm idem *Lara eod. cap. 4. num. 13.* conatur inferre differentiam inter statutum huiusmodi, & alia statuta odiosa, non videtur (Vir alioqui peritissimus) etiam percepisse, materiam obiectiuam perpetuò odiosam esse, nèc enim simpliciter consideratur fauor Ecclesiæ, super quo fundatum est statutum, sed natura obiectus; Et hinc apparet, eundem minus cautè existimasse, in concursu probationum super bona, & mala famā, præferendam esse probationem malæ famæ: cùm
97 fama † quæ non est inconcussa, & vniformis, pro nihilo reputetur, *Bald. in l. conuenticulam, sub num. 8. vers. est tamen verum C. de Episcopis, & Clericis*, cum alijs adductis per *Rolan. cons. 3. num. 49. lib. 1.* & hanc sententiam perpetuò in hac materia puritatis firmauit Rota, vt apud *Reuerendiss. D. Coccinum d. decis. 68. num. 11. Gregor. d. decis. 455. nu. 3.* Vndè. vt dixi, apparet, eam esse perniciosissimam opinionem, vt etiam animaduertit *Hieronymus Ceual. qui illam reprobat, in praecitato c. 900. ex n. 84.* vbi † sub
98 *num. 95.* attestatur, quinimò ei aduersari iuris rationem, & pietatem, simulquè & praxim Ecclesiarum Cathedralium, Collegiorum, Confraternitatum Hispaniæ, & iudiciorum in Romana Curia.

A quo tamē *Ceuallos* paritèr est cauendū, dum
99 eodem loco ex *num. 98.* videtur † admittere opinionem Laræ, si pro testibus deponentibus de mala fama, quantūcunquè paucioribus, accedat verisimilitudo: vt enim admittatur fama in hac materia, hoc non est satis, sed id quoque in specie requiritur, nè sit aliquo modo contradicta, vt ex *Bald. & alijs superius allegatis*; Et *text. in l. fin. §. si testes, ff. de testib. cum alijs ibi per eum adductis num. 99.* non loquitur de probatione famæ ex contradi-

contradictione debilitatæ, quemadmodùm nèc
quiſpiam ex Doctoribus ibi per eum allegatis.
100 Et quamuis poſſit hæc fama adminiculari, † &
concurrentibus pluribus imperfectis probationi-
bus diuerſi generis, conficiatur plena probatio,
Fel. conſ. 2. ſub num. 17. verſ. primo adduco, Lara
101 *eod. cap. 4. num. 44. & 141.* ſi vnaquæquè † tamen
in ſpecie ſua perfecta ſit, *Seraph. deciſ. 1163. nu. 8.*
102 & ſi omnes tendāt † in idem, non in diuerſa, iuxta
doctrinā *Bart. in l. admonendi, n. 49. ff. de iureiur.*
103 Attamē id nequè admittitur in hac materia † cri-
minoſa, etiam ciuilitèr deducta, *cap. veniens il
primo, vbi Imol. nu. 7. & Dec. num. 25. de teſtib.*
cum alijs adductis per *Gregor. deciſ. 517. nu. 28.*
104 *& 29.* & in qua † ſatis eſt, non eſſe probatam im-
puritatem, vt dicatur probata puritas, indequè
ſatisfactum ſtatuto, vt viuis rationibus explica-
tur in ſuprà relata *deciſ. 167. ex num. 31. par. 1.
in recentior.* quæ concluſio ex præmiſſis veriſſi-
ma demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Impetrare, quid.*
2 *Impetrator, ſiuè impetrans, relato termino ad beneficium, in Romana Curia, quinàm dicatur.*
3 *Impetrationes beneficiorum, odibiles.*
4 *Beneficium viuentis, non confertur.*
5 *Impetrator iudicij, ſiuè actionis, qui.*
6 *Clauſula,* vocatis vocandis, *perpetuò adijcitur in literis Apoſtolicis, ſuper impetrationibus.*
7 *Huius clauſulæ, vis.*
8 *Executores, qui deputantur in literis Apoſtolicis ſuper impetrationibus, verè, & propriè ſunt Iudices.*
9 *Clauſula,* vocatis vocandis, &c. *operatur, vt detur appellatio ab executione literarum ad vtrunquè effectum.*
10 *Et vt geſta intra decendium ad appellandum, cadant ſub attentatum.*
11 *Etiamſi tractetur de executione Breuis.*
12 *Clauſula,* contradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo, *de quibus contradictoribus intelligatur.*
13 *Impetrantes, cur adeò reputentur odioſi.*
14 *Infamibus, portæ dignitatum non ſunt reſerandæ.*
15 *Intruſi in beneficijs, debent detrudi.*
16 *Charitas, excluditur per cupiditatem.*
17 *Charitas vbi deeſt, non poteſt eſſe Iuſtitia.*
18 *Quadruplatores, qua intentione donati.*
19 *Impetrantium ordo, quadruplex.*
20 *Beneficium Eccleſiaſticum, ſine Canonica inſtitutione obtineri nequit.*
21 *Morbis nouis, noua conuenit antidota præparari.*
22 *Impetrantibus viuentium beneficia, vndiquè occurſum.*
23 *Antidotis, veneni vis frangenda.*
24 *Veneni, nullum eſt commercium, Antidotorum verò, ſecùs.*

QVÆSTIO XLIV.

Impetrantes, Qui dicantur; & quotuplex eorum Ordo?



ICET prouiſus de Bene-
ficio, propriè etiam dica-
tur beneficij Impetrator,
1 cùm in effectu † idem
ſit impetrare, quod obti-
nere, *l. 2. ad fin. ff. de pre-
car. l. quidam relegatus, ff.
de reb. dub. l. 1. in princ. &
l. ſi creditores, ff. de ſepara-
tio. cum alijs per Mandoſ. ad Regul. 21. queſt.
9. num. 10.*
2 Romana tamen Curia, diuerſos † facit Impe-
tratores beneficiorum, à prouiſis de beneficijs; nā
prouiſos appellat, quos Papa prouidet tanquam
de vacanti tàm de facto, quàm de iure; *Impetra-
tores* verò, ſeù *Impetrantes*, vocat eos qui impe-
trant beneficia plena, ex ſuggeſta vacatione de
iure, qui (cum omnino cogantur ſpecificare vaca-
tionis modum, non ſecùs ac ij, qui prouidentur, ex
Regula, quæ eſt hodie 47. quod in ſequenti libro
explicabitur, ad quē ſanè modū conſueuit etiam
diſpoſitiuè gratia conſtringi) nuncupati etiā fue-
runt, *certo modo*, vt liquet ex *Caſſador. deciſ. 5. de
praben.* Et hanc differentiam, inter Prouiſos, &
Impetratores, agnouerunt etiam maiores noſtri,
præcipuè verò *Hoſtien. in cap. cùm in multis, ſub
nu. 4. verſ. prouidè, & ſub n. 9. verſ. verùm quid,
de reſcript. in 6.* vbi, quod iſti impetrantes literas
contra prouiſos, iniuſtè, & calumnioſè diuexant
prouiſos, & quod ideo nuſquàm ſatis rigidè cum
3 his actum eſt. Et hanc † odibilitatem in impetran-
tibus, ex præſumpta Calumnia, omnes ibi agno-
ſcunt, & in ſpecie *Archid. ſub nu. 3. verſus finem,
verſ. vndè dicebat; & Ioan. Andr. ſub n. 4. verſ. in
gloſſ. ſcilicet illorum, & verſ. in vltima gloſſa.*
Et certè, ſi res penitiùs conſideretur, iſti impe-
trantes minùs propriè dicuntur de beneficio Pro-
uiſi, cùm impetrationis ſubiectū, non ſit beneficiū;
(id enim quodāmodo repugnat naturæ rei, vt Pa-
4 pa, qui † intelligit alterū obtinere beneficium, ve-
lit de eodem beneficio Impetratorem prouidere,
contra *text. in cap. 1. & 2. de conceſſ. praben.* &
contra ſuas Regulas Cancellariæ, maximè 6a. ſe-
cundum modernum ordinem,) ſed eſt mera actio,
vndè potiùs dicendi ſunt Impetratores actionis
5 cuiuſpiam, quàm beneficij, ſic † enim iudicium
impetrari, ideſt actionem, dicit *text. in l. fundus
52. §. 1. fam. ercifcun.* & ius iniquum, relato eodē
termino ad actionem, in *l. 3. §. ſed etſi impetrauit
ff. quod quiſquè iuris, Briſſon. de verb. iu. ſignif.
lib. 9. ſuper verb. impetrare actionem, Ioan. Kal.
in ſuo Lexico Iuridic. ſuper eo. verbo.*
Vndè etiam fit, vt literæ Apoſtolicæ, quæ ſuper
huiuſmodi impetrationibus expediuntur, præter
6 alias clauſulas, hac † ipſa coarctētur, *vocato N. nec
7 nō alijs, qui fuerint vocandi*, quæ vt imponit † ne-
ceſſitatē citādi ſub pœna nullitatis totius proceſ-
ſus, *cap. exhibita, vbi omnes notant, de iudic. cum*
alijs

alijs per Rotam decis.624.num.4.par.1.in recen.
8 itá operatur, † vt ij quibus dirigũtur, minimè cẽ.
seri possint Executores, sed veri, & meri iudices,
vt in *eod.cap. exhibita, post Abb. notat Felyn. sub*
num.4.vers. & nota id quod dicit, de iudic. Oldr.
cons.227.ex num.2. Cardin.cons.63.num.1. & 2.
Rota decis.30.nu.1.& 2. de rescript.in no.& re-
probato Bero.cons.14.n.1. & per tot. fuit latè fir-
matum in vna Hipporegien. Plebania, 1.Decemb.
1608. coram Reuerendiss. D. Episcopo Attrebaten.
9 Adeò † vt, non solùm hoc casu sit procedendũ
per tres conformes, ab ipsisquè exequutoribus
prouocare liceat, tàm ad effectum suspensiuum,
quàm ad effectum deuolutiuum, *Gregor. decis.69.*
n.7.& nupèr firmauit Rota in Lunen. Sarzanen.
Iurispatronatus 3. Iul. præsentis anni 1628.corã
10 *Rpd. Merlino*, sed etiamsi † appellatum non sit,
quicquid gestum est intra decendium datum ad
appellandum, reuocetur per viam attentati, iuxta
dispositionem *text.in c.non solũ, de appellat. in 6.*
vt fuit latè decisum in Cæsaraugustana dismem-
brationis, 25. Iunij 1607.coram Cardinali Sacra.
to, & in Baren. Prioratus 2. Decembris 1613.corã
Illustriss. Cardin. Caualerio, & in infinitis alijs.
11 Quæ obtinẽt, etiamsi † literæ fuissent expeditæ
in forma Breuis, *Reuerendiss. D.Coccinus decis.*
281.num.1. Vis enim stat in ordine iudiciario, se-
cundum quem videtur præscripta forma proce-
12 dendi, quæ † hoc casu etiam elidit virturem clau.
sulæ, *contradictores, appellatione postposita, com-*
pescendo, quæ cum referatur ad contradictores
de facto, nequè extendatur ad contradictores de
iure, non afficit hunc vocatum, qui de iure se de-
fendit, vt ita respondit *Rota apud eundem Reue-*
rendiss. D. Coccin. decis.366.num.4. & fusiùs expli-
cabitur in *lib. 4.* cùm de legitima contradictione
agetur, quæ fit in articulò exequutionis litera-
rum, nèc de hoc propterea hic plura.
13 Ratio verò, cur † impetrantes illi, adeo sunt om.
nibus Ordinibus exosi, & vbiquè malè audiunt, fe-
rè est in promptu; Quià etiamsi in Summo Ponti.
fice finis concedendi literas istis impetratoribus,
sit optimus, & sanctus, qui etiam ad id quodam-
14 modo inuitus trahitur, tùm † vt nè videatur, aut
portas Dignitatum infami alicui scientèr ape-
ruisse, contra *text.in cap.infamibus, 88. de Regul.*
15 *iur. in 6.* aut velle etiam † merè intrusos in sua
intrusione confouere, & non potius detrudere,
cap.1 cum tribus sequentibus, eod tit. c.nihil. 44.
16 *de elect. eod. lib.6.* finis tamen † impetrantiũ, præsu-
mitur malus, & peruersus, quià cum habendi cu-
piditate efferantur, excluditur ab ipsis charitas,
17 *can. quia radix, de pænit. dist.2.* & propterea † in
eis non potest reperiri Iustitia, *can. vbi sana, vers.*
quia similiter, 24. quæst.1. vbi etiam Turrecrem.
in extremis verbis. sed quædam tantùm species
illaudabilis, & inhumanæ accusationis, ab Inuidia
conflata, *Sarn.in Reg. de anna. quæst.1. vers. &*
causa odij.
Censeturquè cum his, non secùs ac cum Qua-
18 druplatoribus † aliquando actum est ex lege Pa-
pia, quibus quota bonorum delatorum concede-
batur, vt indè facinorosis, & in detrimentum alio-
rum, ipsiusquè Reipublicæ clam peccantibus, ter-
ror incuteretur, vt post *Alex.ab Alex. genia. dier.*
lib.4.cap.22.vers. eademquè lege, notauit Tholosa.
Syntag.iur. lib.32.cap.4.sub num.8. vers. cum
etiam lege Papia.
19 Est autem horum Impetrantium Ordo, † qua-
druplex; prior, eorum qui prætexunt nullitatem
tituli possessoris, vel ex defectu capacitatis pro-
uisi, vel deniquè ex defectu formæ ipsius proui-
20 sionis, honestantquè suam causam, quod † nefas
sit quempiam obtinere beneficium Ecclesiasti-
cum, sine Canonica Institutione, vt in præallega-
to *cap.1.de Regul.iur.in 6.*
Secundus est eorum, qui supponentes, eundem
possessorem nullum prorsus habere titulum, Pa-
pæ suggerunt, collationem Beneficij esse ad Sedẽ
Apostolicam deuolutam, iuxta decretum *Latera-*
nen. Concilij, relatum in cap. 2.§. cum verò, de
concess. preben. quam materiam nos latè explica-
uimus hoc libro, *quæst.24.num.1. & per to.*
Tertius est eorum, qui impetrant ob nouam
vacationẽ ex simplici facto, vel non facto prouisi,
citra crimen, quod saltim infamiam irroget, sup-
ponentes explicitam, vel implicitam beneficij
abiurationem.
Et quartus deniquè eorum, qui impetrant ob
priuationem ex sententia lata, vel ferenda, ex sup-
positione patrati criminis, de quibus duobus mo-
dis vacandi (Deo benè fauente) dicemus initio se-
quentis libri.
21 Quemadmodum autem † nouis morbis, noua
conuenit antidota præparari, vt dicit *text.in cap.*
22 *cæterum, de iuram. calum.* ità, exurgentibus † vn-
diquè horum impetrantium efferis contra proui-
sos animis, opus fuit cùm ex Iuris communis, tùm
ex Apostolicæ Cancellariæ Regulis, aliqua confi-
23 cere pharmaca, quæ vim † frangant veneni, quo
mentes istorum affectæ, aliorum quietem pertur-
bant, *gloss. per eum text. in clemen. vn. §. cæte-*
rùm, in verb. antidotum, de iureiur. & innuimus
in *appara.nu.6.* de quibus quidem, in sequentibus
24 dicendum est: licèt enim † Veneni nullum sit com-
mercium, antidota tamen, & in commercio esse,
& plurimi fieri conuenit, *l. quod sapè, 35. §. illud*
constat, vers. veneni mali, & vers. de his verò, ff.
de contr. emptio.

SVMMARIVM.

1 Possessio, præsumitur bona.
2 Conferendi quasi possessio, sufficit pro sustinenda prouisione.
3 Possessor, inspecto statu præsenti, plenius obtinet ius, quàm proprietarius.
4 Possessio, & proprietas, actu, inter se nihil communicant.
5 Possessor, aut Dominus est, aut animo acquirendi Dominium, possidet.
6 Possessionis commodum, qualitèr æstimetur.
7 Possessionis dominium, qualitèr dictum.
8 Possessor, qualitèr reputetur Dominus.
9 Dominium, quando incidentèr de eo quæritur, ex sola possessione probatur.

10 Ma-

10 *Manutentio non negatur posidenti ex priuilegio, quod prætenditur reuocatum.*
11 *Possessio, potest haberi ex pluribus causis, licèt Dominium ex vna tantùm.*
12 *Possessio, potest acquiri sine causa aliqua.*
13 *Conferendi quasi possessio, non suffragatur, si clandestina sit, vel precario habita à collitigante.*
14 *Conferendi quasi possessio, pro sustinenda prouisione, sufficit, etiam non probata scientia veri collatoris.*
15 *Eadem, vnico actu acquiritur.*
16 *Et acquisita respectu vnius beneficij, suffragatur quoad omnia, quæ sunt eiusdem rationis.*
17 *Possessio, cui ius resistit, titulum exigit.*
18 *Eadem, non est manutenibilis.*
19 *Iuris resistentia, qualitèr distinguatur à non assistentia.*
20 *Ratio legis, æquiparatur legi.*
21 *Siuè sit in lege expressa, siuè sit desumpta ex mente legis.*
22 *Possessori, cui obijcitur iuris resistentia, sufficit negare extare legem prohibitiuam, etiamsi aduersetur communis opinio.*
23 *Ius, non ideò intelligitur alteri resistere, quod vni assistat.*
24 *Laicus, est incapax quasi possessionis percipiendi decimas.*
25 *Possessio non est manutenibilis, vbi non datur capacitas de iure in persona.*
26 *Ius, tunc demum resistit personæ, quando eam reddit incapacem.*
27 *Laicus, est incapax iuris conferendi, & omnium aliorum iurium spiritualium.*
28 *Text. in cap. ex frequentibus, de institut. explicatus.*
29 *Institutio, de qua in Rubrica de institut. intelligitur de immissione in possessionem.*
30 Institutionis, *vox diuersæ significationis.*
31 *Immissio in possessionem, misti est imperij.*
32 *Text. in cap. 2. nè Sede vacante, an habeat locum in prouisione Parochialium.*
33 *Error iuris dubij, qualitèr causet bonam fidem.*
34 *Et sufficiat ad præscribendum.*
35 *Collatio facta per possessionem, an resoluatur absorpta eadem possessione per proprietatem.*
36 *Fructus, non restituuntur per possessorem, in quo excludatur mala fides.*
37 *Conferendi ius, nusquàm subijcitur liti inter prouisum, & impetrantem.*
38 *Possessionis iustitia, non excutitur in summarijssimo possessorio Retinendæ.*
39 *Manutentio, datur ad simplicem statum.*
40 *Manutentio in iudicio summarijssimo Retinendæ, non implicat pronunciationem super possessione, sed tantùm cohibet molestias.*
41 *Collationis pertinentia, per solam famam probatur, vbi ordinarius non est in causa.*
42 *Et quid, si supponatur reseruatio.*

QVÆSTIO XLV.

Obiectus contra possessorem, ex defectu potestatis in conferente, qualitèr ex quasi possessione Collatoris repellatur.



MPETRATIONES, vt plurimùm, propria mole corruunt; & quæ consistere videntur, leui ictu dehiscunt: præcipuè verò id eis contingit, quas prioris Ordinis fecimus. Nàmqui prætexunt nullitatem Tituli possessoris, quem ipsi
1 vocant *intrusum* (secùs tamen, ac † ius præsumat, *Rota decis. 802. n. 3. par. 1. diuers. & decis. 525. n. 2. par. 2. recent. Gregor. decis. 458. nu. 5.*) vel insistunt super simplici defectu iuris in conferente, vel etiam super reseruatione aliqua præexistente; Quicunquè igitur adnituntur simplici defectu iuris, consueuerunt indè facilè reijci, quod is qui contulit, sit in quasi possessione conferendi; illa
2 enim † satis suffragatur prouiso, quamuis non doceatur de proprietate, *cap. querelam, de elect. cap. cum olim, de caus. possess. & proprietat. vbi præ cæteris, Abb. num. 4. Calder. cons. 23. de praben. Put. decis. 206. alias 200. secundum modernam impressionem lib. 1. Mohedan. decis. 8. vers. ex quo infertur, de priuileg. Silua de benef. par. 1. quæst. 7. ex num. 1. Garz. eo tract. par. 5. cap. 5. itidem ex num. 1. & fuit responsum in vna Vicen. Beneficij 19. Nouembris, 1599. coram Card. Pamphilio, in Calaguritana Canonicatus, 20. Iun. 1605. coram Cardin. Horatio Lancellotto, & in alijs pluribus, & diximus in superiori lib. quæst. 34. num. 26.*
3 Et ratio est, quià is † qui possidet, inspecto statu præsenti plenius habet ius, quàm possit considerari in quocunque alio, qui non possideat, prætendatquè proprietatem. Siquidem qui non possidet, non potest connectere possessionem, quam non habet, proprietati quam habet, cùm ab vno
4 non † inferatur ad aliud, actu, *l. naturalitèr, §. nihil commune, de acquiren. possess.* At is qui possidet,
5 quamuis † possit carere proprietate, quæ apud alium sit, non tamen potest destitui animo nanciscendi dominium, mediante illa possessione quã actu habet, in quo quidem animo, delitescit proprietas quædam connexibilis, adeoquè complexa actuali possessioni, *Connan. in commentar. iur. lib. 3. cap. 10. sub num. 1. vers. nam priores posident.*
6 Idquè est, quod † dicitur, maximum esse commodum possidentis, quià donèc alter probet se dominum, possessionemquè illam ad se ipsum trahat, ac deniquè eam suæ proprietati connectat, possessio remanet in suo loco, vt ait *Iustinianus in §. commodum, institut. de interdict.* scilicet
7 apud possessorem, qui † interim reputatur Dominus, idest non solius possessionis, qua ratione dicitur Dominus verus, vndè nèc malè etiam dictum est *possessionis Dominium, in l. 2. C. Theod. de bon. mater.* sed etiam ipsius rei, quæ facto posses-
8 sionis subijcitur. Planè † qui possessione vtitur

tanquàm

tanquam illius Dominus, censetur verus Dominus, etiamsi talis non sit, *l. 2. & 4. C. de probat. l. litibus C. de agricol. & censit. lib. 11. & per eum text. notat gloss. in l. quidam in suo, 27. in verb. amoueri, ad fin. vers. item nota, quam Bar. ibi num. 4. ait menti esse tenendam, ff. de condition. instit.*

9 Tametsi hoc † intelligatur, vbi incidentèr de dominio quæritur, nõ autem principalitèr, quemadmodum eodem loco explicat idem *Bart. sub eod. num. 4. vers. sed ego dico, Mandel. de Alba cons. 67. num. 6. Menoch. de recuperan. possess. remed. 11. num. 32. Vasquez, illustr. controuers. cap. 70. num. 19.*

Et hoc idem procedere existimarem, si prætenderetur, possessionem hanc, siuè quasi, conferendi, pendere ab aliqua causa, quæ iam cessaret, vtpu-
10 ta ex causa priuilegij reuocati, dum enim † super puncto reuocationis huius litigatur, non potest impediri manutentio, *Seraph. decis. 499. num. 3.*

11 Possessio enim, † in hoc quoque maioris est prærogatiuæ, quàm dominium; quippè dominiũ nõ potest acquiri, nisi vnica ex causa, possessio verò ex pluribus, vt dicit *text. in l. 3. §. ex pluribus*
12 *de acquiren. possess.* quinimò etiam † sine causa aliqua, *l. 1. §. si vir eod. tit. & post Bar. in l. quod meo, nu. 1. & Iason. in d. l. 3. §. genera, num. 3. eod. tit. de acquiren. possess. firmat Surd. cons. 93. nu. 11. & cons. 117. num. 5.*

13 Non tamen existimarem, † possessionem hanc, prodesse, si lis esset inter ipsos collatores, & illicò ostenderetur clandestina, vel precariò habita, vt in *l. 1. §. vlt vers. quod ait Prætor, iuncta gloss. 1. in l. 2. ff. vti possidetis*; in quibus terminis optimè procedit *Gabr. cons. 185. num. 22. lib. 2.* quam-
14 uis, si inter † prouisos solos lis sit, neutra ex his exceptionibus admittatur, vt patet ex eadem *gloss. iuncto text. d. l. 2.* vt ideo non sit hoc casu ex parte possessoris huius, probanda scientia alterius, *Seraph. decis. 293. vers. neque obstat, quod non probetur scientia.*

Vt autem minimè est ambigendum, possessio-
15 nem † hanc acquiri vnico actu, iuxta *gloss. communitèr receptam, in cap. cum Ecclesia Sutrina, in verb. trium, & ibi Abb. num. 23. & Rip. ex n. 52. de caus. possess. & propriet. Silua de benef. d. par. 2. quæst. 7. sub n. 5. vers. & dicit Dominus Philippus, cum multis adductis per Garz. d. par. 5. c. 5.*
16 *num. 59.* ità, neque † est dubitandum, eandem, acquisitam respectu vnius beneficij, suffragari respectu cæterorum eiusdem rationis, cùm magis attẽdatur vniuersalis causa actus, quàm actus ipse, *Felin. in cap. auditis num. 19. de præscription.* & in his terminis fuit decisum in vna *Abulen Parochialis della Calzada, 28. Iunij 1593. coram Corduba,* quam rescripsit *Garz. d. cap. 5. n. 61.* secundum tamen ea, quæ scripsimus suprà *hoc libro quæst. 21. ex num. 77.*

Quoniam autem, in hoc articulo, consueuit per impetrantes promlis objici Iuris resistentia in
17 ipso collatore, qua supposita † non est dubium titulum exigi, *cap. si diligenti, de præscription. c. 1. eod. tit. in 6. cap. 2. de restitut. spoliator. eod. lib.* ità

vt non sufficiat sola possessionis probatio, vt plenè deducit *Bero. in cap. 1. sub num. 63. vers. nec prædictis obstat, eod. tit. de restitut. spol. cum latè congestis per Veral. decis. 296. num. 4. par. 1.* quod
18 obtinet † etiam in articulo manutentionis, *Greg. decis. 404. num. 1. Seraph. decis. 1463. num. 2.*
19 Est aduertendum, † aliud esse quod ius resistat, & longè aliud, quod ius non assistat: tunc enim ius resistere intelligitur, quandò actus exprefsè improbatur à lege, vel à ratione in ipsa lege ex
20 pressa, quæ † ipsi legi æquiparatur, secundum *gloss. in cap. vt litigantes, in verb. statuimus, vers. sed propter rationem, de offic. ordin. in 6. Felin. in cap. statuimus, num. 3. de maior. & obed.* & dicitur
21 expressa, † etiam si desumpta sit ex mente ipsius legis, *Seraph. decis. 82. num. 2.*

Et propterea, vt euitetur obiectus hic resisten-
22 tiæ, sufficit negare † aliquam extare legem, quæ actum exprefsè prohibeat, vt ità argumentatur *Rota apud Put. decis. 240. lib. 3. in no.* etiamsi ità receptum sit ex communi Doctorum interpretatione, *Put. ibidem, ad fin vers. non obstat, sequitur Seraph. decis. 639. num. 1.*

23 Non assistere autem † tunc ius intelligitur, non solum quando nihil disponit, sed etiam quãdo disponit assistẽdo alteri; hoc enim casu, inducit quidem iuris præsumptionem pro eo cui assistit, sed tamen hinc non resistit alteri; ac proindè, actus ille qui geritur, habet quidem præsumptionem iuris contra se, sed minimè iuris resistentiam, vt plenè explicat *Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 17. sub n. 7. vers. agitur quamuis, Menoch. de retinen. remed. 5. num. 49. Rota diuers. par. 1. decis. 468. num. 2.*

24 Cùm ergò dicimus ius resistere † possessioni, hoc referimus ad eam resistentiam, quæ reddit incapacem, & inhabilem personam, illius possessionis; vt si laicus prætendat se manuteneri in quasi possessione exigendi decimas spirituales, cũ enim huius iuris sit incapax, *cap. ad hæc, cap. quamuis, cap. prohibemus, & cap. vlt. de decim.* impossi-
25 bile est, † vt aliquando fortitus Rota fuerit possessionẽ manutenibilem, vt respondit *Rota apud Gregor. d. decis. 404.* Semper enim dicitur talis possessio improba, cuius in iure nulla est cõsideratio, *l. im-*
26 *proba, C. de acquiren. possess.* & hinc † vergere omnem vim, & effectum illius Iuris resistentiæ, vt personam reddat incapacem possessionis, apertè etiã sensit *Couarr. loco superius allegato,* & nos quoquè notauimus hoc ipso libro, *quæst. 13. num. 38.*

Dum ergò impetrator objicit prouiso, quod habuerit titulum ab eo, qui non potuit conferre; & excipienti de quasi possessione conferendi, replicat de resistentia iuris, tunc demum iuris resi-
27 stentiam hanc probabit, si † collator fuerit laicus, *can. si quis deinceps, 16. quæst. 7. cap. præterea, de iurepatr.* vel aliàs incapax huius iuris, secùs verò, si in persona illius adhuc supponatur capacitas spiritualium.

28 Atquè ità, nihil hac in re, infertur ex † dispositione textus *in c. ex frequentibus. de institut.* vbi improbatur consuetudo recipiendi beneficia sine consensu Episcopi Diœcesani, vel suorum Officialium, Nam ibi nullo modo agitur de collatione beneficij,

beneficij, seu de illa institutione, quæ libera dicitur, aliàs enim contineret absurdum manifestum, videlicet, quod huiusmodi ius, æquè pertineret ad officiales Episcopi, ac ad ipsum Episcopũ, vt optimè ibi animaduertit *Imol. num.2. & 5.* quemadmodum nec intelligitur, aut de institutione auctorizabili, vt ibi existimauit *Hostien. nu.2.* id enim esset nimis restringere illius *text.* dispositionem, quemadmodũ nec de institutione, quæ fit ad præsentationem patronorum, nam & hic esset intellectus diuinatiuus, sed est intelligendus de institutione, prout terminus hic sumitur in Rubrica il-
29 lius tituli, idest pro missione in possessionem, de persona iam prouisi, quemadmodum apertè sentiunt in continuatione illius Rubricę idemmet *Hostien. & Abb.* & præ cæteris hoc melius explicat, & docet *Cuiac. in princ.*

30 Quamuis enim † minimè negandum sit, verbum *instituere* aliquandò referri ad liberam collationem, *Abb. in cap. auctoritate sub num. 8. vers. quandoque institutio, & num. 9 de institut.* cum alijs per *Menoch. cons. 19. sub num. 2. vers. conferre*, & nos etiam admisimus hoc libro, *q. 1. num. 26.* tamen terminus hic, vt dixi, aliter in eo titulo sumitur, idest pro traditione possessionis, & propterea in *d. cap. ex frequentibus*, vis illa recipiendi, siuè instituendi, prudẽtèr relata fuit tàm
31 ad Episcopũ, qu m † ad illius Officiales: est enim iusti Imperij, neque ideo ad alios potest pertinere, quàm ad eos qui iurisdictionem habent, *l. Imperium, cum l. sequen. de iurisd. omnium iudic.* & secundum hunc intellectum, ille textus potius retorquetur.

Præmissa antem conclusio, procedit etiam respectu Parochialis Ecclesiæ vacantis sede Episcopali vacante, si Capitulum esset in hac quasi pos-
32 sessione conferendi; nam † cum posset dubitari, an dispositio textus in *cap. 2. nè Sede vacante*, sibi vindicet locum in Parochialibus, propterea quod Doctores velint, sub ea prohibitione non comprehendi collationes necessarias, præcipuè de beneficijs, quæ habent certum onus annexum, vt ibi per *Abb. num. 4. & 5.* & hodiè prouisiones huiusmodi sint necessariò faciendæ personis in concursu prælectis, & non alijs, ex dispositione *Sacri Concilij sess. 24. de reform. cap. 18.* & ex Constitutione *Pij V.* vt suprà hoc libro explicauimus, cessantibus reseruationibus Apostolicis,
33 certè † ob hanc solam dubietatem, non posset allegari hæc iuris resistentia, eo ipso, quod in specie Parochialium nullibi à iure determinatum sit, nè hæc potestas transeat in Capitulum, vndè debet præualere hæc eius quasi possessio, etiamsi supponatur error iuris in Capitulo; cùm iste sit error iuris dubij, & sic probabilis, qui nihilominus causat bonam fidem, *l. Celsus, 27. vbi glos. 1. ad fin. ff. de vsucap. c. cum dilectus, cum ibi notatis, de consuetudin.* cum pluribus citatis per *Crauett. cons. 145. sub num. 19. vers. saltim negari non potest*, & per *Pute. decis. 115. num. 9. lib. 2.* & suffi-
34 cit † ad præscribendum, vt post *Couarr. in cap. possessor par. 2. §. 7. sub num. 9. vers. tertia conclusio de regul. iur. in 6. Capyc. decis. 10. num. 20.* firmat *Reuerendiss. D. Coccinus decis. 295. num. 9. & in puncto respondit Rota in suprà allegata Abulen Parochialis 19. Nouemb. 1593. coram Corduba.*

35 Nequè existimarem, prodesse † huic Impetratori, si cum eo liti, & causæ accederet Collaror ipse, qui ex proprietate clara, & evidenti prætenderet absorbere possessionem alterius: nam sublata de medio aperta iuris resistentia, etiam si quasi possessio istius Collatoris tandem absorberetur, nihilominùs effectus quasi possessionis durat in ea collatione iam facta, *Garz. d. cap. 5. num. 47.* est enim in fructu, & vbicunquè ius possessioni non resistit, licèt non assistat, nequè in consequẽs, secundum præmissa, excludatur bona fides, non
36 est locus † restitutioni fructuum, vt pulchrè declarat *Bart. in l. vtrum, aliàs, sed & si lege 26. §. scire num. 2. & 4. de petition. hæredit. Felin. in cap. de quarta, sub n. 31. vers. tertia restrictio, de præscription. Abb. in cap. Dilecto 25. num. 12. de præben. Boer. decis. 98. num. 3. Beltram. ad Gregor. decis. 98. ad fin. vers. sicut etiam.*

Sufficit enim malam fidem abesse, vt excusetur possessor à restitutione fructuum ante litem motam, *vt in d. §. scire, & post Aegid. in cap grauis, sub num. 40. vers. & ex isto iustificatur, de restit. spoliator. Rota decis. 4. num 1. eod. tit. firmat Gregor. decis. 74. num. 1. vbi Beltram. latissimè in additione.*

37 Et propterea, in hac † controuersia inter prouisum, & impetrantem non cadit quæstio super articulo iuris conferendi (hæc enim respicit personas Collatorum) sed cadit simplex quæstio super validitate collationis iam factæ, tanquam super iure producto ex illa quasi possessione iuris confer. ndi, vt in præcitata *Abulen Parochialis*. Quod si inter se ipsi Collatores iudicium in-
38 stituant, quia nèc † inter hos quæritur de possessionis iustitia in summarissimo Retinendæ, vt est textus expressus in *supracitat l. 2. ff. vti possid.* (vix enim de hoc agitur in possessorio plenario, secus verò in summarijssimo, vt reiecta opinione *Sarmien. Select. senten. lib. 2. cap. 13. nu. 9.* post alios tradit *Ludereb. de Imol. cons 95. nu. 4.*) eorum alteri, concedatur manutentio, prout con-
39 cedi consueuit † habenti simplicem vltimum statum, *Seraph. decis. 1437. num. 1.* vt nèc sibi obstet spoliatio, *Castr. in l. Attilius Regulus num. 5. de donat. Neuiz. cons. 80. num. 3.* & sæpissimè fuit decisum, vt ait idem *Seraph. decis. 1471. num. 7.* non est dubium quin huiusmodi manutentio vni concessa, secum trahat executionem collationis per eundem factæ, quia collatio per alterum facta resoluitur in simplicẽ turbationem illius possessionis manuteneri iussæ, adeoquè subijcitur interdicto, vt subtilitèr considerat *Bar. in l. 1. §. huius autem interdicti, sub num. 3. ad med. vers. secundo modo, ff. vti possidetis*, & admisit etiam *Rota in vna Neocastren. Parochialis 23. Maij 1625. coram Remboldo.*

40 Enimuerò, Iudex † qui decernit super hoc summarijssimo possessorio Retinendæ, nõ pronunciat super possessione, sed tantùm compescit turbatio-

nes, *Areti. in cap. in præsentia, num. 34. de probat. Castren. in l. si super, num. 4. C. de transactio. & in cons. 3. sub num. 2. vers. in ista verò, lib. 2. Laderchi. in supracita. cons. 95. sub eod. num. 4. circa finem, vers. verùm plenius, Couar. practica. quæst. cap. 17. sub num. 1. vers. hoc autem nostrum interdictum, Seraph. decis. 299. num. 2.*

Quandò autē prouisus esset destitutus hac quasi possessione, nèc tamen impetrans iustificaret cōtrariam possessionē alterius Collatoris, certè aut vinceret per non ius illius, si esset Reus, vel possessor, vel eum de facili posset excludere, probando per famam, vel aliam semiplenam probationem,
41 pertinentiam collationis, † quæ probatio sufficit, præterquàm eo casu, vbi Ordinarius est in causa, aut prouisus ab eo, quod totum operatur iuris assistentia, vel resistentia de qua suprà, vt benè explicat *Cassador. decis. 1. num. 1. de probat. Gabr. cons. 193. nu. 1. lib. 1. cum alijs per Garz. d. cap. 5. ex num. 144.*

Et hæc sanè, quandò nulla supponitur reserua-
42 tio, super qua sit fundata impetratio, si † enim supposita sit reseruatio, nèc obstet annalis, de qua posteà videbitur, eatenus repelletur impetrans, quatenus clarè, & perspicuè per ipsum non docebitur de reseruatione, nèc illa quouis modo reddetur turbida per ipsum prouisum; siquidē reseruatio turbida, non habetur in consideratione, *Gregor. in praalleg. decis. 74. ex num. 1. & ibi Beltram. ad fin. Reuerendiss. D. Coccinus decis. 124. num. 4. iuncto num. 7.* & alibi quoquè sæpiùs diximus.

SVMMARIVM.

1 *Titulus inualidus habetur pro non titulo.*
2 *Possessio præsumitur habita ex titulo præambulo.*
3 *Intrusus, quis dicatur.*
4 *Intrusi appellatione, qui veniant.*
5 *Clausula*, nullo alio canonico titulo, iurisuè adminiculo suffragante, *adiecta in literis expeditis sub intrusione, an, & quando sit iustificanda.*
6 *Negatiua non coarctata, sed indeterminata, non est iustificanda.*
7 *Intentio agentis potiùs attendenda est, quàm verba.*
8 *Clausula* nullo alio canonico titulo &c. *si in supplicatione adiecta sit, debet iustificari.*
9 *Titulorum multiplicatio passim datur in beneficialibus.*
10 *Siuè prætendatur ab eodem Collatore, siuè à diuersis.*
11 *Titulum ab inferiore acquirens prouisus à Papa, amittit beneficium prouisionis Apostolica, nisi ad cautelam hoc fecerit.*
12 *Succumbens ex vna gratia, potest resurgere ex alia.*
13 *Etiam quod ea sint diuersa.*
14 *Titulorum plurium incompatibilitas, æstimatur ex diuersitate finis.*
15 *Text. in cap. vt quis duas, de elect. in 6. explicatus.*
16 *Possessio potest acquiri ex pluribus causis, Dominium verò secus.*
17 *Titulus nouus, & melior adhuc præsumitur in beneficialibus, probato vno titulo inualido.*
18 *Et quæ sit ratio.*
19 *Et an id locum habeat, vbi constat, possessionem fuisse apprehensam vigore tituli inualidi.*
20 *Possessionis causa, potest mutari nouo alio superueniente titulo, vel saltim accumulari, etiam absquè alia extrinseca declaratione.*
21 *Et etiam sine dimissione, & noua apprehensione possessionis.*
22 *Possessio eadem, potest eodem tempore apprehendi ex diuersis titulis.*
23 *Præsumptio non attenditur, nisi allegetur, & deducatur.*
24 *Possessionis causa, vbi superinducitur, vt indè mutetur, exigitur scientia in possessore.*
25 *Præsumptio, etiamsi non sit probatio, releuat tamen ab onere probandi.*
26 *Possessor, non est cogendus ad iustificandum titulum, & qualitèr hoc intelligatur.*
27 *Impetrans debet docere de iure suo, non autem impetere ius possessoris.*
28 *Tituli defectus, non potest prætendi quandiù datur possibilitas tituli perfecti.*
29 *Possessio præsumitur habita ex titulo meliori possibili, hacquè præsumptio dicitur probatio probata.*
30 *Titulum producens, adhuc iuuatur multiplicitate titulorum.*
31 *At minimè præsumptione melioris tituli.*
32 *Titulum satiùs est nullum exhibere, quàm imperfectum.*
33 *Tituli productio, vt elidat præsumptionem alterius tituli, tria exigit, quæ hic explicantur.*
34 *Productio, vt noceat producenti, debet esse facta in eodem iudicio, non in diuerso.*
35 *Titulum suum, sic instante Ordinario, qualitèr possit cogi Beneficiarius exhibere.*
36 *Titulum suum exhibere, non potest cogi possessor beneficij, ad instantiam impetrantis, etiamsi obtineat incompatibilia.*
37 *Secus verò ad instantiam Ordinarij.*
38 *Titulus, exhibendus est ad instantiam Patroni, qui non consensit prouisioni.*
39 *Parochialis Ecclesiæ Rector, potest cogi docere de titulo suo ad instantiam cuiuslibet Parochiani.*
40 *Collatio Ordinarij, vel alterius inferioris à Papa potest probari per testes, qui interfuerint, cum de sui forma non exigat scripturam.*
41 *Confessio resultans ex productione facta in vno iudicio, in alio non nocet.*
42 *Titulum suum possessor non cogitur exhibere, etiam ad instantiam Ordinarij; vel Patroni, quando facit se partem.*
43 *Et quando dicatur Ordinarius hac in re constituere partem.*
44 *Titulum suum non cogitur possessor exhibere Ordinario, post triennalem, & quæ sit ratio.*

45 *Pos-*

45 *Possessor beneficij, cogitur exbibere titulum Ordinario, etiam post triennalem, vbi constat eum non fuisse visitatum.*
46 *Negatiua nõ existentis tituli, qualitèr probetur.*
47 *Probatio, debet concludere per necesse.*
48 *Diligentiæ, vt concludant ad negatiuam non existentis tituli, quales esse debeant.*
49 *Diligentiæ, vt concludant negatiuam gratiæ Apostolicæ, debent esse factæ in omnibus officijs, per quæ potuit expedire.*
50 *Etiam per viam secretam.*
51 *Et debent fieri per duos Officiales, præuia citatione partis, & cum iuramento.*
52 *Et hic ordo, debet quoquè seruari, quando fiunt extra Curiam.*
53 *Tituli non existentia, probata per diligentias benè factas, possessor destituitur præsumptione multiplicati, & melioris tituli.*
54 *Siuè sit triennalis.*
55 *Siuè etiam sit decennalis.*
56 *Præsumptio, veritati cedit.*
57 *Diligentiæ iussu iudicis factæ, inducunt præsumptionem veritatis negatiuæ.*
58 *Productio, vt afficiat producentem, debet esse acceptata, aut saltim ex aduerso non contradicta.*
59 *Productio facta per compulsum, veluti facta per tertium, non nocet producenti.*
60 *Productio facta ad vnum finem, non nocet producenti quoad alium.*
61 *Possessio cui ius resistit, iustificanda est ex titulo.*
62 *Possessio, an suffragetur intruso, contra reseruationem.*
63 *Et quid in summarijssimo possessorio Retinendæ.*
64 *Possessio improba, non est manutenibilis.*
65 *Reseruatio super certo corpore beneficij, in quo differat à reseruatione generali.*
66 *Possessiones duæ, non possunt concurrere.*
67 *Etiamsi supponatur altera iusta, et altera iniusta.*
68 *Manutentionis iudicium, etiam in beneficialibus, non exigit titulum.*
69 *Possessio vacua non potest dici, quæ per aliquem occupatur.*
70 *Possessio infecta per decretum irritans, non habetur pro possessione.*
71 *Nequè impedit immissionem prouisi, qui iustificauit gratiam suam.*

QVÆSTIO XLVI.

Obiectus contra defectum tituli, qualitèr repellatur ex præsumptione melioris tituli.



IN hac quæstione, necessariò duo veniunt supponẽda; priùs est, quod impetrans narrauerit pro fundamento gratiæ suæ, prouisum esse intrusum ex defectu tituli; alterum est, quod pro iustificatione istius narratiuę, docuerit de aliquo titulo inualido prouisi eiusdem; quià
1 cùm † titulus inualidus habeatur pro non titulo, *l. necullam, 13. §. omnibus etiam de petit. hæred. Surd. cons. 28. num. 52. & 53.* possessio au-
2 tẽ † præsumatur habita ex titulo præambulo, *l. 2. cum ibi notat. C. de acquirenda possess. Surd. cons. 52. num. 10. Curt. Iun. cons. 168. num. 33.* cum pluribus adductis per *Reuerendiss. D. Coccinum*
3 *decis. 239. num. 5.* Satis hinc videtur † concludi ad intrusionem, cùm deficiat Canonicus titulus, *cap. 1. de Regul. iur. in 6.* Quamuis enim vox ista *intrusus*, diuersimodè accipiatur, vt per *Gemin. in can. vlt. circa fin. distinct. 19.* & nos explicauimus hoc libro *quæst. 20. ex num. 82.* Attamen satis
4 compertum † est, cùm agitur de expellendo intruso de possessione, terminum hunc sumi in latiori significatu, ob præsumptam mentem Papæ, qui nolit tolerare intrusos, vt latè deducit *Mandos. ad Regulam 29. in 4. quæst. num. 2. & 3.*

Vndè, si in huiusmodi impetratione, præcisè qualificetur intrusio, ex titulo inualido, & in lite-
5 ris adijciatur hæc † clausula, *nullo alio canonico titulo, iurisuè adminiculo desuper suffragante,*
6 remittitur necessitas iustificationis respectu † illius negatiuæ non coarctatæ, sed indeterminatæ, iuxta doctrinam *Salicet. in l. 2. sub num. 3. vers. vt tamen veritas, C. de error. Aduocato. Pacian. de probatio. lib. 1. cap. 46. num. 50.* Tunc enim ea clausula, magis censetur apposita ex stylo Expeditorum, & acceptata per impetrantem, pro effugienda solutione annatæ, quàm quid aut Papa arbitratus fuerit eam esse necessariam, aut quià ipse impetrans id etiam narrauerit pro fundamento
7 suæ impetrationis, præstat enim † intentio agentium, verbis ipsis, quibus actus concipitur, *l. non omnis, 19. in princ. & ibi scribentes notant, ff. si certum petatur, & ità respondit Rota in vna Legionen. præstimoniorum, 5. Iul. 1593. coram Cor-*
8 *duba.* Quicquid sit † vbi impetrans hoc etiam narrasset in supplicatione, vt censuit *Rota in vna Conchen. Archipresbyteratus 9. Martij 1592. coram Penia;* Quod nunc non resoluo, cum semper vrgeat ratio, quod talis narratiua non sit necessaria, de qua re suo loco dicetur.

Posito ergò, quod impetrans iustificauerit nullitatem tituli, quæstio petit eam difficultatem, an indè sit conclusus obiectus, ex suppositione quod prouisus possideat; Et pro resolutione istius indaginis, præmittendum est, in benificialibus da-
9 ri † multiplicationem titulorum, *cap. post electionem, vbi Abb. nu. 4. de concess. præbend. latè Felin. in cap. in nostra, nu. 2. de rescript. Cassador. super Regul. decis. 21. nu. 5. & de restitut. spol. decis. 4. num. 12. cum allegat. per Verall. decis. 305. par. 3. Et per Reuerendiss. D. Coccinum decis. 47. n. 20. & decis. 317. ex num. 4. & fuit etiam responsum in vna Romana Parochialis 31. Ianuarij 1600. coram Corduba, & in pluribus alijs sæpe, vt dixit Rota in recen. decis. 117. sub num. 2. vers. datur enim par. e.*

10 Quod non solum obtinet, † quandò hæc multiplicatio procedit ab eodem Collatore, eo quòd Collatio ex sui natura, est actus iterabilis, vt constat ex supradictis, agnouitquè rationem hanc in specie *Rota in vna Vercellen. Canonicatus 4.*

Maij 1598. coram Corduba, verùm etiam quan-
do procedit à diuerso, vt in his terminis est Cal-
der.cons.7.num.2. de elect. Quantumcunquè hic
11 qui † de nouo confert, sit inferior; modò impe-
tratio fiat ad cautelam, aliàs enim propter in-
gratitudinem induceretur amissio iuris quæsiti ex
priori, gloss. in cap. cum olim in verb. donationis
de sentent. & re iudic. vbi etiam Abb. qui optimè
declarat num. 8. Felin. in supracitat. cap. in no-
stra sub eod. num. 2. vers. intellige hac de rescrip.
& reperio, ità quoquè declarasse Rotam in vna
Calaguritana de Amurrio, vlt. Ian. 1547. coram
Antonio Augustino.
12 Ex quibus etiam † illud constat, habentem
duas gratias, si vtendo secunda, in iudicio succum-
bat, posse hac omissa, vti prima, cum non repu-
tentur contrariæ, sed diuersæ ad eundem finem
tendentes, etiamsi sub diuersis temporibus datæ
sint, vt concludit Felin. loco supracitato, vers. &
dicit Rota, etiam quod ducantur ex diuersis va-
13 cationibus, vt desumitur † ex præcitata Reuerē-
diss. D. Coccini decis. 47. num. 20. Incompatibili-
14 tas enim titulorum, non † consistit in alio, quàm
in fini, si enim diuersi etiam essent fines, se ad in-
uicem colliderent, & per subsequentem tollere-
tur antecedens, adeoquè euanesceret, l. si quis an-
te 10. in princip. de acquiren. possess. per quem
text. ita determinat Roman. cons. 350. num. 13.
quem sequitur Felin. loco præcitato, vers. secundo
intellige, Dec. in cap. bona memoria 51. sub num.
11. vers. quod declaratur, de appellationib. Sil. de
benefic. par. 3. quæst. 19. num. 15.
Nequè huic conclusioni aduersatur dispositio
15 text. in cap. vt quis duas, de elect. in 6. nàm † pre-
ter id, quod respondet Silua d. quæst. 19. num. 7.
illum post alios distinguit inter actionem, & de-
fensionem; respondetur, eum textum procede-
16 re in iure quærendo, quamuis † enim possessio ac-
quiri possit ex pluribus causis, tamen dominium
non potest quæri, nisi ex vna, l. 3. §. ex pluribus de
acquiren. possess. & diximus in præcedenti quæst.
Proindequè, is qui petit confirmari electionem
suam, cùm agat de iure quærendo, necesse est, vt
in vna consistat, quam eligat ex pluribus, si plu-
res habet, aliàs secum ipse pugnat; quod non ap-
plicatur controuersiæ super concursu plurium
collationum, quia collatio dat ius; & propterea
etiam si quis agat ad traditionem possessionis ex
duplici collatione, cùm non intendat aliud con-
sequi, quàm possessionem, nihil molitur contra
iuris Regulas, & sic in eo prorsus cessat dispositio
dicti textus, & hoc est, quod concludit Calder. in
præcitat. cons. 7 per to de electio. & tradunt omnes
in d. cap. vt quis duas, præcipuè verò Gemin. sub
num. 5. circa fin. vers. istud idem, & Franc. sub
num. 3. vers. in glossa, & Lap. num. 1. idem
Lap. allegat. 132. num. 2. & alij passim, & hanc
sententiam probauit etiam Rota in vna Lunen
Sarzanen Capellaniæ, 20. Iunij & 5. Decembris
1601. coram Card. Sacrato.
Deueniendo nunc ad resolutionem articuli, vi-
dentur distinguendi duo casus.
Prior est, quandò quis simplicitèr impetrat,
ex defectu tituli, proueniente aliundè, quàm ex
reseruatione Apostolica; & hoc quidem casu,
obiectus ita formatus, vt suprà dictum est, eo ip-
so eliditur, quod possessor allegat præsumptionem
17 alterius tituli; quià † cùm detur multiplicatio ti-
tulorum, vt firmauimus, iuuatur hac ipsa possibi-
litate cõcursus alterius melioris tituli, Put. decis.
346. num. 2. lib. 1. non solum, si titulus qui præ-
tenditur malus, & vitiosus, producatur solus, &
de per se, per ipsum impetrantem, in quo omnes
18 conueniũt, cuius rei ea est ratio, quod † possessor
potest replicare, se non esse adeptum possessio-
nem virtute illius tituli, sed alterius, iuxta textum
in d. l. 3. §. ex pluribus, de acquiren. possess. verùm
19 etiam † si producatur cum actu ipso possessionis
adeptæ, ita vt nequeat controuerti, illam esse ca-
ptam in vim tituli huiusmodi; Quamuis enim
Aymo cons. 171. num. 20. existimauerit, hoc casu
cessare præsumptionem alterius tituli, ac in con-
sequens detentatorem non posse iuuari hac pos-
sibilitate, tamen ei refragatur euidens ratio,
quam ipse minimè considerauit, videlicet, quod
20 nihil sit † quin causa possessionis potuerit mutari,
nouo alio superueniente titulo, vel saltim accu-
mulari, etiam absquè alia extrinseca declaratio-
ne, iuxta Cassador. decis. 4. num. 11. & 12. de
restitut. spoliator. Crescent. eod. tit. decis. 5.
num. 6. & per tot. & decis. 21. num. 4. & 5. de
probat. & fuit resolutum in Cæsaraugustana
Parochialis de Macla, 8. Nouembris 1589. co-
ram Cardinali Pamphilio, & in præallegata
Romana Parochialis, coram Corduba; etiam
21 sine † dimissione, & noua apprehensione posses-
sionis, quæ (quicquid visum fuerit in contrarium
Socino seniori cons. 131. lib. 1.) non est necessa-
ria, vt eo reprobato, iure merito censuit Rota
apud Achil. decis. 4. de caus. possess. & proprie-
tat. Mantic. decis. 71. num. 2. Reuerendiss. D.
Coccinus, decis. 67. num. 5. Gregor. decis. 546.
num. 1. Rota in recen. decis. 741. num. 8. par. 2.
cum pluribus cumulatis in Alexandrina Archi-
presbyteratus, 28. Iunij 1627. coram Rpd.
Merlino.
Quinimò, cùm nihil sit, quin potuerit eadem
22 possessio † eodem tempore apprehendi ex diuer-
sis titulis, Roman. in supracitato cons. 350. sub nu.
13. vers. quo præsupposito, Felin. in d. cap. in
nostra eod. num. 2. vers. cum istis concordat, Cal-
der. d. cons. 7. num. 2. & 3. de elect. nèc benè con-
cluditur ad assumptum, quod fuerit apprehensa
ex illo titulo tantùm, in quo quidem assumpto cõ-
sistit obiectus, vulg. l. non hoc C. vnde legitimi.
Nequè audiendus esset impetrans, qui hoc ca-
su insisteret, possessorem cogi ad exhibendum
23 titulum suum; nàm hic sanè possessor, † vt iuuetur
præsumptione hac, tenetur eam allegare, cùm ea-
tenus prosit præsumptio, quatenus allegetur, Al-
ciat. in l. cum quid n. 63. ff. si certum petatur, Me-
noc. de præsump. lib. 1. q. 48. num. 27. præcipuè vbi
sopponeretur variatio causæ possidendi, cũ istius
24 superuenientiæ † notitia in possessore ad hunc ef-
fectũ omnino exigatur, Put. dec. 287. n. 4. lib. 3. &
declarat etiam Beltram. ad Greg. decis. 546. n. 15.

at mini-

at minimè cogi potest etiam probare, quia repu-
25 gnat duplex iuris Regula, vna, qua dicimus † præsumptionem, etiam si non sit probatio, tamen releuare ab onere probandi, *Alciat. de præsumpt. par. 3. num. 2. Surd. decis. 231. num. 24.* & altera
26 qua dicimus, † possessorem non esse cogendum ad iustificandum titulum suæ possessionis pro instruenda intentione sui aduersarij, quamuis pro sui releuatione, & pro excludenda eadem intentione, quando esset probata, ad id teneatur, vt declarando *text. in l. cogi, C. de petit. hereditat.* explicat *Bal. in l. siuè possidetis 16. n. 5. C. de probat. Seraph. decis. 422. num. 12.*

27 Etenim † qui agit ad beneficium, debet docere de iure suo, nõ autem impetere ius possessoris, cui sufficit vincere per non ius alterius, *vulg. l. loci corpus, ff. si seruit. vind.* quod maximè seruatur in Curia contra impetrantes, *Archid. in can. morem. num. 3. distin. 100. Felin. in cap. licet Heli. nu. 16.*
28 *de Simon.* Dum enim, vel hæc sola † possibilitas tituli supponitur, non potest impetrans dicere, titulum in possessore deficere, *Aegid. decis. 203. nu. 1. Seraph. decis. 983. num. 6.*

Tota ergò vis præmissæ cõclusionis, stat in præsumptione illa, quæ est pro possessore, huic enim
29 si accedat † vel sola potentia boni tituli, præsumitur ex eo acquisita; vsquè adeò, vt ista præsumptio dicatur probatio probata, vt concludit *Cassador. decis. 4. num. 5. de cau. possess. & propr.* Quapropter ea præsumptione sublata submouetur etiam ab hoc casu eadem conclusio, *Innoc. in cap. quia cunctis, num. 5. de concess. preben. in 6.* veluti si ipsemet prouisus adeo esset mentis inops, vt produceret titulum suæ possessionis, li-
30 cèt enim † productio hæc non operetur, quin adhuc possit iuuari ex multiplicitate titulorum, *Cassad. decis. 3. num. 8. de caus. possess. & proprie-*
31 *tat.* nihilominùs † indè elidìtur præsumptio melioris tituli, ex fortiori præsumptione contraria, quod meliorem non habeat, *Aegid. cons. 10. n. 20. Aym. cons. 134. sub num. 44. vers. pro hoc facit, Put. decis. 239. num. 1. & 2. lib. 3. in correct. Verall decis. 304. nu. 1. par. 1. Rota diuer. par. 1. decis. 731. sub num. 18. vers. quia ista allegatio, Gregor. decis. 467. num. 7. & fuit responsum in vna Casalen. Canonicatus 24. Aprilis 1606. coram Reuerendiss. D. Attrebaten.* & in alijs quampluribus.

Idquè est, quod passim tradunt nostri, satius es-
32 se † nullum proferre titulum, quàm proferre, sed imperfectum, *Cassador. d. decis. 3. num. 8. de caus. possess. & proprietat. Crescen. decis. 21. num. 3. de probat. Aegid. decis. 393. Put. decis. 239. num. 2. lib. 3. Beltram. ad Gregor. decis. 353. num. 19.*

33 Vt verò productio † tituli, effectum hunc suum contra producentem operetur, tria debent concurrere, quorum si alterum desit, cessat etiam effectus huiusmodi.

34 Primum est, vt sit facta † in eodem iudicio, non autem in diuerso, *Bald. in l. 2. sub num. 25. vers. item quæro, C. de eden. Honded. cons. 66. num. 58. lib. 1.*

35 Et propterea licèt † Beneficiarius, cuius possessio recens est, compelli possit per Ordinarium exhibere titulum suum; atquè ista instificare suam possessionem, iuxta terminos *text. in cap. Ordinarij, de offic. ordin. in 6.* cuius praxim docuit *Bellam. in cap. illud, sub num. 17. vers. quintò quæritur, & num. 18. cum seqq. de præsumpt.*

Quemadmodum, & vbicunquè ius possessioni resistit, *gloss. in d. cap. Ordinarij, in verb. exhiberi,* velnti, cùm possidet plura beneficia incompatibi-
36 lia, quamuis enim † neque hoc casu possit cogi per impetrantem, vel per alium qui prætendat ius in beneficio, vt in *eod. cap. Ordinary, docet Franc. sub num. 5. vers. aliquando, & quartò, post Gemin. in §. quod si forte, sub num. 7. vers. aut petitur titulus ab extraneo, de offic. ord. in 6.*
37 attamen † si de hoc inquirat Ordinarius, nullam habet difficultatem, *Abb. in cap. cum nostris sub num. 24. ad fin. vers. & vbi beneficia, de concess. preben. Felin. in c. licet Heli, n. 17. de Simon.*

38 Et quod de Ordinario † dicitur, obtinet etiam in Patrono, vt concludunt *Abb. in eod. cap. licet Heli, sub num. 24. vers. & idem dic, & Ioan. de Anan. sub num. 29. ad med. vers. & idem dicas.* Idemquè tradit in *præcita. cap. Ordinarij, Franc. sub num. 5. vers. quid autem sit in patronis, & Prob. ad Io. Monach. num. 22. de offic. ordin. in 6.* quod sequuta est *Rota apud Reuerendiss. D. Coccin. decis. 191. num. 1.*

39 Quinimò † etiam in quolibet Parochiano, respectu scilicet Parochialis Ecclesiæ, vt apertè concludunt omnes Doctores superiùs allegati, auctoritate *Feder. de Sen. qui ita consuluit, cons. 103. incip. Parochialis cuiusdam, num. 2. & sub num. 3. vers. secundo fuit quæsitum.*

Licèt, inquam, hoc casu compulsus Beneficiarius, suum titulum producat, vel etiam probet per testes, qui interfuerint (si illum habuerit ab Ordi-
40 nario, cùm solius † Papæ collatio scripturam exigat, vt docuit *Bellam. in d. cap. illud sub nu. 22. vers. & hæc vera de præsumpt.*) tamen ea productio non potest suffragari impetranti ex hoc capite: Enimuerò ea ficta confessio resultans ex pro-
41 ductione, non nocet in diuerso iudicio, † vt post *Socin. Sen. cons. 122. num. 8. lib. 4. & Cephal. cons. 377. n. 73. lib. 3.* atquè alios, benè deducit *Hondede. d. cons. 66. sub nu. 58. lib. 1.* & ita fuit decisum in vna *Valentina Illegitimitatis 16. Martij 1612. coram Reuerendiss. D. Pamphilio.*

Ea siquidè indago, potiùs pertinet ad extraiudicialem inquisitionè ex officio, quàm ad iudiciũ
42 aliquod formale, quapropter † nec si Ordinarius, aut patronus faciat se partem, potest cogi Beneficiarius, etiam prætextu simplicis inquisitionis, ad formam *d. cap. Ordinarij,* titulum suum exhibere, *Felin. in eod. cap. licet Heli, num. 9.* & ibi etiam *Ioan. de Anan. num. 33. Ancher. in cap. 1. sub nu. 10. circa fin. vers. aut non consensit, de regul. iur. in 6. Franc. in eod. cap. Ordinarij, d. num. 5. vers. quod limita primo, Cassado. decis. 8. num. 1. ad finem, & n. 2. super Regul.*

43 Et censetur Ordinarius se constituere † partè, si aut iniustè procedat, aut si etiam iustè, sed iudi-

cialitèr coram Superiore, vt ità expendendo doctrinam Ioannis de Anania *in praalleg. cap. licèt Heli sub num. 33. in extremis verbis vers. tunc autem dicitur*, declarat idem *Reuerendiss. D. Coccin. ead. decis. 193. num. 5.*

44 Et de Iniustitia satis liqueret † eo ipso, quòd possessio nō esset recens, veluti, si fuisset saltim per triēnium in ea quis toleratus; quicquid enim sit in profanis, in quibus hæc ratio non militat, tamen in beneficialibus, propter præsumptionem, quæ est pro Episcopo, qui tenetur quolibet anno visitare Ecclesias suæ Diœcesis, & inquirere de titulis, iuxta *text. in d. cap. Ordinarij*, præsumitur, eum nō permissum possidere, nisi habuisset canonicum titulum, etiamsi appareat de titulo inualido, quia adhuc præsumitur dispensationem superuenisse, vt ita argumentatur *Cassad. decis. 3. num. 7. de caus. possess. Gabr. cons. e81. num. 59. & 60. lib. 2. Gregor. decis. 57. num. 7.* & hanc differentiam inter profana, & beneficialia ex præmissa ratione considerat *Hostien. in pracitat. cap. illud. sub num 7. vers. posset tamen dici*, quem ibi sequitur *Butr. sub num. 13. vers. Hostiensis dicit, de præsumpt.*

45 Atquè ad hos terminos reducenda † est doctrina Bellameræ *in pracitat. cap. illud sub nu. 17. ex vers. quintò quaritur*, dum videtur non contentari diuturnitate possessionis, quominus possessor teneatur iustificare titulum in casu *d. cap. Ordinarij*; nām intelligenda est eius doctrina, si constiterit Ordinarios non visitasse, siuè quia fuerint impediti, siuè quia neglexerint, vt declarat *Felin in eod. c. illud, n. 8.* & conferunt, quæ ponit idē Bellam. *in eo, met loco sub nu. 23. vers. ego si essem.*

Non tamen nego, hoc etiam casu, non exclu di Ordinarium, siuè Patronum, siuè etiam alium quemcunquè à facultate probandi negatiuā aliis

46 medijs, vtputà † per inspectionem Regestorum, siuè librorum, in quibus consueuerunt prouisiones huiusmodi registrari, *Corn. cons. e91. num.a. lib. 1. Mohedan. dec. 4. de caus. possess. & propriet. Veral. decis. 45. ad fin & decis. e93. num. 3. par 3. Cassad. decis. 5. num 5. super Regul. Crescen. decis. 7. de probat. Cas. de Gras. decis. e6. nu. 2. decis. 34. num. 9. & decis. 287. num. e. Gregor. decis. 7. num. eo.*

Dummodò tamen diligentiæ sic fiant, vt de iure requiritur: nàm vtcunquè possint præstari huiusmodi diligentiæ facilitèr, si supponatur potestas conferendi in vno tantùm Collatore, tamen vbi datur concursus eiusdem potestatis in pluribus, nisi fiant apud omnes, in irritum cedunt; ex quo possibilitas sola, excludit necessitatem,

47 quæ † est de substantia probationis, iuxta Regulam *l. neque natales. C. de probat. cap. in præsentia*

48 *extra eod. tit.* & ità † sæpè fuit in Rota decisum, vt in *recen decis. 323. sub nu. 4. vers. videtur quod etiam, par. 2. Reuerendiss. D. Coccin. d. decis. 3e7. Gregor. d. decis. 7. num. eo. & decis. 353. num. 1.* vbi aliæ quoquè plures recensentur.

49 Et propterea, † quemadmodùm sufficiunt diligentiæ factæ in Curia, & in regestis Officialium, vbi materia est talis, quæ non possit expediri nisi per Papam, & eius Officiales, vt in materia dispēsationum, est *Cassad. decis. 5. num. 5. super Regul. Achil. decis. 387.* dummodò fiant in omnibus officijs, per quæ possunt expediri, *Verall. d. decis. 45.*

50 *nu. a. & 3. lib. 3.* etiā per † viam secretam, *Gregor. decis. 262. vbi Beltram. alias cumulat sub num. 2.*

51 & pro singulis † officijs adhibeantur duo Officiales, præuia citatione partis, qui postea referant medio iuramento, iuxta Praxim, quam seruari iussit *Rota apud eundem Veral. decis. 265. par. 1.*

52 Ità sufficient, si † fiant extra Curiam, dummodò præmissa etiam seruentur, alias inutilitèr præstabuntur, vt concludit *Rota, in pracita. dec. 323. sub eod. num. 4. vers. videtur quod etiam in partibus, par. 2. recen.*

53 Et his demùm † diligentijs præstitis, ex toto remanebit elisa præsumptio melioris tituli in possessore, adeò vt non possit iuuari ex cuiuscunquè temporis diuturnitate, vt notat *Felin. in supracitat. cap. illud, sub num. 7. ad finem, vers. & idem si fortè probaretur, de præsumpt.* idest non

54 solùm triennali † vt censuit *Felin.* ibi, & *Rota apud Veral. decis. 335. in manuscrip Gregor. dec.*

55 *242. nu. 6.* verùm † etiam decennali, cum ex tempore nihil aliud inducatur quàm præsumptio, quæ

56 vbiquè † veritati cedit, *can. quicunquè 80. dist. cū simil.* in hanc rem adductis per *Gregor. ea. dec. 242. num. 7.* Illæ enim diligentiæ conuertunt præ-

57 sumptionem † veritatis in negantē, qui proptereà ad aliam probationem non tenetur, vt ex mente *Ias. in l. in illa stipulatione, sub num. 17. vers. tertia notabilis conclusio*, tenet *Rota apud Achil. decis. 4e2. num. 5.*

58 Secundùm exigitur, ad effectum vt † productio huiusmodi noceat producenti, illam factam esse parte petente, vel saltim tacitè acceptante per non contradictionem, vt post alios tradit *Paris. cons. 115. num. 31. vol. 1. Osasc. decis. 38. num. 8. Surd. decis. 267. nu. 4.* adeoquè per eundemmet prouisum: enimuerò si vel esset contradicta, vel

59 facta per † tertium, vtiquè principali non noceret; vndè in Romana Curia, scopulus hic leuitèr posset euitari, cùm citati ad dicendum contra iura producta, statim opponant generalia; & insupèr in Sacro Palatio, omnes productiones fiant per compulsum, quæ ideò non præiudicant producenti, *Crescen. d. decis. 21. num. 4. de probat. Veral. decis. 193. num. 5. par. 1.* & in his terminis tenuit *Rota apud Gregor. praalleg. decis. 467. num. 9. & in vna Casalen. Canonicatus 24. Nouembris 1606. coram Reuerendiss. D. Attrebaten.*

Tertiùm deniquè requiritur, quod sit facta ad eum finem, qui concludat ad intentionem partis,

60 nam productio † extra finem, in quem intenditur, non potest operari, iuxta *Grat. cons. e4. num. 17. lib. 1. Seraph. decis. 377. nu. 5. Gregor. in praalleg. decis. 467. num. 8.*

61 Pariter submoueretur hæc eadem † præsumptio, & in consequens incumberet prouiso onus iustificandi possessionem suam ex titulo valido, si illi apertè ius resisteret, *Compostell. in cap. Capitulum num. 54. de rescript. Felin. in d. cap. licèt Heli, num. 15. de simon. Put. decis. 239. nu. 3. lib. 3.*

lib. 3. secundum tamen ea, quæ superiùs exposuimus.

62 Posterior † est casus, quando impetrans, tanquam de reseruato fuit prouisus; & in hoc distinguendum est inter summarijssimum possessorium Retinendæ, si intentetur per Reum, & possessorem, & possessorium adipiscendæ pro executione gratiæ, si intentetur per impetrantem.

63 Etenim, si versemur † in summarijssimo possessorio Retinendæ (supposita prioritate possessionis prouisi, & perfecta iustificatione reseruationis) obseruandum erit, quid deducatur ex parte prouisi ab inferiore, contra reseruationem, & decretum irritans, adeoquè inficiens quamcunque possessionem, de quo alibi egimus; Si enim allegabit se quoquè prouisum Apostolicum, & pro se vrgere præsumptionem, de qua suprà dictum est, non est dubium, eundem, pro obtinenda manutentione, ea ipsa præsumptione adhuc iuuari posse, ex rationibus superiùs deductis, & in puncto fuit responsum in vna *Regien Beneficij 16. Febr. 1596. coram Litta*, in qua dictum fuit, sic etiam priùs resolutum in vna *Firmana Beneficij 19. Martij 1593. coram Card. Blanchetto.*

64 Si verò præsumptioné hanc † non deduxerit, sed duntaxat institerit super facto suæ possessionis, cùm illa sit infecta, nèc sibi proderit pro obtinenda manutentione, *l. improba C. de acquiren. possess.* nèc impediet, quominùs manuteneatur prouisus tanquàm de reseruato, cùm possessio infecta per decretum, ad istum effectum habeatur pro vacua, vt in puncto est *Crescen. decis. 1. num. 3. & 4. de caus. poss. & propr.* deciditquè Rota, *apud Reuerendiss. D. Coccin. decis. 51. ex num. 2. vsquè ad 5.*

65 Differentia † enim, quæ constitui consueuit inter reseruationem super certo corpore beneficij, & reseruationem generalem, tantisper durat, quandiù potest dubitari, an beneficium de quo agitur cadat sub generali; nam vbi de hoc constat, nulla remanet differentia circa operationem decreti irritantis, vt in *ead. decis. 51. & benè explicat Seraph. decis. 305. per tot.*

66 Et licèt negetur † concursus duarum possessionum, non solùm iustarum, vel iniustarum, *l. duo in*
67 *solidum, 19. ff. de precar.* sed etiam † vnius iustæ, & alterius iniustæ, cùm non multum intersit, iustè quis, an iniustè possideat, ex Labeonis sententia in *l. 3. §. ex contrario, de acquiren. possess.* ità vt
68 nullo modo † attendatur defectus tituli, etiam in his beneficialibus, æquè ac in profanis, vt censuit *Rota diuers. par. 1. dec. 595. num. 8. & in recent. par. 4. decis. 187. num. 4. Gregor. decis. 323. nu. 2.* vt ideo cauendum sit à contraria opinione Menochij *de retin. rem. 3. nu. 33.* quemadmodum etiam aduertit *Beltr. ad Greg. dec. 40. n. 6.* nequè possit
69 videri ea possessio † vacua, quæ quouis modo per aliquem occupatur, etiamsi non possideat, *l. 2. §. vacua possessio, de action. empt. gloss. in cap. cum nostris, 6. in verb. non vacaret, ad fin. vers. si possessio, de conceß. praben.* Attamen procedunt hæc,
70 vbi † non adest decretum Papæ, inficiens, & irritans; quia per illud impeditur effectus iuris, qui alioqui resultaret ex illa possessione iniusta, siuè naturali, siuè ciuili, vt declarat *Crescen. d. decis. 1. n. 3. & 4. de caus. possess. & propriet.* & fuit etiam decisum in vna *Anconitana S. Primiani, 6. Iun. 1561. & in Pampilonen. Parochialis 21. Octobr. 1576. coram Bubalo*, & notauit etiam *Beltram. ad Gregor. decis. 268. num. 9.*

Si autem versemur in possessorio adipiscendæ, res nullam habet difficultatem; probata enim reseruatione, & iustificata in reliquis gratia Apo-
71 stolica, non † potest impediri immissio prætextu cuiusuis possessionis; vt enim illa, propter decretum infecta est, atquè ità nulla, & vitiosa, sic, Iudex, siuè executor, non debet maiorem rationem illius habere, quàm si nusquàm ad aliquod esse producta fuisset, *Roman. consl. 499. num. 5. 6. & 7. ad med. vers. imò etiam detentatio*, *Crescen. decis. 19. num. 2. & 3. de sent. & re iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Ordo, necessarius pro obtinendo Ecclesiastico beneficio.*
2 *Legitimitas, necessaria pro habilitanda persona ad beneficium.*
3 *Aetas habilis, necessaria ad obtinendum beneficiū.*
4 *Literatura, & morum honestas, necessaria pro obtinendo beneficio Ecclesiastico.*
5 *Stipendia militaria, distribuenda iuxta gradum cuiusquè militis.*
6 *Clericatus simplex sufficit pro obtinendo quocunquè beneficio, modò cesset certi ordinis annexio.*
7 *Ordinis annexio ad beneficium, duplex.*
8 *Ordinis annexio actu, quando censeatur beneficio facta.*
9 *Gerundium vndè dictum, & cuius potestatis sit.*
10 *Ordo, vbi est annexus beneficio actu, non sufficit aptitudo in impetrante.*
11 *Qualitas iuncta verbo, debet interuenire de tempore verbi.*
12 *Idest initio actus.*
13 *Ordo, quando dicatur annexus beneficio sola aptitudine.*
14 *Ordo qualitèr censeatur annexus beneficio curato.*
15 *Ordinis annexio, quàm diuersimodè censeatur facta à lege, respectu eius, quæ fit ab homine.*
16 *Quæ tamen distinctio reijcitur.*
17 *Presbyteratus ordo actu exigitur, quando Parochialis Ecclesia commendatur ad tempus.*
18 *Aetas vbi certa exigitur in promouendo ad beneficium, non sufficit personam esse valdè proximam ætati.*
19 *Et quod tunc capiendum consilium.*
20 *Annus qui conceditur promoto ad Parochialem ex dispositione text. in cap. ei cui de præben. in 6. non datur ad complendam ætatem, sed ad suscipiendum ordinem.*
21 *Text. dispositio in cap. ei cui de praben. in 6. an obtineat etiam in alijs ordinibus sacris, præter Presbyteratum.*
22 *Ratio ex se ipsa dispositionem inducit.*
23 *Rationem eandem vbi plura habent, mentio, quæ de vno fit, censetur facta exemplaritèr, non autem restrictiuè.*

24 Di-

24 Dispensatio, difficiliùs conceditur circa defectum Sacerdotij, quàm alterius ordinis sacri beneficio annexi.
25 Dispensatio, dicitur iuris relaxatio.
26 Ordinis annexio, etiam ex consuetudine induci potest.
27 Facultatiua, non inducuntur consuetudine etiam præscripta, nisi præcedat prohibitio, cum tempore habili ad præscribendum.
28 Sacerdotale ex hoc solo non iudicatur beneficium, quòd fuerit semper Sacerdoti collatum.
29 Sacerdotale beneficium, iudicatur ex tenore Statuti, aut Priuilegij.
30 Adeò vt, si verba sint dubia, attendatur obseruantia.
31 Si verò clara, nullo modo attendatur obseruantia huiusmodi.
32 Interpretatio cessat, vbi verba sunt clara.
33 Obseruantia interpretatiua, non potest prætendi, vbi verba dispositionis sunt clara.
34 Ordo, est necessarius pro celebratione diuinorum.
35 Ordinis annexio, non arguitur ex annexione oneris celebrandi.
36 Dispositio omnis, vestitur à iure communi.
37 Celebrandi onus, beneficiario iniunctum, non respicit qualitatem personæ, sed qualitatem ordinis.
38 Nisi adiectum sit, quod celebret per se ipsum.
39 Ordo, qualitèr dicatur annexus soli prebendæ, & non Canonicatui, vel è contra.
40 Prebenda, est quid diuersum à Canonia.
41 Canonicus, potest quis esse sine prebenda.
42 Illatio, non fit ex diuersis.
43 Prebenda, aliquando dicitur annexa Canonicatui, non iure accessorij, sed iure annexionis perpetuæ.
44 Sacerdotalis, si fuerit narratus etiam Canonicatus, sustinetur narratiua, etiam quod soli prebendæ sit facta annexio ordinis: modò prebenda sit annexa Canonicatui annexione perpetua.
45 Alias secùs.
46 Prouisus de prebenda, & Canonicatu, an possit alterum capere sine altero, ob defectum ordinis, vel ætatis.
47 Prebenda Sacerdotalis, quibus modis possit constitui.
48 Et quæ sit differentia inter effectus resultantes ex singulis.
49 Ordinari potest quis cogi pro vtilitate, & necessitate Ecclesiæ, etiamsi prebenda non sit Sacerdotalis.
50 Sacerdotale non dicitur beneficium, vel prebenda, etiam si quis possit cogi pro vtilitate, & necessitate Ecclesiæ ad suscipiendum ordinem Sacerdotalem.
51 Sacerdotalem qui narrauit prebendam, debet eam docere Sacerdotalem actu, vel aptitudine, secundum intentionem statuti.
52 Sacerdos, dictus à sacrificando.
53 Presbyter, vox quid significet.
54 Presbyteri vocem, quò transtulerint sacri Canones.
55 Presbyteri vulgaris significatio.
56 Verba, recipiunt interpretationem secundum vulgarem sensum vulgi.
57 Presbyteri appellatione, veniunt omnes Clerici, si agatur de dispositione concepta vulgari idiomate.
58 Verba, intelliguntur secundum qualitatem personæ proferentis.
59 Beneficia simplicia, non exigunt Sacerdotium in persona Rectoris.
60 Capellanus vox, non significat Sacerdotem.
61 Sacerdotale beneficium, iudicatur ab obseruãtia.
62 Verba debent sumi in proprio significatu.
63 Episcopus, nõ potest derogare legibus Iurispatronatus Laicorum, etiam de consensu Patronorũ.
64 Iuspatronatus hæreditarium, potest mutari in gentilitium per fundatorem illius, accedente consensu Episcopi.
65 Secùs verò per illius successores in Patronatu.
66 Voluntas defuncti circa piè oblata, non potest mutari per Episcopum.
67 Tàm respectu causæ, quàm loci, & personarum.
68 Alteratio dispositionis, quadruplex.
69 Episcopus, ex causa necessaria, potest mutare dispositionem, factam in piam causam.
70 Et quæ dicatur causa necessaria.
71 Alternatiuorum, satis est alterum verificari.
72 Altarista, sumitur pro Sacerdote.
73 Et quandò pro inferioris ordinis Clerico.
74 Diaconus, & Subdiaconus, dicuntur ministri in altare Domini.
75 Proprius autem, Subdiaconus.
76 Altaris diuersæ significationes.
77 Altarista, pro quocunquè Beneficiario.
78 Capellanus vox, pertinet ad quemcunquè beneficiarium, etiam Clericum prima tonsura.
79 Sacerdotale Beneficium, si conferatur non habenti ordinem, an & quo casu Collatio sit nulla.
80 Clausula derogatoria obstantium, an sufficientèr deroget statutis, per quæ beneficio certus ordo est annexus.
81 Et quid, si annexio procedat ex dispositione laicali.
82 Annexio ordinis, alia in specie, alia in genere.
83 Ordinis annexio, qualitèr singulis Canonicatibus Cathedralium fuerit per Sacrum Tridentinum Concilium facta.
84 Potentia actui proxima, si is necessarius sit, & infallibilis, non distinguitur ab actu.
85 Ordinis totalis defectus, qualitèr probetur per modum obiectus.
86 Ordo, non est actus iterabilis.
87 Ordo malè collatus, vt inducat impedimentum, vel irregularitatem, debet iustificari dolus.
88 Constitutio Pij II. contra malè promotos, exigit dolum, & contemptum.
89 Ætas, præsumitur nota Parentibus.
90 Quinimò etiam propinquis.
91 Collatio beneficij facta incapaci, tenet mero iure.
92 Habilitas personæ, exigitur in applicatione iuris, ad ipsam personam.
93 Nominatio patronorum, non tribuit aliquid ius nominato.

94 Lai-

94 *Laicus, si nominetur ad beneficium Iurispatronatus, sat est, quod reperiatur Clericus tempore actualis praesentationis.*
95 *Habilitas personae, superueniens expectanti ante vacationem, & acceptationem, validat gratiam, adeoquè retroirabitur, inhabilitas autem superueniens eandem gratiam extinguit.*
96 *Clausula ex nunc, prout ex tunc, elidùtur in sua virtute retrotractiua, propter extremorum inhabilitatem.*
97 *Dispensatio, praesumitur in possessore diù tolerato in beneficio.*
98 *Decennalis Possessio, non sufficit pro obtinendo in petitorio.*
99 *Sufficit tamen pro elidendo obiectu.*
100 *Impetrans non dicitur habere titulum ad Beneficium, sed duntaxat facultatem implorandi officium Iudicis.*

QVÆSTIO XLVII.

Ordinis defectus, qualitèr constituatur in prouiso, vt indè efformetur, vel enitetur obiectus.

1 PERSONÆ habilitas, † pro obtinẽdo Ecclesiastico beneficio, circa quatuor versatur. Primum videlicèt circa ordinem, *cap. dudũ §. cum autem, vbi Abb. num. 8. & alij passim de elect. cap. si pro Clericis, vbi glo. in verb. alijs, vers. & nota, & in verb. defectu ordinum, de praeben. in sexto.*

2 Secundum, circa † legitimitatem, *cap. nisi cum pridem, §. persona*, ibi, *vtpotè si de legitimo matrimonio non sit natus, de renunciat. cap. cum in cunctis, vbi gloss. in verb. matrimonio, de elect.*

3 Tertium, circa aetatem habilẽ † ad obtinendum beneficium de quo prouidetur, *cap. super inordinata, vbi gloss. in verb. pueri, de praeben. cap. ex ratione, & cap. indecorum, de aetat. & qualit.*

4 Quartum denìquè circa † literaturam, & morum honestatem, *eo. cap. indecorum, & c. cum te, de aetat. & qualit.*

Ratio igitur prioris requisiti, de quo in praesenti est dicendum, alia esse non videtur, quàm quod beneficia sint quaedam stipendia Clericalis mili-
5 tiae, quae vt non conuenit dari alijs, † quàm militibus huiusmodi, ita etiam cauendum est, vt in distributione seruetur modus stipendiorum militarium, pro dignitate graduum, id enim ius militare suadet, *can. ius militare, distinct. 1.* & propterea, quemadmodùm in militia armata non idem est stipendium omnibus militibus, ità nequè in hac Clericali conuenit vnicuiquè Clerico omne beneficium assignari, sed vnicuique pro qualitate ordinis ipsi beneficio annexi; cùm tamen
6 ea † annexione cessante pro obtinẽdo quouis beneficio sufficiat simplex Clericatus, *Lap. Abb. in cap. cicut, sub num. 21. vers. ad hoc praedictum*

7 *de praeben. in 6.* Est autem huiusmodi † annexio duplex, vna videlicet respectu actus, & altera respectu aptitudinis personae, vt docet *Abb.* communitèr receptus in *d. cap. cum in cunctis, §. inferiora, sub num. 10. vers. solutio, dic quod quadam est connexio, de elect.*

8 Et prior quidem † contingit, quando mandatur à iure conferri beneficium habenti talem ordinem, vel non conferri, nisi habenti talem ordinem; Quippè inter has annexiones, nulla realis est differentia, vt rectè censuit *Paris. cons. 50. nu. 18. lib. 4.*

Quemadmodùm nèc vlla esset differentia inter hãc, & alteram formulam, per quam fundator beneficij, dedisset potestatem eligendi Sacerdotem, vt in casu *supraecitat. decis. 216. sub nu. 1. vers. nam qualitas Presbyteri, par. 2. in recen.* cum non possit constitui discrimen aliquod inter verbum, &
9 Gerundium, cùm † gerundium sui verbi vim gerat, vndè & sortitum est proprium nomen, *Bald. in l. falsus num 6 ad fin. vers. & nota ista C. de furt. Prob ad Ioan. Monach. in cap. vnic. num. 1. de postulat. Praelat.* habeatquè non secus, ac Verbum suum, vim hanc imprimendi qualitatem de tempore actus, vt deducit *Dec. cons. 433. num. 6. & 7.* & in his praecisis terminis respondit *Rota in Recanaten. Beneficij 14. Iun. 1608. coram Card. Lancellotto.*

10 Hoc itaquè casu, ordo † ipse de tempore prouisionis, omnino requiritur, nèc sufficit sola aptitudo, & sic aetas ad ordinem necessaria, atquè ita docuit *gloss. per eum text. in cap. nemo deinceps, in verb. Sacerdotio, de elect. in 6. Abb. in d. § inferiora, sub num. 10. ad fin. vers. sed secundo casu, & ibi etiam Dec. sub num. 21. ad fin. vers. secunda conclusio, & num. 22. idem Abb. in clem. vt ij qui, sub num. 18. vers. item pone exemplum, & ibi etiã Card. in § illa vero, num. 4. & Vitalin. num. 16. de aetat. & qualit. Roch. de Iurepatr. in verb. honorificum in 4. quaest. nu. 26. Lambert. eod. tract. lib. 2. par. 1. quaest. 2. art. 22. num. 8. & 29. Dec. cons. 127. nu. 5. Paris. in praeall. cons. 50. ex nu. 12. lib. 4. Gonzal. qui plures allegat, ad Regul. de mensi gloss. 5. in princ. num. 105.* & saepè respondit Rota, vt in *Romana Capellaniae 19. Martij 1586. coram Card. Pamphilio, in Parmen. Prioratus 8. Iun. 1573. coram Blanchetto, in Firmana beneficiorum 26. Nouembris 1592. coram Orano,* & in quampluribus alijs relatis in *praallega. Recanaten. Beneficij, coram Card. Lancellotto, impressa inter recen par. 2. decis. 216. nu. 1. quae fuit confirmata 19. Ian. 1619. coram eod.*

11 Quod ea ratione constat, quià † qualitas iuncta verbo, debet interuenire de tempore verbi, iuxta Regulam quàm habemus in *l. in delictis § si*
12 *extraneus de noxal,* ideſt in ipso actus † initio, vt declarat *Card. in cap. perpendimus sub num. 7. ad med. vers. sed redeundo ad contrarium, de sentent. excommunicat. Gomes. decis. 72. in princ. lib. 1.*

13 Posterior verò, quandò Ordo † quidem est annexus per necessariam quandam consequentiam, sed non qualificatiuè ad personam promouendã, de ipso promotionis tẽpore, veluti si proponatur dispositio

dispositum simpliciter, quod beneficium sit Sacerdotale: nàm hoc casu, ordo non potest videri annexus actu, de ipso promotionis tempore, respectu personæ, sed benè aptitudine; proindequè sufficit prouisum habere ætatem de ipso tempore prouisionis, vt possit promoueri ad Sacerdotium, textus est clarus in *cap. ei cui, de praben. in 6.*

14 Vndè, si de curato † Beneficio sit quæstio, non est dubium, illud esse Sacerdotale, habereque ordinem Sacerdotalem annexum; verùm circa hanc annexionem, distinguendum esse inter tempus prouisionis de ipso beneficio, & tempus, quo ius commune exigit qualitatem illam Sacerdotij in persona; nàm respectu temporis prouisionis, non requirit præcisè, quod promouendus sit Sacerdos, sed contentatur ætate habili, vt infra annum possit promoueri ad Sacerdotium, & sic quod attingat vigesimum quintum annum, elapso autem anno, qualitatem hanc actu exigit, iuxta dispositionem *text. in d. cap. cum in cunctis, §. inferiora de elect.* quæ postmodùm ampliata fuit in aliquibus per *Gregor. X. in Concil. Lugdunen.* relato in *cap. licet Canon, de elect. in 6.* itàut inspecto tempore prouisionis, licèt actu non possit videri annexus ordo, tamen sit annexa ætas habilis ad suscipiendum ordinem, intra tempus à iure statutum, vt probat *text. in d. cap. ei cui, vbi præ cæteris Gemin. num. 10. & Franc. sub num. 7. vers. in tantum, ad idem est text. in cap. si eo tempore, de rescript. in 6. Roman. cons. 325. num. 1. Barbat. cons. 33. num. 21. lib. 2. Rolan. cons. 47. num. 59. & 60. lib. 1. Rota in nou. decis. 1. sub num. 3. ad medium, vers. obstat tamen dispositio.*

15 Atque ità, mitiùs † agitur cum dispositione iuris communis, quàm cum dispositione hominis: nàm si in promouendo ad beneficium, ius commune simpliciter exigat ordinem aliquem, id ità interpretamur, vt sufficiat habere ætatem, non vt relaxetur necessitas suscipiendi ordinem actu, & cùm primùm ex mente iuris communis potest quis ordinari, sed vt nè interim prouisio collabatur, *cap. 2. de institut. in 6.* cum alijs congestis per per Rotam, quæ conclusionem hanc latissimè firmauit in eadem *Romana Capellania, corã Card. Pamphilio* superiùs allegata; Si verò id exigat hominis dispositio, aliter interpretemur, vt videlicet non sufficiat ætas ad ordinem, sed exigatur ordo ipse actu, nisi promanauerit ab homine Ecclesiastico, qui præsumatur se voluisse conformare dispositioni iuris Canonici, quæ fuit apertissima sententia *Barbat. in supràall. cons. 33. sub nu. 23. ad fin. lib. 2.* quem videtur probasse Rota in *suprà alleg. decis. 216. num. 5. par. 2. in recen.*

16 Quæ tamen distinctio, † nullo iure, nullaquè ratione suffulta est, neque in casu illo, in quo consuluit Barbatia, erat necessaria, cùm fundator eam legem apposuisset, vt promouendus ad Capellaniam, actu esset Sacerdos, vt ipse *sub num. 22.* supponit, & inculcat; nèc quidquam adeò est certum, quàm fundationis leges seruari oportere; Cæterùm si lex ipsa aliquo casu, etiam implicitè, id requirat, vt videlicet tempore promotionis ad Beneficium, promouendus habeat ordinem, vtiquè dispositionem huiusmodi non sic interpretamur

17 vt sola † aptitudo sufficiat, vt est casus in *cap. nemo deinceps, de elect. in 6.* vbi prohibetur commendari ad tempus Parochialem Ecclesiam, illi qui nõ sit constitutus in ætate legitima, & sacerdotio, ex quibus verbis, quia canon non cõtentatur ætate legitima, vt contentatur in articulo simplicis prouisionis, nequè commodè potest etiã adaptari hic intellectus, cum ea commenda sit ad tempus semestre, sic hæremus huic dispositioni, vt nisi Commendatarius actu sit Sacerdos, commenda intelligatur facta contra iuris prohibitionem, sitque ideo ipso iure nulla ex ea Decretali, quæ in hoc continet ius nouum, vt ibi aduertit *gloss. in verb. Sacerdotio*, & ità etiam censuit *Rota apud Veral. decis. 127. num. 3 & 4. par. 1.*

18 Ex quo patet, vim † non esse faciendam in alio, quàm in aperta sententia, aut ex proprietate verborum, aut ex mente disponentis desumpta, quia etiam ius commune in hac materia, verborũ rigorem vsquè adeò seruat, vt dum ætatem exigit in promoto, non contentetur, quod is valdè proximus sit ætati idoneæ, *Franc. in d. cap. ei cui, nu. 13.* etiamsi ante prima ordinationum tempora foret completurus ætatem necessariam, vt ibidem docuit *Ioan. Andr. num. 5.* vbi, quod licèt opinio hæc videatur habere modicum rigoris, ex quo defectus non est talis, qui impediat ordinari in primis temporibus, tamen ait, nimis præsumptuosum sibi videri hoc asserere, nèc glossatoris, sed conditoris iuris esse huic æquitati prouidere; Vndè

19 dat † consilium, vt differatur collatio, vsquè ad

20 ætatem completam; ex quo † dimetienda est, non ex die vacationis, sed ex die prouisionis, & Ioannem Andreæ ibi sequuntur *Butr. nu. 12. Gemin. nu. 10.* & alij communiter, & meritò; annus enim ille, non datur ad complendam ætatem, sed ad suscipiendum ordinem quàm citius poterit suscipi, vt est textus clarus in *d. cap. licet canon, de elect. in 6. Abb. in d. cap. cum in cunctis, §. inferiora num. 10. extra eod. tit.* & respondit Rota in *suprà alleg. Romana Capellania, 14. Nouembris 1586. coram Card. Pamphilio.*

21 Et hæc, non † solùm procedunt respectu Presbyteratus, sed etiam aliorum sacrorum ordinum, Diaconatus videlicèt, & Subdiaconatus, cum eadem militet in his quoquè ratio, vt voluit in *d. cap. ei cui Archid. sub num. 1. circa medium, vers. & videtur quod sub isto vocabulo*, & licèt contrarium videatur tenere *Ioan. Andr. sub n. 2. ad finem, & num. 3.* cuius doctrinam videntur sequuti *Roman. d. cons. 325. sub num. 1. vers. quando beneficium, Dec. in d. cap. cum in cunctis, §. inferiora, sub nu. 21. vers. secus est in alijs ordinibus, de elect. Barbat. d. cons. 33. sub nu. 22. vers. tamen Ioan. Andr. lib. 2. & Lamber. de iurepatron. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 29. num. 4.* nihilominùs verior videtur Archidiaconi sententia, quam contra *Io. And. tenuerunt Zenzel. & Ioan. de Calder.* quos refert & sequitur *Gemin. in eod. cap. ei cui, sub num. 7. post medium, vers. Zenzel. tenet,* & alios cumulat *eod. loco Franc. sub num. 14.* Ratio enim legis requirentis in prouisione Sacerdotalium, ætatem legitimam

legitimam de tempore prouiſionis, vtiquè alia
non eſt quàm Eccleſiæ neceſſitas, quæ cum mili-
tet æquè in munere Diaconali, & Subdiaconali,
ac in munere Sacerdotali, vt conſiderant *Gemin.*
& Franc. loco proximè relato, vtiquè etiam ad
hos ordines legis diſpoſitionem profert, quantum-
cunquè verba videantur concepta ad ordinem
22 Presbyteratus, cùm † ratio ex ſe ipſa inducat di-
ſpoſitionem, *Franc. Bec. conſ. 62. ſub num. 16. ad*
23 *fin. verſ. ità & ratio*; & vbi plura † habent eandē
rationem, licèt de vno fiat mentio, videtur facta
exemplaritèr, non autem reſtrictiuè, *Bald. in l. de*
quibus ſub num. 106. verſ. quando enim plura ff.
de legib. Alex. conſ. 75. num. 4. vol. 5. & conferunt,
quæ ſcripſimus hoc libro *quæſt. 13. nu. 25. & 26.*
24 Et licèt † maior ratio poſſit in hoc conſtitui
reſpectu ordinis Presbyteratus, attamen iſta
maioritas rationis reſpicit articulum diſpenſa-
tionis, vt videlicet difficiliùs Papa diſpenſet circa
ætatem in beneficio Presbyterali, quàm in Dia-
conali, vel Subdiaconali, prout poſt alios benè
aduertit *Gemin.* loco ſuperiùs citato, *ſub eod. n. 7.*
verſ. et primo ad ea. Vndè etiam ſubuertitur argu-
mentatio *Ioan. Andr.* ducta à ſtylo Papæ, in diſpē-
ſando ſuper ætate, in præbendis Diaconalibus, vel
Subdiaconalibus; nàm potiùs cōtra ipſius aſſum-
ptum retorquetur, cum diſpenſatio præſupponat
25 iuris communis reſiſtentiam, vndè & dicitur † eius
iuris relaxatio, *gloſſ. per eum text. in can. requiri-*
tis in verb. vt pleriſquè 1. quæſt. 7. cum alijs per
nos adductis, *in ſuperiori lib. quæſt. 40. num. 165.*
cum ſequen.
26 Quamuis autem † annexio ordinis, ſiuè aptitu-
dine, ſiuè etiam actu, æquè poſſit ex conſuetudi-
ne non ſcripta, ac ex ſtatuto, aut lege fundamen-
tali ipſius Eccleſiæ, adeoquè certa introduci,
Ioan. Andr. qui has cauſas efficientes huius con-
nexionis æquiparat, *in præcitat. cap. ei cui num. 6.*
& ibi etiam Butr. num. 15. Attamen in formanda
hac conſuetudine, cùm verſemur in facultatiuis,
27 ea † non poteſt induci, niſi præcedat prohibitio
cum tempore habili ad præſcribendum, vt notant
omnes in *l. 1. C. de ſeruitut. & aqua, Surd. conſ.*
127. num. 21.
28 Vndè, etiam quod † beneficium ſupponeretur
ſemper collatum Sacerdoti, non ideo ex hoc ſolo
diceretur Sacerdotale, propter ſcilicet compa-
tibilitatem ſtatus Sacerdotalis, cum ſtatu clerico-
rum inferiorum, & hoc expreſsè reſoluit *Gemin.*
in cap. cum de beneficio num. 11. de præben. in 6.
29 Circa autem ſtatutum, † priuilegium, aliuduè
ius ſingulare, quod ſcripto conſtet, nihil aliud at-
tenditur, quàm ipſius tenor, & ſecundum illum
iudicamus, an & qualitèr ordo ſit annexus, *Prob.*
ad Ioan. Monach. in præalleg. cap. ei cui num. 44.
30 *Barbat. in ſupracit. conſ. 33. num. 8.* qui ſi † ſit du-
bius, explicatur ab obſeruantia, *vulg. l. minimè, et*
l. ſi de interpretatione, de legib. Pariſ. conſ. 50. nu.
19. lib. 4. Gonzal. in præcita. gloſſ. 5. in princ. ſub
num. 86. verſ. & ideò obſeruantia. Si verò ſit cla-
31 rus, tunc † ſtatur verbis, nèc attenditur, quid prius
fuerit ſeruatum, *Aret. conſ. 34. nu. 5. & conſ. 115.*
num. 2. & ita reſoluit Rota in ſupracitat. deciſ.
216. num. 4. par. 2. in recen. traditumquè eſt pro
32 Regula, vbi † verba ſunt clara, & ſenſus manifeſtus,
ceſſare omnem interpretationem, *l. cōtinuus 137.*
§. cum ita de verb. obligat. l. ille, aut ille 25. de
33 *legat. 3.* ac proindè, fruſtra † allegari obſeruan-
tiam, vt latiſſimè deducit *Rota in recen. par. 1.*
deciſ. 136. num. 10. & 12. deciſ. 196. nu. 7. & deciſ.
496. num. 9. Gregor. deciſ. 184. num. 5.
Ex præmiſſis conſtat, ſubiectum annexionis hu-
ius, reſpectu beneficij, aliud non eſſe, quàm ordi-
nem ipſum, proindequè minimè argui annexionē
hanc, ab annexione oneris celebrandi; Quamuis
34 enim † celebratio, non poſſit ad alium pertinere,
quàm ad ordinatum, *cap. 1. & 2. de cleric. non or-*
din. miniſtran. tamen ex illa annexione oneris
35 celebrandi, non † infertur neceſſariò ad annexio-
nem ordinis, propter ſeparabilitatem facti cele-
brationis, ab ipſo onere, quod vt per alium non
poſſit abſolui, adhuc nullo iure cautum eſt, vt poſt
Ioan. Calder. inquit *Lap. allegat. 35. num. 2. &*
allegat. 117. itidem ſub nu. 2. verſ. nec obſtat præ-
dictis, & ità de generali cōſuetudine ſeruari, ſcri-
pſit *Fely. in cap. cum omnes ſub nu. 3. verſ. & hoc*
procedit etiam ſi ex ordinatione, de conſtit. & ibi
etiam *Dec. num. 55.* quam ſententiam ſæpiſsimè
probauit *Rota, vt in Romana Capellaniæ 23.*
Ian. 1589. coram Card. Pamphilio, in Lucana
Capellania, 17. Decembris 1593. coram Gipſio, in
Tridentina Canonicatus, 21. Aprilis 1608. coram
Iuſto, & in alijs quampluribus.
Et quamuis diſponēs, referat onus iſtud ad per-
ſonam beneficiarij, tamen dum expreſsè non re-
mouet hāc facultatem celebrandi per alium quæ
eſt à iure communi, potiùs cenſetur voluiſſe con-
formare ſe cum eo iure, quàm ab eius orbita
36 recedere, cùm † omnis diſpoſitio nudis verbis
prolata, veſtiatur à iure communi, *l. quæro 14. §.*
inter locatorem, ff. locati, cum ſimil. adductis per
Aneber. conſ. 6. num. 14.
37 Atquè ità † tunc inflectitur ea relatio, vt ſtet
demonſtratiuè ad qualitatem oneris, non autem
diſpoſitiuè qualitatem perſonæ illud abſoluere
habentis, vt reſpondit *Rota in Tiraſonen. Capel-*
la 9. Iun. 1603. coram Card. Sacrato, cuius memi-
nit *Gonzal. præcitat. gloſſ. 5. in princ. nu. 78.* quic-
quid dicendum ſit, vbi diſponens remouit hanc
controuerſiam, clarè decernendo, quod Benefi-
38 ciarius † celebret per ſe ipſum, vel vbi particula-
ris conſuetudo id perſuaderet, vt per *Gonzal. ibi-*
dem ex num. 100. & 107.
Plurimùm autem (cùm agitur de dignitatibus,
aut Canonicatibus, quibus præbenda eſt annexa)
39 obſeruandum venit, cuinam † Ordinis facta ſit an-
nexio; ideſt, an ſoli præbendæ, vel ſoli Canoni-
catui, vel vtriquè, quod omnes Doctores in *eod.*
cap ei cui, fuſiſsimè pertractant; Circa quod ad-
uertendum eſt, in hoc articulo præbendam con-
40 ſiderari, veluti quid † diuerſum à Canonicatu, ſiuè
Canonia, prout alibi latiùs explicauimus. & notat
gloſſ. in c. cum M. Ferrarien. in verb. receperint,
quam ibi ſequuntur communitèr Doctores, vt at-
teſtatur *Ripa num. 170. de conſtit. Rebuff. in*
praxi tit. ſeculare beneficium num. 12. & ſuper
concor-

concord. titul. de collat. in verb. Canonicatum, & præbendam. Vndè nihil est, quin ordo possit esse annexus vni, & non alteri, neutri, & vtriquè, prout quandoquè soli præbendæ, *Ioan. Andr. in d. cap. ei cui, ad finem, Lap. ex nu. 14. Butr. nu. 16. Gemin. nu. 12. & Franc. sub nu. 6.* vt ideo maximè referat, vt dixi, de hoc perquirere, an videlicet sit annexus præbendæ tantùm, vel etiam dignitati, & Canonicatui, vt in specie animaduerterunt *Card. in supracit. Clem. vt ij qui, § illa verò, num 16 & Imol num. 15. de ætat. & qualit.*

41 Etenim, cùm quis possit esse † Canonicus sine præbenda, vt pronunciauit *Abb. in præall. c. cum*
42 *M. Ferrarien. num. 3 c. de constitut.* non † valet illatio, præbenda est Sacerdotalis, Diaconalis, vel Subdiaconalis, ergò itidem Sacerdotalis, Diaconalis, vel Subdiaconalis est Canonicatus, *vulg. l. Papinianus exuli, ff. de minor. Surd. cons. 150. num. 94.*

Itaquè sunt hac in re distinguendi duo casus; prior est, quando præbenda, & Canonicatus prorsus inseparabiles sunt, propter perpetuam annexionem constitutiuam vnius indiuidui, secundum ea, quæ explicauimus in *superiori lib. q. 19. n. 22.*

43 Et hoc quidem casu, cùm non † possit alterum sine altero obtineri, non iure accessorij, sed iure connexionis, vt ex mẽte *Compostellan, Abbatis, & aliorum in d. cap. cum M. Ferrarien. de constit. tut.* subtilitèr aduertit *Surd. decis. 192. num. 19.* consequitur, quòd si per statutum, aut aliud ius singulare, ordo sit annexus vni, censeatur etiam
44 annexus alteri; Vndè † si supponamus, annexionẽ factam esse præbendæ, & quispiam sibi prouideri obtineat de Canonicatu, & præbenda, nec habuerit ordinem actu, vel aptitudine, vt statutum exigit, prouisio erit nulla; & è conuerso, si idem pro- uisus narret, Canonicatum, & præbendam esse ea qualitate affectos, vtputa Presbyterales, Diaconales, vel Subdiaconales, eo ipso hanc narratiuã iustificet, quod doceat de huiusmodi annexione perpetua, quià tunc narratiua de Canonicatu, cui in specie non est facta hæc annexio ordinis, & è conuerso, narratiua præbendæ cui non sit facta hæc connexio, censetur facta in ordine ad alterũ cui annexus est ordo, & ita benè procedit quod resoluit *Rota, in vna Constantien. Canonicatus*, relata inter recentiores *decis. 366. num. 5. par. 2.*

45 Alter est, quando † præbenda, & Canonicatus, non sunt connexi connexione perpetua, secũdum eadem quæ scripsimus, & declarauimus *ead. q. 19.* & hoc quidem, nihil est, quin si quis impetrauerit vtrunque, tanquàm eodem ordine qualificatos, vtputa Sacerdotales, teneatur qualitatem hanc probare respectu vtriusquè, vt fuit resolutum in eadem causa *par. 1. recen. decis. 421. ex num. 4.* militant enim rationes superiùs adductæ.

46 An autem qui fuerit prouisus, † nèc in actu, vel habitu habet eum ordinem, possit obtinere alterum, sine altero, cui est annexus ordo, facilè deprehenditur ex distinctione, quam communitèr faciunt doctores, vt possit quidem sustineri prouisio in Canonicatu, si illi non sit annexus ordo, secùs verò in præbenda, si Canonicatui tantùm ordo annexus sit, ea viua ratione, quià quis esse possit Canonicus sine præbenda, vt suprà dictum est, at minimè esse præbendatus sine Canonicatu, cùm præbenda, licèt non sit annexa annexione perpetua, perpetuò tamen sit ad Canonicatum accessoria, vt explicat *Lap. Abb. in eod. cap. ei cui, ex num. 17. & Gemin. ex num. 13. de preben. in 6.* & tradunt etiam scribentes omnes in *d. cap. cum M. Ferrarien. de constitut. præcipuè Abb. ex nu. 30. Butr. ex num. 66. Dec. ex num. 132. Rip. ex num. 186.*

47 Cæterùm, cùm † scribentes in *eod. cap. ei cui*, in hoc conueniant, præbendam posse cõstitui Sacerdotalem altero de tribus modis; primo, disponendo, vt non possit conferri, nisi Sacerdoti; Secundo, disponendo, vt promotus teneatur fieri Sacerdos, aliàs priuetur; & tertio deniquè, disponendo, vt teneatur fieri Sacerdos, aliàs non faciat fructus suos, vt in specie hoc docent *Ioan. Andr. num. 6. Gemin. num. 12. Butr. num. 15. & Franc. num. 6.*
48 inter hos † modos maxima est differentia; nàm quoad primum, dicetur Sacerdotale beneficium, per annexionem ordinis, non sola aptitudine, sed etiam actu, vt suprà demonstraui; Quo verò ad secundum, dicetur Sacerdotale aptitudine tãtum; Tertio verò non dicetur Sacerdotale, neque actu, neque aptitudine simplicitèr, idest per annexionẽ ordinis, adeò vt nèc hoc casu requiratur vel ætas in promouendo, sed solummodo sic dictur secũdum quid, idest causatiuè propter fructus, vt in simili dicitur de residentia præcisa, quæ non potest separari à beneficio, & de causatiua quæ est adiecta propter fructus, iuxta doctrinã *Innoc. in cap. vlt. nu. 1. de cleric. non residen.* de qua duplici specie residentiæ latè agit *Gonzal. gloss. 15. ex nu. 20.* & suo loco nos etiam agemus, quo quidem simili, in *eod. cap. ei cui*, vtuntur *Gemin. sub nu. 12. vers. tertio, quid tenetur fieri, & Butr. nu. 15.*

Quod etiam plurimum refert discernere, nàm hæc qualitas, vltimo modo impressa, non afficit beneficium per connexionem aliquam ordinis, ac proindè licet qui de tali beneficio, seù præben-
49 da est prouisus, † possit etiam præcisè cogi ad suscipiendum ordinem pro vtilitate, & necessitate Ecclesię, *Abb. in præcita. cap. cum in cunctis §. inferiora sub num. 10. vers. & in illis non tenetur, de elect.* quod (sub verbo tamen *fortè*) admisit Rota in *Tridentina Canonicatus 21. Aprilis 1608.*
50 *coram Iustio*; interim tamen † nõ dicetur beneficium Sacerdotale, aut præbenda Sacerdotalis, cùm à persona, retento beneficio, detur separatio ordinis, itaut in solis fructibus iacturam sentiat, *Gemin. in eod. cap. ei cui num. 12.* & alij præallegati, probauitquè Rota in *d. Tridentina Canonicatus.*

51 At circa hanc qualitatem † impressam altero de duobus prioribus modis, præbendam dicimus affectam per annexionem ordinis; quam annexionem non impedit sola aptitudo, quæ potiùs eandem fouet, vt concludunt ijdem Doctores, & in specie *Abb. in d. §. inferiora, num. 10. per to.* licèt prouiso satis sit iustificare eam qualitatem eodem modo, quo fuit impressa per statutum, quamuis

quamuis indeterminatè narrauerit, beneficium esse Sacerdotale, *Rota in praalleg. decis. 421. num. 2. par. 1.*

Infertur autem ex præmissis: Primum, cùm versamur circa priorem annexionis modum, nihil attentius considerari oportere, quàm proprietatem vocis expressiuę qualitatis ordinis, secundum verisimilem disponentis mentem: Vndè quamuis nulla videatur constituenda differentia inter has voces *Sacerdos*, *& Presbyter*, præterquàm in ver-
52 bali deriuatione, quòd Sacerdos à Sacrificando dictus sit, *Can. Cleros, §. Sacerdos autem, dist. 21.*
53 *Presbyter* † verò græca sit vox, nihil amplius significans, quàm senior, *Can. vlt dist. 74. Bellam. super 26. distinct. quaest. 1. in 1. par. num. 13. & in can. criminationes, num. 2. 2. quaest. 7.* ex quo
54 Sacri Canones senium † istud ac sapientiã transtulerunt, vt in *d. Can. vlt.* adeoquè ad ipsam Sacerdotalem dignitatem, vt in *eod. Can. Cleros §. Presbyter*; Vndè suscepit & hæc vox veram, & propriam ordinis Sacerdotalis significationẽ, dictusquè Presbyteratus ordo, ad distinctionem duorum inferiorum ordinũ, Diaconatus videlicet, & Subdiaconatus, tàm apud Canonum Conditores, vt est *text. in cap. literas de temp. ordinat. in cap. 1. & in cap. à multis, de atat. & qualit. in cap. vnico, de cler. per saltum promoto, & in cap. vlt. de Sacramen. non iteran.* quàm profanarum legum latores, vt pariter est *text. in l. Presbyteros, & in Authen. Presbyterum*, & ferè per totum eumtitulum, *C. de Episcopis, & Cleric.*
55 Nihilominus, si dispositio † facta fuerit in loco, vbi consueuerint quilibet Clerici, etiã mino-
56 rum ordinum, nuncupari *Presbyteri*, cùm † interpretatio verborum potiùs facienda sit secundum sensum vulgarem, & communem vsum loquendi, quàm secundum proprietatem Latini sermonis, vt post alios latè, & copiosè deducit *Felin. in procemio decretalium, ex num. 5.* vox ista, non debet sumi adeò tenaciter secundum proprietatem Latini sermonis, quin etiam admittat interpretationem secundum sensum vulgarem ex aliqua circumstantia, quæ cum hoc magis con-
57 currat; veluti † si dispositio non sit concepta sermone Latino, sed vulgari, vt admittit *Rota in praecitat. decis. 216. sub num. 3. vers. maximè, quia fundatio, par. 2. recen.* præcipuè si ageretur de fundatione facta per hominem Idiotam, siuè
58 vulgarem, cùm † verba intelligantur secundum qualitatem personæ proferentis, *l. plenum, ff. de vsu, & habitat.* cum alijs per *Surd. conf. 140. num. 25. & 81.* Item si beneficium sit simplex,
59 vt † considerat *Rota apud Mant. decis. 129. num. 4.* Item vbi alternata est hæc vox cum ter-
60 mino generaliori, † vtpotè *Capellanus*, vt decidit Rota in superius citata *Lucana Capellania 17. Decembris 1593. coram Gypsio*, Itemquè
61 si † concurreret obseruantia, quià aliquando fuissent etiam admissi Clerici inferiorum ordinum, *Mant. ead. decis. 129. num. 4.*

Et hoc totum facit ille communis sensus vulgi, qui nisi probetur, non potest recedi à potentiori

62 significatu † vocis huius, iuxta *Regul. l. non aliter, 67. de legat. 3. & censuit Rota d. decis. 216. num. 3.* etiamsi concurreret obseruantia in contrarium, quæ, vt suprà dictum est, non attenditur, vbi verba non sunt dubia. Maximè si ageretur de beneficio fundato per Laicum, contra cuius leges, nèc Papa intelligitur velle pro-
63 uidere, vt infrà dicetur, nèc Episcopus † etiamsi velit, potest, *Abb. in cap. cum accessissent, num. 5.* & ibi *etiam Alex. de Neuo nu. 38. de constitut.* quatumcunquè consentiant Patroni, vt plenè consuluit *Guttier. conf. 1. num. 19.* & in his terminis censuit *Rota d. decis. 216. sub num. 4. vers. tùm quia non erat in facultate.*
64 Vndè etiam videmus, licèt † post fundationem perfectam, possit Episcopus, si super hoc instet ipsemet fundator, qualitatem iurispatronatus ità mutare, vt de hæreditario efficiatur gentilitium, secundum ea, quæ scripsimus hoc *eod. lib. quaest. 11. ex num. 4.* tamen † hoc minimè possit ad instantiam successorum in patronatu, vt
65 ex mente *Felin. in d. cap. cum accessissent sub num. 19. vers. secundus casus, de constit. deducit Ferret. conf. 134. sub num 5 vers. cui addo*, quem secuta est Rota in *Pistorien. Iurispatron. 31. Marty, praesentis anni 1628. coram R. p. d. Merlino.*
66 Agitur † enim tunc de mutanda voluntate defuncti circa Deo dicata, quod soli Papæ est permissum, *Clem. quià contingit*, vbi præ cæteris hoc docet *Card. sub num. 11. vers. dicit tamen, de Religio. dom. Bald. in l. si testamentum 10. n. 1. & 2. C. de testamen. Capella Tholosa. quaestio.*
67 *26.* ad finem, idquè perpetuò † obtinet circa omnia disposita, siuè respectu causæ, siuè loci, siuè personæ, *Guido Pap. decis. 556. sub num. 1. vers. tu dic.*

Vtcunquè enim etiam Episcopo hoc permitti videatur, si iusta causa subsit, *l. si quis ad declinandam §. sin autem nullus, C. de Episc. & Cleric* ta-
68 men cum alterationis † legum huiusmodi quadruplex possit assignari causa, necessaria videlicet, vtilis, tolerabilis, & temeraria, & hæc vltima extra
69 omnem sit potestatem, sola illa † prima in Episcopo (adhibita tamẽ cognitione, & vocatis quorum interest) considerabilis est, & in his terminis loquitur, & procedit *text. in d. l. si quis ad declinandam*, sequiores verò duæ, in solo Papa, vt docet *Bald. in d. l. si testamentum, sub num. 3. vers. & scias quod alteratio.*

Vt verò beneficium, quod ex lege fundationis debet conferri personæ habenti certam qualitatem, conferatur personæ non habenti, potest quidem persuaderi ex causa aliqua vtili, vel tolera-
70 bili, at minimè ex causa necessaria: Quæ † tunc talis dicitur, quandò alitèr non potest impleri ipsa dispositio, vt in casu *d. l. si quis ad declinandam*, & benè declarat *Aufrer. ad d. Capella Tholos. decis. 26. vers. si tamen legatur*, & pleniùs *Guttier. in praecitat. conf. 1. sub eod. num. 19. vers. dato tamen*, & huc omnino veniunt contrahenda, quæ de hac potestate Episcopi in alterandis legibus

fundationis ex causa vtilitatis, pronunciarunt cumulati per *D. Cyriacum disceps. 19. num. 4. ac per tot. necnon Castren. in cons. 358. sub num. 2. vers. item non video, Dec. cons. 121. num. 2. & 3. & Rota decis. 1122. num. 1. par. 3. lib. 3. diuers. & Moneta in tractatu de commutat. vltim. volunt. cap. 7. in 3. quæst. ex num. 366.*

Infertur secundò, plurimum referre in hac eadem controuersia, an termino significatiuo certi ordinis, sit adiectus alter terminus æquiuocus per Copulam, vel potiùs per alternatiuam; nam primo casu, terminus æquiuocus explicatur per terminum vniuocum, in secundo verò, terminus
71 æquiuocus seruat Regulam † alternatiuæ, vt sufficiat alterum verificari, *l. si quis stipulatus sit, 112. de verbor. obligat. l. generaliter C. de institut. cap. in alternatiuis 70. de Regul. iur. in 6.*

Vndè si iussum fuerit præsentari Sacerdotem,
72 & Altaristam, cum nihil sit, quin nomen † Altaristæ conueniat etiam Sacerdoti, tanquam principali ministro altaris, vtraquè vox sumetur pro eodem, reputabunturquè synonymæ, vt resolutum fuit in *præallegat. decis. 216. num. 2.* Secus verò, si iussum fuerit præsentari Sacerdotem,
73 aut † Altaristam; hoc enim casu, vt dixi, seruabitur Regula alternatiuorum, vt in simili quandò iussum fuit præsentari Presbyterum, aut Capellanum, censuit Rota in præallegata *Lucana Capellania, 17. Decembris, 1593. coram Gypsio.*

Nequè enim quoad terminum æquiuocum constituenda est aliqua differentia, inter has vo-
74 ces *Capellanus*, & *Altarista*, cùm † etiam Diaconus, & Subdiaconus dicantur ministri Domini in altari, vt voluit *Hostiens. in cap. 1. sub num. 8.* in expositione verbi *Ministris*, quem ibi sequuntur *Butr. num. 5. & Abb. num. 12.*
75 *nè Clerici vel Monachi*. Quinimò propriè, † & in potentiori significatu, Subdiaconus dicitur Minister altaris, non autem Diaconus, vel Presbyter, vt in *can. tribus, 23. de consecrat. distinct. 2. vbi Archidiac. & Bellam. super verb. ministro.*

76 Et quemadmodum vox † ista *Altare*, non semper sumitur pro Altare materiali ad sacrificandum instructo, sed aliquandò etiam pro ipsa Ecclesia, siuè pro titulo beneficiali, *can. si quis il primo 17. quæst. 1. Lambertin. de Iurepatron. lib. 1. par. 1. quæst. 11. art. 9. num. 9.* iuncto textu in *can. quæsitum*, ibi, *vt Ecclesiæ, vel decimæ, quæ vulgari vocabulo apud eos altaria vocantur, 1. q. 3.* quem textum sic quoquè expendit *Marsil. Col. de Ecclesiast. redditib. 2. par. cap. 14. num. 2.* & nos latiùs explicauimus in superiori *lib. quæstio. 30. num. 9. 41. & per totum.*

77 Ità eius deriuatiuum † *Altarista*, in hac materia debet potiùs exponi pro simplici Rectore Altaris, idest Beneficij, quàm pro ministro Domini in altari; ex quo regimen beneficij, saltim simplicis, de iure minimè hanc necessitatem præsefert, vt suprà deduximus *ex Lap. allegat. 35, & 117.* traditquè *Gonzal. in superius cita. gloss. 5. in princ. num. 76.*

Nec propterea alitèr sumetur vox ista, *Altarista*, si per se sola fuerit posita, vel adiecta alteri termino per alternatiuam, quàm sumatur
78 tur vox ista *Capellanus*, cuius † significatio potest pertinere ad quemcunquè Clericum Beneficiatum, etiam primæ tonsuræ, *Henric. Boich. in cap. super inordinata, num. 6. de prabend.* & hæc tendunt ad declarationem *præallegat. decis. 216.* & eorum, quæ notauimus *d. quæst. 30. num. 43.*

79 Infertur tertiò, si beneficium † sit Sacerdotale per annexionem ordinis, & conferatur non habenti eum ordinem, prouisionem, etiamsi sit Apostolica, ex defectu mentis nullam esse, vt in *d. cap. ei cui*; nisi duo hæc concurrant, quod prouisus habeat ætatem idoneam, & quod in lite-
80 ris sit inserta † clausula derogatoria obstantium; quamuis enim *Archidiac. in cap. cùm aliquibus, sub num. 1. vers. & secundum hoc, de rescript. in 6.* existimauerit, clausulas huiusmodi generales, non capere statutum inhabilitans personas ad beneficia, contrarium tamen docuit *Ioann. Monach. in cap. si pro clericis, sub num. 2. vers. contrarium dic, de praben. eod. lib. 6.* ea ratione, quod tunc per prouisionem Apostolicam, tametsi non perempta, videantur nihilominùs talia statuta suspensa, & dilata eorum virtus; & hanc sententiam probauit Rota in superiùs citata *decis. 1. ex num. 1. & per tot. & in antiq. de concess. prabend. decis. 41. num. 1. Franch. post alios, in sæpè allega. cap. ei cui, nu. 4. & 5. Gonzal. d. gloss. 5. in princ. num. 106.*

81 Nisi fortè tractetur de statuto † vel fundatione Laicorum, vt latè per *Lambert. de Iurepatr. lib. 2. par. 2. quæst. 7. art. 29. sub num. 2. vers. tamen in casu nostro, Rota decis. 41. num. 2. de concess. praben. in Antiq.*

82 Infertur quartò, annexionem † ordinis, tàm ratione subiecti, quàm ratione formæ duplicem esse, vnam in specie, quando certo alicui beneficio annectitur etiam certus ordo, aut actu, aut habitu, prout iam dictum est, & alteram in genere, quandò omnibus præbendis annectitur ordo sacer Presbyteratus, aut Diaconatus, vel Subdiaconatus in confuso, absquè eo quod determinetur, quænam debeat esse præbenda Presbyteralis, quæ Diaconalis, & quæ Sub-
83 diaconalis, veluti † in casu decreti Sacrosancti Concilij Tridentini *sess. 24. de reformat. cap. 12.* dum iubet, in omnibus Ecclesijs Cathedralibus, omnes Canonicatus, ac portiones habere annexum ordinem Presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus; Episcopum autem, cum consilio Capituli designare, ac distribuere, prout uiderit expedire, quibus quisquè ordo ex sacris annexus in posterum esse debeat, ità tamen vt dimidia saltim pars Presbyteri sint, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi, enimuerò decretum huiusmodi concernit duos actus, alterum annexionis in genere, qui oritur vi ipsius decreti, & alterum

alterum in specie, qui expectat factum Episcopi, in distribuendo, & connectendo singulis singulos ordines: proindequè, dùm cunctatur Episcopus in facienda illa distributione, licèt non possit dici, quod vni magis, quàm alteri præbendæ sit annexus, potiùs hic quàm ille ordo sacer, dicetur tamen vnicuiquè in genere annexus sacer Ordo; & qui fuerit prouisus de Canonicatu vel portione Ecclesiæ huiusmodi, debet esse Subdiaconus, vel saltim habere ætatem requisitam ad Subdiaconatum, vt rectè censuit *Hoieda de beneficior. compatibil. par. 1. cap. 24. sub num. 16. ad med. vers. si autem in Ecclesia, Azor. moral. institut. tom. 2. lib. 6. cap. 5. in 5. quæst. circa fin. vers. sed quid dicendum, Less. de Iustit. & iur. cap. 34. num. 109.* quos etiam refert, & sequitur *Garz. de Benef. par. 7. cap. 4. num. 28. cum tribus seqq.* vbi refert ità pluries declarasse Sacram Congregationem super Concilio.

Quamuis enim potentia annexionis ordinis Presbyteratus, vel Diaconatus possit videri aliquo modo remota à singulis præbendis, nihilominus potentia annexionis ordinis Subdiaconatus, videtur omnino proxima, etiam respectu illius distributionis fiendæ per Episcopum; cùm non possit esse, quin saltim ea præbenda, per eum ordinem qualificetur: indequè succedit Regula,
84 qua dicimus, potentiam † actui proximam, si actus necessarius sit, & infallibilis, non differre ab ipso actu, *l. penult. de militar. testamen. cum allegat. per Mandos. ad Regul. 3. quæst. 9. num. 4. & plenè declarat Tiraquel. ad leges Connubiales, gloss. 2. num. 26. & 27. Costa de fact. scien. inspect. 25. num. 3. & sub num. 6. vers. vtcunquè sit.*

Infertur quintò, qualitèr circa hunc defectum
85 ordinis, † nedùm formari obiectus, sed etiam qualitèr possit excludi: nam vbi prætenditur totalis defectus, verus modus iustificandi est exhibere literas, siuè instrumenta Ordinationis factæ
86 post tempus prouisionis, quià cùm ordo † non sit actus iterabilis, *cap. 1. & cap. vlt. de Sacramen. non iteran.* probata initiatione certo tempore, excluditur quodcunquè aliud tempus, vt concludit *Rota decis. 158. num. 4. par. 1. in recen.* vbi aliæ allegantur.

Vbi verò prætenditur non totalis defectus, sed ordinem non fuisse exequibilem, obiectus facilè
87 mutat, quià implicat irregularitatem, & † hoc casu non alitèr constituitur, quàm iustificando ordinem dolosè, & in contemptum susceptum, *cap. vnic. de Cleric. per salt. promot. cap. 1. 2. & vlt. de eo, qui furt. ordin. suscep.*

88 Proindequè Constitutio † Pij Secundi, contra malè promotos, quæ est 7. eius Pontificis, decernens, quod qui absquè dispensatione Canonica, aut legitima licentia, siuè extra tempora à iure statuta, siuè ante legitimam ætatem, vel absquè dimissorijs literis, ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri, ab executione suorum ordinum ipso iure suspensi sint, & si huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrãt, prætereaquè vltra alias pœnas in tales generalitèr inflictas, beneficijs Ecclesiasticis possint, iure priuari; non militat, nisi probato dolo, & contemptu, vt declarat *Nauarr. in Manual. cap. 27. sub num. 155. vers. tertia in extrauaganti, quem secuta fuit Rota in vna Aquen Irregularitatis, 14. Maij 1607. coram Illustriss. D. Cardinali Caualerio,* quæ est prima decisio coram eo facta, & me quidem scribente, in qua voluerunt Domini, excludi obiectum in eo, qui ante legitimam ætatem fuerat promotus, ex eo solùm,
89 quòd crediderit † matri suæ, cum enim præsum-
90 ptio † scientiæ ætatis alterius, admittatur in coniunctis ratione sanguinis, & officij, iuxta doctrinam *gloss. in l. de tutela in verb. ignarum, C. de in integ. restitut. minor.* multo magis debet admitti in parentibus, in quibus id videtur notorium, vt loquitur *Paris. cons. 25. num. 8. lib. 3. Mandos. ad Regul. 18. quæst. 8. num. 2.*

Nequè obijciens posset replicare, pro iustificatione obiectus sibi sufficere probare incapacita-
91 tem; quia imò † collatio beneficij facta personæ incapaci, si bona fide facta sit, tenet mero iure, vt declarat *Innocent. in cap. cùm nostris, sub num. 3. vers. & hinc est, de concess. praben.* quem visus est sequi *Felin. in cap. querelam, sub num. 6. vers. & aduerte quia licèt, de iureiuran.* quod alibi, vti se habeat explicabitur.

Prætereà, obiectus sic debet concludi, vt defectus ordinis percutiat tempus ipsum prouisionis, non autem vacationis, vt constat ex præcedenti-
92 bus; quià † vbi personæ habilitas requiritur ad actum certum, sufficit, quod adsit tempore, quo exercetur actus ille, per applicationem ad personam, *Imol. in clemen. vt ij qui sub num. 22. ad fin. vers. extra gloss. de ætat. & qualitat. ex text. in sæpè citat. cap. ei cui.* Vndè etiam est, quod
93 quia simplex nominatio † non tribuit ius aliquod nominato, *Abb. in cap. vlt. ex num. 4. de Iurepatron. Crescen. decis. 6. num. 9. eod. tit.* & fuit responsum in vna *Hipporregien Plebania, 25. Iun. 1610. coram Reuerendiss. Episcopo Attrebaten,* nil referat, quod tempore vacationis, & nomina-
94 tionis, præsentatus † esset laicus, dummodo tempore præsentationis sit Clericus, vt decidit Rota *in causa Burgen Abbatiæ de Sobarzo 19. Decembris 1588. coram Penia, & in Aurien Parochialis, 22. Aprilis 1611. coram eodem.*

Tota enim vis consistit in eo momento, quo
95 actus applicatur personæ, vndè in gratijs † præuentiuis ad vacatura, si ante vacationem (quo solo tempore potest ius plenum quæri) superueniat habilitas, quæ non erat de tempore concessæ gratiæ, ista superuenientia vtiquè proderit, cùm res fuerit deducta ad eum casum, à quo potuit incipere, antequàm actus consumaretur; At è conuerso si superuenerit inhabilitas antequàm actus consumetur, & sic deducta fit res ad eum casum, à quo non potest incipere, vtiquè gratia corruet, ex Regula quam habemus in *l. si à me, de iurisd. omn. Iudic.* prout ità distinguendo, subtilitèr deducit *Oldrad. cons. 58. sub num. 2. vers. contra videtur, cum tribus numeris seqq.*

seqq. & conferunt tradita per eundem *cons. 168. num. 2.*

96 Nec crederem, hoc casu releuare clausulā † *ex nunc, prout ex tunc*, quiā illius vis retrotractiua, remanet elisa ex superuenientia facti impedientis extremorum habilitatem, *Cassado. decis. 3. nu. 15. & 16. de praeben.* & plures congessimus superiori *lib. quaest. 29. num. 37.*

Et hæc sanè simpliciter procedunt, vbi etiam contra impetrantem non militant Regulæ de annali, vel triennali, de quibus postmodum dicetur; & quibus etiam cessantibus, nequè hic obie-
97 ctus attenditur si beneficiarius diu fuisset † toleratus in possessione, hinc enim præsumitur sufficiens dispensatio, vt post *Sarnen. ad Regul. de trien. q. 10. nu. 18. & Ancher. cons. 117. n. 3. vers. pro hoc facit*, in his terminis cēsuit *Rota, in praeal. leg. Aquen. Irregularitatis*; Quamuis enim tem-
98 pus † istud diuturnum, decem videlicet annorum, non sufficiat pro obtinendo in petitorio, vt inquit *Innocen. in cap. illud, nu. 3. de praesumpt. Ancher. in cap. 1. sub num. 10. vers. sed dices, de Regul. iur.*
99 sufficit † tamen ad elidendum obiectum, odio scilicet impetrantis, qui per impetrationem, nèc
100 quidem creditur † habere titulum, sed simplicem actionem, vt suprà dictum est, siuè facultatem implorandi officium Iudicis, vt benè docet *Card. in cap. sicut vnire sub num. 7. vers. item per impetrationem, de excess. Praelat.*

SVMMARIVM.

1 *Plutarchi opinio de praestantia Belluarum.*
2 *Speculari, soli homini concessum est.*
3 *Speculatio vndè dicta, & qualiter fiat.*
4 *Incontinentes, perpetuò repulsi à Diuinis ministerijs.*
5 *Spurij, & illegitimi, qualitèr ab Ecclesiasticis ministerijs repulsi.*
6 *Illegitimi, qua ratione repellantur à Beneficijs Ecclesiasticis.*
7 *Illegitimorum filij legitimi, non excluduntur à Beneficijs, & officijs Ecclesiasticis.*
8 *Filio, non nocet qualitas patris, quando nititur Iure proprio.*
9 *Illegitimorum filij legitimi, sunt successibiles, & habiles ad honores.*
10 *Illegitimus, non potest obtinere Beneficium, aut officium Ecclesiasticum per viam Iustitiæ, sed tantum per viam Gratiæ.*
11 *Natalium defectus, nisi fuerit expressus, vitiat Gratiam prouisiuam Beneficij.*
12 *Prouisio Apostolica de Beneficio perpetuo, hanc tacitam habet conditionem,* si Orator legitimus sit.
13 *Dispensatio super defectu natalium, non potest induci ex simplici scientia Papæ; nisi fuerit talis defectus narratus in literis.*
14 *Regula* Cancellariæ *super dispensationibus, quæ hodie est quinquagesima prima, de quibus dispensationibus loquatur.*
15 *Dispensatio inducitur ex habilitatione ad prohibita, vbicunquè defectus est narratus.*
16 *Natalium defectus, non est ex necessitate narrandus per plenè legitimatum.*
17 *Quemadmodum, nèc per sufficientèr dispensatum.*
18 *Dispensatio super natalibus, ad effectum dispensatum, habetur pro plena legitimatione.*
19 *Legitimatio plena, habet vim regenerationis.*
20 *Et tollit nomen illegitimi.*
21 *Dispensatus super natalibus, quo casu in prouisione Beneficij adhuc teneatur exprimere defectum natalium.*
22 *Illegitimus, non obstante quod sit dispensatus ad obtinendum Beneficium, tenetur facere mentionem de defectu natalium, si illud permutet.*
23 *Dispensatio, consumitur primo actu.*
24 *Dispensatus super defectu natalium pro Beneficio obtinendo, non tenetur narrare eundem defectum in permutatione eiusdem Beneficij, de rigore Iuris, secus verò ex stylo, & obseruantia Curiæ.*
25 *Datur tamen vnicuiquè ex compermutantibus regressus ad Beneficium permutatum, si ex hoc permutatio sit nulla.*
26 *Legitimitas, quid differat à legitimatione.*
27 *Legitimati, qualitèr dissent à legitimis.*
28 *Legitimitas, contingit ex matrimonio.*
29 *Sicut filia à matre.*
30 *Legitimitas procedit ex matrimonio, etiam contracto de facto, si tamen sine contradictione.*
31 *Etsi alter ex parentibus fuerit in bona fide.*
32 *Legitimitas, vt contingat ex bona fide parentum, requiritur bona fides ab initio.*
33 *Bona fides excluditur in contrahentibus matrimonium de facto, ex publica voce, & fama circa impedimentum, alioqui praesumitur.*
34 *Matrimonium praesumitur contractum bona fide, non obstante primo, contra cuius validitatem fuit iudicatum.*
35 *Legitimitas excluditur, si probetur mala fides tempore matrimonij.*
36 *Vel etiam ante conceptionem.*
37 *Et an hoc casu, praesumptio malæ fidei, possit purgari.*
38 *Mala fides potest allegari quandocunquè, nec suffragatur lapsus temporis longissimi, vbi vltra eam requiritur titulus.*
39 *Legitimitas, non exigit probationem veri matrimonij, sed sufficit opinio, & matrimonium putatiuum.*
40 *Etiam ad effectum promotionis ad Episcopatum.*
41 *Dummodo concurrat tolerantia Ecclesiæ.*
42 *Matrimonij opinati color, est ab Ecclesia approbatione.*
43 *Legitimitas, qualitèr articulanda, & probanda.*
44 *Impedimentum in matrimonio, impedit bonam fidem.*
45 *Nisi praefixo termino ad probandum, non fuisset probatum.*
46 *Matrimonium probatur per leuiores probationes, vbi deducitur incidentèr.*
47 *Matrimonium, etiam vbi principalitèr deducitur, potest probari per duos testes, qui interfuerint.*

48 Item

48 Item per librum Parochi.
49 Liber confessus ab eo, qui ad id tenetur ex officio, concludentèr probat descripta in ipso.
50 Liber baptismatis probat filiationem, & descendentiam, si concurrant adminicula.
51 Sed non filiationem legitimam, & quæ sit ratio.
52 Text. in l. miles §. defuncto, ff. ad l. Iul. de Adulter. expenditur.
53 Legitimitas, præsumitur in filio nato constante matrimonio, nisi excludatur cohabitatio Mariti de tempore conceptionis, vel nisi partus editus sit in domo adulteri.
54 Vel altèr constet, viro impeditum fuisse accessum.
55 Text. in d. §. defuncto, tùm maximè procedit, quando mulier poterat quò vellet in publicum prodire.
56 Eiusdem textus materiam qui explicauerint, alsqui insignes Doctores referuntur.
57 Idem text. inducit præsumptionem legitimitatis ad fauorem filiorum.
58 Legitimitatis præsumptio ex matrimonio, non est præsumptio iuris, & de iure, cum admittat probationem in contrarium.
59 Et tollitur præsumptionibus validioribus.
60 Quæ tamen debent esse vrgentissima, & concludentes.
61 Veluti, quæ deducitur ex decrepita ætate, vel infirmitate Mariti.
62 Senes aliquando, post exactum octuagesimum annum filios procreasse.
63 Rarò contingentia, non attenduntur, sed potius per Legislatores spernuntur.
64 Generandi facultas in decrepitis, à natura nulla est.
65 Assimilatio partus, arguit filiationem.
66 Assimilatio huiusmodi, aliquando prouenit ex imaginatione tempore conceptionis.
67 Assimilatio, probat filiationem ex adultero, si concurrat probatio accessus eiusdem.
68 Assimilatio partus, vix potest constitui ex simplici imaginatione in momento conceptionis.
69 Filiatio, cessante coniectura similitudinis, vix potest indues ex quocunquè argumento.
70 Præcipuè, si ageretur de præiudicio alterius, quàm adulterum confitentis.
71 Legitimitatis præsumptio iuxta Regulam l. miles. §. defuncto ad l. Iul. de Adulter. iuuatur honesto.
72 Adulterini filij, malè audiunt.
73 Filiationis legitimæ præsumptio, etiam per tertium potest allegari.
74 Eadem, inducta est non solum fauore filiorum, sed etiam legitimitatis, & matrimony.
75 Et in ea elidenda, exiguntur testes omni exceptione maiores.
76 Præterquàm, si agatur nomine filij contra adulterum, ad effectum consequendi alimenta.
77 Legitimitas, contingit durante matrimonio, eoqui exequibili, secus verò si desinat esse exequibile, vtputa propter conuersionem coniugatorum.
78 Filij procreati ante matrimonium, sequuto matrimonio, habentur pro legitimis.
79 Haberi, vox, est fictionis nota.
80 Filij nati ante matrimonium, sequuto matrimonio, videntur legitimi per fictionem.
81 Contrarium tamen, quod sint verè, & propriè legitimi, verius videtur.
82 Et quæ sit ratio.
83 Legitimitatis causa immediata, inspecto iure ciuili, non est matrimonium, sed maritalis affectio.
84 Maritalis affectio, præsumitur ab initio ex matrimonio subsequuta, cum muliere libera conditionis.
85 Indequè dicitur impressa legitimitas partui à principio, sub tacita conditione, si matrimonium sequatur.
86 Text. in cap. tanta, qui filij sint legit. non procedit per fictionem, sed per remotionem obstaculi introducti à iure Canonico.
87 Illegitimus, non potest promoueri ad Episcopatum.
88 Potest tamen promoueri legitimatus per subsequens matrimonium.
89 Legitimatus per subsequens matrimonium, dicitur natus de legitimo matrimonio.
90 Matrimonium subsequens, non purgat vitium irregularitatis interim incursa.
91 Matrimonialis affectio, iure ciuili inspecto, præsumitur ex copula cum muliere libera, quantumcunquè vili.
92 Legitimatus per subsequens matrimonium, dicitur legitimus, inspecto iure ciuili, præsumptè, inspecto verò Iure Canonico, fictè.
93 Præsumptio autem, & fictio hæc, circa quid versetur.
94 Matrimonium subsequens, non legitimat prolem prius susceptam, vbi tempore conceptionis, aderat impedimentum Canonicum.
95 Nisi tale impedimentum per Papa dispensationem tollatur.
96 Et quæ sit ratio.
97 Dispensatio super impedimento matrimonij in radice, operatur legitimitatem prolis ab initio.
98 Matrimonij radix, est consensus.
99 Eadem, soli Papæ est subiecta.
100 Matrimonium, de iure ciuili potest contrahi inter filios duorum fratrum, secus verò de Iure Canonico.
101 Papa solus disponere potest de matrimonio, & illius consequutiuis.
102 Et quidem per totum Christianum Orbem.
103 Legitimatus per subsequens matrimonium, an succedat in feudalibus, emphyteuticis, Maioratibus, remissiuè.
104 Legitimatio concessa per Papam, an producat effectum suum, extra eius temporalem ditionem, remissiuè.
105 Legitimatio, siuè restitutio natalium, concessa per Papam, quàm maioris sit virtutis, ea quæ conceditur per alios Principes.
106 Legitimitatis decretum, apponi consuetum in literis Apostolicis super restitutione natalium, qualitèr

qualitèr intelligatur necessarium, etiamsi fiat dispensatio in radice.

107 *Papa dispensando in radice Matrimonij, vtitur iure suo.*

108 *Nec intelligitur cuipiam inferre iniuriam, etiamsi dispensato aperiatur ius succedendi vbiquè locorum.*

109 *Clausula,* vt non obstante impedimento, &c. *consueta apponi in dispensationibus matrimonialibus, cuius sit vis, & efficacia.*

110 *Dispensatio matrimonialis, cum decreto legitimationis prolis, duplicem continet gratiam, itaut vna cessante, alia non cesset.*

111 *Et qua ratione, praiudicet succedentibus ab intestato.*

112 *Dispensatio matrimonialis, cum decreto legitimationis in radice, quàm latè procedat.*

113 *Legitimatio quid sit, & qualitèr contingat.*

114 *Legitimatio, citra dispensationem in radice matrimony, an sit vera legitimatio, vel potius simplex dispensatio.*

115 *Legitimatio, quid differat à legitimitatis decreto, per dispensationem in radice.*

116 *Dispensatus, quoad actum dispensatum habetur pro legitimo.*

117 *Et quomodo hoc intelligatur.*

118 *Dispensatus super defectu natalium ad aliquid, remanet illegitimus.*

119 *Legitimatio simplex super defectu natalium, non habet causam adeo amara, vt habet dispensatio.*

120 *Dispensatio, elidit simplicitèr effectum illegitimitatis in subiecto dispensato.*

121 *Legitimandi potestas, est de reseruatis Principi.*

122 *Exercetur in volentem.*

123 *Legitimari an possit infans, remissiuè.*

124 *Legitimatio exigit veram natalium explicationem, quoad qualitates inducentes nouum impedimentum.*

125 *Legitimatio, aliquando, dispensatio, impropriè dicta.*

126 *Legitimatus per Papam, illicò efficitur habilis ad ordines, & ad beneficia etiam curata, dispensatus verò secus.*

127 *Episcopi filius, vt possit capere beneficia, sufficit quod sit legitimatus.*

128 *Legitimatus per Imperatorem, non dicitur capax beneficiorum.*

129 *Legitimatio vera procedit etiam ab Imperatore.*

130 *Dispensatus ad minores, non potest promoueri ad maiores ordines sine noua dispensatione.*

131 *Dispensandi potestas circa ius positiuum, in Papa libera, & absoluta est.*

132 *Papa, potest liberè dispensare cum illegitimè natis, quoad omnia omninò beneficia.*

133 *Qua tamen potestate non consueuit vti absque causa.*

134 *Dispensatus ex falsa causa suggesta Pontifici, grauitèr peccat.*

135 *Dispensatio Apostolica vbi exhibetur, omisso omni scrupulo potestatis, simplicitèr est attendendus sui tenor.*

136 *Dispensandi super defectu natalium, non vna, sed plures sunt formæ, de quibus remissiuè.*

137 *Clausula* dummodo incontinentiæ paternæ, &c. *an, & quo casu reddat dispensationem conditionalem.*

138 *Et qualitèr procedatur ad illius iustificationem.*

139 *Dispensationes super defectu natalium, concessa ab alijs, quàm à Papa immediatè, qualitèr dirigenda, remissiuè.*

140 *Episcopus qualitèr possit dispensare cum illegitimo.*

141 *Legitimandi potestas, quam habet Episcopus iure suo, Sede vacante, transit in Capitulum.*

142 *Episcopus potest legitimare iuxta terminos cap. e. de fil. Presbyt. in 6. citra consensum Capituli sui.*

143 *Dispensatus per Episcopum suum, poterit obtinere beneficia in quacunquè alia Diœcesi.*

144 *Illegitimus, scientèr per Episcopum promotus ad beneficium, non censetur dispensatus, & qua sit ratio.*

145 *Dispensandi facultas, censetur ablata ex prohibitione actus.*

146 *Episcopi potestas in dispensando cum illegitimis, qualitèr sit restricta, tàm respectu ordinum, quàm respectu beneficiorum.*

147 *Episcopus non dispensat super defectu natalium, ad beneficia, quibus annexus est ordo Sacer.*

148 *Dùm tamen, talis annexio non veniat consequutiuè.*

149 *Et dummodo, ea requirat ordinem de tempore receptionis.*

150 *Illegitimus, dispensatus per Episcopum ad beneficium, an incurrat pœnam priuationis, si nō obtineat dispensationem, per quam promoueatur ad ordinem sacrum, quem exigit beneficium huiusmodi.*

151 *Episcopus, non potest dispensare cum illegitimo, ad Personatus, & dignitates, etiam sine cura.*

152 *Poterit tamen dispensare ad Rectorias, non cadentes in nomen dignitatis, & canonias, Prioratusquè rurales. de quibus hic.*

153 *Episcopus, an possit dispensare cum illegitimo, ad Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis.*

154 *Præbenda cui est vnita cura animarum, an ideo reputetur dignior alijs.*

155 *Canonici Cathedralis Ecclesiæ, præminent alijs Clericis Ciuitatis, & Diœcesis.*

156 *Canonicatus, qualitèr intelligatur esse beneficium simplex.*

157 *Canonici Cathedralis Ecclesiæ, repræsentant corpus Ecclesiæ cum Episcopo.*

158 *Et hac ratione, ipsi soli constituunt Capitulum, & præferuntur dignitatibus, quæ non sunt de Capitulo.*

159 *Et ipsi soli, habent ius eligendi Episcopum.*

160 *Canonicorum vota, & preces, vbi cessat ius eligendi, adhuc plurimum attenduntur in promouendo Episcopo.*

161 *Episcopi præminentia, & dignitas.*

162 *Canonici Cathedralis Ecclesiæ, dicuntur à consilijs Episcopi, indequè maxima eorum prærogatiua honoris, & dignitatis.*

163 *Illegitimi, dicuntur indecori, & obliqui.*

164 Bastardus, *vox, vndè deriuata.*

165 *Legi-*

165 *Legitimatus, non debet sedere ad eandem mensam cum legitimo.*
166 *Illegitimus, est in statu laesa dignitatis.*
167 *Expectatiua concessa Pauperi, non capit Canonicatum, vel aliud beneficium Cathedralis Ecclesiae.*
168 *Illegitimi, neque Deo amabiles, neque hominibus honorabiles creduntur.*
169 *Eorundem opinio, vacillat.*
170 *Illegitimi, Religionem ingressi, non admittuntur ad Praelaturas regulares.*
171 *Minusue ad Curata,* & infra num. 213.
172 *Illegitimi, dispensati ad ordines, non possunt promoueri ad Acolytatum, quatenus Acolytatus sonat in priuilegium exemptionis, & honoris*
173 *Illegitimi, nequeunt dispensari per Episcopum, ad Canonicatus Ecclesiarum Cathedralium, propter annexionem sacri Ordinis.*
174 *Paternum beneficium, alia ratione prohibetur cōferri filio illegitimo, qua prohibeatur conferri filio legitimo.*
175 *Haereditariae successionis species, procul esse debet ab Ecclesia.*
176 *Pecus, ad quod habuisset accessum mulier, cur Lege Mosayca interfici iussum.*
177 *Illegitimus filius, arcetur a successione in paterno beneficio, nè refricetur memoria paternae turpitudinis.*
178 *Text. in cap. ex transmissa, de fil. Presbyt. explicatus.*
179 *Illegitimitas, impedit ius succedendi inter Patrem, & Filium.*
180 *Filius legitimus, potest succedere in beneficio, quod obtinuit Pater immediatè.*
181 *Item, potest capere beneficium in eadem Ecclesia, si sit diuersum à paterno.*
182 *Successio fit ad idem, non ad diuersa.*
183 *Filius legitimus capit paternum beneficium quod priùs suo proprio fuerat vnitum.*
184 *Pater legitimus, non potest succedere filio in beneficio, ex sententia Hostien. qua hic explicatur.*
185 *Text. in cap. ex transmissa, de fil. Presbyt. procedit in filio legitimo, non autem in illegitimo.*
186 *Filius adoptiuus, est incapax beneficij paterni, et è conuerso.*
187 *Adoptio, an, & qualitèr permissa sit Sacerdoti.*
188 *Filius illegitimus, non potest succedere Patri in eodem beneficio.*
189 *Neque etiam in diuerso, si sit in eadem Ecclesia.*
190 *Praecipuè, si in seruitio, & ministerio concurrāt.*
191 *Et qua sit ratio.*
192 *Filij legitimi, non prohibentur obtinere beneficiū in ea Ecclesia, in qua Pater aliud obtinet.*
193 *Filius illegitimus prohibetur obtinere beneficium, quod olim habuit Pater, etiam mediatè.*
194 *Pater illegitimus, an possit succedere in beneficio.*
195 *Filius illegitimus, dum viuit, dicitur testis paternae incontinentiae, & eius nuncius, argumentumque gradiens super terram.*
196 *Rarò contingentia, admirationi plurimum exposita.*
197 *Pater, & Filius, sunt correlatiua.*
198 *Ratio vbi est eadem, fit interpretatio extensiua.*
199 *Exorbitans dispositio, quae dicatur.*
200 *Argumentum ab identitate rationis, admittitur etiam in materia exorbitanti.*
201 *Quinimò, etiam in poenalibus, & odiosis.*
202 *Memoria paterna incontinentiae, excitatur ex facto successionis, non simpliciter ex persona filij illegitimi.*
203 *Correlatiuorum vno prohibito, censetur prohibitum & aliud.*
204 *Nisi maior insit ratio vni, quàm alteri.*
205 *Argumentum à Correlatiuis procedit respectu eiusdem actus.*
206 *Illegitimus filius, non prohibetur obtinere diuersum Beneficium in Ecclesia, in qua Pater administrauit.*
207 *Nepos legitimus ex filio illegitimo, an prohibeatur obtinere Beneficium, quod obtinuit Auus.*
208 *Illegitimus filius, an prohibeatur obtinere in Commendam, paternum Beneficium.*
209 *Commenda temporalis, non dat titulum, neque possessionem, sed simplicem procuratoriam administrationem.*
210 *Illegitimus filius, non prohibetur obtinere paternum Beneficium, quod iàm mutauit speciem.*
211 *Illegitimus filius, prohibetur obtinere paternum Beneficium, etiamsi Persona media illud obtinuisset per triginta annos; contrà opinionem Gonzalez.*
212 *Votum Castitatis, emissum per illegitimum in ingressu Religionis, depellit praesumptionem imitationis Paternae incontinentiae.*
213 *Illegitimus Religionem ingressus, non admittitur ad Praelaturas, vel ad Curata.*
214 *Illegitima, per ingressum monasterij, an habilitetur ad Abbatissatum.*
215 *Dispensationis materia super illegitimitate, per quos tractetur.*
216 *Legitimitas filiationis, ex quasi possessione illius probatur.*
217 *Status praesentaneus, iudicat Personam.*
218 *Praesumptio non sufficit, vbi exigitur probatio.*
219 *Legitimitas, qualis ex matrimonio deducatur.*
220 *Legitimitas, eatenus est probanda per electum in articulo obiectus, quatenus non est in quasi possessione legitimitatis.*
221 *Praesumptio, aliquandò aequipollet probationi.*
222 *Legitimitatis quasi possessio, ex quibus constituatur.*
223 *Parentum nominatio, quid operetur circa constitutionem filiationis legitimae.*
224 *Legitimitatis quasi possessio, non constituitur nisi ex actibus, qui non potuerunt contingere filio illegitimo.*
225 *Filiatio simplex, probatur ex statu, & quasi possessione.*
226 *Filiatione probata in genere ex quasi possessione, eadem praesumitur legitima.*
227 *Effectus rei, refertur ad causam naturalem, non autem ad accidentariam, praecipuè vt euitetur praeiudicium.*
228 *Fama, constituit in possessione qualitatis.*
229 *Ingenuus reputatur, qui est in quasi possessione ex sola fama.*

230 Fi.

230 Filiatio legitima, constituitur ex sola fama.
231 Possessio, siuè quasi possessio, quid operetur in articulo probationis status Personæ.
232 Præsumptio filiationis legitimæ, non suffragatur in petitorio.
233 Minusquè, si de hoc esset lis in loco originis.
234 Legitimitatis fama, præfertur famæ illegitimitatis.
235 Legitimitas, circumscripta quasi possessione, an præsumatur, vel secus.
236 Illegitimitatis præsumptio, nusquàm suffragatur Impetranti.
237 Legitimitas verè, & realitèr nusquàm potest probari, cùm de Patre non detur certitudo.
238 Legitimitatis præsumptio, ducitur ex matrimonio præcedenti, quod ideò eget probatione.
239 Matrimonium non præsumitur, etiam pro euitando delicto.
240 Præsumptio exclusiua delicti, non admittitur nisi ad fauorem Rei se excusantis, non autem ad fauorem agentis ad aliquod commodum.
241 Matrimonium non præsumitur, quandò allegatur ad effectum aliquid consequendi.
242 Matrimonium, est triplex.
243 Matrimonium, qualitèr intelligatur incidentèr deductum, vt sufficiant probationes præsumptiuæ, & conieclurales.
244 Cohabitatio, non præsumitur matrimonialis.
245 Nisi agatur ad effectum successionis, & legitimitatis.
246 Et quæ debeant concurrere ad effectum constituendi cohabitationem matrimonialem.
247 Cohabitatio, nisi sit diutina, vel adminiculata, non præsumitur matrimonialis, etiam si de matrimonio incidentèr quæratur.
248 Matrimonium non præsumitur ex traductione mulieris ad domum, nisi præcesserint sponsalia de futuro.
249 Matrimonium, an præsumatur ex attentatione, & ex subarrhatione.
250 Matrimonium, an probetur præsumptiuè ex nominatione Parentum ad inuicem.
251 Concubini, vt tegant peccatum, sæpè vocant se ad inuicem Coniuges.
252 Cohabitatio sola, respectu filiorum inducit præsumptionem matrimonij, respectu verò parentum, præsumptionem stupri.
253 Matrimonium qualitèr præsumatur ex dicto, seù declaratione ipsorum Contrahentium, & declarata doctrina Abbatis in cap. 2. num 3. de clandest. desponsat.
254 Matrimonium, non præsumitur ex sola denominatione, etiam ad fauorem filiorum, nisi concurrat tractatus tanquàm de legitimis.
255 Matrimonium, qualitèr iustificetur ex testimonio Patris in scriptura publica, adhibitis Testibus.
256 Matrimonium, qualitèr iustificetur ex tractatu ad inuicem, & qualitèr tractatus hic deducatur, tàm ex verbis, quàm ex facto.
257 Matrimonium vbi deducitur ex tractatu, non sufficit articulare tractatum in genere, sed debent specificari actus proportionabiles nulli alteri, quàm marito, vel vxori.
258 Matrimonium, qualitèr præsumptiuè probetur ex publica voce, & fama.
259 Legitimitatis minus plena, & aliqualis probatio sufficit, etiam quando est controuersa in petente sibi adiudicari Beneficium.
260 Illegitimitas, habetur pro iustificata eo ipso, quod non iustificatur legitimitas, si Ordinarius super hoc inquirat ex officio.
261 Et quæ sit ratio.
262 Illegitimitas, quando proponitur per modum obiectus, etiam mixti, sapit materiam accusationis, debetquè per obijcientem concludentèr probari.
263 Illegitimitatis obiectus, dupliciter deducitur, vt hic.
264 Filius ex complexu nefario natus, non meretur nomen filij naturalis.
265 Illegitimitas, eo ipso probatur, quod constat maritum non potuisse cognoscere vxorem, vel propter absentiam, vel propter infirmitatem.
266 Eadem, qualitèr iustificetur ex confessione super negatiua matrimonij.
267 Eadem ex communi opinione, & fama super negatiua matrimonij.
268 Natus extrà matrimonium, reputatur illegitimus.
269 Illegitimitas, qualitèr deducatur ex persona Patris.
270 Auctor, antequàm initiaretur sacris, ex legitima coniuge suscepit filios.
271 Filius Sacerdotis, debet probare se legitimum, propter præsumptionem illegitimitatis ex statu personæ Patris.
272 Illegitimitas, multis modis probatur, de quibus remissiuè.
273 Illegitimitatis obiectus probatus, repellitur exceptione dispensationis.
274 Dispensatio super defectu Natalium, qualitèr inducatur ex tempore.
275 Clausula, super quo, cum eo saltim sufficientèr dispensatum non est, apposita in Impetrationibus ob Illegitimitatem, an imponat necessitatem iustificandi dispensationem ipsi prouiso.
276 Actor, non tenetur probare suam replicationem, nisi probata prius exceptione per Reum.
277 Illegitimitas censetur probata, eo ipso quod prædicitur Instrumentum legitimationis.
278 Illegitimus qui habet aliquam dispensationem, est tolerabilior, quàm qui nullam habet.
279 Narratiua, quæ potius reddit difficiliorem gratiam, non est ex necessitate iustificanda.
280 Etiamsi versemur in merè gratiosis.
281 Narratori, sat est iustificare id quod erat exprimendum pro gratia.
282 Dispensatio, exigit scripturam.
283 Negatiua non debet probari, quando versatur circa factum, quod exigit scripturam.
284 Relatiuum, cui est adiunctum verbum futuri temporis, non facit conditionem.
285 Negatiua, reijcit onus probandi in aduersarium.
286 Narrata omnia pro impetratione gratiæ, sunt iustificanda.
287 Etiam si in negatiua consistant.

288 Nega-

288 *Negatiua est probanda per negantem, vbicunquè contra eum est præsumptio.*
289 *Negatiua non dispensationis, narrata in literis, est verificanda per impetrantem.*
290 *Actori, quando sufficiat probare id quod pertinet ad suam intentionem.*
291 *Narratiua de duobus, quorum alterum tendit ad qualificationem alterius, in vtroquè est iustificanda.*
292 *Negatiua Iuris circa factum, omninò est iustificanda per negantem.*
293 *Clausula*, si preces veritate nitantur, *quæ semper subintelligitur in literis Apostolicis, refertur ad omnia narrata.*
294 *Conditio concepta per verba temporis præsentis, seruat naturam veræ conditionis, præter vnicum effectum suspensionis.*
295 *Negatiua, potest verificari per diligentias.*
296 *Negatiua alterius dispensationis, non probatur per productionem vnius, impugnatiuè factam.*
297 *Etiam si productio sit facta per dispensatum.*
298 *Reus, potest nedùm diuersis, sed etiam contrarijs præsumptionibus iuuari.*

QVÆSTIO XLVIII.

Legitimitatis defectus, qualitèr constituatur in prouiso, vt indè efformetur, vel euitetur obiectus.



LVTARCHVS, eo libello, cui titulum fecit
Grillus, conatus est de-
1 monstrare, cùm † omni
virtute, tùm maximè illa,
quam, à Venereis continentiam vocamus, Belluas
homini præstare, cùm tamen satis exploratum sit,
eas ratione carere, *l. 1. §. ait Prætor ff. si quadr. paup. fec. dicit. instit. eo. tit. in princ. Io. Kal. in suo lexico Iuridico, in verb. sensus.* At minimè indè
etiam cuipiam sanæ mentis, vnquàm est persua-
2 sum, bruta † virtutes, aut vitia speculari, id enim
soli homini concessum est, qui non ex specula
sensuum, rerum effectus, more irrationabiliũ, sim-
3 pliciter contemplatur, sed per ipsos † effectus, eorum causas, quasi per speculum, vtcunquè corporis sensibus subductas, perpetuò videt, vt ex D.
Augustino *de Trinit. lib. 15. cap. 8. docet B. Thom. 2. 2. quæst. 180. art. 3. in responsione ad secundum.*
Quemadmodùm igitur Sancta Mater Ecclesia,
4 à Sanctuario Dei Incontinentes † longè semper
arcuit, ceù, propter immunditiam, diuina tractare
indignos, *cap. quod à te, de cler. coniug.* legemquè
ideo continentiæ non solis Episcopis, vel Presbyteris dixit, sed quibuscunquè ministris altaris, *can. lex continentiæ*, qui in ordine est 10. *distinct.* 31.
5 ità † oblato sibi filio, ex illegitimo complexu procreato, in eo, ceù in speculo videt impudicum,
adeoquè immundum patrem, proindequè eam
indignam speciem à sanctuario amoliri studet, Dei
præcepto monita, Deuteronomij *cap. 23. non ingrediatur manzer, hoc est de scorto natus, in Ecclesiam Domini, vsquè ad decimam generationẽ;*
6 Nequè enim † personam filij simplicitèr abhorret,
quod aliquibus visum est, ex rationibus, quas attulit *Marol. in tract. de irregul. lib. 1. cap. 4. sub num. 1. vers. sunt autem huius prohibitionis, & post alios Mandos. de Signatura gratia, de dispensat. super defect. natal, in princ.* sed speciem illam
incontinentiæ, quæ in eo conspicitur, *cap. literas, de fil. Presbyt.* Quippè illegitimitas imprimit non
delictum, sed defectum, *Gemin. in c. 1. n. 1. eo. tit. de fil. Presbyt. in 6.* Vndè, secundum ius nostrum,
non progreditur vltra personam ipsius illegitimi,
Butr. cons. 29. ex nu. 3. & est text. in l. fin. C. de natural. liber. quem ad hoc expendit *Paleot. in tractat. de noth. & spur. cap. 53. num. 4.*

Quapropter, licet à beneficijs, & officijs Ecclesiasticis, excludantur illegitimi, vt dictum est
initio præcedentis quæstionis, probatquè *text. in cap. eum in cunctis, vbi glos. in verb. matrimonio, de elect. & in c. nisi cum pridem, §. personæ, de re-*
7 *nunciat.* non tamen † excluduntur eorum filij legitimè procreati, cum in his non repræsentetur
impudica illa species progenitoris illegitimi, *Paleot. vbi suprà, & censuit Rota in causa Hispalen. illegitimitatis 22. Febr. 1574. coram Rubeo,* quã
etiam secuta est in *Tirasonen Eleemosynariæ 14. Nouembris 1603. coram Cardinali Lancellotto,*
8 qualitas enim † patris nihil nocet filio, quando nititur iure suo proprio, vt post alios latè deducit
9 *Caphal. cons. 103. num. 7.* & sic † huiusmodi filij
possunt institui, reputanturquè habiles ad honores, & successiones, vt in *d. l. fin. C. de natural. liber.* quià scilicet in eis non est macula, vt considerat *Bal. cons. 146. sub num. 5. vers. vnde alij dicunt lib. 1.*

Supposita igitur illegitimitate, cùm ex præmis-
10 sis nequeat † conferri beneficium patienti defectum hunc per viam iustitiæ, satis constat ei duntaxat posse succurri per viam gratiæ, *c. innotuit, cum ibi notat. per Abb. nu. 4. in 5. notab. de elect. addentes ad Aegid. decis. 293.*

Quo fit, vt nisi defectus hic fuerit expressus in
11 literis, † gratia omnino corruat, *c. 2. de fil. Presby. in 6.* habent enim literæ Apostolicæ hanc tacitam
12 conditionem, † *si impetrans legitimus sit, Bal. in l. nequè natales num. 18. C. de probat. Paleot. in d. tractat. de noth. & spur. cap. 57. nu. 5. Marol. in præcitat. cap. 4. num. 2.*
13 Proptereaquè, non † potest subintelligi dispensatum, nisi fuerit, vt dixi, deductus hic defectus
ad notitiam Papæ per expressionem in ipsis literis; quamuis enim aliquibus visum fuerit sufficere in Papa scientiam de persona, veluti, si conferat beneficium infanti cõspectui suo oblato, etiãsi
in literis, huius defectus nulla fiat mentio, vt resoluendo hunc articulũ alias per Oldradũ propositum, visus est sentire *Bal. in l. vlt. n. 9. C. senten. rescindi nõ pos.* nihilominus, contrariũ est verius,
vt concludit idemmet *Bal. sibi contrarius, in cap. vn. in princ. sub num. 3. circa fin. vers. puto gratiam non valere, per quos si. inuest. in vsib. feud. & ita etiam declarat Natta cons. 420. sub nu. 22.*

vers.

verf. fed refpondetur, Gregor. decif. 109. num. 8.
14 Quinimò hodie † propter *Reg. Cancell. 51. fu-*
per difpenfationibus, nec videtur fufficere, factã ef-
fe mentionem de hoc defectu, fecũdum *Beltram.*
ad d. Gregor. dec. 109. n. 13. quod tamen aduerfa-
tur refolutioni factæ in Rota, cuius meminit *Pu-*
teus decif. 15. de difpenfat. & legitur lib. 1. decif.
438. Vbi licèt Puteus moneat, iuffum fuiffe infor.
mari fuper Regula, & quæri, quomodo illi refpon.
deatur, nihilominus fatis in promptu eft refpon-
fio, quod ea Regula procedat, & intelligatur de
illis difpenfationibus, quæ confueuerunt per Ex-
peditores limitari, vt declarauit *Rota decif. 214.*
15 *num. 5. par. 1. diuer.* ideoquè remanet † incon-
cuffa dicta conclufio, quam latè probat, & exor-
nat *Sanchiz de matrim. lib. 8. difputat. 4. ex nu. 2.*
16 Exemptus autem † erit ab hac neceffitate ex-
primendi fe illegitimum, qui iam effet, aut ad na-
tales, per legitimationẽ plenè reftitutus, *Gemin.*
in cap. vlt. fub num. 4. verf. aut eft legitimatus, de
filijs Presbyt. in 6. Didac. de matrim. 2. par. cap. 8.
§. 8. fub num. 5. verf. feptimo hinc dicendum erit;
17 Vel qui faltim † fufficientèr difpenfatus effet, &
virtute, atquè in executionem talis difpenfationis
18 prouideretur, cùm difpenfatio † ad effectum di-
fpenfatum, idem operetur, quod legitimatio, &
plena reftitutio natalium, *Rota decif. 3. de fil.*
19 *Presbyt. in antiq.* & in confequens † vim regenera-
tionis tribuat, *l. interdum l. quæris, & l. vlt. ff. de*
natal. reftit. effetquè nugatoriũ, implorare quod
iam obtentum eft, & narrare fe illegitimum, cùm
20 ad eum † effectum etiam nomen iftud cenfeatur
fublatum, *l. imperialis, §. præfenti fanctione, verf.*
nam omni macula, C. de nuptijs, & ita concludit
etiam Rota *d. decif. 214. num. 4. par. 1. diuer.*
21 Quòd fi prouifio † non fieret in executionem
difpenfationis huiufmodi, minimè ceffaret hęc ne-
ceffitas; diceretur enim tũc gratiam gratiæ addi,
cap. 2. de Fil. Presbyt. in 6. vbi Anchar. in 2. nota-
bil. Gemin. num. 7. & Franch nu. 5. Oldrad. conf.
215. num. 5. Rota d. decif. 3. de Fil. Presbyt. in an-
tiq. & in prealleg. decif. 214 num. 4. quamuis fuf-
ficiat fimplex expreffio defectus natalium, fecun-
dum *Gemin. loco præcitato.*
22 Et hæc, procedunt etiam † in permutatione;
nam fi illegitimus difpenfatus ad obtinendum be-
neficium, & illud affequutus, poftea idem benefi-
cium permutet, non tenet permutatio, fed eft ip-
fo iure nulla, iuxta fententiam *Archidiaconi in c.*
1. num. 5. ad fin. in verb. obtinere, de fil. Presbyt.
23 *vbi etiam Ioan. Monach. n. 10.* confumitur † enim
difpenfationis virtus primo actu, vt per eos, qui-
bus addo *Didac. vbi fuprà, verf. fexto infertur,*
24 Quãuis † nõ me lateat, plures relatos per *Franc.*
in cap. non poteft §. illud num. 6. & 7. de præben.
in 6. contrariũ in puncto iuris tenuiffe; fed nihilo-
minus fententiam hanc ex ftylo, & obferuantia
Curiæ receptam effe, teftatur *Crefcentius decif. 1.*
n. 6 de reb. Ecclefiæ non alienan. cum allegatis per
Gonzal. ad Regul. de menf. gloff. 14. num. 56.
25 Benè verum † eft, propter dubij iuris erro-
rem, illegitimo, & propter facti ignorantiam
compermutanti, dari regreffum ad beneficia
permutata, vt latè tradit *Aegid. decif. vlt. num. 1.*
2. & per to. Rota decif. 1. & ibi etiam addentes de
fil. Presbyt. in no.
Itaquè fecũdum præfcripta, plurimum fcire re.
fert, an quis fit legitimatus, aut potiùs difpenfa-
tus; Quapropter, vt recto ordine fingula exponan.
tur, primum de ipfa legitimitate, mox verò de
legitimitate, & difpenfatione (quatenus ad tracta.
tionem hanc conferunt, & non vltrà) agendum eft.
26 Legitimitas ergò, in hoc † differt à legitimatio-
ne, quod legitimatio præfupponit præexiftens vi-
tium illegitimitatis, & maculam impreffam ori-
gini; legitimitas verò, cum fit quædam ordinata
proceffio fecundùm viam naturæ, nihil aliud præ-
fupponit, quàm præexiftentem fui caufam, quæ eft
matrimonium, vt benè declarat *Rolan. conf. 100.*
num. 29. & 30. vol. 2.
27 Diftantquè ideo legitimati, † à legitimis, ficut
imago à veritate, habentquè inftar cicatricis fa-
natæ, vt poft alios tradit *Rauden. de anal. c. 36.*
num. 50. 62. & 63. vbi eofdem ex Baldi fententia
æquiparat his, qui vfum togæ à Principe impetra-
uerunt, vt Ciues Romani efficerentur, & rurfus
Alchimiæ, quæ facit apparere illud quod non eft.
28 Ex folo ergò † matrimonio, legitimitas con-
tingit, *inftit. de patr. pot. in princ. authen. quib.*
mo. natural. effic. fui, in princ. verf. legitimi itaquè
fucceffores.
29 Hincquè dicunt noftri, † legitimitatem proce-
dere à matrimonio, ficuti filia procedit à matre,
Caf. de Graff. decif. 176. num. 6. quantumcunquè
30 iniufto, † & de facto contracto, dum tamen paren-
tes publicè, & fine contradictione Ecclefiæ inter
fe contraxerint, *cap. 2. qui fil. fint legitim.* mo-
31 do † fuerint in bona fide, fiue ambo, fiuè alter eo-
rum, *cap. ex tenore, eod. tit.*
32 Quæ bona † fides, & ignorantia impedimenti
requiritur ab initio, videlicet de tempore contra-
cti matrimonij, *Pute. decif. 77. ex num. 2. lib. 2* alio
33 tamen non † apparente, (vtputa, quia de impedi-
mento extitiffet publica vox, & fama, quod fuffi-
ceret ad excludendam præfumptionem bonæ fi-
dei, vt voluit *Pute. vbi fuprà*) femper ea præfumi-
tur, *Abb. in cap. peruenit, fub nu. 2. circa fin. verf.*
præfumitur enim, eod. tit.
34 Vndè fi iudicatum fit fuper † nullitate prioris
matrimonij, indè conftituuntur in bona fide vir,
& fecunda vxor cum eo contrahens, etiamfi ipfa
notitiam primi matrimonij habuiffet, quia præ-
fumitur, quod habuerit fimul notitiam iudicati,
vt decidit *Rota in vna Vicentina Illegitimita-*
tis, 28. Ian. 1541. coram Thoma de Thanis; At fi
35 vterquè † à principio, fiuè ante conceptionem
fuiffet in mala fide, fecus foret dicendum, tenen-
dumquè hoc cafu pro illegitimitate prolis, *c. refe-*
rente eod. tit. qui fil. fint legit gloff. in d. cap. ex te-
nore, in verb. ignaram, idquè latè profequitur
Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 5. ex num. 1. fuperue.
36 niens † enim mala fides, quandocunquè ante con-
ceptionem filij, inducit illegitimitatem, vt poft
alios tenuit Rota apud *Pute. decif. 243. num. 1.*
lib. 3. & fuit refponfum in vna *Veronen. Legiti-*
mitatis, 20. Martij 1589. coram Bubalo.

Hæcquè

37 Hæcquè mala fides nullo † temporis spacio purgari potest; etenim quamuis *Bart. in l. vlt. nu. 17. C. vnde vi*, teneat, præsumptionem malæ fidei non posse allegari post triginta annos, quem præ cæteris sequitur *Dec. cons. 267. sub num. 5. vers. nam*
38 *tali casu*, id tamen † cum grano salis est expendendum, videlicet vt non procedat, vbi vltra bonam fidem requiritur titulus, vel dum is iustificetur, appareat reprobata, vt declarat *Castr. in l. Celsus 27. n. 4. ff. de vsucap.* atquè ita in terminis quæstionis huius, decidit *Rota apud Pute. decis. 250. incipit in causa Colonien. num. 1. lib. 3.*
39 Et præmissorum † ea est ratio, quià licèt pro legitimitate prolis, non exigatur iustificatio veri matrimonij, sed sufficiat opinio, & matrimonium putatiuum, vt suprà probauimus, & latè tradit *Pute. d. decis. 77. num. 8. Lap. allegat. 89. num. 9. & scripsit Socin. Iun. cons. 63. num. 23. & 25. lib. 3.*
40 vbi ait † natum ex matrimonio putatiuo promoueri posse ad Episcopatum, quem etiam sequutus
41 fuit *Menoch. cons. 491. nu. 5.* tamen † ista opinio, & nuda quasi possessio, debet esse colorata bona fide contrahentium, ex publicitate, ac consequenti toleratione Ecclesiæ, vt scripsit *Butr. in cap. 2.*
42 *num. 6 qui fil. sint legit.* color enim † opinati matrimonij, ab Ecclesiæ approbatione est, inquit idem *Butr. in cap. quod nobis, n. 3. ad fin. eod. tit.*

Ex his autem, infertur ad praxim probandi le-
43 gitimitatem, † iustificando scilicet matrimonium inter parentes quod solemnitates extrinseeas, & quod dum vixerunt, matrimonium huiusmodi non fuit impeditum, quam docuit *Abb. in præallegat. cap. peruenit, num. 2. vbi etiam Butr. itidem n. 2.*
44 *qui fil. sint legit.* Impedimentum † enim eoacuaret
45 effectum bonę fidei, nisi Iudex præfixisset † terminum opponenti, & intra eum nihil fuisset probatum, vt declarat *Hostien. in eod. cap. peruenit, sub num. 2. vers. in hoc tamen casu, & ibi etiam Io. Andr. num. 4 ad med. & Prepos. num. 2. vers. Hostiens. autem.*

Quomodo autem ad hunc effectum probetur matrimonium, docet idem *Abb. ibidem*, & est regulare, quod vbi non agitur de probando fœde-
46 re † matrimonij ad effectum illius validitatis, sed incidentèr de eo quæritur ad effectum legitimitatis prolis, sufficiant leuiores probationes, præsumptiuæ videlicet, & coniecturales, *iuxta doctrin. Innoc. in cap. ex parte, num. 4. de restit. spol. Paris. cons. 57. num. 41. vol. 4. Ferret. cons. 49. nu. 1. Gemin. cons. 27. num. 7. in fin. Cas. de Grass. dec. 18 r. n. 1.* & pluriès tenuit Rota, vt relatum, firmatùquè fuit in vna *Vratislauien. matrimonij inter recen. par. 1. decis. 198. num. 1. & decis. 310. ibid. num. 1.*
47 Quamuis, nèc vbi agitur de fœdere † simplicitèr, requirantur extraordinariæ probationes, sed sufficiant ordinariæ, videlicet per duos testes, qui interfuerint, *cap. insultationis, de sponsal. vbi gloss. in verb. assertio, et Prepos. n. r. Menoch. cons. 491.*
48 *num. 19.* aut † per librum Parochi, vt respondit aliàs *Rota in vna Veronen. Legitimitatis 13. Iun. 1588. coram Bubalo*, ex generali regula, quod
49 libro † tento ab eo, cui ex necessitate officij hoc iniunctum est, debeat plena fides adhiberi, *Aymo de antiq. tempor. par. 1. §. quartò limitatur, nu. 26. Rota decis. 434. nu. 1. par. 1. & decis. 337. nu. 1. par. 3. recen.*

Non tamen, ex eodem libro probato baptisma-
50 te, indè etiam probaretur legitimitas; quià † licèt ex eo resultet probata filiatio, & descēdentia, cōcurreotibus tamen adminiculis, *Reuerendiss. D. Coec. decis. 105. num. 14. & 219. num. 5. Rota recent. par. 3. decis. 285. sub num. 2. ad finem, vers.*
51 *primo apparet*; attamen † quoad filiationem legitimam, ista consequentia nō valet, cùm descriptio parentum baptizati, fiat secundum assertionem adstantium, nequè circa eius veritatem Parochus vllam, vel saltim exactam faciat diligentiam, *Rota ea. par. 3. recent. decis. 265. sub num. 12. vers. eodemquè modo.*

Non esset itaquè, si casus occurreret, recedendū à praxi, quam docuit *Abb. vbi suprà*, cuius doctrina procederet, etiā quod ex aduerso probare-
52 tur aliorū † accessus ad vxorem, iuxta *text. in l. mi-*
53 *les, §. defuncto, ff. ad l. Iul. de adult.* dum tamē † nō excludatur cohabitatio mariti de tempore cōceptionis, vel nisi partus editus sit in domo adulteri, vt beoè aduertit *Surd. cons. 1. n. 54. & 55.* vbi latè probat, eo casu cessare præsumptionem *d. §. defun-*
54 *cto*: aut alitèr constet, marito † fuisse accessum ad vxorem prohibitum, *Achil. decis. 1. num. 1. qui fil. sint legit* Quæ prohibitionis deductio eo ipso ex-
55 cluditur, † quod apparet, vel ipsam vxorē potuisse quo vellet in publicum prodire, vt considerauit *Rota in Romana de Bonellis, 29. Nouembris 1613. coram Rpd. Vbaldo*, cùm tuoc manifestè
56 cesset ratio *d. text.* quem præ cæteris † exornant pro materia videndi, *Dec. in cap. per tuas num. 8. de probat. Alciat. de præsumpt. par. 3. præsumpt. 37. per tot. Surd. vbi suprà*, & qui omnem huius articuli excutit fimbriam, *Menoch. eo tract. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 53. ex num. 4. & in cons. 687. ex n. 1. & nouissimè Excellentiss. Mantua Senator. D. Rolan. Cauagnol. par. 2. suarum decisionum consultiuarum decis. 72. num. 4.*

Etenim, quicquid aliqui senserint, verè textus
57 ille † inducit præsumptionem ad fauorem filiorū circa legitimitatem, vt per *Menoch. de arbitrar. q. 88. nu. 24.* etiam eo casu, quo vxor esset in Lupanari prostituta, *Cyn. in l. si vicinis num. 3. C. de nuptijs, Cresten. dec. vnic. qui fil. sint. legit.*
58 Tametsi verum sit, præsumptionem † hanc non esse iuris, & de iure, vt aliqui credidere relati per *Mobedan. decis. 1. eod. tit. qui fil. sint legit.* cum admittat cōtrarias, probationes, & coniecturas, *Alciat. d. præsumpt. 53. sub n. 3. vers. sed istud dictū, Paris. cons. 10. n. 83. lib. 2.* quam sententiam proba. uit *Rota apud Achil. dec. 331. aliàs prima, qui fil. sint legit. n. 1. Surd decis. 83. nu. 10. Gabr. de præsumpt. conclus. 14. n. 15. Menoch. lib. 1. præsumpt. 53. nu. 70. & de arbitr. cas. 89. num. 24.* Proinde-
59 què † contrarijs, & validioribus præsumptionibus tolli possit, *Ancher. cons. 225. in 2. dub. & est casus apud Cresc. vbi suprà.*
60 Probationes tameo † & præsumptiones exiguntur vrgentissimæ, & concludentes, vt per *Achil.*
61 *d. decis. 1. num. 3.* qualis est, † si constaret, propter decre-

decrepitam ætatem, vel propter infirmitatem (secundum peritorum Iudicium) partum ex mariti semine non potuisse concipi, *Fulgos. cons. 212. sub num. 2. col. 4. vers. illud porrò cum alijs per Surd. d. decis. 83. ex num. 8. vers. dicebatur etiam, & per to. & d. cons. 1. num. 58.* vbi quod tunc præsumptio iuris ex *d. §. defuncto* cederet probationi veritatis in contrarium, & sic secundum ipsum, ista non esset præsumptio, sed veritatis probatio.

62 Quamuis enim aliqua afferantur † exempla de octogenarijs, & prouectioris etiam ætatis, qui filios procrearunt, vt apud *Menoch. de arbitra. cas. 89. ex num. 55.* tamen vt minus frequentia
63 non sunt attendenda; rarò † enim cōtingentia non curantur, sed potiùs per legislatores spernuntur, *l. nam ad ea, cum l. seq. ff. de legib.* neque ob id cogunt nos à regula deflectere, qua dicimus, secū-
64 dum † ordinem naturæ, in decrepitis extingui omnem facultatem generandi, vt optimè explicat *Paulus Zacchia, in suis eruditissimis quæstion. medicolegal. lib. 3. tit. 1. quæstio. 2. num. 26. & 27.*

Non leuis ea quoque esset coniectura, si cum
65 tractatu, & communi reputatione concurrat † assimilatio adulterij; istud enim reputatur argumētum naturæ fortissimum, secūdum Iacobū de Beluisio, cuius opinionem contra Bartolum, & alios vitilitèr defendit *Mar. Salom. in repetit. l. Gallus, in diuisio. text. ex num. 59. de lib. & posthum.* cum alijs, quos tàm ex Physicis, quàm ex nostris Iurisconsultis congessit *Idem Zacch. lib. 1. tit. 5. q. 1. n. 4.* de qua re latè, & subtilitèr disputat *Martinus Delrius disquisit. magic. lib. 1. c. 3. q. 3.* sed longè accuratius idem *Zacch. tota ea quæst. 1. cum tribus seqq.*

Quod licèt per se solum non sufficiat, ex quo
66 aliquando, † licèt rarò, assimilatio proueniat ex imaginatione tempore conceptionis, vt tàm *Salomon. loco præcitato*, quàm *Zacch. præcitat. tit. 5. quæst. 4. num. 15.* admittunt, & tenuit *Castren. cons. 115. sub num. 3. vers. nec in hoc aliquid faceret, lib. 1.* cui possunt addi *Grat. Forens. discept. cap. 567. num. 32.* & alij citati per *Zacch. ead. quæst. 4. num. 2. & 3.* tamen quandò cum assi-
67 milatione † concurrit veritas accessus Adulteri, potiùs præsumitur pro veritate, quàm pro possibili imaginatione huiusmodi, vt declaràdo *text. in d. §. defuncto, tenuit Rota apud Mohedan. dec. 1. & 2. qui fil. sint legit.*

68 Enimuerò, nimis stringit hæc veritatis † coniectura, quasi naturæ digito demonstrata, cùm possibilitas in contrarium, ex simplici imaginatione in solo momento conceptionis, non habeat fundamentum, & exempla proposita per assertores huius sententiæ, supponant imaginationem diuturnam, & continuam, vt scitè animaduertit *Zacch. d. quæst. 4. num. 8. & 9.*

Sublata verò hac coniectura similitudinis, vix
69 est † vt aliæ à remotis consideratæ procedant, cū possint habere originem à falsa, & erronea credulitate, neque ideò secundum *Achil. vbi suprà.* sufficerent educatio, tractatus, confessio adulteri, & alia huiusmodi, nisi extarent quoque coniecturæ de absentia, vel de impotentia mariti tempore conceptionis, quam sententiam probauit etiam *Rota in vna Romana Alimentorum, 1. Decembris, 1595. coram Illustriss. D. Cardinali Millino*, nisi fortè concurreret etiam publica vox, & fama, vt per *Menoch.* qui alios refert *d. præsumpt. 53. nu. 20.* & consentit *Rota in d. Romana Alimentorum*, & ita procedit *decis. vnica Crescen. eo. tit. qui fil. sint leget. cum ibi allegat.*

Præcipuè verò hæc militarent, si ageretur
70 de præiudicio † alterius quàm adulteri confitentis, vtputa de excludendo fideicommissarios, seù substitutos, *Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 10. t. 12. num. 11.* cum alijs citatis per *Bursat. qui testatur de communi d. cons. 88. n. 5. lib. 1. quem secuta est Rota in Romana de Bonellis, 29. Nouembris 1613. coram Vbaldo.*

71 Cessantibus verò his, remanet † præsumptio iuris firma, quæ etiam est benigniori interpretatione suffulta, cum potius sit præsupponendum honestum possibile, videlicet quod filius sit natus ex matrimonio, quàm possibile inhonestum, *Bald. in l. filium eum definimus, in 1. lect. num. 17. de his qui su. vel al. iur. sunt, Menoch. de arbit. cas. 89. num. 23. Petra de fideicom. q. 11. num. 383.*

72 Quæ præsumptio † Christianæ pietati conformis videtur, quæ abhorret adulterinos filios, in quos elegàtèr inuehit Imperator *in l. legem Anastasij, in fine C. de nat. lib. Rota in præcitata Romana de Bonellis, 28. Nouemb. 1614. corà Vbaldo.*
73 Vbi quod † potest allegari etiam à tertio, tanquā
74 inducta non solùm † fauore filij, sed etiam legitimitatis, & matrimonij, *Paleott. de notb. & spur. c. 24. n. 1. Petra vbi supra, n. 386. Cephal. cons. 82. n. 59. lib. 1. Abb. in cap. per tuas, in primo notabili, de probat. Dec. cons. 576. num. 10. & 657. nu. 2.*

75 Aduertendum est tamen, † in probatione eorum, quæ tendunt ad elidēdam dictā præsumptionem, exigi testes omni exceptione maiores, vt post *Riminald. cons. 284. num. 12. & 13.* tenuit *Rota in ead. Romana Alimentorum.* Et hanc opinionem semper crederem verissimam, nisi fortè
76 ageretur † contra adulterum ad effectum consequendi alimenta simplicitèr, vt distinxit *Rota in vna Romana Filiationis 4. Febr. 1611. coram Cardinali Marcomontio.*

Quod verò suprà dixi, ex matrimonio contin-
77 gere legitimitatem prolis, intellige † ipso matrimonio durante, eoquè (vt loquitur Abbas in loco infrà citando) exequibili; si enim conuerterentur coniuges, quamuis per eam conuersionem non deficiant coniuges esse; quoad alia tamen desinunt esse quoad debitum reddendum, proindequè ex eo complexu geniti, illegitimi reputantur, & incestuosi, vt est *gloss. communiter recepta in can. ministri, 19. in verb. propria vxoris, 81. distinct. Prob. ad Ioan. Monach. in Rub. qui fil. sint legit. Abb. in cap. literas num. 1. & ibi quoquè Butr. num. 7. de fil. Presbyt. Rebuff. in praxi tit. de dispen. super defectu natal. num. 40. cum alijs per Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 4. sub nu. 7. vers. quando igitur*, vbi articulum istum, totamquè materiam conuersionis huius, breuitèr tamen, & succinctè tractat *ex num. 4.*

Et hæc

Et hæc de genitis, vel cōceptis cōstante matri-
78 monio. Quo † verò ad genitos ante matrimoniū, post contractum matrimonium legitimos haberi dicit *text. in cap. tanta, qui fil. sint legit.* Vndè vi-
79 detur, eos non esse legitimos, cùm ista vox † *haberi*, sit fictionis nota, vt latè per *Rebuff. ad l. mereis appellatione, 207. col. 1. vers. ex ista gloss. de verbor. significat.* atquè ità † tenet *Butr. in d.c. tanta,*
80 *n. 3.* & plenè consuluit *Hippol. Rimin. cons. 46. ex num. 85.*

81 Contrarium † tamen, quod sint verè, & propriè legitimi, Iuris auctoritate, voluit *Abb. in d.c. tanta, n. 4.* de qua quæstione licèt fusissimè Doctores ibi disputent, prout facit etiam *Barbat. in l. cùm acutissimi, ex n. 241. C. de fideicom.* & pro ea valdè, & doctissimè elaborauerit *Rolan. cons. 100. ex nu. 19. vsquè ad finem lib. 2.* eum quo, dum sensit semper manere originalem maculam, transit *Rota apud Cæsar. de Graf. decis. 181. num. 5.*

Tamen, sententia affirmatiua tenenda est: sicuti
82 enim † nascenti ex matrimonio, ideo dicimus hāc inesse qualitatē legitimitatis, quia natura cooperata sit, vt suprà diximus, ita nascenti ante matrimonium, qualitatem hanc attribuendam esse, eadem dictat ratio, cùm natura illi ortui cooperetur per subsequens matrimoniū, quod retrotrahitur ad ipsum tempus conceptionis, vt post alios considerat *Barbat. in repetit. d.l. acutissimi, ante n. 223. vers. posterior qualitas, C. de fideicom.*

Nequè obstat, id per accidens contingere; quia
83 imò fluit ab origine. Siquidem contingentia † matrimonij, non est causa immediata legitimitatis, sed ipsa maritalis affectio, iure ciuili inspecto, *l. nu-*
84 *ptias, ff. de regul. iur.* quæ ex † matrimonio subsequuto, præsumitur vsquè à principio adfuisse, vbicunquè versamur in commercio liberæ mulieris, vt est *text. in l. cum quis à muliere libera, §. cum enim, vers. nequè enim verisimile est, C. de natural. lib. l. in libera, ff. de rit. nupt.* vndè sic nati, à
85 principio dicuntur legitimi, sub tacita † conditione, si vir mulierem in vxorem duxerit, & ita scripsit *Alciat.* qui omnibus contrarijs respondet *cons. 501. aliàs 52. lib. 9. & ex num. 1.* & post alios sententiam hanc latissimè defendit *Surd. cons. 213. num. 17. 18. & seqq. lib. 2.*

86 Itàut dispositio † *text. in d.c. tanta,* non procedat simpliciter per fictionem, sed per remotionē obstaculi introducti à iure Canonico. Et hinc est quod licèt in *cap. eum in electis, in princ. de elect.*
87 prohibeatur † ad Episcopatum promoueri qui nō sit natus de legitimo matrimonio, admittatur ta-
88 men † is eui extra matrimonium nato, matrimonium superuenit, non alia ratione, quàm quia matrimonium subsequens purgat omnia præcedētia, vt nuncupatim dicit *gloss communitèr recepta, in c. innotuit, in verb. coniugata, eo. tit. de elect.* ex quo
89 desumitur talem † dici natū ex matrimonio, vt latissimè prosequitur post alios *Didac. in ep. de matr. par. 2. c. 8. §. 2. n. 32. & Surd. d. cons. 213. n. 17.*

Dùm enim glossa prædicta, vult per subsequens matrimonium omnia præcedentia purgari, nō potest hæc eius doctrina aliò referri, quàm ad speciē illam & opinionem illegitimitatis, cùm nihil prorsus detur, quod purgare possit; quippè si interim contra Ecclesiæ interdictum, ex eo complexu natus, ad ordines fuisset promotus, & in illis ministrando, irregularitatem cōtraxisset (quod est omne id, quod potest hac in re considerari post effe-
90 ctū huiusmodi impedimenti) vtiquè certum † est, istud ipsum haud quaquam purgari per matrimonium subsequutum, iuxta sententiam *Arebid. in can. Osius, sub num. 2. vers. sed ipse Vincentius, distinct. 56.* quod notandum esse dixit *Maiol. de irregularitate in præcitat. lib. 1. cap. 4. sub num. 16. vers. in qua re.*

Itaquè impedimento hoc iuris Canonici, ex dispositione Summi Pontificis in *d.c. tanta,* sublato,
91 dicitur vsquè à principio matrimonium † extitisse, ex præsumpta maritali affectione ab initio, pro qua præsumptione lex id tantùm exigit, vt mulier fuerit libera, quantumcunquè alijs vilis, & deploratæ conditionis, iuxta *text. in præcit. §. cum enim et in d. l. in libera.* Et quamuis aliqui contradicāt, nihilominus patet sententiam hanc verissimam esse, quam latè defendit *Osasc. dec. 154 ex num. 5.* cum alijs, quos retulit, & sequutus fuit *Surd. d. cons. 213. n. 21.* qui licèt in *decis. 219. per to.* videatur tenuisse, legitimatum per subsequēs matrimonium, non excludere substitutum sub conditione, *si sine filijs legitimis, et naturalibus, et de legitimo matrimonio natis,* sequutus *Menoc.* & alios quos ibi refert *ex n. 5.* nihilominus in *d. cons. 213.* oppositum tenuit, excusando *Menoch. & Caphal.* præstantissimos Iurisconsultos, qui dictam opinionē amplexi fuerant, quod tūc essent iuuenes, postmodum verò seniores effecti, sententiam mutauerint, vt ait *sub num. 18.*

92 Nequè aduersatur, † etiam his attentis, ita natum dici legitimum, secundum ius Ciuile, per præsumptionem, & secundum ius Canonicum per fictionem, vt pronunciauit *Rota in causa Parmen Status 27. Aprilis 1622. coram Reuerendiss. D.*
93 *Coccino,* quia tàm † illa præsumptio iuris ciuilis, quàm illa fictio iuris Canonici, nullo modo est circa legitimitatem, sed circa factum, ex quo illa consequitur: Præsumit enim ius Ciuile affectionem maritalem à principio, ius verò Canonicum tollit propriū impedimentum, fingendo illud nūquam extitisse; & sic, quæ inde sequitur legitimitatis iustificatio, non procedit à fictione, sed ab ipso matrimonio, quod lex ciuilis iustificat ex vera suppositione, nimirum ex affectione illa maritali; Ius autem Canonicum, ex vera, & reali dimotione
94 impedimenti. Vndè si supponatur † ab initio extitisse aliud impedimentum Canonicum, quominus posset contrahi matrimonium (quo casu non procedit dispositio supradicti *cap. tanta,* propter elisam vim retrotractiuam, vt in eo *text.* declarat
95 *Abb. num. 14.*) & illud idem † impedimentum tollatur per Papam, nihil esset, quin subsequuto matrimonio, ea retrotractio fiat, adeoquè proles remaneat legitima, cùm tanta sit Papæ potestas circa ius positiuum, vt possit tollere constitutionem, etiam quoad effectus præteritos, *Clem. vn. vbi gl. in verb. pro infectis, de immunit. Ecclesiar. Abb. in c. per venerabilem, sub num. 23. post med. vers. moueor per textum, qui fil. sint Legit. Maiol. in sæpè cita. cap. 4. num. 21. & in his terminis concludit*

Rota decis.166. ex nu.2. & decis.191. ex num.5. par.1. recen. & apud Gregor, decis.19.n.1.& decis.461. ex n.6. Seraph. decis.1121. n.1. quæ fuit opinio Vincentij, quam sequutus fuit *Abb.in d.c. tanta sub nu. 14. vers. idem dicit Vincentius.*

96 Neque enim † hoc casu Papa, per dispensatione simplicitèr legitimat matrimonium, sed illud legitimat vsquè ab initio; Vndè legitimatur etiā proles præcedens, vt declarando opinionem *Io. And.* benè explicat idem *Abb. in eo.cap. per venerabilem, sub num. 23. ad medium, vers. ergo pro concordia dicerem.*

97 Idemquè prorsus dicendum est, quando † simplicitèr dispensat, tollendo impedimentum Canonicum, respectu matrimonij prius de facto contracti, quæ dicitur dispensatio in radice, vt per *Abb. post Io. Andr. in eod.c. per venerabilē, n. 22, & 23. Ancher. cons.409. sub n.5. Ant. de Rose ll. in tracta.de legitimat. lib.2. sub num.20. Boer. decis. 264. sub num.27. vers. vel quando.*

98 Quippè, †radix matrimonij, est consensus cōtra-
99 hentium, *l.nuptias 31. de regul. iur.* quæ radix † vt soli Papæ subiecta est, & vbilibet, *Prepos. in cod,c. per venerabilem, §.quod autem, sub num.65. vers. ex hoc infertur*, cùm solus dictum consensum, & illius vim moderetur, vt aduertit expedire; quem-
100 admodum exemplo matrimonij †inter filios duorum fratrum (quod lex ciuilis permittit, in *§. duorum instit. de nupt.* Pontificia autem constitutio vetat in *e.nō debet, eod.tit. qui fil. sint legit.*) apertè docent scribentes omnes in *præcitato e.per venerabilem*, præcipuè verò *Hostien. sub n.8. vers. et dicas quod solus, Io. Andr. itidem sub n.8. Abb. sub d.nu.22. vers. extra gloss. & alij passim, Couarr. de matrim. par.2.c.8.§.8. sub n.4. vers. idcirco nè tot*
101 *absurda* (nemo enim † præter ipsum, & Ecclesiam potest disponere de matrimonio, & illius cōsequutiuis, vt post alios tradit *Gabr. cons.21. sub nu.13, vers. contraria tamen opinio lib.1.* non solum in
102 terris † sibi in temporalibus subiectis, verū etiam toto Christiano Orbe, vt ait *Hostien. in d. c. per venerabilem sub num. 12. super verb. potestatem, Rota decis. vn. vers. contraria tamen opinio, eo.tit. qui fil. sint legit. in no.*) Ita hoc casu non potest dubitari de vi, & efficacia talis dispensationis, quatenus circa consensum, nullum aliud proponatur impedimentum, quàm iuris Canonici, & nō etiam secundum omnem naturam, & omni tempore, vt optimè declarat *Prapos. in eod. c. tanta, sub num.16. ad fin. vers. sed in proposito.*

103 Vndè in illis controuersijs, nusquam † satis per nostros agitatis, an ità legitimatus succedat in feudalibus, & in emphyteuticis, ac Maioratibus, de quibus latissimè *D. August. Barbosa, qui ferè omnes congessit, in collect. ad d. cap. tanta, ex*
104 *num.17.* & rursus, an Papæ † legitimatio producat effectum suum extra temporalem ditionem Ecclesiæ, super qua adeo laborant scribentes in *d. cap per Venerabilem, §. quod autem*, & alij quos ibi cumulat *Barbos. ex num. 3* mira conspicitur aliquotum simplicitas, qui confundunt legitima-
105 tionem procedentem † à Papa, cum legitimatione procedente ab alijs Principibus secularibus; nam vt horum potestas non extenditur ad radicē, sic non excedit cuiusquè territorium, quæ verò procedit à Papa, cùm rectà petat ipsam radicem, illamquè viuificet per remotionem impedimenti iuris canonici, quà latè se diffundit ius ipsum Canonicum, cum eo se extendit; Vndè nequè hæc dicitur legitimatio, sed dispensatio in radice cum decreto legitimitatis vsquè ab initio; quod decre-
106 tum † est necessarium (vt existimauit *Maiol. in præcita. c.4. n.20. & 21.*) pro declaranda duntaxat mēte Papæ, quod velit legitimare matrimonium, vsquè à principio; quò spectat distinctio illa, quam facit *Abb. in suprà all. cap. per venerabilē, sub n.23. vers. ego pro concordia;* Sic enim Papa
107 vtitur † iure suo, remouendo impedimentum vsquè ab initio, *Ancher. in præcit. cons.409.n.4. et 8.*

108 Indequè cessat † querimonia, quod cuipiam præiudicet, vel suam excedat iurisdictionem, cùm in effectu aliud non intendat quàm submouere impedimentum iuris Canonici, vt dictum est; Quod verò inde fit, vt aperiatur via successionibus vbiquè locorum, consequitur ex ministerio iuris, vt eleganter explicat *Ruin. cons.189. nu.16. lib.2. Crauetta cons.704.nu.4. quos sequutus est Mant. de tacit. & ambig. lib.23. tit.20. sub num.20. vers. quod etiam confirmo*, vt meritò reijcienda sit opinio *Thomæ Sanchez. de matrim. lib.8. disputat. 7.*
109 *num. 14.* qui arbitratus fuit, Clausulam †apponi consuetam in literis Apostolicis, super dispensationibus huiusmodi, in hæc verba, *vt non obstante impedimento, matrimonium inter se contrahere, liberè, & licitè valeant, auctoritate nostra dispēses, prolem susceptam, si qua sit, & suscipiendam legitimam decernendo*, restringi ad spiritualia; prout eam reiecit Rota tanquam falsam, & erroneam, *d.decis.166. sub n.5. vers. vndè falsum est dicere, & nu.6. & d.decis.191.nu.4. & per to.par.1. in recen. & apud Greg. in præalleg. decis.461.*

110 Et quod propterea, †effectus huiusmodi dispensationis in radice, & consequutiuè legitimitatis filiorum, veluti factæ in radice, procedat respectu quorumcunquè bonorum, ac locorum, & rationibus irrefragabilibus, & auctoritatibus inconcussis, respondendo omnibus contrarijs, quæ possent excogitari, latissimè firmauit *Rota, recen. par. 1. decis.455. & par.2. decis.687. per tot.*

111 Est autem aduertendum, dispensationē † huiusmodi, cum decreto legitimationis prolis, continere duplicem gratiā, vnam respectu matrimonij, alteram respectu prolis; quo fit, vt si interim alter ex coniugibus moriatur, nèc propterea sortiri possit effectum respectu matrimonij, sortiatur tamen effectum respectu legitimitatis prolis, *Rota dec.207.n.2. & 3.par.1. diuers. Seraph. dec.1121. num.4. Gonzal. super Regul. de mens. gloss.5.§.9. nu.57. Beltram. ad Gregor. decis.19.num.5.*

112 Et licèt respectu præiudicij succedentiū† ab intestato, hoc videatur durum, nihilominus non est ratione destitutum; quià quod dictum est de effectuatione gratiæ respectu matrimonij, nō est referendum ad substantiam ipsius gratiæ, in remouendo impedimentum iuris Canonici vsquè ab initio, sed ad executionem; nihilo enim minus dicitur sublatum impedimentum, adeoquè approbatū matrimonium vsquè ab initio, dummodò proles fuerit

fuerit suscepta in matrimonij figura, vt pulchrè
declarat *Rota apud Put dec.472.paulo ante n.1.*
vers.& fuit resolutum,eoquè n.1.cum seqq. lib.2.
in correct.Seraph d.decis.1121.nu.2. Quocirca si
matrimonium à principio fuisset impeditum di-
uerso impedimento. quàm possit esse à iure positi.
uo, proculdubio non intraret hæc legitimatio in
radice,vt decidit *Rota apud Greg. d. decis.19.n.*
2.& 3.& in recen.dec.174.num.1.par.3.
Et hæc satis de effectu legitimitatis huius, quæ
etiamsi veniat sub generali definitione legitima-
113 tionis,† prout dicitur quædā natalium restitutio,
quæ absquè coniugio natis,extra causam ingenui.
tatis conceditur,secundum *Couarr.de matrim 2.*
*par c.8.§.8.n.1.*nihilominus ab ea est diuersa, cū
veriùs dicatur, sitque legitimitas,Et nihilominus
nequè hæc simplex legitimatio, vbi agitur de ef-
fectu capiendi beneficia, potest ab alio impetra-
ri, quàm à Papa, aut ab altero potestatem ab ip-
so Papa habente, de qua potestate latè pertractat
Gamb.de off. leg.lib.7.q.1. cū seqq satisq; cōstat,
extra casum dispensationis in radice matrimonij,
de quo hactenus loquuti fuimus,eam tunc induci,
quando Papa ex certa scientia restituit aliquem,
natalibus, non obstante, quod non posset matri-
monium, iure diuino resistente,contrahi.
114 Nam licèt† *Hostien.in d.c.per venerabilē,n.12.*
Dec.in cons.338.n.3 & in cons.393.n.10. & 11.
& multi alij teneant,hanc non esse verè,& propriè
legitimationē,sed potius dispensationē,tamen cū
moueantur falsa ratione,existimantes nimirū, ne-
cessarium fore,vt dispensetur super radice matri-
monij(quod est euidentèr falsum,cùm Imperator
verè,& propriè legitimet, & nihilominus non di-
spenset, nèc possit dispensare super huiusmodi ra-
dice)contraria opinio est tenenda,alia ratione ve.
115 ra,& efficaci, quia † videlicet restitutio fit ad sta-
tum,quo omnes lege naturæ nascebantur, nōdum
receptis coniunctionibus aduersus legem diuinā,
vt,præ cæteris,elegantissimè docuit *Didac.d.§.8.*
sub n.4.vers.ita illegitimus & per totum eum nu-
*merum.*Vndè patet, quàm longa sit differentia,in-
ter legitimationem, & dispensationem.
Quāuis enim quoad actū expressum, dispēsatus
116 habeatur †pro legitimo.*Couar vbi sup.sub nu.1.*
117 & superiùs etiā diximus;Tamē †talis nō est,prout
est simplicitèr legitimatus, *Surd.cons.1.ex nu.1.*
præsertim si in legitimitate adest clausula amplis-
sima, remoueus omnem differentiam, vt conside-
rauit *Rota decis.368. n.12.par.1.diuer.*analogicè
tamen, & per posteriùs, ad differentiam nati ex
matrimonio, qui duntaxat dicitur per priùs legi-
timus, vt bene aduertit *Rauden.de Analog cap.*
36.sub num.102 vers itaquè tam isti.
Ratio verò huius discriminis est duplex, prior,
118 quia legitimitas† latiùs patet quā dispensatio,nil
mirum ergo,si dispēsatus ad aliquid,semper rema.
net illegitimus,*Bellam.decis.vlt sub num.1.vers.*
quia semper.
119 Altera est,quia † vt suprà diximus simplex legi.
timatio,dicitur restitutio naturæ,quæ cum remo-
ueat,prorsusquè abstergat omnē maculā ipsumq;
nomen illegitimi, *l. Imperialis §. præsenti san-*
ctione, C. de nuptijs, ex ea profluit habilitas ad
omnia,quæ ad legitimos pertinent, & sic non ha-
bet eam causam amaram, quā habet dispensatio,
ex qua directè,& immediatè ius vulneratur,& rū-
pitur,vt pulchrè considerauit *Fortun Garz.in re-*
petit.l.Gallus §.& quid si tantum,ex n.283.vers.
*nec obstat tex.ff.de liber.& posthum.*Et ante eum,
120 quòd dispensatio super defectu natalium, sit vul-
neratio iuris communis, nequè restituat, vt facit
legitimatio, sed elidat duntaxat effectum illegiti-
mitatis in subiecto dispensato,docuit *Bal.in c.cū*
*in cunctis n.8.de electio.*istudquè discrimen inter
legitimationem,& dispensationem agnouit etiam
Prob.ad Monach. in c.1. n.12. de fil. Presb.in 6.
Communia autē vtriusquè rescripti,breui ani-
maduersione perstringuntur,quæ circa tria versa-
tur, potestatē videlicet legitimātis,vel dispēsantis,
121 cum†sit de reseruatis Principi, *Paris.cons.2.n.7.*
& cons 3.nu.8.vol.2. cū alijs per *Surd.cons.210.*
122 *n.42.*Capacitatē† legitimati,aut dispensati. circa
consensum adhibendū subiectioni Patriæ potesta-
123 tis;vndè quærūt nostri an † infans legitimari pos-
sit,qua de re latè agit *Ruin.cōs 109 sub n.6. vers.*
*ex alio quoquè lib.3.*cū pluribus relatis per *Achil.*
124 *dec.334.*Et deniquè circa †verā natalium specifi-
cationem, quoad qualitates non simpliciter ag-
grauantes delictum,sed inducentes nouum impe-
dimentum, vt scitè explicat *Rota in nou. decis.2.*
& 4.per to.de fil. Presbyt.
Et hæc quidem omnia enarrare oportuit,nè ex
terminorum confusione, in aliquē facilè errorem
incideremus,prout contingit viro alioqui peritis-
simo Simoni Maiolo,*in tract.de irreg.lib.1.c.8* Is
enim cùm legisset Abbatem in *d.c. per venerabilē*
n.12 relatū ibi per eum *sub n.12* ad finē,aduotā-
125 tem per eū textū, legitimationē † esse quandā di-
spensationem; nō animaduertens Abbatē impro.
priè loquutū(vt satis insinuat natura eius dictionis
quādā) existimauit,& dicto loco retulit,nullū esse
inter legitimationē,& dispensationē discrimen,in.
dequè toto eo capitulo, multos cumulauit erro-
126 res.Primum enim sub *n.1.*scripsit,legitimatū,† ip-
sius legitimationis vi, non statim esse habilem ad
ordines,ex *Abb.in c.ad hæc in princ.de fil.Presb.*
Quod intelligendo de legitimatione Papæ, falsum
est,cùm legitimatus à Romano Pōtifice,possit nō
tantùm ad sacerdotij dignitatem promoueri, sed
etiā beneficia curā animarū habētia cōsequi,quā.
uis secus sit in dispensato, vt scripsit *Didac. suprà*
*alleg.§.8.sub n.5 vers.quinto eodē iure,*quod fuit
de mēte *Arebi* (si benè pōderetur,)*in c.1.sub n 5.*
*vers.circa hoc dicas,de fil.Presb.in 6.*vbi cōcludit,
in hac materia attendendū esse, an in effectu quis
sit restitutus natalibus,vel non,idest (secundum ea
quæ scripsimus) an sit quis legitimatus,aut potiùs
ad certum actum dispensatus, si enim restitutus
est,tunc dicitur restitutus in totum.
127 Nequè contrariū† asserit Abbas *in d.c.ad hæc,*
ait enim *sub n.1. vers. & nota argumentum,*hoc
quidem videri, quod pro obtinendo beneficio fi-
lius Episcopi debeat esse natus de legitimo matri.
monio, nec illi sufficiat quod sit legitimatus, sed
statim subijcit, id falsum esse, per *text. in cap. per*
venerabilem, qui fil. sint legit.
1 Mox infert Maiol ideo legitimatū ab Impera-

128 tore, etiã ad spiritualia, nõ esse horũ capacẽ, quod sanè admittimus, cũ de ea legitimatione nostra nõ
129 sit quæstio, & plures tenuerint, veram, † & propriã legitimationem non esse ab alio quàm à Papa, & quæ ab Imperatore est, magis dispẽsationis naturæ accedere, quos retulit *Didac. d. §. 8. sub nu. 4. vers. tertio*, licèt eorũ sententia per ipsum ibi confutetur. At quod subdit, inde etiã fieri, vt Imperator non possit legitimare filiũ Sacerdotis; quoad temporalia, prorsus in iure est erroneũ, vt latè per *Surd. cons. 303. n. 32.* & alios cumulatos per *Cost. de facili scien. centur. 1. dist. 17. nu. 7. & 8. Verall. dec. 146. nu. 11. dec. 147. n. 3. & dec. 148. & 149. nu. 2.* qui omnes testantur de communi.

Subdit posteà *Maiol. sub n. 4.* indè fieri, vt legi-
130 timatus, † intelligatur quidem restitutus ad honores, possitque promoueri ad ordines minores, at nõ possit promoueri ad maiores, sine noua dispẽsatione, etiãsi in priuilegio dictum sit, quod possit clericari; Verũ nõ animaduertit, glossam in *c. literas, in verb. Ordinari, de fil. presb. & Abb. in cap. si quisquam sub n. 6. vers. sed vide contrariam glossam, de cohabit. clerico.* loqui expressè de dispensatione ad certum actum, non autem de legitimatione propriè sumpta, prout legitimatio est natalium restitutio, & in eisdem terminis loquuntur allegati per ipsum *num. 6. & 7.*

131 Potestas autẽ Papæ in dispẽsando, libera † est, & absoluta, præcipuè in his quæ procedũt à iure positiuo, adeo vt tunc non exigatur aliqua causa, sed stet pro ratione volũtas, *Fel. in c. quæ in Ecclesiarũ n. 25. de const. Soto de iust. et iure lib. 1. q. 7. ar.*
132 *3. col. vlt.* cũm in hac materia nõ † solũ dispenset ad beneficia simplicia, verũ etiã ad curata, omnesq; dignitates, vsque ad Episcopalẽ, & Papalẽ, vt scripsit *Abb. in c. per venerabilẽ nu. 3. & 5. qui fil. sint*
133 *legit.* Qua † tamen potestate Romani Pontifices, pro eorũ maxima modestia, & pietate, non aliter vti cõsueuerunt quàm ex maxima, atque vrgẽtissima aliqua causa sibi subiecta, adeoquè perpẽsis omnibus circumstantijs, de quibus per *text. in c. magnæ deuotionis, §. et quidẽ tria, vbi gl. in verb. licet de vot. Host. in summa de fil. Presb. sub n. 9. ad fi. vers. veruntamen non omitto, & per to. Henric. Boich. in c. cum ad Monasteriũ, n. 15. & 16. de te-*
134 *stam.* vt propterea † maximũ incurrant periculum ij qui dispensantur per falsã suggestionem, aut veri suppressionem, vt aliquid in hac materia extorqueant ex his, quæ scribit *Henr. ibid. & post eum Glos. pragm. sanctio, in d. verb. pluralitatis, co lumn. 7. Aneber. cons. 313. num. 5.*

Vbicunquè igitur constat de dispẽsatione Apo-
135 stolica, † nefas erit potestatem in dubiũ reuocare, solaquè ipsius dispensantis volũtas exquirẽda erit secũdum tenorẽ suũ, vt dixit *Arebid. in c. 1. n. 5. de fil. Presb. in 6.* & si ab ipso processerit immediatè,
136 cũm semper † nõ vtatur eadẽ formula, per diuersis modis vsu magis receptis, & quos hic minimè referre est necesse, vidẽdus erit præ cæteris *Mãdos. de signat. grat. sub tit. de dispen. super defectu natal.* à quo tamen est cauendũ, circa expositionem
137 clausulæ † *dummodo incontinentiæ paternæ imitator non sit*, quatenus ait, eam nõ reddere gratiã conditionalem, vt intelligatur procedere, nisi litteræ sint in forma cõmissaria, & cum clausula *si ita est*, aut *si ita repereris*, vel alia simili, quæ licèt ad-
138 mittat cognitionem † extraiudicialem, nihilominus nisi ea præcesserit, gratia erit nulla, indeque constare poterit de non adhibita causæ cognitione, si illicò processum fuerit ad eius exequutionẽ, *Achil. decis. 48.* vbi ita declarat *Rota decis. 4. n. 3. de fil. Presb. in antiq.* si verò ab alijs, mediante fa-
139 cultate illis concessa, † consulendi erunt *Gomes. ad Reg. de trienn. q. 2. per to. Maiol. de Irregularit. lib. 1. c. 9. per to. et Gamb. de off. leg. per to. lib. 7.* vbi fusissimè materiã hanc pro eius dignitate tractat.

Nobis nunc agendũ est de dispẽsatione illa, quã
140 potest facere † Episcopus, *c. 1. de fil. Presbyt. in 6.* nisi præter ius commune cõcurrat prohibitio alicuius particularis statuti, aut cõsuetudinis Ecclesiæ, vt ibi post *Io. Andr. tenuit Ancher. n. 3.* (intelligendo hoc de statuto confirmato per Papam, nõ autẽ de statuto sola approbatione Episcopi roborato, vt ibidẽ declarat *Gemin. n. 11.*) Circa quam primũ est sciendum, eam ob generalitatẽ supradicti textus, ad omnes cuiuslis generis illegitimos extendi, vt tenuit ibi *glos. in verb. defectum*, quam sequuti fuerunt *Ancher sub num. 1. vers. item pondera, Io. Monach. n. 1. & 2. Gemin. sub nu. 5. vers. glossa super verbo defectũ*, vbi conclusionẽ hãc ratione euidenti cõfirmat, prout etiã facit *Francb. ibidem sub n. 5. vers. in gl. a.* idquè potest vi suæ ordinariæ iurisdictionis, *Nauar. cons. 7. ad fi. eod. tit.*
141 Vndè, † Sede vacante, hæc facultas transit ad Capitulum, vt *Nauar.* ibi cõcludit, quod indeterminatum reliquerat, in *d. c. 1. post Ioan. Andr. Gemin. num. 4. & Francb. num 5. ad finem.*

Nequè eorũ recepta est sentẽtia, qui tenuerũt,
142 Episcopũ † habere id facere de consensu Capituli, cum (quicquid videri possit de iure) cõsue tudo ità se habeat, vt Episcopus solus dispenset, prout fatetur, *Hostien. in c. constitutũ sub n. 3. ad fi. vers. alij dicunt, de temp. ord.* Et quamuis *Arebid. in d. c. 1. n. 2. & Gemin. n. 4.* dicant, in punctõ iur is contrariam sententiam esse veram, facillimè tamẽ subuerti possunt eorũ fundamenta. Sic itaquè dispẽsatus
143 per suum Episcopũ † poterit etiã in diuersa diœcesi beneficiari, per *text. in c. cũ olim vbi Abb. n. 1. de cler. coniug. et post Syluestrum, in verb. legitimus, q. 7. in princ. scripsit Maiol. de irregul. l. 1. c. 8. sub num. 8. vers. proderit etiam & num. 9.*

Circa verò huius dispensationis formã, duo obseruãda sunt; primũ est, vt fiat expressè ante pro-
144 motionẽ ad beneficium; nã † Episcopus promouẽdo illegitimũ, non censetur cum eo dispẽsare, ex communi opinione de qua attestatur *Rebuff. in prax. tit. de dispensatio. super defectu natal. nu. 9.* Cũm enim promouens indignum, puniatur, *c. nihil est extr. de elect.* Indè satis euidẽter arguitur, promouentẽ non dispensare, vt dixit *glos. in c. vnico, in verb. dispensare, de ætat. & qual. in 6.* vbicũquè
145 enim † canon imponit pœnam Ordinario, illi prohibere cẽsetur dispensationem, quod benè notandum dixit post *gloss. Abb. in c. ad abolendam, sub n. 3. ad fin. vers. nota istam glossam de fil. presbyt.*

Alterum est, vt Episcopus non excedat limites à iure sibi concessæ potestatis, quandoquidem ea
146 restricta est † ad ordines minores, & ad beneficium

ficium non curatum, sed simplex: in curatis enim;
quæcunquè subsit causa vtilis, vel necessaria, non
dispensat, vt ibi voluit *Gemin. num. 5.* & quoad
simplicia; moderatas etiam habet habenas, & re-
spectu quantitatis, & respectu qualitatis. Et qui-
dem respectu quantitatis, vt non possit dispensa-
re vltra vnum, ex quo textus in singulari loquitur,
vt notauit idem *Gemin. ibidem num. 8.* respectu
verò qualitatis, vt hæc facultas non intelligatur
de omnibus omnino beneficijs quæ non habent
curam animarum, sed his tãtùm super quibus per
Episcopum valet dispensari, vt expressè dicit *text.*

Quæ autem ea sint super quibus non potest di-
spensare, dicendum est; Primum itaquè à regula
huius textus, circa potestatem dispensandi, exci-
147 pienda omnia sunt beneficia, quibus † annexus est
aliquis ordo sacer; etenim cum ex *d. textu*, circa
maiores ordines, Episcopo interdicta sit dispen-
sandi facultas, consequens est, vt quoquè censea-
tur interdicta respectu beneficiorũ, quibus tales
ordines sunt annexi, *gloss. in eo. c. 1. in verb. tale, ad
fi. vers. vel de beneficio, quod ex priuilegio*, quã ibi
sequũtur omnes, præsertim verò *Archid. sub n. 4.
vers. dispẽsari*, qui glossę argumẽtum valdè corro.
borat, & *Io. Monach. sub n. 8. vers. et idẽ intelligo.*

148 Cùm † tamen talis annexio directè, & princi-
palitèr consideretur, non autem consequutiuè
propter necessitatem, aut succedentem vtilita-
tem Ecclesiæ, iuxta terminos *text. in c. quaris à
nobis, de ætat. & qual.* prout ita declarat *Io. Mo-
nach. d. nu. 8. vers. & idem intelligo, Franch.* itidẽ
149 *n. 8.* & dummodò † ea requirat ordinẽ de tempore
receptionis, secùs verò si post receptionem, Po-
terit enim super tali beneficio Episcopus cum il-
legitimo dispensare, & tenebit dispensatio, vt In-
terim ordinetur, mediante alia dispensatione Su-
perioris, qui possit dispensare, iuxta opinionem
*Lap. Abb. in eod. cap. 1. sub nu. 4. vers. videtur di-
cendum, & num. 5.* quem sequitur *Ancher. sub*
150 *num. 2. de fil. Presbyt. in 6.* Adeò vt † si mox non
ordinetur, quia obstet sibi defectus nataliũ, quoad
ordines sacros, excusetur tamen, à lapsu tẽporis,
nè videatur incurrisse pœnã priuationis à statuto
indictã, iuxta *Calder. cons. 6. n. 1. qui fil. sint legit.*

Veruntamen sentẽtia hæc mihi omnino displi-
cet, cùm habilitas personæ, requiratur de tempo-
re prouisionis, sine aliqua necessitate dispensatio-
nis, *c. dudum, il primo §. cum autem*, ibi, *electionis
tempore pateretur, extr. de elect. c. si pro clericis,
de præben. in 6.* atquè ita sententiam *Lap. supra
dictam reprobarunt in eod. cap. 1. Gemin. sub n 8.
ad fi. vers. in ea glossa, ibi, requirit, post Io. de Imo.*
& sequitur *Franch. sub n. 8. vers. sed hoc dictum.*

Secundò excipiuntur eadem beneficia nõ cura-
151 ta, quæ tamen † ita qualificata sunt, vt illa qualitas
inducat indecentiam in ipso illegitimo, proindeq;
non poterit Episcopus dispẽsare in personatu, vel
dignitate, etiã sine cura, vt per *gl. in eo. c. 1. in verb.*
152 *beneficium*, & ibidem *Gemin. n. 8.* quicquid † sit
de prælatione, vel Rectoria, quæ non cadat in no-
men dignitatis, veluti dicitur de Canonia, siuè
Prioratu rurali, non habente Collegium, nec curã
animarum, nec potestatem exercendi censurã in
aliquos, nec prærogatiuam inter alios Rectores
nec cœmiterium, cum censeatur simplex Beneficiũ,
non attenta denominatione, quę sonet in vocabu-
lum dignitatis, post quam effectum non habet; vt
post *Feder. de Sen. cons. 132. ex n. 1. & per to.* scri-
psit *Ancher. in eo. c. 1. sub n. 1. vers. ad istũ quartũ*,
nec dissentit *Gemin. d. n. 8* & sequitur *Franch. n. 6.*

153 Minusquè, eadem † ratione poterit dispensare
in Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis; licèt enim
articulus sit valdè controuersus, & affirmatiuam
sententiam tenuerit *glos. in eo. c. 1. in verb. benefi-
cium in princ.* propter generalitatem illius literæ,
& eam præ cæteris sequuti fuerint post *Io. Andr.*
ibi *Archid. sub n. 4. vers. item secundum quosdam,
& Gemin. n. 6. Hostien. in summa illius tituli, de
fil. Presbyt. §. vlt. ad fin. sub nu 9. vers. aliud est
simplex, Calder. cons. 1 sub n 2. vers. & hac ratio-
ne moti, eod. tit. Oldrad. cons. 215 sub n. 3. vers. &
hac ratione, Rot. eod. tit. de fil Presb. decis. 1 n 3.
in antiq.* In tantum vt *Ias. in cons 104. incip. circa
quatuor dubia, n. 5. vol. 1. et Gamb. de off leg. lib. 7.
n. 131. et 132.* attestẽtur de magis cõmuni, quibus
addi potest *Nauar. cons. 6. num 4. de Fil. Presbyt.*

Nihilominus, verior est negatiua sententia *Io.
Monach. in eod c. 1. sub n. 7. vers. idem intelligo*;
non quidem ea ratione, qua ipse mouetur, videli-
154 cet quod cùm † Ecclesia curata possit accedere
præbendæ Cathedralis, *c. extirpandæ, §. qui verò
extr. de præben.* indè fiat, vt talis præbẽda dicatur
dignior beneficio cum cura, Vndè sicuti super tali
beneficio non dispensat Episcopus, ita multo mi-
nus super huiusmodi præbenda; quam reprobant
Gemin. & Ancher. locis præallegatis (Et quidem
iure merito, cùm illa accessio curæ, sit cõtingens,
& in consequens non curanda, *l. eo tempore in
princ. vbi glos. in verb. fieri potest, ff. de pecul.*) Sed
155 diuersa ratione, videlicèt propter † præeminen-
tiam, & maioritatem, quam habent Canonici Ec-
clesiæ Cathedralis, super alios Clericos Ciuitatis,
& Diœcesis; & quià cum Episcopo vnum corpus
constituunt, vt considerauit, ac ideo sententiam
hanc *Ioan. Monach.* probauit *Rota in nou. de fil.
Presbyt. decis. 2 n. 1. gloss. pragm. sanctio. de colla-
tio. § vlt. in verb. Cathedralibus fol. mihi 135.* &
eandem sententiam seruari ex stylo Romanæ Cu-
riæ, scripsit etiam *Rebuff. in praxi tit. de dispens.
super defectu natal. num. 11. & 12.*

Itàut attenta huiusmodi ratione, malè videatur
interpretatus Rotæ sententiã *d. dec. 2. Franch. in
d. c. 1. sub n. 6. vers. sed certè*, dum ait, Rotam non
negare, quin Episcopus possit dispensare, sed quod
dispensatio per eum facta se extendat ad Canoni-
catus Cathedralium: nàm Rota simplicitèr appro-
bat opinionem *Io. Monach.* qui de potestate lo-
quitur, & ratio maioritatis, & præeminentiæ per
ipsam considerata, ambiguitatem hanc remouet,
156 licèt enim † Canonicatus sit beneficium simplex
respectu Curati, non est tamen simplex respectu
cuiusdam honoris, & præeminentiæ illum obtinẽ-
tis in Cathedrali, vt enim ait *Innoc. in c. fraterni-
tatem in extrem. verb. de sepultur.* maior est ho-
nor, esse Canonicum Ecclesiæ Cathedralis, quàm
alterius, tametsi omnes abundent, prout enim re-

tulerunt Rot. & gloss. pragm. sanctio. vbi suprà.
Qui honor, & præeminentia, in tribus potissi-
157 mum conspicitur, videlicet in † repræsentādo cor-
pore Ecclesiæ, & Episcopi, cap. nouit, et cap. quan-
to, de his quæ fiunt à Prælat. sine cons. cap. cum
alijs per Gonzal. ad regul. de mens. gloss. 2. num.
39. & cuius quidem repræsentationis vi, Canoni-
158 ci † soli veniūt appellatione Capituli, dicūturquè
Excellētia, & maiestate quadā præstare Archidia-
cono, & cæteris obtinentibus Dignitates, qui ta-
mē nō sunt de Capitulo, vt ex multis tradit Lam-
bert. de iurepatron. lib. 2. par. 1. q. 2. art. 13. num. 4.
159 Conspicitur itidem in electione, quæ † per ipsos
Canonicos fit de Episcopo, c. 1. cum ibi nota. per
Dec. nu. 33. de electio. Hostien. in summa, eod. tit.
num. 5. cum alijs per Paris. cons. 19. num. 1. lib. 4.
160 Et quamuis hodie, † propter impedimentum
reseruationis, potestas hæc eligendi ferè vbiquè
sit elisa, vt per Mandos. ad regul. 2. ex num. 3. ta-
men negari haud potest, quin saltim habitu ius
illud eligendi penes eos sit; quinimò non obstante
dicta reseruatione, & impedimento, calore illius
iuris adhuc plurimum fouentur, cum plerumquè
attendantur eorum vota, ad inclinandam men-
tem Papæ, prout scripsit Dec. in d. cap. 1. sub n. 10.
ad med. vers. est tamen vtilis etiam.
161 Et sanè † prærogatiua hæc non modici est mo-
menti, cùm indè eligatur Episcopus, qui † est ver-
tex, & culmen cuiuslibet Ecclesiæ, omnium
ordinum Sacerdotale fastigium, & ordinis subli-
mitas, vt ostendit Marsil. Columna. de Ecclesiast.
reditib. par. 2. cap. 11. num. 7. & de multis præro-
gatiuis, & titulis Episcopi succinctè quidem, sed
copiosè agit Cassan. in Catal. glor. mun. par. 4.
considerat. 25. per to. & diximus lib. 1. q. 9. per to.
162 Deniquè conspicitur idē honor, & † præeminē-
tia, in adiuuando Episcopum suis consilijs. Siqui-
dem eius Consiliarij dicuntur, nèc Episcopus sine
eorum votis, & suffragijs in arduis quidquam
agit, d. cap. nouit, & cap. quanto. Quarè in corpo-
re vnius Reipublicæ, cordi rectè comparātur, nam
veluti à corde in corpore naturali est vita, & re-
gimen, sic à Canonicis Episcopum eligentibus, &
ei consulentibus, regimen, & omnium penè in
Ecclesia agendorum directio procedit; quo fit, vt
non parua sit Canonicorum in Cathedrali Eccle-
sia honoris, & tituli prærogatiua, vt ità scripsit
punctualitèr Rodoric. Zamoren. Episcopus, in suo
speculo vitæ humanæ, par. 2. cap. 19.
Et ex his videtur deduci particularis ratio, cur
potestas Episcopi in dispensando cum illegitimè
natis, nō se extendat ad huiusmodi Canonicatus;
Etenim in repræsentādo corpore Ecclesiæ in ma-
iestate illa decenti, & honorifica, nulla ratione
apti sunt, propter eorum vilitatem, & ignobilita-
163 tem; sunt † enim indecori, can. si gens Anglorum
56. distinctio. degeneresquè habentur inter om-
nes Populos, idest Nothi, & obliqui, sic enim Sta-
tius, obliquumque à Patre genus, vbi Lactantius
exponit, quia scilicet fuerat Patris mei Nothus,
& Lucanus, obliquo maculat qui sanguine Re-
164 gnum; Inde etiam † Bastardi vulgo dicti, à Ger-
manico Boessart, idest degeneris ingenij, teste
Cuiac. ad Nouell. Iustin. 18. in exposit. secundæ
partis, ad finem. Quæ ceù naturalia, haud quaquā
per legitimationem, vel dispensationē purgantur,
§. sed naturalia instit. de Iur. natur. gen. & Ciuil.
Vndè punctualitèr dixit gloss. pragm. sanctio. de
num. et qual. Cardin. §. sint viri, in verb. filij legi-
165 timè nati, licèt illegitimus legitimetur, † perdat-
què nomen illegitimi, Semper tamen eum reputa-
ri minus dignum, nèc ideo debere sedere ad men-
sam vnà cum legitimo, quod fuit dictum Baldi in
cap. per tuas, num. 3. ad fin. vers. ex his apparet, de
maior. & obed.
166 Negari enim haud potest, quin † sit in statu læsę
dignitatis, proindequè in his quæ pertinent ad ho-
nores, & dignitates, nulla eius sit habenda existi-
matio, l. cognitionum, §. existimatio de var. &
extraord. cognit. & in fortioribus videmus, quia
167 Pauper præsumitur † vilis persona, si concessa
sit expectatiua pauperi, eundem excludi ab hu-
iusmodi Canonicatibus, & beneficijs consistenti-
bus in Cathedralibus, Staphil. de form. expectat.
ex num 40.
Prætereà in eligendo Episcopum, & illi con-
sulendo, videtur nimium indecens, illegitimos
cum alijs admitti, vtpotè, quorum sensus ad dete-
riora vergant, & ignobiliora, propter eorum in-
stabilitatem, & connatam ignominiam; Quocircà
168 nèc † Deo amabiles, neque hominibus honorabi-
les creduntur, vt scriptum reliquit Bonifacius
Martyr, relatus in can. Si gens Anglorum, 56.
169 distinctio. censentur † enim minus integri status,
vacillatquè perpetuò eorum opinio, vt ait Ge-
min. in cap. indemnitatibus, §. sanè, sub num. 7.
super verb. Canonica, de electio. in 6.
170 Quapropter, etiamsi non arceantur † illegitimi
à Religionis ingressu, quæ (quoad effectum pro-
motionis ad ordines, purgat in eis omne vitium,
propter votum continentiæ, cap. 1. de fil. presbyt.
cum ibi notatis) adhuc tamen arcentur à Prælatu-
ris regularibus, in quibus elucet honor, & præ-
minentia, simulquè exigitur iudicium sanum pro
recta administratione, iuxta opinionem Nauarr.
171 de regular. comment. 2. nu. 60. itemquè † à cura-
tis, Sayrus de filijs Presbytero. decis. 4. vers. illegi-
timus autem.
Neque si iidem illegitimi dispensentur ad ordi-
172 nes etiam sacros, vt nō † possit reuocari in dubiū,
quin sint dispensati ad Acolytatū, dispensatio non
capiet Acolytatum, quatenus vox ista sonat in
priuilegium exemptionis, & honoris à Pontifice
conferri consuetum, vt censuit Rota apud Veral.
decis. 70. ex num. 1. & per to. par. 2.
Sed tota hæc quæstio hodiè videri potest de
173 indubitabili, propter † annexionem sacri ordinis
singulis Canonicatibus huiusmodi factam per Con-
cil. sess. 24. c. 12. de qua in præcedenti; Quippè ea
attenta nouum suboritur impedimentum illegiti-
mo, nè ad huiusmodi Canonicatus possit admitti,
neque valeat secum per Episcopum dispensari, vt
concludit Maiol. d. lib. 1. cap. 8. num. 11.
Tertiò excipiuntur Beneficia, per quorum col-
lationem excitatur memoria turpitudinis pater-
næ, pro cuius materiæ recta explicatione est ad-
uerten-

174 uertendum, non † eadem ratione sacros Cano-
nes prohibuisse parentum beneficia conferri filijs
illegitimis, qua prohibuerunt conferri legitimis,
sed penitus diuersa, & contraria; siquidem, nè cō-
ferantur legitimis, ea fuit, nè videlicet per huius-
175 modi prouisionē introducatur † quædam species
hæreditariæ successionis in Ecclesia Dei, *Can. Apo-
stolica, 8. quæst. 1.* vbi præ cæteris *Turrecrem. sub
num. 2. vers. prima est, cap. ex transmissa, ad fin.
de fil. Presbyt. glos. in cap. ad extirpandas, in verb.
amouere, eod. tit.*

Ratio veró, nè conferantur illegitimis, alia non
fuit, quàm nè refricetur memoria paternæ turpi-
tūdinis, ad exemplū Legis Mosaicæ iubentis inter-
176 fici pecus, † ad quod mulier accessisset, quod tamē
non est capax reatus, ob defectū rationis; nam id
ex eo inductum fuit, quia pecus tali flagitio cōta-
minatum, indignam refert facti memoriam, vt cē-
suit *B. August. relatus in can. mulier, 15. quæst. 1.*
177 & hanc rationem † probauit *Ancher. in cap. cum
decorem, in extremis verbis, eod. tit. qui fil. sint le-
git. & ibi etiam Hostien. sub num. 1. vers. item
periculosum, Bellam. circa med. Butr. sub num. 6.
ad fin. Abb. in extr. verb. & alij communitèr.* Et
hanc rationem omnium apertiùs agnouit, & am-
plificauit Sacrum Tridētinum Concilium *sess. 25.
cap. 15. de reform.* in illis verbis, *vt paterna incon-
tinentia memoria à locis Deo cōsecratis, quos maxi-
mè puritas, sanctitasquè decet, lōgissimè arceatur.*

Itaquè si agatur de beneficio patris legitimi,
prohibitio ad eum casum restringitur, ad quem
potest adaptari præmissa ratio speciei hæredita-
riæ successionis repræsentatæ, & propterea non
habet locum, nisi in successione immediata, nam
persona mediata illam speciem submouet, vt nèc
per imaginationem, quis possit suspicari actiuita-
tem alicuius iuris hæreditarij, & hoc est, quod
178 clarè & apertissimè decidit † *text. in d. cap. ex
transmissa*, in cuius specie proponebatur hoc
pro ratione dubitandi, quod in Ecclesia Dei, De-
cretum Apostolicum hæreditariam successionem
detestetur, & Alexander Tertius respondet, eam
rationem minimè applicari; quià intercessisset
media persona, cui collatum esset beneficium,
siquidem illa ratio prorsus ineptè fuisset excogi-
tata ex parte cōsultoris, si filius ille, de cuius pro-
motione agebatur, fuisset illegitimus, cùm inter
179 patrem, & filium illegitimum † non detur aliqua
legitima successio, vt notatur in *cap. nisi cum pri-
dem, de renunc.* adeo vt legitimatio concessa filio,
nihil operetur, quoad ius succedendi respectu Pa-
tris, ratione odij, & delicti, quod in parentibus
qui peccauerunt consideratur, *Fulgos. cons. 82.
sub num. 1. vers. nec dicat quis per beneficium
legitimationis, Paleot. de noth. & spur. cap. 41.
n. 3.* quos sequutus fuit *Lupus, de illegitimis com.
3. §. 1. num. 67.*

Proindequè nequè Alexander Tertius, eam ex
180 hoc capite non obstare dicit, sed ex eo † quod il-
la species successionis hæreditariæ nullo modo
compareat, propter mediam intercedentem per-
sonam; & quamuis aliqui ad eum textum intule-
rint duos intellectus, videlicet, vt possit intelligi,
& de legitimo, & de illegitimo, tamen constat, in-
tellectum de illegitimo, repugnare verbis, & mē-
ti illius, ac propterea omnino esse reijciendum,
prout expressè reijciunt, & in primo concordant
ibi *Hostien. sub num. 5. super verb. mandamus,
Cardin. sub num. 1. vers. idem Petrus, Bellam. sub
num. 2. vers. quid dicendum*, & admittit Rota
apud *Seraph. decis. 1442. sub num. 7. vers. licet
enim Innocentius.*

Et hac eadem ratione, non vrgebit prohibitio,
181 si tractetur de diuerso Beneficio † in eadem Ec-
clesia, vt est *text. in cap. ad hæc, de fil. Presbyt.* vbi
*Hostien. num. 3. Ancher. num. 2. Butr. nu. 5. Abb.
nu. 2.* & ante hos *gloss. in cap. constitutus, in verb.
perpetuus, vers. item si Pater, & in cap. cum deco-
rem, in verb. illegitimus, eo. tit.* & consentiūt om-
nes in eodem *cap. ex transmissa*: Successio enim
182 fit † ad idem, non ad diuersa, *l. sciendum, 70. §. hæc
verba, vbi Rebuff. in verb. succedere de verb. si-
183 gnificat.* In tantum † vt si Ecclesia, quam Pater ha-
bet, & Ecclesia quam obtinet filius legitimus, ob
earum tenuitatem vniantur, defuncto vno, qui su-
perstes est, adipiscatur alteram absquè vllo scru-
pulo prohibitionis huiusmodi, quia eo modo,
quo persona media impedit oriri speciem hære-
ditariæ successionis, eodem modo titulus vnionis,
(factæ tamen sine aliquo dolo) eandem speciem
oriri non patitur, quemadmodum in *eod. cap. ex
transmissa, docent Hostien. sub nu. 2. ad fin. vers.
quid si Ecclesia Patris, & nu. 10. Ioan. Andr. sub
num. 3. vers. & Ecclesia Patris, Abb. itidem sub
num. 7. ad fin. vers. quæro quid si Ecclesia, & alij
communitèr, Henric. Boic. in præalleg. cap. ad ex-
tirpandas, num. 5. eod. tit.*

Et cùm ratio prohibitionis huiusmodi, æquè
184 militet in cōuerso casu, si videlicet † naturæ ordi-
ne turbato, filius præmoriatur Patri, cui datur suc-
cessio, & querela, *l. nam & si parentibus in prin.
de inofficios. testam.* indequè Pater velit prouideri
de beneficio filij, vtiquè enim militaret adhuc ea-
dem dispositio, & prohibitio canonis, & hoc est,
quod clarè determinat *Host. in d. c. ex transmis-
sa n. 9. de fil. Presbyt.* quem fuit sequutus *Archid.
in d. can. Apostolica, num. 3. 8. quæst. 1.*

Et licèt *Alan. Vincētius, Tancred. et Philippus*
glossatores antiqui, videantur de hac opinione du-
bitasse, vt patet ex *gl. in d. can. Apostolica, in verb.
præbendas*, non tamen fuerunt ausi illam reproba-
re, quemadmodū nec ausi fuerunt alij scribentes,
post *Hostien.* qui vtranquè opinionem retulerūt,
sed nullam ex eis elegerunt, prout in specie *Ioan.
Andr. n. 3.* solus enim *Henr. de Boic.* visus est assen-
tiri contrariæ opinioni in *d. c. ad extirpandas, sub
num. 4. vers. aut quæris de parentibus*, quem post-
modùm sequutus est *Bellam. in eo. cap. ex trans-
missa sub nu. 3.* vbi tamen agnouit id quod dixit,
ex omnibus præcitatis, solum Henricū opinionem
hanc elegisse; Sed quàm leuitèr, nemo non videt,
cum tàm *Glos. in d. can. Apostolica*, quàm ipsimet
qui illi adhærent, confundant casum, quo succedit
Legitimus, cum casu quo succedit illegitimus, &
in consequens confundant etiam horum casuum
rationes, quæ prorsus diuersæ sunt, vt præmisi-
mus,

mus, & propterea in hac specie non est recedendum à doctrina *Hostien.* quæ habet etiam pro se communem aliorum Doctorum, de qua testatur *Prepos. in sæpècita. can. Apostolica, sub nu. 4. vers. & est eadem ratio in vtroque.*

185 Non me tamen fugit, propter † alium intellectum *d. cap. ex transmissa*, quòd loquatur de illegitimis, emanasse *Extrauagantem Clementis 7. quæ incip. ad Canonum Conditorem*, & est in *nouo Bullario 30.* eius Pontificis, de qua infrà agetur, & Rotam ipsam declinasse à sententia *Hostien. supradicta*, quòd ipse id pronunciauerit ex suppositione illegitimitatis, vt apud *Seraph. decis. 1442. num. 6. & per to.* cùm tamen ille textus, vt dictum est, intellectum eum prorsus respuat, & Hostiensis nihil minus ibi docuerit; vt propterea ab ea decisione cauendum sit, tamersi in puncto per eam decisio, optimè consistat, vt mox dicetur, neque eodem æquiuoco videtur vacare Decisio *1951. par. 3. lib. 3. diuers.*

186 Et quod diximus de filio legitimo, † non solum est intelligendũ de eo qui natura, sed etiam de eo qui est ab arte, videlicet per adoptionem, cùm & hic propriè sit filiusfamilias, *l. 1. in princ. ff. de adoptio.* & in eo quoque militet eadẽ ratio cùm æquè succedat Patri, quantumcunque Sacerdoti, tàm ex testamento, quàm ab intestato, vt tradunt scribentes in *l. si quis Posthumus, in princ. de liber. & Posthum. Ruin. cons. 167. num. 1. vers. illud etiam præsupponunt, lib. 5.*

Quamuis enim aliqua sit inter nostros dissen-
187 tio, an † Sacerdos possit adoptare, id negãte Christophoro Portio in *§. in plurimis autem, nu. 2. instit. de adopt.* Aretino autem id admittente, sed restrictè, si velit adoptare aliquem de propria familia, in *§. minorem num. 4. ad fin. eod. tit.* constat tamen, verius esse, Sacerdotem posse quem velit sibi adoptare in filium, nisi aliud sibi obstet quàm Sacerdotium, ea ratione, quià datur concursus possibilitatis secundum naturam, & etiam honestatis, inspecto tempore antequam Sacris initiaretur, vt per *Ias. in addit. ad Portium loco præcitato, super verb. an clericus, vers. tamen contra istũ*, & aliam rationem magis generalem post *Gugliel. de Cuneo, probauit etiã Angelus in l. & qui vxores, ff. eod. tit. de adopt.* quam sententiam respectu bonorum patrimonialium indistinctè probarunt *Ioan. Andr. in Rubr. sub nu. 4. vers. ergo Presbyter, Ancher. num. 1. Butr. sub num. 6. vers. & necesse est, Hostien. num. 4. Cardin. sub num. 2. vers. sufficit autem, Prapos. sub num. 4. vers. ex cuius dicto de cognat. Legal.* hoc idem docuerunt in *cap. 1. eod tit. Abb. num. 4 Alex. de Neuo num. 21.* & alij passim, *Stephan. de Gaeta, in repetitione can. ad limina, nu 402. 30. quæst. 1.* & post Summistas omnes, quos congerit, tradit etiam *Sanchez. de matrim. lib. 7. disputat. 63. in princ. sub nu. 3 vers. hinc fit Sacerdotem, Rolandin. in tract. de testam. Rubr. 12. nu. 15. Ruin. in præcita. cons. 167. n. 1. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 9. num. 32.* & hanc sententiam veriorem esse, scribit etiam *Mandos. de Signat. grat. §. adoptandi indultum, in 2. col. vers. Clericus in Sacris.*

Quod intelligo, dummodo, si agatur de adrogatione, accedat auctoritas Papæ, si verò de adoptione simplici, auctoritas Magistratus Ecclesiastici, vt late per *Ruin. eod. cons. 167. num. 2.* licèt hoc casu non exigatur alicuius citatio, vt post multos scribit *Sebraaer. ad institut. par. 1. super tit. 11. de adopt. num. 7.*

Si autem agatur de filio illegitimo, pariter non erit deflectẽdum à perpetuo intuitu præmissæ ra-
188 tionis; Vndè quemadmodum si tractatur † de eodem beneficio, maximè tunc vrget præmissa prohibitio, & illius ratio, vt sunt textus clari in *cap. 2. 3. & 4. eod. tit. de fil. Presbyt.* ita si beneficia
189 sint diuersa, cũ cesset ratio, † cessat etiam præmissa prohibitio, præterquàm si sint in eadem Ecclesia, vt longè scilicet arceatur memoria illa, iuxta mentem Concilij, vt latè deducit *Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 9. sub num. 11. vers. quinimò non*
190 *solum à successione*; & multo † magis, si tale sit beneficiũ quod in seruitio altaris participet cum beneficio Patris, quod in indiuiduo decidit *text. in præalleg. cap. cum decorem, de fil. Presbyt.* sic enim potest facilè contingere, vt illegitimus filius, in altaris officio, impudico Patri ministret, in quo vnigenitus Dei filius æterno Patri, pro salute humani generis victimatur, quod admodum probrosum, & indecorum est, vt probat textus,
191 idem. Addũntque scribentes † ratione practicam, quià scilicèt videntes poterunt dicere, *ecce Bastardus iste ministrat Patri suo*, & sic continget Ecclesiam diffamari, & etiam forsitan propter hoc vitabunt Ecclesiam, & à diuinis officijs retrahentur, vt penè his verbis *in eod. cap. cum decorem*, scribunt *Hostien. num. 1. Butr. num. 6. Abb. circa fin. vers. quæro in quo est dedecus, & alij passim.*

Hæc verò ratio, & in consequens dispositio Ca-
192 nonis non pertinet ad filios legitimè natos, † quã tumcunquè Glossa *in d. c. ad hæc, in verb. illegitimi*, videatur super hoc hæsisse, per *text. in cap. ad abolendam eod. tit.* nam *text.* ille loquitur de illegitimis, quidquid ibidem *gloss. in verb. maximè spurij*, titubauerit, quemadmodum ibi censuerunt *Hostien. num. 1. & 2. Abb. sub nu. 1.* & ferè omnes alij, quos retulit, & sequutus fuit *Calder. cons. vn. num. 3. eod. tit.* vbi respondit, impetrantem Canonicatum, in Ecclesia in qua Pater habet alium Canonicatum, ni sibi obstet illegitimitas, non teneri de hac circunstantia facere mentionem, quod etiam probauit *Rebuff. in præcitat. tit. de dispensat. super defect. natal. num. 39.*

Et è conuerso, medietas personæ, quæ est apta
193 impedire † in filio legitimo, vt dictum est, speciem hæreditariæ successionis, eadem non valet in filio illegitimo impedire refricationem memoriæ incontinentiæ, adeoquè turpitudinis paternæ; ac propterea, nec poterit obtinere beneficium illegitimus, quod Pater semel habuit, quod videtur satis etiam probari, per *text. in cap. 3. eod. tit.* & docent in *præcitato cap. ex transmissa, Butr. nu. 7. & Abb. sub num. 6. vers. oppono secundo*; & quamuis super hoc olim non haberemus textum adeo clarum, tamen hodiè de hoc non est dubitandum,

propter

propter expressam dispositionem Concilij in superius relato c. 15. prout illud expendit *Marol. d.cap.9 sub. num.11.*& remouerat prius etiam disputationem omnem constitutio *Clem. VIII. qua incip. ad Canonum Conditorem*, & est 30. de qua suprà loquuti fuimus,ibi, *eorum Patres in titulum, vel commendam, aut administrationem, ad tempus, seu in perpetuum aliquando obtinuerunt,nullo vnquam tempore quoquo modo obtinere possint, nec cum eis super hoc dispensare intendimus*, prout ex his verbis id ipsum colligit *Rebuff. loco proximè cita.num.24.Azor.moral.instit.tom.2.lib.6.cap.4.q.15. vers. praterea*.

194 Nec pariter cessabit eadem † ratio,& in consequens eadem prohibitio, si Pater illegitimus velit succedere filio illegitimo, in eodem tamen beneficio: quidquid enim sit, cùm agitur de successione in diuerso beneficio, quantumcunque consistente in eadem Ecclesia, in qua Filius aliud obtinebat, vt in his terminis loquitur, & benè procedit *Seraph. decis. 1442. superius alleg.* attamē vbi agitur de eodemmet Beneficio, videtur intrare,vt dixi,ratio prohibitionis: nam memoria illa paternæ incontinentiæ, non excitatur ex persona filij, sed ex facto successionis, licèt postea excita-
195 ta conseruetur in persona filij, qui dum † viuus est,dicitur testis paternæ incontinentiæ,vt ait *tex. in can.priusquam*, qui in ordine est *4. distin. 28.* seu argumentum eiusdem incontinentiæ gradiens super terram, vt ait *gloss. in can.proposuisti, distin. 82.* atque nuncius impudici Patris, vt loquitur *Hostien.in praecita.cap cum decorem,sub num. 1. ad fin.vers. sic ergò impudens filius, & num. 2. Seraph.d.decis.1442. num.10.*

Et propterea, eodem modo quo semel excitata ex facto successionis,conseruatur in persona filij successoris, nihil est,quin in conuerso casu,conseruetur in Patre; neque enim minus obseruabunt Mortales, Patrem obtinere beneficium quod obtinebat illegitimus filius, quàm obseruaturi essent filium successisse in Beneficio quod obtinebat im-
196 pudicus Pater, imò † magis, vt rariùs, *gloss. in can legimus 9.sed dices,distinct. 93.* vbi autem fuerit hæc memoria excitata, non video,cur eadē æquè non conseruetur in persona eiusdem Patris,
197 vi naturalis relationis quæ † est inter Patrem, & filium,vt admittit eadem *Seraph.decis.1442. n.2.* quæ tamen *sub num.* 12. non videtur satisfacere huic fundamento, dum præsupponit rationem exclusionis æqualitèr non conuenire vtrique relatiuo;nam ista inæqualitas rationis potest quidem admitti vbi beneficium est diuersum, quia tūc nec datur terminus habilis, vt excitetur memoria, at minimè vbi agitur de eodem beneficio, vndè & hoc casu videtur ratio hæc æqualitèr procedere, tàm in Patre, quàm in filio, vt similitèr admittit *Seraph.eod.loco num.5.*

Quod verò asseritur,nullam extare expressam prohibitionem in hoc casu, & materiā esse exorbitantem,vt post *Ioan Andr.in eod.cap. ex transmissa*,notarunt *Abb.sub num.3.vers.puto veram, & Butr.num.11.* non videtur stringere,quià cum
198 eadem militet † ratio,vt suprà dixi,sit interpretatio intensiua, non autē extensiua, *l. bis solis, C. de reuocan.donat.cum simil.adauctis per Paris cons. 32.num.97. lib.1.& cons. 47. num.21. lib.3.*

Nec verum est,nos versari in dispositione exor-
199 bitanti,cùm † ea demū dicatur dispositio exorbitans,quæ inducit aliquid in specie contra id quod iure antiquo dispositum fuerat in genere,vt docet *Crot.in repetit. l.omnes Populi,n.193.de iustit.et iur.*cum alijs per *Menoch.de recuperan.possess.remed. 14. num. 13.*& quando etiam materia esset exorbitans, adhuc procederet argumentatio
200 ab † identitate rationis,*Alex.cons.89.n.6.lib.6.* & licet aliqui contrarium docuerint, tamen satis constat, eos minus propriè accepisse materiam exorbitantem, vt apertè scribit *Rip. in l. si constante num.78.ff.soluto matrimonio*; Vnde *Crot. vbi suprà*, dixit, in istis terminis sæpè errari.

201 Quinimò etiam † in pœnalibus, & odiosis admitti interpretationem intensiuam ex identitate rationis, docuit *Ias. in l. cum quidam nu. 29. & 30. de liber. & Posthum.*

Et ex his videtur etiam euitari, quod in eadem *Seraph.decis.1442.num 8.* dicitur, verba decreti *Concilij,d.sess 25.cap.15.*ita esse concepta,vt non possint vllo pacto conuenire parentibus,eo quod, si ad arcendam memoriam paternæ incontinentiæ,(vt loquitur dictum decretum) filij excludantur, nullo modo possint arceri parentes ipsi, in quibus non cadit (vt ita loquar) passio hæc,vt per eorum successionem arguatur incontinentia parentum, cùm possint esse nati ex legitimo matrimonio, nam vt admittamus, verba dispositiua dicti decreti,non videri apta comprehendere casum successionis patris.quem vt minus cōtingibilem, exprimere non fuit necesse,*l.quoniam.ff.de legib.* ita ratio eiusdem decreti optimè eundem casum complectitur; Quamuis enim in id sit restricta, *vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo consecratis, quos maximè puritas,sanctitasque decet, longissimè arceatur*; attamen,vt eadem memoria
202 excitatur ex facto † successionis in persona filij, in quo posteà conseruatur, ita excitatur ex facto successionis ipsius Patris,& in eius persona semel excitata,perpetuò conseruatur, vt superius dictū est, vi correlationis perpetuæ inter Patrem, & fi-
203 lium; in correlatiuis † enim, hoc iure perpetuò vtimur, vt quod in vno est prohibitum, censeatur etiam prohibitum in altero, *Ias.in l.vlt num.15. C. de indict. viduit. tollen. cum simil. add. per Menoch.cons.36.num.10.& 11.Surd. cons.201. num.3.& cons.208. num 4.*

Neque huic fundamento videtur satisfacere dicta decisio,quod argumentatio hæc non proce-
204 dat,vbi in vno ex correlatiuis † maior inest ratio, quàm in altero, *l.2.de his quibus,vt indignis, cū add.per Surd.cons.292. num.13.*maior autem videatur ratio in filio, quàm in Patre, ex quo filius, dum viuit, dicitur argumentum ambulans incontinentiæ patris illegitimi,vt suprà dictū est, quod non videtur applicari personæ ipsius Patris, ex *doctr. Abb.in supracita. cap. cum decorem ad fin. de fil. Presbyt.* vt ita ratiocinatur eadem decisio *ex n.9.ad 13.*Nam *Abb.in d.cap. ad decorem* hoc

non

non dicit, & loquitur de scandalo, quod potest oriri in populo, dum adstantes, & videntes filium illegitimum ministrare Patri in altari, facillimè dicturi sunt, *Ecce Bastardus iste ministrat Patri suo*, & sic loquitur in diuerso casu, & in diuerso modo excitandi memoriam paternæ incontinentiæ; sed hinc non sequitur, quin excitetur eadem memoria ex facto successionis, & melius etiam non conseruetur in persona eiusdem Patris: quia eo modo, quo videns filium, recordatur Patris, ita recordabitur filij illegitimi, adeoquè immunditiæ ipsius Patris, habito intuitu ad factum illud successionis, quod dicitur factum durans, & perma-
205 nens: Regula enim † correlatiuorum, maximè procedit respectu eiusdem actus, vt delarat *Menoch. consf. 1192. num. 18*.

206 Atque ita in hac † sententia perpetuò persisterem, nisi ageretur de diuerso beneficio in eadem Ecclesia, in quibus terminis facta est *d. Seraph. decis.* & ad hos terminos videntur restringenda tradita per *Rebuff. in pracitat. tit. de dispensat. super defect. natal.* & fusius per *Garz. de Benef. par. 7. cap. 3. num. 28* Quæ scripta sint, salua saniori sententia sacræ Congregationis super Concilio, ad quam magis pertinet supradicti decreti interpretatio.

207 Ex eisdem sequitur, † cessare hanc eandem rationem, & in consequens prohibitionem, respectu personæ nepotis legitimi, ex illegitimo filio, in quo refertur continentia paterna, nèc consideratur incontinentia Auita, vt in simili dicimus, si Senator ducat in Vxorem filiam alicuius, qui exercuetit artem ludicram, excitari memoriam in persona filiæ de arte illa ludicra, quam exercuit Pater, at si duxerit neptem ex filio, qui eandem artem non etiam exercuerit, minimè excitari memoriam huiusmodi, quominùs cum ea possit Senator matrimonium contrahere, vt est *text. in l. lege Iulia. §. hoc capite, ff. de rit. nupt.* & hoc simili vsa est glossa, quæ hanc sententiam probat in *can. Presbyterorum, in verb. filios, 56. distinct.* & ita practicari testatur *Gambar. de offic. leg. lib. 7. nu. 313.* quem refert, & sequitur *Spino, de testamen. glo. 4. ex num. 23.* vbi respondet omnibus contrariis, *Sayr. in thesauro lib. 6. c. 10. sub n. 46. ad fin.*

Et licèt aliqui distinguant, an adhuc viuat Pater, vel mortuus sit, superstite auo, vt priori casu nepos admittatur, secus verò secundo, vt distinguunt *Henric. Boic. in pracita. cap. ad extirpandas num. 2. & Bellam. in d. cap. cx transmissa num. 3* tamen idem *Bellam.* per rationem hanc ductã à simili, de matrimonio Senatoris, indistinctè hanc opinionem post alios tenuit, & latissimè defendit in *eod. cap. ad extirpandas, num. 3.* prout etiam facit *Ancher. in vers. quarti glossa*, & hanc sententiam tanquam magis communem, & magis iuri cõsonam, contra *Butr. & Abb. in eod. cap. ad extirpandas*, neruosè tutatus est *Nauarr. consf. 9. de fil. Presbyt.* & probanit *Rota sub die 12. Febr. 1574 corã Rubeo*. vt in decisione ipsa impressa per *Nauar. sub eod. tit. loco cõsily 10.* & apud *Seraph. d. decis. 1442. num. 11.* nouissimè Stephanus *Gratia. forens. disceps. cap. 397. num. 6.*

Vt propterea non sit curandum de auctoritate illorum, quibus contrarium visum fuit, quos retulit, & sequutus fuit *Rebuff. loco proximè citato num. 25.* licèt *Garz. d. par. 7. cap. 3. num. 24.* inseruerit quandam resolutionem Sacræ congregationis, per quam videtur ex mente Concilij magis approbari supradicta distinctio, in qua nihilominus admittitur contrarium esse de iure verius, quod etiam latissimè probat *Sayr. in appendice ad decis. vlt. sub eod. tit. de fil. Presbyt.*

208 Ex eisdem etiam sequitur, qualitèr † accipiendum sit, quod tradit *Rebuff. in pracita. tit. de dispensat. super defect. natal. num. 16.* videlicet prohibitionem hanc procedere, siuè beneficia conferantur in titulum, siuè in commendam, vt scilicèt intelligatur de commenda perpetua, non autem de temporali, & ad nutum amouibili, cum etiam
209 per † hanc non acquiratur ius in re, nèc ad rem, nèc Commendatarius faciat fructus suos, sed habeat administrationem simpliciter tãquam merus procurator, *Rota de praben. in antiquior. decis. 1. num. 2. & 3. Gonzal. ad Regul. de mens. gloss. 5. §. 8. ex nu. 35.* vix enim est, vt verba, aut mens præmissæ dispositionis huic temporariæ commendæ possint applicari, quod videtur etiam animaduertisse *Sayr.* qui facit hanc eandem distinctionem *decis. 5. eod. tit. de fil. Presbyt.*

210 Quemadmodum hac † ipsa ratione non intraret prohibitio, si beneficium mutasset speciem, veluti cùm Portio erecta est in Canonicatum, *Achil. decis. 1. num. 3. de fil. Presbyt. Gonzal. d. gloss. 5. in
211 princ. sub num. 33.* A quo † tamen est cauendum, dum ibi scripsit, si post patrem illegitimũ, aliquis tertius possederit beneficium per triginta annos, non impediri filium illegitimum huic tertio succedere, quasi videatur ita extincta, lapsu tãti temporis, memoria incontinentiæ paternæ, vt ea non possit excitari ex facto successionis; nam Doctores per eum citati hoc non dicunt, nequè vlla subest ratio pro hac sententia sustinenda.

Quemadmodum verò superiùs diximus, religionis ingressum, vtcũquè abstergere defectum natalium, ea potissima ratione, quòd iam esset in illegitimo præsumptio imitationis paternæ incontinentiæ,
212 nentiæ, † propter votum castitatis, vt considerat *Socin. in cap. ad audientiam num. 430. de homicid. Mandos. de Signat. grat. de dispensat. super defect. natal. in vlt. colum. vers. quaro aliquis*,
213 præterquàm † si agatur de Prælatura, aut cura animarum, vt suprà diximus, & docuit *Butr. in*
214 *Iapeesta. cap. 1. num. 13. de fil Presbyt.* itá † hoc idem erit seruandum in Moniali, quidquid visum fuerit in contrarium Mandosio, *loco praallegato ad fin. vers. quid autem dicemus*, motus enim fuit auctoritate Glossæ *in cap. indemnitatibus, §. sané, in verb. Canonica, de electio. in 6.* quæ potiùs probat oppositum: nequè enim dubitauit ibi *gloss.* vtrum illegitima, sine dispensatione possit esse monialis, sed an postquam est professa, possit eligi in Abbatissam, & sic ad Prælationem, in eisdemque terminis loquuntur ibi doctores, præsertim verò *Gemin. num. 7. & Felyn. in cap. mitminimus num. 4. de accusat.* vbi amplius concludit

cludit, nèc hoc casu, cum tali illegitima Episcopum posse dispensare.

215 Præter verò † Mandosium vbi suprà, de hac dispensatione latè agunt *Nauar. consil. 6. eod. tit. de fil. presbyt. Rebuff. loco proximè cit. ex n. 66. Maiol. in d. tract. de irregular. lib. 1. cap. 10.*

Satis igitur ex præmissis constat, qualitèr constitui possit legitimitas, vel illegitimitas; superest nunc videre, quomodò cùm de hoc defectu obijcitur, incumbitquè onus probandi ipsi prouiso, legitimitas probanda sit; & mox videre, qualitèr quando onus probandi obiectum incombit obijcienti, probetur illegitimitas; ac tandem qualitèr obiectus idem, vtcunquè probatus, repellatur; vbi ergo onus id ad prouisum pertinet, duo sunt distinguendi casus.

216 Prior est, quodò filius est in possessione † seu quasi, & tunc pro probatione videtur sufficere hæc quasi possessio. Ratio est, quia vbi primæuus naturæ status non repugnat, huiusmodi quasi possessio, operatur vt dicatur probatus status, sic enim dicimus, eum qui in possessione ingenuitatis est, si libertinus dicatur, hoc probare eum debere qui controuersiam mouet, non ipsum possessorem, vt respondit *Vlpian. in l. circa eum, ff. de probat.* Etenim tunc intrat de plano Regula,

217 qua dicimus † quamlibet rem iudicari secundum præsentem statum, iuxta theoricam *Bar. in l. si prius, num. 18. ff. de nou. oper. nunciat. & benè* faciunt quæ docuit *Dec. in l. si emancipati nu. 4. C. de collat & diximus suprà quæst. 43. num. 78. & 79.* hancquè sententiam, quod hæc quasi possessio sufficiat, post eos quos allegat, probauit *Menoch. de præsumpt. l. 6. præsumpt. 54. n. 31.*

Difficultatem tamen facit, quòd iste nõ sit mo-

218 dus probandi, sed præsumendi, præsumptio † autè non suffragetur vbi requiritur probatio, *l. Lucius Titius, 82. vbi glo. & scribentes*, præsertim verò *Cuman. n. 3. ff. de condit. & demonstrat. Achill. de c. 1. de probat.* & benè videtur distingui per *tex. præalleg. l. circa eum*, vbi quatenus possessor instat pronunciari super statu ingenuitatis, exigitur ingenuitatis iustificatio, nèc sola possessio ei ad hunc effectum suffragatur, sed quatenus Rei & possessoris vicem sustinet, onus probandi libertinitatem, actori incumbit, & diximus *ead. quæst. 43. num. 80.*

Est itaquè aduertendum, si quis impeteret prouisionem iam executam, allegando ex hoc capite illius nullitatem, vtiquè ad eum onus probandi pertinere, sed si prouisus ipse ageret pro

219 executione, secus; & in simili dicimus, † si quis agat tanquam filius legitimus, debere probare se legitimum, per modos, qui licet non concludant matrimonium de iure, illud tamen concludant de facto, vt elegantissimè *Abb. in cap. peruenit sub num. 4. vers. & vt habeatur, qui fil. sint legit.* vbi assignat tres modos; videlicet si doceatur parentes suos contraxisse publicè matrimonium, si extet communis opinio vicinorum, eosdem fuisse maritum, & vxorem, & deniquè si probetur, eosdem se ad inuicem tractasse, vt communitè tractari consueuerunt maritus, & vxor:

qui sanè modi, non pertinent ad probationem possessionis status legitimatis simplicitèr, sed ad probationem matrimonij, & sic ad causam efficientem ipsius legitimitatis.

220 Puto nihilominus, veram supradictã † propositionẽ, per expressam doctrinã *Archid. in c. presbyter sub num. 1. vers. super hoc dicebat magister meus, 78. distinct.* vbi auctoritate Ioannis de Cæsceno magistri sui, decidit, Electum petentem confirmationẽ, si sibi obijciatur illegitimitas, teneri probare legitimitatem, nisi sit in quasi possessione legitimæ filiationis; & sic vult, haoc possessionem æquipollere probationi, vt firmauimus satis abundè in *d. quæst. 43. n. 44.*

221 Nequè obstat, id potius † pertinere ad præsumptionem, quàm ad probationem, quià sat est præsumptionẽ in hoc æquipollere veræ probationi; & decisio Cæs. de Graff. procedit, vbi exigitur vera probatio, vt benè etiã declarant scribentes, præcipuè vero *Bar. num. 1. & Cuman. num. 3. & 4. in præalleg. l. Lucius Titius, de cond. & demonstrat.* Et itã respõdetur ad *text. in d. l. circa*, dum vult, id non sufficere, pro obtinenda sententia super statu; quià hoc cõcedimus, sed ad quæstionem nostram non facit, in qua non agitur de Canonizatione status, sed de exequenda gratia, & sic quæritur de statu non principalitèr, sed incidentèr tantum.

Ad doctrinam verò *Abb. in d. cap. peruenit*, facilis est responsio, vt ea procedat, nisi probetur

222 hæc quasi possessio. Aduertas tamen † circa deductionem hanc, nè decipiaris, terminos procolcans, quod multi, magni etiam nominis, fecerunt; Etenim quæ in hanc rem congessit Menochius *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 54. & num. 33*, non

223 satis fida sunt. Nam quod ipse † cum nonnullis modernis, primum hanc quasi possessionem deducit ex nominatione parentum, in iure non probatur, & contrarium expressè voluit *Bal. cons. 180, num. 2. lib 3.* Et quæ per eum adducuntur ex doctrina *Bartoli in §. ad hoc, num. 2. authen. vt liceat matri, & Auia*, non pertinent ad simplicem denominationem, sed ad certam nuncupationem, factam secundum formam d. authẽticæ, ex qua, non quasi possessio, sed præsumptio iuris, & de iure inducitur, vt Bartolus ibi ait, & sic ad aliã probationis speciẽ. Atquè itã frustratoria videri potest ea quæstio, an sit necessaria vtriusque, aut vnius tantum ex parentibus nominatio, & confessio, de qua post *Nattam, ibi ipse Menoch. agit, sub num. 35.* de qua re inferiùs agetur. Sic etiam cohabitationem parentum, & alia huiusmodi ad præsumendum matrimonium, indequè deducendam legitimitatem, non ad probandam legitimitatis quasi possessionem, referri oportuit.

224 Vndè fit, tunc † dici probatam quasi possessionem, quandò constat filio aliquid contigisse, quod alitèr non potetat ei contigere citra legitimitatem, siuè a pareotibus, siuè ab alijs: ideoquè sola nominatio parentum huic rei non inseruit, nisi concurrat tractatus tanquam de filio legitimo, vt per *Bal. vbi suprà*, qui docet, quomodò sit deducendus tractatus huiusmodi, itavt solus non sufficiat, nisi concurrant aliqua præcedeotia,

vtputa

vtputa quod sit natus domi, vel extra domum, vtcũquè commorans, esset tamen solitus accedere ad eam, aut alia huiusmodi, quæ rem verisimilem, secundum communitèr accidentia, constituant, ita ibi *Bal. nu. 3.* & sic est accipienda *Verall. decis. 150. n. 6. & per to. par. 2.* Simile est, si tanquam talis adiuit paternam hæreditatem: Item si officium, vel munus aliquod consequutus sit, ad quod tantum legitimi, de iure communi, vel speciali admittuntur, ex his enim dicetur adeptus possessionem hanc legitimitatis, argumento *cap. innotuit, de electio. Mascar. de probat. conclus. 882. num. 9. Galiau. in rubric. sub num. 161. vers. vnde hoc casu, de verb. oblig.* & in hoc benè loquutus fuit *Menoch. vbi suprà num. 37 & 38.* & licèt *Gozad. et Paris.* per ipsum
225 allegati, loquantur de possessione filiationis, † non autem de possessione legitimitatis; licèt & simplex filiatio, itidē ex huiusmodi statu, & quasi possessio. ne iustificetur, *Mant. decis. 592. n. 4.* qui tamen
226 termini sunt longè diuersi, nisi dicamus † probara quasi possessione filiationis, intelligi de legitima, vt voluit *Dec.* loquendo in terminis quæstionis nostræ, *cons. 54. sub num. 2. vers. & cum sit in quasi possessione.*

Et hæc etiam eo casu procedere existimarem, quo proponeretur, cum tali potuisse dispensari,
227 cùm in dubio, effectus † rei, ad causam naturalem, non autem ad accidentalem referri debeat, vt minus noceat, & è conuerso, vt declarat *Ioann. de Imol. cons. 35. sub num. 7. vers. & primo.*

Similitèr, ad acquisitionẽ quasi possessionis huius, pertinet publica vox; & fama, nec enim est
228 noui, vt fama † constituat aliquem in possessione alicuius qualitatis, vtputa libertatis, seruitutis, aut similiũ, *l. si Mater, C. nè de statu defunct. l. 2. C. si ser. aut lib. ad decur. aspiret, lib. 10.* prout hos textus ità expendit *Bartol. in l. de minore §. plurimum sub num. 30. vers. item dico quod quandoque, de quæstio.*
229 Et hinc videmus, † solam famam constituere aliquem in quasi possessione ingenuitatis, *Bal. in d. l. 2. num. 6.* sequitur *Tiraque. de nobil. cap. 10. sub num. 8. vers. quod & confirmatur*, & in ter-
230 minis nostris de filiatione legitima, † scripsit *Dec. cons. 54. sub num. 3. ad med. & censuit Rota apud Caf. de Graff. decis. 181. num. 2. latè Menoch. d. præsumpt. 54. num. 41. qui plures alios allegat.*

Et ex his confirmatur conclusio nostra, sufficere
231 re hanc quasi possessionem † prouiso, non quia ea verè, & propriè sit veritatis probatio, sed quia æquipolleat, nè vlteriori onere probandi grauetur, sed totum pondus iustificandi contrarium, in eius aduersariũ reijciatur, vt dixit *Bar. in d. §. plurimum*, & in terminis nostris *Aegid. in c. Michael. num. 10. de fil. presbit. Rota apud Caf. de Graff. d. decis. 181. num. 3. optimè Ruin. cons. 228. sub num. 7. vers. tertio etiam respondetur, & num seq. lib. 4.*

Proindequè Bal. *cons. 180. sub num 3. vers. preterea, vbi agitur de successione, lib. 3.* expresse
232 voluit, hanc præsumptionem † non inseruire, si versemur in petitorio, quod etiam probauit post eum *Ale. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 38. ante num. 2. vers. dicit tamen Baldus.*
233 Quemadmodũ etiam † vix inseruiret, si quæstio esset in loco originis, itaut veritas de facili sciri posset, vt benè docuit *Aegid. in d. c. Michael n. 8.*
234 *& 9. de fil. presbyt.* Et si hinc † indè sint testes de fama, attendenda ea est fama, quæ stat pro legitimitate, vt post longam controuersiam fuit resolutum per *Rotam apud Pute. decis. 2. ex n. 1. lib. 3.* & conferunt quæ diximus suprà *quæst. 44. ex num. 89.*

Alter est casus, quandò non est in huiusmodi
235 quasi possessione; Et tunc duæ † sunt opiniones, alij enim contendunt legitimitatem præsumi, quià præsumatur causa efficiens ipsius legitimitatis, idest matrimonium, ad euitandum delictum: Alij verò aiunt, non præsumi, sed probandam esse per causam suam efficientem, idest per matrimonium, & quamuis prior opinio nonnullis dicatur verior, & receptior, vt post alios latè *Menoch. d. quæst. 54. num 20. cum seqq.* non desunt tamen, & fortè etiam vrgentiores rationes, pro alia parte, in qua post longam articuli discussionem *decis. 176.* Rota videatur declinasse *decis. 181. apud Caf. de Graff.* & nouissimè etiam post alios *Surd. cons. 526. num. 4.*
236 Licèt me non lateat, Rotam simplicitèr † tenuisse, præsumptionem hanc illegitimitatis, impetranti, vtpotè fundanti super hoc suam intentionem, non sufficere, in vna *Tirasonen Eleemosynariæ, 31. Feb. 1603. coram Lancellotto*: quod vt puto verum, (maximè propter odibilitatẽ materię,) ità etiam existimo, in alijs casibus verissimam esse eorum sententiam qui existimarunt, vt dictum est, sufficere præsumptiuas probationes:
237 constar enim verè, & realitèr legitimitatem † non posse probari, cùm omnes incerti sint de Patre, *l. Lucius Titius, 82. vbi glos. vlt. ff. de condit. & demonstrat. Hostien. in cap. Michael, num. 2. de fil. Presbyt.* rantùm igitur remanet præsumptiua
238 probatio, quæ † cum fundetur super facto matrimonij, *l. miles, §. defuncto, ff. ad leg. Iul. de adulter.* ea non potest induci, nisi probato matrimonio, & sic facto ex quo deducitur, vt præclarè *Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 11. num. 26.*
239 Dicere autem, † matrimonium præsumi, vt euitetur præsumptio illiciti coitus, ad rem facere non videtur, cùm non agatur de pœna irroganda pro illicito coitu, sed de causa præsumendi, quæ veluti in facto consistens, debet probari, nèc hoc prætextu euitandi delictum induci potest, vt est casus, si benè eius responsi sensus accipiatur *in l. si plagiis, §. in cliuo, ff. ad l. Aquil.*
240 Et quod præsumptio † exclusiua delicti, non admittatur nisi ad fauorem Rei se excusantis, non autem ad fauorem agentis ad aliquod commodum *post gloss. in verb. acquisiti, docuit Bartol. in l. qui iurasse, §. si Pater, num. 4. ff. de iureiuran.* cum alijs per *Mascar. de probat. conclus. 882. n. 6.*
241 Et in terminis præsumptionis † matrimonij, *Dec. in l. si emancipati, sub num 3. vers. non obstat alia ratio*

ratio

ratio, C. de collatio. Galiau. in Rubr. sub. num.
160. vers. nec obstat quod debeat præsumi natus,
ff. de verb. obligat.

Posito ergò, quod non sufficiat huiusmodi præ-
sumptio, sed tequiratur probatio matrimonij, &
sic causæ efficientis ipsius legitimitatis, est ad-
uertendum cum Menoch. *cons. 490. num. 1.* sicuti
242 matrimonium † est triplex, verum, præsumptum,
& putatiuum, ita eum qui hoc onere probandi
grauatur, posse nedum probare matrimonium
verum, aut putatiuum (quod hoc casu sufficit) per
testes, qui interfuerint celebrationi matrimonij,
aut per instrumenta desuper confecta, vt suprà di-
243 ximus, sed etiam præsumptiuè, nam † cum non
agatur de fœdere matrimonij, inter ipsos coniu-
ges, sed de matrimonio, per modum causæ, eius
quæstio dicitur incidens, vndè coniecturales, &
præsumptiuæ probationes sufficiunt, ita *Gemin.*
cons. 27. vers. quandoquè agitur de hereditate,
sequitur Menoch. d. cons. 490. num. 2. & 3. & su-
periùs etiam probauimus.

Primum itaquè, licet cohabitatio non præsu-
244 matur † matrimonialis, si simpliciter de matri-
monio quæratur, idquè propter animæ pericu-
lum, *can. 1. vbi gloss. in verb. contubernia, 30.*
quæstio. 5. gloss. in cap. illud in verb. vxorem
245 *ex. de præsumpt.* tamen si de hoc † quæratur
ad effectum successionis, & legitimitatis prolis,
ea præsumetur matrimonialis, indequè satis di-
cetur constare de matrimonio, *Abb. in cap. lator*
sub num. 6. ver. ex quo infertur qui fil. sint.
legit. quem sequitur *Felin. in cap. per tuas,*
sub num. 17. ad fin. vers. septimo nota de pro-
batien. Dec. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ
num. 139. secundum moderniorem impressio-
nem, de constitut. & in l. nuptias num. 4. de
regul. Iur. & consil. 153. num. 2. Paris. con-
sil. 13. num. 22. lib. 2. & decis. 2. num. 3. lib.
3. cum alijs per Menoch. d. consil. 490. num. 9.

246 Neque tamen † circa hanc cohabitatio-
nem, ea omnia debent concurrere quæ ex Di-
daco retulit *Menoch. ibidem num. 10.* & ante
eum *gloss. in dict. cap. 1. in verb. contuber-*
nia, 30. quæst. 5. nam talis concursus exigi-
tur duntaxat, Si de fœdere agatur; voluntquè
prædicti, ex cohabitatione decennali præsumi
matrimonium respectu ipsorum cohabitantium,
& ita loquitur *gloss. præallegat.* & ita etiam re-
ipsum declarat *Didac. in epit. de matrimon. in*
2. par. cap. 1. sub num. 5. vers. verum si hec, at re-
spectu legitimitatis prolis sufficere simplicem co-
habitationem, constat *ex Abb. Fel. Dec. & alijs*
præallegatis.

247 Quamuis existimem, etiam ad effectum † istum
legitimitatis, cohabitationem non qualemcun-
què sufficere, sed diutinam idest saltim decem
annorum, cum Didaco *vbi supra, ad fin. vers.*
ego verò, atquè ita cautus sit causæ Patronus
in eam articulando, si enim diuturna non esset,
tunc exigerentur alia adminicula, vt rectè censuit
Rum. consil. 128. sub num. 6. & si forte dica-
tur, lib. 1.

Et hinc dicas, ex simplici traductione ad do-
248 mum, † matrimonium non præsumi, nisi præces-
serint sponsalia de futuro, *l. quæsitum, ff. de spon-*
sal. quem tex. ita intelligit Arebid. in cap. vn. sub
num. 3. vers. modum alium, de desponsf. impub.
249 *in 6.* atquè ita etiam † intelligas cum grano salis,
quæ ibidem ibi subdit, præsumi matrimonium
ex attentatione, & rursus ex subarrhatione, vt
videlicet quod de attentatione dicitur, procedat
iuxta terminos *cap. attestationes ex. eodem titu-*
lo de despon. impub. & quod de subarrhatione,
iuxta terminos *cap. tenor, extra de re iudic.* quæ
omnia etiam ita accepit *Ale. de præsumpt. reg. 3.*
præsumpt. 38. num 1.

Secunda præsumptiua affertur probatio, si vi-
250 delicet † probetur, parentes, se ad inuicem con-
iuges nominasse, in quam rem multi adducuntur
per *Menoch. d. consil. 490. num. 11.* præcipuè
verò hoc censuit *Dec. consil. 153. num. 3.* Monen-
turquè primò ex dictis *Innoc. in cap. ex parte,*
de restit. spol. verùm si benè aduertatur, *Innocen.*
hoc non probat, etenim *sub num. 4. post med.*
vers. licet forte, hoc quidem dicit, sed dubitatiuè
per verbum *fortè,* & adducit *text. in cap. trans-*
missa, & cap. lator, qui fil. sint legit. qui in
primo nil ad rem, in secundo loquitur de nun-
cupatione facta in testamento, de qua infrà, &
251 *sub num. 5. vers. nec valet,* expressè † ait, *nec*
valet si dicat, quod vocabat eam vxorem, quia
per talem possessionem non quæritur possessio ma-
trimonialis, quia sæpè adulteri, vt cooperiant
peccatum, dicunt, vel nominant se coniuges: hæc
ille.

Secundò monentur ex doctrina *Abb. in d. cap.*
Lator, qui fil. sint legit. Sed etiam perperam,
quia *Abb. ibi sub num. 6.* tantùm inquit, respectu
252 ipsorum † parentum, ex sola cohabitatione, po-
tiùs præsumi stuprum, respectu verò filiorum
præsumi matrimonium, & subdit hæc verba, *&*
satis procedere hoc dictum, si isti vocabant se
coniuges, secundum Innoc. atquè ita ex hac do-
ctrina Abbatis, etiam supposito, quod Inno-
centius dixisset id ad quod per eum allegatur,
non probatur assumptum, quia Abbas considera-
rat concursum cohabitationis pro principali pro-
batione.

253 Tertiò deniquè mouentur † ex doctrina eius-
dem *Abb. in cap. 2. num. 3. de clandestin. desponsf.*
vbi notat ex eo textu, super contractu præce-
dentis matrimonij, debere credi simplici verbo
ipsorum contrahentium, & haberi perinde tale
matrimonium, ac si ab initio in conspectu Ec-
clesiæ fuisset contractum, ex quo subdit *num. 4.*
inferre doctores, prolem natam ante publicatio-
nem, esse censendam legitimam.

Verùm cuiquè rectè intuenti, manifestè patet,
Abbatem loqui de publicatione præcedentis ma-
trimonij clandestini facta per ipsos coniuges ad
formam *cap. 3. eod. titulo,* non autem de simplici
denominatione, de qua nostra est quæstio, se ip-
sum etiam apertiùs declarat ibidem *num. 5. &*
patet ex lectura text. in eod. m cap. 2. & sic etiam

est accipiendus Parisi. in consil. 13. num. 15. lib. 2. dum refert Abbatem in *d. cap. 2.*

254 Quartò affertur per Menochium doctrina † *Archid. in cap. 1. de despons. impub.* verùm relecta tota ea lectura, Archidiaconus ibi hoc non dicit: atquè ideò puto, opinionem hanc non esse veram, nisi vltera denominationem aliud concurrat, & sic inseruire quidem pro adminiculo, vt considerat Abbas, sed non pro probatione, prout solam denominationem parentum, nisi etiam concurrat tractatus tanquam de filio legitimo, non inducere quasi possessionem filiationis legitimæ dixit Baldus *cons. 180. num. 2. lib. 3.*

255 Tertia huius præsumptiuæ † probationis species est, quando pater habens filios ex libera muliere, cum qua non sit prohibitus contrahere, in scriptura publica, aut propria manu confecta, adhibitis tribus testibus, declarat, talem, vel tales, filios suos esse, non adiecta qualitate illa, quod sint naturales, nam tunc perinde est ac si dixisset eos legitimos, implicatquè testimonium istud confessionem præcedentis matrimonij cum tali muliere, quæ ad hunc, de quo agitur, effectum legitimitatis, etiam prodest alijs filijs ex eadem muliere procreatis, tamersi non nominatis, & id expressè disposuit Iustinianus *in §. ad hoc autem, vbi Bar. & alij, authen vt lic. Matri, & Auiæ*, & est etiam Sacris Canonibus receptum, in *cap. per tuas, vbi gloss. in verb. filium appellauit, & Doctores communitèr, qui fil. sint legit.* Et hoc est quod dixit Bartolus *in d. §. ad hoc num. 2.* hanc esse præsumptionem Iuris, & de Iure.

256 Quarta deducitur † præsumptiuæ huius probationis species à tractatu, quando videlicet vir, & mulier sese tractarunt, vt maritus, & vxor: hic verò tractatus, non solum consistit in verbis, videlicet quia se inuicem vocabant maritum, & vxorem, verùm etiam in facto, nempè quia maritus tractabat vxorem honorificè in vestimentis, & alimentis, in mensa, & lecto, vt loquitur *Bal. in l. non ignorat, num. 5. C. de his qui accusare non poss.* & in summa habebat, & tractabat eam tanquam vxorem, vt dixit *Bar.* admonens, vt debeant concipi articuli, *in l. si vxor, §. sed si ea num. 1. ff. ad legem Iul. de adulter.* & in effectu videtur optimè probari per *text. in cap. illud, §. verum de præsumpt.* prout etiam aduertit *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsum. 78. num. 1. vers. numquid autem ex tractatu*, & huius etiam opinionis fuit *Parisi. d. consil. 13. num. 17. lib. 2. Menoch. qui alios adducit cons. 490. ex num. 15.*

257 Articulandi † autem, & comprobandi sunt hoc casu actus conuenientes matrimonio, cùm non sufficiat dicere, talis fuit tractata tanquam vxor: atque ideo *text. in d. cap. illud*, dicit, *in lecto, & in mensa*, & ibi *Felin. nu. 10. & Bal. vbi supra* addidit, *in vestimentis, & alimentis*, ità vt tales actus non sint proportionabiles alijs personis, vt post *Socin. & alios scripsit Paris. d. cons. 13. num. 18. lib. 2.*

258 Quinta deniquè, præsumitur † ex communi voce, & fama super matrimonio, quemadmodum enim suprà diximus, famam, quasi possessionem filiationis legitimæ inducere, ita etiam dicendum est, eam, hanc præsumptiuam probationem matrimonij facere, si super eo probata sit, vt post *Ioann. Andr. scripsit Gemin. preallegat. consil. 27. num. 10.* cum alijs per *Menoch. d. consil. 490. num. 18.* verùm de hoc, vbi requiritur plena probatio, semper dubitarem, nisi fama coadiuuetur, vt per *gloss. in dict. capit. illud in verb. fama loci.* Credo tamen hic eam sufficere, quia etiam

259 vbi † status legitimitatis in dubium est reuocatus, petens sibi adiudicari beneficium, non artatur ad probandam legitimitatem plenè, sed aliqualitèr, & minus plenè, *Aegid. in cap. Michael sub num. 10. vers. tertia conclusio de fil. presbyt.*

Deueniendo nunc ad alteram inspectionem, qualitèr ex parte obijcientis probari possit ille-

260 gitimitas: si per viam † inquisitionis Ordinarius ex officio suo ad amotionem prætensi illegitimi procedat, eo ipso dicetur constare de illegitimitate, quod inquisitus non probat legitimitatem, idquè sat erit pro illius eiectione à beneficio, vt docuit *Aegid. in d. cap. Michael. num. 7. de fil. Presbyt.* vbi docet, quomodo hoc casu sit probanda legitimitas per inquisitum.

261 Neque dicatur, aduersari ea † quæ suprà diximus circa effectum quasi possessionis, quæ satis videtur probata ex eo, quod iam fit admissus ad beneficium, & sic ad actum, ad quem non consueuerunt admitti nisi legitimi. Nam vbi inquirir Ordinarius ex officio, non sufficit quasi possessio, sed potest cogi beneficiatus, ad ostendendum titulum suæ possessionis, idquè fauore Ecclesiæ, *arg. text. in Can. longinquitatis, 12. quæst. 2. gloss. in cap. 1. in verb. obtineri, circa fin. vers. dici potest primam partem, de reg. Iur. in 6. Io. de Anan. in cap. dilecto sub num. 6. ibi, secus verò si petatur ab Episcopo, de præben.* iuxta tamen longam distinctionem quam facit *Abb. in cap. licet Heli, num. 22. 23. & 24. de simon.* & declarationem circa qualitatem tituli quam facit *Lap. allegat. 78. num. 11.* de qua re alibi satis scripsimus.

262 Si verò per viam misti † obiectus per aliquem competitorem; tunc est aduertendum, licèt obiectus iste tangat honorem Ecclesiæ, videaturquè ideo minus odiosus, tamen quia Ecclesia ipsa nihil opponit, adeoquè obiectus, ius aliquod ipsius Ecclesiæ non concernit, sed potiùs commune interesse, hinc non alterari naturam materiæ obiectiuæ, habereque vim accusationis, vndè etiam arctiores probationes requiruntur, ita *Aegid. in d. cap. Michael, num. 6. & 10. vers. tertia conclusio.*

263 Hoc præmisso, duplex † in hac re cadit inspectio. Prior versatur circa eum casum, quando illegitimitas deducitur ex incerta filiatione respectu

ſpectu patris. Altera, quando ex certa: ex incer-
ta verò tunc temporis deducitur, quando perſo-
na matris eſt talis, quæ non potuit legitimè filium
procreaſſe; tunc enim, ſiuè pater ſit certus, ſiuè
incertus, nil refert, cum vtroquè caſu filius ſit il-
legitimus: Exemplum eſt, ſi ex ſanctimuniali filius
natus probetur, eo ipſo illegitimitas dicetur iu-
ſtificata, etiam quod non conſtet, quis fuerit pa-
264 ter, quia † ſic natus, quacunquè res vertatur, di-
citur natus ex complexu nefario, & inceſto; vndè,
nec naturalis dici poteſt, *§. vltima ſiquidem*,
*authen. quib. mo. nat. effic. ſui, Authen. ex com-
plexu, C. de inceſt. nupt.*
265 Item ſi probetur † matrem habuiſſe maritum,
ſed ex eo filium non potuiſſe procreari, aut prop-
ter abſentiam, aut propter infirmitatem, *l. filium
ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur.* de qua re fusè
egimus ſuprà.
266 Item ſi probaretur negatiua hæc † non contra
cti matrimonij per matrem cum aliquo, vel per
confeſſionem ipſius matris, aut quacunquè alia
ratione; nam licèt verum ſit, præſumi legitimum,
qui non eſt diffamatus de illegitimitate, etiam ſi
non ſit in quaſi poſſeſſione legitimitatis, vt pon-
derando *text.* à contrario ſenſu, in *c. accedens, de
purgat. Can. ſcribit Lancellot. Galiau. in repetit.
Rubr. ſub n. 161. verſ. aut verò eſt admittendus,
ff. de verb. obligat.* tamen probata hoc caſu per
267 obiectam negatiua matrimonij, etiam † ex com-
muni opinione, & fama Patriæ, & viciniæ, iuxta
*Aegid. in cap. Michael, ſub num. 10. verſ. quar-
ta concluſio, de fil. Presbyt.* dicetur probata conſe-
quutiua illegitimitas, etiam non iuſtificata filia-
268 tione ex parte patris, cùm ſatis ſit filium † ni-
tum extra matrimonium, *§. quia igitur verſ. le-
gitimi Authen. quibus mo. nat. effic. ſui.*
269 Altera eſt, vbi etiam † ex certa patris filia-
tione illegitimitas deducitur; vtputà quod eſſet
Sacerdos, aut ſacris initiatus; qualitas enim
iſta, licèt non concludat, cùm potuiſſet ante
Sacerdotium, vel ſacros ordines, ex legitima con-
270 iuge liberos, vt multis, & † mihi ipſi (Deo Optimo
Maximo omnia ſuauitèr diſponente) procreaſſe
271 contigit, tamen id ſufficit, vt onus † probandi
transferatur in alium, vt voluit *Rebuff. de di-
ſpenſat. ſuper defect. natal. num. 42.*
272 Quoad modos † iuſtificandi illegitimitatem
hanc, is multiplex aſſignatur per *gloſſ. in d. cap.
Michael, in verb. conſtiterit, & per ſcribentes
ibid. de fil. presbyt.* quos modos cum ſuſiſſimè per-
tractauerit *Bellam. in d. cap. Michael, & ex mo-
dernior. Maſcard. de prob. conc. 788. cum nouem
ſeqq.* ad ipſos Lectorem remitto, nè aliorum la-
bores videar transplantare.
273 Probato igitur per impetrantem † illegiti-
mitatis obiectu, nulla alia prouiſo parata eſt ex-
ceptio; quàm diſpenſationis, de qua, eiuſquè
effectu, ſuprà etiam egimus. Hanc verò, vel pro-
bat verè, oſtendendo literas deſuper obtêtas, aut
274 præſumptè; ſi enim † diu ſteterit in poſſeſſione
beneficij, præſumitur diſpenſatio, cum aliàs non
ſtar veriſimile, eum toleratum fuiſſe per Ordi-

narium, qui ex debito ſui officij tenetur quoli-
bet anno viſitare Eccleſias, & ſic de vita, mori-
bus, & titulo beneficiatorum inquirere, vt ita
conſulendo, ſcripſit *Ancher. conſil. 117. ſub nu.
3. verſ. pro hoc facit præſumptio*, qui licèt lo-
quatur de diutina poſſeſſione, prout ad inducen-
dam præſumptionè diſpenſationis ab irregulari-
rate, cum accepit Rota in cauſa *Aquen. irregu-
laritatis 14. Maij 1607. coram Illuſtriſſimo
Domino Cardinali Caualerio*, tamen conſtar ſuf-
ficere triennium, propter Regulam de triennali,
vt in puncto bis fuiſſe reſolutum in Rota, ſcripſit
*Gomeſ. ad eand. Regul. quæſt. 2. ad fin. &
per tot.*
Præterea, vltra curſum têporis, ſemper concur-
rit præſûptio pro collatione iam exequuta, & fa-
cto exequutoris, vt priùs præceſſerit iuſtificatio ha-
bilitatum, & ſic diſcuſſio legitimitatis, aut certè
ſufficientis diſpenſationis, iuxta ea quæ ſuprà
tradidimus; quæ tamen diſpenſationis præſum-
ptio non intraret contra decretum Concilij de
Reformat. *ſeſſ. 25. cap. 15.* vt ex mente illius
Interpretum declarauit *Rota, in vna Calaguri-
tana Canonicatuum, 1. Iul. 1594. coram bo. mem.
Card. Pamphilio.*
Vt igitur in his impetrationibus ſuaptè natura
odioſis, ſtrictius procedatur, inoluit ſtylus Data-
275 riæ, poſt narratum † natalium defectum adijcien-
di clauſulam hanc, *ſuper quo, cum eo, ſaltim
ſufficientèr, diſpenſatum non eſt.* Circa quam, pri-
mum poteſt probabilirèr dubitari, cui incum-
bat onus probandi, videlicet an prouiſo, quod
ſit ſufficientèr diſpenſatus, an potius impetranti,
quod inſufficienrèr.
Etenim pro impetrante, vt iſtud onus ad pro-
uiſum pertineat, facit Primò, quod impetrans
fundet intentionem ſuam ſuper illegitimitate,
ſimplicitèr, *cap. 1. de fil. presbyter. cum ſimil.*
quod autem extet diſpenſatio, pertinet ad ex-
ceptionem prouiſi; quod verò ea ſit inſuffi-
ciens, pertinet ad replicationem ipſius im-
276 petrantis actoris; Atqui Actor † nuſquàm te-
netur probare ſuam replicationem, niſi priùs
Reus ſuam exceptionem probet; alitèr ſeque-
retur, ipſum teneri probare, exceptionem
Reo non competere, nèc ei ſatis fore ſuam
intentionem iuſtificare, ita *Oldrad. conſil. 229.
ſub num. 3. verſ. præterea ſufficit dare vacatio-
nem, Bellam. deciſ. 76. ſub num. 2. verſ. in
alijs verò*, & fuit dictum in vna *Ilerden Cano-
nicatus 24. Maij 1596. coram Orano.* Inde-
277 què † eſt, quod cum omnis diſpenſatio præſup-
ponat veritatem in contrarium, qui ſimplici-
tèr exhibet inſtrumentum legitimationis, fatea-
tur ſe illegitimum, *Bal. in l. 2. num. 1. C. de iure
aureo. annul.*
Secundò, quia iſta narratiua inſufficientis di-
ſpenſationis, potius tendit ad reddendum diffici-
liorem, quàm faciliorem Principem, in gratia
278 concedenda; Nam tolerabilior † eſt illegitimus,
qui aliquam diſpêſationem ſaltim de facto haber,
quàm qui nullam, ad notata *in l. Barbarius ff.
de of-*

279 *de offic. Prat.* Vndè huiusmodi † narratiua,
non videtur de necessitate iustificanda, *cap. su-
per literis, cum ibi nota. de rescript. Rota in
nou. eod. tit. decis. 25. ante num. 2. benè Aegid.
decis. 4. ex num. 1. & per tot. Cassador. decis. 7.*
280 *de concess. preben.* & Regulam hanc † procede-
re etiam in gratiosis, voluerunt *Innocent. in
cap. postulasti, num. 1. de Rescript. Compostell.
in cap. si proponente, num. 2. eodem tit. Lap.
alleg. 89. num. 6. Felin. in cap. in nostra, num.
19. de rescript. Abb. in d. cap. super literis,
num. 5. & 6.* & latè firmauit *Rota in vna
Coneben. Beneficij 10. Maij 1610. coram Car-
dinali Sacrato*: & est regulare, vt ex pluribus
281 narratis † illud sufficiat iustificasse, quod suffi-
ciebat pro gratia obtinenda, *Achil. decis. 11.
num. 2. & 3. de rescript.* & dixit Rota *in causa
Bononien. Canonicatus 2. Febr. 1593. coram
Cardinali Pamphilio.*

Tertiò, quia etiam supposito quod impetrans
fundet se super dicta negatiua non sufficientis
282 dispensationis, tamen quia versamur in casu † in
quo requiritur scriptura, *Verall. decis. 45. num.
2. par. 3.* ipse non tenetur hanc negatiuam
283 probare, sed istud † onus transfertur in aduersa-
rium, *Abb. in cap. bona, il primo num. 14. ad
fin. vers. fallunt prædicta, de electio. Cassad. decis.
5. num. 3. super Reg.*

284 Quartò, quia illud relatiuum, de quo † in
dicta clausula, ibi, *super quo*, est coniunctum
cum verbo præsentis temporis, ibi, *est*, proinde-
què non importat conditionem, sed simplicem
demonstrationem, *l. si nominatim, vers. in-
ter demonstrationem, ff. de condit. & demon-
strat. Bar. in l. 1. num. 28. eod. titul. Cassad.
decis. 3. num. 12. de præben.* proindeque quod
in dicta clausula exprimitur, consistit in mera
285 negatione, quæ † onus probandi in aduersa-
rium reijcit, *l. 1. cum ibi notat. ff. de excep-
tion.*

At pro prouiso contra impetrantem, vt ad
ipsum imperantem onus istud pertineat, facit.
Primò, quod ista sit narratiua ipsius, vndè succe-
286 dit contra eum regula, quæ † dicimus, omnia
narrata in literis esse iustificanda per impetran
rem, vt tradunt omnes in *cap. 1. præcipuè verò
Ioann. Andr.* qui eum legit sub *tit. de iudic. in
ordine 7. num. 2. & Franch n. 17. de lit. contest.
in 6. & in cap. 2.* vbi præ cæteris *Abb. num. 3.
& Rip. num. 29. extra de rescript. Aym. consil.
104. num. 3. Verall. decis. 240. num. 1. par. 2.
Put decis. 245. num. 1. lib. 1.*

287 Quæ regula procedit, etiamsi narratiua † con-
sistat in mera negatiua, *Gabr. de probat. con-
clus. 6. num. 1.* vbi infinitos congerit, *Rota decis.
9. num. 16. & 17. par. 2. diuer.* & est doctrina
Innocentij, quem alij sequuntur in *cap. super
his, de accusatio.* firmauitquè Rota sæpissimè, vt
refertur *decis. 323 num. 1. par. 2. in recent. & de-
cis. 671. num. 1. par. 4.* & apud *Gregor. decis.
13. num 9. & ibi Beltram. qui alias addit sub
num. 12.*

Quod enim vulgo dicitur, neganti negare suffi-
cere, ex *tex. in l. si ex cautione C. de non nu-
merata pecunia*, accipiendum est de ipso Reo
contra petitorem, vt in his terminis loquitur tex-
tus ille: & propterea neque attenditur quod
factum sit improbabile, quia cum tàm dicat
qui negat, quàm qui affirmat, id imputatur ne-
ganti, ceù negatiuè dicenti, vt per eum textum
notat *Gemin. in cap. 1. num. 3. de confess. in 6. Abb.
in cap. bona mem. il. 1. num. 14. de elect.* cum
alijs per *Gabr. d. conclus. 6. num. 12.* & per *Ma-
scard. concl. 1092. num. 4.* & propterea distin-
ctionem hanc, inter narratiuam conceptam af-
firmatiuè, & narratiuam conceptam negatiuè,
tanquam sophisticam reiecit *Ioan. Andr. in
cap. infamibus, 87. in Mercurial. sub num. 11.
in vlt. col. vers. circa secundum, de regul. iur.
in 6.*

Secundò, quia stante possessione prouisi, præ-
sumptio est pro eo, quod fuerit sufficientèr di-
spensatus, ex Ancherano loco suprà allegato, vbi-
288 cunquè † autem præsumptio est contra negan-
tem, ipse vrgetur ad negatiuæ iustificationem,
*Bart. in l. ei incumbit, sub num 3. vers. & ideo
ad solutionem ff. de probatio. Gabr. præall. concl.
6. num 4. Calder. cons. 8. de probat.*

289 Tertiò, quià in † terminis huius negatiuæ non di-
spensationis, hoc voluit *Parif. cons. 138. n. 2. lib.
4.* vbi ait, nec esse curandum, quod non sit coar-
ctata, atquè ita improbabilis, quia sibi debet im-
putare impetrans qui in ea se fundauit per do-
ctrinam *Innocen. in præcita. cap. super his, ac ac-
cusatio.* Et hac opinione retenta, quæ verissima
est, prout eam probauit Rota apud *Gregor. de-
cis. 242. num. 1. cum seq.* facillimè remouentur
contraria.

290 Primum enim, quòd actori † sufficiat suam
intentionem probare, est verum, quando non de-
duxit aliud, quàm id quod pertinet ad fundandam
suam intentionem de iure, sed hoc non procedit,
quando hoc non contentus, processit vlteriùs, nar-
rando, exceptionem reo non competere, tunc
enim tenetur etiam id probare, *Abb. in cap. 3.
num. 7. de libell. oblat. Cassad. decis. 10. num. 10.
de rescript. Ferret. cons. 53. num. 11. lib. 1.*

291 Secundum, quod illa † narratiua non sit causa
concessionis, nihil facit, quia satis est, quod ve-
niat qualificatiuè ad id quod pro causa concessio-
nis est principaliter narratum: licet itaquè cau-
sa concessionis sit illegitimitas, negari tamen
haud potest, quin quod sit sufficienter dispensata,
vel minus sufficienter, eam qualificet, & sic
vtrumquè est iustificandum, *Rip. in cap. ex parte
num. 65. vbi post alios testatur de communi, de
rescript. addentes ad Rot. decis. 7. num. 2. vers.
hoc est verum, eo. tit. in no.*

292 Tertium, quod negatiua facti † super quo est
necessaria scriptura, non sit probanda per negan-
tem, intelligitur, nisi sit narrata in impetratione,
iuxta prædicta; præterquàm quod Regula non
applicatur hic, vbi non est simpliciter negatum
factum, sed qualitas facti, est enim hæc negatiua
iuris,

iuris, quæ omnino iustificanda est per negantem, iuxta doctrinam *glo.vn.in l. 2. vers. negatiua iuris ff. de probatio. vbi Salice. num. 1.* & alij passim vbiquè tradunt, quos refert, & sequitur *Pacian. de probatio. lib. 1. cap. 36. num. 27. iuncto etiam num. 29.*

Quartum, quod illud relatiuum, de quo in clausula, tanquam relatum ad tempus præsens, non importet conditionem, non facit ad rem, cùm respectu omnium narratorum, qualiacunq; ea sint,
193 subaudiatur semper † generalis conditio rescripti Apostolici, si preces veritate nitantur, *cap. 2. §. verum vbi glos. in verb. conditio, de rescript.*
194 Præter id, quod non † agitur in præsenti quæstione, de effectu conditionis, circa actus suspensionem, quo solo respectu (si ad præsens tempus relata est) potius dicitur naturæ demonstrationis accedere, vt in *l. si nominatim, suprà allegata*, in reliquis verò suam semper naturam seruat, & vera dicitur conditio, vt apertissimè respondit *Papin. in l. cum ad præsens ff. si certum petatur.*

Firmato igitur, quod impetrans teneatur verificare negatiuam hanc non sufficientis dispensationis, videndum est secundo loco, quomodo eam
195 possit verificare? Et sanè constat † eam posse verificari per diligentias, iuxta doctrinam *Bal. in l. 2. sub num. 5. vers. dicit statutum, C. de error. Aduocat Cassad. super regul. decis. 5. num. 5. Veral. decis. 45. p. 3. Achil. decis. 9. num. 4. super reg. de Trien.* & sæpè fuit decisum, in specie verò quæstionis nostræ, apud *Gregor. d. decis. 242.* de quibus diligentijs, idest earum virtute, modo, & forma satis diffusè egimus hoc eodem *lib. q. 46. ex num. 46.* quæ hic minimè sunt rescribenda.
196 Est præterea aduertendum † circa clausulam prædictam. negatiuam minimè probari, si quando exhiberetur dispensatio minus legitima, cùm sit actus iterabilis, siuè exhibeatur per ipsummet Impetratorem qui illam impugnat, *Cresc. decis. 21. num. 2. de probat. Rota decis. 731. num. 20. par.*
197 *1. diuers.* siuè per dispensatum, dummodo † hoc secundo casu non sit benè iustificata illegitimitas, & ipse prouisus excipiat se esse legitimum;
198 cùm enim † sit Reus, potest iuuari, nedum ex diuersis. sed etiã contrarijs exceptionibus, *l. nemo prohibetur, vbi glos. cum l. seq. de except. Rota apud Greg. præalleg. decis. 242. n. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Aetatis prærogatiua, dicitur personalis, & intransmissibilis.*
2 *Aetas, ex lege naturæ, nullam ex annorum numero recipit definitionem.*
3 *Aetas quid sit.*
4 *Aetatis gradus, quinàm, remissiuè.*
5 *Aetas nuptijs constituta.*
6 *Militibus legendis certa ætas definita, prout alijs muneribus & honoribus.*
7 *Aetatem præscribere pro obtinendo quocunquè beneficio, conueniens fuit, & vtile.*
8 *Beneficij collatio, implicat omni legationis.*
9 *Legationis officium exigit certam ætatem.*
10 *Et quæ sit ratio.*
11 *Beneficium simplex, qualitèr æstimetur.*
12 *Aetas septem annorum, inspecto iure communi, sufficit pro obtinendo beneficio simplici.*
13 *Itemquè pro obtinenda Canonia in Ecclesia inferiori à Cathedrali.*
14 *Pueritia, duas habet partes, quæ hic explicantur.*
15 *Puer septem annorum, cur per sacros Canones fuerit habitus pro idoneo ad obtinendum beneficium Ecclesiasticum.*
16 *Puer minor septennio, non est capax clericalis tonsuræ.*
17 *Beneficium, quantumcunq; simplex, hodiè ex dispositione Concilij Tridentini, non potest conferri cuipiam ante annum decimumquartum.*
18 *Nisi alitèr in fundationis limine statutum sit.*
19 *Aetas septennij pro obtinendo beneficio, qua ratione fuerit producta ad decimumquartum.*
20 *Beneficiarius, cùm promouetur, censetur inire matrimonium cum Ecclesia.*
21 *Aetas quatuordecim annorum reputatur discreta.*
22 *Aetas pro obtinendo beneficio simplici, non exigit decimumquartum annum completum.*
23 *Aetas vigintiquinquè annorum exigitur in promouendo ad curata.*
24 *Etiam sola cura iurisdictionali.*
25 *Aetas quæ sit necessaria pro obtinenda dignitate, vel personatu, sine cura.*
26 *Personatus, æquiparatur beneficio curato.*
27 *Quorsum tamen tendat hæc æquiparatio.*
28 *Aetas certa, quanàm hodie præscripta per Sacrum Tridentinum Concilium, Canonicatibus, Portionibus, & dignitatibus Cathedralium.*
29 *Aetas quanàm hodiè singulis ordinibus constituta.*
30 *Aetas quænam exigatur in promouendo ad Episcopatum.*
31 *Aetatis defectus, quandò proponitur per modum obiectus, siuè contra prouisum, siuè contra eius prædecessorem, pro asserenda vacatione,* vt prius, *in articulo cui incumbat onus probandi, perpetuo attenditur, an is cui obijcitur possideat, vel secus.*
32 *Aetas probatur per librum baptismi.*
33 *Item per librum patris.*
34 *Etiam si ipsemet filius diuersam ætatem fuisset professus.*
35 *Aetas quandò probatur per testes, cuius ætatis debeant esse ipsi testes.*
36 *Et quæ in eis sit bona ratio.*
37 *Aetas probari potest per testes singulares.*
38 *Aetas reputatur materia difficilis probationis.*
39 *Aetas, qualitèr dicatur probari per aspectum.*
40 *Aetatis probatio per aspectum, tendit ad verisimile, non ad verum.*
41 *Fitquè per Iudicem detractio, vel adiectio, pro eius arbitrio.*
42 *Aetas probatur ex Iudicis decreto, remissiuè.*
43 *Aetas probata per testes per modum obiectus; admittit probationes per alios testes in contrarium.*
44 *Aetas, probatur testimonio parentum.*
45 *Item parentum spiritualium, qui leuarunt baptizatum*

tizatum à ſacro fonte.
46 *Teſtis domeſticus, non repellitur, ſi tempore examinis deſijt eſſe talis.*
47 *Aetas, probatur per teſtes domeſticos.*

QVÆSTIO XLIX.

Obiectus qualitèr circa ætatem formetur, vel repellatur.



1 ÆTATIS † prærogatiua, perſonæ ita adhæret, vt prorſus ſit intranſmiſſibilis, *Iaſ. in l. is poteſt 18. num.29. de acquiren. hæredit. Dec. conſ. 443. n.21.* cum alijs per *Decian. conſ. 16. n. 30. lib.4. & Surd. conſ. 403. num.42. & 43.*
2 Et ſanè lege † naturæ, nullam ex annorum numero recipit definitionem, niſi iuxta latitudinem,
vt auctoritate Galeni, admonuit *Cuiac. ad l.2. ff. de excuſat.* vndè rectè *Bal. conſ. 19. ſub num.3. lib.5.* pronunciauit, eam nihil aliud eſſe, quàm
temporis menſuram quandam, a natiuitate vſquè
3 † ad obitum decurrentem; longius enim huic,
quàm illi naturalitèr contingit æuum, prout humidi, & calidi, quis magis, vel minus abundat, teſte *Ariſtot. in lib. de diutur. & breuit. vitæ;* Cùm itaquè non omnis actio omni conueniat ætati, opus fuit annorum numerum ætatibus lege hu-
4 mana præſcribi, alijs † quinquè ætatum gradus
conſtituentibus, alijs ſeptem, alijs tres, quos latè explicat *Cuiac. vbi ſuprà.* cui addi poteſt *Mandoſ. in tract de æta. min. cap.1. n.26.*

Atquè ità, ſicuti diuerſis humanis actibus, lex certam ex annorum curſu præſcripſit ætatem,
5 nèc eos antè fieri permittit, vt de † nuptijs ineun-
dis, in *inſtit. de nupt. in princ. in cap.2. cap. continebatur, cap. atteſtationes, & cap. ex literis,*
6 *de deſponſ. impub.* de Militibus legendis, latiſ-
ſimè *Lipſ. de re militar. lib. 1. dial. 2. ad Polyb. ſuper verb. in annis quadraginta ſex, & ad Tacit. lib 1. pag. mihi 31.* ſic de muneribus, & honoribus ſubeundis, ac ſimilibus, de quibus latè *Cuiac. vbi ſuprà, & paſſim doctores.*

7 Ita in prouidendo † de beneficio, certam exquirere ætatem, conueniens fuit & vtile, *Hoseda de benef. incompatibil. par.1. cap.24 n.9.*

8 Vt enim actus hic † conferendi beneficium,
tribuit officium legationis apud Deum Optimum Maximum, ex *Nauarro in relectione cap. ſi quando in 7. except. num. 2. de reſcript.* non
9 ſine ætatis delectu id fieri oportuit, cùm † nec
ante certam ætatem completam, cuiquam legatione fungi apud homines permiſſum a iure ſit, *l. ſciendum, in princ. verſ. ſed & eos ff. de legatio, iuncta l.1. in princ. verſ. initium autem, ff. de poſtulan.*

10 Præ cæteris ſiquidem † qualitatibus, ætas in
Legatis conſpicua eſt, nè aliàs legatio contemnatur, vt apud Liuium, cuius verba retulit *Tiraq. de nobilit. cap.20. num.45.*

Itaquè omiſſa longa quæſtione, quam de his, & alijs latè contexuit *Hosed. præalleg. cap.24. ex num. 10.* In prouidendo de ſimplici beneficio,
11 idest † carente omni iuriſdictione, & adminiſtra-
tione, prout rectè loquitur *Marſil. Columna, de Eccleſiaſt. redit. par.2. cap.14. ex num.1. & per tot.* inſpecta iuris communis diſpoſitione (ni an-
12 nexum ordinem habeat) ſufficit ætas † annorum
ſeptem, ita docuit *Abb. in cap. præterea ſub n.6. verſ. ſi vult promoueri, de ætat. & qual. Fel.* Geminianum ſequutus, *in cap. cum vigeſimum num.10. de offic. deleg.* & in effectu præter Gemin. *id voluit gloſ. in Can. de ijs in verb. infantia 28. diſtinctio. & in cap. ſuper inordinata, in verb. promoueri, de praben.*

13 Quod procedit etiam † in Canonijs inferiorum
Eccleſiarum à Cathedrali, *Abb. vbi ſupra, verſ. in Canonijs autem,* licèt tunc ſic prouiſus, abſtineat à voce, *Archid. in d. can. de ijs.*

Nèc tamen id cuiquam irrationabile videri poteſt, quaſi quod dũ puero legatio committitur,
14 ea efficiatur contemnibilis; † Etenim pueritia
duas habet partes, quarum prior, quæ infantia dicitur, finem accipit anno ſeptimo, altera verò decimoquarto, *Cuiac. ad præcitatam l.2. ff. de excuſatio. & eum ſequuta fuit Rota in recen. par.2. deciſ. 194. num 2.*

15 Sufficit ergò † in iſto Legato ſpirituali apud
Deum, egreſſus ab infantia, quia cùm officium eius legationis, non conſiſtat in qualitate perſonæ, quæ inter homines conſideratur, ſed tantum in ſimplicitate cordis, & in precibus effundendis, eius erit capax puer, dummodò primam pueritiæ partem exegerit, vt enim ait *Cuiac vbi ſupra,* ſeptennio plenè abſoluitur integritas loquendi: infra autem ſeptennium, & ſic infanti nullatenus conferri poteſt beneficium Eccleſiaſticum, quan-
16 tumcunq; ſit ſimplex, cum † talis nec quidem
Clericalis tonſuræ ſit capax, *cap. vlt. vbi gloſ. in verb. infantis de tempor. ordinat. in 6. gloſ. in d. cap. ſuper inordinata, in verb. promoueri, & latè conſuluit Nauarr. de ætat. & qual. conſ. 1. n.1.*

17 Inſpecta verò nouiſſima diſpoſitione † *Concilij
ſeſſ. 23. cap. 6.* nullus clericus, ſeù prima tantùm tonſura initiatus, ſeù etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, ante decimumquartum annum, beneficium Eccleſiaſticum obtinere poteſt, quod etiam notauit *Azor. moral. inſtit. tom. 2. lib. 6. cap 5. in 9. quæſt. Garz. de benef. par. 7. cap.4.*
18 *num 8.* Quod tamen † intelligendum eſt, ni alitèr
per fundatorem laicum, in ipſa fundatione ſtatutum foret, prout reſoluit ſacra Congregatio Interpretum eiuſdem Concilij, quam ſequuta fuit *Rota in præallegata deciſ. 194. num.1. par.2. recen. & diximus in ſuper. lib. quæſt. 32. num.35. & notauit etiam Garz. loco ſuperius allegato.*

19 Cæterùm † ratio, cur in hac parte receſſũ fue-
rit à iure antiquo, ità vt pro obtinendo quouis ſimplici ſeruitio non ſufficiat ſeptennium, vt priùs, ſed neceſſarium ſit attigiſſe decimumquartũ, ea fuiſſe videtur, quià vltra legationis officium, quidpiam in beneficij collatione verſatur, quod maturiorem exigit ætatem, videlicet ſpirituale matri-

20 matrimonium, quod † inter beneficiatum, & Ecclesiam contrahitur, *can. sicut in vnaquaq; vbi gloss. & Doctores, 21. quaest. 2.* in matrimonio verò, non sufficit ætatem infantilem exuisse, sed totam puetitiam euasisse, indeque discretionem superuenisse, vt benè in proposito dixit *gloss. in cap. ex eo 32. in verb. discretione, de electio. in 6.*

21 Hæc † siquidem ætas quatuordecim annorum dicitur discreta, vt notauit *Abb. in praalleg cap. præterea sub num 6. vers. si non habet ordinem*

22 *annexum de atat. & qual.* sufficit † autem decimumquartum annum attigisse, vt post alios tradit *Garz. de Benef. d. cap. 4. num. 11. Eman. Sà in Aphorism. verb. Beneficium, num. 31. Hieronym. Cevall. Com. contra com. quaest. 531. num. 5.*

23 Et hæc quoad simplicia, quo verò † ad dignitates quibus animarum cura incumbit, ipsasquè pastorales Ecclesias, iam dudum in Lateranensi Concilio sub Alexandro Tertio celebrato, statutum fuerat, ad eas neminem promoueri, qui saltem vigesimumquintum suæ ætatis annum non attigisset, vt est relatum in *cap. cum in cunctis 7. extra de electione,* quod innouauit *Tridentinum Concilium, sess. 24 cap. 12. de refor-*

24 *mat.* Quod procedit, siuè † habeat curam fori conscientiæ, siuè habeat curam Iurisdictionalem, vt est textus apertissimus in *cap. dudum 54 §. licet autem positiones, vers. sed cum in iure confessus fuerit, &* ibi præ cæteris *Abb. sub num. 7. vers. nota 9. & num. 8. de electio.* & optimè consulendo, aduertit *Nauarr. cons. 4. num 1. & 2. de atat. & qual.*

25 Quod verò attinet ad dignitates, † & personatus, quibus animarum cura nulla subest, *ex eod. Concilio d. cap. 12.* prouisum est, vigesimum secundum annum sufficere: quod minimè videtur obseruari: *Maiol. de irreg. lib. 1. cap. 30. sub n. 10.*

26 *ad fin. vers. & huius propositi,* vbi censuit † Personatum requirere annum vigesimumquintum, ea ratione, quod beneficia habentia curam animarum, & Personatus pari passu ambulent, vt di-

27 xit *text. in d. cap. dudum;* Constat † enim æquiparationem hanc procedere respectu incompatibilitatis, non autem ætatis, prout declarant in *d. cap. præterea, de atat. & qual. Innocen. & Hostien in princ. Bellam. n. 2* Et emanasse supradictum decretum, vt indè dirimeretur contentio inter Innoc. *in d. cap. præterea sub num. 1.* qui voluit, non inueniri in iure cautum, quantæ ætatis deberet esse is, qui eligitur ad dignitatem animarum curam non habentem, satquè esse eum fore maiorem quatuordecim annorum; & Compostellanū, prout eum refert *Ancher. in eod. cap. præterea circa fin.* qui dicebat, se multum mirari de hoc dicto Innocentij, eo quod cùm in secularibus honoribus administrationem habentibus requiratur ætas vigintiquinquè annorum, id fortiùs obtinere deberet in honoribus, & dignitatibus Ecclesiasticis.

Quid autem sit Personatus, & quid differat à dignitate, satis videtur explicatum in *super. lib. quaest. 16. ex num. 50.*

28 Deniquè quoad Canonicatus † & dignitates, atquè etiam Portiones in Cathedralibus, ex *eo. Concilio supra all. cap. 12.* statutum est, neminem recipi, nisi qui eo ordine sacro, aut sit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, vel saltim in ea ætate sit constitutus, vt infra tempus à iure, vel ab eodem Concilio statutum valeat promoueri, de qua annexione satis iam egimus *hoc lib. quaest. 47.*

29 Quæ autem † ætas cuiquè ordini sacro adscripta sit, habetur ex eod. *Concilio sess. 23. cap. 12.* in hæc verba; *Nullus in posterum ad Subdiaconatus ordinem, ante vigesimumsecundum, ad Diaconatus, ante vigesimumtertium, ad Presbyteratus, ante vigesimumquintum atatis sua annum promoueatur.*

30 Respectu verò Episcopalis † dignitatis, quod antea in Lateran. Concilio sub Alexādro III. statutū fuerat, neminem ad eam promoueri qui non exegerit annum trigesimum, innouatum quoquè fuit per idem Concilium *sess. 7. de reform. cap. 1.* & latè tradunt *Menoch. de Arbitrar. cas. 427. n. 14. Gutier. Canon. quaest. lib. 1. quaest. 26. n. 39.* cum multis relatis per *D. August. Barbos. collect. ad d. cap. cum in cunctis num 16.*

Ex his verò facillimè deprehendi potest, qualitèr circa ætatē valeat formari obiectus: Et quod pertinet ad eius iustificationem, vel etiam ad repulsam, huic controuersiæ ferè omnia adaptantur, quæ ant generalitèr in præcedentibus, aut specialitèr constituimus, in quo etiam mixtim aliqua attigimus circa hunc ipsum ætatis obiectum, quæ

31 hic minimè sunt repetenda: proceditquè † ca, siuè tendatur obiectus contra personam ipsius prouisi, siue contra personam illius præcessoris, ad effectum inducendi vacationem *vt prius,* nam & eo casu, eadem fit distinctio, an decesserit in possessione, vel secus, vt concludit *Rota decis. 1162. sub num. 4. vers. quibus non obstantibus, par. 3. lib. 3 diuer.*

Tantùm id etiam hic non est prætermittendum,

32 vbi deficit liber baptismi, quæ est † melior, & paratior via, qua possit probari cuiusquè ætas, quasi ex professione parentum apud acta publica, *l. etiam ff. de prob.* secundum intellectū quem probauit *Ale. de præs. reg. 2. præsumpt. 14. num. 5.* & tradunt ferè vbiquè scribentes *in l. de atate,* vbi præ cæteris *Sebastian. Sapia num. 23. de minor. Rebuff. ad Regias constitutiones, tom. 2. de regest. Baptism. sub num. 15. ver. sexto, Mascard. de probat. concl. 1147. num. 1. Mandos. ad Regul. 18. quaest. 10. num. 4. Odd. de rest. in integ. quaest. 37. num. 42. Ioseph Ludoui. Perus. decis. 55. n. 7. Verall. decis. 314. par. 1. Rota in recen. decis. 592. num. 2. par. 1.* (iuxta tamen declarationē quam facit *Menoch. lib. 2. præsumpt.*

33 *51. num. 56.*) Vel liber Patris, † in quo descripta sit dies natiuitatis filij, vt consueuit de more scribi, nam & liber hic, cessante omni fraude, plenè probat, vt docuit *Salyce. in l. si minorem num. 10. C. de in integ. restit. mino.* quem refert & sequitur *Curt. iun. cons. 118, num. 8.* vbi vult, id etiam

34 procedere † vbi adesset coniectura, vel præsumptio in contrarium, puta, quia ipsemet filius pro-

fessus

fessus fuisset se esse, aut minorem, aut maiorem, *Soc. Iun. cons. 3. ex num. 3. vol 2. Alcia. reg. 2. præs. 14. sub num. 5. vers. vndè liber patris.* Adeoquè agendum est ex testibus; hoc in primis
35 constituendum esse, vt † testes excedant ætate, ætatem illius de quo agitur, saltem quatuordecim annis, aliàs enim etiam si coniuncti sint, aut vicini, & dicant ideo sibi esse perspectam ætatem personæ, de qua agitur, semper erit incerta eorum depositio, cùm factum natiuitatis, à quo ætas sumit initium, non potuerit cadere sub eorū sensum tempore ætatis discretæ, vt magistralitèr docuit *Bald. in l. de tutela, sub num. 2. vers. prima facie,* quem ibi sequitur *Salicet. sub num. 3. vers. sed attende C. de in integrum restitut. minor. Sebastian. Sapia in d. l. de atate sub num. 28. de minor. Fel. in cap. literis, sub num. 5. vers. secundo limitatur, de præsumpt. cum alijs, quos retulit, & paritèr sequutus fuit Menoch. d. præsumpt. 51. num. 48.*

Supposita autem hac legitima ætate in testibus,
36 vtiquè in eis esset optima ratio, qui † assererent se natiuitatem, & tempus illius obseruasse, quia essent consanguinei vel vicini, iuxta *Theoricam Bar. in d. l. de atate num. 7. de minor.* vel referent factum notabile contemporaneum, quod eorum memoriæ verisimilitèr hæsisset, cuiusmodi est natiuitas proprij filij, aut proprij etiam fratris, vt in casu quo consuluit idem *Bar. cons. 92. sub num. 5. vers. Palinutius Ioannis, par. 1. quem sequuta est Rota in vna Tridentina Canonicatus 3. Martij 1606. coram Iusto,* in qua etiam
37 fuit dictum, non attendi † singularitatem testium, vt videtur colligi ex mente *Fel. in cap. licet ex quadam, sub num. 2. vers. & idem dicunt si agetur de probando, de testib. Gabr. conel. 2. n. 50. eod. tit.*

38 Quamuis autem materia hæc † sit difficilis probationis, proindeq; admittat præsumptiones, & coniecturas, *Alciat. d. præs. 14. num. 5. & 6. Rota dec. 260. sub num. 1. vers. atas enim, par. 2. diuerso.* tamen istę coniecturæ & præsumptiones deseruirent quidem ipsi prouiso, ad effectum iustificandi suam habilitatem ex ætate, pro consequendo beneficio, at minimè obijcienti ætatis defectum, pro eum repellendo à sua possessione; nisi per necessitatem concluderent; & ita sunt
39 accipienda quæ tradunt Doctores, ætatem † probari per aspectum, quod latè tradunt *in praect. l. de atate, præcipuè Bar. num. 7. & 8. de minor. Menoch. de arbitr. cap. 117. ex num. 1. Magon. Lucen. dec. 68. num. 7. qui alios refert,* cum alijs cumulatis per *Borel. tit. de probat. n. 129.* magis
40 enim † id ad verisimilitudinem, quàm ad verum concludit, vt est *tex. in l. minor 33. in princ. ff.*
41 *de minor.* vndè neque Iudex † sequitur simplicitèr sensum ipsorum testium, sed aliquid detrahit vel addit ex suo arbitrio, *Verall. dec. 13 c. num. 2. & dec. 312. num. 1. par. c. adden. ad Magon. Lucen. dec. 68. in verb. minor autem atas.* idemq; dici po-
42 test † de Iudicis decreto, & similibus, de quibus per *Borel. eo. loco num. 133. & 135.*

Vtcunquè tamen eo per testes, iuxta præmissa,
43 iustificato, nihil est quin † per alios testes melius informatos possit dilui, vt seruatum fuit in eadem *Tridentina Canonicatus 10. Decembris 1608.* in qua fuerant postea examinati testes de auditu à
44 parentibus, quod testimoniū † fuit visum admodum releuans, cum etiam ipsi parentes videantur idonei testes, ad probandam ætatem filiorum, *l. etiam de probat. can. testes 3. testes idonei 4. q. 3.*
45 Quod etiam dicitur de parentibus † spiritualibus, qui baptizatum à sacro fonte leuarunt, *Bald. in l. parentes sub num. 9. vers. idem dico,* & ibi etiam *Salicet. num. 1. C. de testib. Bar. in d. l. de tutela num. 1. C. de in integrum restitut. minor.* & fuit latè firmatum in eadem *Tridentina Canonicatus 15. Iun. 1609. coram eodem Iusto.*

Quinimò, quamuis in ea ipsa decisione fuerit saluatum dictum vnius testis domestici, quia non esset amplius domesticus de tempore examinis,
46 ex † trita conclusione, quam præ ceteris ponit *Fel. in cap. in literis, num. 8. vers. fallit quin-*
47 *to, de testib.* nihilominus † adhuc neque ij videntur excludi, tanquam verisimilius de veritate informati, *Ruin. cons. 194. num. 3. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Scientia literarum, necessaria est in promouendo ad beneficium.*
2 *Illius tamen defectus, non impedit characteris impressionem.*
3 *Quamuis impediat executionem ordinis.*
4 *Beneficium datur propter officium.*
5 *Literarum ignarus, non potest esse aptus officijs sacris.*
6 *Illiteratus æquiparatur corpore vitiato, necnon cæco, & infanti.*
7 *Infans, quid agat non intelligit.*
8 *Ignorantia, mater est cunctorum errorum.*
9 *Infans incapax est characteris, nèc ideo est dispensabilis ad beneficia.*
10 *Illiteratus, non est dispensabilis ad Beneficia.*
11 *Et an hic defectus sit à iure diuino.*
12 *Illiteratus penitus, quinàm dicatur.*
13 *Illiteratus, est dispensabilis per Episcopum ad beneficia simplicia.*
14 *Literatura defectus, non potest obijci promoto ad beneficium simplex.*
15 *Beneficij est capax Clericus, etiamsi rectè non intelligat horas Canonicas, ad quarum recitationem tenetur.*
16 *Illiteratus penitus, dispensatur per Papam, iusta aliqua subsistente causa.*
17 *Literatura defectus, qualitèr intelligatur esse de iure diuino.*
18 *Illiteratus, an sit minus dispensabilis, quàm homicida.*
19 *Literatura defectus, non suppletur ex diuitijs, aut nobilitate.*
20 *Suppletur tamen ex charitate.*
21 *Illiteratus, est dispensabilis ex maxima charitate.*
22 *Charitas, dicitur plenitudo legis.*
23 *Illiteratus est dispensabilis ad beneficia, per Papam,*

mouendis ad beneficia Ecclesiastica.

95 *Virtute remota, homo vix differt a pecudibus.*

96 *Virtus, quid.*

97 *Animus rectus, qualitèr in homine constituatur.*

98 *Literarum scientia, non sufficit pro efficiendo viro bono.*

99 *Homo sensualis, belluis deterior est.*

100 *Mores, qualitèr sint in hominibus diuersi.*

101 *Virtus, malis moribus non permiscetur.*

102 *Virtus, qualitèr homini acquiratur.*

103 *Animus hominis, cognoscitur per actiones extrinsecas.*

104 *Itemquè ex sermone.*

105 *Mentis inæqualitas in homine, colligitur ex corporis incompositione.*

106 *Et quæ sit ratio.*

107 *Obiectus criminis, qualitèr formetur.*

108 *Impetrationes in forma iuris, qualitèr concedantur.*

109 *Accusatio, & inscriptio, est necessaria, vbi agitur de deponendo aliquo à beneficio*

110 *Crimen obiectum per accusatorem, eget specificatione.*

111 *Inscribere, relato termino ad Accusatorem, quid sit.*

112 *Talionis pœna, in beneficialibus, accusatori indicta.*

113 *Reus confessus crimen, non potest amoueri à beneficio, nisi præcesserit accusatio.*

114 *Accusatoris, non potest adiudicari beneficium Clerici eo priuati, citra auctoritatem Papæ.*

115 *Accusatori dum Papa mandat prouideri de beneficio, conseruatur identitas instantiæ respectu duplicis actus, priuationis videlicet, & collationis.*

116 *Accusatio, & inscriptio, si omittatur vbi est data pro forma, quicquid fit, nullum est.*

117 *Accusator, tenetur præstare Reum vel conuictum, vel confessum.*

118 *Crimen obiectum, exigit documenta apertissima.*

119 *Testes, ad effectum probandi crimen deductum per modum obiectus, debent esse idonei, & innocentes.*

120 *Positioni criminosæ, sine circumstantia diffamationis, Reus non tenetur respondere.*

121 *Positioni super diffamatione criminis, potest Reus cogi respondere.*

122 *Et si diffamationem fuerit confessus, potest cogi respondere super veritate patrati criminis.*

123 *Non tamen tenetur respondere, antequam accusator deducat ius suum.*

124 *Impetrator in forma iuris, vltra obiectum, tenetur iustificare suam habilitatem, & narrata in literis.*

125 *Confessio criminis, præiudicat confitenti, vt repellatur a Beneficio.*

126 *Etiamsi spontanea sit.*

127 *Non tamen attenditur, pro iustificanda gratia impetrantis, ad effectum adiudicationis.*

128 *Quamuis deseruiat pro adminiculo.*

129 *Impetranti, etiam probato obiectu, imponitur perpetuum silentium, si de iure suo non doceat.*

QVÆSTIO L.

Obiectus ex defectu literaturæ, vel morum, qualitèr possit efformari, vel efformatus repelli.



1 ABSOLVTUM est, in promouendo ad beneficia præ cæteris literarum scientiam† requiri, *cap. 2. ibi, quæ ætatem, & scientiam habeant, cap. eam te, ibi, quæ scientia, moribus, cap. vlt.* (vbi refertur triste exemplum cuiusdam Episcopi, qui nèc Grammaticam didicerat) *extra, de ætat. & qual. Clem. I. in princ. eo. tit. c graue nimis, 29* ibi, *nec literarum scientia suffragatur, de præben. cap. cum in cunctis, de electio.*

2 Licèt enim literarũ † ignorantia, qualiscunquè
ea sit, non impediat impressionem characteris, si
de facto imprimatur, *Innoc. in cap. cum in cun-*
ctis, in princ. sub num. 1. vers. qui autem omnino
3 *illiteratus, ac electio*, impedit † tamen ipsius or-
dinis exequutionem, vt declarat *Archid. in can.*
omnes, sub num. 1. vers. vnde quod hic dicit 38.
distinctio & benè aduertit *Maiol. de irregular.*
4 *lib. 1. cap. 32. num. 11. & 12.* in † qua exequutione
consistit officium, à quo non potest separari be-
neficium, quod datur propter illud, *cap. vlt. de*
rescript. & explicauimus superiori lib. quæst. 6.
num. 28.

5 Impossibile enim est, vt literis carens † sacris
officijs aptus sit, vt inquit text. *in can. illiteratos,*
6 *dist. 36.* vbi Gelasius Papa æquiparat † illi-
teratos, ijs, qui corpore vitiati sunt, pro cæcis
enim habentur, *Prob. ad Monach. in cap. si for-*
tè, num. 8. de elect. in 6. & Gregorius X. in gene-
rali Concilio Lugdunen. eosdem æquiparat in-
fantibus, vt relatum est *in cap. vlt. de tempor. or-*
dinat. in 6.

7 Sicut enim infans † quid agat non intelligit, *l.*
quamuis Pupillus, 32. §. infans ff. de acquiren.
possess. ita literarum inscius, respectu illorum, quæ
haud quaquàm vulgo exposita, literis commen-
data sunt, necesse est, vt cæcutiat, aut erret; pro-
8 indequè ignorantiam † matrem cunctorum erro-
rum esse, legimus in *can. 1. distinctio 38.* Indequè
9 fit, vt sicuti cum infante non dispensatur † ad Be-
neficia, propter incapacitatem characteris, *cap.*
vlt de tempor. ordinat. in 6. ità nec dispensetur
cum illiterato, *can. non confidat, distinctio. 50.*
prout eum textum sic expendit Innoc. *in cap. di-*
lectus filius, sub num. 5. ad fin. vers. Item cum
penitus illiteratus, extra de tempor ordinat. qui
10 licèt † loquatur de dispensatione Episcopi, tamen
videtur eius dictum etiam ad dispensationem Pa-
11 pæ ea ratione referendum, quod hic † defectus est
damnatus iure diuino, vt voluit expressè *Fel. in*
cap. inquisitioni, num. 4. de sent. excom. quem
sequuti fuerunt alij relati per Maiol. de irregul.
d. lib. 1. cap. 32. num. 13.

Quod

Quod tamen duplici ex circumstantia venit declarandum. Primumq; vt intelligatur de illiterato
12 penitus,† & vt vulgo dicitur, inalphabetico, quem constat distingui à simpliciter illiterato, propriè enim dicimus illiteratum hominem, non ex toto rudem, sed ad literas altiores non productum, vt rectè interpretatur *Senec. de Benefic. lib. 5. c. 13.* Penitus verò illiteratum eum, qui nullas, aut modicas literas scit; nouitq; tantum legere, & scribere in vulgari, vt post *Rebuff. de Pacif. possess. num 262.* censuit *Rota decis. 16. num. 3. part. 2. diuers.*

13 Mox vt † referatur ad beneficia curata, vel in quorum administratione exigitur industria, secus verò ad beneficia simplicia, in his enim, defectus hic est dispensabilis per Episcopum, vt concludit *Rota, in antiq. de probat d. decis. 13. nu. 4. & decis. 16. num. 4. par. 2. diuers.*

14 Proindeq; frustra † obijceretur illiteratura Clerico primæ tonsuræ, qui per Episcopum esset promotus ad beneficium simplex, *cap. accepimus de ata. & qual. Rota d. decis. 16. num. 1.* & fuit decisum in vna *Amerina Iurispatronatus 1. Iul. 1616. coram R.P.D. Pirouano*: etiam si suppone-
15 retur †, eum non intelligere horas Canonicas, ad quarum recitationem tenetur, vt censuit *Nauarr. de hor. canon. cap. 13. num. 11. & 12.* quod declaratur infrà *num. 49.*

16 Deniqueè, vt neque hinc arctetur † potestas Summi Pontificis, quominus iusta aliqua ex causa possit, si velit, etiā cum penitus illiterato, & inalphabetico dispensare, vt declarat *Sot. de iust. & iur. lib. 1. quæst. 7. art. vltim. ad fin. versic. si vero Papa dispenset, & vers. quapropter*, & expressè etiam voluit *Innocen. in d. c. cum in cunctis, in princip. nu. 2. de elect.* quem sequitur ibi *Hostien. num. 16.* aliàs enim videri posset *Felin. loco superius allegato*, nimis confidentèr loquutus.

17 Nam licèt Deus, † per Prophetam dixerit, *tu scientiam repulisti, & ego repellam te, nè Sacerdotio fungaris mihi*, prout relatū est in *can. omnes psallentes, 38. distinct. in extremis verbis*, vndè Felin. *loco præcita*, deducit, defectum hunc Iure diuino reprobari; nihilominus id nō est referendū ad ius diuinum naturale, æternum, atque immutabile; sed ad ius diuinum positiuum, & ex causa dispensabile; & quatenus subdit idē Felinus, ius Ca-
18 nonicum † magis abhorrere illiteratum, quàm homicidam, quia collatio facta homicidæ teneat, facta verò illiterato, sit ipso iure nulla, paritèr cum grano salis intelligendus est, quia *Innoc. in cap. cum nostris, num. 1. de concess. praben.* super cuius doctrina fundat se *Felin.* circa huiusmodi discrimen inter homicidam, & penitus illiteratū, considerat ex parte homicidæ dispensationem, & sic remouet causam odij, ex parte verò illiterati, non considerat nisi simplicem incapacitatem, minimè verò negat, quin Papa possit cum eo, si velit, maximè ex causa aliqua, dispensare. Quamuis enim non detur aliquid extrinsecum, quod in homine scientiæ defectum suppleat, cuiusmodi sunt
19 diuitiæ, † & nobilitas sanguinis, *Bal. in l. in dando, vers. item argumento, ff. de tutor. & curator. dat. ab his*, quem sequitur *Felyn. in cap. cum adeò sub num. 7. vers. & ideò dicit Bald. de rescript.* datur tamen aliquid intrinsecum, quod imperfectum scientiæ (tanquàm magis perfectum) sup-
20 pleat, vt est † Charitas, *cap. nisi cum pridem de renunciat.*

21 Et hæc quidem, potest esse † causa iustissima dispensandi cum illiterato; succurruntquè plura exempla dispensationis huiusmodi, vt de Anacoreta ad Sacerdotium per Sanctum Flauianum Episcopum Macedonicum, de Sancto Antonio Anacoreta paritèr ad Sacerdotium promoto, cuius meminit *Aug. lib. 1. de doct. Christ. in Prolog.* Spirdone etiam ad Episcopatum Cypri, de quo *Cassiodor. tripartita historia lib. 1. cap. 10. & 11.* quorum meminit *Maiol. vbi supra, num. 5. & 6. vbi sub num. 10.* refert aliud exemplum de Sanctulo Presbytero, qui nèc prima elementa literarum, nèc legis decem præcepta cùm calleret, Presbyter tamē erat, excusatoremquè suæ illiteraturæ habuit Gregorium, dicentē, *plenitudinem*
22 *legis* † *Charitatem esse*, indequè eundem Sanctulum totam legem in Dei, ac proximi dilectione seruasse.

Sano itaquè sensu, est accipienda doctrina Fe-
23 lini *in d. cap. inquisitioni*, videlicet vt † procedat aut vbi adest iusta huiusmodi causa, aut etiam vbi adest probabilis spes profectionis, secūdū doctrinā *Innoc. in c. cum in cunctis, sub n. 1. vers. si autem sint parum scientes*, sequitur *Host. nu. 13. de*
24 *electio.* licèt enim † spes ista non æquipolleat facto, sufficit tamèn pro iusta causa, vt dispēsetur, vt *in d. cap. cum in cunctis*, tradit *Abb. sub nu. 4. vers. parum autem scientes*, & ità etiam (fusius tamen) explicat *Sayrus, in Thesau. lib. 6. cap. 13. n. 9.*

Ab hac tamèn disputatione eximendi sunt Reli-
25 giosi, & Eremitæ, qui † magis contemplationi incumbunt, quàm scientiæ, & in quibus ideò perfectio charitatis, supplet defectum scientiæ, vt dixit *Abb. in d. cap. cū in cunctis, in princ. sub nu. 4.*
26 *vers. religiosi vero, de elect.* Et † Monachus (inquit Hieronymus,) non docentis, sed plangentis habet officium, qui vel se, vel mundum lugeat, & Domini pauidus præstoletur aduentum, vt habetur *in can. Monachus, 16. quæst. 1.* & dixit Glossa *in can. legi epistolā, in verb. instructio, eisd. cau. & quæst.*
27 sufficere † Monacho, quod bonus sit, quamuis illiteratus, vel irregularis.

Quæ tamen non militant in Abbate, in quo li-
28 cèt † non requiratur magna scientia, nihilominus exigitur literarum sufficientia pro administratione curæ animarum; cùm quilibet Abbas habeat curam, saltim fori pœnitētialis respectu Monachorum suorū, vt rectè animaduertit *Panorm. in d. cap. cum in cunctis, sub num. 4 vers. vnde*
29 *dicit Innocentius*, atque ità † intelligendus est idem *Panorm. in cap. vlt. num. 5. de ata. & qual.* dum quærit, an possit deponi Abbas qui ignorat Grammaticam, & concludit non posse, si aliàs sit peritus in Regula, sitquè discretus, modò officiū illius sit limitatum ad intelligendam Regulam, vt videlicet debeat accipi de totali ignorantia, cùm aliàs impossibile sit, vt Regulam intelligat, & con-

fusa

30 fusa discernat; quamuis enim † Grammaticam is
videatur ignorare, qui Barbarismis, & solœcismis
orationem nectit,(si ad perfectam intelligentiam
referatur) tamèn si ad imperfectam, & sufficien-
tem pro pura Dei inuocatione, aliud est dicen-
dum, vt benè aduertit *B. August. relatus in can.*
sedulo, distin. 38.

31 Ex his verò facillimè intelligitur, quàm † gra-
uitèr delinquant ij, qui proprij sui huius defectus
conscij, Ecclesiastica beneficia dolo nonnunquàm
præoccupant; offendunt enim nedum Ecclesiam
illam in qua promouentur, verùm etiam Ecclesiã
vniuersalem, quæ indiget viris literatis, vt in eos
exclamat *text. in cap. cum ex eo 34. de elect. in 6.*
32 adeoquè se ipsos; & tametsi inde † non efficiantur
irregulares, nisi in casibus à iure expressis, morta-
liter tamèn peccant, vt aduertit *Sayr. in thesaur.*
d. lib. 6. cap. 13. sub nu. 8. vers. primum est, Barbos.
de potesta. Episc. 3. par. alleg. 63. nu. 3.

33 Vndè Sacrum Concilium † *sess. 14. cap. 3.*
de reformat. (ceù reliqua omnia) hoc etiam
sanctissimè decreuit, *Vt Episcopus quoscunquè*
suos clericos, præsertim in sacris cõstitutos, absquè
suo præcedenti examine, & commendatitijs lite-
ris, quacunquè auctoritate promotos, licèt tãquàm
habiles ab eo à quo ordinati sunt, probatos,
quos tamèn ad diuina officia celebranda, seù Ec-
clesiastica Sacramenta ministranda minus ido-
neos, & capaces repererit; à susceptorum Ordinum
exercitio, ad tempus, de quo ei videbitur, suspen-
dere, & illis, nè in altari, aut aliquo ordine mini-
strent, interdicere possit.

Et quidem iure merito, quià cùm ità promoti
34 non careant manifesta culpa, veluti qui † se im-
miscuerint rei ad se non pertinenti, *l. culpa, 37. de*
regul. iur. digni sunt, vt ab exercitio suspendantur,
35 cum Iustitia † suspensionis foueatur in culpa hu-
iusmodi, *Auila, de censur. par. 3. disput. 1. vers. di-*
citur ob culpam, quamuis, etiam si cesset culpa,
36 sufficiat † tamèn causa quæ impediat exercitium,
vt post alios latè demonstrat *Sayr. in eo. Thesau*
lib. 4. cap. 1. num. 7.

37 Obiectum verò scientię necessariæ † in promo-
nendo, est Pietas, quam Mercurius Trismegistes,
in Pimandro, Dei cognitionem finiuit, & probauit
Lactant. lib. 2. de Orig. error. cap. 15. & vtrunquè
sequutus *Gregor. Tholos. syntag. iu. lib. 39. cap. 30.*
in princ.

38 Huius verò pietatis modus, † cùm in duobus
consistat, in piorum videlicèt dogmatũ certitudi-
39 ne, & in bonis operibus, ità † vt nequè dogmata
sine bonis operibus accepta sint Deo, nequè abs-
què pijs dogmatibus opera perfecta suscipiat
Deus, vt tradit *Cyrill. Hierosolymita. catechef. 4.*
quem retulit *Tholos. vbi suprà*, constat, eam pio-
40 rum dogmatum † certitudinem non posse obti-
neri, nisi per literarum scientiam; ità vt necesse
sit constituere duos gradus scientiæ: altiorem, vi-
delicèt Pietatis, & hunc quidem simplicitèr neces-
sarium ipsi promouendo, & inferiorem, literarum,
quem canones scientiam veritatis vocant, eate-
nus necessarium, quatenus præstat ad illum supe-
riorẽ, ascensum; cùm impossibile sit, vt sine Gram-
matica, Dialectica, & similibus, intelligantur lex
Prophetę, Euangelia, & Apostolorum traditiones,
circa quorum notionem versatur illa certitudo
piorum dogmatum, de qua suprà, pront hos duos
gradus, non obscurè distinxit *Diuus Hieronymus,*
relatus in can si quis autem, dist. 37.

41 Vt hinc intelligas, † non esse damnandas per-
sonas illas Ecclesiasticas, quæ vacant profanis
literis, ex sola, & simplici lectione, & studio, sed
tantùm ex intentione; sicut enim si intentio esset
directa ad imitationem, vel etiam ad volupta-
rem, non posset alitèr iudicari, quàm mala, *can.*
Sacerdotes, cum quinque seqq. 37. distinct. ità si
directa sit ad nudam intelligentiam, pro conse-
quendo aliquo vtili, quod ad pietatem conducat,
bona, & optima iudicari debet, *can. turbat acu-*
men, cum seqq. ead. distinctio.

42 Consueuerunt namquè homines † Dei Chara-
ctere impressi, Apes imitari, è conuerso verò im-
pressi charactere Bestiæ, Araneas; Vtræquè
enim, eodem thymo vescuntur, verùm indè illæ
mel egerunt, istæ verò venenum; sic boni pietatem
ex eisdem hauriunt profanis litteris, ex quibus
peruersi, & iniqui, impietatem, idest Idolatriam,
cùm non solum thura offerendo, Dæmonibus
immoletur, sed etiàm eorũ dicta, figmentis lasci-
uorum Poetarum expressa libentius capiendo,
ità *Isidor. relatus in can. penul. ead. distinct. 37.*
quod is accepit ab Augustino *Confess. lib. 1. c. 17.*
ad fin.

43 Negari tamèn † haudquaquàm potest, quin
ea periculosa sit lectio, *non accuso verba, quasi*
vasa electa pretiosa, sed vinum erroris, quod in
eis nobis propinatur, inquit Augustin. *vbi suprà*
cap. 16.

44 In ea verò controuersia, quænàm † literarum
scientia requiratur in quolibet promouendo,
quam latè pertractat *Sayrus eod. lib. 6. c. 13. n. 6.*
cadit duplex inspectio. Prior versatur circa men-
surã scientiæ necessarię cuique beneficiario, Alte-
ra verò circa iustificationem mensuræ eiusdem.

45 Circa † primam breuitèr dicendũ est, scientiã
debere esse illius mensuræ, quæ sufficiat pro ob-
eundo munere beneficio imminenti, *Innoc. in c.*
cum in cunctis, nu. 1. ad fin. de elect. quem ibi se-
quuntur *Hostien. nu. 15. vers. sufficientem autem*
Abb. num. 4. Bellam. num 9. Butr. num. 11. & alij,
quos retulit *Gonzal. ad regul. de mens. glos. 4.*
num. 75.

46 Circa secundam, dicendum est † eam pendere
ab arbitrio discreti Iudicis, idem *Innocent. vbi*
suprà, atquè ita intelligendi ij sunt, quos retulit,
& sequutus fuit *Menoch. de arbitr. Iud. cas. 425.*
num 8.

Ex quibus duabus positionibus sic generali-
tèr constitutis, consequitur resolutio articuli
quoad omnia beneficia: Quæ cum in duplici
47 sint differentia, alia enim sunt simplicia, † alia
cum administratione, iuxta *glos. in cap. præsenti,*
in verb. reseruari, de offic. ordin. in sexto. Rebuff.
in praxi, titul. seculare beneficium quotuplex,
nu. 1. & 2. Marsil. Col. de Ecclesiast. redit. orig.
par. 2. cap. 14. num. 7. & rursus horum alia merè
simpli-

simplicia, alia addicta seruitio alicui, quæ vtcunque seruitoria, simplicia tamen dicuntur, *Staphil. de lite. grat. sub tit. de qualit. & sta. benef. nu. 3.* scientiæ quoquè mensuram duplicem esse oportet: aliam nimirum simpliciter exequutioni ordinis annexi beneficio; aliam verò, & exequutioni ordinis, & administrationi correspondentem.

48 Proindequè si de beneficio† prorsus simplici quæstio sit, mensura scientiæ in promouendo, non excedet necessitatem exequutionis simplicis Psalmistatus, aut ordinum minorum, sufficietquè ideò in eo tāta literatura, vt possit recitare horas Canonicas, & psallere, iuxta dispositionem *text. in can. vlt. 92. distinctio.* Quæ psallinodia, non consistit solùm in pronunciatione, & cantu, sed etiam in intellectu literali verborum; quocirca non est satis, promouendus scite legere, vel canere,

49 re, sed est necesse, † etiam si perfectè non intelligat horas ad quarum recitationem tenetur, vt dictum est suprà *num. 15.* saltim eum scire construere, *glo. in Clem. 1. in verb. reputamus, & ibi Card. num. 1. de concess. præben.* cum alijs adductis per

50 *Gonzal. d. gloss. 4. num. 73.* & sic † callere grammaticam, sine qua dicitur prorsus illiteratus, etiā quod legat, & scribat, vt ex multis doctissimè probat *Menoch. d. cas. 425. n. 51.* & de facto seruatur, quamuis pro prima tōsura sufficiat scire legere, & scribere, etiā *ex Cōc. sess. 23. c. 4. de reform.*

Quod multo magis obtinet in Canonicatibus, quāuis enim in his, non sit necessaria magna scien-

51 tia, exigitur † tamē mediocris vt probat *Hostien. in cap. 2. sub n. 7. in verb. idoneis, de instit.* & licèt

52 si agatur † de Canonicatu in Collegiata, possit Episcopus ex causa dispensare, secus tamen si de Canonicatu in Cathedrali, *Rota decis. 13. n. 5. de probatio. in antiq.* atquè ita intelligenda est *decis. 16. num. 4 par. 2. diuer.*

53 Quo fit, vt in examine † ad Canonicatus in Cathedralibus, semper disquiratur, an promouendus, vltra Grāmaticam, in literis vlterius ità profecerit, vt suo consilio possit aliquando Ecclesiam, & Episcopū iuuare, nè contingat ad Capitulum duci oues, ac boues, vt dicebat *Roderic. Zamoren. Episc. in suo spec. 2. par. cap. 19.*

Hæc; de plano procedunt, nisi ex fundatione, aut iure aliquo speciali maior literatura, aut gradus aliquis in promouēdo requiratur. At si de be-

54 neficio cum administratione quæratur, † scientia necessaria in promouendo, ab ordine, & administratione simul mensuram recipiet, ita tamen, vt quæ ad ordinem illiusquè exequutionē pertinet, actu præcisè exigatur, quæ verò ad administrationem, si non actu, saltim aptitudine. Exempli gratia; prouidēdus de Parochiali, respectu ordinis Sacerdotij, & illius exequutionis, debet de ipso promotionis tempore esse idoneus ad Populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, atquè Sacramenta ministranda, vt decreuit *Concil. sess. 23. c. 14.* respectu verò administrationis curæ animarum, prout cura illa est ars artium, vt dicit textus *in cap. cum sit ars, de ætat. & qual.* atquè ità non solum consistit in doctrina Euangelij rectè Populo exponenda, verùm in distinguendo lepram à lepra, idest peccatum à peccato, debet esse instructus maiori literatura, & scientia, quàm exigat simplex munus Sacerdotis, *Staphil. de expectat. forma 6. num. a.* cum alijs per *Gonzal. in praalleg. gloss. 4. num. 72.*

Itaquè de ipso promotionis tēpore necesse est, eum nedùm Grammaticam scire, per quā intelligat ea, quæ sibi legēda sunt, sed etiam nō ignorare

55 loca, circa quæ versandum est studium ipsius, †quæ explicat textus in *can. qua ipsis dist. 38.* At non est necesse, vt cōtenta in illis libris, & locis sic memoria teneat, vt de illis extemplo differere possit, ac

56 tutò respondere; sufficit enim † si ea sit instructus facultate, vt in illis libris sciat quærere, & inuenire veritatem necessariorum; Nam inde sufficientem eruditionem in promouendo, deducunt *in praall. c. cum in cunctis, Innoc. n. 1. ad fin. Butr. n. 10. Hostien. n. 15. Abb. n. 4. vers. sufficiens autem, cum alijs per Gonzal. d. glos. 4. n. 82. & 83.* & censuit *Rota, in causa Tullen. Monasterij, 29. Martij 1610. coram Cardinali Sacrato.*

57 Quod intelligo, vt sciat † inuenire ex se ipso legēdo, non autem discendo ab alijs, nequè enim videtur conueniens, vt tunc discere quærat, cum opus est, vt alios doceat, inquit Gratianus *post can. 2. §. hinc etiam, 36. dist.* Et id quod diximus de benefi-

58 cijs habentibus administrationē, † fortius est referendum ad beneficia habentia Iurisdictionem annexam, vt per *Abb. vbi supra per to. eū n. 4.* & tradunt omnes passim in *praall. c. cum in cunctis*: necnon ad quasuis dignitates, de quibus, & de cuiusquè necessaria literatura, incipiendo à Pontificia, latè agunt *Menoch. d. cas. 425. & Gonzal. d. gloss. 4. ex num. 60.*

Atquè hinc intelliget Iudex, vnde arbitretur cōpletam esse mensurā scietiæ, si videlicet etiā ratio-

59 nē habebit qualitatis beneficij respectu loci; † nec enim requiritur eadē sufficiētia in Præposito curæ personarum vilium, quæ in Præposito curę magnorum virorum, *Abb. in d. c. cum in cūctis, sub nu. 4. vers. sed vt dixi, Maiol. d. c. 32. n. 9.* modò, si bene-

60 ficium sit curatum, intelligat idioma, † aliàs prouisio esset nulla, *ex Reg. 20. Cancell. de idiom.*

Ex his verò facilè deprehenditur, vt in hoc formetur, vel repellatur obiectus; cùm enim de illius

61 iustificatione simpliciter agitur, † minus concludens potest videri argumentatio Abbatis *in c. vlt. nu. 2. de ætat. & qualit.* vbi censuit probari literarum inscitiam per testes deponentes, talem nunquam legisse libros scientiæ, nèc intrasse scholas, vel Doctorem audiuisse, quæ practica probata fuit Sayro *in thesau. lib. 6. cap. 13. num. 4.*

Nimis enim fluctuat doctrina hæc, nequè vllo textu, rationenè comprobatur; dariquè potest instantia literarū scientiæ, quæ testibus non sit nota, *cap. in præsentia, de probat. cum simil. vulg.* Proindequè id referendum est ad simplicem præsumptionem, quæ inferat necessitatem examinis, siuè obiectus fiat nè prouisus admittatur, siuè fiat, vt admissus repellatur, iuxta terminos textus in *cap. accepimus, cum ibi nota per eund. Abb. nu. 6. de ætat. & qualit.* Nèc alio modo existimo aut formari, aut repelli posse obiectum huiusmodi.

62 Quippè literarum † ſcientia, velnti qualitas ex-
trinſeca,& ex ſolo labore,induſtriaquè homini cõ.
tingens,In àliquo mortaliũ nõ præſumitur, proin-
dequè eam præ cæteris, qnæ ad idoneitatem pro-
uiſi pertinent, iuſtificatione egere, dixit *gloß. in*
cap.ſi forte 11.in verb.ſcientia de elect.in 6.
63 Quo autem id pacto fiat, ſatis † apertè innuit
ibidem *text.* mediante videlicet examine, prout
ponderat *gloſ.ſupradicta,et in elem.vnic.in verb.*
reputamus,de conceſſ. preben.

Videturquè neceſſitas iſta examinis propemo-
dum naturalitèr demonſtrari,etenim *ſtultus quo-*
què ſi tacuerit,ſapiens reputabitur: & ſi compreſ-
ſerit labia ſua,intelligens,Prouerb.cap.17. in fin.
Indequè Socrates decorum adoleſcentem,& diu-
tulè tacentem conſpicatus, ad eum conuerſus, vt
te videã,inquit, aliquid eloquere, cuins facti me-
minit *Apuleius Florid.lib.1.in princ.* neceſſarium
64 ergò videtur omnino examen, quod † cum effor-
metur ex interrogationibus examinantis, & re-
ſponſionibus examinati,vi ſua ſtatim retegit, quid
recondirum ſit in horreo cordis ipſius examinati,
ita *Anch.in d.c.ſi forte n.2.et in d.Clem.vnic.n.1.*
65 Atquè ex his non aliter† etiã mediante exami-
ne, literarũ ſcientiam internoſci poſſe,non obſcu-
rè voluit Rota in *nou.deciſ.18. de probatio.* & fuit
etiam animaduerſum *in vna Calaguritana Bene*
ficij de Cenuera 8.Februarij,1591. coram Penia,
impreßa par.4.recen.deciſ.625.nu.2.Greg.deciſ.
527.num.2. & deciſ.538.itidem nu.2.
66 Et hinc eſt,quod†is qui debet examinari,tenetur
ſe ipſum omninò præſentare conſpectui examina-
toris,cum aliàs nõ poſſit exaudiri, atquè ita ſciri,
vtrum ſit aliqualis ſcientiæ,*Rota dec.18.ſub n.4.*
verſ.ſecũdus,quod oneratur,de conceſſ.preb.in no.
67 Et ſi plures eſſent Electores † ſeù Collatores,
quorũ ſuffragijs decidẽdum eſſet, quis ex pluribus
oppoſitoribus,tanquam magis literatus ſit præfe-
rendus,non poſſent abſentes ſuffragiũ ferre,vt re-
ſoluit *Rota in cauſa Carthaginen. prebende 10.*
Decemb.1600.coram Card. Lancellotto,qnam ſen-
tentiam non ſatis æquè videtur in dubiũ reuocare
Gonzal.preall.gl.4.ſub n.106.verſ.aduerto tamẽ.
Nam Rota *dec.8.de prob.in nou.*ſi benè pondere-
tur, non dicit, quod literatura poſſit probari per
teſtes,ſed cum prius firmaſſet Regulam circa ido-
neitatem, poſtea declarauit, illam non procedere
quoad literaturã, ſed tantùm qnoad alias qualita-
tes,& *verſ.quod re vera*,licèt admittat,per teſtes
poſſe probari gradum vnius ex oppoſitoribus, &
ſic præſumptionem maioris idoneitatis,circa lite-
raturam, tamen circa ipſam literatnrã nihil dicit,
atqnè ita etiam intelligendus eſt *Franch.in d.c.ſi*
forte,ad fi.cum alijs adductis per Gonzal.vbi ſup.
68 Nequè puto in contrarium vrgere,quod † Do-
ctor ſit idonens teſtis ſuper literatura diſcipuli
ſui, inxta *text.in l.nemini verſ.Iuriſperitos* C. *de*
Aduocat.diuerſ.Iudic. ex quo textn ſcribẽtes de-
ſumunt Regulam hãc,literaturam poſſe per teſtes
probari,vt poſt *Mil.* & alios deducit *Maſcard de*
69 *prob.concl.877.nu.9.& 10.* quià † text. in *d.l.ne-*
mini potiùs probar noſtrã hanc ſententiã, ex quo
illa teſtificatio Magiſtrorum de peritia diſcipuli
præſupponit neceſſariò præuium examen, nequè
Imperator detulit reſtimonio cuiuſuis teſtis quan-
tumcunquè periti, ſed Magiſtri, qui potuit ſæ-
piùs diſcipulum interrogare, & examinare.
70 Propterea Ego ſemper †tenerẽ hanc opinionẽ,
reiecta diſtinctione illa *Gemin. in d. c. ſi forte ſub*
num.11,verſ.vlt.quaero,de graduato,vel non gra-
duato, cum qna diſſidentes opiniones conciliari
credidit *Maſcar.vbi ſup.n.11.*Nam *Gemin.* loqui-
tur ſine probatione, & iura per ipſum allegata nõ
tractant de hac qualitate, ſed de alijs, Maſcardus
verò decipitnr auctoritate Rotæ *d. deciſ. 8.* quæ
loquitur de gradu,non de ſcientia, prout etiam in
his terminis, & quidem clariùs, atqnè expreſſiùs
loquitur *Aegid.deciſ.113.incipit Magiſteriatus;*
71 gradus enim facit quidem † aliqualem præſum-
ptionem,ſed non probat ſciẽtiam,vbi verò requi-
ritur probatio,non ſufficit præſnmptio,*Achill.de-*
ciſ. 1. de probat. cum alijs per nos adductis *ſuprà*
quæſtio.44. num 63.

Nequè enim ſequitur,ille eſt Doctor, ergo eſt
72 doctus, quamplures namquè videmus † quotidie
inſantiſſimos Doctorellos, qui neſciunt prima le-
gum principia,inquit *Mandoſ.ad Regul.16.Can-*
73 *cell.q.13.ſub n.3.verſ.hodie video.*Vndè† *Bald.in*
*proœm digeſt.nu.21.*tradit,non ex vi Doctoratus,
ſed ob magnam ſcientiam gradum Illuſtris alicui
competere,& quamuis dictum ipſius circa acqui-
ſitionem gradus huius, ob quamcunquè ſcien-
tiam,reproberur per *Menoch.de Arbitrar.caſ.68.*
*nu.54.*nihilominus indè non fit, quin vt dixi exret
74 magna differentia inter Doctores, † & Doctorel-
los,de quibus latè agit *Alex.in l.Centurio nu.14.*
de vulg.& pupill.& poſt alios Rauden.de Ana-
75 *log.c.37.ex n. 89.* vt indè † intelligarur ex proba-
tione gradus inferri quidem ad præſumptionem,
ſed ad non probationem ſcientię literarum neceſ-
ſariæ in promouẽdo, quod etiam attigimus *lib.1.*
in apparatu,ex n.126.& hoc lib.q.31.nu.137.

In tanrum verò procedit hæc neceſsitas exami-
76 nis,vt Exequutor † etiam aliquo non petente, ad
illud deuenire debeat,vt dixit *Gemin. in eod. c.ſi*
fortè,ſub n.4.ad fi.verſ. quaero coram quo de elect.
77 *in 6.*Et rario eſt, quia † cum publicam vtilitàtem
reſpiciat, nè Eccleſia Dei deſponſet indignos, &
ſic illireratos,*glo.in eod.c.ſi fortè in verb. ſciẽtia,*
deber exuberare Iudicis officium,vt ibi per *Ioan.*
Monach.nu.7. vbi ampliat,etiam quod contradi-
ctor renunciet.
78 Verum eſt tamen,ad actnm† huiuſmodi exami-
nis,ceſſante cõcurſu, poſſe extraiudicialitèr pro-
cedi, nèc quenqnam citandum eſſe,iuxta doctri-
nam *Innocen.in cap.licèt ſub num.4.in verb.exa-*
minata de translat. Prelat. quem ſequutus fuit
Felin.in cap dudum num.36.de præſumpt. cum
alijs larè congeſtis per *Maſcard. ſupracitat. con-*
79 *cluſ.877. num. 2.* Er ratio eſt, quia † commiſsio
examinis potiùs eſt conſcientialis, quàm iudicia-
lis, vndè ſufficit, quod probatio ſoli examinato-
ri concludatur,vt benè per *Alex.conſ.218.ex nu.*
3. lib. 2.
80 Quapropter † examen poreſt ſubdelegari.cùm
tegularitèr oneratio cõſcientiæ non implicet ele-
ctionem

ctionem industriæ personæ, *Rota decis. 18. num. 3.*
& 4. de concess. preben. in nou. & decis. 63. eod.
tit. in antiq. & firmauit *Rota, in vna Legionen.*
Canonicatus, 25. Octobris 1584. coram S. memor.
Clemen. VIII. ac seruatum fuit in vna *Bononien.*
Canonicatus 28. Iun. 1610. coram Reuerendiss.
D. Coccino.

81 Et quemadmodum collatio potest † fieri, &
committi extra territorium tanquam voluntariæ
Iurisdictionis, *Calderin. de elect. cons. 2.* ità & exa-
men quod illi est accessorium, vt concludit *Ro.*
ta d. decis. 18. num. 5. præsertim cùm (vt dixi) non
82 sit † actus iudicialis, ex *Alex. vbi suprà*, & benè
docet *Bald. in l. certum, sub num. 7. ad fin. vers.*
& conclusum est quando Papa, C. vnde legitimi,
quem sequitur Alex. d. cons. 218. ex num. 3. lib. 2.
Innocen. in cap. vlt. sub num. 4. in verb. exami-
nata, de translat. Prælat. Felin. in cap. dudum
num. 36. de præsumpt. cum alijs per *Mascard. de*
probat. concl. 877. num. 2.

83 Nèc ideo † formæ præuersio in hac parte actum
constringit, cum in nullius vergat interesse, *Felin.*
in d. cap. dudum, in princ. vers. & propter hoc,
gloss. in Clemen. vnic. ad med. vers. dicit demum,
cum seq. de offic. & potest. dele.

84 Quæ vera sunt; non obstante † clausula *si ido-*
neum repereris; nam siuè dicamus, clausulam
hanc importare conditionem, siuè simplicem mo-
nitionem, nihil est quin examen possit committi;
suffieit namq; Exequutorē eum habuisse pro ido-
85 neo, vt dicatur obseruasse formā, etiam † si pror-
sus eū non examinauerit, vt pulchrè deducit *Bal.*
in l. 2. num. 6. C. quan. prouoca. non est necesse.

86 Et in hoc examine † (quod non est simpliciter
necessarium, prout est illud quod fit pro forma,)
non debent examinatores nimium esse scrupulosi,
præsertim si promouendus ad beneficium aliquod
simplex, iam ad ordines præuio examine rece-
ptus esset, iuxta dispositionem *textum d. cap. acce-*
pimus, de ætat. & qualit. quem exornat *Gonzal.*
d. gloss. 4. ex num. 84.

87 Sin verò, peracto † tali examine, Exequutor
pronunciaret promisum non idoneum, vel hac de
causa literas non esse exequibiles, indè euanesce-
ret gratia, nèc posset reualidari, aut alia obtine-
ri citra vitium manifestæ subreptionis, nisi de
hoc fieret expressa mentio, *Rota in recentior. par.*
1. decis. 423. num. 9.

Et hæc de literatura, illiusquè defectu, nunc de
moribus summatim agendum est.

88 Morum itaq; duplex in iure † est acceptio, pri-
mo enim accipiuntur pro actionibus humanis sin-
gularibus. Brutorū enim actiones, non nisi per me-
taphoram, mores dicuntur; indequè dicitur philo-
sophia moralis, idest humanorum actuum; quem-
admodum etiam propriùs dicitur Mos, habitus il-
le vniuscuiusquè ex frequentia similium actuum
genitus; Vndè quempiam benè, vel malè morige-
ratum appellamus. Alio modo Mores, pro con-
suetudine accipiūtur. Et has quidem acceptiones
rectè nouit *Isidor. relatus in can. mos 1. distinct.*
89 cùm definiuit † *morem esse longam consuetudinem,*
de moribus tantum tractam; priori enim loco, ac-
cepit morem pro cōsuetudinè ipsa, sequiori verò,
pro simplici humana actione, vt etiam optimè ad-
uertit *Domin. Soto de Iustit. et Iur. lib. 1. q. 7. ar. 2.*

Nostra igitur quæstio, est de moribus secundum
90 posteriorem acceptionem, quos † *Plutarch. libel-*
lo de virt. mor. pronunciauit, esse *qualitates animi*
ratione vacantis; seù quos (vt mihi rectiùs in Poe-
tic. videtur asseruisse Aristoteles) delineationes
91 quasdam † animi, quorum ideo appellatione om-
92 nes † habitus mentis contineri, affirmauit *Quin-*
til. instit. lib. 6. c. 3. & ante eum, haud obscurè do-
cuerat *Arist. in 2. Eudemio.*

93 Mores igitur, † cùm in duplici sint qualitate, bo-
ni scilicet, & mali, & quidem boni versentur circa
virtutes morales, mali verò circa vitia his oppo-
sita, quandocunquè agitur de promouēdo quem-
piam ad Ecclesiastica Beneficia, non simplicitèr in
eo exigitur literarum scientia, quæ ad potentiam
94 intellectualem pertinet, sed morum etiam † hone-
stas, quæ virtutē moralē respicit, *c. cum in cunctis,*
in prin. de elect. c. indecorū, cū seq. de æt. et qualit.

95 Remota enim † virtute hac mora i in homine
quantūcunquè literato, & docto, vix aliqua rema-
net inter eum, & pecudes differentia, Quamuis
96 enim, Virtus † dicatur recta actio, & ea pendeat à
recta voluntate, voluntas autē recta, à recto habi-
tu animi, Vndè aliquibus sic finitur Virtus, vt sit
habitus mentis benè constitutæ, vt pronunciauit
gloss. in can. de pudicitia, 32. quæst. 5.

97 Is verò rectus animus † non sit in optimo, nisi
totius vitæ leges perceperit, & quid de quoquè
iudicandum sit exegerit, ipsasquè res ad verū re-
degerit, quod præstat præceptorū scientia, vt pe-
nè his verbis edisserit *Senec. ad Lucill. epist. 95.*
non tamen ex tali scientia statim inferri potest ad
optimos mores, adeoquè ad ipsam virtutē, magis
quàm possit inferri à potentia ad actum: Doctrina
98 enim † tametsi principiū quoddam ad virtutes af-
ferat, non est tamen sufficiens ad constituendum
Virum bonum, nisi ille sic assuescat ea quæ didicit
facere, vt subiecto omni contrario sensu rationi,
ex propria electione, habitum (vt dixi) rectum
conficiat, vt optimè post *Aristot. philosophatur*
Hieronymus Fracastor. de intellectio. lib. 2.

99 Vndè qui omnia præcepta † nouit, sed tamen
laxatis habenis, sensus suos sequitur, nedùm vt di-
xi inter pecudes referri debet, sed illis longè est
deterior, vt demonstrat Plutarchus in eo libello
cui titulū fecit Grillus, de quo in *princ. 47. quæst.*

Quāuis enim diuersi sint mores, & habitus ho-
minum, videanturquè qui mali sunt cōtingere sine
100 culpa, ex varia, † & inæquali vi atræ bilis, vt ratio-
cinatur *Arist. problem. sess. 30. circa fin. & per tot.*
101 nihilominus cum virtus † his moribus non permi-
sceatur, sed ab omni materia remota, eos regat, &
frænet, vt rectè censuit Plutarchus *eod. libello de*
virt. moral. aliquid semper est homini malè mora-
to imputandum, cur non virtute, liberoquè arbi-
trio vtatur, indequè effrænos appetitus ratione
comprimat: moralis enim virtus hæc à natura no-
bis nō inest, sed educatione, & longo vsu, industria-
què comparatur, inquit *Aristot. lib. 2. Ethic. c. 1.*
& apertè sentit *gl. penul. in Clem. vn.* & ibi *Card.*

num.2. de summa Trinit. & Fide Cathol. Quod
101 plurimum, † Bonorum conuersatione, & fami-
liatitate conficitur, vt latè more suo prosequi-
tur *Tiraquell. ad l. 5. connub. gloss.1.par.5.nu.*
29. & vulgatum est, *qui enim sapientibus gradi-*
tur, sapiens erit: amiens stultorum, similis efficie-
tur, Prouerb. cap. 13. num. 20.

103 Quo fit, vt ad retegendum † animum alicuius,
non solùm dicta, verùm etiam extrinsecas actio-
nes attendamus, vt monuit *Gratian. in princ.*
104 *distinct. 41. lingua namquè sapientum † ornat*
scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam, Pro-
uerb. cap.15. num. 2.

Qualis enim tùm sermo, tùm actus, quale-
cunquè sit animi propositum indicat, si bonus, bo-
num, si malus, malum, inquit *Aristot. loco preall.*
105 *Eudem.* Proindequè corporis † incompositio-
nem, mentis inæqualitatem præseferre, eleganti
exemplo Catilinæ, docuit *Gratia. in fin. d. di-*
stinct.41. & glos. in d. cap. cum in cunctis, in
106 *princ. in verb. grauitas morum*; Nam sicut † cor-
pora, itá ipsi mores motionibus discerni, sen-
tentia est *Aristot. Ethic. 4.* Nequè hic plura de
moribus in promouendo, cum de his quoquè
satis egerimus hoc ipso libro *quæstio. 31. ex*
num. 140.

107 Vbicunquè igitur, ex † suppositione criminis
alicuius, propter quod veniat Beneficiarius de
iure priuandus, Papa mandat alicui prouideri, fer-
mè ex forma literarum ratio ipsa deducendi obie-
ctum exprimitur; circa quam formam hic tantùm
aliquantulum immorandum est, nam de varijs, &
diuersis modis vacationum, qui resultant ex va-
rijs, & diuersis criminibus, opportuniori loco
agendum erit.

108 Forma † itaquè (quantum attinet ad rem no-
stram) est hæc quæ in literis præscribitur, vt vide-
licet Impetrator qui crimen suggessit, super eodē
crimine corā certo Iudice ad id in literis deputa-
to possessorem beneficij in forma iuris accuset, &
se inscribat: mox si cōstiterit eidem Iudici de sug-
gesto crimine, accusatum priuet, seù priuatum de-
nunciet, decernatquè beneficium vacare, ac de-
niquè, si suggestor idem habilis sit, & idoneus, be-
neficium ita vacās ei auctoritate Apostolica con-
109 ferat; Cuius quidem formæ ratio est, quia † vbi
agitur de deponendo aliquo à beneficio propter
crimen, omnino est necessaria accusatio, & in
consequens inscriptio, vt clarè determinat *text.*
in cap. super his. 16. ibi, *sed cùm in modum accu-*
sationis oportet inscribi, quoniam ad depositio-
nem instituitur accusatio, de accusat. Innocen. in
cap. dudum, il secondo, sub num. 2. vers. & ideo
est necessaria inscriptio, & sub num. 9. vers. nos
dicimus, de elect. Rota decis. 1. num. 1. de exceptio.
110 *in antiq.* quod † sanè importat necessitatem spe-
cificandi obiectum ex certa qualitate criminis, lo-
ci, & temporis, ac personarum, iuxta dispositio-
nem *text. in l. libellorum, eod. tit. de accusat. & in*
l. penul. C. eo. sub talionis videlicèt pœna; pro-
111 priè enim *inscribere*, † relato termino ad accusa-
torem, nihil est aliud quàm obligare se ad ean-
dem pœnam, si non probauerit, quam Reus de-
buit pati si probasset ipse accusator, vt pronun-
ciauit *gloss. in prealleg. cap. super his, in verb.*
oportet inscribi, ad fin. vers. inscribere est obliga-
re se, Bellam. decis. 79. num. 3.

Nequè vero forma hæc, introducta fuit tàm
ex natura materiæ subiectæ, quàm ad consulen-
dum etiam pro Iustitia ipsi accusatori. Quippè
112 subiecta † materia odiosa est, & ob præsumptam
in accusatore calumniam, digna est talionis pœ-
na, *can. quisquis cum seq. 3. quæst. 1.* Iustitia quo-
què id exigit, vt exturbato Reo de possessione
beneficij, accusator compos fiat intentionis suæ
113 in obtinendo; nam sicuti † nullo existente accu-
satore, Reus non posset amoueri de beneficio,
quantumcunquè fateretur crimen, vt docet *Com-*
postell. in cap. mandatum, sub num. 5. vers. sed
114 *quid si Reus, de rescript.* ita eo amoto, † stante
præcedente formali accusatione, adhuc inferior
à Papa, non posset beneficium conferre accusa-
tori eidem, vt ibidem docet *Compostell. num. 6.*
cuius doctrinam probauit etiam *Dec. in cap. di-*
lecto 63. sub num. 10. vers. benè facit, de appel-
lation. & propterea omnino fuit necessaria spe-
cifica illa adiectio mandati de prouidendo, quæ
115 etiam operatur, vt † vnica instantia fiat amo-
tio, siuè priuatio criminosi, & prouisio ad fa-
uorem impetrantis, vt benè aduertit *Felin. in*
cap. Olim, sub num. 10. vers. octauo limita, de
rescript.

Cæterùm, impetrator hic ex eadem forma tri-
plici videtur funiculo constringi; quorum prior
116 est seruatio eiusdem † formæ in accusando, & se
inscribendo, quam si prætermiserit, non est du-
bium, eum nullitèr agere, iuxta regulam *cap. cum*
dilecta, vbi *Felin. num. 6. de rescript. Gabr. cons.*
43. nu. 39. lib. 1. & ita fuit decisum in vna *Taruisi-*
na pratensa simonia, 12. Maij 1596. coram
Corduba.

Alter est, modus iustificandi obiectum, nam
117 cùm teneatur † constituere Reum, vel conui-
ctum, vel confessum, *can. 1. cum seqq. & can. vnus*
ex vobis, 2. quæst. 1. Quod pertinet ad media
118 conuincendi, si vtatur scripturis, debent † esse
documenta apertissima, *cau. sciant cuncti, 2.*
119 *quæst. 8.* si verò vtatur testibus † ij non solum
debent esse idonei simplicitèr, vt in *eod. canon.*
dicitur, sed innocentes, vt ait *text. in canon Iu-*
dex criminosum, 2. quæst. 1. itá vt probatio cri-
minis, luce clarior reddatur, vt in *eod. can. sciant*
cuncti.

Quod verò pertinet ad confessionem Iudicia-
lem per responsionem ad positiones, res admo-
120 dum est rigorosa; nam si conceperit † positio-
nem suam simplicitèr super crimine, sine circum-
stantia hac, quod Reus de eo fuerit aliàs diffa-
matus, vtiquè Reus non tenebitur crimino-
sæ huic positioni respondere, se ipsum quodam-
modo prodendo, *Innocen. in cap. 2. sub num. 1.*
vers. si vero non sit diffamatus, de confess. &
in præcitat. cap. dudum, il secondo, sub num.
11. super verb. dicenda, de elect. Ias. in l.
transactione finita, num. 3. C. de transaction.
Bald. consil. 326. sub num. 2. versic. sed Bar-
tolus

tolus malè dicit, lib. 2. Bellam. decis. 274. num. 1. Gregor. decis. 563. num. 13.

Si verò eandem positionem conceperit sub circunstantia diffamationis, quamuis non † solum possit cogi ad respondendum, vt per *Innocen. in eod. cap. 2. ante num. 1. vers. solutio, vbicunquè in positione, de confess. Bellam. in praallegat. decis. 274 sub num. 1. vers. quod si dicatur*, in quo sensu accipienda est Rotæ *decis. 43. de testib. in antiq.*

121

122 sed si † simplicitèr confessus fuerit factum diffamationis, possit tunc etiam vrgeri, vt respondeat præcisè super facto admissi criminis, cùm iam cesset ratio prodendi se ipsum circa delictum occultum, secundum Innocen. *in praallegat. cap. dudum, sub num. 11. circa fin. in vers. dicimus tamen cum cogendum, de accusat. Bellam. ead. decis. 274. sub num. 1. versic. tertio quando respondit.*

123 Nihilominus nequè his casibus † cogitur respondere, nisi prius Impetrator in reliquis omnibus iustificet narrata in suis literis, adeo vt nihil supersit, præter probationem obiectus, quià cùm huic Reo, & possessori sufficiat vincere per non ius actoris, dum actor non docet de iure suo, per iustificationem narratorum, non tenetur ipseeius positionibus respondere, & hoc est quod (meo iudicio) voluit dicere *Compostell. in praecita. cap. mandatum, sub num. 3. circa fin. vers. & propter hoc dicimus, de rescript.*

124 Postremus funiculus, concernit † necessitatem hanc ipsam, videlicet vltra obiectum, iustificandi suas habilitates, & omnia alia narrata in literis, circa quæ nèc posset sibi suffragari confessio Rei,

125 & possessoris in responsione ad positiones, † licèt enim huiusmodi confessio præiudicet confitenti crimen, vt repellatur à beneficio, vt admittunt omnes in *praallegat. cap. 2. de confess. in 6. pracipuè*

126 *Lap. sub num 6.* etiam si † fuisset spontanea, *Innocen. in eod. cap. dudum, il secondo, sub num. 11. vers. ad hanc autem decretalem, de accusat. Ias. in d. l. transactione finita, num. 3. C. de transact.*

127 attamen † ad effectum iustificandi titulum impetratoris, & vt hinc sibi beneficium adiudicetur, talis confessio nô attenditur, propter facile commentum collusionis, *vt in eod cap. 2.* tradunt scribentes omnes, præcipuè *Archid. sub num. 2. vers. & hanc literam, Gemin. num. 12. Franch. sub num. 2. vers. talis tamen confessio, & Prob. ad Ioann. Monach. num. 7. Rota decis. 44. de testib. in antiq. Aymo cons. 93. sub num. 1. vers. & in terminis, Versall. decis. 185. num. 3. par. 1.* quam-

128 uis benè possit † deseruire pro adminiculo, vt declarat *gloss. in cap. penult. in verb. si non apparent, vers. vel per confessionem, de rescript. in 6. Gemin. cons. 38. sub num. 3. vers. tamen quia non fundat, Aymo d. cons. 93 sub num. 5. vers. similitèr sufficit.*

Vndè, etiam si ex spontanea confessione Rei

129 resultaret probatus obiectus, † adhuc tamen impetranti posset imponi perpetuum silentium si de iure suo non doceret, *Compostell. in sapecitat. cap. mandatum sub num. 5. vers. sed quid si Reus, de rescript.* & multo magis possit repelli ex Regulis de Annali, vel de Triennali, alijsquè subsidijs ad fauorem prouisorum comparatis, de quibus in sequentibus dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Regula de non tollendo ius quæsitum, adducitur.*
2 *Clausula* dummodo hac vice collatio ad nos pertineat, *in prouisionibus tanquam de reseruato semper apponitur.*
3 *Eadem, reddit totam gratiam conditionalem.*
4 *Et quæ sit ratio apponendi huiusmodi clausulam.*
5 *Omittitur tamen, vbi prouidetur motu proprio.*
6 *Clausula*, dummodo tempore datæ, &c. *apponitur etiam in prouisionibus tanquam de reseruato.*
7 *Et quæ sit ratio.*
8 *Superflua non censentur, quæ sunt adiecta causa tollenda dubitationis.*
9 *Papa modestia, circa vsum potestatis in prouidendo de beneficijs spectantibus ad collationem inferiorum.*
10 *Præiudicium principale, à consequutiuo non distinguitur, quando infertur per ablationem ab vno, & applicationem ad alterum.*
11 *Clausula*, dummodo tempore datæ, &c. *respicit etiam commodum prouisi.*
12 *Et qualitèr id constet.*
13 *Clausula*, dummodo tempore datæ, &c. *non suspendit gratiam.*
14 *Nequè arctat prouisum ad iustificationem negatiua.*
15 *Eadem, implicat expressionem colorata possessionis alterius.*
16 *Eadem, operatur vt prouisus per Papam, præferatur cuicunquè alteri.*
17 *Etiam præueniendo.*
18 *Eadem, refertur ad ius radicatum.*
19 *Dominium, qualitèr quæratur.*
20 *Bona nostra, quæ esse dicantur.*
21 *Recurrentes ad laicos, priuantur iure quod habent in beneficijs, super quibus est lis.*
22 *Illud tamen ius, interim nulli alteri applicatur, proptereaquè eidem restituitur in articulo absolutionis.*
23 *Lite pendente, potest quæri ius aliquod à Principe, & qualitèr.*
24 *Regula de iure quæsito non est opus derogare, quandò Princeps remouet exceptionem.*
25 *Restitutio non datur ad publicandum, in præiudicium alterius.*
26 *Et quomodo id intelligatur.*
27 *Litis pendentia, non impedit, quin impetretur à Principe ius ei competens, vt indè meliöretur ius impetrantis.*
28 *Clausula* dummodo tempore datæ, &c. *nedùm præseruat ius in re, sed etiam ius ad rem.*
29 Oppositio, *relato termino ad beneficium, quid sit.*
30 *Ambitio, respectu spiritualium damnata.*
31 *Rescripta ad beneficia, ambitiosa reputantur.*
32 *Ambitio, circa beneficiaria, vnde remissiuè.*
33 *Oppo-*

33 *Oppositio circa beneficia, duplex.*
34 *Ius in beneficio, aut ad beneficium, ex proprio facto, non potest cuiquam quari.*
35 *Minusquè, quocunquè actu, ante collationem.*
36 *Nequè ex sententia.*
37 *Oppositio sola, tribuit ius, si hoc iure singulari dispositum sit.*
38 *Etiam si talis dispositio sit implicita.*
39 *Fundatoris dispositioni, circa delectum personæ, cui debet beneficium conferri, non potest contrauenire.*
40 *Spes certa, habetur ac si esset sequutus effectus.*
41 *Oppositione facta ad beneficium ex iure singulari, illicò ius oppositori quaritur.*
42 *Et qua sit ratio.*
43 *Præsentatione de pluribus æqualitèr facta, Episcopus potest gratificari cui vult.*
44 *Gratificationi est locus inter plures oppositores.*
45 *Oppositori ius non quaritur in beneficio, ante eius approbationem.*
46 *Et de huiusmodi oppositione, non est facienda mentio in impetratione.*
47 *Gratificatio Episcopi, in concursu plurium præsentatorum, aut oppositorum, non admittit appellationem.*
48 *Prouisio pura de beneficio, resoluit, & extinguit conditionalem, ante conditionis purificationẽ.*
49 *Iuris alterius pendentis à futuro euentu, non est necessaria mentio in impetratione beneficij.*
50 *Taciturnitas, non vitiat gratiam, nisi versetur circa ea, quæ Principem retraxissent ab illius concessione.*
51 *Aut, quæ ius mandat exprimi.*
52 *Clausula*, dummodo tempore datæ, &c. *non præseruat ius contingibile.*
53 *Litis non facta mentione, gratia est nulla.*
54 *Sufficit tamen mentio generica, ex clausula* litis statum, &c.
55 *Præsentatis duobus æqualitèr, nõ impeditur Tertius, impetrare beneficium à Papa, si iuspatronatus sit mixtum.*
56 *Oppositori simplici, quaritur ius per processum ad actus extrinsecus factos circa illius approbationem, per habentem conferre.*
57 *Gratificandi facultas, consumitur per actus declaratorios animi propensi in vnum, ex pluribus concurrentibus.*
58 *Et qualitèr iudicentur actus expressiui animi huiusmodi.*
59 *Voluntas in mente retenta, nihil operatur.*
60 *Et quatenus dicatur in mente retenta.*
61 *Gratificatio, non confert ius aliquod, vbi potestati gratificantis refragatur reseruatio.*
62 *Nihil transmittitur per nihil habentem.*
63 *Reseruationis ignorantia, non excusat ab inualiditate collationis.*
64 *Ignorantia facti, excusat à pœna.*
65 *Sed non validat actum.*
66 *Nec alteri præiudicat.*
67 *Ius non quaritur ex gratificatione, quando actus, vel processus fuit nullus.*
68 *Et qua sit ratio.*
69 *Clausula*, dummodo de tempore datæ, &c. *præseruat ius validum, sed non inualidum.*
70 *Iuris inualidi alterius, non est facienda mentio in impetratione.*
71 *Modò, inualiditas sit declarata per rem indicatã.*
72 *Vel deducatur ipso iure.*
73 *Ius, qualitèr quaratur expectanti.*
74 *Ius, non quaritur ex receptione Capituli de persona alicuius sub expectatione præbendæ.*
75 *Expectanti Apostolico, nullum ius quaritur ante acceptationem.*
76 *Expectanti, post acceptationem, nihil aliud quaritur, quàm ius implorandi Iudicis officium.*
77 *Clausula* dummodo tempore datæ, &c. *an præseruet ius competens expectanti, post acceptationẽ.*
78 *Expectanti, post acceptationem, an quaratur ius ad rem.*
79 *Expectatiua, duplex forma.*
80 *Clausula* ex nunc, prout ex tunc, *adiecta in expectatiua, retrahit gratiam ad tempus datæ.*
81 *Expectans, cum clausula* ex nunc, prout ex tunc, *etiam sequuta acceptatione, adhuc videtur carere titulo.*
82 *Expectatiua, in forma simplicis mandati de prouidendo, non tribuit ius aliquod præseruabile.*
83 *Primariæ preces, non tribuunt ius aliquod præseruabile expectantibus.*
84 *Primariæ preces, quid sint.*
85 *Non habent locum in Italia, & earum materia minus frequens.*

QVÆSTIO LI.

Impetrantibus, quatenus obstet Regula de non tollendo ius quæsitum, & clausula, dummodo tempore datæ, &c.



QVIA plerumquè impetratio non est directa ad remouendum aliquem à beneficio, siuè illius possessione, sed à spe proxima illud consequendi, nè sub verborum inuolucro cuipiam ius suum auferatur, prodita est primùm Regula de non tollendo ius quæsitum, quæ hodiè est
1 in 18. qua † Romanus Pontifex, *Nè per varias, quæ pro commissionibus, seù mandatis, & declarationibus habendis, in causis, plerumquè fiunt suggestiones, Iustitia postponatur, decreuit, & declarauit, suæ intentionis fore, quod deinceps, per quamcunque Signaturam, seù concessionem, aut gratiam, vel literas Apostolicas per commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus huiusmodi, etiam si motu proprio, ex certa scientia, ac etiã ante motam litem, à Sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato faciendas, nulli ius sibi quæsitum, quomodolibet tollatur.*

Nequè hac declaratione contentus, in quibus-
2 uis literis, clausulam hanc addit, † *dummodò tempore data præsentium nõ sit in eo,* (idest beneficio) *specialitèr ius quæsitum,* & hoc amplius, quando supponi-

supponitur reseruatio, ita vt videatur manifestè
cessare præiudicium cuiuscunquè, etiam respectu
ipsorum collatorum, subijcitur altera clausula,
dummodo hac vice collatio ad nos spectet, quæ
3 clausula † reddit totam gratiam conditionalem,
adeò vt non iustificata reseruatione, nihil censea-
tur concessum, *Gregor. decis. 314. nu. 3.* indequè
4 excludatur † mens Papæ volendi concurrere cū
Ordinario, cùm potius declaret se nolle confer-
re, nisi beneficium sit reseruatum, & ità per hanc
velle restringere omnes alias clausulas generales,
vt latè per *Simonet. de reser. q. 61. num. 3. Rota*
in recent. decis. 777. num. 6. par. 2. cum alijs ad-
ductis per *Beltram. ad eand. Gregor. decis. 314.*
num. 6.
5 Nequè hæc clausula, vsquam † omitti consue-
uit, nisi Papa rescribat Motu proprio, ex supposi-
tione reseruationis sibi notæ, vt fuit seruatum
in *Comen. Præpositura 20. Iun. 1611. coram*
R. P. D. Pirouano.
6 Et quamuis *Beltram.* loco præcitato, † subij-
ciat, quandò Papa vult præuenire, loco clausulæ
huius, *Dummodo collatio hac vice ad nos perti-*
neat, eum consueuisse apponere clausulam præ-
dictam, *dummodo à die datæ præsentiū, nō sit ali-*
cui ius quæsitū, quod pronunciauit *Rota in Pa-*
derbonen. Canonicatus. 29. Martij 1610. coram
Reuerendissimo Domino Coccino; Nihilominus
7 id † ità non est accipiendum, vt quandoquè clau-
sula hæc iuris quæsiti præseruatiua, in literis ad
beneficia omittatur; nam perpetuò apponitur
consequutiuè ad Regulam Cancellariæ superiùs
allegatam, nèquando Papa censeatur facto rece-
dere à protestatione in eadem Regula adeò seriò
emissa, *cap. gratum, cum ibi nota. de appell. l. non*
solum. § morte de nou. oper. nunc. cum simil. addu-
ctis per *Menoch. cons. 375. num. 28.*
8 Nec potest videri stylus hic † Curiæ frustrato-
rius, veluti innectus ad tollendam omnem dubita-
tionem, *l. quæ dubitationis, 82. de reg. iur.* idem
Menoch. cons. 296. num. 54.
9 Atquè ex his † elucet Summa Pontificis mo-
destia, qui, vtcunquè in his tantam habeat pote-
statem, vt nemo possit iustè de eo conqueri, vt ali-
bi demonstrauimus, nolit tamen ea potestate vti,
etiam prætextu quòd sua intentio principalis sit
prouidere vni de beneficio, damnum verò quod
alteri hinc sequitur, veniat in consequentiam; cùm
10 optimè † id quoquè norit, secundum ordinem
naturæ, nō posse vni conferri quod apud alterum
est, quin ablatio præcedat, & quin, saltim secun-
dum ordinem intellectus, ablatio ab vno, & ap-
plicatio ad alterum coæqualitèr progrediantur,
vnde detur ista distinctio principalis, & conse-
quutiui, vt elegantèr docuit *Bald. in l. Ambitio-*
sa, num. 19. ff. de decret. ab Ord. facien.
11 Nequè clausula † hæc, *dummodo tempore datæ*,
potest etiā videri otiosè posita ex alio maximo
commodo quod ipsimet prouiso emergit; nàm
quemadmodum ex ea præseruatur ius quod quis
12 habet, nè alioqui † videri possit aliquid contra
Iustitiam obreptum à Principe, *l. nec damno-*
13 *sa, & l. penul. C. de prec. imper. offeren.* ità † non
docto de tali iure, eadem clausula non operatur
suspensionem gratiæ, *Achill. decis. 18. nu. 2. de*
probat. Rota decis. 610. num. 2. par. 4. in recent.
14 nequè arctat † prouisum ad iustificationem ne-
gatiuæ, *Seraph. decis. 1484. num. 12. Gregor. de-*
cis. 350. num. 2. cum ibi notat. per Beltram.
15 Præterea hæc ipsa † Clausula, excusat prouisum
à subreptione, etiamsi illi se opponat, qui suam
possessionem simplicitèr coloret, velitquè ideò
dicere, gratiam esse nullam, non facta mentione
talis coloratæ possessionis, cum per hāc clausulam,
etiam ex forma rescripti, istud ius conseruetur in
statu deducibilitatis, vt post alios elegantèr ex-
plicat, *Felin. in cap. super literis, num. 11. de re-*
script. & firmauit *Rota in Colonien. Canonicatus*
20. Maij 1602. coram Cardin. Pamphilio.
16 Et deniquè enixam † hanc mentem Papæ osten-
dit, quod velit prouisum suū præferri cuicunq; ius
non habenti, *Verall. decis. 61. sub n. 61. vers. tamen*
17 *quià in prouiso lib. 2.* etiam † præueniendo, vt in
Romana Capellania S. Petri 9. Decembris 1602.
coram Illustriss. Card. Millino, in Romana Cle-
ricatus S. Petri 23. Nouembr. 1603. coram Card.
Pamphilio, in Elnen. Beneficij, 22. Iunij 1602.
coram Penia, & in præallegata *Paderbonen. Cano-*
nicatus, 29. Martij 1610. coram Reuerendiss.
D. Coccino.
18 Subiectum igitur tàm † huius Clausulæ, quàm
ipsius Regulæ de iure quæsito, est ius, & non qua-
lecunquè ius, sed ius radicatum, *Pute. decis. 257.*
num. 1. lib. 2. & decis. 4. super Reg. de Iure quæs.
Rota in recent. decis. 174. num. 8. par. 1. in
recent.
19 Vt autem † dicatur ius radicatum, necessè est
præsupponere factum applicationis per haben-
tem dominium, seù quasi dominium, quod † non
potest, nisi altero de duobus modis contingere,
videlicet, aut expressè per traditionem, vel quasi
traditionem, aut tacitè nimirùm, patiendo rem
vsucapi, *l. traditionibus, C. de pactis*, ita vt in causa
istius radicationis versetur ipsa possessio, seù qua-
20 si, & circa † eam concurrant actio, & exceptio, ex
quo concursu, benè dignoscitur quid in bonis no-
stris esse dicatur, *l. rem in bonis 52. de acquiren.*
rer. dom.
21 Vndè, si habens † ius ad beneficium, vel in be-
neficio, propter recursum ad laicos, eo priuetur,
iuxtà terminos *tex. in cap. si diligenti, de for. com-*
22 *pet.* contingat † autem eundem recurrentem ab-
solui, & in pristinum restitui, adijciaturquè in li-
teris clausula præseruatiua Iuris alteri quæsiti,
non censebitur hinc præseruatum ius aliquod ei-
dem litiganti, quasi acquisitum ex facto illius re-
cursus, ex quo Canon qui ab vno ius abstulit, non
etiam alteri illud applicauit, vt respondit *Rota*
in causa Tullen. seù nullius Monasterij, 15.
Febr. 1610. coram Card. Sacrato.
23 Paritèr, si Papa fauore † vnius collitigantis,
remouerit aliquam exceptionem à iure positiuo
promanantem, non poterit alter collitigans, iustè
conqueri de iure sibi quæsito non auferendo;
Nam istud qualecunque ius, non egit radices in
suo per applicationem, & consensum, quo casu
iam

iam præſupponeretur cauſa naturalis,ipſaquè exceptio implicaret defenſionem naturalem,ſed ſuper iure poſitiuo, quod eſt mutabile ad nutum Principis,& qui propterea tollendo exceptionem hanc, non videtur cupiam iniuriam facere, vt benè declarat *Abb. in c.dilecti num.13.de except.* & poſt alios latè tradit.*Curt.Sen conſ.49.ſub n.31. verſ.ſecus in alijs defenſionibus*.

24 Et ſimillitèr,ſi Papa † fauore alterius ex colliti-gantibus, remoueat exceptionem defectus probationis,vel aliam ſimilem, quod non opus ſit derogare regulæ de iure quæſito, latè fuit deciſum in *Corduben.Beneficiorum, 6.Febr. & 2. Aprilis 1612.coram Illuſtriſſ.Card. Caualerio, & benè facit Pute. decıſ.354.lib.2.*

25 Et hinc † quoquè eſt, vt cùm reſtituitur quis aduerſus tempus ad publicandum,licèt ea reſtitutio non detur in præiudicium alterius, vt notat *Parıſ.de reſign.lib.11.q.17.n.136. ad fin.*Nihilominus† iſtud intelligatur de iure alterius radicato ex ſuppoſitione impetrationis ex ea vacatione, ſecùs verò de iure non radicato,in tantum,vt non attendatur,quod nō fuerit facta mentio litis, cùm ſemoto hoc caſu,non poſſit dici lis pendere ſuper eo punctò,vt reſoluit *Rota, me informante in cau. ſa Meten. Canonicatus 8. Martij 1619. coram R.pd. Pirouano*.

26 (see above)

27 Neque hac ipſa† ratione litis pendētia impedit, quominùs impetretur à Papa Ius illud, quod ipſi Papæ competit. cum vnicuiquè permiſſum ſit Ius ſuum meliorare,*Oldrad.conſ.299.ſub num.4. verſ. Vndè quando aliquis,cum ſeqq.*quem ſequuta eſt *Rota in eadem cauſa Meten. Canonicatus*.

Cæterùm data huiuſmodi radicatione,ſatis cō-

28 ſtat,per dictam † clauſulam præſeruari nedùm ius in re, verùm etiam ius ad rem ex ſimplici oppoſitione, niſi de eo facta fuerit ſufficiens mentio, iuxta *Creſcen.decıſ.7.ſub nu.2.verſ. maior tamen pars de Iurepatron. in no.*

Qualitèr autem quæratur iſtud ius ex oppoſitione, minimè inutile erit hic perquirere: & ſanè

29 oppoſitio, † quam canones vocant competentiā, nihil eſt aliud, quàm ſimplex ambitus, ideſt petitio vacantis beneficij, qui enim petit honorem, ambire dicitur,*l.vnic.ff. ad l.Iul. de ambit.* Vndè il-

30 lud † omnibus promouendis ad Eccleſias dictum, *tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, vt quaratur legendus,rogatus recedat, inuitatus effugiat, ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi*, inquit *text in l. ſi quenquam 29. verſ. tantum C. de Epiſc.& Cleric.*& in hac etiam ſignificatione ſumitur ambitio in *Canon. penult. 1. q.7.*

31 Hincquè reſcripta ad beneficia† regularitèr ambitioſa reputātur, *c.quamuis de preben.in 6.* cum alijs adductis per *Gonzal. ad reg.de menſ. gloſſ.2.*

32 *num.8.* quamuis hodie pauci † ſint, qui expectant prouideri, & non ſe offerant, contra antiquiſſimum inſtitutum, cuius conuerſionis rationem exponit *Robert. Annæ.rer.iudicat. c.7.in princ.*

33 Hæc igitur oppoſitio, duplex eſt, altera † enim ſimplex dicitur, idest non radicata ſuper iure aliquo ſe opponendi, altera verò radicata ſuper tali iure, prout hæc differentia optimè deducitur ex *Caſſad.decıſ.18. de preben.* & eam etiam agnouit *Mandoſ. in conſ.51. num.5.*

Igitur, ex prima nullum penitus ius acquiritur,

34 nequè in re, nequè ad rem, quia impoſſibile † eſt, vt cuiquā ex nudo, & ſimplici facto proprio quæratur huiuſmodi ius,vt per *Caſſad.vbi ſupra nu.3.* ex altera verò,ſi agatur de iure in re,articulus ca-

35 ret difficultate, quia per † quoſcunquè actus collationem præcedentes, non poteſt acquiri ius in re,*cap.vlt.§.vlt.vbi Gemin.& Franch.de conceſ. preben.in 6.idem Gemin.conſ.127. nu.1.* etiam ſi

36 ſententia † interuenerit,inquit *Franch. vbi ſuprà num. 2. verſ. imò etiam*.

At ſi agatur ſimplicitèr de iure ad rem quæſito, quæſtio eſt aliquantulum intricata, pro cuius ideo enodatione, diſtinguendi ſunt caſus aliquot.

37 Primus eſt, quando † ius illud cui innititur oppoſitio, deducitur ex ſtatuto, vel conſuetudine legitimè præſcripta, hoc explicitè,& in indiuiduo decernente, quod ex ſola oppoſitione Ius quæratur; & hoc ſanè caſu, dicendum eſt ius ad rem ex tali oppoſitione quæri, non vigore ipſius oppoſitionis ſimplicitèr, ſed vigore ſtatuti, aut illius iuris ſpecialis ſic diſponentis,& (vt ita dixerim)oppoſitionem illam viuificantis, quod clarè voluit *Caſſador. d.decıſ.18.num.5.*

38 Secundus eſt caſus † quando oppoſitio deducitur ex ſtatuto non explicitè id decernente, ſed implicitè duntaxat, & virtualitèr, puta ſi mandet beneficium cōferri perſonæ ſic & ſic qualificatæ, opponitquè ſe vacationi beneficij, habens huiuſmodi qualitates, vel ſolus, vel cum alijs; & hoc certè caſu, dicendum eſt huic vni ius quæſitum

39 eſſe, quia † cum non poſſit contraueniri diſpoſitioni, quæ eum vocat,*Bald.conſ.38.num 2. lib.4.* dicitur poſitus in ſpe certa obtinendi collationē,

40 quæ † quidem ſpes regulatur,perinde ac ſi effectus ſequutus eſſet,*l.ita vulneratus*,cum *ibi nota ad l. Aquiliam*,atquè ità in punctò conſuluit *Mandoſ. d.conſ.51.num.12.verſ. inſuper quando alieui*,& determinauit *Rota in Gerunden.Beneficij 2.Decembris 1607.coram Card. Sacrato.*tūc enim ceſſat fundamentalis ratio ſuprà allegata, cùr ex oppoſitione ius non quæratur, videlicet, quià neceſſarium ſit factum alterius; ſpes enim illa ducta ex cauſa de præterito,eandem vim obtinet,quam factum alterius,vt demonſtrauimus *quæſt. 38.num. 26. cum tribus ſeqq.*

41 Et ſanè arbitror, † ius iſtud quæri illicò vt eſt facta oppoſitio, quamuis qualitates nondum ſint

42 iuſtificatæ, ſi tamen illæ veræ ſint, nam † cùm illa iuſtificatio quæ ſubſequitur, ſit ſimplex patefactio præteriti latentis, non cenſetur aliquid adijcere, *l.adeò,§ cum quis,de acquiren.rer.dom.Bellame. conſ.34.ſub nu.21. ad 6.dub. verſ. nec ſecundum nocet*,& ideo creatio Iuris conſideratur ab initio, vt latè fuit deciſum in *Burgen. Canonicatus 27. April.1597. coram Card. Pamphilio.*

Tertius eſt caſus, quandò ſuppoſito eodem ſtatuto, plures ſe opponunt, & in ijs eædem qualitates cadunt, concurruntquè;& tunc tenendum eſt, nulli ex oppoſitoribus ius ad rem quæri, exē-

43 plo plurium † præſentatorum ab eodem patrono

Laico

Laico, cùm possit Episcopus gratificari cui vult,
capit.cum autem de Iurepatron. clem. plures eod.
44 tit. & quod inter † plures oppositores sit locus
gratificationi, æquè ac inter æqualitèr præsenta-
tos, adeo vt nèc sit necessaria alterius citatio, vbi
proceditur per hanc viam gratificationis, latissi-
mè discusso articulo fuit decisum in vna Calagu-
ritana Beneficij de Zurbano, 29. Octobris 1608.
& 4. Nouembris 1609. coram Penia.
45 Ratio horum est, quià † per talem oppositio-
nem, non potuit acquiri nisi quædam spes, non ex
præterito, vt in superiori casu, sed à futuro euen-
tu approbationis, seù gratificationis dependens,
ante quam ideo approbationem, seù gratificatio-
nem, nil in veritate opponenti debetur, ita Card.
in clem. vn. §. secus, sub num. 1. vers. oppono quod
46 etiam, de concess. praben. Est enim † istud ius
pendens à futuro penitus incertum, cùm habeat
se ad esse, & non esse, diciturquè merè contingibi-
le, Ita vt in impetratione, non sit necesse de eo
mentionem facere, inquit Felin. in cap. in nostra,
sub num. 15. vers. septimum corollarium, de re-
script. optimè Rota decis. 21. sub num. 5. versic.
pro parte contraria, de probat. in nou.
47 Et casum † hunc reducendo ad practicam, ad-
uerte, si per viam gratificationis Episcopus ad
fauorem vnius procedat in illi prouidendo, oppo-
sitionem alterius resoluit ex prædictis, nèc cùm
gratificatio pēdeat ex toto à libera facultate Epi-
scopi, d. cap. cum autem, & d. clem. plures, nèc ideò
admittetur appellatio, Felin. in c. super his, nu. 8.
de accusat. & est text. in cap. pastoralis eod. tit.
de Iurep. firmauitquè Rota in praallegat. Cala-
guritana de Zurbano.
48 Idemquè erit, † si non expectato euentu grati-
ficationis, alter ex ipsis (vt fieri quotidiè experi-
mur) impetret à Papa, nam sicuti prouisio Ponti-
ficis pura, extinguit conditionalem priorem, ante
conditionis purificationem, cap. si pro te, de re-
49 script. in 6. clem. 1. de concess. praben. Ita † & for-
tiùs extinguet debile istud ius pendens à futuro,
cuius nec ideò facienda est mentio, Fel. in dict.
cap. in nostra, & tradit etiam Cassad. eod. tit. de
praben. decis. 16. num. 3.
50 Regula enim illa, quòd taciturnitas † eorum,
quæ expressè verisimilitèr retraxissent Principē à
cōcedēdo, vitiēt gratiā, intelligitur de his, de qui-
bus in iure est certum, quod illis expressis, Prin-
ceps gratiam non concessisset, Aegid. decis. 697.
paulò ante nu. 5. vers. tertio principalitèr, vel de
51 his, quæ † ius statuit exprimenda, Felin. in d. c. in
nostra, num. 13. vers. tertium corollarium, Cal-
der. consil. 10. & 11. de rescript. plenè Franch.
in cap. si Motu proprio, sub num. 7. de praben.
in 6.
52 Ex his ergo patet, † tale ius contingibile non
censeri præseruatum in clausula dummodo, cum
ea præseruet duntaxat ius purè quæsitum, non
autem sub conditione, & euentualitèr, vt benè
per Aegid. cons. 34. num. 21. & per Roman. con-
sil. 256. ad fin. vers. secundo quia, vbi Mandos. in
verb. conditionalitèr alios refert.
Et sanè modus hic supplantandi competitorem,
seù coöppositorem hodie est frequētissimus, pro-
pter illius facilitatem, etiam si inter ipsos formata
sit lis, vt attigi suprà quæst. 13. num. 63.
53 Licèt enim † si explicitè narraretur, difficile
esset gratiam obtinere, ea verò non narrata, gra-
tia sit nulla, Cassad. de praben. decis. 18. num. 6.
54 tamèn sufficit † mentio litis generica, sub clausu-
la litis statum, &c. ex Gemin. cons. 120. num. 6.
Lancellot. de attenta. in præfatio num. 647. vers.
declara tamen, Achill. decis. 9. de praben. Manti-
ca decis. 213. num. 8. cum alijs adductis per Gre-
gor. decis. 2. nu. 6. & per Beltram. ad eam nu. 15.
vers. quod clausula, & in his proprijs terminis fuit
responsum in vna Aretina Capellania 4. Iu-
lij 1603. coram Reuerendiss. Attrebaten.
55 Et cum † eadem facilitate posset Tertius non
præsentatus supplantare præsentationem de duo-
bus æqualitèr factam, impetrando ipse à Sede
Apostolica propter mixturam, vt in puncto fuit
decisum in vna Mediolanen. Capellania, 27.
Martij 1607. coram Corduba, impressa apud
Garz. de benef. par. 4. cap. 3. num. 14.
56 Declaratur autem casus hic, vt locum † sibi
vindicet, vbi is qui debet conferre, processit ad
aliquos actus extrinsecos, & suæ voluntatis ex-
pressiuos, circa approbationem vnius, & exclu-
sionem aliorum oppositorum, tunc enim quia vl-
tra factum oppositionis, ex parte oppositoris da-
tur concursus facti alterius refluentis in ipsum
oppositorem, illi datur ius ad rem quæsitum, ex
quodam quasi contractu, inter ipsum opponentē,
& collatorem, Mandos. d. cons. 51. num. 7. versic.
item cum fuerit oppositio acceptata, & fuit deci-
sum in præallegata Gerunden. Beneficij, & in
Calaguritana beneficij, 14. Febr. 1605. coram
57 Penia, tuncquè † iam dicitur consumpta gratifi-
candi facultas, Hostien. in cap. relatum, num. 14.
de praben.
Circa istud tamèn, diligentèr consideranda est
natura actus, an videlicet possit ex eo necessariò
inferri ad huiusmodi voluntatem, ex qua deduci-
58 tur tale tacitum pactum: Quo fit † si is corā quo
fit oppositio, eam simplicitèr recipiat, stetquè
in his puris terminis receptionis, ita vt possit
eam adhuc non admittere, indè non dicatur ius
aliquod quæsitum, Mohedan. decis. 1. de pra-
59 ben. Voluntas enim † non declarata, sed in men-
te retenta nihil operatur, l. si recipiendi, C. de
60 condict. ob cau. cum simil. & eatenus † dicitur nō
declarata, quatenus, saltim ex præsumptionibus, &
coniecturis de ea non constat, iuxta doctrinam
Curt. Iun. in l. 2. in princ. num. 1. ff. si cer. petat.
cum adductis per Tiraquel. ad l. si vnquam, in
verb. libertis, nu. 20. C. de reuoc. donat. Menoch.
cons. 210. num. 59.
61 Quemadmodum † si ad eum non pertineret
prouisio, putà quia obstaret reseruatio, etiamsi
illam ignoraret, vt fuit consideratum in vna Der-
tusen. Parochialis, 2. Febru. 1593. coram Penia,
62 impossibile enim est † quid transmitti in ali-
quem, per eum qui nihil habet, l. traditio 20. in
princ. de acquir. rer. dom.
63 Nequè ignorantia † reseruationis quicquam
ope-

operatur, siuè versetur circa ius, *l. iuris ignorantiam*, & *l. Regula, in princ. de iur. & fact. ignor.* siuè versetur circa factum illud, ex quo ius oritur. potest enim quidem talis facti ignorantia
64 excusare † à pœna, *l. 3. §. qui ignorans, ff. ad Senatus Consult. Syllanianum*, *Aym. consil. 6. nu. 73. Caphal. consil. 390. num. 11*, cum alijs per *Menoch. cons. 425. num. 15.* Sed non potest actui
65 efficaciam conciliare, cum nèc habeat † consensum, & voluntatem agentis, sine quo actus non perficitur, *l. mater decedens, C. de inoffic. testam. l. in omnibus 54. de act. & obligat. cum simil.*
66 Vnde, nequè multo minus † potest hinc cuiuis alteri inferri præiudicium, *Menoch. consil. 37. num. 148.*

67 Idemquè est dicendum, † cùm proponitur actum, aut processum huiusmodi esse quouis modo nullum, vt fuit responsum in vna *Calaguritana Beneficij de Maestu. 24. Nouembris 1604.* coram
68 *Reuerendiss. Attrebaten.* quod enim † nullum est, nullum operatur effectum, *vulg. l. 4. §. condemnatum, de re iudic. cum simil.* & fuit etiam responsum in his terminis, in vna *Florentina Iurispatronatus, 28. May 1599. coram Iusto.*

69 Clausula † namquè *dummodo*, non præseruat ius inualidum, sed validum duntaxat, *Abb. consil. 98. num. 4. ad fin. vers. non obstat secundum lib. 1. Sarnen. de iur. quæsit. quæstio. 21. num. 4. Rota decis. 504. num. 3. & 634. num. 1. par. 2. in*
70 *recen.* Nèc de † iure inualido facienda est mentio in impetratione, *Felin. in cap. ex tenore, nu. 2. de rescript.*

71 Et quamuis intelligatur † de nullitate declarata per tres conformes, seù rem iudicatam, *Calder. cons. 11. de rescript. Ferret. consil. 61. num. 3. & 4. Bisignett. decis. 2. de sequestr. possess. & fruct.*
72 Tamen hoc procedit † in nullitate ope exceptionis resultante, secùs verò si inducta sit ipso iure, vt declarat *Felin. in suprà alleg. cap. in nostra, sub num. 5. vers. secundo casu, de rescript.* & firmauit Rota *in d. Calaguritana de Maestu.*

73 Quartus deniquè est casus, quandò † oppositio fit vigore expectatiuæ: Quamuis enim materia hæc minus frequens sit, propter prohibitionem *Concilij sess. 24. cap. 19.* quia tamen non est abbreuiata manus Papæ, vt fuit consideratum in vna *Calaguritana Canonicatus*, de qua infrà, hęc quoquè indago minimè hic est prætermittenda:
74 Et sanè quoad † receptiones illas Capitulares, quæ fiunt de Canonicis expectantibus, facienda est breuis conclusio, indè nullum penitus ius quæri, cùm non possit Capitulum ex tali receptione dare ius considerabile ad vacatura, sed tantùm ius fragile, & merè gratiosum, nullam inducens prouidendi necessitatem, iuxta *Hostien. sententiam in c. relatum. n. 3. vers. sed contra, de præb.* quam ibi dixit communem *Butr. sub num. 7. vers. nam in primo dicto*, & sequuti fuerunt *Abb. sub num. 6. vers. an autem iste receptus*, & *Ioannes de Anan. num. 2.*

Quo verò ad expectatiuas Apostolicas, si agatur de tempore ante acceptationem, res quoquè
75 caret omni difficultate, quia † inde prorsus nullum ius quæritur, quod considerabile sit, *cap. 1. §. subiunctiũ, & §. vltim. de concess. præben. in 6.* vbi *glos. in verb. acceptaret*, optime declarat, quomodo dicatur beneficium per expectantem acceptari; eget namquè talis acceptatio, expressa declaratione, nec alitèr præsumitur, *Cardin. in clem. 1. num. 8. de concess. præben.* vbi reddit rationem.

76 Si verò agatur de tempore post † acceptationem, articulus cõtrouersus est; nam quod indè nil quæratur præter simplex ius implorandi Iudicis officium, videtur voluisse *glos. in cap. veniens, in verb. renunciasse, vers. dicas, quod per literas, de renunciatio.* prout eam sic expendit *Card. in clem. Auditor, num. 2. de rescript.* quamuis eam non sequatur, Quodquè istud ius non censea-
77 tur præseruatum, propter † modicum præiudicium quod fit expectanti, cuius gratia tunc non consumitur, sicq; seruetur de vsu, & stylo Curiæ, tradit *Rot. decis. 17. per tot. de præben. in nou.* quem stylum, seù vsum agnouit etiam *Bellam.* (qui tamen eum vocat vsurpationem), *decis. 167.* & latè tradit *Felin. in cap. causam quæ, num. 26. de rescript.*

78 Ex diuerso verò, quod imò † indè quæratur ius ad rem, videtur innui ex *tex. in d. cap. 1. §. vlt.* & ibi *glos. à contrario sensu, de concess. præbend. in 6.* secundum alium intellectum quem probauit *Cardin. in d. clem. Auditor, num. 2.* & *in clem. gratia, num. 1. de rescript.* & latè tuetur hanc sententiam *Sarnen. de Reg. de iure quæsit. quæst. 12. versic. tertius modus;* & *q. 4. versic. tamen aduertendum est*, admittens nihilominus, contrariam sententiam præualere in Romana Curia, potius ex abusu à patiente, & tolerante, quàm de iure, & priorem sententiam videtur etiam sequuta (obiter tamen) *Rota in supracita. Gerunden. Beneficij, 10. Decembris 1605. coram Cardinali Sacrato.*

79 Ego pro concordia considero, † magnam esse differentiam, inter formam, & formam expectatiuæ; alia enim datur in forma simplicis prouisionis, quando videlicet Papa prouidet alicui de beneficio vacaturo, quod duxerit acceptandum, cum clausula *ex nunc, prout ex tunc*, quo casu licèt det certos exequutores, tamen gratia dicitur perfecta, nèc reuocatur morte concedentis; alia verò datur in forma simplicis mandati de prouidendo, quando scilicet Papa mandat certis exequutoribus, vt prouideant impetranti de beneficio vacaturo, quod duxerit acceptandum, quo casu, morte concedentis gratia expirat, vt latè fuit distinctum, & deductum in vna *Calaguritana Canonicatus 1. Iul. & 9. Octobris 1592. coram Penia.*

Si ergò versamur in primo casu, illicò vt expectans acceptauit, dicitur ei quæsitum ius in re, vigore illius clausulæ retrotractiuæ *ex nunc, pro-*
80 *ut ex tunc*, quæ, † sequuta acceptatione, retrahit gratiam ad tempus datæ, ità *Crescent. decis. 7. num. 13. & 14. de concess. præb. Pute. decis. 290.*
81 *lib. 2.* hæc enim † est vis dictæ clausulæ, *Rot. in Bononien. officij 29. Aprilis 1590. coram Litta*,

in

in Capuana optionis, 23. Maij 1609. coram Lanceellotto, & in his terminis visa est sentire *Rota, in Campanien. Prioratus, 18. Maij 1618. coram*
81 *Archiepiscopo Seleucien.* licèt expectans † hic adhuc non videatur habere titulum, *Cardin. in cap. sicut vnire sub num. 7. versic. item per impetrationem de excess. Prælat.*

82 At si versamur in secundo, quia † adhuc expectatur prouisio exequutorum, illa sola acceptatio, non videtur tribuere ius præseruabile, vt est *text. in cap. fin. §. sanè in ijs, de concess. preben. in 6.* optimè *Cardin. cons. 61. num. 4. Cassad. decis. 5. sub num. 2. eod. tit. de concess. praben. Crescen. d. decis. 7. ex num. 2. vers. igitur si prouisio cum seqq. præsertim 17. & 19.*

Et hæc satis in materia (vt dixi) minus frequenti, secundum cuius regulas potest decidi quæstio
83 iuris † quæsiti ex primarijs precibus, *Rota decis. 15. num. 1. & 2. de prabend. in antiquior. Bisignet. Cresc. d. decis. 7. sub num. 3. vers. & in primarijs.*

84 Sunt autem † primariæ preces (vt alibi etiam diximus) indultum illud Apostolicum, quod ad primitias precum in auspicatione Imperij Cæsaris per Summum Pontificem consueuit concedi, vt in qualibet Ecclesia Imperij, possit facere vnum sibi benè visum, modò idoneum recipi, de quo indulto loquitur *Specul. in titu. de prabend.*
85 *§. 2. num. 7.* has autem † primarias preces, ex stylo, & consuetudine concedentis constat non habere locum in Italia; vt respondit Rota apud eundem *Crescen. decis. 3. eod. tit. de praben.* Vndè & earum tractatio, minus quoque frequens est; neque ideo hic plura aut de primarijs his precibus, de quarum effectu etiam aliqua scripsimus. *in super. lib. quæstio. 6. ex num. 47.* aut de Regula de Iure quæsito, super qua & Glossemata & Commentaria extant quamplura.

SVMMARIVM.

1 Impetratio certo modo, duplex.
2 Regula de impetrantibus certo modo, quid olim contineret.
3 Regula de annali, olim simbolizabat, vt minimè erat eadem cum Regula de impetrantibus certo modo.
4 Regula de annali, an olim afficeret impetrantes certo modo.
5 Regula de annali, confusa cum Regula de impetrantibus certo modo.
6 Regula de annali, quid contineat.
7 Indicia exerceri, Reipublica interest.
8 Lites, cur per appellationes trahantur.
9 Calumnia omnis, a litibus auertenda.
10 Improbus litigator, quis dicatur.
11 Lites, quanam detestanda.
12 Regula de annali, non operatur ipso iure, sed ope exceptionis.
13 Eadem, vt suffragetur excipienti, debet produci.
14 Annalitatis exceptio, admittitur in quacunquè instantia.
15 Etiam post sententiam, & illius exequutionem.
16 Et etiam ad effectum restitutionis possessionis.
17 Annalitas qualitèr sit deducenda.
18 Qualitas per legem requisita, articulanda est, & probanda per eum qui intendit iuuari dispositione ipsius legis.
19 Annalitas vt sit pacifica, consideratur initium adepta possessionis.
20 Et sufficit possessio instrumentalis.
21 Annus, ad effectum Regula de annali, qualitèr computetur.
22 Et qualitèr in alijs dispositionibus.
23 Regula de annali vt intret, debet iustificari possessio pacifica, vsquè ad diem impetrationis.
24 Annalis pacifica possessio, non suffragatur, si fuerit interrupta ante impetrationem.
25 Annalis possessor effectus, post impetrationem, non potest iuuari Regula.
26 Regula de annali, qualitèr euitetur.
27 Regula de annali, dirigitur in odium impetrantium.
28 Eadem, non est extensibilis.
29 Annalis possessio, non potest dici, qua interrupta est.
30 Possessio non dicitur pacifica, ad effectum Regula de annali, si detur praexistentia litis cum antecessore, qua adhuc non sit finita.
31 Annalitas interrumpitur etiam per litem nullam, & de facto.
32 Nullitas insurgens ex iurisdictionis defectu, non interrumpit annalitatem pacificam.
33 Annalitas interrumpitur quacunquè molestatione de facto.
34 Triennalitas, interrumpitur per quamcunquè molestiam de facto.
35 Annalitas, vt interrumpatur per molestiam de facto, necessè est, vt sit super ipsa fructuum perceptione.
36 Et quomodo hoc intelligatur.
37 Regula de annali, non suffragatur inhabili, vel incapaci notorio.
38 Et quomodo id intelligatur.
39 Regula de annali, contentatur detentatione de facto, Regula verò de triennali exigit titulum coloratum.
40 Regula de annali, non euitatur ex simplici inhabilitatis exceptione.
41 Regula de annali, adhuc suffragatur possessori, contra prouisum tanquàm de reseruato.
42 Etiam si reseruatio sit generalis.
43 Et qua sit ratio.
44 Decretum irritans, fingit factum non esse quod factum est.
45 Fictio tantum operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero.
46 Regula de annali, non considerat personam possidentis, sed impetrantis.
47 Regula de annali fauet possidenti titulo vnionis, secus verò Regula de triennali.
48 Et qua sit diuersitatis ratio.
49 Regula de annali suffragatur prouiso sub conditione, etiam non docto de illius purificatione.
50 Regula de annali, qualitèr satisfiat.
51 Regula de annali in prima parte passim consueuit

suevit derogari; eatenus tamen attenditur ea derogatio, quatenus subsistit gratia Principalis.
52 *Secus verò secundæ parti; & qua sit ratio.*
53 *Præsumptio iuris, & de iure, qualitèr inducatur.*
54 *Malitiæ, non sunt fouendæ.*
55 *Regulæ de annali tempora, aliquando ex iusta causa prorogantur.*
56 *Nèc tamen, causa prorogationis probanda est.*
57 *Regulæ de annali tempora, non currunt impedito.*
58 *Lex nusquam trahenda ad impossibilia.*
59 *Diligentia, quæ reputetur sufficiens.*
60 *Diligentiæ, quænam proponibiles, pro euitanda Regula de annali.*
61 *Annus, datus ad expediendam causam contra annalem, incboatur ex die citationis exequutæ.*
62 *Regulæ de annali tempora, non currunt pendente recursu ad laicos habito per intrusum.*
63 *Item, pendente dilatione eidem intruso concessa post iustificatam gratiam.*
64 *Et quæ sit ratio.*
65 *Impeditus facto Iudicis expedire causam infra annum, non incidit in pœnas Regulæ de annali, etiam quod omiserit protestari.*
66 *Regula de annali, exigit litem in petitorio, nequè contentatur lite in possessorio.*
67 *Quod tamen hic declaratur.*
68 *Regulæ de annali tempora, an currant post suspensum petitorium.*
69 *Regula de annali, annullat impetrationem, cum omnibus indè sequutis.*
70 *Et quomodo id intelligatur.*
71 *Molestiæ, de quibus fit mentio in Regula de annali, intelliguntur de molestijs iudicialibus.*
72 *Molestare aliquem, propriè quis dicatur.*
73 *Regula de annali, non inhabilitat impetrantem, quominus possit obtinere nouam gratiam independentem à prima.*
74 *Regula de annali, de quibus gratijs* si neutri, *& subrogationis, sit intelligenda.*
75 *Dictio* etiam, *cuius vis sit.*
76 *Gratiæ, desumpta ex clausulis generalibus supplicationis, censentur concessa sub eadem narratiua.*
77 *Accessorium, sequitur naturam sui principalis.*
78 *Regulam de annali obstare secunda, & cuicunquè vlteriori gratia, quomodo intelligatur.*
79 *Gratia* si neutri, *& alia noua, qualitèr saluentur à Regula de annali.*
80 *Gratia* si neutri, *obtenta contra annalem, non effugit secundam partem Regulæ.*
81 *Regula de annali, non obstat habenti gratiam* si neutri, *si appareat eum habuisse iustam causam impetrandi.*
82 *Quod etiam procedit in alijs omnibus nouis gratijs.*
83 *Doli præsumptio excluditur ex qualibet iusta causa.*
84 *Imò etiam ex iniusta, modo colorata sit.*
85 *Delictum non potest considerari, vbi non est dolus.*
86 *Etiam in crimine læsæ Maiestatis.*
87 *Pœnæ non est locus, vbi non est delictum.*
88 *Regula de annali, respectu pœnæ pecuniariæ, exigit calumniam veram.*
89 *Gratia principali reualidata, censetur etiam reualidata accessoria.*
90 *Regula de annali etiam in prima parte, obstat gratiæ reualidatoriæ; si in reualidata non legatur derogatio.*

QVÆSTIO LII.

Regula de annali, quatenus impetrantibus obstet, vel per eos euitetur.



RIVSQVAM deueniamus ad resolutionem quæstionis huius, est aduertendum, impetrationes, quas nuncupamus *certo modo*, ad differentiam prouisionum, vt attigimus suprà hoc *lib. q. 44. num. 2.* esse in du-
1 plici † differentia, nam aliæ minus odibiles sunt,
cùm simplicitèr supponimus intrusum aliquem,
qui ob nullitatem, vel defectum tituli, sit à possessione amouendus: aliæ verò sunt prorsus odibiles, cùm etiam crimen aliquod suggeritur, vndè imminet priuatio, vt patet ex *Achil. decis. 397. num. 1. & 2.* & has verè ac propriè nuncupamus piscatorias, & impetrationes certo modo; pro quibus olim aderat particularis Regula, per
2 quam ità impetrãtibus † imponebantur diuersæ
pœnæ, & in prima eius parte mandabatur, per impetrantem ante decretum citationis, modum vacationis, specificè, ac dispositiuè exprimi, ac iurati vera esse crimina specificata, adiecta pœna, vt hoc prætermissio non liceret amplius eidem, per quascunquè clausulas in supplicatione appositas hoc facere: & quod subrogationes postmodum litis huiusmodi vigore concessę, nihil prorsus valerent; in altera verò parte decernebatur, quod si intra annum impetrans deficeret in probatione obiectorum criminum; beneficium non censeretur litigiosum, & impetrans, ad illud esset inhabilis, vt refert *Verall. decis. 23. num. 3. par. 3.*
3 Nequè tamen dixeris, Regulam hanc † ipsam
de annali, fuisse vnam, & eandem, cum Regula de impetrantibus certo modo; cum illa enim symbolizabat, sed tamen erat diuersa, vt apparet ex *Veral. decis 24. n. 3. ea. par. 3.* Quapropter proces-
4 su temporis, cùm † certo modo impetrantibus, ea
ipsa forma specificandi crimina, sub formali accusatione, & inscriptione, in literis præscriberetur, de qua re satis dictũ fuit in superioribus, & nihilominus dubitaretur, an Regula de annali istos sic impetrantes afficeret, quasi quod in forma iuris, non in forma gratiæ eis mandaretur prouideri, vt ex *Gomes. & Cassad.* refert *Ant. August.*

super

super Regul. de annali cap. 2. num. 3. visum est
5 Summis Pontificibus, ex ipsa † Regula de impe-
trantibus certo modo, recisa parte illa iam su-
perflua, eam incorporare huic Regulæ de annali,
seù potius hanc extendere ad tales vel propter
crimen, vel propter deuolutionem impetrantes,
vt ex fine Regulæ ipsius, in *vers. quod etiam ex-
tendi voluit*: quod Paulo Tertio adscribit *Man-
dos. ad hanc Reg. q. 84. n. 3.* vbi ait, ex duabus Re-
gulis, videlicet de subrogandis, & de annali, vnam
conflatam esse contra impetrantes certo modo.

Hoc præmisso, Regula hæc de annali ex suppo-
sitione quod quis possiderit per annum pacificè
beneficium, rursus aliud supponit, & aliud dispo-
6 nit: Quippè supponit † eam possessionem, quan-
tumcunquè annalem, & pacificam, posse tamen
processu temporis, vitiosam apparere ex iu-
stitia impetrationis; disponit autem, quinam
modus seruari debeat, vt iustitia, vel iniusti-
tia hæc constare possit ad eum finem, qui optimè
ex procemio Regulæ desumitur, *vt improbi litis
exquirentium motus reprimantur*; vndè Regula
non est directò intensa, aut in fauorem possesso-
rum, aut in odium impetrantium, vt aliquibus
est visum, sed in commune bonum Reipublicæ,
quando enim meum, & tuum naturalitèr ho-
mines ad rixas facillimè impellant, vt Reipubli-
7 cæ interest † iudicia exerceri, nè cuiquam detur
ansa propria manu sibi ius dicere, *l. si vsusfru-
ctus, 16. §. sed si inter duos, de vsufructu, can.
ad hoc, 16. quæst. 1. Specul. de off. omn. Iudic.
§. 7. ante nu. 1. Maran. de ordin. iudicio. par. 3.
8 num. 135.* & nonnunquàm † lites quàm longius
trahi, etiam per appellationum anfractus, vt fu-
rentes ab initio paulatim animi deferuescant, &
inter se concilientur, vt colligitur ex Platonis
sententia *in 6. de legib.*

9 Ità eiusdem Reipublicæ interest, ab † ipsis li-
tibus materiam omnem calumniandi auerti, vt
innuit *Imper. in Procem. institu. in princip.* &
propterea Regula vtitur termino illo, *improbi,*
10 ille † enim propriè dicitur litigator improbus,
qui calumniosam instruit litem, *§. hac autem
omnia, institut. de actio.* & hùc trahenda sunt,
11 quæ † de litium execratione tradunt passim no-
stri, inter quos præcipuus est Gomesius *ad hanc
Regul. q. 1. in vers. ex quibus verbis*, cum alijs
quos refert *Gonzal. ad Regul. de mensib. in 7.
§. procem. ex num. 12.*

His expositis; circa hanc Regulam, duo sunt
excutienda; Prius est, qualitèr ex parte possesso-
ris promoueatur eius exceptio: alterum est,
qualitèr ex parte actoris eadem exceptio re-
pellatur: Et quoad primum, Reus, & posses-
12 sor † contra quem mouetur actio, si velit iuua-
ri hac Regula, tenetur de ea excipere; nequè
enim ipso iure operatur effectum contra Impe-
trantem, sed ope exceptionis, vt ad eam no-
tat *Sarnen. quæst. 4. versic. prædictis tamen
non obstantibus, & Rebuff. quæst. 8. Mantic.
decis. 46. num. 4.*

13 Nèc sufficit † eius allegatio, etiam si sit noto-
ria, sed illius vsus positiuus requiritur per rea-
lem productionem, seruata forma Regulæ 28.
de Regul. Cancell. *producen.* vt per *Gomes. ea
quæst. 4.* & *Cassador. decis. 12. num. 2. super
Regul. Gonzal. ad Regul. de mens. glos. 56.
nu. 83. Gratian. foren. disceptat. cap 574. nu. 27.
cum seqq.*

14 Est tamen verum, quandocunquè † opponatur
exceptio hæc, semper esse in tempore, idest non
solum in quacunquè parte Iudicij, & in qua-
cunquè instantia, *Cassador. decis. 12. num. 1.
super Regul. Rota in recent. par. 4. decis. 601.
15 ante num. 1.* sed † etiam post sententiam, &
exequutoriales; ita vt fiat retrotractio illius vir-
tutis ad omnia præcedentia, *Gonzal. loco præ-
cita. glos. 66. num. 45. Gratian. præallegat.
16 cap. 574. num. 30.* & † possessio eius vigore
capta restituatur, *Rota diuerso. par. 3. lib. 3.
decis. 809. num. 1.*

17 Mox verò, vbi exceptio legitimè † fuerit obie-
cta, iustificanda erit ex duabus circumstantijs, vi-
delicet quod possessio sit annalis, & quod eadē sit
18 pacifica: vbi enim † excipitur de dispositione legis,
articulanda est qualitas per legem eo casu requi-
sita, super quo accuratè monet Aduocatos Ioānes
Andreæ *in cap. 1. sub num. 4. circa med. super
verb. Christianorum, de homicid.* & in his ter-
minis tradit *Mant. d. decis. 46. num. 4.*

Et quod pertinet ad primam qualitatem cir-
19 ca † tempus, sumitur eius initium ex die pos-
sessionis adeptæ, *Rebuff. ad eandem Regulam
quæst. 5. num. 2. Mandos. quæst. 19. in princip.*
20 vbi † quod sufficit possessio instrumentalis, qua-
tenus non doceatur eam tunc fuisse per alium
occupatam, iuxta *text. in l. prædia, de acquiren.
possess. cum simil.* & ita censuit Rota *in Salerni-
tana Canonicatus, 14. Martij* 1608. *coram Car-
dinali Marcomontio.*

21 Terminatur verò † annus, eodem die alterius
anni, & quidem in initio ipsius diei: Etenim in
materia fauorabili, prout hæc est respectu exci-
pientis, non computatur annus de momento ad
momentum, sed ciuilitèr ad dies, ità vt intelli-
gatur annus perfectus, quandocunquè proponan-
tur emensi 365. dies, *l. anniculus amittitur 132.
& l. anniculus non statim, de verbor. significat.
l. cùm bares, §. Stichus, ff. de stat. liber. l. ita
vulneratus, §. æstimatio, ff. ad l. Aquil. l. si
ante nuptias*, vbi *Bald. num. 1. ff. solut. matri-
mon.* & ita in lege Ælia sentia de manumissis,
& in alijs iuris partibus annum computari, adno-
tauit *Cuiac. ad l. 5. ff. qui testamen. fac. poss.
Paris. de resignat. lib. 12. quæst. 8. num. 27.
Fœnut. in tract. de momen. cap. 30. num. 10.
Gratian. discept. forens. cap. 607. nu. 20. 21.
& 25. Rota decis. 75. sub nu. 45. vers. & sicut
vltima dies, par. 2. diuers.* & reprobata contraria
sentētia Mandosij ad hanc ipsam Regulam *quæst.
20.* fuit, discusso articulo, responsum me scriben-
te in prædicta *Salernitana Canonicatus*: in
22 qua † tamen fuit animaduersum, Rebuffum
in *d. l. anniculus*, nimis confidentèr pronun-

ciasse, vbicunquè in iure sit mentio anni, com-
putationem fieri, prout in *d. l. Aelia Sentia*
iubetur, cùm detur instãtia in contrarium, ex di-
spositione *text. in l. denique, §. minores ff. de*
minor. & in alijs adductis per *Cutar. loco praal-*
legato.
Et quod pertinet ad aliam qualitatem, de-
23 bet † articulare, possessionẽ esse pacificam, vsquè
ad diem impetrationis, ita vt probatio percu-
tiat extremitatem illius temporis, *Sarnen. q. 50.*
in princip. Verall. decis. 21. ex num. 1. par. 3. Cas.
de Grass. decis. 35. alias 7. de causs. poss. & pro-
priet. num. 2. vbi ait, passim Regulam ita in Rota
practicari, *Reuerendiss. D. Coccin. decis. 292. n. 1.*
& decis. 332. ibidem num. 1. cum seq. vbi ponde-
rantur verba Regulæ.
24 Neque propterea † satis esset iustificare ini-
tium possessionis pacificæ, & illius continuatio-
nem per annum, si postmodum alter possederit,
vel molestias intulerit, vt per *Sarnen. quæst. 77. &*
Mandos. q. 21. Cas. de Grass. d. decis. 7. num. 3.
Reuerendiss. D. Cocc. d. decis. 332. sub num. 3.
vers. & conferunt notata, vbi quod ideò si post
25 impetrationem † efficiatur possessor annalis, non
ideò tamen dicatur pacificus ad effectum vt si
impetrans postmodum obtineat gratiam *perin-*
de valere, eidem huic gratiæ valeat obstare hæc
Regula, ex resolutione facta in vna *Brixien.*
Parochialis, 2. Iunij 1587. coram Cardin. Blan-
chetto.
Quod spectat ad actorem in repellenda ex-
ceptione hac, certissimũ est posse eum iuuari tri-
26 plici replicatione: & prima quidem † impugnan-
do factum, atquè ita ostendendo se fuisse proui-
sum ante annalitatem, vt dictum est, vel etiam an-
te aliquam possessionem, *Gregor. decis. 150. nu. 7.*
vel, supposita annalitate, eam fuisse litigiosam,
27 *Mant. a. decis. 46. nu. 4.* cùm enim † Regula diri-
gatur in odium impetrantium, & molestantium
annales pacificos, *Crescent. decis. 13 nu. 1. de re-*
28 *nunc.* ea † non potest extendi vltra quam sonant
eius verba, *Cresc. decis. 17. n. 2. de cau. poss & pro-*
priet. & propterea, si ostenderet impetrans semel
fuisse contra possessorem motam litem, vel etiam
contra eius antecessorem, satis hinc remaneret
29 elisa † exceptio; cùm possessio annalis, non di-
catur ea quæ est interrupta, *Cas. de Grass. d.*
decis. 7. num. 4. de caus. possess. & *propriet.* etiamsi
30 ipse hoc secundo casu, de facto nullam esset † pas-
sus molestiam, quia sat est, litem non esse finitam,
ad effectum vt possessio non dicatur pacifica, *Mo-*
hed. decis. 14. num. 2 eod. tit.
31 Neque est dubiũ, sibi sufficere † quamcunque
litem, etiam nullitèr, & de facto motam, præter-
32 quàm † si nullitas insurgat ex iurisdictionis defe-
ctu, vt plenè deducit *Sarnen q. 45. in 5. colum.*
vers. breuiter in hac materia: Supposita enim
33 nullitate, quantumcunque videatur † sufficere
molestatio de facto, vt *in clem. gratia de rescrip.*
concludunt *Card. num. 8. Imol. sub num. 31. ad*
fin. versic. non tamen sufficit, & *Vitalin. num. 5.*
Mandos. ad ipsam Regul. de annal. q. 26. num. 1.
34 quod etiam † dicitur ad effectum Regulæ de
Triennali, *Reuerendiss. D. Coccin. decis. 171. n. 6.*
& fuit responsum *in Nemen. Prioratus 3. April.*
1623 coram Buratto.
35 Nihilominus, vbi † agitur de molestia extraiu-
diciali, siuè de facto, exigitur eam fuisse illatam
super fructuum perceptione, *Sarnen. d. q. 45. in 6.*
colum. versic. nam ad hoc vt interrumpatur, &
q. 46. in 2. colum. versic. & hoc dicit, Puter. decis.
36 *317. lib. 1.* idest super † ipso iure percipiendi,
non autem super ipsis fructibus, qui alio iure
prætenderentur deberi per ipsum possessorem,
Rota decis. 1235. lib. 3. par. 3. diuers.
37 Altera, ostendendo † notoriam inhabilitatem,
vel incapacitatem personæ, vt admittit *Cassad. d.*
decis. 14. n. 1. super Reg. Sarnen q. 50. in 1. & 2. li-
38 *mitatione:* quod tamen † intelligitur de inhabili-
tate, seù incapacitate canonizata, adeoquè noto-
ria per confessionem, aut iudicatum, vt non possit
in controuersiam reuocari, si enim possit dari in-
stantia veritatis in contrarium, etiam ex aliquo
iure speciali, cessat illa replicatio, *Rota in recen.*
sapecita. decis. 601. num. 1. par. 4.
39 Etenim, in hoc potissimum differt † hæc Regu-
la ab ea de triennali, quod ista exigat titulum ali-
quem coloratum, hæc verò secus, *Cresc. decis. 4.*
de caus. possess. & prop. adeoquè contentatur asi-
40 nina detentatione, proindeque † sola inhabilita-
tis exceptione nõ euitetur, *Cassad. d. decis. 14. nu.*
10. super Reg. Sarn. d. q. 50. & 54. Mandos. q. 28.
num. 2. Seraphin. decis. 983. num. 3. decis. 1060.
num. 7. & decis. 1068. num. 2. Rota decis. 835.
num. 1. par. 4. in recen.
41 Quo fit, vt quamuis Reseruatio † inficiat titulũ,
& possessionem, vt sæpiùs dictum est in præceden-
tibus, nihilominus ista replicatio exceptionem
annalitatis non elidat, siuè reseruatio sit specia-
lis. vt ita declarasse Gregorium Nonum testatur
Felinus *in cap. in nostra, sub nu. 33. de rescript.*
42 siuè etiam † sit generalis, vt (recedendo ab opi-
nione contraria) firmauit *Rota in Calciaten.*
Scholastria 16. Maij 1588. *coram Platto*, & post-
modum apud *Seraph. in supraalleg. decis.* 1060.
num. 8. & in vna Seguntina Canonicatus, 22.
Maij 1605. *coram Litta*, & nouissimè in vna
Ampurien. Canonicatus 4. Decembris 1620.
coram Archiepiscopo Seleucien. in qua etiam fuit
reiecta distinctio inter reseruationem clausam
in corpore iuris, & alias reseruationes generales.
43 Ratio enim † cur annalis, militet etiam contra
prouisum tanquam de reseruato, non est ea, quòd
sumat colorem ex possessione pacifica, vt aliqui
existimarunt, (nam hæc ratio non pertinet ad
aliam reseruationem, quàm specialem, adeoquè
incertam, & ipsi prouidenti obscuram, vt aduertit
Fel. in d. cap. in nostra sub eo. nu. 33. vers. si dice-
retur de rescrip.) Neque paritèr est ea cum qua
transit *Felin. eod. loco*, quod decretum irritans
adiectum in reseruatione inficiat duntaxat effe-
ctum iuris, circa possessionem, non autem factum
in quo conseruatur detentatio manutenibilis,
44 quia imò decretum irritans reducit † factum
ad

ad non factum, per fictionem, fingendo videlicet,
quod factum est non esse factum, vt eleganter do-
cet *Bald. in l. non dubium, nu. 15. C. de legib.* vndè
dimoto subiecto per fictionem legis, quæ tantum
45 opetatur in † casu ficto, quantum veritas in ca-
su veto; *l. si quis pro emptore, de vsucap. cũ simil.
Menoch. consf. 124. nu. 7.* censetur etiam remota
omnis potentia, *vulg. l. eius qui in prouincia, ff.
si cer. peta.*
46 Sed est ea, quòd Regula † nullatenus attendat
personam possidentis, aut causam illius possessio-
nis, sed simplicitèr obseruet personam impetran-
tis, & factum illius, dum molitur litem annali pos-
sessori, quantumcunquè inintitulato, & de facto, vt
per *Cassad. sæpè eita. decis. 14. sub nu. 4. verf. nec
refragatur, & sub n. 9. verf. sed pro affirmatiua,
& nu. 10. & decis. 13. nu. 3. super Regul.*
47 Vndè etiam est, quod † nec iuuetur impetrans
replicatione illa, quod possessor possideat titulo
vnionis; quamuis enim vnio extinguat titulum,
& propterea non suffragetur excipienti de anna-
li, in qua requiritur titulus coloratus, *Sarnen. ad
eam Reg. q. 8. Verall. decis. 349. ex num. 1. par. 3.
Gonzal. ad Reg. de mens. glos. 5. §. 7. num. 8. & 9.*
nihilominus ratio hæc non applicatur Regulæ de
annali, quæ (vt dictum est) nullum exigit titulum,
48 *Sarnen. super hac Reg. q. 25.* sic enim fit, † vt re-
plicatio se compatiatur cum exceptione annali-
tatis, & propterea eã non elidat, nequè ideo ha-
beat vim instar replicationis, *l. 2. §. semper etiam
replicatio ff. de exceptio.* in hac enim controuer-
sia semper metimus ius ab ipso actore, & impe-
trante, vt in puncto fuit decisum *in Mediolanen.
beneficij 12. Maij 1597. coram Corduba*, & prius
*in Segobien. Archipresbyteratus 28. Maij 1584.
coram Orano*, quam sub nomine Bubali rescripsit
Garz. de Benef. par. 12. cap. 2. sub *nu. 30.*
49 Et hinc quoquè est, quod nec † ea prævaleat
replicatio, gratiam possessoris esse conditiona-
lem, nequè conditionem esse purificatam; cum
possit dari instantia obtentæ prorogationis,
etiamsi adiectum esset decretum irritans, quod
non respicit vacationem, sed potestatem confe-
rendi in casu vacationis, vt optimè aduertit *Ro-
ta diuer. decis. 632. ex num. 4. & per tot. lib. 3.
par. 3.*
50 Postrema deniquè, satisfaciendo † ex parte sua,
dispositioni ipsius Regulæ, quæ duo in summa ipsi
impetrãti facieda præcipit: Prius, vt teneatur no-
men, gradũ, & nobilitatẽ possessoris, & quot an-
nis illud possederit, ac specificam, & determinatã,
ex qua clarè possit constare, quod nullum ipsi
possessori ius competat in dicto beneficio, causam
exprimere; Et super huius capitis explicatione,
(quod communitèr vocari consueuit prima pars
Regulæ) non est immorandum, non solum quia
interpretes omnem præmissorum fimbriam ex-
51 cusserunt, verùm etiam quia † huic parti per-
petuo consueuit derogari, *Gregor. decis. 213. n. 1.*
Licèt derogatio huiusmodi non attendatur, si
principalis gratia sit nulla, *Pute. decis. 91. lib. 2.*
Alterum (& hic vocatur secunda pars Regulæ)
vt infra sex menses ipsum possessorem, ad iudi-
cium euocari facere, causamquè ex tunc, desuper
infra annum, vsquè ad sententiam definitiuam in-
clusiuè, prosequi debeat, & teneatur; & huic par-
52 ti nusquàm † consueuit derogari, nam licèt prior
pars, fuerit æquè ac ista, inducta ad coercendam
improbitatem impetrantium, nihilominùs quia
nihil aliud concernit, quàm instructionem Papæ,
circa personam possessoris, & qualitatem perso-
næ, nequè ius publicum, nequè ius priuatum
lædit, propterea illius derogatio, nullam
in se habet amaritudinem, *argument. text. in
l. nec damnosa, & in l. penul.* vbi *glos. in verb.
non lædat alium, C. de preeib. Imp. offer.* Hæc ve-
rò posterior concernit ius publicum; nam nisi
citetur possessor intra sex menses, & exindè intra
annum causa expediatur, Regula præsumit ca-
lumniam in impetrante, & super hac præsumptio-
ne amplius disponit, vt *in verf. alioquin impetra-
tio*, annullãdo impetrationem, & alias pœnas de-
53 cetnendo: Vndè hæc iam † non dicitur præsum-
ptio simplex, sed iuris, & de iure, iuxta doctrinam
*Bal. in l. siuè possidetis, num 6. C. de probat. Fel.
in cap. quanto, num. 3. de præsumpt.* & plenè de-
clarat *Alciat. de præsumpt. in prælud. num. 3. &
Menoch. eo. tract. lib. 1. q. 3. ex nu. 15.*
Quapropter, si etiam huic parti derogaretur,
videretur quodammodo foueri ipsa malitia,
54 quod † leges abhorrent, *l. in fundo 39. verf. nequè
malitijs, de re. vindicat.* Verum est tamen, si iusta
55 subsit † causa, consueuisse tempora hæc proro-
gari, adeo vt nusquàm protogatio soleat dene-
gari, vt attestatur *Gomes. ad hanc ipsam Reg.
q. 71. in princ. verf. & hoc putarem verum, Gra-
tian. discepta. forens. cap. 524. num. 24.* intantum
56 vt non † teneatur impetrans causam suggestam
pro obtinenda huiusmodi prorogatione iustifica-
re, idem *Sarn. ad Reg de Trien. q. 57. ex verf. ad-
uertendum tamen*, vsque ad finem.
57 Enimverò si verè, † & realitèr doceatur de iu-
sto impedimento, quominus impetrans potuerit
citare, aut expeditionem causæ obtinere intra
tempus Regulæ, vtiquè etiam sine hac gratia
prorogationis, non incidet in subiectas pœnas,
pro quo sufficiet adhibuisse omnem possibilem
diligentiam, vt concludit *Rota apud Gregor. de-
58 cis. 531. num. 4.* nè quando videatur † lex trahi ad
impossibile, *can. dicit autem distinctio 4. gloss. in
clem. 1. in verb. facile, de hæretic. in 6.*
59 Diligentia autem † sufficiens tunc demum
iudicabitur, si constabit omnia iuris remedia
fuisse tentata, *Aym. consf. 132. num 4. Menoch. con-
60 sil. 518. nu. 3.* Veluti, si in citando † fortè latitan-
tem, vel aliàs absentem, seruata sit forma iuris,
de qua in *clem. 1. §. quia vero, de Iudic.* Et in ex-
pediẽdo, si ex actis resultet iustificatio narratorũ
facta intra annum, cum debita instantia pro ipsa
expeditione, adeò vt non steterit per ipsum im-
petrantem, quominus Iudex pronunciaret, vt
respondit Rota in causa *Placentina Decanatus
16. Decembris 1594. coram Penia*, cuius meminit
*Beltram. ad d. Gregor. decis. 532. sub n. 6. verf.
& sufficit causam instruxisse.*
61 Nequè annus † datus ad expediendum, inchoa-
tur

tur à die impetrationis, sed à die exequutæ citationis, secundum veriorem sententiam, in qua videtur defixisse pedes Sarnen. *q. 66. vers. tamen illis non obstantibus*, & sequuta est Rota apud *Pute. decis. 86. num. 1. lib. 2. & in Augustana Canonicatus, 8. Febr. 1602. coram Corduba, Gregor. practta. decis. 213. num. 1.* & clarius *d. decis. 532. itidem nu. 1.* & ibi quoque *Beltram. nu. 7.*

Proceditquè effectus hic diligentiarum, sinè steterit per Iudicem, siuè per partem, quæ se opposuerit, siuè de facto, siuè de iure: ita vt quemad-
62 modum † excusaretur impetrans, si possessor malignè fuisset cursum iudicij remoratus, pura recurrendo ad laicos, vt in casu *d. decis. 601. sub nu. 2. vers. quod eo magis, & decis. 707. num. 1.*
63 *& 2. par. 4. in recen.* ita † excusetur, si iustificata gratia per impetrantem, Reus exceperit, & obtinuerit dilationem, ad probandam suam exceptionem; adeò vt ipsi impetranti opus sit nouas probationes facere, pro elidenda exceptione Rei, vt latè explicatur per Rotam, apud *Gregor. d. decis. 532. sub nu. 4. vers. & si ipse Bartholomeus.*
64 Eo enim † momento, quo probauit intentionem suam intra annum à die citationis, censetur causam ità instruxisse, vt Iudex pronūciare posset, proindequè (quantum in se fuit) satisfecisse Regulæ; intratquè ad eius fauorem dispositio *text. in l. Boues, §. hoc sermone, de verbor. signific.* vt deinceps non possit videri litigator calumniosus, aut improbus, vt concludit *Gregor. d. decis. 532.*
65 *num. 5.* etiam † si de hoc non fuerit contra Iudicē protestatus, *Ant. Aug. super hac Reg. c. 5. nu. 3.*

Est tamen omnino mouenda lis in petitorio,
66 adeò † vt sententia lata in possessorio non suffragetur, iuxtà *Sarnen. d. q. 66.* & tenuit Rota apud *Put. decis. 9. de caus. poss. & propriet. Anton. August. super ea. Reg. cap. 4. n. 5. & cap. 5. n. 1.*
67 Quod nihilominus † intelligi oportet de possessorio, cui non est admixtum petitorium, cuiusmodi est recuperandæ, vel retinendæ, secus verò, si esset possessorium adipiscendæ, cui perpetuò est connexa causa proprietatis; satisquè ideò erit, mouisse litem super immissione pro exequutione literarum, vt benè declarat *Gregor. d. decis. 213. num. 2. & 3.* & *Rota d. decis. 601. sub n. 2. vers. minus obstat decisio, par. 4. in recent.*
68 Quod si etiam principaliter intentato † petitorio, Reus illud suspenderet, nō leuis est difficultas, an currat tempus impetranti, dùm durat huiusmodi suspensio; nam licèt *Beltram. ad Gregor. decis. 213. nu. 6.* id neget, tamen *Crescent.* super quo se fundat *decis. 10. de cau. poss. & proprie.* videtur distinguere inter casum, quo, articulus in possessorio erat clarus proReo, ità vt posset actor, illi cedendo, tollere impedimentum, & casum, quo esset turbidus, ita vt haberet iustam causam illi non cedendi, vt apertè declarat *Crescen. ibid. sub num. 3. vers. tamen propter tullam*, & sic loquitur *Ant. August. super hac Regulæ, in praecita. cap. 5. n. 2.* quæ distinctio videtur satis iuridica.

Cæterùm si in hanc secundam partem Regulæ offenderet impetrans, non est dubium eum incidere in pœnas contentas in ipsa Regula, præcipuè
69 annullationis † tàm ipsius impetrationis, quàm quorumcunquè inde sequutorum, cuiusmodi sunt commissio causæ, citationes, & quæcunquè alia acta iudicialia, cum toto processu, & quibusuis accessorijs, etiam retrahendo illius effectum (si de ea detur in vlteriori instantia) vt supra dixi, *Mandos. q. 5. num. 3.* cum alijs inferius citandis.
70 Circa autem † pœnam hanc annullationis, & alias comminatas; est aduertendum, Regulam distinguere duos casus. Prior est quando non est satisfactum Regulæ, quod intelligitur in omittēdo; Alter est, quando commissum est in Regulā, quod intelligitur per patefactam calumniam, & improbitatē; Et primo quidem casu simpliciter annullat impetrationem, cum omnibus inde sequutis, vultquè teneri impetrantem ad id quod interest, in secūdo vero vult teneri soluere Cameræ Apostolicæ ducatos quinquaginta, quem casum à primo separat his verbis, *etsi possessorem ipsum indebitè, friuolè, & indebitè molestasse repertus extiterit, quinquaginta florenos, &c.* pergitquè mox Regula adijcere aliam pœnam inhabilitatis personæ ad idem beneficium, ex alia tamen vacatione, seu modo vacandi diuerso ab expresso in sua impetratione, etiam per literas *si neutri*, aut subrogationis, adeoquè extinguendo litem, vt indè beneficium non censeatur litigiosum.

In vtroquè casu, eadem Regula supponit litem motam, quod vt id in secundo nō habet dubium, cùm loquatur vbi improbitas, & calumnia est detecta, quod aliter non potest constare, quàm per sentētiam; ita in priori, satis clarè deducitur, dum annullatur impetratio, cum quibusuis indè sequutis; istud enim refertur ad acta iudicialia super ipsa impetratione, vt sunt citationes, examen testium, instrumētorum productio, & alia huiusmodi, vt dixit *Mandos. d. q. 5. n. 3. Greg. d. decis. 426. n. 2. & 3. Rota decis. 509. n. 1. par. 3. lib. 3. diuers.*

Et clarius id deprehenditur ex condemnatione in id quod interest, pro iniustis, friuolis, & indebitis molestijs, quod necessariò referendum
71 est † ad iudiciales molestias, vt per *text. in l. vn. C. de nundin.* notauit *Mandos. ad commissionem super iactatio. & molestatio. super verbo, molestare*: & propriè † is dicitur molestare, qui assum-
72 pta pertinacia litigandi, non probauit de iure suo, *Lap. allegat. 64. num. 5. ad fin.*

Quapropter, quæ sequitur pœna inhabilitatis personæ, *in vers. nec alius, quàm præmissa vacationis modus*, non potest referri ad casum, quo non est seruata prior pars Regulæ, cui, vt dictum est, passim consueuit derogari, sed ad alterum, in quo est quidem lis mota, sed nō seruata forma Regulæ, aut in citando, aut in promouendo iudicio, adeoquè in eam est commissum ex negligen-
73 tia; vndè † hoc casu Regula eum quidem inhabilitat, vt non possit capere beneficium ex eadē impetratione, aut ex gratia aliqua depēdente à prima, sed non inhabilitat, vt nequeat etiam obtinere ex noua gratia independente à prima, quod fuit decisum coram *Nouato 3. Decembris 1548.* & apud *Gregor. decis. 369. nu. 1. & decis. 399. n. 4.*
74 Quod enim pertinet † ad duas gratias, videlicet *si neutri*,

si neutri,& subrogationis, quæ specificantur in illis verbis, *etiam per literas si neutri, & subrogationis*, clarum est,fieri specificationem hanc,gratia ampliandi dispositionem, ad has duas species, circa quas maior poterat esse difficultas,vt innuit
75 dictio illa *etiam*,cuius vis † est implicare casum magis dubitabilem,& maiora expressis,*l.etiam C.si Tutor.vel Curat.* cum propè infinitis cumulatis per *Cened.sing.51.n.1.iuncto n.5.& per to.*

Etenim quamuis ex duæ gratiæ, dum sumũtur ex clausulis generalibus prioris impetrationis, non possit negari, quin sint dependentes ab ipsa,tanquàm accessoriæ, attamen Regula de his non videtur intelligenda, quià in hac parte esset superflua,præcipuè in eo ipso, in quo maximè videtur insistere, videlicet vt nè vigore istarum gratiarum possit capi diuersus modus vacationis;
76 cùm gratiæ † desumptæ ex clausulis generalibus, censeantur concessæ sub eadem narratiua, quæ ideò est iustificanda, vt per *Seraph. decis. 1470. num. 3.* vndè sublata impetratione principali,
77 censetur etiam sublatum omne † accessorium, *cap.accessorium 42.cum ibi nota. per glos.& scriben.de reg. iur. in 6.*

Regula ergò intelligitur de gratia *si neutri*, & de subrogatione,prout sunt gratiæ,quę consueuerunt expediri ad partem ,ex suppositione litis. Et
78 in his quidem verificari potest, quod † aliqui dixerunt, Regulam hanc non solum obstare primæ gratiæ, verum etiam secundæ, & vnicuique vlteriori, nè eidem Regulæ fraus fiat, *Mandos. q. 83. n.4.vers.præterea,& sub n. 6. vers.si vero igitur, & Rebuff. glos.8.vers.etiam si in vim noua prouisionis,& glos.19.vers.ideò de nouo impetrari posset*,idquè obtinere æquè in dependentibus, ac in independentibus, pronunciauit idem *Mandos.d.q.83. num.2.*

Nàm quatenus id refertur ad dependentes, est clarum, tàm ex mente, quàm ex verbis Regulæ, quatenùs vero ad independentes, prorsusque nouas gratias, est adhibenda distinctio duorum casuum, secundum duas partitiones ipsius Regulæ. Prior est, cum ex Regula formatur exceptio nullitatis nouæ gratiæ, directò, & hoc quidem casu exceptio hæc non procedit, vt diximus paulò superiùs *num. 73.*

Alter est, quando ex eadem Regula formatur exceptio per obliquum,tendens ad reddendam inefficacem eandem nouam prouisionem, opponendo nihilominùs ita nouè prouiso (siuè is innitatur gratiæ *si neutri*, siuè alteri huiusmodi)non posse eum capere Beneficium ex alia vacatione, quàm expressâ in priori impetratione;& hoc casu nõ est dubium,secũdum verba, & mentẽ Regulæ, exceptionem optimè procedere, ibi, *nec alius, quàm præmissa vacationis modus, etiam per literas si neutri,aut subrogationis,aut alias sibi,quoad hoc,vt beneficium huiusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur, illudquè nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur*; & ità benè procedunt deducta per *Rebuff. & Mandos.*

Verùm est aduertendum,hodiè exceptionem hanc facillimè elidi, cùm ex stylo,inter clausulas
79 generales, etiam in his nouis † gratijs derogetur Regulæ de annali,quoad eius primam partem; & propterea quando lite pendente impetratur gratia *si neutri*,cum dicta derogatione, si excipiatur de illius annullatione , quia sit commissum in Regulã,non potest intrare exceptio, secundum prædicta ; est enim noua gratia : si verò excipiatur, quod nihilominus teneatur impetrans iustificare vacationem expressam in prima impetratione, nec possit capere ex diuerso modo vacandi,quasi sibi in hac parte obstet Regula; exceptio eliditur per replicationem, quod priori parti Regulæ fuerit derogatum,respectu verò alterius, quod impetrãs sit in via, vt ei satisfaciat, obtinendo senten-
80 tiam infra annum , nèc enim † arbitror eum effugere posse , quin in hac parte adhuc seruet Regulam,vt mihi visus est sentire *Sarnen. in q.28.in vlt. col. vers. vt tamen ista conclusio.*

81 Præter quod, nequè † etiam huic, habenti gratiam *si neutri*, vtcunquè res vertatur, obstabit vnquam Regula,si ità instruxerit processum ex parte sua,vt indè appareat eum habuisse iustam causam impetrandi,vt fuit conclusum in vna *Mediolanen. Præpositura,16.Feb.1590.coram Car-*
82 *din. Platto.* quæ † ratio videtur etiam extendi ad omnes alias nouas gratias huiusmodi .

Enimuerò, iam hinc apparet, impetrantem habuisse iustam causam litigandi, vndè sicuti iusta
83 causa † excludit dolum,*l.& eleganter, §.vlt.ff.de*
84 *dolo.*Quinimò † etiam iniusta,modò aliquem colorem habeat Iustitiæ, vt possit inducere iustam credulitatem, *l. igitur, §.1. de libera. cau.Bero. cons.187. num.15. vol.2.Capb. cons.64. num.5. Gabr.cõs.196.n.18.lib.1.& cons.166.n.10.lib.2.* cum alijs congestis per *Surd.cons.228.sub n.55. vers. prædicta vero,& decis.89. nu. 22. & decis. 216.n.40.Seraph.decis.356.nu.19 & decis. 477. n.8.& decis.1019.n.4.& 6. Greg.decis.68. nu.9.*

Ità ab eodẽ remanet exclusum delictum , quod
85 impossibile † est sine dolo contrahi, *Menoch.con-*
86 *sil.105.n.59.*etiam si agatur de†crimine læsæ Maiestatis, vt post *Gigan. in tract. de crim les.Maiest.q.67.per to.*& alios tradit *Surd.cons.574.n.4.*
87 & in consequens non † potest esse locus pœnæ istius Regulæ, *l. qui occidit,ad fin. & l. si Putator.ff. ad l. Aquil. cum simil.* adductis per *Aym. cons.63.sub num.9.vers.sed istud dubium*,& per *Franc. Bec. cons. 12. num. 48.*

88 Vndè in alia parte, qua impetrans † vltra id quod interest, mulctatur pœna pecuniaria erga Cameram , non considerat Regula simplicem inobseruantiam , adeoquè præsumptam calumniam, sed commissum contra rationem ipsius Regulæ,& calumniam veram,ex comperta veritate, idest per sententiam contra ipsum latam , vt per *Mandos.q.86 sub n.2. vers. alter casus est,cũ seq.*

Versatur autem extra omnem difficultatem casus ille , cùm proponitur gratia reualidatoria, cum noua derogatione ipsius Regulæ; vt enim
89 corruente † gratia principali corruit etiam accessoria hæc derogationis , vt suprà dixi, ex *Pute. decisio. 91. lib. 2.* ità eadem reualidata

reualidatur quoquè, & reuiuiſcit gratia hæc de-
rogatoria, iuxta doctrinam *Bart. in l. vlt. §. fin.*
num. 3. verſic. ergo hic reſtitutio ff. de condict.
indeb. & ita reſpondit Rota, *in vna Oſcen. Archi-*
diacon. 10. May 1603. coram Cardinali Lancel-
90 *lotto*; vt † ideò in caſu reualidationis hoc perpe-
tuò obſeruandum ſit, an in gratia reualidata le-
gatur talis derogatio, alias enim ſemper obſta-
ret Regula, vt apud *Mobed. deciſ. 67. de cauſ.*
poſſeſſ. & propriet. & admittebat Rota in eadem
Oſcen. Archidiaconatus.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali, vnde habuerit originem.*
2 *Regula de triennali, deſumpta eſt ex decreto Concilij Baſilienſis.*
3 *Regula de annali, non cohibet moleſtias, ſed modum, & formam præſcribit.*
4 *Inſtantia, de Iure Canonico eſt perpetua.*
5 *Nec expirat ad mille annos.*
6 *Regula de annali, reducit primam inſtantiam ad annum.*
7 *Regula de triennali, vbi eſt oppoſita, & iuſtificata, quid operetur.*
8 *Eadem, quomodo intelligatur non cohibere moleſtias in petitorio.*
9 *Actio popularis, datur vt quis remoueatur à bonorum occupatione Eccleſiæ.*
10 *Actio popularis, expirat anno.*
11 *Regula de triennali, impedit litem, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio.*
12 *Regula de triennali, quomodo intelligatur extinguere lites antiquas.*
13 *Regula de annali, non tuetur incapacem ſimpliciis detentationis.*
14 *Regula de triennali, vltra poſſeſſionem, exigit titulum coloratum.*
15 *Titulus coloratus, quinam requiratur ad effectum Regulæ de triennali.*
16 *Regula de triennali, de alia reſeruatione in ſua exceptione non intelligitur, quàm de reſultante ex vacatione apud Sedem.*
17 *Reſeruatio clauſa in corpore Iuris, non reſultat ex vacatione iuxta decretum.*
18 *Reſeruatio clauſa in corpore Iuris, ſola decolorat omnem titulum.*
19 *Regula de triennali, contentatur curſu triennij, intra quem non fuerint illatæ moleſtiæ.*
20 *Triennalis poſſeſſio, per quas moleſtias interrumpatur.*
21 *Regula de triennali, interrumpitur, ſi ipſemet poſſeſſor, triennio exacto, commiſerit cauſam ſuper Beneficio, conſtituendo ſe Actorem.*
22 *Secus verò, ſi conſtitueret ſe Reum voluntarium.*
23 *Poſſeſſio triennalis, non interrumpitur per ſolam citationem, niſi illa ſit exequuta.*
24 *Citationi, etiam exequutæ, poteſt renunciari.*
25 *Non tamen ad effectum euitandi Regulam de triennali.*
26 *Citationis exequutio, iuſtificatur ex comparitione apud acta, cum conſtitutione Procuratoris.*
27 *Et hæc præſumptio, militat etiam ſi citatus ipſe comparéat.*
28 *Modò non deficiat iuriſdictio.*
29 *Nec in ipſo facto exequutionis, cadat aliquod æquiuocum.*
30 *Poſſeſſio triennalis, qualitèr intelligatur interrumpi per moleſtationes extraiudiciales, & litem coram Iudice incompetenti.*
31 *Titulus coloratus, quomodo præſumptiuè ex ſolo tempore conſtituatur.*
32 *Regula de annali aliquãdo derogatur, ſecus verò Regula de triẽnali, & quæ ſit differẽtiæ ratio.*
33 *Clauſula derogatoria triennalis, adijci conſueta inter generales, refertur ad detentationem, non autem ad poſſeſſionem coloratam, de qua tantum, Regula loquitur.*
34 *Prorogatio ad agendum, aliquando conceditur, contra effectum Regulæ de triennali.*
35 *Et hoc caſu cenſetur etiam conceſſa prorogatio allegat. Lap 89.*
36 *Allegatio Lap. 89. hodiè redacta eſt ad terminos Regulæ de triennali.*

QVÆSTIO LIII.

Regula de triennali, in quibus diuerſa ſit à Regula de annali; & qualiter per eam elidatur obiectus.



NE videar, aut alienos labores inutilitèr hic trãſcribere, aut potiſſimam hãc partem negligere, côtentus ero hic breuitèr, & methodicè explicare, in quibus Regula hæc de triennali, differat ab illa de annali, cuius (vt ita loquar) ſummulas in præcedenti expoſuimus.

1 Primùm igitur, in origine differũt, nam † Regu-
la de annali, paulatim in formã, in qua nunc legi-
tur, redacta fuit per Summos Pontifices Euge-
nium Quartum, & Nicolaum Quintum, vt com-
memorat *Sarnen.* ad illam, in præfatione, *verſic.*
ex quorum ratione, vt creditur; Regula verò hæc
2 de triẽnali † deſumpta fuit ex decreto Cõcilij Ba-
ſilien. vt refert *Fel. in c. ſicut ſub n. 31. verſ. & illa*
Regula, de ſent. & re iudic. & poſt *gloſſat.* alios,
tradit etiam idem *Sarnen. ad hanc Regulam de*
trienna. in præfatio. Pariſ. conſ. 81. nu. 1. lib. 4.
Secundùm differunt in fine operationis, nam
3 Regula † de annali, ex ſuppoſitione annalis paci-
ficæ poſſeſſionis, ità non tuetur poſſeſſorem, vt
nolit eum poſſe moleſtari, neque impetrationẽ
eo ipſo annullat, ſed tantum impetranti, & mole-
ſtare volenti præſcribit modum, & tempus agen-
4 di; quod non eſt modicum, cùm † inſtantia,
quæ de iure Canonico eſt perpetua, *cap. pen. vbi*
gloſ. & docto. de Iudic. Fulgoſ. cõſ. 168. n. 3. Alex.
conſ. 23. ſub nu. 2. verſ. & de iure Canonico, lib. 3.
5 *Caſſad. dec. 5. n. 4. vt lite pend.* adeò vt nõ † expi-
ret ad mille annos, quemadmodum hyperbolicè
loquebatur *Decia. in tract. crim lib. 2. c. 21. n. 14.*
6 reducatur † ad annum, vt conſiderat *Mandoſ. q. 3.*
n. 16. & in tract. de caſib. annal. num. 133.

Re-

7 Regula autem hæc de triennali, absolutè † & simpliciter cohibet quascunque molestias, adeo vt contra impetrãtem opposita exceptione illius Regulæ, eaque iustificata, aliæ non sint partes iudicis, quàm in pronunciando Regulam obstare, & si quid decernat contra possessorem, illud totũ sit nullum, *Sarnen. ad hanc Reg. q. 58. in 2. col. vers. & pro ista opinione*, quem refert, & sequutã est *Rota decis. 564. sub num. 2. vers. imò dicebant, lib. 3. par. 3. diuer. Mantic. decis. 211. num. 3.*

Et quamuis *Felin. in praalleg. cap sicut, nu. 31.*
8 *de senten. & re iudic.* id † restrinxerit ad molestias super possessione, non autem super proprietate, quem sequitur *Ioan. à Chok. ad glossat. antiq. super ead. Reg. num. 73.* attamen hoc non potest sustineri, nisi in terminis, in quibus idem *Felin.* loquitur, videlicet vbi Ordinarius ipse de titulo inquirit, iuxta dispositionem *text. in c. Ordinarij, de offic. ord. in 6.* secundum ea quę explicauimus hoc *lib. q. 46. ex n. 35.* nã si agat impetrans, cui præ cæteris aliis pœnis, Regula impetratione quoque annullat, certè is omni actione caret, sine qua nemo experitur, *l. si pupilli §. videamus ff. de negot gest. l. Tutori C. eod. tit. Aym. cons. 191. nu. 1.*

9 Neque dicatur posse intentari † actionem popularem, vt quis remoueatur ab occupatione bonorum Ecclesiæ, *cap. Presbyterorum, de reb. Eccles. non alienan.* cum ibi notatis per *gloss. in verb. personis*, & per *Doct.* præcipuè *Bero. nu. 34. & 35.* quod etiam nos attigimus superiori *lib. q. 31. n. 17.* nam vbi supponitur iustificata triennali-
10 tas, cessat etiam ea actio, † quæ anno expirat,
11 *l. vlt. ff. de popul. actio* & in terminis, † quod nequeat excitari lis, neque in possessorio, neque in petitorio, notauit *Rebuf. in prax. in 3. par. signat. super clauf. derogatorijs, ante num. 1. vers. & si quis impetrauerit.*

Tertiò differunt in subiecto, nam Regula de annali, habet pro subiecto nudum factum possessionis pacificæ in vtroque extremo; & propterea, si antequam initietur, non sit pacifica, quia prius fuerit lis mota, nusquam sortitur vim possessionis pacificæ, etiam si per annum in lite nihil fiat, vt ostendimus in præcedenti quæstione. At Regula
12 hæc de † triennali, tantùm abest, vt desinat esse pacifica, quia in extremo sui initij, non fuerit talis propter litem aliquam contra eum, aut eius prædecessorem (per aliquem tamē tertium) motam, vt imò ipsamet Regula, illicò vt est completum triennium, intra quod possessor non fuerit de facto molestatus, si quæ huiusmodi lites antiquæ præexistant, illas (ad hunc tamen effectum) extinguat: hic enim est verus sensus illorum verborum adiectorum in extrema eius parte, *antiquas lites penitus extinguentes*, quem probauit *Rota in Segobien. Parochialis de Paradinas, 12. Iunij 1538. coram Marsicano, vt refert Gomes. q. 61. col. penul. vers. antiqua igitur, Mohedа. decis. 14. sub num. 2. vers. in triennali verò, de causa poss. & propriet.*

Quartò differunt in forma; nam Regula de annali componit pacificam possessionē, ex duobus; videlicet ex naturali, seu rudi detentatione, & ex capacitate personæ eiusdem detentationis; suppo-
13 sita enim † incapacitate, quià personæ tali sit prohibita etiam ipsa detentatio, ea non habet locum, prout ibi concludit *Sarnen. q. 3. vers. in contrarium faciunt, vsque ad fin. & q. 51. in 1. limitat.* & in præcedenti etiã diximus; At Regula de trien-
14 nali, † componit pacificam possessionem ex naturali detentatione, & titulo possidendi, saltim co-
15 lorato, licèt quoad eam, titulus coloratus † dicatur, qui per eandem Regulam non est infectus, vt benè explicat *Sarnen. q. 27. vers. tamen aduertendum est, cum seq.* Vt propterea minor color exigatur pro triennali, quàm in spolio, cùm ad effectum Regulæ, non decoloretur titulus, nisi in duobus casibus expressis in ipsa, videlicet simoniaci ingressus, & reseruationis clausæ in corpore iuris, iuxta *cap. 2. de praeben. in 6.* pront disputat, & concludit *Cassad. decis. 7. num. 4. & sub n. 7. vers. sed an aliqua ratio, super Regul. Achil. decis. 386. num. 7.*

16 Neque ideo Regula † de alia reseruatione intelligitur; quàm de insurgente ex vacatione apud Sedem, idest per obitum in curia, vel in locis circumuicinis, iuxta *d. c. 2. iuncto c. praesenti, de prab. in 6.* vt ità firmauit Rota *in Corduben. Capellaniæ 25. Octobris 1596. coram Corduba*, vbi quod vaca-
17 tio † iuxta decretum, non inducit reseruationem hanc clausam in corpore iuris, quod latius nos explicauimus suprà *quast. 27. ex num. 28.* & iure
18 merito † restricta in hoc est vis Regulæ, cùm ista reseruatio sola ea sit, quæ omnem titulum decolorat, *Rota decis. 803. ad fin. lib. 3. par. 3. diuer. & diximus ead. q. 27. num. 71.*

19 Exigit ergò hæc, totum † cursum triennij possessionis pacificæ, nõ attento effectu cuiusuis litis ante illius initium motæ per tertium aliquem contra possessorem, quæ remanet (quantum ad exceptionem triennalitatis obiectam contra impetrantem) penitus extincta, ex præcitata *Mohed. decis. 14 ad fin. de caus. possess. & propriet.* & eadem ratione, hæc exceptio deficeret, si vel probaretur interrupta, vel non posset colorari.

20 Interrumpitur † autem eisdem modis, quibus in superiori de annali est dictum, si videlicet siuè extraiudicialitèr de facto ei sit illata molestia circa fructuum perceptionē, siuè iudicialitèr lis mota sit, *Achill. decis. 384. num. 1. & fuit decisum in Nteien Prioratus 3. Aprilis 1623. coram bon. mem. Buratto*, ad hos enim duos modos, reducuntur omnes alij distinctim relati per *Paris. in supraeit. cons. 81. ex num. 4. lib. 4.*

21 Idemquè erit, si ipse litem † contra aliquem mouerit, etiam post triennium exactum, dnmmodo constituerit se Actorem, per commissionem causæ super beneficio, vt tenuit *Rota apud Achill.*
22 *decis. 379. num. 1.* Si enim † constitueret se Reum, nec propterea super beneficio, sed super iactationibus alterius, causam obtineret committi, vtiquè inde pacifica eius possessio non esset interrupta, vt concludit *Paris. d. cons. 81. nu. 26. lib. 4. Achill. d. decis. 379 nu. 2.* quæ licèt loquatur per verbum *fortè*, nihilominus sententiam hanc probauit *Rota, in superius allegata Corduben. Capellaniæ.*

Neque

23 Nequè adhuc censeretur † interrupta, si causa
commissa, obtinuisset citationem decerni, sed ab-
stinuisset ab illius exequutione; quitquid enim sit
ad effectum attentati, tamen ad effectum interru-
ptionis huius pacificæ, exigitur exequutio, vt la-
tissimè tradit *Paris.d.cons.81.ex num.10.Achill.*
decis. 379. num. 3.
24 Facta autem † exequutione, iam posset videri
orta iudicialis controuersia, indequè interrupta
possessio pacifica, adeò vt quamuis ad alium effe-
ctum valeat huic exequutioni renũciari, *Pute.de-*
cis.234. num.7. lib.2. & fuit dictum in vna *Cala-*
guritana Canonicatus 25. Iun. & 29. Decembris
1593. coram Blanchetto, ad istum tamen, talis re-
25 nunciatio, seù pœnitentia † non attendatur, idem
Achill.decis.383.num.2.
26 Nequè est dubium, † exequutionem satis iusti-
ficari ex comparitione apud acta, cum constitu-
tione Procuratoris, etiam si non appareat de alia
relatione Nuncij, vt per *Achill.* ibidem. Quod
27 fortius † procederet, si supponeretur contra ip-
sum decreta citatio, nam si vel per se, vel per Pro-
curatorem comparuisset in iudicio, vtiquè hinc
præsumptiuè iustificaretur talis exequutio, *Vestr.*
in prax.lib.4.cap.4. num.5. & firmauit Rota in
vna Ripana Parochialis, 10. Decembris 1608. co-
ram Reuerendiss. Attrebaten.
28 Quæ tamen omnia † ità sunt accipienda, si etiã
iurisdictio in Iudice vel non deficiat, vel sit suspen-
sa, vt in casu *Achil.decis.80.ex num.1.* nèc factum
29 exequutionis vel † sit æquiuocum, vel incertum,
ex coniectura aliqua contraria, circa mentem
actoris, qui non intenderet contra eum agere, vt
in casu eiusdem *Achill.decis.381.*
30 Et propterea, quod dicitur † ad hunc effectum
interrumpendi triennalitatem pacificam, sufficere
extraiudicialem controuersiam, & litem coram
Iudicibus incompetentibus, adeoquè ipsis laicis,
vt in *Pampilonen Beneficij S.Petri, 10. Febr. 1591.*
coram Orano, quam refert, & sequitur Reueren-
diss. D.Coccin. decis.172. num. 6. referendum est
ad controuersiam, vel litem, per quam de facto
fuerint illatæ molestiæ, & turbationes circa ipsam
perceptionem fructuum, ex his quæ diximus su-
prà *num. 20.*
31 Quod pertinet ad titulum † coloratum, satis
constat, eum dupliciter deduci posse, videlicet ve-
rè, ostendendo literas prouisionis, & præsumpti-
uè, nimirum ex cursu temporis; quod in hac re
non potest esse minus, quàm decem annorum, vl-
tra tres annos, quos exigit Regula, vt concludit
Sarnen.ad hanc ipsam Reg.q.24.sub nu.7. vers.
nam si aliquis sine aliquo titulo, & q.26. vers.sed
aduertendum est, & censuit *Rota apud Reue-*
rendiss. D. Coccin. decis.475. num.5. quod latiùs
firmatum fuit in vna *Regien Iurispatronatus,*
21. May, & 6. Iun. 1625. coram bon.mem. Fran-
cisco Vbaldo.
32 Atquè ex his etiam † dignoscitur, Regulam hanc
de triennali (vt quæ exigat titulum coloratum,
qui non requiritur in Regula de annali) nullũ in se
fouere odium, ac propterea illi de annali aliquan-
do derogari, huic verò nusquã, vt concludit *Achil.*
decis.385. num.3. & 4. quod intelligitur directò,
restituendo aduersus eius lapsum, vel etiam dero-
33 gando Regulæ; Clausula enim derogatoria † con-
sueta inseri inter generales, refertur ad triennalẽ
detentationem de facto, de qua Regula nõ loqui-
tur *Rebuff.in praxi.in 3. forma Signaturæ, super*
clausul.derogat.ante num.1.vers.sed si quis: con-
34 sueuit enim † impetranti, contra nudum effectum
annalis, concedi prorogatio temporis ad agen-
dum, cuius formulam posuit *Mandos.ad Lap. al-*
legat.89.sub 13.quæst. vers.quarto quia, vbi latè
35 disputat, & concludit, concessa † huiusmodi pro-
rogatione, censeri quoquè cõcessam prorogatio-
36 nem temporis dictæ Allegationis, quę † (vt conclu-
dit *Gomes.q. 26.*) reducta est ad terminos Regulæ
huius, quod etiam firmat *Achill.decis.382.per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Noua prouisio, cur ita dicta.*
2 *Nullum quod est, non venit necessario expri-*
mendum.
3 *Facta, non possunt haberi pro infectis.*
4 *Nouum dicitur, cuius species est immutata.*
5 *Noua prouisio, qualitèr petenda sit à Papa, vbi*
præcessit prouisio Indultarij, sub decreto.
6 *Noua prouisio, datur à Papa, nullitèr prouiso*
ab inferiore.
7 *Noua prouisio, an detur etiam prouiso Aposto-*
lico.
8 *Rescriptum* perinde valere, *non datur nisi proui-*
so Apostolico.
9 *Rescripta omnia gratiæ, vitiantur per obre-*
ptionem, & subreptionem.
10 *Motus proprius, licèt auertat obreptionem, &*
subreptionem, non tamen auertit defectum
mentis, & quæ sit ratio.
11 *Subreptio re ipsa, quæ dicatur.*
12 *Intentionis defectus, inducitur per errorem.*
13 *Error, remouet perpetuo consensum, sine aliqua*
exceptione.
14 *Intentionis defectus, irritat gratiam ipso iure,*
etiamsi facta sit motu proprio.
15 *Subreptio, vel obreptio, an reddat gratiam nul-*
lam ipso iure.
16 *Formæ defectus, impedit aliquid produci.*
17 *Forma remota, dicitur remota quoquè res ipsa.*
18 *Nisi agatur de forma accidentaria, & introducta*
ad benè esse.
19 *Forma intrinseca collationis beneficij, quandò*
dicatur.
20 *Forma extrinseca, non impedit productionem*
actus.
21 *Rescriptum redditur nullum, si cesset eius causa*
finalis, secus verò impulsiua.
22 *Intentionis defectus, in Rescriptis gratiæ, dupli-*
citèr deprehenditur, vt hic.
23 *Iuri communi censetur se conformare Princeps,*
dum rescribit.
24 *Intentionis defectus, arguitur ex taxatiua, gratiæ*
adiecta.
25 *Subreptio, vel obreptio, in his, quæ à iure commu-*
ni non sunt iussa exprimi, non inducit defe-
ctum

ctum mentis in Principe, etiamsi potuerint eum mouere, vel remouere à concessione gratiæ.

26 Subreptio, vel obreptio, qualitèr intendatur ex stylo.

27 Animus cuiusuis, proprio testimonio explicatur.

28 Subreptio, circa ea quæ sunt explicanda de Iure communi, est inexcusabilis, & vitiat rescriptum, etiamsi Princeps nihilominus eandem gratiam concessurus fuisset.

29 Et quæ sit ratio.

30 Obreptio, per falsi expressionem eius quod de Iure non erat necessariò narrandum, non vitiat gratiam.

31 Subreptio, indistinctè gratiam non perimit, vbi versatur circa ea, quæ non sunt exprimenda ex Iuris necessitate.

32 Rescriptum, non vitiatur ex taciturnitate eius, quod pendet ab euentu, habetquè se ad esse, & non esse.

33 Noua prouisio, facit de prouiso ab Ordinario, prouisum Apostolicum.

34 Eadem, supplet omnes defectus.

35 Habetquè vim confirmationis.

36 Confirmationis natura, est supplere omnes defectus actus confirmati.

37 Noua prouisio, nihil operatur, si prima habita ab inferiori collatore, nulla sit ex intentionis defectu.

38 Confirmatio, vnde dicatur.

39 Clausula, & quod præmissorum omnium, & singulorum maior, & verior specificatio, &c. ad quæ referatur, vel non.

40 Confirmatio, non trahitur ad ignota confirmanti.

41 Noua prouisio, non exsuscitat, vel præseruat ius extinctum.

42 Eadem, exigit mentionem de possessione, & de perceptione fructuum.

43 Eadem, præseruat ius quæsitum impetranti.

44 Subreptio euitatur, si quod omissum est possit exprimi vigore clausularum generalium.

45 Clausulæ derogatoriæ, non tollunt defectum intentionis, sed ea duntaxat, quæ possunt obstare expressis.

46 Supplicatio, & non litera attenduntur, vbi incidit quæstio de obreptione, vel subreptione.

47 Reformatorium rescriptum, quodnam dicatur.

48 Rescriptum, vitiatur propter obscuram, & inuolusam expressionem necessariò narrandorum.

49 Rescriptum reformatorium, duplex.

50 Rescriptum reformatorium, non extensiuum gratiæ, habet vim nouæ prouisionis.

51 Rescriptum reformatorium, hodiè ex stylo semper prainscritur; & quæ sit huius prainsertionis vtilitas.

52 Reualidatorium rescriptum, quod dicatur.

53 Rescripti perinde valere, & etiam valere, quæ sit ratio, & vsus.

54 Rescriptorum huiusmodi subiectum, sunt priores literæ.

55 Gratia perinde valere, restringitur ad defectum narratum.

56 Gratia, non obstante obreptione, vel subreptione, conseruatur in statu validitatis, quatuor concurrentibus, de quibus hic.

57 Gratia, perinde valere, Iustitia, ex quibus constituatur.

58 Eadem, retrotrahitur vsquè ad initium.

59 Eadem, dicitur ratificatio, & conualidatio actus præcedentis.

60 Et per eam suscitatur spiritus primæ gratiæ.

61 Ratificatio, perpetuo retrotrahitur ad tempus actus ratificati.

62 Gratia perinde valere, an retrotrahatur in præiudicium impetrantis.

63 Clausula dummodò tempore datæ, &c. adiecta in gratia perinde valere, quò referenda sit.

64 Confirmatio, regulatur a confirmato.

65 Declaratio mentis disponentis, nihil noui confert:

66 Rescripta declaratoria mentis Papæ, non dicuntur impetrationes, nequè possunt de subreptione notari.

67 Nèc dicuntur tollere ius alterius, sed declarare nullum fuisse ius quæsitum.

68 Nèc potest contra ea probari contrarium.

69 Declaratio mentis Papæ, circa rescriptum iam concessum, potest fieri non obstante litis pendentia, vel prætenso Iure quæsito.

70 Commodo proprio inuigilare, cuiquè est permissum.

71 Gratia perinde valere, retrahitur ad tempus prouisionis, etiam in præiudicium impetrantis.

72 Et quæ sit ratio.

73 Mens Papæ, pro sustinendo rescripto, æquè potest educi ex subsequentibus, ac ex antecedentibus.

74 Rescriptum pesinde valere, fundatur super æquitate.

75 Gratia, siuè rescriptũ si neutri, maximè est in vsu.

76 Et qualitèr ad vsum ipsum deducatur.

77 Subreptio, vel obreptio obiecta, probanda est per obijcientem.

78 Vigilantibus, & non dormientibus, iura subueniunt.

79 Gratia si neutri, est nulla, nisi verificetur vocatio, de tempore illius data.

80 Eadem, exigit litis pendentiam, & quod neutri ius competat.

81 Eadem, non est exequibilis, nisi prius iustificetur.

82 Lite pendente, Collator inferior à Papa, non potest conferre.

83 Litigiosa beneficia, quæ dicantur posse conferri per Indultarios, in vim clausulæ, etiam litigiosa, &c.

84 Gratia si neutri, non exigit mentionem iurispatronatus laicorum.

85 Nèc familiaritatis Cardinalis.

86 Nèc litem veram, sed de facto tantum.

87 Modò, lis sit super beneficio.

88 Secus si esset super fructibus, vel super alia re distincta a beneficio.

89 Exigit autem litem motam, non mouendam.

90 Gratia si neutri, non magis potest subsistere sine lite, quàm piscis sine aqua.

91 Eadem, si impetretur ante literas expeditas, qualitèr possit consistere.

92 Literæ Apostolicæ, eo ipso quod exhibentur, censentur expeditæ tempore debito.

93 Gratia

93 Gratia perinde valere, *non conceditur, nisi literis expeditis, secus verò gratia* si neutri.
94 *Excipiens, in sua exceptione efficitur actor, & tenetur probare, etiamsi consistat in negatiua.*
95 *Tempus, probandum est per illum qui in eo se fundat.*
96 *Etiamsi sit Reus, siuè affirmet, siuè neget.*
97 *Lis, ad effectum gratia* si neutri, *non causatur ex sola citatione exequuta, nisi etiam sit reproducta.*
98 Gratia si neutri, *habet pro necessario supposito litem.*
99 *Extinctum quod est, adhuc est reintegrabile per interuentum causarum habilium ad illud de nouo constituendum.*
100 *Dispositio semel irrita ex defectu suppositi, non conualescit ex reintegratione.*
101 *Iudicium incipit à litis contestatione, & terminatur iudicato.*
102 *Iudicatum non dicitur, nisi ex sententia inappellabili.*
103 *Lis qualitèr intelligatur extingui per iudicatū.*
104 *Iudicatum, parit actionem in facto pro exequutione.*
105 *Iudicati actio, quando intelligatur mota.*
106 *Iudicij, siuè litis vltima linea, est exequutio.*
107 *Exequutioni exequutorialium, an prascribatur spatio decem annorum.*
108 *Res iudicata, facit ius inter partes.*
109 *Et de Indebito debitum.*
110 *Francisci Salgado opinio, in articulo prascriptionis exequutorialium, reiecta.*
111 *Exequutioni non prascribitur, nisi spatio triginta annorum.*
112 *Exequutorialibus Rotalibus, non prascribitur, nisi spatio triginta annorum benè completorū.*
113 *Exequutoriales antiqua si sola sint, non mittuntur exequutioni.*
114 *Pracipuè si essent relaxata per contradictas.*
115 *Exequutorialibus nullo tempore prascribitur, vbi semel petita est, vel inchoata earum exequutio.*
116 *Exequutoriales non decernuntur absquè citatione.*
117 *Quamuis expediantur extraiudicialitèr.*
118 *Citatio pro exequutorialibus, non exigit formam exactam.*
119 *Exequutoriales, possunt simplicitèr intimari per Subdelegatos, per quos si procedatur, quidquid fit, est attentatum.*
120 *Subdelegati per Rotam, nullam sibi vindicant potestatem cognoscendi, vbi oritur coram eis controuersia extra nudum factum demandatum.*
121 *Lis, quando dicatur mota in articulo exequutionis exequutorialium.*
122 Gratia si neutri, *non contentatur lite extincta.*
123 Gratia si neutri, *an subiaceat Regula de annali.*
124 *Clausula facultatis exprimendi qualitates infectiuas, cuius sit virtutis, circa gratiā* si neutri.
125 *Causa appellationis deserta, adhuc remanet lis de facto, super nullitate, & restitutione.*
126 *Rescriptum illud dicitur iustissimum, quod impetranti prodest, & nemini nocet.*
127 Gratia si neutri, *non intrat, vbi praualet ius alterius.*
128 Gratia si neutri, *etiam conceditur tertio non collitiganti.*
129 *Eadem, confert ius nouum.*
130 *Reputaturquè diuersa à prima, & per se subsistēs.*
131 *Quomodo dicatur noua gratia.*
132 *Et vbi supponitur vacatio per resignationem, non est in ea locus allegat. Lap. 86.*
133 *Et qua sit ratio.*
134 *Eadem, non exigit iustificationem prioris gratia in aliquo.*
135 *Nec exigit iustificationem alterius causa motiua, quàm huius, quod neutri, vel nulli ius cōpetat.*
136 Gratia si neutri, *non exigit mentionem de titulo, vt exigit noua prouisio.*
137 *Nèc minus de titulo aduersarij, etiam si sit Apostolicus.*
138 *Rescriptum* si neutri, *cùm agitur de illius canonizatione, exigit literarum expeditionem, & productionem.*
139 *Et debet intimari collitiganti, vt ei detur noua dilatio.*
140 *Intimatio gratia* si neutri, *vbi est necessaria, suppletur ex formali productione.*
141 *Regula de subrogandis, habet locum in gratia* si neutri.
142 Gratia si neutri, *propriè non est conditionalis.*
143 *Clausula* si per euentum litis constiterit, &c. *in gratia* si neutri, *qualitèr intelligatur stare conditionalitèr.*
144 Gratia si neutri, *ante eius exequutionem, non deseruit pro titulo colorato.*
145 *Conditio alia formalis, alia sine qua non.*
146 Gratia si neutri, *desumpta ex clausulis prioris supplicationis, exigit iustificationem totius gratia.*
147 Gratia si neutri, *exigit narratiuam vacationis, & modi illius.*
148 *Necnon reseruationis.*
149 *Itemquè valoris & habilitatum impetrantis.*
150 *Simulquè intrusionis, cum perceptione fructuum.*
151 *Et deniquè omnium, qua possunt mouere, vel remouere Papam ab illius concessione.*
152 *Clausula* quouis modo, &c. *adiecta in gratia* si neutri, *capit omnem modum vacationis.*
153 *Etiam ex persona ipsius impetrantis.*
154 *Nisi obstet aliquod decretum.*
155 *Gratia* si neutri, *concedi consueuit cum clausulis comprehensiuis omnium reseruationum.*
156 *Valor malè expressus, non vitiat gratiam* si neutri, *propter clausulam*, vt verus valor, &c.
157 *Gratia* si neutri, *non exigit mentionem de fructuū perceptione, nisi vbi quis se intrusit sine titulo colorato.*
158 *Gratia* si neutri, *qualitèr promouenda in articulo exequutionis.*
159 *Gratia* si neutri, *si plures concurrant, qualitèr sit promouenda earum exequutio.*
160 *Gratia* si neutri, *antequam sit iustificata, non habetur in consideratione.*
161 *Gratia* si neutri, *in articulo iustificationis non iuris aduersarij, quomodo iustificetur.*

162 Ex-

162 *Eadem, præseruat ius ex præsentatione quæsitum.*
163 *Ius quæsitum ex præsentatione, durat etiam nulla existente sententia illius canonizatoria.*
164 Gratia sineutri, *non potest dici iustificata, respectu iuris collitigantis, donec illud in progressu causæ, est liquidabile.*
165 Gratia si neutri, *etiam prætextu clausulæ subrogationis, per alium non potest demandari exequutioni, quàm per Iudicem ipsius litis, cui rescriptum dirigitur.*
166 *Iudicium, simile duello.*
167 *Timor, quid differat à cautione.*
168 *Prudentis est, ex præteritis, futuris casibus occurrere.*
169 *Vrbani Octaui prouidentia, in vallanda Mole Adriana.*

QVÆSTIO LIV.

Obiectus inualiditatis tituli, qualitèr euitetur subsidio, aut nouæ prouisionis*, aut rescripti* perinde valere*, aut deniquè gratia* si neutri?



RO reprimendis impetrantibus, preter Regulas de annali, & de triennali, hoc etiam ex stylo Curiæ est introductum, vt quia maior eorum pars fundat obiectum super nullitate tituli possessoris, eidem possessori tribus a'ijs subsidiarijs remedijs subueniat, de quibus nunc dicendum restat.
1 Prius est, quod, *Noua prouisio*, vocatur, ita† dictum, non quia sit noua, idest prima respectu Papæ, vt existimaunt *Rebuff. in prax. super declaratione Bullæ no. prouis. num. 1 & 2* (nam datur etiam noua prouisio, quæ sit secunda respectu ipsius Papæ, vt mox ostendam) sed quia is qui pro ea instat, in supplicatione desuper porrecta, perpetuò supponat se iam prouisum, sed nullitèr, vndè quamuis respectu iuris, ista sit prima prouisio,
2 cùm quod † nullum est perindè sit, ac si non esset, ita vt de eo non sit facienda mentio, *cap. ex tenore, cum ibi nota. de rescript. Ferret. cons. 366. sub num. 35. vers. nec de actu nullo*, nihilominus re-
3 spectu facti, quod impossibile † est haberi pro infecto, tota reluctante natura, *Bart. in l. non dubium n. 14. C. de legib.* cum adductis per *Surd.*
4 *cons. 93. num. 8.* dicitur prouisio † noua, cum mutetur species illius prioris prouisionis, *l. 1. §. opus nouum, ff. de nou. oper. nunc. & gloss. in can. de monachis, in verb nouum, 18. q. 2.*
Triplex autem est causa, vt iam prouiso detur per Sedem Apostolicam noua prouisio; & prior
5 quidem est Decretũ, † cùm scilicet Papa indulsit facultatẽ conferendi beneficia reseruata, aut Cardinali, aut cuipiam alteri; nam vt Indultarius debet esse contentus ea prærogatiua, sine præiudicio Cameræ, & Officialium Curiæ, ità in ipsis indultis consueuit apponi decretũ, vt debeat prouisis, si citra montes, intra quatuor, si verò fuerit vltra montes, intra octo menses nouam prouisionem à Sede Apostolica impetrare, alioqui censeatur inducta vacatio eo ipso, nisi per prouisum steterit, de quo debeat protestari, vel aliter doceat de legitimo impedimento, super quo decreto latè scribit *Germon. de indul. Card. §. volumus autem, & Ant. August. de indult. num. 14. & de no. prouis. num. 3. 5. & 6.*
6 Altera est, nullius prouisionis † habitæ ab alio inferiori collatore, de qua latè per *Rebuff. loco*
7 *proximè cita.* Et deniquè postrema est † nullitas prouisionis Apostolicæ; nam licèt aliqui existimauerint, ex suppositione nullitatis huiusmodi, non concedi nouam prouisionem, sed Rescriptum *perinde valere*, de quo mox dicetur, vt in specie voluerunt *Prob. ad Ioan. Monach. in cap. statutũ, num. 4. de præben. in 6. & Rebuff. in prax. tit. de rescript. etiam, & perinde valere num. 3.* tamen hoc non subsistit, quià vt dixi, etiam semel prouisis à Papa, sed nullitèr, iterum prouidetur, & hæc æquè dicitur noua prouisio, quod sciunt omnes practici Curiæ, vt singularitèr etiam notauit *Mandos. de Signat. grat. sub titulo, noua prouisiones, vers. nouam prouisionem.*
Cæterùm, vt nè confundatur ratio huius Rescri-
8 pti *perinde valere*, quod paritèr † non nisi prouiso Apostolico datur, *Practica Cancellaria, tit notab. super clau. perinde valere in 2. notab.* (quod fortè voluerunt dicere *Prob. & Rebuff. loco præcitat.* cum vtrunquè cõueniat in generaliori causa, videlicet nullitatis prioris prouisionis iam factæ ex supposito subreptionis) Est aduertendum,
9 quæcunquè † rescripta gratiæ vitiari per subreptionem, aut obreptionem, idest siuè quod erat necessario explicandum, fuerit silentio prætermissum, siuè id ipsum, falsò suppositum, *Dec. in cap. super literis, n. 4. de rescript.* cum alijs per *Menoch. de arbitr. cas. 201. ex nu. 10. Sanch. de Matrim. lib. 8. disputat. 21. sub num. 2. ad fin. vers. quarè dicentur.*
Vndè est, vt formalitas subreptionis, siuè obreptionis, proueniat ex precibus perperam conce-
10 ptis; nam si Papa faciat † gratiam motu proprio, ex falsa, & erronea suppositione, ea quidem corruet, sed non ex subreptione, aut obreptione propriè dicta, sed ex defectu intentionis. Quãuis enim obreptio, vel subteptio inferat intentionis defectum, *Menoch. cons. 108. n. 24. Decian. cons. 38. nu. 30. lib. 3. Cyria. forens. controuers. 219. n. 28.* nõ tamẽ è conuerso, omnis intẽtionis defectus, concludit ad subreptionem, aut obreptionẽ, si enim citra preces, sed motu proprio gratia fiat, & Princeps deceptus sit circa aliquod suppositum, reddetur quidem gratia ipsa nulla, ex intentionis defectu, propter inuerisimilem eius mentem, sed nihil dicetur ab eo obreptum, aut subreptum, cum hoc se non compatiatur cum motu proprio, *Aegid.*
11 *decis. 392. & decis. 474.* quamuis † & hæc dicatur subreptio re ipsa, idest nõ causata ex falsa suppositione in precibus facta, sed ex errore facti, qui est
12 eiusdem † potentiæ in inducendo mentis defectu, *l. non idcircò, C. de iu. & fact. ignor. l. si per errorem*

rem ff. de iurisd. om. Iud. l. nihil consensui. 117.
13 de reg. iu. vbi Dec. † in §. non videntur, sub num:
2. subijcit, Regulam hanc nullum habere limita-
tionem, quod etiam notauit Rota apud Gregor.
decis. 179. num. 5. & in his terminis censuit Aegid.
locis praallegat.

Nequè tamen rursus, vt intentionis defectus,
ità omnis subreptio, vel obreptio in irritanda
gratia eiusdem est virtutis; nam vbi clarè supponi-
14 tur defectus intentionis, impossibile est, vt † actus
ab initio consistat, l. non omnis, ff. si cer. pet. cum si-
mil. & propterea gratia ipso iure corruit, etiam
facta motu proprio, Paris. cons. 74. num. 32. lib. 4.
Cassad. decis. 3. nu. 3. & 5. de pension. Seraph. decis.
398. num. 1. & ità intelligendi ij sunt, qui simplici.
ter tradunt, obreptionem annullare rescriptum
ipso iure, nempè Socin. Sen. cons. 120. nu. 5. lib. 3.
Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 99. num. 1. Verall.
decis. 225. lib. 3. Gregor. decis. 450. num. 1.

15 Vbi verò supponitur obreptio, † vel subreptio,
distinguitur inter illam, quæ concernit formam
gratiæ intrinsecam, & aliam quæ extrinsecam
16 tantum; vbi enim deficit illa prior forma, † actus
non tàm dicitur nullus ipso iure, quàm dici possit
nusquam in esse productus, cùm forma det esse
rei, l. Iulianus, §. si quis rem, ff. ad exhiben. cum
17 simil. vulga. & remota † forma, dicitur etiam res
ipsa remota, Bal. in authen. sed etsi quis, num. 2.
C. de nupt.

Vbi verò deficit hæc posterior, actus non cor-
18 ruit, cùm † hæc non fuerit introducta pro illius es.
se, sed tantum pro benè esse; deficiet ergo benè es-
se, sed non esse, vt optimè deducit Humbert. de
Bonenco in repetit. Authen. Sacramēta puberum,
ex n. 88. C. si aduersus vendit. & notauimus lib. 1.
q. 4. num. 58. & hoc ipso lib. 2. q. 31. num. 15.

19 Forma igitur intrinseca † collationis, est pro-
cessus voluntatis conferentis in propositum finē,
ex conferibilitate beneficij, & capacitate personę
collatarij; Vndè si vel beneficium sit plenum, vel si
vacans, persona tamen eius cui confertur, non sit
capax, eodem modo nihil fieri intelligitur, cùm
actus actiuorum non possint esse nisi in agente
benè disposito, l. 2. de sta. hom. Alex. cons. 52. sub
num. 33. ad med. vol. 4. cum alijs per nos adductis
in super. lib. q. 6. num. 5.

Forma verò extrinseca reputabitur, quicquid
est vltra, vel præter eum processum voluntatis; vn-
20 dè † nec ea impedit, quominus actus suum proxi-
mum finē consequatur, vt satis clare (ni fallor) ex-
plicatum est ea. q. 6. ex n. 4. vsquè ad 20. Et secun-
dum hæc videtur in nostram distinctionem coin-
cidere illa, quam in hoc articulo faciunt aliqui,
21 inter causam finalem, † & causam impulsiuam,
quos refert, & sequitur Sanchez de matim. lib. 8.
disputat. 27. num. 11.

Hanc igitur formam substantificā, seu finē gra-
tiæ (prout finis sumitur pro operis perfectione)
22 respiciunt † omnia quæ necessariò remouent in-
tentionem Papæ; cuius necessitatis argumentum
est duplex: Et quidē prius, est ipsa iuris dispositio
circunstantiam aliquam, aut ratione rei, aut ratio.
ne personæ, pro valida, & efficaci collatione exi-
23 gentis: nam † hinc Papa (nisi aliud expressè decer-
nat) se conformare velle præsumitur, l. nec Auus,
C. de emancip. lib. l. ex facto, ff. de vulg. & pupill.
Bal. in cap. vn. in princ. sub num. 3. vers. si autem
non est possibile, apud quem, vel quos controuer.
deb. dic. in vsib. feud. Dec. cons. 34. num. 5. Sanchez
d. disputat. 21. num. 12.

Alterum est, forma ipsa gratiæ, quæ sit disposi-
24 tiuè † concepta ad vnum suppositum, etiam si pos-
sint dari alia, in quibus singulis gratia de iure va-
leat sustentari; veluti si Papa mandet conferri be-
neficium tanquam vacans per resignationem, &
non vacet per resignationē, sed per obitū, vel alio
modo, gratia vtiquè non erit exequibilis, propter
illam formam restrictiuā gratiæ ad certum modū
vacandi, iuxta cap. susceptum, de rescript. in 6. Et
istud est, quod passim traditur, taxatiuam gratiæ
adiectam, importare defectum intentionis in re-
liquis; quæ conclusio optimè probatur ex eo tex-
tu, quem ità expendit Fel n. in cap. super literis,
sub n. 3. vers. nota quandò sine expressa, eo. tit. de
rescript. Gemin. cons. 111. sub num. 3. vers. nec ob.
stat secundum eos, Pute. decis. 117. num. 1. lib. 2.
Rota decis. 532. par. 1. diuer.

25 Cætera verò, quæ nequè à iure † communi exi-
guntur, nequè ex forma rescripti dispositiuè, seù
taxatiuè apparent narrata, non causant obreptio-
nem hanc inductiuam defectus intentionis, qui
annullet gratiam eo ipso, sed simplicitèr suspen-
dunt gratiam, donec Princeps ipse (si fieri potest)
sin minus, Iudex, ex coniecturis declaret, an quod
tacitum, vel falsò expressum fuit, sit tale, quod po-
tuerit inducere eundē Principē, ad cōcedendam,
vel denegandā gratiā, vt benè mihi visus est senti-
re Menochius Præceptor meus, de Arb. Iud. cas.
210 sub n. 31. vers. deinde vbi hæc nō adesse viderit.

26 Quamuis enim † in statuenda verisimilitudine
circa animum rescribentis, circumscripto iure
cōmuni, attendatur stylus, vsquè adeò vt Felinus
in cap. in nostra, sub num. 19. vers. quod intelligi-
tur, de rescript. quem sequitur Menoch. eo. loc. scri-
pserit, alitèr nunquàm sciri posse, an Princeps esset
gratiam concessurus, vel secus, quam doctrinam
sequuti fuerunt Dec. in d. c. super literis, sub n. 32.
ad fin. vers. quæ autem sint illa, eod. tit. de rescript.
Lap. allegat. 89. sub num. 6. vers. item sciendum,
Cassad. decis. 12. num. 14. de praben. Reuerendiss.
D. Coccin. decis. 328. num. 2.

Nihilominus id admitti potest in Iudice, prout
in his terminis loquitur Felinus, at minimè in Prin
cipe, in quo non cadit hæc quæstio verisimilitudi-
nis, sed veritatis sibi sine aliqua ambage manife-
sta; Et propterea dum declarat animum suum ta-
lem fuisse, non dicitur iudicare secundum verisi-
militudinem, vt facit Iudex, qui iudicat circa ani-
mum aliorum, sed dicitur iudicare secundum veri-
27 tatem, cùm † nedùm Principi, sed vnicuiquè cre-
datur circa proprium animum, gloss. in §. sed ista
quidem, in verb. dicit, de actio. cum multis adduc.
per Tiraquel. de retract. consanguin. §. 4. gloss. 1.
num. 4. & Surd. cons. 94. num. 70. & cons. 192.
num. 12. Cyria. forens. controuer. 139. num. 16.

Nequè verò huius styli par est ratio, ac virtus,

cum

cum ipsa iuris determinatione; vbi enim emer-
28 git subreptio ex † taciturnitate eorum quæ sunt
de iure communi, nulla admittitur excusatio
ex simplicitate; nèc iuuat, quod in effectu nihi-
lominus Princeps esset gratiam concessurus,
vt optimè docet *Felin. in eod. cap. super literis, sub nu. 2. versic. limita primo, de rescript. Aym.*
29 *d. consil. 69. num. 8.* quia † cùm ius commune
omnibus pateat, & semper sit certum, non po-
test ignorantia illius allegari, *l. Regula, de iur. & fact. ignor.* & sic qui ita obrepit, præsumitur
in dolo, *Aym. qui alios allegat d. cons. 69. n. 11.*
quæ ratio non militat in stylo vix Practicis curiæ
noto, & variabili, ex his quæ diximus in Appara-
tu *num. 68.*

30 Quo fit, vt cùm dicimus † Rescriptum vitiari
per subreptionem, aut obreptionem, id alitèr
non æstimemus, quàm ex iuris communis disposi-
tione, ob præsumptum scilicèt dolum, etiamsi cō-
sistat in falsa assertione aliqua; sublata enim iuris
necessitate, si quid falsi narretur, cessat doli præ-
sumptio, & in consequens indè gratia non inua-
lidatur, *Rota decis. 60. de rescript. in antiq. Putc. decis. 187. num. 2. lib. 1. Seraphin. decis. 1432. num. 8.* & *sub num. 9. versic. maximè cum non adsit*, & latissimè excusso articulo fir-
matur *in recent. par. 3. decis. 288. num. 1. &*
31 *per tot.* Et multo † minus, si id quod fuit expri-
mi omissum, non erat ex eadem Iuris necessi-
tate exprimendum, absquè distinctione, an
verisimilitèr posset Princeps indè moueri, vel
remoueri à gratia concedenda, vt post alios do-
cet *Franch. in cap. si motu proprio, sub nu. 7. versic. tamen non omnia, de praben. in 6. Decian.* qui alios refert *consil. 96. num. 7. lib. 5.*
cum latissimè cumulatis per *Farinac. criminal. quæst. 6. num. 48. Gratian. disceptat. forens. cap. 535. Aegid. decis. 298. num. 5. Verall. decis. 48. par. 2 Putc. decis. 97. num. 4. lib. 2. Rota in no. de rescript. decis. 32. ad finem, & in recen. par. 3. decis. 257. num. 3.*

Et insuper pro constituenda hac subreptione
32 irritatiua rescripti ipso iure, id etiam † exigi-
tur, vt id quod tacetur sit omninò certum, nec
pendeat ab euentu, quia scilicet habeat se tàm
ad esse, quàm ad non esse, *Felin. in praallegat. cap. in nostra, sub num. 15. vers. septimum corollarium, de rescript. Rota in nou. decis. 25. cod. tit. Caßad. decis. 16. num. 2. de praben. Putc. praalleg. decis. 97. sub num. 4. vers. & cùm resolutio lib. 2. Rota diuers. par. 1. decis. 240. num. 27. Gregor. decis. 108. num. 7.*

His expositis; vbicunquè iam prouisus de be-
neficio, timet molestias sibi inferri prætextu nul-
litatis tituli ab inferiori collatore habiti, debet
esse sollicitus in impetranda noua prouisione, per
33 eam † enim desinit esse prouisus ab inferiori, &
efficitur prouisus apostolicus, vt probat *text. in cap. si Apostolica*, 22. ibi, *cùm ipsa prouisio ipsius legati, post impetratam à nobis auctoritatem, nostra censeatur effecta, de praben. in 6.* promi-
34 deque † per eam supplētur omnes defectus, *Rota decis. 856. num. 1. & 2. lib. 3. par. 3. diuers.*
35 licèt enim † non detur in forma confirmatio-
nis, vt suprà dictum est, habet tamen eandem
vim, vt tradit *Gonzal. ad Regul. de mens. glo. 5. §. 5. num. 33.* proprium verò confirmationis,
36 est † supplere omnes defectus, qui interuene-
runt in actu confirmato, *cap. dilectus, cum ibi nota. de confirma. vtil. vel inutil. Oldrad. consil. 257. nu. 14. cum adductis per Decian. cons. 3. num. 6. lib. 5.*

37 Vndè etiam fit, vt si fortè † prouisio infe-
rioris, sit nulla ex defectu intentionis, quià in-
ferior prouiderit de simplici, cùm esset curatum,
noua prouisio remaneat inutilis, nisi hoc fuerit in
specie deductum, quantumcunquè in supplicatio-
ne legatur clausula, *& quod præmissorum omnium, & singulorum maior, & verior specificatio, &c.* de natura enim confirmationis est, vt
id quod confirmatur, saltim in intentione agen-
tis sit validum, ita vt cum eadem intentione
simul concurrat intentio confirmantis; quippè di-
38 citur confirmatio † quasi cum alio firmatio,
secundum *Dec. in Rubr. num. 14. de confirm. vtil. vel inutil.* Et sic in proposito casu, nouæ
prouisioni duo refragantur, videlicet natura
confirmationis, & defectus mentis in Papa con-
39 firmante, qui non † potest suppleri ex clausu-
la prædicta, quæ non valet alterare specificata
in corpore supplicationis, circa ipsum subie-
ctum, seù corpus beneficij, vt ità resoluit Ro-
ta apud *Putc. decis. 300. ex num. 1. & per to. lib. 1.*

Enimuerò, impossibile est, confirmationem
40 trahi † ad ea quæ non fuerunt explicata, & in
consequens fuerunt aliena à mente confirman-
tis, Rota *in recent. par. 2. decis. 114. num. 4.*

41 Quocircà nèc gratia hæc † exsuscitat, vel
præseruat ius extinctum, vt declarat Rota *decis. 164. nu. 3. par. 4. in recent.* nequè sanat defe-
42 ctus superinductos. vndè in ea facienda † est men-
tio de possessione prius adepta, & de fructuum
indebita perceptione, aliàs noua prouisio esset
nulla, *Rota ead. decis. 164. num. 4. & decis. 741. num. 3. par. 2. in recent.*

43 Nequè, si præueniat † qui ex defectu tituli
impetret, est dubium eidem impetranti præser-
uari ius quæsitum ex sua impetratione, virtute
dictæ clausulæ *dummodo, &c.* quæ etiam in no-
ua prouisione adijcitur, *Rota d. decis. 164. nu. 5. par. 4.*

Si verò sit prouisus à Papa, qui timeat, titulum
suum posse notari de obreptione, vel subreptio-
ne in his quæ concernunt substantiam gratiæ, vt
suprà dictum est, eodem modo debet esse sollici-
tus, nè per impetrantem aliquem supplantetur;
nam si præueniatur, vix est vt alitèr possit defen-
di, quàm elidendo obiectum obreptionis secun-
dum iam exposita; & si obijciatur subreptio ex
taciturnitate, erunt ponderandæ clausulæ prin-
cipales, insertæ secundæ parti supplicationis,
44 si † earum vigore possit exprimi, quod præten-
ditur narrari prætermissum; quo casu cessat pror-
sus subreptio, *Rota decis. 105. num. 4. par. 2. in recentior. Gregor. decis. 150. num. 7.* Quod

ferè consumitur in clausula generali facultatis exprimendi, de qua suprà; nam clausulæ deroga-
45 toriæ † ad id nihil inseruiunt, neque enim tollunt defectum intentionis, sed simpliciter tollunt ea, quæ possunt obstare expressis, *Gemin. consil. 86. num. 6.* cum alijs adductis per *Rotam in eisdem recentior. par. 2. decis. 739. nu. 5.*
46 Quaproptèr, cùm affertur † obiectus, ab obreptione, aut subreptione, non attenduntur literæ, sed ipsa supplicatio, *Gregor. ea. decis. 108. num. 11.* & ibi *Beltram. num. 16.*

At si animaduerterit, subreptionem, vel obreptionem non esse huiusmodi vt necessariò concludat ad intentionis defectum, sed possibiliter tantùm, secundum ea, quæ suprà exposuimus; tunc sibi consulitur per rescriptum, aut reformatorium, aut reualidatorium: Reformatorium
47 rescriptum † illud dicimus, per quod reformatur supplicatio iam registrata, super qua non sunt adhuc literæ expeditæ, & quæ ideo præinseritur cum narratiua, quod per errorem illius qui eandem præinsertam conscripsit, defectus aliquis contigerit; Tum vt Papa benè intelligat defectum prioris rescripti, vt aduertit *Mandos. in tractat. de signat. Grat. titu. Reformationes, column. 2. versic. in reformatione necesse est,*
48 (neque enim † minus vitiat rescriptum obscura, & inuoluta expressio, quàm narrandorum totalis prætermissio, vt ibi per eum, qui alios allegat, & tradit etiam *Menoch. consil. 108. num. 28.*) Tùm vt etiam magis coloretur causa, eam scilicèt referendo ad errorem scriptoris, vt dictum est, & benè etiam educitur ex traditis *eo. loco per Mandos. in 3. colum. vers. aut reformatio tendit.*
49 Est verò duplex † reformatorium istud rescriptum, nam aliud extendit gratiam in articulo dispensationis alicuius; & huic datur data prioris rescripti, quod vulgo nuncupatur *Cui prius*, de quo, & illius ratione, satis egimus suprà hoc *lib. quæst. 23. num. 19.* Aliud verò non extendit gratiam, sed simpliciter illius aliquem defectum supplet, & istud conceditur sub data currenti, quià cum gratiam non extendat, neque etiam est opus illius virtutem retrahere
50 ad initium rescripti reformati; vndè † sortitur vim, & effectum nouæ prouisionis, *Bellamer. decis. 634. incip. suppposita ordinatione*; Et stante hoc stylo, qui hodiè seruatur, vt præinsera-
51 tur rescriptum reformatum, † cessant omnes antiquæ controuersiæ super eo articulo; an in reformatione debeat fieri mentio de omnibus narratis in supplicatione reformata, quem latè post *Rotam decis. 24. & ibi addentes, versic. & ysis adde, de rescript. in nou.* agitat *Felin. in supraallegat. cap. in nostra, sub num. 17 in 16 coroll. de rescript.* cum alijs relatis per *Mandos. loco præallegat. in 1. colum. vers. reformatoria gratia.*
52 Reualidatorium † rescriptum illud dicimus, per quod ex necessaria suppositione, quod literæ iam sint expeditæ, sed nullæ, eæ reualidantur, adeò vt rescripti huius subiectum, non sit gratia, aut illius substantia, sed literæ tantùm;
53 Quocircà † ex diuersitate narrati defectus, duplex est sortitum nomen; si enim literæ supponantur nullæ ea obreptione, aut subreptione, quæ potuit mouere, vel remouere Papam, non ex veritate determinata à Iure communi, (quo casu necessaria est noua prouisio, vt suprà dictum est) sed ex verisimili aliqua circumstantia; Papa aut reijcit preces, si verè ipse gratiam fuisset à principio denegaturus, aut per istud rescriptum, decernit literas iam concessas perinde valere, ac si defectus sibi explicatus, non fuisset admissus. Si verò eæ literæ non laborent defectu obreptionis, aut subreptionis, sed aliquo extrinseco; quia gratia fuerit reuocata, aut earum virtus ex constitutione aliqua elisa, tunc rescribit, literas easdem *etiam*, idest non obstante tali reuocatoria valere, perinde ac si ea non emanasset, vt optimè declarat *Rebuff. in prax. in 2. par. tit. de rescript. etiam, & perinde valere, ex nu. 1.*
Vt ideò vis istius rescripti reualidatorij, tota re-
54 stringatur † ad validitatem priorū literarū, *Rota in recent. decis. 379. nu. 3. & 4. part. 1.* & quidem
55 ex † defectu narrato, si enim alius concurrat qui non sit expressus, inutile est rescriptum istud, *Rebuff. eod. titul. de rescript. etiam & perin. vel nu. 37.* neque enim extendit, sed simpliciter cōfirmat primam gratiam, vt ideò perpetnò sit iustificanda vacatio narrata in primis literis, *Rota decis. 379. ex n. 3. par. 1. in recent.* secundum distinctionem, de qua *in decis. 523. ex num. 1. ead. par. 1.*
56 Enimuerò Rescriptum istud, † ex quatuor circūstantijs omninò necessarijs honestatur: Prima, quod gratia, quæ prætenditur confirmari patiatur defectum ob probabilem ignorantiam; Secunda, quod nec defectus hic talis videri possit, vt traheret, vel retraheret Principem à concessione; Tertia, quod in hac secunda reualidatoria, præseruetur expressè ius tertij; & Quarta deniquè, quod neque hæc, vt dixi, excedat proprium casum, vt post longam disputationem, concludit *Abb. in supraeitat. cap. super literis, sub num. 5. ad fin. versic. puto posse attentari, de rescript.* quam doctrinam sequutus fuit *Rota in consil. 163. num. 19. lib. 5. & Hippolyt. Rimin. consil. 308. num. 22.*
57 Hæc verò quatuor, † simul educuntur ex ipso rescripto *perinde valere*: nam cùm obreptio, aut subreptio non concernat exprimenda ex iuris dispositione, iam hinc Papa, pro sua humanitate, inclinat in præsumptionem quæ est pro ignorantia probabili, & exclusiua doli, iuxta *Reg. l. verius de probat.* subindequè animaduertit, per clausulam *dummodo* fuisse præseruatum ius cuicunque tertio, & sic gratiam nemini intulisse præiudicium; mox obseruat, gratiam prius factam ex propria forma, & natura, non excedere casum suum: Vndè per istud rescriptum tantummodò declarat, etiamsi fuisset sibi expositū id quod asseritur prætermissum, vel è conuerso non fuisset expressum id quod fuit suegestum, nihilominus gratiam eandem se facturum fuisse; in hoc enim consistit

ſtit Iuſtitia, & æquitas huius reſcripti, per text.
in cap. dudum verſ. nos igitur, de præben. in ſexto,
& ſcribit Menoch. conſ. 316. num. 5. post Bellam.
58 deciſ. 745. ſub num. 6. verſ. hoc eodem, Etiam † in
articulo retrotractionis vſquè ad ipſum initium,
Menoch. eod. conſ. 316. num. 15.

59 Eſt enim in effectu Reſcriptum iſtud † ratifica-
tio, & conualidatio actus præcedentis, vt viuis ra-
tionibus demonſtrat Gemin. conſ. 128. ex num.
3. & ſub num 7. vbi in verſ. ſed reſcriptum perin-
60 de valere, ſubijcit † per illud ſuſcitari ſpiritum
primi reſcripti; quod etiam probauit Rota
apud Caſſador. ſuper Reg. deciſ. 33. ſub num. 2.
verſ. item ex confirmatione, & num. 6. Mandoſ.
loco proximè cita. in 2. col. verſ. perinde valere,
61 & propterea intrat † eius vis retractiua ad tem-
pus actus ratificati, ſiuè confirmati, l. donationes
la prima, quæ in ordine eſt 25. ad fin. C. de donat.
inter vi. & vxor. l. vlt. C. ad Maced. cum ſimil.
adduct. per Surd. deciſ. 69. num. 20.

62 Quo fit, vt etiam † ſi lite pendente inter pro-
uiſum, & impetrantem, prouiſus obtineat gra-
tiam perinde valere, per quam literæ ſuæ reua-
lidentur, indè remaneat eliſa impetratio; quod
tamen primo aſpectu poteſt durum videri; cùm
nuſquam Papa cenſeatur derogare iuri alteri quæ-
ſito, de quo, ſaltim in genere, non eſt facta mětio,
iuxta doctrinam Cyn. in l. vlt. ſub n. 6. ad fin. verſ.
aut non modicè lædit alium, C. ſi cont. ius, vel vtil.
publ. Gozad. conſ. 14. ex num. 20. præcipuè cum
63 etiam in hoc reſcripto apponatur † clauſula
dummodo tempore data, &c. quæ eſt præſeruati-
ua iuris alterius, quod etiam eſt de natura iſtius
reſcripti, vt conſuluit Gemin. conſ. 11. nu. 3. & d.
conſ. 128. ſub n. 6. verſ. poteſt aſſignari alia ratio.

Enimuerò aduertendũ eſt, hæc & ſimilia intelli-
gi de iure quæſito ante actum cõfirmatum, vel illi
contemporaneo, vt in his terminis loquitur Ge-
minianus, non autem de iure, quod prætenditur
quæſitum ex ipſa impetratione; Et ratio diuerſi-
tatis eſt, quià in primo caſu, iam ſupponitur ali-
quid præſeruabile, quod quemadmodum in prio-
ribus literis confirmatis præſeruabatur, ita etiam
cenſetur præſeruatum in reſcripto eaſdem literas
64 confirmante, cum nuſquam confirmatio † extendat
confirmatum, vt ſuprà dictum eſt, ſed potius ab il-
lo reguletur, gloſſ. in ſupracitat. cap. Apoſtolica,
in verb. præferri, de præben. in ſexto, & ponde-
rat in his terminis Gemin. d. conſ. 128. ſub num. 7.
verſ. ad vltimam reſpondetur.

At in ſecundo, non datur aliquid præſeruabile;
Quinimò nec dari poteſt; quià impetrator non
valet iuſtificare ſuum obiectum, niſi altero ex
duobus modis, videlicet, aut ex declaratione
Papæ, aut ex declaratione Iudicis, vt ſuprà vidi-
mus; vbi ergo Papa, ad inſtantiam prouiſi de-
clarat, id quod tacitum, vel expreſſum fuit, non
fuiſſe tamen vt indè ſibi deficeret mens in proui-
dendo, euaneſcit impetratio, cum illius iuſtifi-
catio reddatur deinceps impoſſibilis: & ſic dum
impetrator dicit ſibi præſeruatũ eſſe ius ſuum, is
qui obtinuit gratiam perindè valere, id minimè

controuertit, ſed negat ei vnquam fuiſſe ius quæ-
ſitum: nam vel prætenditur fuiſſe ius quæſitum
in beneficio, ſeu ad beneficium ex ſola impetra-
tione, & hoc non ſubſiſtit; quia impetratio, vt
eſt ex ſuppoſitione nullitatis tituli prouiſi, ea
ſuppoſitione non iuſtificata, nihil confert, l. vt
reſponſum, vbi Alc. num. 10. C. de tranſact. cum
ſimil. vulga.

Vel prætenditur in hoc fuiſſe ius quæſitum,
quod Papa non poſſet deinceps declarare mentẽ
ſuam circa titulum prouiſi; & hoc multo minus
65 ſubſiſtit; quià iſtæ † declarationes circa mentem
Papæ, vt de natura ſua nihil conſtituere intelli-
guntur, l. heredes palam, 21. §. ſi quid, ff. de te-
ſtamen. Caſtrenſ. conſil. 338. ſub num. 1. verſ.
præterea tunc videtur pars, lib. 1. ità non cen-
66 ſentur † eſſe impetrationes, nèç poſſunt de ſub-
reptione notari, vt ex mente Innocent. in cap.
olim ſub num. 1. verſ. & debes ſcire, de verbor.
ſignificat. cenſuit maior pars Rotæ, vt atteſta-
tur Bellame. conſil. 19. ſub num. 3. verſ. modo
verbum narrationis.

Vndè ceſſat exceptio iuris quæſiti, tùm quià
exigitur ius radicatum, vt oſtendimus hoc lib.
quæſt. 51. num. 26. & tradit etiam poſt alios Coſt.
de fact. ſcient. cent. 2. diſt. 78. num. 8. Tùm quià
in effectu, Papa hoc caſu per huiuſmodi reſcripta
67 reualidatoria non intelligatur ius quæſitum † tol-
lere alicui, ſed veriùs declarare, nullum vnquàm ex
ea cauſa fuiſſe ius quæſitum, vt ſubtilitèr aduer-
tit Caſtren. loquens in terminis huiuſmodi de-
clarationis Papæ, ſuper gratijs per ipſum factis
in hac materia beneficiali, in præallegat. l. here-
des palam, §. ſi quid, ſub num. 4. verſ. multo-
ties etiam Papa, ff. de teſtamen. quem ſequitur
Iaſ. conſ. 128. ſub num. 27. verſ. cui declaratio-
ni lib. 4. & hanc quoquè doctrinam vnà cum
Bellame. loco ſupra relato, extollit etiam Dec.
in l. edita, ſub num. 49. verſ. & ex his infert,
C. de eden. Aym. de antiq. tempor. par. 1. §. 2.
incip. non diſſentit, num. 30. & 31. nequè ab his
in diuerſam abijt ſententiam Alex. conſil. 11. nu.
12. lib. 7.

68 Nèc qui diceret † verè, & realitèr Papam
habuiſſe aliam mentem à principio, & niteretur
hoc oſtendere, vllo modo audiendus eſſet, vt
cenſuit Angel. conſil. 274. ſub num. 2. verſ. licet
millies, quod ſatis conſtat ex diſpoſitione clem.
vnic. de probat.

69 Et quod propterea retrahatur † iſta declara-
tio, nèc illi officiat litispendentia, aut præten-
ſum ius quæſitum, clarè etiam cenſuit Calderin.
conſil. 12. de reſcript. quem paritèr refert, & ſe-
quitur Aymo loco proximè citato, ſub num. 30.
70 verſ. ſed vltra Decium; Vnicuiquè † enim per-
miſſum eſt proprio commodo inuigilare, licèt in
hoc alteri præiudicetur, l. vlt §. ſimilitèr, C. de al-
luuio. l. ſi non expedierit, 6. §. ſi pupillus, ff. de bo.
auct. Iud. poſſid. gloſſ. in cap. cum olim, 12. in
verb. circumuentus, verſ. cæterum argumento, de
ſenten. & re iudic. cum ſimilib. in propoſito ad-
ductis per Caſtrenſ. in præallegat. conſil. 338.

sub num. 1. vers. in contrarium facit, lib. 1.
71 Atquè ità in terminis, quòd obtenta † gratia reualidatoria huiusmodi, fiat illius retrotractio ad initium prouisionis, & indè euanescat impetratio ex suggesto defectu, firmauit *Rota in suprà alleg. decis. 288. sub nu. 10. vers. quarto quia Gregorius,*
72 *par. 4. in recent.* quod nullā † in se habet amaritudinem, cùm verè Papa nihil de nouo det, sed simplicitèr declarer quid priùs dederit, inquit *Bellam decis. 745. sub num. 5. vers. quarto hoc idem,*
73 nèc referat, an de hac mente † constet ex antecedentibus, vel ex sequentibus, vt concludit *Bellame. eo. loco, vers. nèc facio differentiam*, qua-
74 proptèr † rescriptum istud fundari super maxima æquitate, optimè deducit *Menoch. eod. cons. 316. num. 6.*

Et hæc satis de hoc reualidatorio rescripto, tùm maximè opportuno, & necessario, cùm obreptio, vel subreptio narratur circa accidentalia, nèc alitèr infert intentionis defectum, quæ gratiam à principio annullet. Cæterùm si etiam possit intendi obiectus ex defectu intentionis, & iam super eo lis mota sit; Reo, & Possessori adhuc succurri potest alio subsidio, quod ab eadem for-
75 mula sub qua concipitur, nuncupatur † Rescriptū *si neutri*, quod est vsu frequentissimum, vt notauit *Mandos. ad Signat. grat. tit. si neutri in princ.* qui eius formulam ponit, ad *Reg. 33. de Signat. per fiat, q. 10. num. 7.*
76 Quamuis enim non † tàm huic Reo, quàm collitiganti, quinimò etiam cuicunquè tertio concedi consueuerit, vt mox dicetur, nihilominus maximè illi est proficuum, contra quem Impetrator aliquis, obreptionis, vel subreptionis defectum vrget, dùm vel adhuc ille laborat in deducēda sub-
77 reptione, quam † tenetur plenè iustificare, *Rota in recen. par. 1. decis. 326. num. 2. & decis. 418. num. 1. & par. 2. decis. 8. num. 4. & par. 4. decis. 36. num. 6. Gregor. decis. 108. num. 1. & 2.* Vel etiam retardatur in iustificatione omnium narratorum in sua gratia, aut dum contra eū opponitur obex aliquis, vndè impeditur illius impetratio finē exoptatū sortiri; Nequè enim est dubium, partes prouisi ex hoc rescripto plurimū iuuari posse, pro quo ideo obtinendo debet esse valde diligens, iu-
78 ra enim † vigilantibus subueniunt, non dormientibus, aut negligentibus, *l. non enim, ff. ex quib. cau. maio. gloss. in cap. ex parte 10. in verb. incuria, de consuet. & in cap. imputari, in verb. contrarios ad fin. de fide instrum. cum simil.*

Fundatur autem rescriptum istud super tribus suppositis, quæ illius honestatem, & Iustitiam coarctant, de quibus breuitèr est dicendum.
79 Prius est vacatio Beneficij de tempore datæ: † Nā quamuis *Gemin. cons. 79. num. 10.* videatur sentire contrarium, nempè quod sufficiat dari vacationem tempore collationis, cùm videlicet per euentum litis constiterit, neutri, vel nulli ius competere, tamen hoc non est verum, vbi potest sustineri negatiua vacationis de iure, quod satis clarè percipitur ex clausula consueta, *dummodo tempore datæ, &c.* & opinionem Geminiani esse reprobatam, constat ex *Pute. decis. 7. de preben. Rota decis. 825. par. 3. lib. 3. diuerso. & fuit etiam dictum in vna Legionen. Prastimoniorum, 19. Octobris 1592. coram Penia.*
80 Reliqua duo, † sunt litis pendentia, & quod neutri litigantium ius competat, *Pute. decis. 46. n. 7. lib. 1. Rota in recen. decis. 726. num. 1. par. 2.* Et sanè nisi hæc tria simul iustificentur, cum om-
81 nibus narratis, † proculdubio gratia hæc remanet inexequibilis, *Pute. d. decis. 46. nu. 2. lib. 1. Rota decis. 10. sub num. 1. vers. & ideo negari non potest, de sequestr. poss. & fruct. & in recen. decis. 196. num. 1. par. 2.*

Porrò ex suppositione litis, Papæ suggeritur, non fieri præiudicium alicui inferiori collatori,
82 cùm is, † qualiscunquè sit, impediatur conferre, *cap. 2. cum ibi nota. vt lite penden. in sexto*, etiam si sit Legatus, in cuius facultatibus legatur clausu-
83 la † potestatis conferendi litigiosa, quæ restringitur ad vacationem per resignationem, *Pute. decis. vlt. de offic. ordin. & legat. & decis. 56. de preben. Lancellott. de attenta. in præfat. num. 53.*
84 Vndè non † solum non est facienda mentio de tali iure conferendi, vbi adest lis, sed nèc de Iure-
85 patronatus Laicorum, nèc demum † de familiaritate defuncti, ob quam aliàs oporteret habere consensum Cardinalis Patroni, iuxta Regulam 32. vt firmant *Add. ad decis. 24. num. 4. de rescript. in nou.*
86 Ac propterea, licèt non † requiratur lis vera, sed sufficiat lis de facto, *Ant. August. de gratia si neutri num. 6. Mantic. decis. 99. num. 4.* supposi-tum tamen, & narratio litis, debet intelligi de li-
87 te † super beneficio, & per quam beneficium effectum sit litigiosum, vt loquitur Rota *decis. 455.*
88 *num. 1. par. 2. in recen.* si enim † esset super alia re distincta ab ipso, veluti sunt fructus, gratia esset nulla, *Verall. decis. 42. par. 2.*
89 Proindequè eadem † ratione debet intelligi de lite mota, non de lite mouenda, *Rota d. decis. 455. nu. 1. par. 2. in recen.* Nam quamuis Addentes ad *Rotam, d. decis. 24. sub num. 3. ad fin. vers. etiam oportet*, videantur alternatiuè loqui, & sic velle alterum ex his sufficere, quod scilicet vel pēdeat lis, vel quod in literis dicatur, *si per euentum litis, &c.* tamen constat id non subsistere, *Verall. decis. 34. num. 4. eod. par. 2.* & fuit dictum in *Virdunen. Canonicatus, 19. Iunij 1595. coram Cardinali Pamphilio, impressa quod Garz. de benefic. par. 5.*
90 *cap. 3. sub num. 44.* vndè factus † est locus vulgari dicterio, vt quemadmodum piscis non potest viuere sine aqua, ità nequeat subsistere gratia *si neutri* sine lite, vt pronunciatum fuit in *Salamantina Archidiaconatus, 16. Iunij 1581. coram Rubeo*, cuius meminit *Beltram. ad Gregor. decis. 94. sub num. 10. in 1. annotat.* vbi alias decisiones factas pro hac conclusione recenset.
91 Quo etiam fit, vt si † tempore datæ huius rescripti, adhuc non sint expeditæ literæ, ac proinde sit locus *Reg. 31.* nè valeant commissiones causarum literis non expeditis, non possit intrare huiusmo-

huiusmodi gratia, etiamsi dictæ Regulæ fuerit de-
rogatum, cum clausula solita, *dummodo literæ*
expediantur intra terminum ad articulandum,
cum interim nihilominus lis consistere non dica-
tur, vt ita scribit *Staphil. de Signat. liter. Iust. §.*
quando aliquis petit gratiam num 1. & 2. Rebuf.
in prax. tit. de rescript. si neut. num. 12. Mant.
decis. 56. num 1.
92 Quamuis fatendum sit, eo ipso † quod literæ
exhibentur expeditæ, eas præsumi expeditas in
tempore, & contrarium asserenti incumbere
onus probandi, vt post *Cassad. decis. 5. sub nu. 3.*
ad fin. & num. 4. super Reg. Sarnen. ad Reg. de
non iudican. iuxta form. supplicat. q. 15. vbi quod
itá sæpius fuit decisum, *Pute. decis. 427. num. 3.*
lib. 3. & in his terminis concludit *Mant. decis. 50.*
sub num. 2. vers. quia à Dominis.
93 Etenim, licèt ex ipsa concessione † istius gratiæ
non inferatur ad præexistentem expeditionem
literarum gratiæ principalis, cùm hæc sit diffe-
rentia inter gratiam reualidatoriam, *perinde*,
vel etiam valere, & gratiam *si neutri*, vt illa non
concedatur, nisi literis principalis gratiæ expe-
ditis, hæc verò etiam illis non expeditis, sed dun-
taxat supplicatione signata, *Staphil. d. §. quando*
aliquis num 3. tamen vbi eæ literæ producuntur,
qui negat eas non fuisse expeditas in tempore,
94 in sua hac exceptione † efficitur actor, tenetur-
què hanc negatiuam plenè, & concludentèr iusti-
ficare, iuxta doctrinam *gloss. in clement. vlt. in*
verb. creatum, ad med. vers. nam aduersarius, de
rescript.
95 Regula enim, † qua dicimus, tempus esse pro-
bandum ab eo, qui in tempore se fundat, *l. ma-*
96 *trem C. de probat.* afficit † etiam Reum excipien-
tem, siuè affirmet, siuè neget, vt ex doctrina *Bal.*
in l. si minorem, num. 3. C. de in integr. restit. Dec.
in cap. in præsentia, ex num. 51. de probat. & cons.
623. num. 4. & alijs per ipsum adductis, colligit
Franc. Bec. cons. 6. num. 20.
Requiritur ergò, litem esse nedum motã (quod
97 non † prius intelligitur, quàm vbi non solum ci-
tatio est decreta, & exequuta, vt ad effectum
Regulæ de triennali constituimus in præcedenti
quæstione ex *num. 23.* verùm etiam fuerit repro-
ducta, ex his quæ scripsimus hoc *lib. quæst. 20. ex*
num. 115. & in his terminis censuit Rota apud
Gregor. d. decis. 94. num. 1. & 2.) sed eam durare:
98 cùm † enim istud sit suppositum necessarium, *Ant.*
August. in Epit. de grat. si neu. num. 6. exigit iu-
stificationem, de ipso tempore datæ, iuxta *Reg.*
99 *cap. eam te de rescript.* Porrò, quod † est extinctum,
etiam si reintegrabile sit per interuentum causa-
rum habilium ad illud de nouo constituendum,
Menoch. cons. 185. num. 29. interim tamen dum
non est facta ista reintegratio, simplicitèr esse non
dicitur, *vulga. l. eius qui in prouincia, ff. si cer. pe-*
100 *tat.* vndè † cum dispositio semel sit irrita, ex defe-
ctu suppositi, non conualescit ex tali reintegra-
tione, *l. cætera, 43. §. tractari de leg. 1. l. seruis te-*
stamento, C. eod. tit.
Quandò verò lis dicatur extincta, satis explica-
uimus hoc *lib. q. 20. ex num. 150.* tantùm hic illud
quoquè notandum, respectu cessionis ex qua
extinctio contingit, si de restitutione expressa
agatur, articulum transire absquè difficultate, vt
ibi notauimus, sed si de tacita, resultante ex ne-
gligentia per tempus aliquod considerabile, ca-
uendum esse ab eorum opinione, qui existima-
runt, si per decennium nihil in causa actum sit,
litem extingui, nam aliud est extingui instantiam,
& longè aliud extingui litem, vt ibi diximus ex
num. 158.
101 Iudicium enim, prout sumitur † pro iudicia-
ria forensi disceptatione, vt initium sumit ex li-
tis contestatione, ita non nisi iudicato termina-
tur, vt in *Rubric. extra de iudic. optimè explicat*
102 *Cuiac.* nèc dicitur † iudicatum ex quacunquè
sententia, sed ex ea, quæ non est appellabilis,
103 *Cassad. decis. 8. num. 3. de rescript.* Verùm † ex
iudicato, quamuis terminatum sit iudicium, ta-
104 men adhuc non censetur lis extincta, quià ex † iu-
dicato insurgit actio in factum, pro ipsa exequu-
tione iudicati, *l. Actori C. de reb. cred. gloss. 1.*
in l. in iudicati, ff. de re iudic. Vestr. lib. 8. cap.
vlt. num. 1. Quæ actio illico moueri, & exerce-
ri intelligitur, vbi qui iudicatum obtinuit, citat
aduersarium suũ pro exequutione: quamuis enim
105 citatio non † sit initium noui Iudicij, pro quo
exigitur (vt dictum est) litis contestatio, est ta-
men initium edendæ actionis, vt benè declarat
Cuiac. vbi suprà, & in l. 19. ff. de Iurisd. om. Iud.
Quo fit, vt post iudicatum lis non possit vllo mo-
106 do dici extincta, cùm vltima † eius linea sit ipsa
exequutio, seù paritio, vt per *text. in l. 1. ff. si*
quis ius dicen. non obtemper. docet *Cuiac. in d. l.*
19. in 1. col. vers. finis iudicij.
Quantum ergò ad hunc articulum præsumptæ
cessionis ex tempore, si prætendatur ex deser-
tione ante iudicatum, resolutio petenda est ex his
quæ scripsimus in *præcita. quæst. 20. ex num 101.*
si autem prætendatur præsumptiuè ex desertione
107 post iudicatum, quià † scilicet exequutio fuerit
diu neglecta, Franciscus Salgado *in tractat. de*
Reg. protectio. par. 4. cap. 2. n. 16. relatis pluribus
Rotę decisionibus, existimauit, exequutioni, adeo-
què huic actioni præscribi spatio decem annorũ,
modò concurrat defectus boni iuris; Verùm ne-
què decisiones, nequè alij per ipsum allegati lo-
quuntur de lite mota super exequutione iudica-
ti, sed de lite super negotio principali, quæ est di-
uersa indago per nos excussa *d. q. 20.* Nèc eius ra-
tio est adaptabilis huic controuersiæ, in articu-
lo litis motæ super exequutione iudicati, in quo
necessariò supponitur iudicatum, & sic non potest
dubitari de bono iure victoris, contra victum, ex
108 quo † res iudicata facit ius inter partes, vt post
alios latè tradunt *Honded. cons. 83. num. 88. lib. 1.*
109 *& Surd. cons. 436. num. 12.* adeoquè de † inde-
bito debitum, idem *Surd. decis. 74. num. 10.*
110 Et propterea non † est verum id quod ait loco
præall. Salga. ex n. 17. præscribi quidẽ exequuto-
rialibus spacio decem annorum in beneficialibus,
& ita accipiendas esse decisiones, & auctoritates
per eum adductas, sed non in profanis: Quià verius
est, nequè in beneficialibus hoc vsquàm Rotam

pronunciasse, nèc, secũdum Iuris Regulas, pronũ-
111 ciare potuisse, cùm exequutioni † non præscribatur, nisi spacio triginta annorum, *Abb. in cap. vlt. num. 30. de præscript. Bald. in Rubr. num. 22. co. tit. Afflict. decis. 245. sub num. 12. vers. ad secundum dubium, Aebill. decis. 212. nu. 1.* & nè eamus
112 per † Regulas generales, in terminis Exequutorialium, quòd exigantur triginta anni benè completi, adeò vt nihil deficiat, respondit Rota in *Legionen. Præstimoniorum, 27. Nouembris 1592. coram Card. Pamphilio, quam refert Garz. de benef. par. 6. cap. 4. nu. 42.* vt mirum sit, quomodo id non animaduerterit Salagado ipse, qui eam allegat *d. cap. 3. num. 25.*

Nèc quidquam in contrarium dicit *Lancellot. de atten. par. 2. cap. 4. in præfato. nu. 275. & 283.* nam *nu. 275.* loquitur de neglectu litis motæ ante iudicatum, *num. verò 28.* simpliciter refert disputatum fuisse super hoc, in quadam causa *Barebinouen. Canonicatus 7. Maij 1607. coram Guicciardino,* in qua agebatur quidem de præscribendo Exequutorialibus ex decursu decem octo annorum, sed simul refert, fuisse responsum pro non præscriptione; & quæ pergit scribere ex *nu. 284.* respicit alterum articulum præsumpti animi habendi litem pro derelicta ante iudicatum, ità vt omninò sit cauendum à supradicta distinctione.

Aequiuocum autẽ, quo Salgado fuit deceptus,
113 est, quià † Rota non consueuit exequi antiquas Exequutoriales, si solæ sunt, vt loquitur *Ant. August. in epit. de exequutoriali num. 12.* idest sine actis, vndè possit iustificari earum validitas, vt latissimè fuit explicatum in causa *Bencuentana decimarum 15. Maij 1592. coram Penia,* præci-
114 puè † si fuissent relaxatæ per contradictas, *Scraph. decis. 138. num. 6.*

Verùm, ex hoc non potest inferri ad desertionem. Enimuerò illa antiquitas consideratur ratione in oppositum, quasi quod præsumatur pro validitate, stante antiquitate, quæ, vt maior est, maius quoquè robur sententiæ addit; vndè præsumetur lata parte legitimè citata, etiamsi de citatione aliter non constet, modo ea enunciettur in ipsa sententia, vt ex mente *Innocen. in cap. Albericus sub num. 2. vers. alij dicunt, de testib. colligit Bald. in cap. vn. num. 11. de Milit. Vassall. qui contum. est, Alex. cons. 105. num. 6. lib. 5. cum alijs adductis per Scraph. decis. 580. num. 3. præcipuè in additione marginali,* vbi tamen nequè circumstantiam hanc enunciationis reputat necessariam, quod clarius concludit *Aret. cons. 36. num. 6. & ibi adden.*

Et, si ad istum effectum sufficit lapsum esse biennium, secundum *Hostien. in cap. in præsentia, sub num 3. ad finem, vers. & hoc intelligas, de renunciat.* quem refert, & sequitur *Bal. loco proximè citato,* multò magis hæc eadem præsumptio vrgebit, si fuerit lapsum decennium, & rursus multò magis, si triennium, vel quadriennium, vt in casu *d. decis.* Seraphini, vel aliud maius tempus, cùm id sit Iudici arbitrarium, vt per eundem *Seraphin. eodem loco num. 5.*

Quamuis ipse existimem, arbitrium istud ità coarctari, vt non debeat esse minus tempus quàm triginta, vel quadraginta annorum, quod si non longissimum, dicetur tamen tempus longum, vt in his terminis declarat *Pute. decis. 327. sub nu. 2. vers. tamen istis non obstantibus, lib. 2. Rota diuer. par. 2. decis. 193. ex nu. 11. & fuit dictum in vna Auenionen. domus, 19. Nouembris 1621. coram Remboldo.*

Et licèt respectu præsumptionis Iustitiæ, aliud videatur dicendũ, ex distinctione, quam facit Rota apud *Scraph. decis. 381. num. 1.* attamen militat hæc distinctio in ipsa sententia, antequam Exequutoriales decretæ sint, non autem in Exequutorialibus, quæ aliter non expediuntur, quàm cum insertione sententiarum; Quinimò, si sententia sit lata in Rota, nequè factum prolationis reuocetur in dubium, etiamsi acta non reperiantur, possunt quandocunquè expediri exequutoriales, ex eadem antiquitatis prærogatiua, vt concludit *Pute. decis. 326 num. 3. lib. 1.*

Adeò quòd vanum sit in hac re illud quoquè in contrarium afferre, potestatem Exequutoris anno terminari, *cap. querenti, de offic. deleg.* quià præter quod textus ille procedit in Exequutore literarũ Apostolicarum ex speciali ratione, quam suo loco explicabimus, tunc demum id obtinet, si semel cõsumpta sit exequutio, vt explicatur per *Pute. ea decis. 326. in addit. vers. non obstabat etiam.* Aliud est autem potestatem Exequutoris in ipso extingui, & longè aliud exequutioni præscribi.

Vnde nequè ad rem facere intelligitur, quod Exequutoriales, post elapsum annum egeant renouatione, vt videtur voluisse *Bal. in cons. 35. n. 1. & per to. lib. 5.* cùm nequè hinc sequatur præmissa illatio, nequè quod ex Baldo assumitur, proueniat ex natura subiecti, sed accidentalitèr ex mutatione Iudicis, si videlicet ei post annum, siuè ob mortem, siue aliàs ob finitum officium, datus sit nouus successor, vt optimè declarat *Bal. sub eo num. 1. vers. in contrarium videtur.* Et proptereà non militat, si mutatio hæc non contingat.

Vt ideò nèc possit applicari Exequutorialibus Rotalibus, cùm ista mutatio, non sit considerabilis in persona Auditoris qui Exequutoriales relaxauit; cùm enim Patres in procedendo sint ordinarij, nec tales esse desinant, quamuis non cognoscant nisi ex Principis commissione, *Rota dec. 60. & decis. 61. sub num. 2. vers. at Auditores, & per tot. de appel. in no. Vestr. in prax. lib. 1. cap. 17. n. 2. vers. quamobrem solemus,* & post alios benè deducit *Barbos. ad l. cum Prætor. 12. §. 1. num. 75. de Iudic.* etiamsi is qui Exequutoriales relaxauit, mortuus sit, remanet nihilominus tribunal Rotæ, in quo sunt alij Coauditores, qui vigore generalis commissionis, possunt exercere vices illius, non expectato successore, *Verall. decis. 172. num. 3. & 4 par. 1. Pute. decis. 339. num. 2. lib. 3.*

Patet ergò, opinionẽ Salgado, nullo modo posse sustineri, etiam si supponatur ex mente Rotæ, exequutoriales antiquas non esse exequibiles, nisi exhibeantur acta: dum enim Rota sensit exhibitis actis, ex quibus iustificetur validitas, non esse denegandam exequutionem, vtiquè hinc euiden-
ter

ter consequitur, hoc ipso magis confirmari id
quod suprà constitutum est, videlicet nullo mo-
do Exequutorialibus præscribi minori tempore
triginta annorum.
115 Quod nec † admittitur, vbicũquè est cœpta, vel
petita exequutio, vt concludit Rota in *supra alle. Legionen. præstimoniorum, & in d. Beneuentana decimarum, Aebill. d. decis. 212. num. 2.* vbi red-
dit rationem, quià scilicet iam illa noua actio in
factum, orta ex iudicato, effecta est litigiosa, adeo-
què impræscriptibilis, propter perpetuitatem
Instantiæ.

Dicitur autem in proposito lis mota super arti-
culo exequutionis, non ex simplici decreto super
116 relaxatione exequutorialiũ (hic † enim actus, quã-
uis exigat citationẽ, *Abb in cons. 30. sub n. 1. vers. & maximè lib. 1.* quod seruatur etiã ex stylo Sa-
cri Palatij, vt liquet ex *Seraph. decis. 878. in princ.*
117 est tamen extraiudicialis, † & extraiudicialitèr ex-
peditur, & sine aliqua causæ cognitione, *Pute. dec. 69. in correct. lib. 1.* cuius rei rationem exponit
118 *Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. n. 3.* vndè † nèc ipsa ci-
tatio exactam formam requirit, vt concludit Ro-
ta apud eundem *Seraph dec. 602. n. 2.*) Nequè etiã
ex eo tempore, quo exequutoriales ipsæ præsen-
tantur in partibus cuipiam Magistratui, aut per-
sonæ cui sunt directæ, etiam ad hoc citata parte:
nam nequè hic actus potest videri iudicialis, cùm
talis Magistratus, vel persona, funditus careat iu-
risdictione, cùm sibi aliud per exequutoriales mã-
119 datũ non † censeatur, quàm hoc vnũ simplex mini-
sterium facti, vt videlicet literas ipsas intimet par-
ti victæ, adeò vt si subdelegatus procedat ad cen-
suras, vel ad alia comminata, totus processus sit at-
tentatus, *Seraph. dec. 1116. ex nu. 1. & per 10.* vbi
quod hoc casu nihil operatur consensus partis vi-
ctæ, qui præsumitur metu censurarum adhibitus,
120 nec enim Rota in suos subdelegatos † vsquam
transfert facultatem cognoscendi vbi fit contra-
dictio, idem *Seraph decis. 650. num. 1.*
121 Verùm dicitur mota, † vbi post formalem inti-
mationem, fuerunt exequutoriales parte ad hoc
legitimè citata, coram Auditore qui eas relaxauit
legitimè reproductæ, & sic continuatum iudiciũ,
super earum exequutione, vt in casu *Aebill. d. decis. 212.*

Quemadmodũ verò (vt ad propositũ reuertar)
Gratia *si neutri*, sustinetur, non in simplici præexi-
stentia litis, sed in eius duratione, ità si lis iam so-
122 pita † foret tàm de Iure, quàm de facto, non in-
traret huiusmodi rescriptum; veluti si ob non ser-
uatam formam Regulæ de Annali, lis fuisset extin-
cta in vim eiusdem Regulæ, vt fuit responsum in
vna *Burgen. Portionis, 28. Iunij 1589. coram Blanchetto*, quam rescripsit *Garz. de benef. par. 6. cap. 2. num. 213.*
123 Circa quod est aduertendum, quomodo † con-
tra gratiam *si neutri*, deducatur huiusmodi obie-
ctus; nam si simplicitèr opponatur de annalitate,
propter quam etiam prima gratia Impetrantis es-
set nulla, certè nõ esset considerabilis, dummodò
de tali defectu facta esset mentio, *Rota dec. 856. n. 1. & 2. par. 3. lib. 3. diuers.* Quin, etiam sine tali
expressa mentione obiectus reijceretur, si (prout
hodiè passim fieri consueuit) in clausulis generali-
bus adijceretur derogatio dictæ Regulæ, *Rota decis. 105. num. 4 par. 2. recent.* secundum ea, quæ
exposuimus in *quæst. 52. ex num. 78.*
124 Quinimò arbitror, sufficere clausulam † genera-
lem, quod exprimi possint quæcunquè qualitates
infectiuæ præcedentis tituli, quæ pariter passim
datur, *Achil. decis. 277. num. 3. Gregor. decis. 108. num. 10.* & ibi *Beltram. num. 16.*

Si verò non simpliciter opponatur de annalita-
te infectiua prioris tituli, sed de litis extinctione
ob non seruatam formam Regulæ, nisi etiam in
hac parte esset dictæ Regulæ derogatum, cum op-
portuna restitutione in integrum, non video qua-
litèr militare non debeat obiectus, atquè ita
in casu suo, puto decisionem supradictam in causa
Burgen. Portionis esse veram; Quæ ex diuerso ces-
saret, data dicta restitutione explicita, vel impli-
cita ob derogationem dictæ Regulæ, quoad om-
nem eius effectum, sat enim est, litem de facto da-
ri; vt dicimus cùm commissa causa appellationis,
125 & nullitatis, † aut restitutionis in integrum, lapsa
sunt fatalia, quamuis enim non dicatur pendere
lis, nec de iure, nec de facto respectu appellatio-
nis, negari tamen nequit, quin pendeat de facto,
respectu nullitatis, vel restitutionis, etiamsi non
pendeat de iure, quià nil in ea fuerit factum prout
ita concludit *Mant. decis. 94. num. 4 & 5.* præci-
puè respectu tertij, *Ant. August. in epitome tit. de gra. si neu. §. vlt ad fin. Rot. dec. 99 par. 2. in recen.*

Et hæc quidem de priori supposito necessario
pro obtinenda Gratia *si neutri*; Quæ etiam ma-
gis honestatur ex altero, dum videlicet Papæ ex-
ponitur, neutri Colligantium, vel nulli ius com-
petere, quod implicat nemini præiudicium infer-
ri; adeò vt in iuris articulo, gratia remaneat pe-
nitus iustificata, cùm iustissimum sit Principis re-
126 scriptum, † quod impetranti prodest, & neminem
127 lædit, *l. rescripta C. de precib. Imp. offer.* vndè † si
præualeret ius alterius, vel quouis modo posset
sustineri, tale rescriptum nullius esset momenti,
Mant. decis. 231. num. 4.
128 Hincquè receptum est, propter † honestatem,
& Iustitiam gratiæ huius, illam nedum alteri ex
collitigantibus, verum etiam tertio concedi, vt
benè considerat *Glossat. antiq. ad Regul. 62. sub num. 6. vers. ego tamen vidi, Rebuff. in prax. de rescrip. si neu. nu. 10. & 11.* cuius gratiæ pro ter-
tio formulam ponit *Mandos. ad Regul. 33. q. 10. sub num. 7.*
129 Ex his vero patet, gratiam † huiusmodi ius no-
uum conferre, idest independens à quacũque gra-
tia præcedenti: cùm enim habeat formam, & na-
turam diuersam, necesse quoquè est, vt diuersa re-
130 putetur à prima, & † per se subsistens, iuxta theo-
ricam *gloss. in cap. bi qui auctoritate, in verb. specialitèr, de praben. in 6. Alden ad d. decis. 2 4 n. 1. & 2. de rescript. in nou.* vbi optimè declarant,
131 quando dicatur † noua gratia, vel dependens, &
latissimè hanc quoquè sentẽtiam tuetur *Mandos. q. 10. Rom. cons. 353. sub num. 4.* vbi alios addit
Horat. Mandos. Pute. decis. 46. num. 3. lib. 1. Rota decis.

decis.856. nu.1.par.3.lib.3. diuers. Reuerendiss. D.Coce.decis.139. num.7.
132 Vndè si supponatur † vacatio per resignationē,
133 non est locus *Lap. Allegat. 86.* quia in † effectu
nihil tribuit ex persona prædecessoris, vt benè *Ma-
rescott.var.resolut.lib.2.cap.41.n.59. cum seqq.*
134 Et hinc est, quod nihil sit iustificādum† de prio-
ri gratia, sed duntaxat probandum factum pro-
uisionis narratæ, per exhibitionem literarum, *Gre-
gor.decis.89.num.4.* nequè attendatur alia narra-
135 tiua, pro causa † ipsa motiua gratiæ, quàm hæc
vna, quòd neutri, vel nulli ius competat, etiam si
plures videantur expressæ, *Reuerendiss. D. Coce.
decis. 188. sub num. 3. vers. quantum ad secun-
dam, & num. 5.*
Adeò autem super præmissis suppositis, ex toto
radicatur, & ab omni alio titulo separatur, vt mi-
136 nimè † sit necessè facere mentionem de proprio
titulo, vt solet fieri in noua prouisione, & quauis
alia dependenti, *Pute.decis.263. lib.2.* nèc multo
137 minus † de titulo aduersarij, vel illius qualitate,
quia scilicet sit Apostolicus, vt maturè discusso
articulo, fuit decisum per *Rot.apud Gregor.decis.
150. ex num. 1.*
138 Quo fit, si agatur de illius † canonizatione, esse
necessariam expeditionē literarum, & illarum pro-
ductionem, *Mandos. ad Reg.de non iudican.q.19.
per to.Rota decis.179.num.3.par.3.lib.2.diuers.*
139 Hincquè etiam sequitur, † vt tāquam ius notū,
debeat intimari collitiganti, ad effectum, vt si ve-
lit, detur ei noua dilatio, *Rota decis.13.num.1.de
dol.& contum.in no.* Quicquid (fortè per errorē)
reperiatur scriptum apud *Crescen. dec.8. de dilat.*
quod turbauit *Mandos.d.tit.si neut.in 2.col.vers.
quaro, an si neutri.*
140 Quod tamen † suppletur ex dicta productione
formitèr facta, etiam citato procuratore, cui im-
putatur, si negligat talem dilationem petere,
*Crescen.decis.vlt.de dol.& contum. num. 1. & 2.
Rota in praalleg.decis.99.num.5.par.2. in recen.*
141 Simulquè ex supradictis sequitur, vt in † ea ha-
beat locum Regula de subrogandis, æquè ac in
alijs nouis gratijs, *Rota decis.24. n.7.par.2.diuer.*
Ex eodem concursu dictorum duorū supposito-
rū, in quibus substantiatur gratia huiusmodi, con-
142 sequitur † illam propriè non esse conditionalem,
conditione tamen suspensiua; nam cum iuxta præ-
missa, reperiantur eadem supposita de tempore
impetrationis, & datæ illius, prorsus deficit for-
malitas conditionis, *l. institutio talis, 10. ad fin. ff.
de condit.instit.* & censuit Rota apud *Achill. decis.
278.num.* 1.
143 Clausula enim † illa, *si per euentum litis con-
stiterit, &c.* non infert conditionem respectu gra-
tiæ, & illius substantiæ, sed tantum respectu eius
exequutionis: Vndè licèt nihil ponat in esse, respe-
ctu ipsius exequutionis, *Verall.decis.36.num.2.&
3.par.2.* cum ibi per eum allegatis (vbi ideo con-
144 cludit, † talem gratiam, ante eius exequutionem,
non deseruire pro titulo colorato in spolio, prout
etiam asserit idem *decis.302.par.3.* quod est veris-
simum, quià requiritur, vt volens colorare suam
possessionem, probet se eam adeptam vigore
talis tituli, *Cassador. decis. 7. num. 7. de caus.
poss.& propriet.* quod fuit motiuum dictæ conclu-
sionis factæ coram Antonio Augustino, in illa
Alexandrina praposituræ, 20. Iunij 1552. vt repe-
rij adnotatum manu ipsius Antonij Augustini, in
positione eiusdem causæ *lib.12.fol.*112.) licèt in-
quam, nihil ponat in esse respectu exequutionis,
tamen id non tangit substantiam gratiæ, quæ est
perfecta à principio, quamuis non censeatur con-
cessa, nisi in euentum, quod iustificetur in dictis
145 præsuppositis narratis, quod non † pertinet ad
conditionem formalem, sed ad conditionem si-
ne qua non, vt loquuntur Philosophi, cuius longè
alia est vis, & natura, vt benè ex nostris demon-
strat *Ant. Fab. coniectur. iur. lib. 19. cap.1.in 2.
col.vers.nihil tamen vetat dotem.*
146 Itaquè cum gratia hæc sit (vt dicebam)† noua
& independens à prima, consueuit per se princi-
palitèr impetrari, *Rota d.decis.24 num.8.par.2.
diuer.* & si desumatur ex clausulis generalibus
primæ gratiæ, de nihilo inseruiet, cum tunc sit iu-
stificanda tota ipsa gratia principalis, *Seraph. de-
cis. 1470. num. 3.*
147 Et quamuis etiam in hac gratia narretur † va-
catio, & vacationis modus, *Rota in praalleg.
dec.24.n.1.de rescript.in no. Roman.cons.352.sub
num. 4.* vbi etiam *Mandos. Felin. in cap. in no-
stra num.7. de rescript. Reuerendiss. D. Coccin.
praalleg. decis.139.num.2. & 4.* atquè etiam re-
148 seruatio † si quæ subsit, *Rota eadem decis.24. Pu-
te.decis.84. num.9. lib.3.* necnon valor, & habili-
149 tates † impetrantis, vt per *adden.ad d. decis.24.
paulo ante num.3.vers. est verum, quod fit men-
150 tio;* & intrusio † impetrantis, cum fructuum per-
ceptione, *Rota decis.803. par.3. lib. 3. diuer. Se-
151 raph. decis. 457. num.3.* & generalitèr † omnia
quæ possunt retrahere Papam ab illius conces-
sione, *Rota d. decis. 24. vers. idcirco omnia, Fe-
lin.in eo.cap. in nostra num. 17. & Reuerendiss.
D. Coccin. in supracitat.decis.139 num.7.*
Nihilominus in his iustificandis longè facilior
est via; nam quoad vacationem, & illius modum,
152 sufficit † clausula generalis *quouis modo, &c. Put.
d.decis.84.num.12.& 13.* & discusso articulo cen-
suit *Rota in praallegat. Legionen Prastimonio-
153 rum*, etiamsi † inducta sit vacatio ex persona ip-
sius impetrantis, *Verall. decis. 43. ex num.1. &
154 per tot.par.2.* nisi fortè vrgeret in † contrarium
aliquod decretum, quod specificè deberet narra-
ri, veluti in casu constitutionis de publicandis, vt
apud *Mant. decis. 347. ex num. 1.*
155 Quo verò ad reseruationem, † dantur in clau-
sulis generalibus omnes omnino reseruationes,
etiam in corpore iuris clausæ, *Pute. d. decis. 84.
n.14. Mandos.in d.tit. si neutri ad finem.*
156 Quoad valorem etiam non adeo † stricto iure
vtimur in hac gratia, vt in alijs, nam licèt æquè
in ista, ac in cæteris, valor sit exprimendus, vt di-
ctum est *nu. 149.* & in consequens expressas pro-
bari debeat, iuxta *Regul. cap. 2. de rescript.*
Nihilominus, circa formalitatem exprimendi, re-
mittitur rigor ille Regulę, adeo vt si prorsus omit-
tatur expressio huiusmodi, adhuc sustineatur gra-
tia,

tia, ex consueta clausula, *vt verus valor augeri possit, Regula non obstante*, quæ adiecta legatur inter alias generales, *Mandos. in præcita. tit. si neut. in 2. col. vers. si in gratia, Ant. August. in epit. par. 2. super Regul. de val. cap. 3. num. 4. Rota diuers. decis. 804. lib. 3. par. 3.*

157 Et denique quoad fructuum † perceptionem, neque illud perpetuò verum est, procedit enim ex suppositione totalis defectus tituli, ita vt possessio, seu verius manifesta intrusio, non possit à temeritate excusari; veluti si cum titulo habito ab inferiori collatore, quis intulisset se in possessionem beneficij vacantis apud sedem, quo casu huiusmodi titulus remanet decoloratus, vt diximus in *præceden. quæst. num. 18* prout in his terminis loquitur, & procedit *Rota diuer. dec. 803. lib. 3. par 3.* neque in diuersis terminis loquitur *Pute. decis. 13. ad fin. vers. si enim Papa intellexisset, de præben.* super qua etiam fundata est *præall. Seraph. decis. 457. num. 3.* Quantumcunque aliàs non excuset modicitas eorundem fructuum, vt concludit *Pute. d. decis. 13. & latiùs decis. 126. ex num. 1. & per to. lib. 1.*

Quicquid enim possit dici respectu taciturnitatis circa alia, in quibus modica subreptio non habetur in consideratione, vt ex doctrina *gloss. in proœm. Sexti in verb. filijs*, existimauit *Calcan. in cons. 8. sub n. 36. ad med. vers. et non est mirandū*, quem sequutus est *Aym. cons. 182. n. 17.* tamen, in his beneficialibus id minimè placuit Rotæ, apud *Pute. d. dec. 126. n. 2. et per to.* nec assumptum Calcanei videtur satis probari ex auctoritate glossæ superiùs allegatæ, quæ refert terminum modicitatis, non ad quantitatem aliquam, sed ad ipsum modum, & formam exprimendi; vt quia quod narrandum erat in specie, fuerit sub genere inclusum: Quapropter in *d. decis. Pute.* non fuit habita ratio aliqua dicti *cons. Aym. 182.* vt legitur ad finem decisionis eiusdem.

158 Et sanè hinc patet, quo † ordine sit procedendum ad huiusmodi gratiæ exequutionem: nimirum, vt ex parte eius qui eam impetrauit, expeditis, & productis literis, ex priùs iustificentur, tàm respectu duorum illorum suppositorum, quàm aliorum narratorum: istud enim omnino ei incumbit, ex generali Regula, quam ponit *Verall. decis. 240. num. 1. par. 2.* & in terminis gratiæ *si neutri*, fuit responsum in *Mediolanen. Præpositura 28. Iunij 1589. coram Platto, & in recen. decis. 726. num. 1. par. 2.*

159 Quod si detur concursus plurium † gratiarum similium in vna, & eadem persona, cùm non reputentur numero plures, sed vna tãtùm, etiamsi impetrans respectu vnius succubuerit, nihil est, quin possit altera vti; quemadmodū dicitur de duabus expectatiuis ad idem beneficium, apud *Mohedan. decis. 19. de præben.* Nec enim vna gratia tollit alteram, vt concludit *Rota decis. 59. de rescript. in antiq. Gonzal. ad Regul. de mens. gloss. 53. nu. 46.* ideoque eæ gratiæ *si neutri*, omnes concurrunt, neque inter se collidunrur, sed ea obtinet, quæ primo loco iustificatur, inquit Rota apud *Verall. decis. 36. par. 2.* cessatque concursus, ex iustificatione alterius, cùm tunc remaneat gratia pura, idem *Verall. decis. 42. nu. 3. ea. par. 2.* Sicuti è con-

160 uerso, quæ † adhuc non est iustificata, remanet penitus inefficax, vt fuit responsum in *Firmana Altaris, 24. February 1616. coram bon. mem. Francisco Vbaldo*, & in alijs quamplurimis adductis per *Rotam in præcitat. decis. 726. nu. 1. cum seqq.*

Et cum quoad litem, debeat iustificari ex publicis actis, secundum ea, quæ suprà exposuimus

161 ex *num. 97.* Quoad ius collitigantis, eo † ipso verificatur suppositum istud, quod ex reuolutione eorundem actorum, de aliquo eius iure non constet; negatiua enim probatur ex inspectione scripturarum, ex quibus affirmatiua probari debet, *l. cum testamento, vbi Bal. sub num. 1. vers. nota in textu, C. de testamen. manumiss.* cum alijs benè in hanc rem adductis per *Mant. decis. 287. nu. 1.* vbi in *vers. & ita in hac gratia*, plures alias similes resolutiones cumulat, *Rota in recen. decis. 10. num. 5. par. 2.*

Neque tamen dubium est, in hac controuersia, appellatione iuris, non solum venire ius in re, sed etiam ius ad rem, radicatum tamen, & considerabile, cuiusmodi est ius quæsitum ex præsentatione valida, iuxta ea, quæ explicauimus hoc

162 libro *quæst. 51. ex num. 28.* vt in specie † ad effectum excludendi gratiam hanc *si neutri* fuit responsum in vna *Toletana Capellania, 27. Iunij 1602. coram Illustrissimo D. Ioanne Baptista Pamphilio, nunc meritissimo Patriarcha Antiocheno*, & in *Spoletana Capellania, 15. Iun. 1610. coram Buratto*, & in præallegata *decis. 10. num. 6. & decis. 726. num. 2. par. 2. in recen.*

163 Quod obtinet, † quantumcunque super tali iure ad rem lata esset sententia, quæ prætenderetur nulla, quia licèt sententia huiusmodi non habeatur in consideratione, *vulg. l. 4. §. condemnatum de re iudic.* nihilominus adhuc attenditur præexistens actus præsentationis, siue oppositionis, vndè fit ius illud quæsitum, vt in terminis istius gratiæ *si neutri*, respondit Rota apud *Mant. decis. 231.*

164 *n. 4* Neque enim † est necesse, vt ius istud hoc casu sit liquidum, modò sit liquidabile per euentum litis, indeque non sit penitus recisa spes liquidationis illius, & hùc referendam esse vim illius clausulæ ad Iudicem directæ, *si per euentum litis, &c.* de qua per *Verall. decis. 43. num. 5. par. 2. clarè voluit Rota d. decis. 726. num. 3. & in præallegata Spoletana.*

165 Denique absoluto processu, per † quem liqueat de tali iustificatione, vt suæ intentionis compos fiat, debet qui gratiã hanc impetrauit, seruatis de iure seruãdis obtinere immissionem ab Auditore, cui literæ sunt directæ, neque existimare, sibi etiã licere propria auctoritate possessionem apprehẽdere, quantumcũque inter clausulas generales haberet clausulam subrogationis: etenim, cùm omnes clausulæ regulentur ab illa conditione, *si per euentum litis constiterit neutri, vel nulli ius competere*, vtique virtus alicuius ex clausulis eisdem valet produci ante huiusmodi euentum, & antequàm Iudex id ipsum decernat, vt benè per *Pute. decis. 423. num. 1. & 2. lib. 1.*

Ex his

Ex his verò constat, quàm vtile sit prouiso, illicò vbi est sibi mota lis per impetrantem, rescriptum illud *si neutri* obtinere, nequè adeò confidere validitati proprij tituli, vel pertimescere iu-
166 stitiam impetrationis, quin etiam consideret, † iudicium simile esse duello, vt dicebat *Bal. in l. vlt. ante num. 1. vers. & sic iudicium, C. comminatorias Epistolas*, & ex eo, *Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 526. num. 1.* & notauimus in *Appar. num. 32.* Sæpiùsquè & illud compertum, in causis beneficialibus, litigando ius quæri.


167 Enimuerò, id non est † timorem præferre, quod animi est deliquium, penèquè ad stultitiam vergit, vt demonstrat *Senec. ad Lucill. epist. 69.* sed est cauere, quod prudentis, constantisquè Viri est, quemadmodum ex Stoicorum sententia, post *Tull.* probauit *D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 14. cap. 8.* & explicat *Lips. in manuduct. ad Stoic. differ. 5.*

168 Vndè &, Romani † Pontificis proprium esse ex præteritis, futuris casibus prudentèr occurrere, contestatur *Nicolaus II. in can. 1. §. nouit Beatitudo, distinct. 23.* quem etiam citat *gloss. in cap. cum desideres 15. de sent. excomm.*

169 Quarè, & antiquis, & nouis † annalibus Romanas clades edocti, prudentissimi iuxta, ac prouidentissimi Principis immortale opus, in his Italiæ crebrescentibus motibus, suspicientes,

Miramur Molem Vrbanam, vt praecincta superbo
Pentagone, accersat Populum, frontemq; minacem
Hosti auido prædæ, numeroso fulmine pandat:
Hinc Apis, vt rumpat Colubros immota susurro,
Vt Tyber attonitus, flauis huic plaudat arenis,
Et sua composito turgens petat Ostia cursu.

FINIS SECVNDI LIBRI.



INDEX.

INDEX.



Absenti

Non

B

In dan-

Non

Patrimo-

C

Cum

Quando

Occa-

Ex

Vt

Actiua

Cor-

Alteratio

De di-

Descen-

Diffama-

Facultas

Semel

Saltim

Eccle-

Cano-

Pots-

Quomodò

Non

clesiasticas

Priuile-

Extinctum

Simplex

Fran.

Bene.

I

Inferior

Duos

Singulare

Vt di-

Reserua-

Iustifi-

Laicus

Qualitèr

Erectum

Boni-

Consistens

Optandi

P

Quod

Pro

In vno

Consen-

Acqui-

nem

Quod

Seù

Prec a-

Absti-

Et

Eadem,

Refor.

Rég. 9.

Reueren-

Sacerdotale

Causa

Acqui-

Solutiones

Putatiuus

Faculta-

FINIS INDICIS.

Sequitur Priuilegium Apostolicum, vt in proxima pagina. Reliqua Cæsareæ Maiestatis, Regis Christianissimi, & aliorum Principum, imprimentur cum secundo Tomo.

VRBANVS

VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.



D Romani Pontificis dignitatem, circumspectamquè prudentiam pertinet, Viros omni scientiarum genere excultos, qui vigili labore in scribendis, edendisquè libris, Christianam Rempublicam tùm maximè in ea parte iuuare satagunt, qua Ecclesiastica negotia ritè, & rectè disponantur, velùti ipsius Catholicæ Ecclesiæ Administros, atquè de ea benemeritos, specialibus gratijs, fauoribus, & priuilegijs prosequi, vt eorum exemplo, alij ad eadem obeunda munia ampliùs inuitentur. Cum itaquè, sicùt accepimus, Dilectus filius Melchior Lotterius, Presbyter Romanus, Vtriusquè Iuris Doctor, materiam Beneficiariam, anteà fermè imperuiam, & laceram, Quatuor libris desuper conscriptis, ità fuerit arte, & ingenio amplexus, vt ad Romani Fori, ac totius eiusdem Christianæ Reipublicæ vtilitatem, iàm in vnum solidum, & integrum coaluisse corpus videri possit, Illosquè in lucem edere, ac imprimi facere intendat; Verùm dubitet, nè alij ex alieno labore lucrum quærentes, libros huiusmodi imprimere, seù reimprimere præsumant, in magnum sui præiudicium. Nos idcircò præfati Melchioris indemnitati, (vt par est) hac in parte prouidere, eumquè intuitu, & contemplatione tot laborum, specialis gratiæ fauore prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsquè Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à Iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet iunodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes; Motuproprio, non ad ipsius Melchioris, vel alterius pro eò, nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & mera liberalitate nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, eidem Melchiori, pro se, & hæredibus, ac successoribus suis quibuscunquè, Vt ad *viginti annos*, à data præsentium numerandos, dummodò tamèn priùs libri huiusmodi, iuxtà formam Concilij Tridentini examinati, & approbati fuerint, vnum Typographum, seù Bibliopolam pro dictorum librorum impressione, & editione, eius arbitrio constituere possit, & valeat. Et insuper, quòd nemo prorsus, tàm in statu Ecclesiastico, mediatè, vel immediatè subiectus, quàm etiam *citrà, vel vltrà montes* existens, præfatos omnes, & singulos libros in toto, vel in parte, etiàm cum Annotationibus, & Additionibus, aut aliàs quouis modo, sine speciali dicti Melchioris, eiusquè hæredum, & successorum eorundem, vel ab eis ius habentium, licentià, in scriptis, etiam cum subscriptione, & sigillo


habita, imprimere, seù reimprimere, aut ab alijs imprimi, seù reimprimi facere, aut impressa, seù reimpressa vendere, vel venalia habere, proponere, aut aliàs edere, vel euulgare, aut etiam pro vsu proprio habere, vel tenere possit, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea omnibus, & singulis Typographis, Bibliopolis, & librorum Impressoribus, alijsq; quibusuis personis, quauis auctoritate, licentia, & facultate fulgentibus, tàm in Statu Ecclesiastico, mediatè, vel immediatè subiectis, quàm etiam *extrà, vel vltrà Montes* existentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ, à qua contrauenientes, nisi à Romano Pontifice, præterquàm in mortis articulo constituti, absolui nequeant, Et quoad illos in Statu Ecclesiastico existentes, seù ipsi mediatè, vel immediatè subiectos, vel in eo etiam Exteros, in eodem Statu bona possidentes, vel quomodolibèt obtinentes, Quingentorum ducatorum Auri de Camera, vel maioris summæ, & amissionis librorum, pœnis, toties quoties contrauentum fuerit, ipso facto, & absquè declaratione vlla incurrendis, pro vna, Melchiori, eiusquè hæredibus, & Successoribus præfatis, & ius ab eis habentibus huiusmodi, pro altera verò partibus, Cameræ nostræ Apostolicæ applicandis, & irremissibiliter exigendis, nè durante tempore *viginti annorum*, vt suprà computandorum, libros huiusmodi, aut eorum quemuis, in toto, vel in parte; etiam cum Additionibus, & Annotationibus, aut aliàs quouis modo, seù mutato titulo, absquè speciali Melchioris, eiusq; hæredum, & Successorum, vel ab eis ius habentium prædictorum licentia, in scriptis, cum subscriptione, & sigillo habita, imprimere, seù reimprimere; vel imprimi, seù reimprimi facere, aut venalia habere, proponere, seù alias edere, vel euulgare, seù quouis modo clam, vel palam distrahere, aut pro vsu proprio habere, & tenere quoquo modo audeant, seù præsumant. Mandantes insuper Vniuersis, atquè etiam singulis Legatis, & Vicelegatis dictæ Sedis, Nuncijs, Collectoribus, Subcollectoribus, Gubernatoribus, & alijs Iustitiæ Ministris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, vbiquè existentibus, Vt quotiès pro Melchioris, & Successorum, ac hæredum, iusquè ab eis habentium præfatorum parte requisiti fuerint, vel eorum aliquis requisitus fuerit, illis efficacis defensionis præsidio assistentes, præmissa omnia, ad omnem Melchioris, ac suorum, & hæredum, iusquè ab eis habentium prædictorum requisitionem, contra inobedientes, & rebelles, pœnas præfatas irremissibilitèr exequantur, eosquè anathemate, seruatis seruandis, feriant, implorato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachij secularis auxilio. Non obstantibus quibusuis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Statutis, & Consuetudinibus, etiam iuramentis, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Priuilegijs quoquè, Indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium, forsàn quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamsi pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumquè totis tenoribus, specialia, specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxàt harum serie, specialitèr, & expressè, Motu, & auctoritate similibus derogamus, cæterisquè contrarijs quibuscunquè. Volumus autem, quod præsentium Transumptis, etiam

in

in ipsis libris, vel eorum aliquo impressis, ac manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, Indulti, Inhibitionis, Mandati, derogationis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, Idus Martij, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Locus † Sigilli plumbei.

Registrata Libro primo, fol. 79.



REGESTVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa.

Omnes ſunt Terniones, Præter Ee, & Aaaa, Duerniones.
In totum ſunt Folia 211.



R O M AE,
Ex Typographia Franciſci Corbelletti. MDCXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.